

INDC

S A C R O R U M
CONCILLIORUM

NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,
IN QUAPRÆTER EA, QUÆ
PHIL. LABBEUS, ET GABR. COSSARTIUS,

Et novissime NICOLAUS COLETI in lucem edidit,

ET OMNIA INSUPER IN SUIS LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANS
ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

AB EODEM OPTIME MERITQ PRÆSULE,

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSIANTE

EM.^{NO} CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS CURATA

Novorum Conciliorum, novorumque, Documentorum Additionibus locupletata,

Ad MS. Codices Vaticanos, Lucenses, aliosque recentita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CÆTERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR

TOMUS VICESIMUS NONUS.

Ab anno MCCCCXXXI. usque ad annum MCCCCXXXIV.



VENETIIS MDCCLXXXVIII

APUD ANTONIUM ZATTA.

SUPERIORUM PERMISSU, AC EXCEL. SENATUS PRIVILEGIO.

(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Wester, Bibliopola, Via Julia Bernard Palissy 4, Parisiis M D C C C I F.)


Handwritten marks and a horizontal line at the top of the page.

Handwritten mark resembling a checkmark or the letter 'V' at the bottom center of the page.

T Y P O G R A P H U S

L E C T O R I S.

Quod longius forte quam par erat editionem distulerim hujus Voluminis quod nunc tandem prodit in lucem, ne mihi, Benigne Lector, aut negligentiae vertas, aut minus gratæ voluntati in Te meæ. Neutrum enim a quoquam de me existimari posse arbitror, qui noverit, nihil eorum, quæ meis me prælis subjecturum pollicitus sum, fuisse desideratum. Itaque velim Tibi ita persuadeas, ideo lente, ac per dilationes in eo vulgando processum fuisse, ne partes meæ scilicet desiderarentur in iis quæ Basileensem Synodum spectant, cujus Acta in hoc volumine continentur. Nam cum nuntiatum mihi fuisset plura cum Romæ tum Florentiæ & alibi etiam in Bibliothecis delitescere monumenta nunquam antehac edita, quæ supra dicto Concilio lucem afferre potuissent, neque studio, neque labori, neque sumptui parcendum mihi esse duxi, donec diligentissime descripta ad me mitterentur omnia: ex quibus, doctorum hominum ope, consilioque, deligerem ea quæ ad rem magis facere visa fuissent. Quod quidem & maxima cura factum esse, subjectus Monumentorum Index testabitur; & quanto temporis spatio opus fuerit, ut accurate fieret, cuique justo hujuscemodi rerum estimatori facile patebit. Sic igitur habeto, hac temporis prorogatione addictum potius aliquid ad meum erga Te studium, quam quidquam esse detractum: quod ut æqui bonique facias rogo: Vale.



- | | |
|--|--|
| <p>I. <i>Instructio a Concilio data legatis suis ad Bohemos missis.</i></p> <p>II. <i>Responsio Domini Juliani Card. ad instructiones Domini Parentini facta.</i></p> <p>III. <i>Exhortatio Domini Juliani Card. S. Angeli ad Bohemos, ut ad Catholicam Fidem revertantur, habita in Congregatione Generali sacri Concilii Basiliensis.</i></p> <p>IV. <i>Littera Joannis de Ragusa, & Simonis Treiron Ambaziatorum sacri Concilii Basiliensis lecta in Congregatione.</i></p> <p>V. <i>Oratio Domini Ludovici Pontani Romani utriusque Juris illuminatoris excellentissimi, Apostolica Sedis Prothonotarii, & Sacri Pala-</i></p> | <p><i>ti Apostolici Auditoris benemeriti, habita in Concilio Basiliensi in primo ejus adventu.</i></p> <p>VI. <i>Propositio Domini Legati in adventu Gracorum facta Basilea in Congregatione Generali, anno 1434.</i></p> <p>VII. <i>Propositio Ambaziatorum de Grecia ad Sacrosanctum Basiliense Concilium in Congregatione eadem.</i></p> <p>VIII. <i>Tenor littera Domini Juliani Presidentis Concilii Basiliensis Domino Apostolico, ut non permitteret Concilium dissolvi, missa.</i></p> <p>IX. <i>Epistola Joannis Card. ad Eugenium IV. Pontificem Max. pro revocanda Concilii Basiliensis dissolutione.</i></p> |
|--|--|

SYLLABUS
EORUM, QUÆ TOMO XXIX. CONTINENTUR.

Quæ hoc Indice notata sunt, huic nostræ Editioni noviter accessere.

ANNO
CHRISTI
1431.

BASILENSE CONCILIUM OECUMENICUM. Pag. 1.

Inchoatio Concilii. ibid.

Hoc Concilii exortum us enunziatum reperi in MS. Cod. olim Em. Card. Passionei. ibid.

Sessio I. Decretum Constantiense, de celebratione conciliorum. 2

Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro concilio celebrando. 5

Bulla Martini V. super potestate facta presidentibus eligendi locum concilii. 6

Bulla Martini V. qua Julianus Cardinalis S. Angeli præsides Concilii constituitur. 11

Bulla Eugenii IV. qua eadem potestas Juliano Cardinali confirmatur. 13

Stabilimentum Concilii Basileensis, & alia ad illud pertinentia. ibid.

1432 Sessio II. Decretum, quod Concilium est legitime inchoatum. ibid.

Decretum, quod Concilium est supra Papam. ib.

Quod inobedientes Concilio puniantur. 22

Quod persona concilii non debeant extra concilium trahi vel impediti. ibid.

Quod non recedant sine licentia, qui tenentur interesse. ibid.

Sessio III. Decernatur dissolvi non posse Concilium. 24

Sessio IV. Salvus conductus Bohemorum. ibid.

Epistola Concilii ad Bohemos. 29

Ne Papa, si sedes vacaverit, alibi quam in Concilio eligatur. 31

Ne quis se vi iura alicuius obstrictum putet, ne ad concilium venire possit. 33

Ut Concilium in lueris suis utatur bulla plumbea. ibid.

Quod Papa durante Concilio non possit creare Cardinales, nec creatos publicare. ibid.

Commissio facta de regimine civitatis Avinionensis, & comitatus Venayfani. ibid.

Sessio V. De causis fidei, & eorum administris. ibid.

Sessio VI. Promotores Concilii Eugenium Papam, & Cardinales ei adherentes, accusant contumacia. ib.

Sessio VII. Apostolica sede vacante, extra concilium, eo sedente, non procedatur ad electionem. ibid.

Prorogatio temporis Cardinalium veniendis ad Concilium. ibid.

Quod Papa non disponat de beneficiis Cardinalium. 43

Sessio VIII. Decernatur contra Eugenium & Cardinales ipsius procedendum, nisi revocet illa dissolutionem Concilii a se factam, &c. ibid.

Mandatur Cardinalibus & aliis, ut a curia Romana recedant intra xx. dies. ibid.

ANNO
CHRISTI
1432.

Decretum, quod unicum debet esse Concilium. 45
Ne incorporatorum beneficia conferri possint per Papam vel alium. 46

Quod Papa non potest imponere novas gabellas in terras Romana ecclesia, &c. ibid.

1433 Sessio IX. Concilium recipit Sigismundum Imp. ibid.

Synodus cassat processus omnes contra Sigismundum Imp. & alios adherentes Concilio. ibid.

Sessio X. Extensio duorum decretorum sessionis octavae. 48

Accusatio contumaciae Papa. ibid.

Sessio XI. Decernitur, teneri Papam per se vel per legatos interesse Concilio: nec posse ab eo illud mutari, prorogari, dissolvi. ibid.

Quod liberum sit cuilibet venire ad Concilium. 53

Decreta alia de modo mutandi, dissolvendive concilii, sequentis intencendi, &c. 54

Quod electores Papa jurent, quod si quis eorum eligatur, servabunt dicta decreta. 55

Sessio XII. Decretum citationis contra Eugenium Papam. ib.

Decretum de electionibus & confirmationibus episcoporum & praetorum. 61

Sessio XIII. Accusatio contumaciae Papa. ibid.

Prorogatur ei spatium dierum xxx. 67

Decretum pro tuitione suppositorum Concilii. 70

Sessio XIV. Alia prorogatio monitionis Papa ad xx. dies. ib.

Forma adhesionis a Concilio Papa praescripta. 73

Sessio XV. De conciliis provincialibus & diocesanis. ibid.

1434 Sessio XVI. Bulla Eugenii Papa, qua protestetur se adherere Concilio Basileensi, & tres priores bullas suas revocat. ibid.

Tenentur bullarum, qua sunt revocata. 79. &c.

Sessio XVII. Super admissione praesidentium in Concilio nomine Eugenii IV. ibid.

Sessio XVIII. Innovatur decretum Concilii Constantiensis de auctoritate & potestate Conciliorum generalium, absentibus legatis Papa. ibid.

Sessio XIX. De unione procurando Gracorum. ibid.

Mandatum Imperatoris CP. sub bulla aurea. 96

Littera Patriarchae CP. sub bulla plumbea, ad Cardinales & alios Basiles congregatos, anno 1433. 97

Confirmatio capitulorum superioribus literis comprehensorum. 98

Decretum de Judaeis & neophytis. ibid.

De his qui volunt ad fidem converti. 99

1435 Sessio XXI. Decretum de concubinariis. ibid.

De excommunicatis non videndis certo modo non vocatis. 103

De interdictis non leviter ponendis. ibid.

Con-

	<i>Contra frivole appellatus.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXI.</i>	104
	<i>De Annariis.</i>	ibid.
	<i>De pacificis possessoribus.</i>	105
	<i>Quomodo divinum officium in ecclesia celebrandum sit, &c.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXII.</i>	108
	<i>Condemnatio libelli Augustini de Roma.</i>	ibid.
1436	<i>Sessio XXIII.</i>	110
	<i>De electione summi Pontificis.</i>	ibid.
	<i>Forma professionis ipsius.</i>	111
	<i>De numero & qualitate Cardinalium.</i>	116
	<i>De electionibus.</i>	118
	<i>De reservationibus.</i>	ibid.
1437	<i>Sessio XXIV.</i>	121
	<i>Alia quadam cum Gracis.</i>	ibid.
	<i>Salvus conductus Gracorum.</i>	123
	<i>Bulla aurea Imperatoris Gracorum.</i>	125
	<i>Bulla plumbea Patriarcha CP.</i>	126
	<i>Bulla indulgentiarum in favorem subsidii pro reductione Gracorum.</i>	128
	<i>Sessio XXV.</i>	133
	<i>De locis futuri Concilii pro Gracis.</i>	ibid.
	<i>Decretum pro cautione Avinionensi.</i>	136
	<i>Sessio XXVI.</i>	137
	<i>Monitorium, & citatio contra Eugenium Papam & Cardinales.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXVII.</i>	141
	<i>Cassatur nominatio & creatio Cardinalium facta per Eugenium Papam.</i>	ibid.
	<i>Cassatur littera falso bullata.</i>	149
	<i>Avinionensis civitas in salvaguardiam Concilii recipitur.</i>	145
	<i>Sessio XXVIII.</i>	147
	<i>Declaratur Eugenius Papa contumax.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXIX.</i>	151
	<i>De revocatione bullae Papa super translatione Concilii.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXX.</i>	158
	<i>De communione sub una specie.</i>	ibid.
1438	<i>Sessio XXXI.</i>	159
	<i>De causis.</i>	ibid.
	<i>De collationibus beneficiorum.</i>	161
	<i>Qualificationes & ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios.</i>	163
	<i>Decretum de suspensione Eugenii Papa.</i>	165
	<i>Sessio XXXII.</i>	170
	<i>Cassatio electionis loci pro concilio facta a minori parte.</i>	ibid.
1439	<i>Sessio XXXIII.</i>	178
	<i>De veritate fidei Catholica per tres veritates.</i>	ib.
	<i>Sessio XXXIV.</i>	179
	<i>De depositione Eugenii Papa.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXXV.</i>	181
	<i>De stabilitate concilii Basileensis.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXXVI.</i>	182
	<i>De Conceptione B. Mariae Virginis.</i>	ibid.
	<i>Sessio XXXVII.</i>	184
	<i>Revocatio protestationum, &c. obviantium electioni Papa faciendae.</i>	ibid.
	<i>Decretum de modo eligendi summum Pontificem.</i>	ibid.
	<i>Forma iuramenti ab electo prestandi.</i>	189
	<i>Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur.</i>	ibid.
	<i>Ne tempore electionis fiat audientia.</i>	190
	<i>Sessio XXXVIII.</i>	191
	<i>Contra investituram (Eugenii Papa scilicet.)</i>	ib.
	<i>Decreta de electionibus, de nominatis ad eligendum Papam, &c.</i>	195

	<i>Sessio XXXIX.</i>	199
	<i>Confirmatio electionis Amedei Sabaudia ducis in Papam.</i>	ibid.
1440	<i>Sessio XL.</i>	201
	<i>Consensus Amedei sive Felicis V. in Papam.</i>	ib.
	<i>Declaratio quod domino Felici sit obediendum.</i>	203
	<i>Sessio XLI.</i>	205
	<i>Condemnantur scripta quadam Eugenii Papa.</i>	ib.
	<i>Sessio XLII.</i>	207
	<i>De promotione Felicis Papa V.</i>	ibid.
1441	<i>Sessio XLIII.</i>	211
	<i>De Visitatione B. Mariae Virginis.</i>	ibid.
	<i>Sessio XLIV.</i>	213
	<i>De mutatione suppositorum Concilii Basileensis.</i>	ib.
	<i>Sessio XLV. & ultima.</i>	211
1442	<i>Lugdunum designatur locus futuri Concilii post triennium, &c.</i>	ibid.

Haec sunt sessiones.

	<i>Indulgentia incorporatis concessa, anno 1439.</i>	222.
	<i>Decretum quinque conclusionum, anno eodem.</i>	225
	<i>Bulla Nicolai Papa V. super approbatione actuum in Concilio Basileensi, anno 1449.</i>	227
	<i>Epistolae & Responiones synodales.</i>	233
	1. <i>Epistola ad Bohemos.</i>	ibid.
	2. <i>Ad omnem ecclesiam: Quod Patres intendunt manere in Basilea.</i>	23
	3. <i>Responso synodalis de auctoritate cuiuslibet Concilii generalis supra Papam.</i>	239
	4. <i>Non esse acceptandas litteras Eugenii Papa de dissolutione Concilii.</i>	247
	5. <i>Responso oratoribus Eugenii, acceptationem decretorum a Papa prius esse faciendam, quam a Concilio fiat ei provisio.</i>	273
	6. <i>Responso Domini Juliani Cardinalis ad instructiones Domini Parentini facta.</i>	279
	7. <i>Ad Eugenium Papam; Quod pro unione Gracorum non decet Constantinopoli synodum celebrari.</i>	281
	8. <i>Responso legati Eugenii, Quod possit Concilium concedere indulgentias plenarias pro unione Gracorum, &c.</i>	282
	9. <i>Responso synodalis ad investituram (ut vocant) Eugenii Papa.</i>	289
	10. <i>Responso synodalis facta oratoribus Imperii.</i>	303
	11. <i>Responso synodalis contra Concilium Ferrariense.</i>	305
	12. <i>Responso synodalis ad schedulam protestationis contra processum Papa, per Oratorem ducis Mediolani.</i>	315
	13. <i>Responso synodalis ad schedulam oblatam per oratores principum, super mutatione loci concilii.</i>	320
	14. <i>Responso ad eosdem, de eadem mutatione loci.</i>	332
	15. <i>Sententia contra sequentes Curiam Eugenii Papa.</i>	342
	16. <i>Responso synodalis ad investituram (ut vocant) Eugenii Papa.</i>	344
	17. <i>Epistola synodalis ad universos fideles, de obediendo Concilio generalibus, &c.</i>	356
	18. <i>Responso synodalis facta oratoribus Regis Romanorum ac Principum Electorum.</i>	368
	19. <i>Epistola Regis Anglia ad Eugenium Papam.</i>	372

19. Ejus.

19. *Ejusdem ad synodum Basileensem.* 374
 20. *Sigismundi Caesaris ad eandem.* 375

APPENDIX

CONCILII BASILEENSIS.

I. Articuli varii. 377

1. *De modo procedendi in Concilio.* ibid.
 2. *Infrustrationes deferenda ambasciatoribus Concilio.* 380
 3. *Declaratio satisfactoria.* 381
 4. *Reformationes de suppositis Concilio.* 382
 5. *Articuli oblatis ex parte regni Bohemiae.* 385
Infructu a Concilio data Legatus suus ad Bohemos missis. Ambasciatores Concilio sunt missi ad Bohemiam &c. 387
 6. *Instrumentum facta pacis inter regem Franciae & ducem Burgundiae, per legatos Concilio.* 389
 7. *Tractatus Atrebatensis inter eosdem.* 392
 8. *Assensum Conventus Bituricensis, anni 1421.* 401
 9. *Mandatum nunciatorum Concilio existentium Norimbergae ad tractandum cum Bohemis.* 406
 10. *Taxatio notariorum in Concilio facta & limitata.* 407
 11. *Concessum Concilio pro suppositis ipsis, ut nemo proponatur illis usque adeptione beneficiorum, praetextu privilegii ab Eugenio Papa accepti.* 408
 12. *Juramentum ambasciatorum Papa.* 409
 13. *Concordata deputatorum.* ibid.
 14. *Prærogative graduatorum incorporatorum.* 410
 15. *Responsio facta ambasciatoribus Imperatoris, super factis Bohemorum.* 412
 16. *Sententia patriarchae Aquilejensis.* 414
 17. *Sententia diffinitiva in causa Trajectensis ecclesiae.* ibid.
 18. *Cassantur quae fecit dominus Papa in præiudicium incorporatorum Concilio.* 415

II. Epistolae Concilio secundum datas ordinatae.

19. *Epistola Concilio ad Bohemos.* ibid.
 20. *Salvus conductus Bohemis concessus.* 417
 21. *Littera missa regi Franciae, Carolo VII.* 418
 22. *Ad consiliarios regis Franciae.* 420
 23. *Ad nomen de Tremouille.* ibid.
 24. *Ad archiepiscopum Remensem, cancellarium Franciae.* 421
 25. *Ad archiepiscopum Lugdunensem.* ibid.
 26. *Ad regem Poloniae, & alios.* 422
 27. *Salvus conductus concessus ambasciatoribus Papa.* 424
 28. *Bulla Concilio ad Imperii electores.* 425
 29. *Licentia exercendi officium procuratorum causarum durante Concilio.* 428
 30. *Executoria presbyteri Lyrensis super sententia diffinitiva in curia Romana.* 429
 31. *Carolina sub latiori forma.* 430
 32. *Bulla prærogativarum concessarum incorporatorum Concilio.* 435
 33. *Bulla indulgentiarum in venerationem sacramenti Corporis Christi.* 436
 34. *Contra collectores Camera Apostolicae.* 439

III. Ambasciatorum Concilio epistolae. 441

35. *Epistola missa Bohemis per legatos Concilio.* ibid.
 36. *Eorundem ad eosdem.* 443
 37. *Promissiones factae Graecis per ambasciatores Concilio.* 444
 38. *Promissio altera eorundem.* 445
 39. *Propositio ambasciatorum Concilio facta Graecis Constantinopoli &c.* ibid.
Procuratorum decretum, quod non placuit Imperatori. 451
Articuli Ambasciatorum Concilio. 452
Articuli Imperatoris CP. ibid.
Alii Articuli responsorum ambasciatorum Concilio. 453

IV. Orationes aliquot in synodo Basileensi habitae, &c. 454

40. *Collatio Joannis de Bacienslein facta coram Papa, Florentiae.* ibid.
 41. *Responsio Eugenii Papa.* 459
 42. *Responsiones factae oratoribus Concilio.* 460
 43. *Oratio Gerardi Landrami episcopi Laudensis, ad regem Angliae & episcopos regni.* 463
 44. *Oratio Andreae de Petra archiepiscopi Colossensis, ambasciatoris Papa.* 468
 45. *Oratio archiepiscopi Tarentini ad Basileenses pro Eugenio Papa.* 472
 46. *Oratio presidentis ad convertendum Bohemos.* 492
 47. *Joannis Patriarchae Antiocheni, de superioritate inter Concilium & Papam.* 512

V. Epistolae Eugenii IV. Papa ad synodum Basileensem, vel contra eam datae.

Oratio Domini Ludovici Pontani Romani utriusque juris illuminatoris Excellentissimi Apostolicae Sedis Prothonotarii & Sacri Palatii Apostolici, habita in Concilio Basiliensi ec. 534

48. *Bulla ad archiepiscopum Coloniensem.* 577
 49. *Informatio missa ad regem Romanorum.* 579
 50. *Littera Apostolica de potestate legati Papa.* 581
 51. *Bulla revocationis per commissionem factam Juliano Cardinali legato.* ibid.
 52. *Littera revocationis Concilio, publicata Romae, & alibi.* 584
 53. *Ad Regem Romanorum super Concilio dissolutione.* 588
 54. *Ad Concilium, presentata per ambasciatores Electorum Imperii.* 589
 55. *Ad Imperatorem, responsiva super factis concilio.* 571
 56. *Bulla capitulorum inuicem inter Papam, & regem Romanorum.* 572
 57. *Bulla presentata per Imp. deputatis Concilio.* 574
 58. *Ad Bartholomaeum Spalatensem, &c.* 575
 59. *Bulla presidentium.* ibid.
 60. *Ad Joannem archiepiscopum Tarentinum, & alios.* 577
 61. *Ad Julianum Cardinalem.* 578
 62. *63. Ad Concilium.* ibid. & 579
 64. *Ad legatos suos Concilio presidentes.* 580
 65. *Bulla translationis Concilio Basileensis ad civitatem Ferrariensem.* 581

VI. Epi-

VI. Epistolæ Sigismundi Imp. ad Concilium vel pro Concilio.

66. Ad Papam, supplicatio. 587
 67. Ad eundem, super facti concilio. ibid.
 68. Ad Iulianum Carinalem, & alios. 588
 69. Ad Papam, super facti eodem. 588
 70. Argumenta ad Papam, super eodem. 588
 71. Instructio exiitum ex parte Cesaris ad Papam. 590
 72. Ad Basilienses, de concordia cum Papa. 592
 73. Ad eundem, de trame sentiendum concilio. 593
 74. Ad eundem, de historia Bohemorum adversus Tabornas. 596
 75. Ad eundem, de sensu Bohemorum. ibid.
 76. Litera, per quas promittit adherere inconcuffe Concilio. 598
 77. Mandatum missum Papa per Regem Romanorum. 599
 78. Forma juramenti prestiti per ambasciatores Regis Romanorum. 599
 79. 80. Epistola ad concilium. Petit causam ad se remitti, qua fuerit ad concilium appellatum; alioqui protestatur contra Concilium. 602. & 601.
 81. Salus conductus missus Concilio. 603
 82. Epistola, qua promittit se confirmaturum certa capitula Concilio. 605.

VII. Epistolæ diversorum ad synodum.

83. 84. Philippi ducis Burgundia, super canonizatione Petri de Lutzenburgo. Ejusdem, de pace tractanda cum rege Francia. 605 & 606
 85. Caroli regis Francia, de pace tractanda cum duce Burgundia. 607
 86. Ambasciatorum Concilio in Bohemia existentium. 609
 87. Archiepiscopi Lugdunensis. 610 & 611
 88. Ambasciatorum Concilio in Bohemia existentium. 612
 89. Ambasciatorum Concilio Norimberga existentium. 613
 90. Imperatoris CP. Joannes Paleologi. 617
 91. Erici regis Suecia, in favorem ordinis S. Brigittæ. 619
 92. Petri Lunderis, & aliorum, de eodem ordine. 620
 93. Rotomagensium conventus & civium. 622
 94. Joannis Paleologi Imp. CP. 623
 95. Amedei ducis Sabaudia. 624
 96. Philippi ducis Medulaniensis. 625
 97. Joannis Paleologi Imp. CP. 627
 98. Joseph Patriarchæ CP. 628
 99. Constantini Paleologi, fratris Imp. CP. ibid.
 100. Frederici junioris ducis Austria. 629
 101. Alphonsi regis Arragonum. 630
 102. Alberti ducis Austria. 631

VIII. Epistolæ diversorum ad diversos de synodo Basiliensi.

103. Pragenium ad consules civitatis Egreffis. 632.
 104. Eorundem ad nuncios synodi Nuremberga existentes. 633
 105. Eorundem ad consules Nurembergenses. 634.
 106. Anonymi ad episcopum Lausanensem ibid.

107. Archiepiscopi legati Imperatoris, ad ipsum. 637
 108. Pragenium ad Nicolaum Almoniam, de vestigio Bohemorum. 638
 109. Anonymi ad Cardinalem legatum, de eodem vestigio. 639
 110. Capitanei civitatis de rebus Tabornas. 640
 111. Bohemorum ad Christofideles, hereticos. 641
 112. Eggenium ad nuncios Concilio Nuremberga existentes. 641
 113. Pragenium ad nuncios Concilio. 644
 114. Capitanei civitatis, de rebus Tabornas. 645
 115. Pragenium ad suos commissarios. 646
 116. Capitanei civitatis de rebus Tabornas. 647. 648
 117. Pragenium Imp. ad Eugenium Papam. 648.
 118. Commissio Imp. Gracorum facta uni ambasciatorum Concilio. 649
 119. Commissio Patriarchæ CP. facta eadem. 650
 120. Legati Concilio ad legatum Pragenium. ibid.
 121. Litera Joannis de Ragusio, & Simonis Hieronem. 651
 122. Litera Missa Reverendissimo Domino Legato per fratrem Joannem de Ragusio. 654
 123. Litera Missa Simonis Hieronem. 659
 124. Litera Joannis de Ragusio Oratoris Sacri Concilio ad Graciam. 661
 125. Litera Domini Ludovici prefidentis Concilio Basiliensis. 665
 126. Litera Domini Ludovici prefidentis Concilio Basiliensis. 665
 127. Epistola Joannis Cardinalis ad Eugenium IV. Pragenium, &c. 666
 128. Inhabitus Domini Iuliani Cardinalis S. Angeli ad Bohemos. 679

IX. Orationes quatuor in Concilio Basiliensi habitæ.

I. Joannis de Ragusio, Ordinis Predicatorum, De Communione sub utraque Specie. 699
 II. Agniti Carlemi, decani Cantuariensis, De corrigendis peccatis publicis. 668
 III. Henrici Kalkisen, Ordinis Predicatorum, De libera predicatione verbi Dei. 671
 IV. Joannis de Povermar, Archidiaconi Babilonensis, de civili Dominio Clericorum. 695
 Note Bini in Concilio. 1168

APPENDIX NOVA CONCILII BASILENSIS.

I. * Acta Concilio ad Premonstratenses spectantia. 1179
 1. * Confirmatio privilegiorum Premonstratensium. ibid.
 2. * Gualtheri Bellicensis, episcopi, iura compulsoria in causa monasterii S. Joannis Ambianensis. 1180
 3. * Sententia Deputatorum Concilio in favorem ejusdem Monasterii. 1185
 4. * Litera executoriales Concilio. 1187
 5. * Executio prelatorum literarum. 1189
 6. * Litera executoriales Concilio. 1200
 7. * Innovatio duorum privilegiorum Ordinis Premonstrat. 1123
 8. * Sententia in favorem monasterii Belli-Portus. 1205
 II. * Oratio Gregorii Coriani ad Sigismundum Imp. pro Concilio Basiliensi. 1208
 III. *

- III. • *Articuli a Nunciis Eugenii oblatis regi Christianissimo.* 1221
 IV. • *De Concilio Basileensis editone sententia Lucae Holstenni.* 1222
 V. • *Epistola Concilii Basileensis ad Cluniacenses.* 1224

ALTERA CONCILII BASILEENSIS

APPENDIX

1. *Oratio Philippi Archiep. Turonensis.* 1225
 2. *Litera synodi Basile. ad Joannem abbatem Bonavallis.* 1230
 3. *Bulla Eugenii IV.* 1231
 4. *Litera regis Arragonum missa in Concilio.* 1232
 5. *Responsiones facta per regem Arrago-*

- num capitulis oblatis per oratorem synodi Basile.* 1233
 6. *Epistola Henrici Anglorum regis ad Concilium Basileense.* 1234
 7. *Propositio Domini legati in adventu Graecorum facta Basilea in Congreg. Generali. Anno Domini 1434.* 1235
 8. *Propositio Ambasciatorum de Gracia ad Sacrosanctum Basileense Concilium &c.* 1244
 9. *Ambrosii Camaldulensis generalis oratio habita in Concilio Basile.* 1250
 10. *Litera synodi Basileensis ad Joannem Ab. Bonavallis.* 1257
 11. *Exortatio Card. Sabinensis Legati ad Concilium Basile.* 1258
 12. *Epistola Concilii ad Joannem Ep. Salzburgerensem.* 1267
 13. *Oratio praeambula responsionibus Deputatorum Concilii Basile. ad articulos Bohemorum per D. Abbatem Cisterciensem.* 1269

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. D. Filippo Rosa Lanzi Inquisitor Generale del Santo Offizio di Venezia nel libro intitolato: *Sacrorum Conciliorum &c. Auctore P. Philippo Labbeo Soc. Jesu, curante Nicolao Coleti, & Joanne Dominico Mansi &c.* Non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo Licenza ad Antonio Zatta Stampator di Venezia che possi essere stampato, osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Data li 20. Dicembrè 1767.

(Sebastian Zustinian Riform.
 (Alvisè Valarezzo Riform.
 (Francesco Morosini 2.º Cav. Proc. Riform.

Registrato in Libro a Carte 335. al Num. 2304.

Davidde Marc'besini Segr.



ANNO CHRISTI 1531. **a** **CONCILIUM** ANNO CHRISTI 1531.

b **BASILEENSE** **c** **ŒCUMENICUM**

Sub Eugenio IV. celebratum, ^d ex parte reprobatum.

*Quoad ea nimirum quæ ibidem de e auctoritate Concilii & depositione Eugenii
Papa sancita fuerunt, ^e inchoatum anno domini MCCCCXXXI.
& absolutum anno MCCCCXLII.*

INCHOATIO CONCILII BASILEENSIS.



De Jovis decimanoa Julii. de **A** *Hoc Concilii exordium ita enunciatum reperiri in ms. Cod. olim Eminentiſſi. Card. Paſſionei pag. 80.*
 anno domini MCCCCXXXI. applicuerunt Basileæ domini, scilicet, Joannes Polmar capellanus summi pontificis, & auditor sacri palatii, & magister Joannes de Ragusio doctor in theologia Parisiensis, procurator generalis Ordinis prædicatorum, delegati ad præsidendum Concilio a domino Juliano Cardinali sancti Angeli Legato Apostolico, litteras salutorum conductuum domini Imperatoris descriptas habentes. Remansitque dominus Dionysius expectans ambaxiatam præfati domini Imperatoris. Qui quidem præsidentes, vicesima-tertia Julii, convocatis omnibus Ecclesiasticis personis tam extraneis quam intraneis, in capitulo majoris Ecclesiæ Basileensis inchoaverunt Concilium, legitima potestate eidem Cardinali a felicis recordationis domino Martino, & domino Eugenio præfenti, & deinde eorum subscriptione facta a prædicto Legato, quorum prædictus.... fecit collationem solemnem super themate: *Veni angelus testamenti quem vos vultis: Malachis 3.* In quo ostendit potestatem domini Legati, & eorum legationem, & omnimodam voluntatem, ad Concilium quod tunc inchoaverunt & stabilierunt, prout etiam rescripserunt Ambaxiatores Universitatis Parisiensis; & decreverunt missam solemnem sextis feriis post petitionem celebrari. **C** diem.

IN nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo primo, vicesima quinta die mensis Junii, Indictione nona, Pontificatus SS. in Christo Patris & Domini nostri Domini Eugenii Divina providentia Papæ IV. anno eius Primo Reverendiss. in Christo Pater & Dominus Dominus Julianus S. Angeli Diaconus Cardinalis A. S. L. auctoritate s. r. Martini V. & Sanctissimi Domini nostri Eugenii Papæ moderni, factum prædecessoris sui confirmantis & ratum habentis, juxta statuta & ordinationem Constantiensis & Senensis Conciliorum venerabiles Viros magistrum Joannem Polmar Palatii Apostolici, causarum auditorem, & Joannem de Ragusio in Theologia magistrum, & Ordinis FF. Prædicatorum Procuratorem, ad civitatem Basiliensem pro ibidem inchoando Concilio Generale, destinavit. Qui eadem die ingressi post missam de Spiritu Sancto solemniter in Ecclesia Basiliensi cantatam, & aliis ceremoniis devote peractis Concilium Generale in eadem Civitate esse prædicaverunt, Domino Cardinali intra Bohemicam & circa fines ejus super extirpationem Hæresum Hussitarum se invicem sollicitè occupante, & sic creverunt de die in

ANNO
CHRISTI
1531.

Desumpta
ex authenticis
exemplaribus
plumbo
eadem
sacrofandi
Concilii
firmatis inquit
Patris. C. ab
te

DECRETA ET ACTA CONCILII
BASILEENSIS,

Desumpta ex authenticis exemplaribus plumbo
ejusdem sacrosancti Concilii firmatis.

SESSIO PRIMA.

In nomine sancte & indivisae Trinitatis fe-
liciter Amen.

L

Conferatur utique dignum & congruum, pro-
ut id singulariter exposcit nimium labilis
hominum memoria, ut ea quae per sacrorum
Generalium Conciliorum sessiones ad Dei lau-
dem & communem reipublicam utilitatem fore
noscentur instituta, illa debite scriptura con-
tineantur, ut per hanc jugis eorum etiam ad
posterum transeat recordatio. Hinc est igitur,
quod in subscriptis continentur, & sunt de ver-
bo ad verbum inserta decreta, constitutiones,
acta & ordinationes, ceteraque gesta in hoc
sacro generali Basileensi Concilio, praesidente in
eodem auctoritate apostolica reverendissimo in
Christo patre domino Juliano, misericordiae di-
vinae sacrosanctae Romanae Ecclesiae sancti An-
geli diacono Cardinali, Apostolicae sedis Lega-
to, collecta, visa, ordinata per nos proto-
notarios, notarios, & scribas infra scriptos, ad id
per dictum dominum praesidentem, sacro eod-
em approbante Concilio, deputatos, sub an-
nis, indictionibus, diebus, horis, mensibus &
Pontificatu iulianus annotatis pariter & descri-
ptis.

Anno siquidem a Nativitate Domini millesimo
quadringsentesimo tricesimo primo, Indictione
nona, die autem Veneris septima mensis De-
cembrii, pontificatus sanctissimi in Christo pa-
tris, & domini nostri domini Eugenii divina
providentia Papae quarti anno primo, praefato
reverendissimo patre domino Cardinali praesiden-
te & Legato jam per menses aliquot in civitate
Basileensi nationis Germanicae, provinciae Bi-
suntinae, praedicti generalis Concilii adjuvan-
te Domino congregatione & celebratione imbi-
juxta mandatum apostolicum alius sibi super hoc
directum, & infra plenius definitum, legitime
faciendum, personaliter existente. Convocatis
itaque jam per eum dicta auctoritate hujus rei
causa ad dictam civitatem Basileensem de di-
versis mundi partibus pluribus dominis, Prae-
latis, necnon personis aliis, & viris Ecclesiasti-
cis, quae de jure vel consuetudine ad Concilium
Generale venire tenentur, ac etiam quampluri-
bus aliis ad dictum Concilium convocatis, eis-
que una cum dicto domino praesidente Legato
in certa aula domus Ecclesiae S. Leonardi Bas-
ileensis, in qua soliti sunt pro Conciliis tenen-
dis in unum convenire, ad haec specialiter con-
gregatis, unanimi inter eos inito consensu, ex-
stitit ordinatum & decretum, primam dicti Ge-
neralis Concilii Basileensis sessionem tenendam
fore auctore Domino, atque celebrandam die Ve-
neris extrinsece proxime secutura, quattodecima
dicti mensis Decembrii in Ecclesia cathedrali Ba-
sileensi, prout in schedula, cujus tenor inferius
primo loco describitur, plenius continetur: quam
schedulam in multis duplicatam & transcriptam
jussit idem dominus praesidens, ob dictam primam
sessionis publicationem faciendam, in pluribus

forte pro
didi.

forte fa-
cienda.

Ad idem civitatis Ecclesiarum valvis affigi pariter
& apponi, cujus tenor sequitur, & est talis:

Ad laudem omnipotentis Dei, tranquillitatem
que Fidei catholicae, nec non tranquillitatem
& pacem totius Christianitatis, reformationem
quoque universalis Ecclesiae & populi Christiani,
ex parte reverendissimi in Christo patris & do-
mini domini Juliani misericordiae divinae sacro-
sanctae Romanae Ecclesiae S. Angeli diaconi Car-
dinalis, in praesenti sacro generali Concilio Ba-
sileensi auctoritate Apostolica praesidentis (spe-
cialiter deputati, approbatione dicti sacri Gener-
alis Concilii incitatur per praesentes omnes &
singulis in hoc ipso generali Concilio Basileensi
interfentibus, & interesse debentibus, quod
auctore Deo die Veneris proxima post illius
festum S. Luciae, qui erit quattodecima mensis
hujus Decembrii, prima ejusdem sacri Generalis
Concilii sessio celebrabitur in Ecclesia cathedrali
civitatis hujus Basileensis, hora nona ejusdem
diei a media nocte in antea computanda. Ideo-
que praecipitur & mandatur omnibus & singulis
in praedicta civitate Basileensi ad causam dicti
sacri Concilii jam existentibus, ceterisque ad
quorum notitiam praesentes devenierint, in dicto
Concilio interesse debentibus, qui tunc commode
personaliter interesse poterunt in eodem, qua-
tenus dictis die & hora in Ecclesia praedicta
personaliter & debite compareant sub penis ju-
ris, nisi legitimo praepediti fuerint impedi-
mento. Datum Basileae die septimo dicti mensis
Decembrii, anno a Nativitate Domini millesimo
quadringsentesimo tricesimo primo, pontifica-
tus sanctissimi domini nostri Papae Eugenii
quarti anno primo, sub sigillo consueto dicti
domini praesidentis in testimonium praesentorum.

Dicta die Veneris quattodecima praedicti men-
sis Decembrii, anno, indictione, hora, & pon-
tificatu, quibus proxime supra, sacrosancta Ge-
nerali Synodo Basileensi praedicta, dicto do-
mino Cardinali Legato auctoritate qua supra pra-
sidente, legitime ubi supra congregata, cele-
brataque eidem solemniter missa de Spiritu sancto
per reverendum in Christo patrem dominum
Philibertum Dei & apostolicae sedis gratiam Epi-
scopum Constantiensem provinciae Rothomagen-
sis, insuper cantatis & perlectis litaniis, anti-
phonis, aliisque devotis orationibus in talibus
ordinatis, Deoque suppliciter & devote exhibitis,
idem dominus Cardinalis praesidens in
pontificalibus, sedens super cathedram ad hoc
sibi preparatam, aliisque singulis Praetatis tunc
ad praemissa adstantibus in pontificali habitu,
simul cum mitris planis capitibus eorum im-
positis existentibus, gratum sermonem ad Syno-
dam praedictam sacrosanctam habuit, sumens
pro themate suo: *Mundum qui fertis vase Do-
mini: Isaia 52.* in quo plerumque (quod) exhor-
tatione, secundum quod tali convenisset eximie
congregationi, & in primordio talis adus de-
cauit, omnes de puritate, quiddam, & vitam in-
tegritate solertem in caritate non fidei admonuit,
praecipueque exhortatus est, ut in celebratione
Deo grata praesentis sacri Concilii, Ecclesiam uni-
versali tam necessario & utili, ut vere decet vi-
ros Ecclesiasticos, constanti & bono animo ju-
ster adessent, vigilarentque, ac diligentius in-
tenderent ad profectum & utilitatem reipublicae
& Christianae religionis facilliter peragendam.
Quo quidem sermone per eum finito, tandem
memoratus dominus Philibertus Episcopus Con-
stantiensis eminentem thalamum ascendit, ibi-
que de mandato dictae sacrae Synodi perhibuit al-
ta

ANNO
CHRISTI
1531.

ANNO
CHRISTI
1431.

ANNO
CHRISTI
1431.

na & intelligibili voce, ut ab omnibus adhan-
tibus audiretur, hanc que infra de verbo ad
verbum inferuntur, adstantibus eidem nonnul-
lis venerabilibus & egregiis viris domini am-
baxianoribus serenissimorum & illustrissimorum
principum domitorum regis Romanorum sem-
per Augusti & Amodei ducis Sabaudie, nec
non viris illustribus dominis aliis quampluri-
mis.

*Sessio in articulo sessionis ac numero di-
stinctus, ut commodius in posterum
citari possit.*

II.

*Decreta & cetera lecta in prima sessione sacri
Generalis Concilii Basileensis.*

Ad omnipotentis Dei gloriam, Fidei catho-
licæ exaltationem, Christianamque religionis pro-
fectum, jaciens fundamentum in summo angu-
lari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædifi-
catio constructa erexit in templum sanctum in
Domino, sacrosancta Synodus Basileensis univer-
salem Ecclesiam representans, in Spiritu sancto
legitima congregata, presidente reverendissimo
in Christo patre domino Juliano, sanctæ Ro-
mance Ecclesiæ sancti Angeli diacono Cardinali,
Apostolicæ sedis Legato, attendens quod sacra
Generalis Synodus Constantiensis in Spiritu san-
cto celebrata, salubre existimans & multumode
fructuosam in sancta Dei Ecclesiæ Generalia Con-
cilia frequentari, hoc suo decreto constituit hu-
jusmodi sub tenore.

III.

*Decretum Constitutionis de celebratione
Conciliorum.*

In Con-
stitutione Con-
cilio lect. 33.

Frequens Generalium Conciliorum celebratio
agri Domini præcipua cultura est, quæ ve-
pres, spinas & tribulos hæresium, errorum &
schismatum extirpat, excessus corrigit, defor-
mata reformat, & vincam Domini ad frugem
aberrans fertilitatis adducit: illorum vero ne-
glectus, præmissa disseminat atque fovet. Hæc
præteritorum temporum recordatio, & præser-
tim consideratio, ante oculos nostros ponant.
Quapropter hoc Edicto perpetuo sancimus, de-
cernimus, atque ordinamus, ut amodo Conci-
lia Generalia celebrentur, ita quod primum a
fine hujus Concilii in quinquennium immedia-
te sequens, secundum vero a fine illius immedia-
te sequentis Concilii in septennium, & deinceps
de decennio in decennium perpetuo celebrentur,
in locis que summus Pontifex per mensem ante
finem cujuslibet Concilii, approbante vel con-
sentiente Concilio, vel in ejus defectum ipsum
Concilium deputare & assignare teneatur, ut sic
per quamdam continuationem semper aut Con-
cilium vigeat, aut per terminum pendentiæ ex-
spectetur, quem terminum liceat summo Ponti-
fici de fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium consilio, ob emergentes forte cas-
sus, abbreviare, sed nullatenus prorogari.
Locum autem pro futuro Concilio celebrando
deputatum, absque evidenti necessitate, non
mutet. Sed si forte casus aliquis occurrerit,
quæ necessarium videretur ipsum locum mutari,
pota oblationis, guerrarum, pestis, aut simi-
lis, tunc liceat summo Pontifici de prædicto
Concil. General. Tom. XXIX.

rum fratrum suorum, aut dearum partium ip-
sorum consensu atque subscriptione, alium lo-
cum prius deputato loco vicinorem & aptum,
sub eadem tamen natione subrogare, nisi idem
vel simile impedimentum per totam illam na-
tionem vigeret: tunc ad aliquem alium vicini-
orem alterius nationis locum aptum hujusmodi
Concilium poterit convocari, ad quem Prælati,
& alii qui ad Concilium solent convocari, ac-
cedere teneantur, ac si a principio locus ille fuisset
electus & deputatus. Quam tamen loci mu-
tationem, vel termini abbreviationem, per
annum ante præfixum terminum teneatur sum-
mus Pontifex legitime & solemniter publicare &
intimare, ut ad ipsum Concilium celebrandum
Prælati possint statuto termino convenire.

Atque pro ipsius executione Decreti civitas
Papiæ apud Italiam fuit electa, pro Generali
Concilio in fine tunc proxime sequenti quin-
quennii celebrando. Quod quidem Concilium
suo decreto tempore in dicta civitate Papiensi
celebrari extitit inchoatum, & inde certis ex
causis ad civitatem Senensem translatum. In
quo quidem Generali Concilio Papiæ inchoato,
& in Senensi civitate celebrato, hæc Basileensis
civitas pro celebratione tunc futuri Generalis
Concilii post septennium a fine ipsius Senensis
Concilii celebrandi fuit electa & debite assigna-
ta, ut constat in Instrumento publico inde con-
fecto hujusmodi seriei.

IV.

*Instrumentum electionis civitatis Basileensis pro
Generalis Concilio celebrando.*

In nomine domini. Amen. Tenore præ-
sentis publici Instrumenti cunctis pateat eviden-
ter, & sit notum, quod Anno a Nativitate ejus-
dem Domini millesimo quadringentesimo vice-
si-mo quarto, Indictione secunda, die vero sabba-
ti 19. mensis Februarii, hora tertiaria, vel
quarta, Pontificatus sanctissimi in Christo patris
& domini nostri domini Martini divina providen-
tia Pape quinti anno septimo, vigente &
durante sacrosancto Generali Concilio Senensi in
civitatem Senarum, ac presidentibus eidem Con-
cilio vice & nomine præfati domini nostri Pape
& pro eo reverendissimis in Christo patribus do-
minis dominis Dei & apostolicæ sedis gratia
Petru Archiepiscopo Cretensi, Jacobo Episcopo
Spoleitano, Petro Abbate de Rufatio Aquilejen-
sis diocesis, ac Leonardo de Florentia magi-
stro & Generali Ordinis prædicatorum, per eun-
dem dominum nostrum Papam ad infra scripta
specialiter deputatis & ordinatis, iidem domini
presidentes quamdam convocationem deputato-
rum omnium inclitarum nationum præsentis
Concilii Senensis, super electione loci futuri Con-
cilii fecerunt. In qua adfuerunt prædicti domi-
ni presidentes Concilii una cum reverendis pa-
tribus ac venerabilibus & circumspicis viris om-
nium quinque nationum, videlicet pro Italica
pro parte Prælatorum & aliorum de extra ter-
ritorium Senensis (a) domini Petrus († sanctus Ep-
iscopus Castrensis, & Dominicus de sancto Ge-
miniano decretorum doctor, cameræ apostolicæ
auditor. Pro parte Prælatorum & aliorum ha-
bentium titulos in territorio Senensi, dominus
Nicolaus Abbas sancti Donati, Ordinis vallis
Umbrosæ, se non habere mandatum ad actum
infra scriptum faciendum dicens, sed ad au-
diendum & referendum, quorum quilibet se
di.

Vide Tom.
XXVIII. pag.
109.

a) Leg. de
muni II.

ANNO
CHRISTI
1431.ANNO
CHRISTI
1431.

didam Italianam nationem representare asser-
bat. Pro natione Gallicana reverendi patres &
domini domini Guillelmus Episcopus Cavallicen-
sis, Ludovicus de Palade regalis Treorchien-
sis, Ordinis sancti Benedicti, Cambillonensis dier-
ensis, & Joannes Urificampi Ordinis Cistercien-
sis, Noviomensis diocesis, Abbates. Pro natione
Germanica reverendus pater dominus Har-
tungus de Cappel decretorum doctor, sacri pa-
latii apostolici causarum auditor, ac venerabi-
lis & religiosus vir frater Theodoricus de An-
del, monachus Ordinis Præmonstratensis, in
decretis licentiatus, ac ejusdem Ordinis procura-
tor. Pro natione Hispanica Petrus Alfonso Ab-
bas sancti Vincentii, & canonicus Ecclesie Tol-
letane, qui tamen dixit se non habere * ali-
quod mandatum a natione sua ad hunc actum
faciendum, nisi solum ad audiendum & refe-
rendum: de quo etiam solemniter fuit protesta-
tus. Pro natione Angliæ reverendus pater &
dominus dominus Franciscus Episcopus Aque-
nsis, & venerabilis vir magister Thomas de Mer-
dona canonicus * Ascolanensis, in sacra pagina
baccalaureus. Qui deputati supradicti, singu-
lariter singuli, infra scripta mandata sua in pu-
blicam formam, illis de territorio Senensi & na-
tionis Hispaniæ exceptis, Senis in cappella do-
mus operarii majoris Ecclesie Senensis prope
eamdem Ecclesiam sita prodixerunt, & quilibet
eorum produxit. Quibus sic congregatis, ac
missarum solemnibus aliisque cæmœniis debitis
& consuetis ibidem completis, supra dicti do-
mini deputati singularum nationum, ad infra
scripta singularia mandata, de quibus per in-
strumenta publica signis & subscriptionibus no-
tarios publicos tunc ibidem presentium
signata & subscripta, legitimam fecerunt fidem,
& ad hujusmodi electionem loci per ordinem
processerunt. Et inter cetera quamplurimis al-
legationibus, propositionibus, altercationibus
& dissensionibus diversorum locorum & provin-
ciarum hinc inde inter ipsos deputatos habitis
atque factis, demum pro loco futuri & tunc ce-
lebrandi Concilii proxime secuturi, juxta for-
mam & tenorem decreti sive constitutionis Con-
stantiensis desuper facti, civitatem Basileensem
in natione Germanica consistentem, & in provin-
cia Bifuntina, tanquam habitam, sufficientem,
& idoneam, ex ipsorum certa scientia
unanimiter & concorditer nominaverunt & ele-
gerunt, dictis tamen Nicolao sancti Donati,
& Petro Alfonso abbatibus, pro tunc expresse
consentientibus. Quo loco sic per ipsos domi-
nos deputatos electo, supradicti domini qua-
tuor presidentes Concilii ex parte domini nostri
Pape dictum decretum sive constitutionem Con-
cilii Constantiensis, in quo continetur de modo
eligendi loca Conciliorum, nec non litteras apo-
stolicas domini nostri Pape prædicti ejus vera
Bulla plumbea (ut prima facie apparebat) mo-
re Romane curie munitas, super potestate di-
ctis dominis presidentibus ad presentem actum
a domino nostro Papa prædicto concessa, per
venerabilem virum dominum Michaellem de Pi-
sis decretorum doctorem, & præfati domini
nostri Pape secretarium ibidem presentem, pu-
blice alta & intelligibili voce coram dominis
presidentibus ac deputatis nationum, aliisque
supradictis, infra scriptorum tenorem legi &
publicari fecerunt. Tenor vero decreti sequi-
tur, & est talis:

Frequens Generalium Conciliorum celebratio,
agri Dominici, &c. sicut supra in hac eadem

A sessione habetur, & alias integrus in Concilio
Constantiensis sessione 39.
Tenor Bullæ talis est.

V.

*Martinus Episcopus servus servorum Dei venerabili-
bus fratribus Petro Archiepiscopo Creteni, &
Jacobo Episcopo Spoletano, ac dilectis filiis Petro
Abbati de Rosatio sancti Petri Aquilejensis dier-
ensis, nec non Leonardo de Florentia, Ordinis
fratrum prædicatorum, & sacra pagina profes-
sori, ac ejusdem Ordinis generali magistro, vestri
& apostolica sedis Nuntius, salutem & apostoli-
cam benedictionem.*

Nuper quidem cupientes Generale Concilium
juxta deliberationem & ordinationem sancti Syn-
odi Constantiensis, ad deputationem loci olim
eodem approbante Synodo per nos factam, in
civitate Papiensi auctore Domino celebrari, ut
illa in eo statuerentur & fierent que cederent
ad laudem Dei & bonum publicum Ecclesie sum-
mae: vos ad civitatem prædictam, pro futu-
ro ibidem tenendo & celebrando Concilio Gene-
rali, nostros & apostolicæ sedis Nuntios de fra-
trum nostrorum consilio, providimus destinan-
dos; vobis inter cetera nomine & auctoritate
nostris ipsi Concilio præsidendi, & inibi pro ve-
stra sapientia illa providendi, deliberandi, sta-
tuendi, decernendi & concludendi, que ad con-
servationem & augmentum religionis & fidei
Christiane, & reformationem cleri & status ec-
clesiastici pertinent, potestatem plenariam con-
cedentes, prout in aliis nostris litteris plenius
continetur. Nos igitur attendentes, ut in bene
gerendis rebus dicti Concilii cõutilius & perfe-
ctius progredere valeatis, quo ampliori fueritis
per nos auctoritate muniti, & ne propter ali-
quem casum, qui solet quandoque contingere,
celebratio & continuatio ejusdem Concilii retar-
datur, opportune providere volentes, discretio-
ni vestræ, ubi legitima causa subsistat, ipsum
Concilium de civitate prædicta ad quamcumque
civitatem aliam ejusdem nationis ad hoc libe-
ram, habitam, & sufficientem, de qua vobis
videtur, auctoritate nostra transferendi, illud-
que prorogandi, mutandi & dissolvendi, ipsum-
que Concilium in hujusmodi alia elivitate, ad
quam id forsan transferri & mutari contingerit,
continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad il-
lud Prælatos & alios evocandi, eique nomine
& auctoritate prædictis præsidendi, & quæcum-
que in eo decreta, eodem approbante Concilio,
ordinandi, statuendi & decernendi, illaque in
publicis sessionibus juxta morem solemniter pu-
blicandi & approbandi, ut nihil minus ante
dissolutionem presentis Concilii locum pro alio
futuro Concilio inde ad septennium celebrando,
juxta deliberationem, declarationem, & ordi-
nationem prædictas, etiam ante mensam, ubi
rationabilis causa esset, ne aliquo modo hujus-
modi loci deputatio differatur, nominandi, de-
putandi, & assignandi, & alias in præmissis om-
nibus agendi, disponendi, statueri, & ex-
sequendi, ac concludendi, que pro statu honore-
que nostris, & Romane Ecclesie, ac tranqui-
litate & pace reipublice Christiane, noveritis
profutura; plenam & liberam de dictorum fra-
trum consilio auctoritate apostolica tenore præ-
sentium concedimus facultatem, ratam & gra-
tiam haberi quicquid per vos super præmissis
in eodem Concilio propositum, deliberatum,
sta-

statutum, & decretum fuerit ac conclusum. Id- que faciemus, auctore Domino, usque ad satis- factionem condignam inviolabiliter observari. Datum Romae apud sanctum Petrum octavo Ka- lendas Martii Pontificatus nostri anno sexto.

Quibus quidem decretis & litteris apostolicis sic lectis & publicatis, praedicti domini quatuor praesidentes ibidem praesentes, per organum dicti reverendissimi patris domini Petri Archiepiscopi Cretensis, unus ex ipsis praesidentibus, in ipsum locum, videlicet civitatem Basileensem, sic (ut praemittitur) per ipsos dominos deputatos ele- ctam, concesserunt, ac eandem civitatem Basi- leensem, in provincia Bisuntina consistentem, una cum dictis dominis deputatis nationum, & ipsi deputati nationum, videlicet Italicae de ex- tra territorium Senense, Gallicanae, Germani- cae & Anglicanae, juxta dicti decreti Constantien- sis Concilii vim, formam & tenorem, ac pote- statis a domino nostro Papa praedicto eis tra- ditus (ut praemittitur) & concessus, elegerunt & nominaverunt, ac civitatem ipsam habitam & idoneam pro loco futuri proxime celebrandi Concilii deputarunt, assignarunt, & pronun- ciarunt. Protestantes tamen, quod propter hoc ipsum Concilium Senense non censetur disso- lutum esse, sed quod ipsi praesidentes cum in- clytis nationibus ad omnem reformationem hic possibilem concurrere vellent. Et hoc idem praesati deputati per ordinem similiter fuerunt protestati quilibet pro natione sua, quod ad reformationem hic possibilem attendere vellent. Quo loco taliter electo & pronuntiato, ac assi- gnato & deputato, vocati fuerunt in locum dictae congregationis reverendissimi patres & domini Joannes Archiepiscopus Tolotanus na- tionis Hispanicae praesidens, Joannes Archiepi- scopus Rothomagensis nationis Gallicanae praesidens, Ricardus electus Eboracensis Anglica- nae nationis praesidens, & Andreas Episco- pus Pocznanienensis nationis Germanicae praesidens. In quorum praesentia dicti loci electio fuit solemniter publicata, & per ipsos dominos Archiepiscopos & Episcopos approbata & confir- mata. Excepto quod dictus reverendissimus pater dominus Joannes Archiepiscopus Tolotanus, His- paniarum Primas regni Castellae major Can- cellarius, & supradictae nationis Hispanicae praesidens, ad dictam electionem respondit se ha- bere duas voces; unam, ut praesidens nationis suae Hispanicae, aliam vero, ut Archiepiscopus & Primas Hispaniarum. Quantum ad primam vocem, non posset consentire, nisi requisita & consentiente natione sua praedicta. Quantum ve- ro ad secundam vocem, videlicet ut Archiepiscopus & Primas, dixit se consentire, & ex- presse consentit. De & super quibus omnibus & singulis praemissis sic actis, factis & gestis, praesati domini praesidentes domini nostri Papae, nec non deputati supradicti per ordinem, ac hono- rabilis vir magister Martinus Welle clericus Sa- bolenensis diocesis in decretis haccalamreus, ac do- minus nostri Papae praesati procurator fiscalis, & hujusmodi sacri Senensis Concilii procurator, sibi a me notario publico infra scripto & alia- rum nationum notariis ibidem tunc praesenti- bus, fieri petierunt & quilibet eorum fieri pe- tuit, atque tradi unum vel plura, publicum seu publica, Instrumentum aut Instrumenta. Ad haec fuerunt haec Senis sub anno, indictione, mense, die, hora, loco, & pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem venerabilibus ac honorabilibus & discretis viris dominis Dominico de Crape-

Anica, apostolicae camerae clerico, Michaeli de Pisis supradicto, decretorum doctoribus, nec non magistris Antonio est olim Michaeli de sancto Geminiano curiae causarum camerae apo- stolicae & Italicae de extra territorium Senen- se, Hermanno Weynen de Bocken, clerico Mo- nasteriensis diocesis, apostolica & imperialis au- thoritatibus ac inelyta nationis Germanicae in praedicto Concilio Senensi notario, nec non Lau- rentio Stafforde Anglicanae, nationum praedi- ctarum notariis clericis, Florentinensis, Mona- steriensis ac Lincolnensis, diocesium, ac Fran- cisco de Bononia, serviente armorum domini nostri Papae, praedictis testibus ad praemissa vo- catis specialiter atque rogatis.

VI.

Subscriptiones notariorum.

Et ego Petrus Clerici, clericus Ambianensis diocesis, magister in artibus, publicus auctori- tate apostolica & inelyta nationis Gallicanae, in praedicto sacro Concilio Senensi notarius, quia hujusmodi electioni, pronuntiationi, assignatio- ni, & deputationi loci futuri Concilii (ut praemittitur) proxime celebrandi praesens fui, ea- que sic fieri & vidi & audivi, ideoque hoc praesens publicum Instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, & publica- vi, signoque & nomine meis solitis & consu- etis signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum praemissorum requisitus & ro- gatus.

VII.

Subscriptio alterius notarii.

Et ego Laurentius Stafforde clericus Lincol- niensis diocesis, publicus auctoritate apostolica & inelyta nationis Anglicanae, in praedicto sa- cro Senensi Concilio notarius, praemissis omni- bus & singulis una cum praenomnatis testibus & notario praesens fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, & exinde hoc Instrumentum per alium fideliter scriptum signo meo solito cum dicto notario requisitus signavi in testimonium om- nium praemissorum

VIII.

Initium & approbatio Concilii Basileensis.

Cum vero haec instaret septennii, quod est tempus ex praemisso Concilii Constantiensis de- creto celebrationi hujus Concilii praesinitum, fe- licis recordationis domini Martini Papa quin- tus, sanctus Romanus ac universalis Ecclesiae tunc praesidens pontifex, volens celebrationem Gene- ralis Concilii fieri juxta praememoratum decre- tum, cui tamen propter aetatem decrepitam, & multiplices sui corporis morbos, in persona propria non poterat praesidere, dictum domi- num Julianum sanctae Romanae Ecclesiae sancti Angeli diaconum Cardinalem, de fratrum suo- rum consilio, ad celebrandum ipsum Concilium, ac eidem vice & loco ipsius summi Pontifi- cis praesidendi, suam ac sedis apostolicae de- stinavit Legatum per suas apostolicas litteras, prout ecce:

* Crapica, & discretis viris dominis Dominico de Crape-

ANNO CHRISTI 1521.

facti praesidentium.

ANNO
CHRISTI
1431.

IX.

*Martinus Episcopus servus servorum Dei dilectis
filio Juliano sancti Angeli diacono Cardinali,
apostolica sedis Legato, salutem & apostolicam
benedictionem.*

Dum onus universalis gregis Domini super-
na dispositione nobis injunctum diligenter atten-
dimus & quod supplicis Christianam reipublicam
occurrentibus per nos ipsos debitum apostolicam
servitutis exequi non possumus animo nostro re-
volvimus, nonnunquam viros fide ferventes, di-
ginitate ac scientia praeditos, & rerum agenda-
rum experientia conspicuos, in partem nostro-
rum & Ecclesiae Romanae negotiorum assumimus
ut, dum tempus postulat, eorum operationibus
vices nostras suppletes, ministerium nobis com-
missum, divina assistente gratia, juxta vires no-
bis ex alto concessas exequi valeamus. Dudum
tamen sacrum Generale Constantiense Con-
cilium, ex certis causis tunc expressis, statuit &
decrevit primum Generale Concilium in quin-
quennium extunc proxime futurum, secundum vo-
ro a hinc illius immediate sequentis Concilii in se-
ptennium & deinceps de decennio in decennium
perpetuo fore celebrandum, in locis per Roma-
num pontificem per mensem ante hunc nunciabi-
bet Concilii, approbante & consentiente Con-
cilio, vel in defectum ipsius per ipsum Concilium
deputandis ac assignandis, ac illa quae circa sta-
tum & bonum publicum Ecclesiae sanctae Dei a-
genda & expedienda restabant, matura possent
deliberatione compleri, prout, quantum in no-
bis fuit in Concilio Senis ultimo celebrato sa-
ctum exiit: in quo per nostros & sedis apo-
stolicae Nuncios tunc in dicto Concilio Senensi
praesentes, eodem approbante Concilio civitas
Basileensis pro loco proxime futuri tunc in se-
ptennium celebrandi Concilii deputata exiit,
prout in decreto praefati Senensis Concilii & aliis
nostris litteris desuper concessis plenius continetur.
Cum autem his hujusmodi septennii, quo
Concilium ipsum in eadem civitate Basileensi te-
nendum & celebrandum fore statutum fuit, in-
stare noscatur, cumque propter notoriam in ip-
so futuro Basileensi Concilio Deo auctore cele-
brando, juxta desiderium cordis nostri interesse
non possumus, te viri integritate & sapientia
praeclearum, & magnitudine consilii conspicuum,
ac in maximis nostris & praefatae Ecclesiae ne-
gotiis diuturna experientia comprobatum, Lega-
tum cum plena & omnimoda potestate Legati
de latere, de fratrum nostrorum consilio,
auctoritate apostolica, tenore praesentium faci-
mus, constituimus, & etiam ordinamus, teque
ad civitatem Basileensem praedictam, pro futuro
ibidem, auctore Domino, tenendo & celebra-
ndo Concilio Generali, juxta deliberationem &
ordinationem praefatas, tanquam angelum pa-
cis destinandum providimus. Et cum super om-
nia in ipso futuro Concilio ad reformandum sta-
tum ecclesiasticum, qui hoc tempore indigere
videtur, abundante nequitia, & frigescente ca-
ritate hominum, suscitatis inter fideles bellis &
discordiis, ac invalescente in pluribus mundi
partibus haeretica pravitate, ad hujusmodi ha-
ereses extirpandas, & pacem inter catholicos
principes & ceteros Christianos componendam,
animum efficaciter intendamus: super qua re,
cuiusmodi in nobis fuit, dedimus operam effica-
cem, tibi nomine & auctoritate nostris ipsi Con-

Concilio praesidendi, ac in illo pro tua sapientia il-
la proponendi, deliberandi, ordinandi, statuen-
di, & decernendi quae ad laudem & honorem
Dei, & conservationem & augmentum Religio-
nis, Fidei Christianae, statum Ecclesiae, reforma-
tionem quoque totius cleri & ecclesiastici status
in moribus & vita, nec non reductionem orien-
talis Ecclesiae, & quorumlibet aliorum oberran-
tium ad gremium Ecclesiae militantis, ac conserva-
tionem ecclesiasticae libertatis, salutem quo-
que, quietem & pacem regnorum, regum, du-
cum, principum, & quorumlibet fidelium po-
pulorum, moveris pertinere, ac etiam ibidem
cum debita maturitate & deliberatione, prout
in tanta re convenit, ea omnia proponendi,
decernendi, concludendi & exequendi, per quem
haereses & errores tam de Bohemia, quam de
aliis quibuscumque regnis, provinciis, terris &
locis, in quibus sunt, penitus extirpentur. Et
nihilominus de praemissis haereticum & quibuscum-
que aliis causis Fidem catholicam concernentibus
quomodolibet cum consilio dicti Concilii cogno-
scendi, illaque per te, vel per alium, seu alios
a te deputandos, audiendi, decidendi, & sine
debito cum praefato Concilio terminandi. Et
contradictores quoslibet & rebelles, quoscum-
que status, gradus, praeminentiae, vel condi-
tionis existant, & quavis ecclesiastica vel mun-
dana, etiam regali vel pontificali praesulgeant
dignitate, auctoritate nostra per censuram ec-
clesiasticam, & alia juris remedia appellatione
postposita, compescendi, & super his, quoties
opus fuerit, auxilium brachii secularis invo-
candi omniaque alia & singula in eodem Ba-
sileensi Concilio agenda, tractanda, disponendi,
statuendi, declarandi, decernendi & concluden-
di, quae in praemissis & circa ea pro statu no-
stro & ejusdem Ecclesiae, ac salute animarum
fidelium, extirpatione haereticum & errorum de
agro Dominico, Pivocatione quoque oberrantium
populorum, & conservatione ecclesiasticae liber-
tatis, ac pro quolibet statu reipublicae Christia-
nae, nec non reformatione in omnibus mem-
bris suis, moveris profutura, plenam & liberam
auctoritate praedicta tenore praesentium con-
cedimus potestatem, ratam & gratam habitu-
ri quicquid super praemissis per te una cum eo-
dem Basileensi Concilio ordinatum, statutum,
deliberatum & decretum fuerit, & conclusum:
idque faciemus auctore Domino, usque ad sa-
tisfactionem condignam inviolabiliter observari.
Quocirca circumspectioni tuae per apostolica scri-
pta mandamus, quatenus tibi injunctum mini-
sterium laboris hujusmodi, pro divina & dictae
sedis ac nostrae reverentia, sic in eodem futu-
ro Basileensi Concilio dicto nomine pro tem-
pore praesidens, ad honorem Dei, Ecclesiae;
atque nostram, salutem quoque & pacem po-
pulorum fidelium, juxta datam tibi a Domino
prudentiam, laudabiliter exequaris, quod ex
tuis fructuosos operibus fructus optati provi-
diant quos speramus: tuque deinde illum, qui
pias causas agentibus superna retributione im-
penditur, gloriam consequi merearis felicitatis
aeternae.

Datum Romae apud sanctos apostolos, Ka-
lendis Februarii, Pontificatus nostri anno deci-
moquarto.

ANNO
CHRISTI
1431.

ANNO
CHRISTI
1431.

X.

Littere domini Eugenii Pape IV. directe domino Juliano Legato, quo quidem Bulla non est inserta.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli sacro Cardinali, apostolice sedis Legato, salutem & apostolicam benedictionem.

Certificati tam per litteras tuas quam alias de sollicitudine & circumspexa diligentia quam habes in prosequendo causam Fidei contra Bohemos hereticos, tuam prudentiam commendamus & te ad perseverandum hortamur, quantum cum decencia fieri potest. Præterea cum felix recordationis Martinus Papa V. prædecessor noster inter cetera tibi injunxit præsidere debere auctoritate apostolica in Concilio generali in Basiliensi civitate celebrando si talis esset concursus & congregatio Prælatorum quod merito & rationabiliter celebrari debuisset & deberet, & (licet acceptimus) usquequaque pauci aut nulli conveniant, & propositum non sit opus alium destinare, sed sit potius expectandum, placet nobis, & volumus, tibi que mandamus, quatenus expedito negotio Bohemorum, cujus finis expectatur in brevi, tuos profectus dirigas ad prædictam civitatem Basiliensem, & ibi (prout opus videbitur esse) juxta tibi injuncta & ordinata in Concilio Constantiensi, optime provideas, prout in tua prudentia & circumspexione plene consideras. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Domini 1431. secundo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno primo.

ANNO
CHRISTI
1431.

XI.

Stabilimentum sacri Concilii Basiliensis.

Ipsæ autem reverendissimus dominus Legatus mandatum apostolicum enoqui cupiens, cum tempore, quo jam instabat celebrationem Concilii inchoari, circa expeditionem adversus pestiferam hæresim Hussitarum esset pro causa Fidei admodum occupatus, suos ad hanc civitatem vices gerentes destinare curavit, ac postmodum, quancumque fuit possibile, ad præsentem civitatem accessit, ut injunctum legationis officium possit in celebratione hujus Generalis Concilii, præstante divini numinis gratia, adimplere, prout etiam sanctissimus dominus noster dominus Eugenius divina providentia Papa IV. repetitis sum sanctitatis litteris sibi mandavit. In qua civitate jam per tres menses & ultra cum Prælati & ceteris, qui ad ipsam civitatem causa celebrationis dicti Generalis Concilii advennerunt, quamplurimas congregationes fecit, habuitque tractatus super ipsius stabilimento & celebratione Concilii. Tandem decretum est præsentem solemnem fieri sessionem, in qua primum cum ex præmissis constet aperte, quod hæc civitas sit locus celebrationi Generalis Concilii deputatus, & adit a jamdudum extra tempus ipsius Concilii celebrandi, sacrosanctæque sedis apostolicæ non desit auctoritas, decernit, diffinit, & declarat, in hac civitate & loco esse Generale Concilium stabiliter canonicè & fundatum, & quod ad ejus celebrationem tenentur accedere omnes tam Prælati, quam ceteri.

Ari, qui de jure vel consuetudine ad Generalia Concilia accedere sunt adstricti.

ANNO
CHRISTI
1431.

XII.

Intentio Concilii Basiliensis.

Ceterum cum unumquodque eo directius atque intensius suat dirigat actiones, quo ipsarum destinationum finem agnoscit, ideo hæc sancta Synodus necessitates Christianæ religionis sedula meditatione recogitans, maturæ & digestæ deliberatione decernit, ad hæc tria, eo, a quo cuncta bona procedunt, auctore Deo, toto sollicitudinis studio operam dare. Primo, ut omnium hæreticorum a Christiani populi sinibus tenebris profugatis, lumen catholice veritatis, Christo vera luce largiente, resurgat. Secundo ut bellorum rabie, qua factore zizanias seminante, in diversis partibus mundi affligitur & dissipatur populus Christianus, congrua meditatione sedata, pacis auctore præstante, in statum reducatur pacificum & tranquillum. Tertio, ut cum multiplicibus vitiorum tribulis & spinis Christi vinea jam quasi silvescat præ nimia densitate, ut illis debite cultura studio refectis, evangelico agricola cultus operante, refloreat, honestatque fructus & honoris felici ubertate producat. Ex quoniam absque celestis iustitiæ gratia hæc tam grandia bona sperari non possunt, omnes Christi fideles in Domino propensius exhortantur, ut ad obtinendam præmissorum consummationem felicem, devotis orationibus, jeuniis & elemosinis, apud majestatem divinam diligenter insistant, ut pius & misericors Deus humilibus placatus obsequiis, optatam rerum consummationem huic sacro Concilio sua pietate solita præstare dignetur, eis in remissionem suorum peccaminum hoc injungens.

XIII.

Exhortatio suppletorum Concilii.

Præterea cum præmissa, ad quæ hujus sacri Concilii tendit exhortatio, sint plurimum ardua, & accuratum studium exigant, multaque sint sollicitudine & cura peragendi pertractanda, exhortatur omnes in hoc sacro Concilio persistentes, & ad ipsum venientes, ut diligenter secum illa cogitent, atque cum aliis excogitata pertractent, quæ eis videbuntur ad eadem utilia vel etiam opportuna, ut inde communi debitoque super eis tractatu habito & maturæ deliberatione digesto, melius & utilius per sacrum Concilium in præmissis queat, assistente Spiritus sancti gratia, provideri. In hac namque sacra Synodo congregatis plena & libera sit omnibus & singulis loquendi & consulendi facultas, eorum que ad agenda esse videbuntur accommodata juxta materias in ipsius Concilii deliberatione propositas.

XIV.

De modo seu gestu in Concilio & sessione.

Ut autem quæ morum & gestus venustate unumquodque in sessionibus & congregationibus hujus sacri Concilii debeat se habere, ex antiquorum Patrum jam diu institutis regalis inso-

tefeat, decretum Toletani Concilii presentibus A
duximus inferendum.

ANNO
CHRISTI
1432.

XV.

Decretum Concilii Toletani.

In loco benedictionis confidentes domini sacerdotibus nullus debet aut indiscretis vocibus perstrere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullus etiam vanis fabulis vel risibus, vel (quod est deterius) oblinatis disceptionibus tumultuosas voces effundere. Si quis enim (ut ait Apostolus) putat se religiosum esse, non refrans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Cultum enim suum iustitia perdit, cum silentia iudicii obstrepentium turba confundit, dicente propheta: Erit enim cultus iustitia silentium. Debet ergo quidquid aut confidentium consultationibus agit, aut ab accusantium parte proponitur, scmitissima verborum relatione proferri, ut nec contentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicii vigorem in tumultu evorent. Quicumque ergo in conventu Concilii hanc quæ præmissa sunt violanda crediderit, & contra hæc interdita aut tumultu aut contumeliis, vel ribus ipsum Concilium perturbaverit, iuxta divinus legis edictum, quo præcipitur: *Hic de foris, & exibat enim eo iurgium*, cum omni dedecore a confessione abstractus, a communi cætu secedat, & trium dierum sententiam excommunicationis ferat.

XVI.

De honoribus.

Ad obviandum controversiis quæ solent ex huiusmodi in Conciliis & publicis Congregationibus suboriri, & nonnunquam ipsorum progressum per longa tempora impedire, hæc sacra Synodus ordinat, statuit & decernit, quod per quoscumque actus, nominationes, intitutiones, honoris exhibitiones, tam in sede, quam in aliis quibuscumque dictis aut faciendis in hoc Concilio, per quoscumque Prælatos, principes, vel eorum aut Universitatum & Communitatum quarumcumque Nuntios, vel Legatos, seu ipsi vel de ipsis, vel eorum altero, in eodem Concilio nullum jus de novo acquiratur, nullique præjudicium generetur, nullisque jus in proprietate vel possessione lædatur. Et per præmissa, vel huiusmodi Legatorum admissionem, jus vel titulus alicujus approbari nullatenus censeatur, vel etiam reprobari, aut jus vel possessio Generali Concilio interessendi, vel taliter vocem dandi, cuiquam acquiri, sed in omnibus & per omnia unumquemque in eodem statu post hoc Concilium remanere, in quo ante ipsius Concilii celebrationem permanebat.

XVII.

De impedimento venientium ad Concilium.

Sane quoniam opus aliquod intendenti non satis est adificationi operam dare, si ex adverso impediens non resistat, ideo decretum in sacro Constantiensi Concilio editum adversus eos qui venientes ad Concilium, stantes, vel redeunt impediunt, injuriuntur vel molestant, ex superabundanti cautela contra eos, qui ve-

nientes, stantes, aut redeunt ab hac sacra Synodo, in persona vel bonis impedire, injuriari, vel molestante præsumperint, locum habere declarat ac decernit, juxta ipsius (quæ talis est) seriem & tenorem.

ANNO
CHRISTI
1432.

XVIII.

Processus contra invasores seu spatiosos accedentium ad Concilium, vel recedentium de illo.

Sacrosancta Generalis Synodus Constantiensi, universalem Ecclesiam representans, in Spiritu sancto ad extirpationem schismatis, hæresumque, & errorum, nec non ipsius Ecclesie in capite & in membris debitam reformationem legitimè congregata, ad futuram rei memoriam.

Iustitiam & equitatem exerceri non dubitatur, si quos noxias voluntatis adeo capitavit perversa intentio, quod processibus Apostolicis impudenter obviare, auctoritatem sanctionis canonice contemnentes, in aliorum prolabuntur injurias & offensas, Ecclesiastica censura percellat, & pro demerito culpæ rigorem adiciat iudicariæ potestatis. Nam si quilibet per campum licentiam, freno deposito modestiam, vagaretur impune, facile quisque sciret in proximum, & nervus disciplinantis iustitiam rumpentur. Sane licet nonnulli Romani pontifices, antiquos Romani Ecclesie morem & consuetudinem observantes, prout ad eos ex debito Apostolatus sibi injuncti officii pertinebat, per certos suos processus in die cænis Domini annis singulis solemniter publicantes, inter alios omnes & singulos, qui ad sedem Apostolicam venientes, vel recedentes ab ea, necnon in illos omnes & singulos, qui per se vel per alium, seu alios, quascumque personas Ecclesiasticas vel seculares, ad Romanam curiam super eorum causis & negotiis accedentes, illaque in eadem curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos & promotores ipsorum, ac etiam auditores, seu iudices, qui super dictis causis seu negotiis deputantur, occasione causarum emergentium huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, cujuscumque dignitatis, ordinis, conditionis, aut status forent, prædicta vel eorum aliqua committentes, excommunicationis & anathematizationis sententias, a quibus nullus per alium quam Romanum Pontificem potest, præterquam in mortis articulo constitutus, absolvi, nec etiam tunc, nisi de stando mandatis Ecclesie ac satisfactione præstanda, sufficienti cautione præmissa, candelis accensis, & ad terram projectis, promulgaverint, & eos qui taliter excommunicatis & anathematizatis, vel eorum alicui præsumerent abolitionis beneficium impendere, similibus sententiis innotuerunt, eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum Ecclesiasticorum, & confessionem audiendi, interdixerunt officium; nec non quicumque injuriatores quorumlibet ad sacra Generalia Concilia venientium, seu stantium in ipsis, aut recedentium ab eisdem, diversas censuras Ecclesiasticas & penas tam ex canonis quam divini juris dispositione incurrant: tamen, sicut ad nostram fidem digitorum multitudine valida infumatione pervenit notitiam, nonnulli iniquitatis filii, perditionis alumni, huiusmodi censuras vilipendentes, ac huiusmodi sacri Concilii, extirpationis

schis.

ANNO
CHRISTI
1511.ANNO
CHRISTI
1511.

schismatis, hæresium ac errorum, ipsisque Ec-
clesiam reformationis perturbatores, diabolico
spiritu instigante, nec dignitati nec Ordini de-
ferentes, Dei timore postposito, nefariis ac
sacrilegis ausibus nonnullas personas Ecclesiasti-
cas & seculares, etiam pontificali dignitate
præditas, ad sedem Apostolicam vel Romanam
curiam seu præfens Generale Concilium in civi-
tate Constantiensi provincie Magnuntinensis,
ubi nunc Romana curia existit, in Spiritu san-
cto legitime congregata, venientes aut recedentes
ab eisdem, invadere, capere, arrestare,
detinere, incarceratione, mutilare, occide-
re, ac spoliaré bonis suis, vel injuriis affligere
quamplicitim, & alias male tractare, temeritate
propria præsumperunt, & dictum præsum-
pserunt, in Apostolicæ sedis & sacri Concilii vi-
lispentium & contemptum, ac sedationis schis-
matis, reformationis Ecclesie, & correctionis
morum, nec non hæresium & errorum prædi-
ctorum extirpationis disturbium, suarumque
animarum periculum, & scandalum plurimo-
rum. Nos igitur volentes in præmissis, nec non
adversus quoscumque ad ipsum Concilium & quæ-
libet alia futura Generalia Concilia accedentes,
aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem,
ne ab aliis Deum non timentibus temerariis in-
juriis infestentur & opprimantur violentiis, &
ne quibusvis delinquendi, aut excessus commit-
tendi pateat audacia, de opportuno & salu-
bri remedio providere hujusmodi, nec non om-
nes alios & singulos processus, sententias & cen-
suras adversus quarumlibet personarum Ecclesiasti-
carum, vel secularium, ad sacra Generalia
Concilia venientium, vel stantium in ipsis, seu
recedentium ab eisdem, molestatores, pertur-
batores, vel injuriatores, auctoritate Dei om-
nipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus san-
cti extendentes, omnes & singulos, cujuscum-
que dignitatis, status, gradus, vel conditio-
nis fuerint, etiam pontificali, imperiali, regali,
vel alia quacumque Ecclesiastica vel munda-
na præfulgeant dignitate, qui quascumque
personas Ecclesiasticas vel seculares, que ad
hujusmodi sedem Apostolicam Romanam curiam
hoc præfenti sacro durante Concilio, vel ad ip-
sam & quascumque alia Generalia Concilia ve-
nientes, aut stantes in ipsis, aut ab eis recedentes,
temeritate propria per se vel alium seu
alios arrestare, invadere, capere, detinere,
incarcerare, mutilare, occidere, aut bonis
suis spoliaré, vel injuriis affligere, seu ipsos
sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet
impedire, seu ea perpetrantium facta &
commissa rata & grata habere, vel eis dare
auxilium, consilium vel favorem, publice vel
occulte, directe vel indirecte præsumperint,
vel præsumant in futurum, similibus excom-
municationis & anathematizationis sententiis
inodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum &
quolibet, qui in præmissis vel eorum aliquo
transgressor vel contemptor fuerit, dum tamen
unicuique sic transgressorum vel contempto-
rum ultra suam diocesim non contineat, nec
non omnia, civitates, villas, castra, oppida,
& quilibet alia loca, in quibus hujusmodi ex-
cessuum patratores, seu eorum receptatores,
vel ipsi consentientes, faventes, aut dantes
auxilium, consilium vel favorem, publice mo-
rabuntur, nec non illa, in quibus hujusmodi
personas, que sic temeritate propria detentæ
sunt, quando extiterint in eisdem, memo-
rata auctoritate Ecclesiastica supponimus inter-
Cencil. General. Tom. XXIX.

dicto. Quod si terra ejusdem duas dioceses vel
amplius contineat, dominio domicilii princi-
palis ipsius, & illam etiam in qua fuerit deli-
ctum commissum, si sua sit, & duas alias que
sub ipso sunt, eidem loco magis vicinas, in
terdicto subjacere volumus supradicto, & etiam
omnes & singulos hujusmodi excommunicationis
& anathematizationis sententiis ligatos, in
quibuslibet Ecclesiis, loco, ubi tale delictum
fuerit perpetratum, vel terris & locis propter
hoc interdictis magis convicinis ubilibet existen-
tibus, omnibus diebus dominicalibus & festi-
vis, pulsatis campanis, candelis accensis, pu-
blice nuntiari, ac terras, civitates, villas, ca-
stra, oppida, & loca Ecclesiastico interdicto
prædicto supposita, donec sic excommunicati
meruerint ab hujusmodi sententiis beneficium
absolutionis obtinere, dictumque interdictum
debuert relaxari: ita tamen, quod nullus ex
transgressoribus ac contemptoribus hujusmodi
per alium quam per Romanum Pontificem, vel
sacri Concilii auctoritate, possit, nisi dunta-
taxat in mortis articulo constitutus, nec etiam
tunc, nisi de stando mandatis Ecclesie, satis-
factione, vel sufficienti cautione (si hoc com-
mode facere possint) primitus præstita, absol-
vi, vel interdictum hujusmodi relaxari. Eos
vero cujuscumque dignitatis, ordinis, status,
vel conditionis fuerint, etiam pontificali di-
gnitate præfulgeant, qui contra tenorem præ-
sentium processuum, talibus vel eorum alicui
absolutionis beneficium impendere præsumper-
int, volumus, statuimus, & decernimus, si-
milibus excommunicationis & anathematizationis
sententiis fore innodatos eo ipso, ipsisque
predicationis, lectionis, administrationis (sa-
cramentorum & confessiones audiendi officium,
auctoritate interdicimus supradicta, insinuan-
tes transgressoribus & contemptoribus in prædi-
ctis, quod spiritualiter & temporaliter (prout
eorum requirent excessus & demerita) gravior
procedetur, non obstantibus quibuscumque con-
stitutionibus, & quibuslibet privilegiis, indul-
gentiis, & litteris Apostolicis, generalibus vel
specialibus, quorumcumque tenorem existant,
De eisdem transgressoribus, aut contemptoribus,
vel quibusvis aliis communiter vel divisim a di-
cta sede concessis, etiam quod suspendi vel ex-
communicari, aut eorum terræ, dominia, ci-
vitates, villæ, castra, oppida, & alia loca
interdicti non possint, etiam si de ipsis & eorum
tenoribus esset in ipsis processibus mentio facien-
da specialis, que ne contra hujusmodi senten-
tias & processus, quo minus includantur in
eis, per ea valeant se, terras, dominia, ci-
vitates, villas, castra, oppida, & loca hujus-
modi tueri, & que quoad hoc tollimus & pe-
nitus revocamus. Et insuper mandamus, ut
hujusmodi præfens processus ad communem om-
nium notitiam deducatur, chartas sive membra-
nas processus continentes eisdem in majori &
sancti Stephani Constantiensis Ecclesiarum val-
vis affigi, qui processus ipso suo quasi sonoro
præconio & patulo iudicio publicabunt, ut
prædicti, quos processus concernent, nullam
possint exculationem prætere, vel ignorantiam
allegare, quod ad eos processus hujusmo-
di non pervenerint, vel ignoraverint eisdem,
cum non sit verisimile remanere incognitum
quoad ipsos, quod tam patenter fuit publi-
catum. Ceterum omnibus & singulis Dominis
Patriarchis, Primaribus, Archiepiscopis, Epi-
scopis, ceterisque locorum Ordinariis, præci-
B pi-

Ecclesia

Ecclesia

Indice

ANNO
CHRISTI
1411ANNO
CHRISTI
1411

nimus & mandamus, ut ipsi & eorum quilibet per se vel per alium seu alios, sub pena excommunicationis, quam ipsorum quolibet, qui mandatorum nostrorum huiusmodi transgressor & contemptor fuerit, incurrere volumus ipso facto, presentes nostros processus per eorum aut chartarum; vel membranarum, seu transumptorum continentiam, eisdem, quibus sicuti nostris processibus tantam volumus fidem adhiberi, in Ecclesiarum valvis seu aliis locis affixione publicent, & prefatos transgressores & contemptores huiusmodi, excommunicationis & anathematizationis sententiae ligatos, ac terras, civitates, castra, villas, oppida, & loca prefata huiusmodi ecclesiastico interdicto supposita, quam primum & festis diebus, dum inibi fuerit major populi multitudo, campanis pulsatis, & candelis accensis & extinctis, denuntient, & interdictum huiusmodi inviolabiliter observari faciant, per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia, invocato ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii secularis, donec ipsi transgressores & contemptores meruerint ab huiusmodi excommunicationis & anathematizationis sententiae abolitionis beneficium obtinere, dissumque interdictum merito debuerit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus conjunctim vel divisim a sede praedicta indultum existat, quod interdicti, suspendendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

* festis.

* forte pridie.

Datum Constantiae secundo Nonas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo decimoquinto, sede Apostolica vacante, regnorum serenissimi Principis domini Sigismundi Romanorum & Hungariae regis, videlicet electionis quinto, coronationis primo, Hungariae vero vicessimono.

XIX.

De impediendis Concilio.

Porro, quia nonnuquam lingua subdola plurimum impedit & perturbat, falsa vel detraitoria seminando, quodque cum nimis grave sit, tam grandem Christianitatis impedire profectum omni animadvertione sit dignum, idcirco malignorum conatibus cupiens obviare dicta sancta Synodus omnes & singulos sub ebriestatione divini iudicii admonet, ne impedimentum, perturbationem, prorogationem vel dissolutionem huius sacri Concilii moliantur. Si quis autem scienter animo impediendi vel perturbandi hoc sacrum Generale Concilium verbo, facto, vel litteris, palam vel occulte impedimenta, perturbationem, prorogationem vel dissolutionem, fieri procuraverit, experientur ultione poenali perpetrati facinoris gravitatem, & contra eum tanquam communis pacis perturbatorem rigide procedetur, cum ex hoc haereticum extirpationem, pacis procuratorem, & morum reformationem impedire videatur.

XX.

De fructibus beneficiorum percipiendis per supplicia Concilii.

Cum hi qui interfuerint in hoc sacro Generali Concilio, pro communi bono totius Ecclesiae congregato, non debeant minori prerogativa gaudere, quam quicumque alii quarumvis Ecclesiarum negotiis quibuslibet vel utilitatibus intendentes, ideoque tanquam causa reipublicae absentes, debent pro praesentibus merito reputari, adinstar sacri Constantiensis Concilii, in quo modo consimili extitit ordinatum: Praesens Concilium statuit, ordinat, & decernit, quod omnes & singuli qui in eodem Concilio tanquam ipsius supposita sunt recepti, vel recipiuntur in posterum, ab eo die quo iter arripuerint ad dictum Concilium veniendi, & quamdiu permanerint in eodem, & etiam recedentes per tantum tempus, quo ad suum possint domicilium reverti, fructus omnium beneficiorum suorum cum ea integritate percipiant, cum qua eos percipiunt, si in ipsis beneficiis residerent, non obstantibus in contrarium quibuscumque.

XXI.

De officialibus Concilii.

Quia vero ad persecutionem huius sacri Concilii requiruntur officiales & ministri, ideo deputat & ordinat notarios ad scribendum acta ipsius Concilii, Lucam de Villo secretarium dicti domini Legati, & Rodolphum Sapientis diocesis Gebennensis. Et ut omnia eo decentius ordinentur, quo majori fuerint directi consilio, deputat & ordinat venerabiles Henricum Nithart decretorum doctorem, & Ludovicum Parisi licentiatum in decretis, decanum Ecclesiae Beatae Mariae Laetae de Anessia dictae Gebennensis diocesis, qui acta Concilii universa per dictos notarios scripta aspiciant, debiteque (si opus sit) corrigant & demendent. Promotores quoque ipsius Concilii deputat magistrum Nicolaum Amici, magistrum in artibus & licentiatum in theologia, & Henricum Anester licentiatum in decretis, praepositorum Turicensis Constantiensis diocesis. Sediumque ordinatores, qui existentes in Concilio in locis & sedibus debitis collocent, quorum ordinationi omnes obedire teneantur, Henricum Stater artium & medicinae doctorem, decanum Trajectensem, & Sanderum de Marthusen, in legibus basealareum, & canonicum Ecclesiae sancti Petri Maguntinensis. Lectis siquidem (ut praefertur) decretis, Bulla & Instrumento praefertis, memoratus dominus Episcopus Constantiensis consimili voce, alta videlicet & intelligibili, interrogans, sciscitatus est an omnia & singula per eum sic (ut praefertur) lecta ipsi sacrae Synodo placerent. Ad cuius interrogationem praebatus reverendissimus pater dominus Cardinalis praesidens, primo, & deinde ceteri omnes, & singuli domini Praelati, in eadem sessione ac sacra Synodo tunc praesentes, concorditer nullo discrepante responderunt viva voce: Placet. Quibus promissis sic peracti praefati dictae sacrosanctae Synodi promotores, sive procuratores supra deputati; petierunt, & quilibet ipsorum pe-

Notarii.
VilloNotariorum
praesidi.

Promotores.

Ordinatores
sedium.* medicum
magistrum.
* Marthusen.

ANNO CHRISTI 1522.

patit, per nos protonotarios, notarios, & A scribas, ad hoc supra deputatos, fieri & conscribi de premissis omnibus & singulis unum vel plura publica Instrumenta, in testimonium veritatis promissorum, & ad perpetuam rei memoriam. Datum Basileae decimonono Kalendarum Januarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo.

SESSIO II.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, Ecclesiam militantem representans, ad perpetuam rei memoriam.

I.

ANNO CHRISTI 1522.

AD laudem Dei omnipotentis, ac benedictam individuae Trinitatis gloriam & honorem, pro haeresim atque errorum extirpatione, morum in capite & in membris Ecclesiae Dei reformatione, ac regum & regnorum ceterorumque Christianorum ad invicem, auctore discordiarum procurante, dissidentium pacificatione, in Spiritu sancto legitime congregata, decernit, statuit, diffinit, declarat, & ordinat, ut sequitur:

II.

Decretum, quod Concilium Basiliense est legitime convocatum.

Ex primo, quod eadem sacra Basiliensis Synodus, sacris Constantiensis & Senensis Conciliis Generalibus decernentibus atque ordinantibus, & auctoritate Apostolica interveniente, fuit & est in hoc loco Basileensi debite legitimeque ac rite initiata & congregata. Et ne de eisdem sacra Basiliensis Synodi potestate a quoquam dubitetur, ipsa eadem Synodus duas declarationes ex decretis Synodi Constantiensis in praesenti sessione, aliis suis decretis editis seu edendis inferendas, ordinat, & decernit, quarum quidem declarationem tenor primae sequitur, & est talis:

III.

Decretum, quod Concilium Generale est super Papam in his qua fidei & schismatis sunt, &c.

Constant. Conc. sess. 1. Quomodo, cur, & quando hoc verificetur, vide praefertim D. Turrocinum in sua Summa de Ecclesia lib. 1. & ab id incipit a Concilio nostro deviare, & in errores prolehi, & merito a Leone X. convocatum non esse. Hec quoque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, non derogant a Concilio.

Et primo declarat, quod ipsa Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, Generale Concilium faciens, & Ecclesiam militantem representans, potestatem immediate a Christo habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad fidem, & extirpationem dicti schismatis, & ad Generalem reformationem Ecclesiae Dei in capite & in membris. Alterius vero tenor sequitur in haec verba:

IV.

Quod inobedientes Concilio puniuntur:

Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus, aut praecipis hujus sacrae Synodi, & cujuscumque alterius Concilii Generalis legitime Concil. General. Tom. XXIX.

ANNO CHRISTI 1522.

Constant. Conc. sess. 1. & Basl. sess. 1.

Obstat erroris profectio.

congregati, super premissis seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne poenitentiae subjiciatur, & debite puniatur: etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Praemissis igitur & nonnullis aliis Constantiensis Concilii, praesertim capituli quod incipit, Frequens, in prioribus hujus sacrae Synodi Basiliensis sessione recitati, decretis attentis, praelibata Synodus Basiliensis decernit & declarat, quod ipsa pro haeresim extirpatione ac morum Generali reformatione Ecclesiae in capite & in membris, nec non pace inter Christianos procuranda (ut praemittitur) in Spiritu sancto legitime congregata, per nullum quavis auctoritate, etiam si papali dignitate praesuleat, dissolvi aut ad alium locum transferri, seu ad aliud tempus prorogari debuit, aut potuit, debet, aut potest, debet, aut poterit in futurum, absque ejusdem Synodi Basiliensis deliberatione & consensu.

V.

Quod persona Concilii non debeat extra Concilium trahi, vel impediri.

Item diffinit, ordinat & decernit haec sancta Synodus, quod nulla persona, cujuscumque status, dignitatis seu conditionis fuerit, in eadem Synodo actu existens aut futura, eidem incorporata vel incorporanda, a tempore arrepti itineris ad ipsam sanctam Synodum sine fraude continuati, ad recedendum ab eadem a quoquam quavis auctoritate, etiam si papali dignitate praesuleat, directe vel indirecte in laesionem seu perturbationem dictae sanctae Synodi, invita sine deliberatione & consensu ipsius sanctae Synodi requiri, moneri, compelli, citari, evocari ad alium locum, etiam curiam Romanam valeat, seu ne ad eandem sanctam Synodum veniat, possit aut debeat quomodolibet impediri. Si autem a quoquam quavis auctoritate, etiam si papali dignitate praesuleat, (ut praemittitur) in contrarium attentatum fuerit, seu attentaretur in futurum, aut processus poenales vel mandata, etiam censuras Ecclesiasticas seu translationes Praelatorum invidiosorum, vel privationes aut inhabilitationes eorundem seu aliorum beneficiorum quorumcumque, aliasve quascumque poenas continentes, ut ab eadem sancta Synodo recedant, vel non accedant ad eandem, aut eidem non adhaerant, fulminati fuerint, fulmineantur, aut fulmineantur in futurum, totum sit irritum & inane, nec eisdem processibus, censuris ac poenis, tanquam irritis & inanibus quomodolibet obediendum fore, praedictosque processus & censuras, cum omnibus inde secutis & inde secuturis, quatenus de facto processissent, aut procederent in futurum, cassat, & irritat, & annullat, & pro cassis, irritis, atque nullis habendos decernit, diffinit, ordinat & declarat.

Irritum, & inane est quod hic dicitur, cum rationibus praedictis, structura quilibet namque super artem labitur potest.

VI.

Quod si qui tenentur interesse Concilio non recedant sine licentia.

Item, decretis sacri Concilii Constantiensis inhaerendo, statuit, ordinat & decernit, quod

ANNO
CHRISTI
1187.

ANNO
CHRISTI
1187.

Prælati & alii qui tenentur huic sacro Concilio interesse, ab hoc loco ante finitum Concilium, nisi ex causa rationabili, per deputatos seu ab hoc sacro Concilio deputandos examinanda, non recedant. Quia quidem causa examinata & legitime approbata, possint recedere de licentia illius vel illorum, qui pro tempore habent vel habebunt auctoritatem. Et tunc taliter recedens, teneatur dimittere alios in loco remanentibus suam potestatem, sub penis juris per hoc sacrum Concilium indictendis, & in facientes contrarium exequendis.

Promotores
alii.

Adema-
rum.

Item quia plures promotores in eadem sancta Synodo, & etiam notarii ad conscribendum acta ejusdem sunt necessarii, citra aliorum per ipsam sanctam Synodum in ipsius prima sessione deputatorum revocationem, magistrum Ademarium de Rossilione, licentiatum in decretis, archipresbyterum Vivariensem, & canonicum Lugdunensem, Henricum de Behenheim, licentiatum in decretis, officialem Basileensem, promotores, & Petrum Brungii, baccalaureum in Decretis, canonicum Aurbachensem, notarium ejusdem ordinat & deputat.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ Synodi in Ecclesia majore Basileensi solemniter celebrata, decimoquinto Kalendas Martii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

SESSIO III.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans.

OLIM sacrum Constantiense Concilium volens futuris Ecclesie necessitatibus providere, matura deliberatione statuit & decrevit, ut post finem ipsius Concilii in quinquennium, deinde in septennium, & postea perpetuo futuris temporibus de decennio in decennium, Generale Concilium celebraretur: cuius Decretis vigore felicitis recordationis Martinus Papa quintus, ipso Constantiensi approbante Concilio, statuit in Civitate Papiensi proximum tunc Concilium celebrari, quod ibidem ceptum fuit, & de consensu & approbatione ipsius Concilii ad civitatem Senensem translatum. In quo Senensi Concilio fuit electa hæc Basileensis civitas, pro futuro tunc Concilio in septennium celebrando. Appropinquante autem sine ipsius septennii, præfatus dominus Papa Martinus volens Decreto Constantiensis & ordinationi Senensis Conciliorum satisfacere, ut debebat, reverendissimum in Christo patrem & dominum dominum Julianum, S. Romanæ Ecclesie S. Angeli diaconum Cardinalem, Sedis Apostolicæ destinavit Legatum, cum plena potestate eidem Concilio vice & auctoritate Sedis Apostolicæ præsidendi. Quod etiam sanctissimus dominus Papa Eugenius IV. ratum habuit & approbavit. Proinde hoc sacrum Generale Concilium in Spiritu sancto legitime congregatum, provida & matura deliberatione considerans, hæreticam pestem in partibus Bohemie nimis leviter crudeliter, quæ Dei occulto iudicio, bello pluries attentato non potuit superari, atque quod in diversis mundi partibus etiam hæretica pestis pullulat atque serpit, quodque proli dolor: multas Christianas provincias bellorum defecit rabies & devastat, morumque omnia deformatio divinam maiestatem offen-

Hæresis
illius.

Bella
depravant.

dit, tantis & tam pestiferis malis, omnipotentis Dei gratia largiente, ad extirpationem hæresum, pacemque in Christiano populo componendam, & reformationem generalem Ecclesie Dei in capite & in membris studiose occurrere, & salutaribus remediis providere, disposuit: & ut huic ad optatos fines commodius duci possent, considerans hæc sancta Synodus præsentiam summi pontificis reverendissimorumque sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium, in ipso Concilio esse accommodam & multum fructuosam, venerabilem virum magistrum Joannem Paltripatris, sacre theologie professorem, ad sanctissimum dominum Eugenium summum pontificem destinavit, atque ad præfatos reverendissimos dominos Cardinales, præfatum sanctissimum dominum Papam exorando & supplicando, ut huic (si commode posset) personaliter accederet, ipseque sacro Concilio favoribus & auxiliis assisteret opportunis. Denuoque venerabiles viros Jacobum Sirik scholasticum Trevirensis, & Thomam Pieno Decretorum doctorem, suos pro eadem causa Oratores ad eundem dominum Papam & dominos Cardinales transmisit. Cum autem ad notitiam ipsius Concilii pervenisset, præfatum dominum Papam ex sinistra informatione motum, dissolutionem ipsius Concilii attentasse, quæ quidem dissolutio in periculum eversionis fidei cederet evidenter, nec non Ecclesie Dei grave scandalum, ad eundem dominum Papam atque reverendissimos dominos Cardinales, suos destinavit proximos Oratores, reverendum patrem dominum Ludovicum de Plaude Episcopum Lausanensem, & magistrum Henricum Stater decanum Trajectensem, ad supplicandum, instantum & requirendum præfatum dominum Papam, ut ipsam dissolutionem revocare dignaretur, huicque sacro Concilio in tam laudabilibus operibus suffragaretur auxiliis & consiliis opportunis.

Fine.

Oratores ad
Papam de-
stinati.

Oratores
alii.

Decernitur dissolutionem Concilii nullatenus fieri posse.

Consideransque hæc sancta Synodus præfatum dissolutionem Concilii contra Decreta Constantiensis Concilii esse factam, tendereque in eversionis fidei grave periculum, & status Ecclesiastici turbationem & detrimentum, atque scandalum totius populi Christiani, eandem dissolutionem decrevit nullatenus fieri potuisse: quinimmo, ipsa minime obstitente, ad prosecutionem eorum quæ pro fidei stabilitate & salute Christiani populi laudabiliter sunt incepta, esse cum Spiritu sancti gratia procedendum. Verum cum redeuntibus præfatis Episcopo Lausanensi & decano Trajectensi, optata responsio a sanctissimo domino Papa non fuerit reportata, licet non solum a prædictis Concilii Oratoribus ipsius Concilii nomine, sed etiam a serenissimo domino Sigismundo rege Romanorum huius Ecclesie advocato, præfatus sanctissimus dominus Papa supplicatus, interpellatus, requisitus, rogatus fuerit, & totis nitibus multiplicatis vicibus obsecratus, idcirco hæc sancta Synodus innitens Decretis sacri Constantiensis Concilii, quorum verba hæc sunt: Quod sancta Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, Generale Concilium sacrosanctam Ecclesiam Catholicam militantem representans, potestatem a Christo immediate habet, cui-

ANNO
CHRISTI
1522.Mense octo-
bris Papae.

quibus cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obediunt in his que pertinent ad fidem & extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesie Dei in capite & in membris, item declarat, quod quicumque, cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statuta seu ordinationibus aut preceptis huius sanctae Synodi, aut cuiuscumque alterius Concilii Generalis legitime congregati super praemissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obediens contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignis poenitentis subiciatur, & debitis puniatur; etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. In hac solenni sessione ipsam sanctissimum dominum Papam, nec non reverendissimos dominos Cardinales modo & forma infra scriptis interpellare decrevit. Hanc igitur sancta Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, praedictum beatissimum dominum Papam Eugenium cum omni reverentia & instantia supplicat, & per viscera misericordiae Jesu Christi exorat, requirit, & obtestatur, ac monet, quatenus praesentem dissolutionem, sicut de facto processit, de facto revocet, & ipsam revocationem, quemadmodum & dissolutionem fecit, per diversas mundi partes transmittat & publicet, ab omni impedimento dicti Concilii penitus desinat. Quinimo eidem (ut debet) favere & assistat, omniisque praebeat subsidia & auxilia opportuna, nec non infra trium mensium spatium, quod ad hoc pro termino peremptorio praefigit & assignat, si corporalis ipsius dispositio patiatur, personaliter veniat. Sin autem, personam vel personas loco & vice sui designet & transmittat cum plenaria potestate, ad omnia & singula in hoc Concilio peragenda usque ad totalem ipsius conclusionem, per omnes & singulos actus gradatim & successively. Alioquin si haec sanctitas sua facere neglexerit (quod de Christi Vicario non est aliquoties sperandum) sancta Synodus, prout iustum fuerit & Spiritu sanctus dixerit, necessitatibus Ecclesie providere curabit, & procedet secundum quod juris fuerit divini pariter & humani. Similiter praefatos reverendissimos dominos Cardinales, qui tanquam principales Ecclesie Dei cardines ad haec reverentius intendere debent, exorat, requirit, obtestatur & admonet, quatenus cum praefato domino Papa super praedictis sollicitam instantiam faciant, huiusque sacro Concilio faverant, assistant, & auxilientur modis omnibus opportunis. Et cum praesentia ipsorum, pro eorum auctoritate magnaue prudentia & experientia serum, sit huic sacro Concilio plurimum opportuna, ipsos dominos Cardinales, & quemlibet eorum, requirit, monet, & citat, quatenus infra spatium trium mensium ab intimatione praesentium (quam terminum pro trina & canonica monitione praecise & peremptorie praefigit & assignat) ad dictum sacrum Concilium Generale veniant, canonico impedimento cessante: alioquin, cum eorum negligentia ad ipsum sacrum Generale Concilium veniendi, ut tantis necessitatibus Ecclesie succurratur, in periculum gravis laesurae fidei catholicae totiusque Ecclesie detrimentum censetur procul debito retardare. Hanc sancta Synodus, lapsa termino supra dicto, contra eos qui venire neglexerint, eorum exigente contumacia, procedet, prout divini pariter & humani di-

averit & permiserit ordo juris, & necessitatibus Ecclesie Altissimo largiente providere curabit. In praemissis autem dicta Synodus reverendissimum dominum Cardinalem sanctae Crucis, quamvis tractatibus pacis regnorum Francie & Anglie insisteret, includere non intendit, atque quoad reverendissimos dominos Cardinales, Placentinum & de Fuxo vulgariter nominatos, & Cardinalem sancti Eustachii, cum in propinquo locis existant, ad duorum spatium mensium restringit terminum supra dictum. Mandat insuper haec sancta Synodus universis & singulis dominis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, clericisque, notariis, & personis Ecclesiasticis, nec non aliis Christi fidelibus, cuiuscumque status, dignitatis, gradus & conditionis existant, omnesque & singulos principes & dominos, etiam si imperiali, regali, ducali, seu quavis alia praesulgeant potestate, requirit, & rogat, qui pro praemissis fuerint requisiti, seu requisiti, in virtute sanctae obediens ac obestatione divini iudicii, & sub poena excommunicationis, quatenus praedicta omnia & singula dicto sanctissimo domino Papae, atque reverendissimis dominis Cardinalibus insinuant, intiment, & notificent, ac intimari, & insinuari, seu notificari faciant personaliter eisdem, si ad eos tutus & accommodus pateat accessus. Sin autem, ei vel illis, ad quos personaliter accedendi facultas non sit, in eorum habitationibus, nec non in porta palatii Apostolici & in Ecclesia sancti Joannis Lateranensis, sancti Petri, & sanctae Mariae Majoris de Urbe, per publicum notarium confectas assignando, si hoc tutum fieri possit. Sin autem, in principalibus Ecclesiis civitatum Sutrinum, Viterbii, & Senensis, vel aliarum trium civitatum vicinarum, de quibus fuerit bene visum. Quae quidem loca haec sancta Synodus decernit esse idonea pro executione omnium praerogatorum. Et nihilo minus haec sancta Synodus futuris cupiens obviam casibus, ut omnis evitetur dispendiosus circuitus, cum rebus, de quibus agitur, supra modum periculosa sit mora, ordinat & decernit, huiusmodi admittitionis & citationis Decretum, postquam in hac solenni sessione lectum fuerit & publicatum, Ecclesie cathedralis Basileensis valvis affigi, ut si forte contingat ipsius intimationem exequi non posse modo aliquo praerogatorum, eo casu ex nunc tanquam publico edicto, ad quatuor mensium spatium ab hac die in antea computandum, censetur quoad omnes eius effectus facta insinuatio, monitio & citatio, sicque suos omnes effectus sortiri, & ardeare eos quibus dirigitur, decernit, ac si personaliter insinuatam & praesentatam fuisset, virtus peremptoriae & comminationibus superscriptis hic habitis pro insertis. Insuper haec sancta Synodus declarat & protestatur, quod nihilo minus praedictis dilationibus pendentes, cum iam processerit a iure vocatio ex decreto Concilii Constantiensis, rerumque necessitas id suadeat, & qualitas agendorum in ulteriore prosecutione Concilii & agendis in eo, procedere intendit ordinate, debite, ac mature, nec propterea supersedere aliquoties in processu. Tandem haec sancta Synodus decernit citationes contra omnes Praelatos, & alios qui ad Generale Concilium venire tenentur, omnesque & singulos generales Ordinum quorumcumque, ac

ANNO
CHRISTI
1522.

etiam

etiam inquisitores hereticæ pravitatis, sub di-
 latione termini, seu terminorum, de quibus
 deputatis fuerit bene visum, cum penis &
 censuris & clausulis opportunis. Datum Basile
 in sessione publica sanctæ Synodi Basileen-
 sis, celebrata in Ecclesia majori hujus civita-
 tis, sub sigillo ejusdem sanctæ Synodi, sub
 anno a Nativitate Domini millesimo quadrin-
 gesimo trigesimo secundo. Indictionis deci-
 ma, die vero Martis 29. mensis Aprilis, pre-
 sentibus notariis & scribis hujus sanctæ Syno-
 di superscriptis.

Item, quia plures notarii & scribæ ad con-
 scribendam acta hujus sacri Concilii sunt ne-
 cessarii, hæc sancta Synodus, citra tamen alio-
 rum notariorum per ipsam alios constitutorum
 revocationem, venerabiles viros magistros Ber-
 tholomæum de Lucignano, civem Senen-
 sem, & Thomam Chesnoti baccalaureum in
 decretis Rhemenfis diocesis, notarios ejusdem
 deputat & ordinat. Datum Basile in, &c.
 ut statim supra.

SESSIO IV.

I.

Salvus conductus Bohemorum.

*Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spi-
 ritu Sancto legitime congregata, univer-
 salem Ecclesiam representans.*

Tenore presentium significamus universis,
 quod omnibus & singulis sacerdotibus,
 baronibus, nobilibus, militaribus, popularibus,
 & aliis quibuscumque viris, cujuscumque sta-
 tus, conditionis aut qualitatis existant, de re-
 gio Bohemias, & marchionatu Moravie, de
 Praga, & civitatibus, ac aliis locis eorum-
 dem, & omnibus aliis Ecclesiasticis & secu-
 laribus personis, qui aut quæ una cum ipsis
 ad Generale Basileense Concilium mittentur,
 ac profecturi existunt, omnibus eorum perso-
 nis, quocumque nomine censeantur, aut va-
 leant nuncupari, infra tamen numerum du-
 centarum personarum, tenore presentium, no-
 strum plenissimum ac perfectum salvum con-
 ductum concedimus atque damus, verissimam-
 que securitatem veniendi ad hanc civitatem
 Basileensem, ibidemque manendi, standi, mor-
 randi, nobiscumque de quibuscumque negotiis op-
 portunis ipsis commissis tractandi, placitandi,
 disponendi, concludendi, & terminandi, im-
 partimur: ac in loco vel in locis hospitiorum
 suorum divina officia sine impedimento postro-
 rum peragere permittimus; sic etiam, ut pro-
 pter illorum presentiam neque in itinere, ne-
 que in alio loco itineris, in eundo, manen-
 do, aut redeundo, neque in ipsa civitate Ba-
 sileensi, a divinis officiis cessetur quovis modo
 per modum interdicti. Ceterum in Generali
 Concilio seu Synodo Basileensi articulos qua-
 tuor, pro quorum claritate instant, ore tenus
 aut in scriptis libere poterunt offerre, aut
 propalare, scripturis sacris, beatorumque docto-
 rum verbis, sententiis & rationibus eos decla-
 rare, adstruere, persuadere, &, si opus fue-
 rit, etiam ad objecta Concilii Generalis res-
 pondere, aut cum aliquo vel aliquibus de Con-
 cilio super eisdem disputare, aut caritative
 absque omni impedimento conferre, opprobrio,
 convicio aut contumelia procul motis, serva-

tis forma & modis inter nostrum Legatos &
 Nuntios predictorum regni & marchionatus in
 Egrum civitate specificatis & uniformiter con-
 clusis: & signanter, quod in causa quatuor
 articulorum per eos attentorum, lex divina,
 præcis Christi apostolicæ & Ecclesie primiti-
 væ, una cum Concilio doctoribusque fundan-
 tibus se veraciter in eadem, pro verissimo &
 indifferente iudice in hoc Basileensi Concilio
 admittentur. Et illis paratis vel non paratis,
 quandocumque de mandato aut consensu suo-
 rum majorum ad propria reverti optabunt,
 aut aliquis eorum optabit, mox absque ulla
 remissione, occasione & mora, salvis rebus
 illorum & suorum pariter honore, & perso-
 nis, vice versa poterunt, vel poterit, iuxta
 beneplacitum libere & secure redire, de scitu
 tamen deputandorum per Concilium, ut pro
 tunc opportune securitati eorum provideatur
 sine dolo & fraude. Nihilominus in hoc eo-
 rum salvo conductu omnes quascumque clau-
 sulæ includi ac contineri volumus, ac pro in-
 clusis haberi, quæ pro plena & efficaci & suf-
 ficienti securitate in eundo, stando, ac redeun-
 do, necessarias sunt & opportunas, hæc no-
 tanter propter bonum pacis procurandam &
 observandum luculenter exprestantes. Quod si
 quispiam aut aliqui ex illis, sive in itinere ad
 nos in Basileam veniendo, sive ibidem demor-
 rando aut redeundo, aliquod enorme (quod
 abest) egerit aut egerint, per quod possit af-
 securationis eorum beneficium eis aut eorum
 alicui concessum annullari aut cassari, volumus
 etiam, ac admittimus, & concedimus, ut ta-
 lis vel tales in facinore hujusmodi deprehensi
 vel deprehensus ab ipsis dentur, & non
 ab aliis, condigna animadversione cum emen-
 da sufficienti, per partem nostram merito ap-
 probanda & laudanda, mox puniatur aut pu-
 niantur, illorum afsecurationis forme, condi-
 tionibus & modis omnino manentibus illiba-
 tis. Et pariformiter, si quispiam, vel aliqui
 ex nostris, sive in itinere ad nos in Basileam
 veniendo, sive ibidem demorando, aut rede-
 undo, aliquod enorme (quod abest) egerit,
 aut egerint, per quod possit afsecurationis ip-
 sorum beneficium eis aut alicui eorum concess-
 um, annullari aut cassari, volumus ut talis
 vel tales in facinore hujusmodi deprehensi, a
 nobis aut a nostris dentur, & non ab aliis,
 condigna animadversione, cum emenda suffi-
 cienti, per partem dominorum Ambaxiatorum
 & Nuntiorum merito approbata & laudanda,
 mox puniatur aut puniantur, presentis afsecu-
 rationis forme, conditionibus & modis omnino
 manentibus illibatis. Volumus etiam, quod li-
 ceat ipsi Ambaxiatoribus omnibus & singulis
 toties quotiescumque opportunum fuerit seu
 necessarium ad auram capiendam egræ de ci-
 vitate Basileensi, & reverti ad eandem, nec
 non Nuntium vel Nuntios suos ad quancumque
 loca pro suis necessariis negotiis ordinandis li-
 bere mittere seu destinare, ac ipsos missos seu
 destinatos, seu missum & destinatum, suscipere
 toties quoties eis videbitur expedire, ita
 quod aliqui vel aliqui per deputandos Con-
 cilio socientur, qui eorum securitati provideant
 vel provideant. Insuper nec in sermonibus, seu
 predicationibus publicis aut aliis collationibus,
 in præjudicium, derogationem seu deteriora-
 tionem, cause ipsorum quatuor articulorum,
 pars nostra terminis quibuslibet in confusio-
 nem vergentibus, poterit aut debet uti &
 poti-

ANNO
CHRISTI
1532.

ANNO
CHRISTI
1532.

Notarii alii
noti.

Lanigala.

ANNO
CHRISTI
1522ANNO
CHRISTI
1522

potiri in loco civitatis Basileensis. Qui qui-
dem salvoconductus & securitates dare ac do-
rere debent, & a tempore, & per tempus,
quo in nosstra & nostrorum tuitionis curam
ipso suscipi contigerit, & usque ad Basileam
perduri, ac toto tempore mansione eorum
fidem, & rursus post sufficientem audien-
tiam habitam, spatio viginti dierum premif-
so, cum ipsi petierint, aut Concilium habita
huiusmodi audientia ipse recessum indixerit,
a Basilea usque in Tustan, Tatoniam, aut
Englisburg, in quem ex locis istis maleverint,
Deo favente, sustinemus, dolo & fraude pro-
fusa exclusis. Etiam pro universis & singulis
Christi fidelibus, & specialiter pro sanctissimo
domino Romano Pontifice, pro serenissimo
Principe domino Sigismundo Romanorum, &c.
rege, ac venerabilibus dominis Cardinalibus,
Archiepiscopis & Episcopis, ac dominis Abba-
tibus, Prelatis, & clericis, nec non illustri-
simis principibus, regibus, ducibus, marchio-
nibus, comitibus, baronibus, & nobilibus mi-
litibus, universitatibus, & communitatibus ci-
vitatium, castrorum & villarum, earumque con-
sulis, scabinis, officialibus, & aliis cuiuscum-
que conditionis, & status, Ecclesiastici vel se-
cularis, existant, quocumque nomine consean-
tur, & pro subditis omnium premisorum, &
pro tota parte eorundem, promittimus bona
fide & sponte, quod nos omnes & singuli
predicti praescriptam assurationem & salvi-
conductus eorum formam, in omnibus suis
conditionibus, punctis, & clausulis superius
expressatis, inviolabiliter & inconvulsa bona
fide & puro corde observabimus & custodiemus,
observabimus & custodiemus. Insuper promitten-
tes sine fraude & quolibet dolo, quod nolui-
mus, neque debemus, occulte vel manifeste,
quocumque occasione prentensa, uti aliqua au-
thoritate, vel potentia, jure, statuto, vel pri-
vilegio legum vel canonum, & quorumcum-
que Conciliorum, specialiter Constantiensis &
Senensis quocumque forma verborum expressa,
in aliquod praesudicium salvoconductui, &
assurationi, ac publicis audientis, ipsis per
nos concessis vel concessis. Quod si nos aut
aliquis ex nobis, vel nobis, cuiuscumque con-
ditionis vel status, aut praesentis existens,
praescriptam assurationis & salvoconductus for-
mam & modum, in quocumque puncto vel
clausula violaverit, (quod tamen avertere di-
gnetur Omnipotens) & sufficiens emenda non
tuerit mox subsecuta, & ipsorum arbitrio me-
rito approbata & laudanda, habeant nos &
habere poterunt incidisse in omnes poenas, quas
jure divino & humano, aut consuetudine, hu-
jusmodi salvorum conductuum violatores incur-
rere possunt, absque omni excusatione, aut
quavis in hac parte contradictione. Datum in
 sessione publica ejusdem sanctae Synodi, in
 Ecclesia majori Basileensi celebrata, duodeci-
mo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini
 millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

II.

*Epistola Dabensis missa super conclusionem in Egra
acta, in quarta publica sessione lecta.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, universis viris Ec-
clesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bo-
hemiae, unitatem, & pacem in Christo Jesu
Domino nostro.*

Pride Oratores nostri ex oppido Egra ad nos
reverti, & ibidem cum Nuntiis vestris conclu-
sa seriose referentes, magno gaudio hanc san-
ctam Synodum repleverunt. Afferunt enim,
cum tanta caritate & mansuetudine hoc sa-
crum unionis negotium fuisse tractatum, ut
non aliud existimemus quam Spiritum sanctum
pacti & unitatis auctorem in medio interve-
nisse. Concepimus ex his quae referunt ma-
gnam spem futurae unionis & indissolubilis in-
ter nos caritatis. Pro qua re (sicut dignum
est) ipsi Spiritui sancto, cujus munere hoc
factum esse non dubitamus, gratias ex toto
corde retulimus, elemosynas jejuniisque &
orationes solemnes indiximus, & ubique usque
ad rem optato sine conclusam indici faciemus.
Laudamus & benedicimus Dominum, qui tam
claram nobis praeiit diem, qua nullam adhuc
sensimus latiore, postquam hunc locum at-
tigimus. Parari enim semitam videmus ad
magnum Dei gloriam & grandem populi Chri-
stiani profectum. Nemo nostrum fuit, dum ip-
si Oratores singula vobiscum acta recensebant,
qui vel oculis vel corde non fieret. Commo-
vebantur insulato gaudio viscera audientium
rem tam concorditer fuisse conclusam, spe-
rantiumque post hanc aliam multo latiore
diem adhuc successuram. Exultemus igitur &
jubilemus invicem Deo salutari nostro, qui
recordatus misericordiae suae, incipit plebem
suam tanta cum laetitia visitare. Levemus ma-
nus nostras ad caelum, glorificantes Dominum
nostrum Jesum Christum, quia pacem, quam
quotidie diebus nostris Ecclesiae dari petimus,
jam appropinquare videmus. Magnificemus Spi-
ritum paracletum, qui animos paulo ante dis-
sidentes in hanc spem pacis repente convertit.
Sed si pro hac spe tantum gaudii susceperimus,
quam magna & inenarrabilis erit illa laetitia
tam nostra quam vestra, quando optatum pa-
cis & unitatis finem re ipsa intuebitur? Ut
autem recognoscatis quantum haec res nobis
est cordi, ipsi nostris nuntiis in communi con-
gregatione auditis, formam salvoconductus, &
ea quae cum vestris ambaxiatoribus conclus-
erunt, nihil addito vel retracto, haec sancta
Synodus unanimi omnium consensu approba-
bit. Et ecce ipsum salvoconductum in publi-
ca sessione decretum, de verbo ad verbum,
quemadmodum in Egra conditus fuerat, ad
vos destinamus. Misimus etiam; ut nil ex
parte nostra desit, fratrem Joannem de Mul-
bruno, unum ex Nuntiis nostris, qui in Egra
fuerant, ad serenissimum Principem dominum
regem Romanorum, ut ab eo salvocondu-
ctum in ea qua optatis forma obtineat. Quem
ut primum habuerimus, ad vos sine mora
transmitteremus, parati semper agere omnia
quae pro vestra tutela & libera audientia ne-
cessaria videbuntur. Utinam licet fas est no-
bis

ANNO
CHRISTI
1512ANNO
CHRISTI
1512

his verbis exprimere, ita mentes nostras in publicum exhibere possumus. Utinam sicut hanc epistolam lecturi estis, ita corda nostra palam inspicere possitis. Profecto non dubitamus, quia cogita nostra in vos summa caritate, mox sine ulteriori tractatu in unitate Spiritus consecretur. Et quoniam Salvatoris nostri sententia est, non qui inceperit, sed qui perseveraverit usque in finem salvus erit: vos omnes per Spiritum sanctum huius sacri negotii directorem hortamur & obsecramus, ut quemadmodum rem ipsam ferventer incubatis, ita firmiter constanterque usque ad verum unionis complementum perseveretis. Speramus in Christo Jesu videre diem, & iam prope est forte, quo alter alterum fraterna caritate nos invicem complectemur, & unanimes in eadem sanctae matris Ecclesiae domo cum jucunditate perpetuo habitabimus. Confidimus in Domino tantam adhuc invicem futuram dilectionem, ut nullum inter nos fuisse olim dispendium videatur. Et quamquam nondum haec sancta unio, pro qua laboramus, completa sit, tamen ipse Spiritus sanctus tantam huius rei spem & assiduum cordibus nostris impressit, ut quod futurum est iam quodammodo in foribus adesse credamus. Vos corpore absentes estis, sed ob hanc spem in visceribus caritatis & vinculo verae dilectionis quasi praesentes amplectimur, & praesens gaudium nos ipsi sententes, tanquam mater filium ex longinqua patria redeuntem, vos teverissime osculamur. Jam igitur quasi artham proximam mutua unitate pepigisse videmur, & vos dudum futuros nostros dilectissimos fratres iam esse existimamus. Talia enim ipse Spiritus sanctus iniitit dedit, ut non aliud quam pacem, caritatem & unitatem hinc attingere speremus. Laeto ergo animo utriusque sumus, & jucunda mente invicem vivamus, cum prope in januis gaudium, quod nemo tollet a nobis, per Spiritum sanctum accepturi sumus. Sed ut citius faciliusque consequamur, vigilemus supplices in orationibus, & continuis precibus Dominum nostrum Jesum Christum de votis mentibus exoremus, ut quod operari incepit confirmet atque perficiat. Hora jam est ut sancta mater Ecclesia, quae pro tam duro filiorum suorum dissidio diu consternata est, pro pace & unitate letari & exultare incipiat, luctumque praeteriti temporis convertat in gaudium. Tempus jam advenit, ut qui eodem Christi charactere insigniti sunt, & eodem baptismatis fonte renati, deposita omni dissensione, eandem caritatis & unitatis spiritum induant, & ad argumentum gloriaeque nominis Christiani totis viribus intendant, fidemque orthodoxam protegere curent, quam infideles pagani multis in locis ignominiose pessumdant, & extinguere moluntur. Eja igitur cum nostrae dilectionis & sincerae voluntatis iam certi sitis, amodo vestros Legatos preparate, quales in primis litteris postulavimus, ut cum regis salvoconductu advenierit, cum pleno mandato ad hoc sacrum Concilium proficiantur. Quos ita gratae benigneque suscipiemus, ut a parentibus filii suscipi consueverunt. Spiritus sanctus paracletus, in cuius nomine haec sancta Synodus est congregata, nobis & vobis & toti populo Christiano hic veram dilectionem & pacem, ac in futuro saeculo vitam aeternam donare dignetur, qui cum Patre & Filio regnat benedictus in saecula. Amen.

Deum in sessione publica solemniter celebrata in Ecclesia majore Basiliensi, die Veneris vigesima mensis Junii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

III.

In eadem sessione quarta, decreta Concilii Basiliensis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, attendens, quod ad providentiam spei officium, perspicaci consideratione futura prospicere, & adversus ea quae reipublicae possent inferre dispendia salubriter providere. Cum itaque eadem Synodus ad extirpationem haereticum, potem in Christi populo, & morum reformationem cum Spiritu sancti gratia, prout, statu rerum & temporum considerato, est admodum necessarium, sit iocenta, & propterea venerabiles in Christo patres sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales ad ipsam sacrum Concilium evocaverit, excellentiam eorum in sacro Concilio praesentiam pro eorum auctoritate, sapientia, rerumque notitia, multimode fructuosam: eisque tanquam veris obedientibus filiis ad sacrum Concilium venientibus, si alibi contingeret apostolicae sedis vacatio, in iesturam eorum qui obedienter vacationis sacri Concilii deservirent, utilitati Ecclesiae posset redundare, cum tamen ut obedientia non iesturam afferat, sed potius utilitatis & honoris argumentum, ratio cunctis nota fundens. Et ne aliquibus forsitan venire negligentibus prodesset inobedientia videatur, haec & alia quae animus cujuscumque praesentis ad hoc movere possent & deberent, provida attentione perspicuus haec sancta Synodus, statuit, decernit, atque diffinit, quod in eventum vacationis sedis Apostolicae, hoc sacro Generali durante Concilio, electio summi pontificis in loco illius sacri Concilii fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentatae auctoritate, etiam si papali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus editis vel edendis, aut aliis in contrarium facientibus, ac si de ipsis esset de verbo ad verbum facienda mentio specialis, aut iuramentis firmata existant, quibus ex certa scientia derogat, & decernit, nulla & irrita esse, nulliusque roboris vel momenti ipso iure: contrarium vero attentantes, sint tam active quam passive, quoad electionem Romani pontificis, & ad quascumque alias dignitates inhabiles, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, & infamiae notam ac etiam excommunicationis sententiam incurramt ipso facto. Quod si forsitan aliquis de facto praesentis electio pensumaretur, tam electus praesentis, quam illi adherentes, & cum pro tali gerentes, supradictas penas incurramt pari modo. Absolutionem vero omnium & singulorum, qui praesentis sententias aut earum aliquam incurrerint quocumque modo, dicta Synodus tantummodo, proutquam in mortis articulo, sibi reservat. Decernens praesens decretum ligare, efficere, vim & effectum habere atque sortiri, post quadraginta dies continuos proxime secuturos a die publicationis eiusdem.

IV.

ANNO
CHRISTI
1431.

IV.

A

VI.

ANNO
CHRISTI
1431.

*Ne ei juramenti aut promissionis alicui solle
aliqui adhibitis si iustus ut ad Concilium
venire non possint.*

*Quod Pape, durante Concilio, non possit creare
Cardinales, nec creatos publicare.*

Item ordinat, statuit, decernit & declarat, quod quicumque & singuli Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Praelati, reges, principes, duces, marchiones, comites, barones, vicarii Ecclesiarum Romanarum, vassalli, communitates, Romanarum curiarum officiales, summi Pontificis familiares, sive alii cujuscumque conditionis existant, sive quibuscumque nominibus censeantur, propter juramenta, promissiones, vel quolibet alias obligationes, praefato summo Pontifici, seu alteri ad hoc ejus mandato deputato aut deputando, seu quibusvis aliis quomodolibet super quacumque re vel causa, & sub quacumque verborum forma praestita seu praestanda, collatis obligentur & adstringuntur, aut se impeditos a veniendo ad hoc sacrosanctum Concilium occasione dictorum juramentorum, promissionum, vel aliarum obligationum, praetendere possunt, aut poterunt in futurum, quo minus absque perjuri seu infamiae nota ad ipsam Synodum teneantur accedere, qui de jure aut consuetudine sunt adstricti. Ceteri vero qui vocati & requisiti fuerint, & omnium praedictorum procuratores, obedire & adherere ipsi Concilio, & libere accedere possunt, & teneantur, & eidem licite interesse. Processus vero quoscumque suspensionis & excommunicationis, interdicti, nec non privationis dignitatum, beneficiorum, seu officiorum quorumcumque, & commendarum revocationes, ac inhabilitatis sententias seu perjuri, aliaeque penas, multas & censuras in se continentem, in ipsos occasione praemissorum per quoscumque quavis, etiam Romani pontificis, auctoritate fulminatos, cum omnibus inde secutis aut secuturis, eadem sacra Synodus nullas, cassas & irritas, ac nullius roboris seu momenti existere pronuntiat, declarat, & diffinit, & quatenus de facto processerint seu processerint, revocat, cassat, irritat, & annulat, & pro cassis, irritis & nullis habendos statuit & decernit.

V.

De Bulla plumbea.

Item, ut gesta in ipsa Synodo durabili testimonio roborentur, statuit & ordinat ipsa Synodus, quod de cetero in litteris suis authenticis utatur Bulla plumbea pendente cum chordula cannabis aut serici, prout varietas causarum & rerum, super quibus litterae eadem conficiuntur, postulat, in noo missione Spiritus sancti in specie columbae, in alio vero lateribus, horum verborum, Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, sculptras continente, decernens eisdem plenam & omnimodam fidem adhibendam fore.

Concil. General. Tom. XXIX.

Item, cum multiplicatio Cardinalium sit Ecclesiam dispendiosa & onerosa, propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis causis eandem sanctam Synodum moventibus, statuit, ordinat, atque ex certa scientia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta Synodus, quod durante hoc sacro Concilio, Romanus pontifex a loco istius sacri Concilii absens personaliter, non debeat nec possit aliquem, vel aliquos, cujuscumque dignitatis, conditionis, gradus, seu status existant, in sanctam Romanam Ecclesiam Cardinalem, vel Cardinales, quovis modo aut quocumque quovis colore vel causa assumere, pronuntiare secrete aut publice, aut pronuntiatos seu assumptos secrete publicare. Et si secus attentatum fuerit, ex tunc in antea irritum sit & inane, nulliusque roboris vel momenti. Quod si forsan taliter de facto assumpti aut pronuntiat se pro Cardinalibus gerere aut nominare presumpserint, quibuscumque dignitatibus privati, & ad omnes & singulas futuras inhabiles, ac quicumque eos pro Cardinalibus gerentes & reputantes, extunc, prout extunc sententia excommunicationis innodati sint ipso facto, a qua praeterquam in mortis articulo, nisi a praefata Synodo, absolutionis sive habilitationibus beneficium obtinere non possint.

Datum in sessione publica ejusdem sanctae Synodi, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, duodecimo Kalendas Julii, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

VII.

*Commissio facta per Concilium in eodem sessione
domino Cardinali sancti Eusebii, super regimine
civitatis Avinionensis & comitatus
Veneziani.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in
Spiritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, dilecto filio Alphonso, sancti Eusebii sanctae Romanae
Ecclesiae diacono Cardinali, Apostolicae sedis Legato,
civitatis Avinionensis & comitatus Venetiarum
vicario in spiritualibus & temporalibus pro nobis
& sanctae matris Ecclesiae vicario generali,
salutem & omnipotentis Dei benedictionem.*

In pacis Auctore hac sancta Synodus congregata, cum universi populi Christiani pacem & tranquillitatem exoptans per diversas mundi partes ad procurandam ea quae pacis sunt, & scandalis obviandum, sum sollicitudinis opus impendant, Ecclesiam propriam patrimonium ab hoc procurandae pacis & tranquillitatis studio experta esse nullatenus decuit, quinimo ipsam debet specialis intuitu cura fovere. Cum itaque ad ipsius sacrae Synodi notitiam fide dignorum sit relatione deductum, quod civitas Avinionensis, quae sanctae Dei Ecclesiae semper fidelissima & obsequentissima fuit, certis urgentibus rationibus & causis necessariis, Vicariam per summum Pontificem ad ipsius regimen destinatum se ad-

celebrata
in Ecclesia
majori Basileensi
duodecimo
Kalendas Julii,
anno a
Nativitate
Dni.

Veneziani.

C

mit,

ANNO
CHRISTI
1411.
Venerabilis

mittere non debere pretendat, atque ad ean-
dem summum Pontificem ambaxias destinave-
rit, pro utili & salubri gubernatione civitatis
eiusdem, ac comitatus Venaycini eidem adja-
centis, suppliciter postulans ut de alio utili eis
providere Vicario, quod buculque obtinere
nequeat, nec sperat posse obtinere, quinimo is
qui pro Vicario destinatus est intendit & nititur
insistere gubernationis officium in vita civitate,
congregare satagens multitudinem gentium ar-
matarum. Unde super praemissis informatione ro-
cepta ex his & aliis que honestas censet cala-
mo non promenda, de turbatione & periculo
gravi status civitatis illius & patrie est ex ve-
risimilibus & urgentibus rationibus dubitandum
esseque nimis grave dispendium, si forte (quod
avertere dignetur Altissimus. Ecclesia perderet il-
lud tam nobile patrimonium sui membrum, aut
guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco hac
sancta Synodus huiusmodi periculis cupiens ob-
viare, civitatemque illam & comitatum in pa-
ce & quiete fovere, regimen & gubernationem
civitatis ipsius & comitatus, usquequo cum
summo Pontifice per ipsam sanctam Synodum,
vel aliquo eius nomine habito pleniori tracta-
tu, fuerit aliter ordinatum, maxime attento,
quod propter locorum distantiam, & viarum
discrimina non potest facile haberi recursus ad
dictam summum Pontificem, & periculum sit in
mora; tibi, cuius futurum utili & fideli guber-
nationi fidem facit aliarum terrarum Ecclesiarum
regimen per te hactenus fidelissime plurimamque
utiliter gestum, duxit ad honorem Dei, sanctae
matris Ecclesiae, ac huius sacrae Synodi, tenore
praesentium plenarie committendum, cum ple-
naria potestate regendi & gubernandi dictam ci-
vitatem Avinionensem & comitatum Venayci-
ni. omnemque in eisdem jurisdictionem, me-
tum & mixtum imperium, per te vel alium seu
alios exercendi, officiales amovendi etiam si pon-
tificali praesulgeant dignitate, & alios vel eos-
dem instituendi, iuramenta seu promissiones re-
cipiendi, ac illa relaxandi cum quibuscumque
semel vel pluries, quoties visum tibi fuerit op-
portunum. Quaecumque pecunias, fructus, pro-
ventus & emolumenta, in illis civitate & comi-
tatu, ratione juris papalis, vel sanctae Roma-
nae Ecclesiae, aut quocumque iure vel titulo,
pro tempore praeterito, praesenti, & futuro,
camerariae apostolicae debitas & debita, recipiendi
& exigendi, ac recipi & exigi faciendi; contra-
dictores quoslibet vel inobedientes censuris Ec-
clesiasticis, & aliis compescendi remediis op-
portunis. Et generaliter cum omnibus illis po-
testatibus & facultatibus, quas bonae memoriae
Franciscus Archiepiscopus Narbonensis sanctae
Romanae Ecclesiae camerarius, a felicitis recorda-
tionis domino Martino Papa V. & alias habuit,
dum ageret in humanis, licet etiam hic specifi-
ce non exprimentur. Mandans tibi in virtute
sanctae obedientiae & sub poenis juris, quatenus
curam & regimen praedictum humeris tuis impo-
situm reverenter suscipias, ac diligenter & fide-
liter exequaris, utilitatem publicam, tranquil-
lumque & pacificum statum civitatis illius &
comitatus sic procurare sollicite studeas, ipsum-
que regimen & gubernationem pro modo tuae
sapientiae sic utiliter gerere, ut apud Deum ac-
tione vitae merita, & apud mandatum fama
tua laudis & gloria suscipiat incrementa. Man-
dat insuper omnibus officialibus, civibus, incolis,
& habitatoribus dictae civitatis & comita-
tus, capitaneis, nec non castrorum castellanis,

F mandatum
H.

baillivis, & aliis officialibus quibuscumque
quovis nomine censentur, & aliis universis,
quatenus tibi & per te destinatis officialibus
ad regimen comitatus, & nulli avari parenti,
obediunt, & intendant, in omnibus & per om-
nia, quemadmodum praefato Archiepiscopo Nar-
bonensi, dum viveret, & pro Ecclesia Romana
dictae civitatis & comitatus regimen & guber-
nationem gereret, faciebant, & facere teneban-
tur quibuscumque promissionibus, juramentis,
obligationibus, & aliis quibuscumque dispo-
sitionibus in contrarium facientibus, non obsta-
tibus ullo modo. Haec namque sancta Synodus
omnium quorumcumque praedictis obviantium
vim & effectum praesentium auctoritate suspen-
dit. Et quicquid per te rite, spiritaliter &
temporaliter gestum & ordinatum, actum vel
sententiam fuerit, vel provisum, hac sancta
Synodus ratum & gratum habeat, ac faciet au-
ctore Domino inviolabiliter observari.

Datum in sessione publica eiusdem sanctae Sy-
nodi in Ecclesia majori Basiliensi die Veneris
vigesima mensis Junii, anno Domini millesimo
quadringentesimo trigesimo secundo.

ANNO
CHRISTI
1411
baillivis

1. men-
sis Junii.

SESSIO V.

I.

De causis Fidei.

Hinc sessio
habita est
in vigilia
sancti Lau-
rentii

Sancta generalis Synodus Basiliensis, in
Spiritu sancto legitime congregata, univer-
salem Ecclesiam representans, considerans quod
ipsa inter alia fructuosa opera ad haereses extir-
pandum, & a Fide devios ad eandem Fidei or-
thodoxam unionem reducendos, in Spiritu sancto
principaliter congregata dignoscitur, & pro-
pterea constituit accommodatum fore, immo neces-
sarium, pro causis Fidem concernentibus, in hoc
sacro Concilio tractandis & examinandis, de per-
sonis idoneis providere: capropter constituit &
deputat iudices ad audiendum omnes & ling-
ulas causas Fidem quomodolibet concernentes,
venerabiles Franciscum Papiensem, Conradum
Ratisponensem, Episcopos, & dilectum filium
Ecclesiae Joannem Abbatem Cisterciensem, qui-
bus in causis huiusmodi per deputatos ad hoc
prius examinatis, ipsique designatis & remissis
dat potestatem in praedictis causis in hoc loco
Concillii & extra, citandi ac audiendi, cogno-
scendi, decidendi, & alia faciendi, quae ad di-
ctas causas pertinent & pertinebant, usque ad
sententiam diffinitivam exclusive. Et ut eo fa-
cilius causas praedictae suum finem debitum con-
sequantur, eadem sancta Synodus, ut ipsi iudi-
ces praedicti, aut duo ex eis, tertio status ho-
ris non veniente, terminos in causis huiusmo-
di tunc occurrentes, tenere & observari facere,
& alias summarie, simpliciter & de plano ac li-
ne strepitu & figura iudicii procedere valeant,
statuit & decernit.

Causerum
Fidei iudices

II.

De procuratore Fidei.

Item sancta Synodus praedicta deputat & con-
stituit dilectum Ecclesiae filium Nicolaum Amici
licentiatum in theologia, in causis Fidei pro-
missis Procuratorem generalem, hoc durante
Concilio, cum potestate substituendi de consen-
su & auctoritate iudicum praedictorum, qui nul-
lum

Procurator

ANNO
CHRISTI
1546

ANNO
CHRISTI
1546
f. 98
v. 100

Item causas promovet, nisi primum per de-
putationem Fidei fuerit examinata & admissa.

Item causas promovet, nisi primum per de-
putationem Fidei fuerit examinata & admissa.
Item causas promovet, nisi primum per de-
putationem Fidei fuerit examinata & admissa.

III.

Deputatur iudices ad examinandum causas
generaliter.

Item dicta sancta Synodus, ne inter ceteros
uberos fructus, pro quibus procurandis summo-
pare defendat, iusticia indebite gravatis, pro
qua ad eandem confluet, ministrando deficiat
aut ipsius executio plus debito negligatur, vo-
lens in praemissis opportunis remediis providere
commissis, ordinar, & deputat iudices seu com-
missarios ad audiendum omnes causas, ad di-
ctam sanctam Synodum devotas seu devolven-
das, deductas seu deducendas, causas concernen-
tes Fidem exceptis, venerabiles Berengarium
Petrus Augustinum, Petrum Augustinum, provin-
cia Magnaniam, & Delphinum Parmensem, E-
piscopus, quibus in causis praemissis per deputa-
tos ad hoc prius examinatis, ipsisque remissis
& designatis, dat potestatem, non obstantibus
sortis, in loco Concilii & extra citandi, audien-
di, cognoscendi, referendi & dissolendi, & al-
lia facienda quae ad dictas causas pertinent &
pertineant. Et ut eo facilius causas seu ne-
gata ad debitum finem perveniant, eadem sa-
cro Synodus, ut tres aut duo ex ipsis, tertio
statuti horis non veniente, terminos in causis
hujusmodi tunc occurrentes tenere & observa-
ri facere, & alias secundum qualitates cau-
satum procedere valeant, statuit & decernit,
causas tamen Ecclesiarum cathedralium mayo-
ribus onusdem dictae sacrae Synodo reserva-
tis, de quibus se non impediant, nisi de Ge-
nerali Congregatione patrum & suppositorum
episcopum, etiam citra cessionem publicam com-
missionis specialis. Rationemque nihilominus
haec sancta Synodus, & approbat omnes com-
missiones quoruncumque causarum, etiam ca-
thedralium & majorum, sub quocumque pote-
state in Generali Congregatione dictis iudici-
bus seu aliis commissariis habitis factas, nec
non processus exinde factos, ac etiam in an-
te per eosdem commissarios.

IV.

Ordinatio praecipuorum.

Item, ne iudices praedicti quolibet causas
ad hoc sacrum Concilium delatas seu deferen-
das, passim & indistincte, importunitatem po-
tentium devoti, audiendus recipiant, sed potius
de qualitate ipsarum ratio habeatur, haec san-
cta Synodus constituit & deputat dilectos Ec-
clesiam filios, Julianum Apostolicum Sedis Lega-
tum sancti Angeli, & Dominicum sancti Ma-
ris in via Lata, sacrosanctae Romanae Eccle-
siae diaconos Cardinales, & quemvis presi-
dentem tunc & in futurum pro tempore exi-
stentem, & venerabilem Franciscum Geben-
nensem Episcopum, ac dilectum Ecclesiam fi-
lium Henricum Fleckel, palatii Apostolici cau-
satum auditorum, dictarum causarum praeco-
gnitores, datus & concedens quibus praedictis
vel majori parti, aliis se absentantibus vel non
consentientibus, potestatem causas hujusmodi
primum diligenter examinandi & discernendi,
quos aut qualis illorum in hoc sacro Concilio
trahari, audiri, cognosci decenter possint,
Concil. General. Tom. XXIX.

Præcipuor-
um causarum.

V.

Quod ultra tres menses potestas iudicum non
duret.

Item, decernit haec sancta Synodus, quod
post tres menses continuos a die praesentis pu-
blicationis computandos, tam iudicum pro
Fide, quam pro aliis causis praedictis audien-
dis, deputatorum pariter & praecognitorum po-
testas solatur. Sit tamen in potestate dictae
Generalis Congregationis, in locum quorum-
libet praedictorum etiam citra cessionem publi-
cam, quos decreverit, deputare.

VI.

Ne incorporati trahantur ad iudicium extra lo-
cum huius Concilii.

Item, statuit & dissinit, quod nullus huic
sacro Concilio per se vel suum procuratorem
legitime admissum incorporatus, etiam procu-
rator ipse aut incorporandus, in futurum a
tempore arrepti itineris sine fraude continuati,
animo ad hanc Basiliensem Synodum venien-
di, pro quacumque causa seu lite mota seu
movenda, aut quavis alia occasione, ad Ro-
manam curiam seu coram quocumque iudice
ordinario vel delegato, extra locum Concilii,
illo durante, iuribus trahi seu evocari, aut
contra ipsos invito, aut aliquem eorundem
procedi possit. Si quid vero in contrarium at-
tentatum fuerit, quovis modo per quocum-
que, quavis, etiam summi Pontificis, aucto-
ritate, decernit irritum & inane, nulliusque
robore existere seu moveri. Nihilominus
haec sancta Synodus offert se paratam de om-
nibus suppositis ejusdem aut aliquo eorum,
querulantibus, seu actionem movere volentibus
ministrare iustitiam complementum.

VII.

Ordinatur auditor ordinarius camerae.

Item, haec sancta Synodus deputat & con-
stituit dilectum Ecclesiam filium Henricum Fle-
ckel Apostolici palatii causarum auditorem,
hujus sacri Concilii iudicem & auditorem or-
dinarium: datus & concedens eidem omnem
potestatem seu jurisdictionem, quam in Ro-
mana curia de iure seu consuetudine exercet,
seu exercere habet Apostolica camerae audi-
tor.

VIII.

Soldanus constituitur.

Item, constituit & deputat dilectum Ecclesiam
filium Titianum de Laude soldanum; cum po-
testate quam habet soldanus curiae Romanae.

ANNO
CHRISTI
1122

IX.

De aliis officariis.

Item, de ceteris officariis in hac sacra Synodo necessariis ordinetur & disponatur in Congregatione Generali: & quocumque ibidem super deputazione eorundem officialium acta seu ordinata fuerint, ejusdem firmitatis & auctoritatis existant, ac si facta fuissent in publica sessione.

X

Deputantur notarii.

Item, quia plures notarii & scribae in eadem sancta Synodo ad conscribendum acta ejusdem sunt necessarii, citra aliorum per ipsam sanctam Synodum in aliis sessionibus deputatorum revocationem, magistros Eselinum de Guiscardis de Blesfaco juris canonici profectorem, Gerardum Rousseli, Georgium Frey de Vilshoven, Conradum Koculin de Dycpurgh, Petrum de Noxeto clericos Verceilensis, Noviomensis, Pataviensis, Maguntinensis, & Placentinensis diocesis, notarios & scribas ejusdem ordinat & deputat.

Datum Basileae in sessione publica ejusdem sanctae Synodi, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, quinto Idus Augusti, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimosecundo.

S E S S I O V I.

Anno Domini millesimo quadringentesimo trigésimosecundo, die Sabbati sexta mensis Septembris, fuit in Ecclesia majori Basileensi, in qua sessiones celebrari solent, sexta hujus sacrae Synodi Basileensis sessio celebrata hoc modo. Primo videlicet Missa solemniter de beata Virgine Maria per dominum Philibertum Episcopum Constantiensem presidentem celebrata, & demum suffragiis, Antiphona *Exaudi*, ac Litanis cum Evangelio secundum Lucam, *Dixit Jesus discipulis suis: Qui vos audit, me audit: Et qui vos spernit, me spernit:* ac hymno, *Veni creator Spiritus*, &c. cum versiculo & collecta decantatis: assistentibus dominis Legato Placentino & Firmiano Cardinalibus cum triginta duobus aliis Praelatis in eorum mitris planis & pluvialibus existentibus; & domino duce Wilhelmo Bavarie protectore hujus sacri Concilii, venerabiles viri magistri Nicolaus Amici, & Hugo Berardi, promotores hujus sacri Concilii, per organum magistri Hugonis suam petitionem fecerunt in scriptis, ut sequitur.

Promotores Concilii dant petitionem.

„ Reverendissimi Patres, & vos alii domini mei praestantissimi, sacrosanctum Generale Concilium in Spiritu sancto legitime congregatum celebrantes, ac universalem Ecclesiam representantes, cum ex decreto tertiae sessionis hujus sacri Concilii sanctissimus dominus noster Papa Eugenius cum omni reverentia & instantia fuerit per vestrae misericordiae Jesu Christi exhortatus, requisitus, ac monitus, quatenus praesentem

A „ dissolutionem hujus sacri Concilii de facto revocaret, sicut de facto processerat; quae notorie universalem scandalizat Ecclesiam & populum Christianum: & ipsam revocationem, quemadmodum & dissolutionem fecerat, per diversas mundi partes transmitteret & publicaret, ab omni impedimento dicti Concilii penitus desisteret; quinimo eidem (ut debebat) faveret & assisteret, omninoque praeberet subsidia & auxilia opportuna: necnon infra triam mensium spatium peremptorie praesentem & assignatum (si corporalis ipsius dispositio pateretur) personaliter veniret: sin autem, personam vel personas loco & vice sui designaret & transmitteret cum plenaria potestate ad omnia & singula in hoc Concilio peragenda, usque ad totalem conclusionem ipsius, per omnes & singulos actus gradatim & successive. Et dictus dominus Eugenius Papa IV. ea super quibus monitus fuit, facere non curaverit, sed in sua praesentia dissolutione perseveraverit, & etiam perseveret; ac omnem perturbationem & everisionem hujus sacri Concilii multipliciter molatur, nec infra terminum praesentem venerit aut miserit: ideo nos promotores hujus sacri Concilii producentes memoratum decretum monitionis & citationis ac executionem legitime & debite factam, petimus, supplicamus instantissime, & requirimus, dictum dominum Eugenium Papam IV. per hanc sacram Synodum decerni & declarari contumacem in praedictis; atque ad ulteriora debite procedi, prout necessitates Ecclesiae Dei exigunt & requirunt, ac prout est divini juris pariter & humani. Deinde productis per eos monitione & citatione contra dominum nostrum Papam Eugenium modernum & dominos Cardinales, cum duobus Instrumentis executionis ejusdem, etiam petito & instanti requisiti, per sacrosanctum Concilium praesentem dominum nostrum Papam contumacem reputari, & ad ulteriora procedi, praedictus dominus Episcopus Constantiensis praesens, de mandato Concilii innoxie reverendis in Christo patribus, & dominis dominis Petragoricis & Ratisponensibus Episcopis, ut interrogarent si dominus noster Papa, aut aliquis pro eo potestatem vel mandatum sufficientem habens esset in dicta sessione, se repraesentaret. Qui quidem domini ambo Episcopi, videlicet Petragoricensis & Ratisponensis, primo super gradus ante altare dictae sessionis ter eundem dominum nostrum Papam vocaverunt alta & intelligibili voce sub his verbis: „ Est, ne aliquis hic pro domino Eugenio Papa IV. cum legitima potestate, cujus contumacia nunc accusata est? Compareat in hac sessione publica. Similiter hoc idem fecerunt ter ante majus portale dictae Ecclesiae. Deinde facta relatione per eundem dominos Episcopos domino Episcopo praesenti, quod neminem pro praesentem domino nostro Papa repererant, accesserunt ad dictam sessionem Nuntii & Oratores ipsius domini nostri Papae, videlicet domini Tarentinus & Colosensis Archiepiscopi, Episcopus Magdalonenis, & dominus Antonius de sancto Viro sacri palatii causarum auditor. Et ipsi sedentibus in eadem juxta dominum ducentem protectorem, dictus magister Hugo alter promotorum, alio sibi assistente, tria vice cum instantia petiit ab eis.

ANNO
CHRISTI
1122

Luc. 10.

v. al. pluvialibus.

v. al. Berardi.

c. al. Magdalonenis.

ANNO
CHRISTI
1431.

eadem dominis Nuntiis & Oratoribus, an haberent aliquod mandatum vel potestatem a domino nostro Eugenio Papa IV. Qui responderunt, quod erant simplices Nuntii & Oratores domini nostri Papae. Et tunc ipse promotor, auctore quod dicti Oratores nullam faciebant fidem de mandato, nomine Concilii processit ad eorum & agendum per eosdem. His itaque peractis, dominus Madalonensis Episcopus, alter dictorum Nuntiorum, narravit se alias in principio sui adventus litteras credentiales dominis hic in Basilea congregatis exhibuisse & praesentasse. Et quod illa quae dicere intendebant, in eorum credentia continebantur. Deinde dominus Archiepiscopus Tarentinus ibidem eandem fecit supplicationem exhortatoriam, sumens per themas. *Observe vos in Domino, ut digni ambuletis vocatione qua vocati estis, &c.* supplicatio iterum, quod pro bono & utilitate Ecclesiae sanctae Dei, & ad evitandum scandala, domini dignarentur supercedere in negotia processu contra dominum nostrum Papam & Cardinales. Quae supplicatione & requisitione facta, & habita inter dominos aliquantulum deliberatione, dominus praesidens eisdem dominis Oratoribus respondit, quod super propositis per promotorem Concilii, & per eosdem dominos petitis, domini de sacro Concilio deliberarent, & tantum facerent quod totus mundus merito de Concilio praedicto deberet contentari. Et tunc dominus Colofoniensis Archiepiscopus, de huiusmodi gratiosa responsione regratias est. Et his sic peractis, domini Nuntii & Oratores praedicti a loco publicae sessionis recesserunt. & se abfecerunt. Demum promotores Concilii praedicti per organum magistri Hugonis (prout supra) accusarunt contumaciam dominorum Cardinalium, ut in scheda quam in suis enebat manibus continetur, videlicet: „ Item „ consimili modo accusatus contumaciam „ reverendissimorum dominorum Cardinalium, „ qui vigore dicti decreti moniti & citati „ fuerunt procedi petentes ad ulteriora, ut supra, Jordani Episcopi Sabiniensis, de Urbinis vulgariter nominati, Antonii Episcopi Olitensis, Bononiensis vulgariter nuncupati, Hugonis Episcopi Praenestini, de Cypro vulgariter nominati, Petri tituli sancti Laurentii in Caesio monte presbyteri Cardinalis, de Fuxo vulgariter nominati, Joannis tituli sancti Laurentii in Lacina presbyteri Cardinalis Rotomagensis, Ludovici tituli sanctae Ceciliae presbyteri Cardinalis Arelatensis, Henrici sancti Eusebii presbyteri Cardinalis de Anglia, Antonii tituli sancti Marcelli presbyteri Cardinalis, Dominici tituli sanctorum Joannis & Pauli presbyteri Cardinalis Ilerdensis, Joannis tituli sancti Petri ad vincula presbyteri Cardinalis, Joannis tituli sancti Sixti presbyteri Cardinalis Wilhelmi sanctae Anastasiae presbyteri Cardinalis de Monteforti, Angeloni tituli sancti Marci presbyteri Cardinalis, Francisci tituli sancti Clementis presbyteri Cardinalis Venetiarum, Alphonsi sancti Eustachii diaconi Cardinalis, Lucidi sanctae Mariae in Cosmedin diaconi Cardinalis de Cornito, Ardecini sanctorum Cosmae & Damiani diaconi Cardinalis Novariensis, Prosperi sancti Georgii ad velam aureum diaconi Cardinalis de Columna. Tunc vero dicti domini Petragerionensis & Ratifponensis Episcopi, de mandato sacri Concilii,

apud.

Aut supra ante altare ter, & ante valvas Ecclesiae etiam ter, eisdem dominos Cardinales aut aliquos pro ipsis vocaverunt. Et facta eorum relatione de praemissis, quod neminem invenerunt, dominus auditor domini Legati surrexit in medium, & dixit quod paratum se offerebat exhibere mandatum sufficiens coram dominis a Concilio deputandis, pro quinque dominis Cardinalibus vocatis, videlicet dominis de Cypro Arelatensi, sancti Sixti, Rotomagensi, & de Monteforti: similiter allegare causas rationabiles, propter quas domini, Ilerdensis, qui iam habitus est in Congregatione generali excusatus, necnon sancti Petri ad vincula, sancti Eustachii, de Fuxo, & de Anglia, Cardinales, merito pro excusatis habebuntur. Praeterea magistri Simon de Valle, & Joannes de Ragusio Ordinis praedicatorum, pro & nomine domini Cardinalis Bononiensis, dixerunt se habere mandatum sufficiens, & obtulerunt se coram eisdem dominis deputatis producere velle. Similiter magister Laurentius de Rotella obtulit se rationabilibus de causis excusaturum dominum Cardinalem de Columna. Et tandem his peractis, Concilium per organum domini praesidentis deputavit dominos Frisingensem & Bellicensem Episcopos, qui viderent & examinerent producta per promotores, & petita; necnon mandata dominorum Cardinalium, ac huiusmodi excusationes audirent, & omnia Concilio referrent. De quibus omnibus & singulis praemissis, praefati promotores nomine Concilii petierunt, & quilibet eorum petiit, ad perpetuam rei memoriam, sibi fieri a nobis notariis & aliis unum vel plura Instrumentum & Instrumenta.

ANNO
CHRISTI
1431.b. q. Car.
d. h. l.

Datum in sessione publica eiusdem sanctae, &c. ut supra.

S E S S I O VII.

Quod sedente Concilio, vacante sede Apostolica, extra Concilium non procedatur ad electionem.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

DUdum haec sancta Synodus super electione Romani Pontificis, in casu vacationis sedis Apostolicae, hoc sacro durante Concilio, quoddam edidit decretum huiusmodi sub tenore: Ad providentiae spectat officium perspicaci consideratione futura prospicere, &c. ut habetur in quarta sessione: ideo non est necesse hic inferere.

Habita est
die vi. No
vem. anno
1431.

Prerogatio temporis Cardinalium veniendi ad Concilium tempore vacationis Papatus.

Cum autem ex eodem decreto apud aliquos exorta sit dubitationis occasio, ne tempus decem dierum ad intrandum conclave praesentium, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, per constitutionem editam in generali Concilio Lugdunensi, saltem a tempore notae vacationis in loco huius Concilii curreret & arderet, quod nimis rigidum videretur, & terminus nimis brevis propter multos ex eisdem Cardinalibus, qui a loco

ANNO
OMNIBUS
1911

a loco ipsius Concilii esse possent in remotis A
locis absentes: hanc sancta Synodus capiens o-
mnem dubitationis materiam amputare, & ea
qua ad pacem & unitatem Ecclesie Dei san-
ctis accomoda sunt vigilanti studio providere,
& tam in his quam in omnibus que Fidei ca-
tholice exaltationem generaliterque reforma-
tionem & pacem populi Christiani conservare
dignoscuntur, pro quibus est in Spiritu sancto
legitime congregata, cum omni modesta de-
bitaque maturitate procedere; presentis decre-
ti tenore decernit, quod in casu vacationis sedis
Apostolicæ presentis durante Concilio ante
sexaginta a die vacationis continue computan-
dos, ad electionem Romani Pontificis minime
procedatur.

*Quod Pape non disponat de beneficiis
Cardinalium.*

Statuit quoque hanc sancta Synodus, quod
de beneficiis Cardinalium, qui contra presentem
decretum aliquid presumpserint tentare,
statim possit per eos, ad quos de jure com-
muni spectat, libere disponi per viam collatio-
nis, presentationis, electionis, seu capitulis
alterius provisionis, etiam si essent Ecclesie me-
tropolitane, cathedrales, aut alie quocumque
beneficia quocumque nomine concesserint, que
in utrumque vel commendam a prædictis Car-
dinalibus tenentur, reservationibus Apostolicis
specialibus, aut generalibus, & aliis in con-
trarium factis minime obstantibus.

Datum in sessione publica eisdem sancta
Synodi in Ecclesia majori Basilensi solemniter
celebrata, octavo Idus Novembris, Anno a
Nativitate Domini millesimo quadringentesimo
trigesimo secundo.

SESSIO VIII.

*Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universa-
lem Ecclesiam representans.*

Die 11.
Decembris
1911.
Basiliensis
Conc. sess.

CUM jamdum de mense Aprilis in hujus sa-
cri Concilii sessione solemniter editum & pu-
blicitate fuerit decretum hujusmodi ferret: Sa-
crofanda, &c. Olim, &c. quod quidem vo-
cationis decretum debite exitit executum, &
in termino constituto solemniter sessione celebra-
ta sexta die mensis Septembris per promotores
hujus sacri Concilii fuerit ipsius domini Pape
& Cardinalium absentium contumacia debite
accusata Ambaxiatoribus ipsius summi Ponti-
ficis tunc in hac civitate personaliter constitu-
tis: qui quidem Ambaxiatores ad locum ipsius
sessionis venientes, magnis precibus a dicto sa-
cro Concilio petierunt, in procedendo contra
dictum dominum Eugenium Papam & Cardi-
nales supersederi: & licet secundum juris or-
dinem, attenta magna dicti domini Eugenio
& didorum Cardinalium contumacia, & mul-
tis supplicationibus & instantiis in dicto decre-
to memoratis, procedendum fuisset ad decla-
randum ipsos esse contumaces, & alia juris
remedia opportuna: volens tamen agere cum
quædam mansuetudine & lenitate, & si forte re-
sisterent expectare, maxime attendens quod
carissimus Ecclesie filius Romanorum rex Il-
lustris, & fidelis Ecclesie advocatus iugiter a-
pud eundem dominum Eugenium & Cardina-
les instigat ambaxiatibus, literis & tractatibus

usque in presentem supersedit ab ulteriori proce-
dendo. Cum autem a die dictæ accusationis
contumacia sint lapsi tres menses & ultra, &
etiam a die sua presentis dissolutionis annus
effluerit, ipsique domini Eugenio monitionibus
supradictis sanctis merito Ecclesie remanet
obediens, sed in sua presentis dissolutione ha-
jus sacri Concilii perseveret, ipsum evadere &
dispensare velle modis satagens, & aliam con-
gregationem sub nomine Generalis Concilii in-
dicere, in grave scandalum & damnum totius
Ecclesie bonique publici perturbationem, & de-
cretorum sacri Constantiensis Concilii contem-
ptum & eversionem, ac etiam Fidei catho-
licæ detrimentum, cum hoc sacrum Concilium
ad extirpationem hæresum per Dei gratiam so-
licitudinem & operam præberit & præbeat,
ex qua fructus optimes in proxima dispositio-
ne videret, licet ad omnem superabundan-
tam cautelam, suisque omnem mansuetudinem
& gravitatem offendendum, & ipsum domi-
num Eugenium Papam in magis manifestis
contumacia constitutum, eundem per vicari-
um misericordie Jesu Christi, & sub obedientia
divini iudicii admonet, exhortatur, & e-
dem ex parte omnipotentis Dei precipit atque
mandat, quatenus infra sex dies ab hac die,
presentisque decreti in valis Ecclesie Basile-
nsis aedificatione, continue subsequentes, dictas pre-
sentis dissolutionem & convocationem congre-
gationis sub nomine Concilii Generalis publi-
ce revocet, & hinc sacro Concilio etiam pure
& simpliciter adhaereat realiter & cum effectu,
& deinde cetera in præfatis decreto conten-
ta adimpleat cum effectu. Alioquin si infra
prædictum terminum prædictas præfatas disso-
lutionem & convocationem non revocaverit pu-
blice, & ipsi sacro Concilio pure & simpliciter
(ut præmittitur) non adhaerit, dicta
sancta Synodus absque ulteriori monitione, re-
quisitione, vocatione, seu citatione, camera
ipsam super præmissis & omnibus aliis in Con-
cilio peragendis usque ad finem debitum in-
clusive procedat, prout Spiritus sanctus dispo-
verit, & tam de jure divino quam humano fue-
rit procedendum; adjiciens, quod si dictus do-
minus Eugenius Pape præmissis parere contem-
perit, & dicto termino sexaginta dierum pen-
dente, aliquas promotiones fecerit ad catho-
dralis Ecclesiasticas dignitates, vel alia qua-
cumque beneficia vel officia in fomentum di-
ctæ sue presentis dissolutionis, & eversionem,
diminutionem, seu impedimentum hujus sa-
cri Concilii, de quo ipsius sacri Concilii arbi-
trio judicabitur, ac facta fuerint in fomentum
tales promotiones, hanc sancta Synodus cassat,
irritat & annullat. Mandat præterea in virtu-
te sanctæ obediencie & sub pena privationis,
quam ipso facto incurrant, omnium suorum
beneficiorum & officiorum, commendarum,
pensionum, & gratiarum quorumcumque, etiam
expectatarum, omnibus & singulis sanctæ Ro-
mance Ecclesie Cardinalibus, Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, Episcopis, ac aliis Ecclesiarum
Prælatibus, officiariis curiæ, & clericis quibus-
cumque in Romana curia existentibus, cuius-
cumque status & conditionis existant, quatenus
in casu prædicto post lapsum dicti termini in-
fra sex dies proxime & immediate sequentes
a curia Romana recedant, & deinde Cardinales
omnino sub pena prædicta ad hoc sacrum
Conciliolum, omni mora postposita, veniant.
Patriarchæ vero, Archiepiscopi, Episcopi, ac
alii

ANNO
CHRISTI
1531.

atque Ecclesiasticis prout de jure vel consuetudine ad Generale Concilium ire tenentur, sub penis juris iter suum sine fraude continuando, ad hoc sacrum Concilium venire: reliqui vero, qui ad Generale Concilium non tenentur venire, ad residendum & Deo servandum maneat in propriis beneficiis, vel ad hoc sacrum Generale Concilium sine mora dispendio & omni fraude cessante se transferant & accedant. Decernit tandem haec sancta Synodus, hujus decreti publicationem in praesenti sessione factam, ejusque aditionem in vobis majoris Ecclesiae Basiliensis, habere vim monitionis, citationis, & executionis, & ita universos archidiaconos, ac si personaliter apprehensi & eis intimatum fuisset. Insuper, prout in prioris monitionis edicto continetur, haec sancta Synodus declarat & protestatur, quod nihilominus hujusmodi dilatione sexaginta dierum pendente, cum id rerum necessitas suadeat & qualitas agendum, in ulteriori prosecutione Concilii & agendorum in eo, procedere intendit ordinate, debite & mature, nec propterea suspendere aliquatenus in processu.

Datum in sessione publica ejusdem sanctae Synodi, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata, decimoquinto Kalendas Januarii, Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

Die Jovis
15. Decemb.

I.

Decretum quod unicuique debet esse Concilium.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Can. 4.

Sicut unica est Ecclesia sancta catholica, Christo ipse sponso dicente: *Una est columba mea, dilecta mea, & fidei articulo hoc proficiente, cum unitas divisionem non capiat; sic esse non potest nisi unicuique Generale Concilium, ipsam sanctam Ecclesiam catholicam representans. Cum ergo in hac civitate Basileensi decretis sacrorum Generalium Conciliorum Constantiensis & Senensis, & duorum Romanorum approbatione Pontificum, scilicet felicitis recordationis Martini quinti & Eugenii quarti, Generale Concilium institutum & stabilitum sit, & in Spiritu sancto legitime congregatum, isto durante Concilio constet aliud Generale Concilium alicui esse non posse. Quicumque igitur hoc sacro durante Concilio aliam congregationem sub nomine Generalis Concilii erigere aut facere praesumpserit, non catholicam Ecclesiam Concilium, sed schismaticorum conventiculum erigere aut facere convincitur. Idcirco haec sancta Synodus omnes Christianifideles, cujuscumque status aut dignitatis, etiam si papalis, imperialis, vel regalis, existant, sub obediuntione divini iudicii, quod in Core, Dathan & Abiron auctoribus schismatis scriptura sacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctae obedientiae & sub penis contra schismaticos a jure indicis, districte praecipit atque mandat, ne hoc sacro durante Concilio aliam congregationem sub nomine Generalis Concilii, quae reversa non esset Concilium, facere, aut congregare, nec ad ipsam tanquam ad Generale Concilium, etiam praetextu cujuscumque promissionis aut juramenti,*

accedere vel interesse, aut recurrere quoquo modo, neque pro Concilio Generali habere, reputare, aut etiam nominare praesumant, etiam si iam indictum praetendatur, sive in futurum iudici attentetur. Si qua vero persona Ecclesiastica, etiam si sanctae Romano Ecclesiae Cardinalis, aut alio quocumque eujusvis status, gradus, aut conditionis, existat. Bononiam vel ad aliquem locum sibi nomine Generalis Concilii, isto durante, praesumat accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & privationis omnium beneficiorum, dignitatum, & officiorum & inhabilitatis ad ipsa, incurrat ipso facto. Et de dignitatibus, officis & beneficiis talium, per eos ad quos de jure spectat, etiam si cathedrales aut metropolitanas Ecclesias fuerint, libere disponatur.

II.

Decretum pro incorporatis, quod eorum beneficia conferri non possunt nisi per Papam vel alium.

Ambrosiorum accenta cupiditas, non contenta de acceptis beneficiis gravas non agere, & humanitatis in se jura violare, interdum adeo easdem, ut eos, qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, aut omni laude sunt digni, subvertere moliantur, & a suis deicere beneficia, cum tamen pro eorum bonis actionibus, ut extollerentur, amplius dignum esset. Ideo opus est iuris providere remediis, ut tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato suspicio reseruetur audacia, & nocendi facultas. Quisquis igitur tantae ambitionis fuerit, ut Ecclesiam cathedralem, dignitatem, officium aut beneficium, pensionem vel commendam, alicuius ex incorporatis, seu incorporandis, postquam fuerint incorporati, seu adherentibus huic sacro Concilio, attentaverint a Romano Pontifice vel quovis alio impetrare, aut etiam acceptare, si motu proprio conlatur, non solum jure, quod in tali Ecclesia, dignitate, officio seu beneficio habere praetendit, sed etiam omnibus beneficiis sit ipso jure privatus, & ad obtinendum in futurum inhabilis. Si qui vero ante hujusmodi editionem decreti tales impetrationes aut attentationes habuerint, careant gratis etiam proprio motu concessis.

III.

Quod Papa non potest imponere novas gabellas in terras Romanae Ecclesiae, & de non alienandis terris Ecclesiae.

Ceterum cum ad notitiam hujus sacrae Synodi fide dignorum sit relatione deducum, quod dictus dominus Eugenius Papa super alienandis nonnullis civitatibus, castris & terris Ecclesiarum Romanae, & aliarum Ecclesiarum, habuit & habet diversos variosque tractatus, quos quidem alienationes in fomentum diuturnae praesentis hujus sacri Concilii dissolutionis, & ipsius Concilii enervationem fieri moliantur, & in damnationem & iacturam patrimonii beati Petri aliarumque Ecclesiarum cederent manifeste; idcirco his & aliis ex bonis & iustis causis, quae ad hoc

ANNO
CHRISTI
1531.

ANNO
CHRISTI
1431.

hoc cuiuslibet recte sentientis animum inducere
debeat, hæc sancta Synodus eidem domino
Eugenio omne alienationis, infestationis, &
impignorationis genus bonorum immobilium,
ac etiam mobilium pretiosorum & iurium Ec-
clesiæ Romanæ, & aliarum Ecclesiarum qua-
rumcumque, nec non auctorizationem aliena-
tionum bonorum immobilium & iurium aliarum
Ecclesiarum, omnemque indictionem seu im-
positionem novarum gabelarum, & aliorum on-
erum in alia urbe Romana & aliis terris Ecce-
lesiæ Romanæ, nec non impositionem cuiuscum-
que gravaminis seu subsidii sub nomine deci-
mæ vel quocumque alio nomine censentur,
penitus interdicit, omnesque alienationes, in-
festationes, & impignorationes, de eisdem
bonis immobilibus, & iuribus Ecclesiæ Roma-
næ, & aliarum Ecclesiarum, & auctorizationem
hujusmodi per dictum dominum Eugenium
factas & fiendas, ac gabelas & alia onera per
eundem dominum Eugenium impositas seu im-
posita cassat, revocat, irritat, & annullat,
adeo ut nec jus aliquod tribuant, nec præscri-
bendi etiam causam pariant.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ
Synodi in Ecclesia majori Basileensi solemniter
celebrata, decimo quinto Kalendas Januarii,
anno a Nativitate Domini millesimo quadrin-
gesimo trigesimo secundo.

S E S S I O IX.

Concilium recipit Sigismundum imperatorem.

*Sacro sancta Generalis Synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.*

ANNO
CHRISTI
1431.Januarii die
15.

INTER Justitiæ opera nil justius nilque di-
gnius esse constat, quam eos, qui pro uni-
versalis Ecclesiæ utilitate sollicitudinis studia uti-
lesque labores impendunt, ac puro mentis as-
fectu solertibusque vigiliis Ecclesiastica jura
tenuerit, ipsius Ecclesiæ munire præsidii, ad-
versus ea præsertim incommoda, quæ in eos
pro impensis Ecclesiæ Dei obsequiis moluntur.
Cum itaque carissimus Ecclesiæ filius & ejusdem
fidelissimus advocatus Sigismundus, Romano-
rum, Hungariæ, Bobemiæ, &c. rex, pro
universalis Ecclesiæ utilitate, hujus sacri Con-
cilii Generalis ipsam repræsentantis protegio-
nem in se suscipiens, ipsique constanter adhæ-
rens, suæ laudabilis sollicitudinis studiis vir-
tuosisque laboribus, tam cum domino Euge-
nio Papa IV. ut attentatam dissolutionem ipsius
Concilii revocando ipsi Concilio adhæretet,
quam etiam cum Christianitatis principibus &
Prælati, dominisque, & communitatibus,
ipsius sacri Concilii favorem & augmentum stu-
derit & studeat multatim promovere; idcirco
dignæ gratitudinis vicem rependens hæc sancta
Synodus, eundem sibi specialis protectionis
suo munimine suscipit, nec non quocumque pro-
cessus, etiam privationem regnorum, provin-
ciarum, dominiorum, honorum, & quarum-
libet dignitatum forsitan continentes, contra
præfatum Romanorum regem factos, aut etiam
sub censuris & penis Ecclesiasticis, aut aliis
quibuscumque, per ipsum dominum Eugenium
Papam, aut alium ejus nomine, prolatos,
vel in posterum quovis modo faciendos, aut
etiam proferendos, auctoritate omnipotentis

Dei cassat, irritat, & annullat, ac, si de
cetero attententur fieri, nunc pro tunc cassos
& nullos esse decernit ac nullius existere robo-
ris vel momenti. Universis autem Christi fide-
libus etiam sub penis latæ sententiæ excommu-
nicationis & privationis dignitatis cuiuslibet
Ecclesiasticæ vel mundanæ interdicit, ne qui-
piam ipsi domino Eugenio Papæ, aut alteri
ejus nomine, circa processus hujusmodi factos
vel fiendos, aut eorum executioni quovis mo-
do obedire vel parere præsumat. Quicquid
præfato regi quilibet obediat, & parere te-
neatur, sicut prius de jure tenebatur, ac si
dicti processus nunquam emanassent, vel etiam
emanarent.

*In eadem sessione cassat Synodus processus contra
duces Vilelmum protefactorem Concilii, &
alios adhaerentes Concilio.*

Et insuper pari modo quoslibet processus per
præfatum dominum Eugenium Papam, aut
alium ejus nomine, contra quaslibet alias per-
sonas cuiusvis gradus, status, præminentie
& honoris extiterint, etiam si regali, regnali,
ducali, aut alia quavis præfulgeant dignita-
te, & præsertim contra dilectum Ecclesiæ fi-
lium nobilem virum Vilelmum ducem Bava-
riæ, huius sacri Concilii nomine præfati regi:
Romanorum protefactorem, necnon civitates,
universitates quarumcumque civitatum & terra-
rum, & maxime Romane Ecclesiæ mediate vel
immediate subiectas, Vicarios quoque, rector-
es gentium armigerorum, & capitaneos, of-
ficiales & singulares personas earundem, hæc
sancta Synodo adhaerentes factos & prolatos,
vel in posterum faciendos aut proferendos,
etiam contra similes personas, civitates, &
universitates, quæ in futurum adhaerebunt,
postquam adhaerint, hæc sancta Synodus cas-
sat, irritat & annullat, & si in futurum
fieri attententur, nunc pro tunc cassos & nul-
los esse decernit, ac nullius existere roboris
vel momenti. Universis quoque Christi fidelibus,
etiam sub simili pena latæ sententiæ ex-
communicationis, & privationis dignitatis cu-
iuslibet Ecclesiasticæ vel mundanæ interdicit,
ne quispiam ipsi domino Eugenio Papæ, aut
alteri ejus nomine, circa processus hujusmodi
factos vel fiendos, aut eorum executioni, quovis
modo obedire vel parere præsumat. Cele-
brata fuit hæc sessio die vigesima secunda Ja-
nuarii, anno Domini millesimo quadringentesi-
mo trigesimo tertio. Lecta & publicata per
reverendum patrem & dominum dominum
Franciscum Episcopum Cumanum, celebra-
te reverendo domino Patriarcha Antiocheno.

S E S S I O X.

ANNO Domini millesimo quadringentesi-
mo trigesimo tertio, Indictione undeci-
ma, die vero Jovis decima nona mensis Fe-
bruarii, celebrata fuit sessio decima in avari
Ecclesiæ Basileensis. In qua post missam de
Spiritu sancto per reverendum in Christo pa-
trem dominum Matthæum Episcopum Albinga-
nensem solemniter decantatam, orationibusque,
Litaniis, Evangelio secundum Matthæum, *Di-
xit Simon Petrus ad Jesum, Ecce nos reliquimus
omnia, &c.* aliisque suffragiis, cum hymno,
Veni creator Spiritus, decantatis, assistenti-
bus & presentibus in eadem quadraginta sex
Pri-

Die 19. Fe-
bruarii, an-
1433.

March 19.

ANNO
CHRISTI
1511* Corne-
lius, et Ca-
mus.

Prelatis in mitris eorum planis, de quorum numero tres Presbyteri & duo diaconi Cardinales in utrisque lateribus collocati extiterunt; nec non Illustrissimo principe domino Vvictimo duce Bavaris, &c. hujus sacri Concilii protectore, una cum aliis quampluribus honorabilibus utrisque tam spiritualis quam secularis status personis, ex injuncto sibi mandato pro parte ipsius sacre Synodi, reverendus in Christo pater dominus scilicet Crimanus Episcopus ambonem ad hoc ornatum ascendens, decreta infra scripta de verbo ad verbum alta & intelligibili voce legit, & solemniter publicavit.

I.

Sacrosancta Generalis Synodus Basilensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Pridem in octava sessione hujus sacri Concilii in decreto citationis domini Eugenii Papae IV. clausula quadam infra scripti tenoris adjecta fuit, videlicet adjiciens, quod si dictus dominus Eugenius Papa praemissis parere contempserit, & dicto tempore sexaginta dierum pendente aliquas promotiones fecerit ad cathedrales Ecclesias, vel ecclesiasticas dignitates, vel alia quaecumque beneficia vel officia, in fomentum dictae suae praesentis dissolutionis, & convocationis, seu impedimentum hujus sacri Concilii, de quo ipse sacri Concilii arbitrio judicabitur, an factae fuerint in fomentum tales promotiones, haec sancta Synodus cassat, irritat & annullat. Hanc autem clausulam pro tuitione hujus sacri Concilii & personarum eidem adherentium, haec sancta Synodus extendit & vires habere vult, usquequo per ipsam sanctam Synodum super hoc aliter fuerit ordinatum.

II.

Extensio decreti quod incipit: Ambitiosorum.

Ex eadem etiam causa decretum illud quod incipit: Ambitiosorum, &c. in eadem sessione promulgatum haec sancta Synodus extendit ad personas collegiorum, capitulorum, monasteriorum, & conventuum, seu alias quaecumque quae aliquem admittere seu recipere praesumpserint in possessionem dignitatum, officiorum vel beneficiorum. personarum quae in dicto decreto exprimuntur.

III.

Accusatio contumaciae Papae.

Deinde dictis decretis pronuntiatis, promotores praeterea sanctae Synodi, per oraculum magistris Henrici de Behenbeym officialis curiae Basilensis, &c. contumaciam domini nostri Papae Eugenii IV. accusarunt, prout in schedula continetur, cujus tenor sequitur, & est talis: Reverendissimi reverendique patres & domini, cum jamdudum de mense Aprilis proxime praeterito in publica sessione haec sancta Synodus exorasset, monuisset, ac debite omni cum instantia humiliter requisivisset dominum Eugenium Papam IV. ut illam suam praesentem

dissolutionem hujus sacri Concilii alias per ipsam factam, sicut de facto processerat, de facto etiam revocare deberet, ac ipsam etiam revocationem, quemadmodum & dissolutionem hujusmodi praesentem, per diversas mundi partes transmitteret & publicaret, ac ipsi sacro Concilio Basilensi (sicut tenebatur) assisteret favoribus opportunis, fuerit quoque statutus exinde sibi terminus quatuor mensium ad veniendum personaliter, vel alias personas idoneas mittendam ad hoc sacrum Concilium cum plena potestate ad omnia & singula peragenda in hoc sacro Concilio, prout haec latius in decretis ipsius sanctae Synodi continentur, &

dicto termino quatuor mensium adveniente, fuerit per nos saepe dictae sacrae Synodi promotores & procuratores, ac nomine ejusdem coram vestris reverendissimis paternitatibus ipsius domini Eugenii, nullatenus in praemissis parentis, contumacia debite accusata, petitumque ipsum contumacem declarari. Et licet tunc sancta Synodus solita utens mansuetudine hujusmodi petitionem nostram non spreverit, neque contumaciam petitam declaraverit, producta tamen nostra assumens, interloquendo se deliberare velle decrevit. Quae quidem deliberatio per tres menses exinde subsequentes perduravit, per quos haec sancta Synodus ad omnem ejus gravitatem & mansuetudinem in procedendo clare ostendendum, ipsi domino

Eugenio expectato, si forte respiceret in praemissis, nec tamen adhuc parente, die decimo octavo mensis Decembris proxime praeteriti in publica sessione, cum adhuc viderent praesentem dominum Eugenium in priori sua contumacia perdurare, ac etiam, quod longe deterius erat, hoc sacrum Concilium subvertere variis modis satagere, nec non quaedam congregationem sub nomine Generalis Concilii in praedictum & everisionem hujus sacrae Synodi indicere, ipsum per suum decretum solemne iterato ad superabundantem cautelam, & ut in magis manifesta constitueretur contumacia, omni cum reverentia admonuit, exhortata est, ac eidem ex parte omnipotentis Dei praecipit

atque mandavit, quatenus infra 60. dies a dicta die decimo octava mensis Decembris subsequentes praedictas praesentis dissolutionem & convocationem congregationis sub nomine Generalis Concilii publice revocaret, huicque sacro Concilio publice pure & simpliciter adhereret, realiter & cum affectu: alioquin haec sancta Synodus absque ulteriori monitione seu citatione contra ipsum super praemissis & omnibus aliis in ipso sacro Concilio peragenda usque ad finem debitam inclusive procederet, prout Spiritus sanctus diceret, & tam de jure divino quam humano foret procedendum. Verum reverendissimi reverendique patres & domini, cum praesentis dominus Eugenius, dictis

60. diebus jam elapsis pro ultimo & peremptorio termino sibi quoad praemissa assignatis, circa omnia & singula sibi per hanc sacram Synodum, ut est praemissum, praecipita & mandata negligentem se reddiderit, & minime paruerit, immo in ejus priori contumacia (quod dolenter referimus) adhuc perseveret & perduret, nos duos magister Hugo & ego, promotores & procuratores praedicti, ad probationem & justificationem omnium & singulorum praemissorum pridie in generali congregatione in domo Praedicatorum 17. hujus mensis habita producentes & repetentes omnia & singula in-

D

stru-

ANNO
CHRISTI
1511

ANNO
CHRISTI
1431
* forte ad h.

Instrumenta & decreta, acta & aditata, & monimenta in pramissis facientia, & maxime prime monitionis & requisitionis cum executione eorundem debite facta, nec non ejusdem domini Eugenii contumaciam alias accusatam, ac decretum hujus secundo citationis cum ejus debita publicatione & executione, prout hanc omnia latius apud acta hujus sanctae Synodi sunt conscripta, praefati domini Papa contumaciam accusaverimus, debita cum instantia requirentes, ut eundem vestrae reverendissimae paternitatis pro contumacia haberi vellent & reputari contraque eundem super praemissis & omnibus in hoc sacro Concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, sine ulteriori citatione, prout Spiritus sanctus dicitur procedere: nec non certam diem pro sessione publica habenda ad hujusmodi contumaciam solemniter accusandam deputare, & locum congregationis generalis fore habitum pro hujusmodi actu contumaciae accusatae, declarare dignarentur: vestrae reverendissimae paternitatis post nonnullas deliberationes dictum locum congregationis ad hoc habitum & idoneum ad praemissa decernentes, & declarantes, pro praemissa contumacia per nos accusanda, hanc diem, nec non & sessionem publicam praesentem, nobis memoriam dicitur statuere & assignare decreveritis, prout haec omnia in supradictis actis hujus sacri Concilii plenius continentur, ad quae, quoad hoc, nos referimus. Unde reverendissimi reverendique patres & domini, juxta praedictam sessionem publicam assignationem, nobis (ut praesertur) gratiose concessam, nos praedicti promotores iterato cum ea qua possumus & debemus instantia, apud reverendissimas dominiones vestras & coram hoc sacro Concilio, praefati domini Eugenii Papa super omnibus & singulis in dictis citationum decretis contentis contumaciam accusamus, petentes, & eadem cum instantia requirentes, ut reverendissimae paternitatis vestrae (prout iustitia suadet, & ordo juris postulat & rationis) declarent ipsum dominum Eugenium in praemissis contumacem, ac pro tali eum habeant & reputent, & insuper contra ipsum super praemissis & omnibus aliis in hoc sacro Concilio peragendis usque ad finem debitum inclusive, sine ulteriori citatione, (prout Spiritus sanctus dicitur) & de jure divino pariter & humano fuerit procedendum, procedi, ac prout in huius sacrae Synodi decretis plenius continetur. Qua siquidem contumacia, sicut praesertur, in scriptis accusata, reverendissimus pater dominus Cardinalis Legatus * pro & nomine sacri Concilii injunxit reverendis, patribus dominis Uicentis & Novariensis Episcopis, quatenus ad valvas ejusdem Ecclesiae irent, ad inquirendum utrum sanctissimus dominus noster Eugenius Papa IV. cujus contumacia nunc per promotores fuit accusata, aut aliquis alius ejus nomine esset ibidem, qui vellet comparere coram sacrosancta Synodo ibidem existente, facturus & adimpleturus illa ad quae per duas citationes seu monitiones citatus seu monitus fuit. Qui quidem duo domini Episcopi de mandato quo supra, assumptis etiam nobis notariis inscriptis, ad eandem valvas iverunt, altaque & intelligibili voce per organum praefati domini Episcopi Novariensis trina vice proclamaverunt, inquirentes prout eisdem per dictum dominum Legatum nomine dicti sacri Concilii fuerat injunctum, petentes a nobis notariis

* forte pro se. &

publicum Instrumentum Ad perpetuam remembrance, &c. Qua sic facta trina proclamatio, neminique pro dicto domino Eugenio comparente, ad praesentium ejusdem sacri Concilii in eadem Ecclesia constituti rediit, rotulerunt, prout supra, clamasse, nec aliquem nomine praedicti domini Eugenii coram eis comparuisse. Post quam quidem relationem promotores sacri Concilii per organum domini officii Basileensis proponentes, dixerunt in eadem similia verba: Reverendissimi reverendique patres & domini, audiverunt vestrae reverendissimae paternitatis relationem per dominos Uicentem & Novariensem Episcopos factam, & quia praefatus dominus Eugenius, licet debite vocatus & expectatus, per se vel alium non comparuit, prout neque comparuit. Eius contumaciam iterum & ex superabundanti accusarunt, trina vice petentes ipsum per sacrum Concilium pro contumace reputari & declarari, reproducentes & repetentes acta & decreta hujus sacri Concilii Basileensis, nec non duas citationes & earum executiones, una eum omnibus actis & aditatis in hujusmodi causa, petentique diem certam pro sessione publica super hujusmodi declaratione fieri ad assignandum. Quibus petitis dominus Cardinalis Legatus & praesidens generalis dicti sacri Concilii & nomine ejusdem verba sua dirigens ad ipsos promotores dixit: Venerabiles promotores, ait dicit haec sancta Synodus relationem factam per praefatos dominos Episcopos, & petitionem vestram, idcirco haec sancta Synodus iudices hujus sacri Concilii deputat & ordinat ad videndum & ad examinandum processum factum contra eundem dominum Eugenium, & referant in congregatione generali. Qua facta relatione, sacrum Concilium deliberabit super declaratione contumaciae & aliis in hujusmodi causa peragendis, ac in sessione super hoc decernenda vobis respondebit. De & super quibus omnibus & singulis supradicti promotores & eorum quilibet, ad perpetuam remembrance, petierunt & petiit a nobis notariis fieri unum vel plura publicum * & publica

ANNO
CHRISTI
1431

* forte, vel publicum, Instrumentum vel Inst.

Datum in sessione publica ejusdem sanctae Synodi in Ecclesia majore Basileensi solemniter celebrata, die Jovis decimanona mensis Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigessimotertio.

SESSIO XI.

L

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam frequens Generalium Conciliorum celebratio, tanquam agri Domini precipua cultura, universalem Ecclesiam statum concernit, ideo summo cum diligentia intendendum est, ut cunctis obstaculis, quae tam salubrem institutionem impedire possent, accurate obviatur. Inhaerens igitur haec sancta Synodus ordinationi decreti Concilii Constantiensis, quod incipit, Frequens, cupiensque ne scandala, quae (proh dolor!) dignis nostris contigerunt, futuris temporibus in perniciem Ecclesiam repulserint, statuit & decernit ut Romanus Pontifex, qui

Constantiensis Concilii sess. 1.

pri-

ANNO
CHRISTI
1531.

primus in vices Domini laborare, & alios suo A
 exemplo ad laborandum trahere tenetur, per
 se vel Legatum de labore aut Legatos, eligend-
 dum, vel eligendas, de consilio & assensu non
 curiculari duarum partium Cardinalium, in Con-
 cilio Generalibus debeat interesse: nec non om-
 nes & singulas personas Ecclesiasticas, que de iu-
 re vel consuetudine Generalibus Conciliis adesse
 debent, deinceps ad ipsa Generalia Concilia tam
 vigore ipsius constitutionis Frequens indicta,
 quam huius sacri Concilii Basileensis, vel alter-
 rius futuri legitime congregati auctoritate in-
 dicenda, sine alia vocatione venire personali-
 ter restringantur, nisi legitimo detineantur im-
 pedimento: quo casu personas idoneas cum
 sufficienti mandato destinare teneantur. Quod
 si ipse Romanus Pontifex, & alii prædictæ per-
 sone, hoc facere neglexerint, aut ipsum Con-
 ciliium quoquo modo de facto impedire, muta-
 re, prorogare, dissolvere, operam dederint, &
 infra quatuor menses cum reali satisfactione non
 resipuerint, tunc Romanus Pontifex a papa-
 li, & prædictæ persone a suarum dignitatum
 administratione sint ipso facto suspensi. Quæ
 quidem papalis administratio ad sacrum Con-
 ciliium ipso iure devolvatur. Quod si penas præ-
 dictas per duos menses post dictos quatuor ani-
 mo sustinerint indurato, contra tam Roma-
 num Pontificem, quam prædictas personas, us-
 que ad privationem inclusive, per Conciliium
 Generale procedatur. C

II.

Quod liberum sit cuilibet venire ad Conciliium.

Statuit quoque hæc sancta Synodus, ut non
 obstante quacumque etiam Romani Pontificis
 prohibitione, omnibus quibuscumque, cuius-
 cumque status & conditionis existant, etiam si
 sint sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, libe-
 rum sit ad Generalia Concilia proficisci. Quod-
 que ipse Romanus Pontifex ad ipsa Concilia Ge-
 neralia accedere volentibus, & præsertim præ-
 dictis Cardinalibus, licentiam (si petierint)
 impertiri teneatur.

III.

*Declarat Conciliium verbum de prorogatione Concilii,
 & cassat attentata in contrarium, vel
 attentanda in futurum.*

Declarat quoque hæc sancta Synodus verba
 ista videlicet, nullatenus prorogetur, in dicto
 decreto posita, ita prohibitive intelligi, ut
 etiam per Papam prorogari non possit: quod-
 que Conciliium actu congregatum dissolvi, aut
 de loco ad locum mutari, sine ipsius Concilii
 expresso consensu, per Romanum Pontificem
 nullatenus possit: cassatque, irritat, & annul-
 lat, si quid forsitan contra hæc vel etiam in
 derogationem aut impedimentum ipsius Concilii
 Generalis, personarumque & Prælatorum ac
 suppositorum ejusdem, per privationem, trans-
 lationem, censurasque Ecclesiasticas, vel ali-
 ter quomodolibet in futurum contigerit atten-
 tari.

Concil. General. Tom. XXIX.

IV.

*Quod non dissolvatur aut mutetur Conciliium, nisi
 de consensu duarum partium cu-
 juslibet, &c.*

Statuitque ex certis rationabilibus causis, ut
 præfens Basileense Conciliium per neminem,
 etiam si papalis fuerit dignitatis, dissolvi, aut
 de loco ad locum mutari possit, nisi de expres-
 so consensu duarum partium cujuslibet depu-
 tationis, votis singulorum scrutatis, subsequen-
 tique approbatione duarum partium congrega-
 tionis Generalis, similiter scrutatis votis singu-
 lorum, ac demum in sessione publica facta de-
 claratione. Obsecratque per viscera misericor-
 diæ Jesu Christi, & per asperionem sui San-
 guinis pretiosi, omnia supposita huius sacri Con-
 cilii tam præsentia quam futura obtestatur, ut
 ante completam reformationem in capite & in
 membris, quantum rationabiliter fieri poterit,
 nullatenus dissolutioni consensum præstent, nec
 loci mutationem fieri permittant, nisi ex causis
 iustis & manifestis.

V.

*Quod locus Concilii eligatur per mensem ante dis-
 solutionem, & declaratur verbum il-
 lud, in decennium.*

Juxta ipsius Constantiensis Concilii ordinatio-
 nem, vult omnino saltem per mensem ante tem-
 pus dissolutionis eligi locum pro futuro cele-
 brando Concilio, declaratque ad abundantem
 cautelam, verbum illud, in decennium, in
 prædicta positum Constitutione, sic intelligi de-
 bere, ut decennium totaliter compleatur, & eo
 integre completo tunc facultatem Concilii Ge-
 neralis celebrandi incipere. Quod si casu ali-
 quo contingat eos, qui Concilio Generalibus in-
 teresse tenentur, in principio temporis non ad-
 venire, declarat non propterea dictam Concilii
 celebrandi facultatem expirare, sed ut, quan-
 to citius commode fieri poterit, celebretur.
 Ne autem diu differre possit, statuit, ut per
 viginti dies ante prædictum decennii tempus
 completum, vel aliud, si forsitan ex causa per
 Conciliium præfigi contingat, Romanus Pontifex
 per se vel Legatum aut Legatos suos, nec non
 Archiepiscopus, in cujus provincia vel diocesi
 fuerit Conciliium celebrandum, & omnes Præla-
 ti vicini loco celebrationis Concilii per quatuor
 dictas vulgares, cessante impedimento canonico,
 in propriis personis, vel eo obistente per
 viros idoneos ad hoc Vicarios constitutos, adesse
 teneantur, ut de loci dispositione, & aliis
 preparatoriis Concilii valeant habere tractatum.
 Die autem inchoationis Concilii Generalis præ-
 finita, hi qui ibidem fuerint, missam de Spi-
 ritu sancto solemniter celebrent, & Conciliium
 ex eo die stabilitum & inchoatum esse efficaci-
 ter censeatur. Verum propter multas necessitates
 que contingere possunt venientibus ad Con-
 ciliium, exhortatur hæc sancta Synodus eos qui
 tunc præseores fuerint, ut ad ardua negotia
 concludenda, nisi decenti expectatione absen-
 tium moderata, congruo intervallo temporis
 non procedant in cunctis cum debita gravitate, si-
 cut tanta magnitudo negotiorum universalis Ec-
 clesiæ exigit & requirit. In his autem casibus,
 D 2 in

ANNO
CHRISTI
1531.

quantocius

ANNO
CHRISTI
1513.
Constitutionem
in Concilio
 sessione 19.
ubi supra.

in quibus, secundum statutum decreti Constantiensis, Pape licet locum futuri Concilii de consensu sancte Romane Ecclesie Cardinalium mutare, statuit ut, si Papa id facere negligat, collegium Cardinalium hoc suppleat, ita tamen ut duae partes ipsorum Cardinalium consentiant, servando nihilo minus modum qui in dicto capitulo, Frequens, continetur. Ipsam autem loci mutationem, si fieri contingat, jurabunt dicti Cardinales, secundum Deum & conscientiam suam, illam facere, & ex causis manifestis in capitulo, Frequens, contentis.

Scienda, tam per dominum Eugenium Papam quartum, quam ejus camerarium, vel alium eorum auctoritate, curialibus & officialibus Romane curie, vel aliis quibuscumque personis, cujuscumque status & dignitatis existant, ne de curia Romana recedant, per quas facultas ad hoc sacrum Concilium veniendi, tolli, impediri, vel restringi quomodolibet possit.

Datum Basilee in sessione publica celebrata in Ecclesia majori Basileensi, quinto Kalendas Maji, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

ANNO
CHRISTI
1513.

VI.

Quod electores Papa ante ingressum conclavis jurant, quod, si quis eorum eligatur servabit dicta decreta.

Ut praemissa facilius executioni demandentur, statuit ipsa sancta Synodus, quod electores Romani Pontificis ante ingressum conclavis jurare Deoque & Ecclesie promittere teneantur, quod, si contingat aliquem ex eis in Papam assumi, praemissa supradicta decreta, statuta & ordinata servabit, & pro posse adimplere realiter & cum effectu curabit, adiciens quod quicumque in Romano Pontificem futuris deinceps temporibus assumetur, inter alia quae profiteri debet, juxta decretum Concilii Constantiensis, quod incipit: Quanto Romanus pontifex, &c. juret etiam praesens decretum efficaciter observare. Quam quidem professionem teneatur postea in primo publico consistorio de novo facere, profiteaturque, si eorum quae in hoc decreto continentur fuerit violator, nec non ratione cujuslibet notorii criminis Ecclesiam scandalizantis, judicio Generalis Concilii se esse subiectum. Hancque professionem tam ipse quam collegium Cardinalium inferant litteris, quas de nova assumptione Papae per orbem de more transmittent.

In sessione
Concilii
Constantien-
sis 19.

SESSIO XII.

Decretum citationis contra Papam.

Sacrosancta Basileensis Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalium Ecclesiarum representans, ad perpetuam rei memoriam.

SANCTA catholica Ecclesia in sacro Constantiensis Concilio conveniens, cum animadverteret neglectum sacrorum Conciliorum praeteritis temporibus occasum fuisse haereseum, errorum, schismatum, ac plurimarum deformationum in populo Christiano, ipsorumque Conciliorum frequentationem, optimum fore dictarum pestium ac malorum antidotum, divina inspiratione instituit, deinceps certis modo & tempore Generalia Concilia celebrari. Prius autem, ne quisquam de ipsorum Conciliorum potestate haesitaret, declaravit Concilium Generale, catholicam Ecclesiam representans, potestatem a Christo immediate habere, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si Papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad Fidem, & extirpationem schismatis, atque ad Generalem reformationem Ecclesiae in capite & in membris. Quodque ejus mandatis, statutis, ordinationibus & praeceptis super praemissis, seu ad ea pertinentibus, quicumque, etiam si papalis fuerit dignitatis, obedire contumaciter contemnens, nisi resipuerit, condigne poenitentiae subiciendus est, & debite puniendus, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrento. Auctoritate igitur memorati Constantiensis Concilii, ac deinde ex instituto sacri Concilii Senensis, approbationeque felicitis recordationis Martini Papae quinti, & moderati domini Eugenii Papae quarti, haec sancta Synodus Basileensis legitime congregata, ad opus Generalis reformationis Ecclesiae in capite & in membris, nec non ad extirpationem haereseum, omni cum diligentia in suo primordio procedere decrevit. Sed quoniam absque pace Christianorum Principum haec duo sanctissima opera non facilem executionem habere poterant, profecta est etiam ad pacem concordiamque Christiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodum hactenus fecit fecissetque uberius, ac forte feliciter, nisi gravibus fuisset per praesatum dominum Eugenium obstaculis impedita. Et quoniam inter Christianos nemo est, cujus pro sua dignitate magis interest quam summi Pontificis; hujusmodi sacris operibus intendere, haec sancta Synodus a suae Congregationis initio dominum Eugenium per binas ambaxiatus cum magna instantia deprecata est, ut suas operas consiliaque

Die 14. Julii, tunc feria tertia, 1513.

In Constitutione Concilii Constantiensis 19.

Constitutione Concilii Constantiensis 19.

Constitutione Concilii Constantiensis 19.

VII.

Quod publicetur hoc decretum in Synodis.

Ut tam salutatis ac necessarii decreti nullus possit ignorantiam praetendere, mandat haec sancta Synodus in virtute sanctae obedientiae omnibus metropolitanis Episcopis, ut in provincialibus & Synodalibus Conciliis Praelatis religionum in suis capitulis Generalibus hujusmodi decreta legi faciant & publicari.

VIII.

Concilium cassat jurisdictionem praesentis curiae Romane curiae, ne veniant ad ipsum Concilium.

Inhibetio-
nem.

Cum liberum esse debeat omnibus ad hoc sacrum Concilium Generale, quod universalem representat Ecclesiam, proficisci, & consequente: quidquid in contrarium quacumque auctoritate, etiam si papali, statuatur, irritum sit censendum; ideo haec sancta Synodus cassata, irritata, & annullata quaecumque mandata, etiam sub censuris, privationibus beneficiarum & officiorum, inhabilitationibus ad eadem, & aliis quibuscumque poenis facta &

recurrento. Auctoritate igitur memorati Constantiensis Concilii, ac deinde ex instituto sacri Concilii Senensis, approbationeque felicitis recordationis Martini Papae quinti, & moderati domini Eugenii Papae quarti, haec sancta Synodus Basileensis legitime congregata, ad opus Generalis reformationis Ecclesiae in capite & in membris, nec non ad extirpationem haereseum, omni cum diligentia in suo primordio procedere decrevit. Sed quoniam absque pace Christianorum Principum haec duo sanctissima opera non facilem executionem habere poterant, profecta est etiam ad pacem concordiamque Christiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodum hactenus fecit fecissetque uberius, ac forte feliciter, nisi gravibus fuisset per praesatum dominum Eugenium obstaculis impedita. Et quoniam inter Christianos nemo est, cujus pro sua dignitate magis interest quam summi Pontificis; hujusmodi sacris operibus intendere, haec sancta Synodus a suae Congregationis initio dominum Eugenium per binas ambaxiatus cum magna instantia deprecata est, ut suas operas consiliaque

& au-

ANNO
CHRISTI
1431

& auxilia ad ipsam Synodum fovendam & promovendam vellet impendere. Cum vero ab ipso domino Eugenio Papa pro suo pastoralis officio omnes genus subsidii & subsidii speraremus, lugubri Nuntio ad nos perlaturum est hoc sacrum Concilium tam solemniter institutum, & pro tam necessariis negotiis congregatum, in publico consistorio de facto, cum de jure non posset, tentasse dissolvere. Quod nos audientes, tristitia consternati magnoque dolore confecti sumus. Nec modo nos sacrum Concilium celebrantes hujusmodi prætensa dissolutio supra modum scandalizavit, sed & omnem populum Christianum, qui tam sanctorum operum felicem exitum magno cum desiderio expectabat. Brissimans tunc hæc sancta Synodus sinistra informationibus ipsum dominum Eugenium fuisse circumventum, mox ad eum venerabilem Episcopum Laurentem & decem Trajectensem Oratores destinavit, eidem ostendens causas prætensæ dissolutionis a veritate procul esse, supplicaturoque ut, cum hujusmodi res graviter ac notorie Ecclesiam perturbaret, plurimisque in Christiano populo exinde calamitates secuturæ essent, ipsam dissolutionem tam scandalose factam omnino revocaret, & huic sanctæ Synodo, sicut dignitatem suam decebat, cum effectu adhereret. Sed ipsorum Oratorum rationibus ac precibus nequaquam motus, eos ad nos vacuos remisit. Quod tam grave ac notorium scandalum hæc sancta Synodus ferre non valens, ipsum dominum Eugenium in publica sessione monuit, ut infra quatuor menses prætensam dissolutionem tot scandalorum causam penitus aboleret. Interim autem & post castissimus Ecclesie filius Sigismundus Romanorum imperator illustri, tanquam Ecclesie fidei advocatus, pluribus notabilibus ambaxiatis ac crebris litteris ipsum dominum Eugenium humillime deprecatus est, ut ab hujusmodi Ecclesie perturbatione omnino desisteret. Id ipsum etiam zelo Fidei & Ecclesie succenti quamplures reges & principes, Cardinales ac Prælati, tam in curia Romana quam extra, rogando, obsecrando, monendo, sedula, cum instantia fecerunt. Et quidem tot preces & requisitiones undique sibi porrectæ sunt tam pie, humiliter & devote, ut, (quod dolenter referimus) si pax & tranquillitas Ecclesie sibi fuisset cordi, nullatenus dissentire potuisset. Circa autem ipsorum quatuor mensium exitum ad nos quatuor Oratores transiit, non ut emendarent, sed errata defenderent, nolque increparent, quod mox iux prætensam non parvissemus dissolutioni. Quibus per responsiones hujus sacri Concilii, veritas tam juris divini & humani, quod sine consensu Concilii dissolvere nequiverat, quam facti, quod causæ prætensæ dissolutionis veræ non fuerant, extitit luce clarius patefacta. Transactis his quatuor mensibus, cum in publica sessione promotores sacri Concilii, ipsius domini Eugenii contumaciam accusantes, eum contumacem declarari peterent, sancta Synodus a dictis Oratoribus exorata, ut supersedere dignaretur, pro tunc & usque ad tres menses postea dimisit. Et cum interim nulla sue emendationis indicia apparerent, immo quotidie in suo proposito durius perseverans, innumeris modis, quos honestatis causa reticemus, ipsam sanctam Synodum dissipare & evertere conaretur; nos, licet suadente iustitia acrioribus remediis uti

potuissimus, nihilo minus mansuetudinis nostri non immemores, iterum ipsum monuimus, & ex parte omnipotentis Dei præcepimus, ut infra sexaginta dies dissolutionem prætensam prorsus revocaret, & sacro Concilio pure, simpliciter, & cum effectu adhereret. Quibus exactis, iterum per promotores Concilii ipsius domini Eugenii contumaciam fortius accusantes, instantius interpellati sumus, ut ad declarationem contumaciæ, & ad poenas, quas tanta contumacia exigebat, procederemus. Et nihilo minus aliquandiu differre decrevimus, si forte tantam sacri Concilii pietatem videns, ipse quoque ad pietatem flecteretur. Interea quatuor alii sui Oratores ad nos supervenerunt, variis secum facultates, immo verius difficultates & involuciones afferentes, per quas monitioni nostræ nullatenus parebatur, nec prætensa irritabatur, sed potius firmabatur, dissolutio. Multa etiam alia in his continebantur non mediocriter absurda, & sacro præjudicialia Concilio, quibus, sine Dei offensa & gravi injuria Ecclesie, nullatenus assentire poteramus, prout hæc in responsione dictis Ambaxiatoribus sextadecima die Junii tradita diffuse deturbantur. Post itaque duos menses, qui decimanona Februarii expirarunt, usque ad præsentem diem patienter distulimus, sperantes ipsum dominum Eugenium plenam tandem adherentiam præbiturum: sed (ut rei evidentia jam demonstrat) quo magis pulsatur, eo amplius suas obturat aures; & quanto secum benignius ac modestius agitur, eo tenacius in tuæ dissolutionis proposito perseverat: & quantum ex eius verbis factisque colligi potest, nil aliud prætere videtur, nisi ut Ecclesiam pessumdet, jusque sibi & successoribus faciat, non solum abrogandi ritum sacrorum Conciliorum, & ea pro libito dissolvendi; sed & ipsorum sacratissima decreta Spiritu Dei promulgata, a quibus status pendet universalis Ecclesie, irritandi & abolendi, & præsertim declarationem illam, quod in his quæ ad Fidem, extirpationem schismatis, & Generalem Ecclesie reformationem in capite & in membris pertinet, quilibet, etiam papalis dignitatis, decretis Generalis Concilii subjicitur. Ex quibus quot quantaque mala ac scandala ex nunc & in futurum succedere possint, satis omnibus liquet, & in præfata responsione late exprimitur. Cum ergo jam ultra annum & dimidium incassum apud eum laboraverimus, nec nostris aut aliorum precibus & monitionibus flecti velit, nec eum quantacumque mansuetudine ac patientia ad ea quæ pacis & rationis sunt movere queant, quid amplius frustra immorandum est? Forsan nostram patientiam putat assensum, & ex longa dilatione fiduciam perseverandi assumit, quasi arbitretur se recte fecisse, nec Ecclesiam in eum quidquam posse, cui nullam irrogare poenam ausa est. Veremur de facilitate veniæ incentivum sibi tribuat delinquendi. Timemus, ne si delicta notoria intada dimittamus, fovere ipsa judicemur. Christus Deus noster cum in Jerusalem pergeret, opus nostræ redemptionis impleturus, & Petrus eum prohibere vellet, compescuit eum dicens: *Vade post me satana, scandalum michi es, quia non sapias quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Beatus Paulus cum vidisset beatum Petrum Apostolorum Principem circa observationem legalium reprehensibilem fore, & non

ANNO
CHRISTI
1431Hæc. Scot
& alia pie
rque ni
mus acerb
is possib
centur.

ANNO
CHRISTY
1431.

& non ambulare ad veritatem Evangelii, resistit ei coram omnibus in faciem & cum a simulatione, in quam alios deducebat, veritatis zelo repressit. Ecclesia catholica saepenumero summos Pontifices, sive a Fide delirantes, sive pravis moribus notis Ecclesiam scandalizantes, correxit & iudicavit, neque, ubi de Fidei periculo aut scandalo religionis Christianae agebatur, Romanis Pontificibus pepercit. Hic exemplis ac rationibus haec sancta Synodus excitata, habens a Deo auctoritatem animadvertendi in eos qui ipsam non audierint, considerantque expedire tam saluti animae ipsius domini Eugenii, quam statui universalis Ecclesiae modernis futurisque temporibus, amodo in dictum dominum Eugenium acrioribus remediis, quandoquidem leniora non profunt, procedere decrevit. Et quamquam in tam notorie & incorrigibiliter scandalizantem Ecclesiam statim posset finalem sere sententiam, nesciens tamen maternae pietatis oblivisci, insensu etiam praefati serenissimi imperatoris, qui per suas litteras super hoc nos exacte rogavit, adhuc ipsum dominum Eugenium tertio monere, ac etiam tertiam ei indulgere dilationem proponit, ut in sua potestate sit, si velit, poenam evitare. Idcirco haec sancta Synodus praefatum dominum Eugenium, cum quanta potest instantia & affectu, per viscera misericordiae Jesu Christi rogat, orat, obsecrat, monet, citat, & requirit, & ex parte omnipotentis Dei ultimo & peremptorie mandat & praecipit, ut praedictam praesentem notorie scandalosam dissolutionem penitus revocet, & hoc sacrum Basiliense Concilium, per Generalium Constantiensis & Senensis Conciliorum statuta, approbationemque felicitis recordationis Martini Papae V. & ipsius domini Eugenii legitime inchoatum, declaret a tempore huiusmodi inchoationis continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuarique ac prosecutionem habere debere, & ipsi pure & simpliciter adhaereat & cum effectu, & huiusmodi revocationem declarationemque & puram adhaesionem per suas litteras more Romanae curiae bullatas huic sacro Concilio notificet infra sexaginta dies a die praesentis publicae sessionis immediate sequentes. Quod si dicta omnia & singula infra praefatos dies adimpleverit cum effectu, haec sancta Synodus ex sua solita benignitate & clementia ipsum dominum Eugenium, quantum cum Deo poterit, honorare & honorari facere intendit. Si vero (quod absit) in pertinacia perdurans omnia & singula praedicta infra praefatos sexaginta dies realiter & cum effectu non adimpleverit, elapsis dictis sexaginta diebus, exnunc prout extunc, & virtute prout exnunc haec sancta Synodus in virtute omnipotentis Dei, a quo super omnes Christi, fideles immediate potestatem vendicat, praedictum dominum Eugenium manifeste contumacem, notorie, incorrigibiliterque scandalizantem Ecclesiam, ab omni administratione Papatus in spiritualibus & temporalibus ipsa sacro suspendit, & suspensum esse declarat, processura tandem ad ulteriora, usque ad sententiam finalem inclusive, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius non citato, prout Spiritus sanctus dixerit: omnem autem ipsius Papatus administrationem in his omnibus quae in spiritualibus & temporalibus ad solum Papam, vel ad solam sedem Apostolicam, de

A jure pertinere noscuntur, eadem sancta Synodus post dictam terminum ad seipsam decernit & declarat ipso facto esse devolutam. Quidquid autem in casu praedicto per ipsum dominum Eugenium, lapsio dicto termino, ratione papatus factum fuerit & attentatum, decernit irritum & inane. Quo casu omnes reges, principes, communitates & alios quoscumque, cujusvis status & dignitatis existant, haec sancta Synodus monet & requirit, & eisdem in virtute sanctae obedientiae, & sub divini obtestatione iudicii, mandat, Ecclesiasticis vero personis quacumque dignitate, etiam Cardinalatus, Patriarchali, aut Pontificali praesulgeant, sub poenis quas ipso facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus, beneficiis & officiis, quocumque nomine nuncupentur, etiam si forent metropolitanae aut cathedrales Ecclesiae, sive in titulum, sive in commendam obtineant. Vicariis autem, gubernatoribus, vassallis, feudatariis, & subditis Romanae Ecclesiae, sub poena privationis ipso facto omnium feudorum, & aliorum quorumcumque jurium & privilegiorum quae ab ipsa Romana Ecclesia obtinent, districte praecipit ut praefato domino Eugenio, durante praedicta suspensione, praetextu cujusvis juramenti, subjectionis aut promissae fidelitatis, nullatenus ratione Papatus obediant. Adjicit quoque haec sancta Synodus, quod si praefatus Dominus Eugenius, dicto termino 60. dierum pendente, aliquas promotiones fecerit ad cathedrales Ecclesias, vel Ecclesiasticas dignitates, vel alia quaecumque beneficia vel officia in fomentum dictae suspensionis dissolutionis, & enervationem, diminutionem seu impedimentum huius sacri Concilii, de quo ipsius sacri Concilii arbitrio iudicabitur, an factae fuerint in fomentum, eadem sancta Synodus huiusmodi sic factas promotiones cassat, irritat, & anullat. Mandat praeterea in virtute sanctae obedientiae, & sub poena privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum & officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quorumcumque, etiam expectatarum, omnibus & singulis sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praeclatis, officialibus curiae, & clericis quibuscumque in Romana curia existentibus cujusvis status aut conditionis existant, quatenus in casu praedicto post lapsum dicti termini infra triginta dies proxime & immediate sequentes a curia Romana recedant, & deinde Cardinales omnino sub poena praedicta ad hoc sacrum Concilium, omni mora postposita, veniant: Patriarchae vero, Archiepiscopi, Episcopi, & alii Ecclesiastici, prout de jure vel consuetudine ad Generale Concilium ire teneantur, sub poenis juris iter sum sine fraude continuando ad hoc sacrum Concilium arripiant. Reliqui vero, qui ad Generale Concilium non tenentur venire, ad residendum & Deo servendum in propriis beneficiis, vel ad hoc sacrum Concilium sine mora dispendio, & omni fraude cessante, se transferant, & accedant. Omnes autem causas, tam Ecclesiasticas quam profanas; civiles & criminales, inter quascumque personas, cujuscumque status, conditionis aut dignitatis existant, in curia Romana pendentes, lapsio dicto termino 60. dierum, in casu praedicto ab ipsa curia Romana eadem sancta Synodus ad

ANNO
CHRISTY
1431.

ANNO
CHRISTI
1511

ad se advocat, & advocatus esse vult, expres-
se inhibens sub pena excommunicationis lata
sententiam omnibus iudicibus, auditoribus, &
commissariis quibuscumque predictam curiam,
ne post dictos dies in praefatis causis procede-
re aut quidquam agere quoquomodo presu-
mant. Quidquid autem contra hanc advoca-
tionem & inhibitionem attentari contigerit,
ipso iure decernit irritum & inane. Decernit
tandem haec sancta Synodus huius decreti pu-
blicationem in praesenti sessione factam, ejus-
que affixionem in valvis majoris Ecclesiae Basile-
ensis, vim habere monitionis, citationis &
executionis, & ita universos arctare, ac si
personaliter apprehensi & eis intimatum fuis-
set. Insuper haec sancta Synodus declarat &
protestatur, quod nihilo minus huiusmodi di-
latione 60. dierum pendente, cum id rerum
necessitas suadeat, & qualitas agendorum, in
ulteriori prosecutione Concilii & agendorum
in eo procedere intendit ordinate, debite &
mature, nec propterea superferere aliquatenus
in processu.

Datum in sessione publica ejusdem sanctae
Synodi in Ecclesia majori Basileae, III. Idus
Julii, anno a Nativitate Domini millesimo
quadringentesimo trigelimo tertio.

*Decretum de electionibus & confirmationibus Epi-
scoporum & Praelatorum sub eadem duo-
decimo sessione expeditum.*

* Sacrosancta
&c. ad per-
petuam rei
memoriam
&c.

Quemadmodum in construenda domo prin-
cipua est architectoris cura, ut tale jaciatur
fundamentum, super quo firmum perduret
aedificium, ita in generali Ecclesiae reforma-
tione potissimum est huius sanctae Synodi stu-
dium, ut tales Ecclesiae praeficiantur pastores,
qui tanquam columnae & bases ipsam Eccle-
siam doctrinae & meritorum viribus firmiter
sustinent. Quanta autem in eligendis Prae-
latis diligentia adhibenda sit, officium eis in-
iunctum evidenter ostendit. Ad regimen enim
assumuntur animarum, pro quibus Dominus
nosse Jesus Christus mortuus est, & sanguis
ejus pretiosus effusus. Propterea sacri canones
Spiritus Dei promulgati, provide statuerunt,
ut unaquaeque Ecclesia ac collegium seu con-
ventus sibi Praelatum eligant. Quibus haec san-
cta Synodus eodem Spiritu coegregata inhae-
rens, statuit & disponit, generalem reservatio-
nem omnium Ecclesiarum metropolitanarum,
cathedralium, collegiarum, & monasterio-
rum, ac dignitatum electivarum, per Roma-
num Pontificem de cetero fieri, aut facta uti
non debere, reservationibus in corpore juris
clausis, & his quas in terris Romanae Eccle-
siae ratione directi seu utilis domini mediate
vel immediate subiectis fieri contigerit, sem-
per exceptis: sed quod per electiones & con-
firmationes canonicas, secundum iuris commu-
nis dispositionem, praedictis metropolitanis,
cathedralibus, monasteriis & collegiatis Eccle-
siis ac dignitatibus electivis vacantibus, debite
providetur, non derogando propterea statu-
tis, privilegiis & consuetudinibus rationabili-
bus, quibuscumque postulationibus in disposi-
tione iuris communis remanentibus. Decernit-
que haec sancta Synodus rationi fore consen-
taneam & reipublicae accommodam, ut con-
tra hoc salutare decretum Romanus pontifex
nihil attentet, nisi ex magna rationabili ac
evidenti causa, litteris Apostolicis nominatim

exprimenda. Et ut eo firmiter hoc salubre de-
cretum custodiat, vult eadem sancta Sy-
nodus, ut inter alia, quae Romanus pontifex
in sua assumptione prohibebit, juret decre-
tum hoc inviolabiliter observare. Et quoniam
tales (ut praedictum est) oportet esse Prae-
latos, hi, ad quos ius pertinet eligendi, om-
nem curam adhibeant, ut dignam coram Deo
& hominibus electionem faciant, exactamque
proinde apponant sollicitudinem, ut tales eli-
gant qui tanto officio valeant satisfacere.
Scientes quod si vel dolose vel negligentem ac
timore Domini postposito in re tam gravi se
gesserint, sicut auctores erunt & causa malo-
rum pastorum, ita participes fient poenarum,
quas ipsi mali pastores in districto Dei iudicio
patientur. Et cum humanae fragilitatis con-
atus nihil sine omnipotentis Dei suffragio queat
efficere, a quo omne datum optimum, & om-
ne donum perfectum descendit, adveniente die
electionis, hi, ad quos Pontificis vel Abbatis
spectat electio, in Ecclesia conveniant ma-
gna cum devotione missam de Spiritu sancto
auditori, quem humiliter exorabunt, ut eos
ad dignum eligendum pastorem inspirare di-
gnetur. Et ut eo facilius hanc gratiam obti-
nere mereantur, quo devotius ad adum elec-
tionis accedant, contriti & confessi sacra-
mentum Eucharistiae reverenter suscipiant. Ad lo-
cum vero electionis ingressi pro quocumque
Praelato, qui per electionem assumitur, iura-
bunt in manibus eius qui capitulo praesidebit,
& ipse praesidens in manibus eum immediate
sequentis, sub hac forma: Ego N. iuro &
promitto omnipotenti Deo & tibi sancto vel
sanctae, sub cuius vocabulo dedicata est Ec-
clesia, eum eligere quem credam futurum Ec-
clesiae in spiritualibus & temporalibus utilio-
rem, nec illi vocem dare quem verisimiliter
scivero promissione aut datione alicujus rei
temporalis, seu prece per se aut alium inter-
posita, aut alias qualitercumque directe vel
indirecte, pro se electionem procurare. Idem
juramentum praestet, consecraturque & com-
municet, qui constituit procuratorem ad eli-
gendum certam personam. Nec non & pro-
curator generaliter ad eligendum constitutus
in casibus, in quibus secundum iuris commu-
nis dispositionem in huiusmodi electionis ne-
gotio procurator constitui potest.

Quod etiam
juramentum praestetur ab his, in quos con-
tinget super electione futuri Praelati fieri com-
promissum, qui etiam confiteri & communi-
care teneantur. Quod si praedicta non fece-
rint, pro illa vice eligendi sint ipso iure pos-
testate privati. Deinde eligant in praesentem
Praelatum virum aetatis legitime, moribus gra-
vem, litterarum scientia praeditum, in sacris
ordinibus constitutum, & alias idoneum, se-
cundum canonicas sanctiones. Quod si aliter
& de alia persona, quam ut praedictum est,
ut per simoniacam praevitatem electionem
fieri contigerit, electio sit ipso iure irrita &
inanis. Et sic simoniace eligentes, praeter al-
ias poenas, perpetuo sint ipso facto iure eli-
gendi privati. Alii vero canonicis poenis sub-
iaceant. Simoniacae autem electi, & qui hu-
iusmodi simoniace electionis participes fuerint,
taliterque eligentes & confirmati, in horrorem
tanti criminis poenam ipso facto excommuni-
cationis incurrant, nec a tali reatu & excom-
municatione electi & confirmati absolvi pos-
sint, nisi Ecclesiae & dignitates, ad quas tur-
pi-

ANNO
CHRISTI
1511

* simile ju-
rumentum
jubet (sicut
probat) con-
fiteatur ac
que commu-
nicet ut pra-
mittitur

ANNO
CHRISTI
1433

ANNO
CHRISTI
1433
P. 633 H.

...piter assumpti sunt, libere resignaverint, & ad eas obtinendas, quas defario ingressu adepti sunt, perpetuo reddantur inhabiles. Ad tollendam autem omnem ambitionis radicem, obsecrat per viscera misericordie Jesu Christi hæc sancta Synodus ac instantissime exhortatur reges & Principes, communitates, & alios, cupiscumque gradus & dignitatis existant, Ecclesiasticæ vel mundanæ, ne electoribus litteras scribant, aut preces porrigant pro eo qui per se vel per alium tales preces seu litteras procurabit, multoque minus comminationes, impressiones, aut aliud faciant, quo minus libere ad electionem procedatur. Similiter in virtute sanctæ obedientiæ ipsius electoribus præcipitur, ne ad hujusmodi litteras vel preces, comminationes vel impressiones (ut præmittitur) quemquam eligere præsumant. Facta autem electione, & ei ad quem jus pertinet confirmandi præsentata, si appareat coelectus, vel se opponens electioni, nominatum vocetur, ad videndum discuti electionis negotium. Et nihilo minus generaliter editum publicum in Ecclesia, in qua facta est electio, proponatur juxta constitutionem felicitis recordationis Bonifacii VIII. Comparentibus autem aliquibus vel non, nihilominus ipse confirmator ex officio tanquam in negotio inquisitionis procedat omnem adhibiturus diligentiam, ut tam forma electionis quam merita electi, & omnes circumstantiæ debite examinentur & discutiantur. Et si electio confirmanda sit vel infirmenda, judicialiter confirmetur vel infirmetur. Et ut omnia munde & sine labe ac lavis suspitione procedant, non solum exigere aliquid quantumcumque parvum, sed etiam gratias oblata, confirmator ratione confirmationis sub nomine subjectionis, subsidii, gratitudinis, aut alio coloris prætextu cupidinis consuetudinis aut privilegii, per se vel alium nullatenus recipere præsumat. Notariis autem, & his qui scripserunt in hujusmodi causis, emolumentum aliquod moderate taxetur habendo respectum ad laborem & operam scripturæ, non ad tractuum prelatorum valorem. Si vero confirmatores prædicti electiones, non servatis superioris ordinatis, & de personis non idoneis (ut præmittitur) factas, vel alias per simoniacam pravitatem confirmaverint, eo ipso confirmationes hujusmodi sint nullæ. Confirmantes autem alias personas, quam supra dictum est, pro ea vice: per simoniacam autem labem, si eam commiserint, etiam sententiam excommunicationis incurrant eo ipso, a qua nisi per Romanum pontificem, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere non possint. Summum vero Pontificem hæc sancta Synodus exhortatur, ut, cum inspectulum & norma omnis sanctitatis & munditiæ esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat: alioquin, si secus faciendum notorie & incorrigibiliter ex hoc Ecclesiam scandalizet, futuro Concilio deferatur. Pro oeribus autem quæ ipsum pro regimine universalis Ecclesiæ subire oportet, proque sustentatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium & aliorum necessariorum officialium, hoc sacrum Concilium autem sui dissolutionem omnino debite & congruenter provideat. Quod si contingat aliquam circa hæc provisionem non facere, tunc illæ Ecclesiæ & beneficia, quæ usque nunc ex novi Prælati assumptione cer-

* eorum, ju-
re confirman-
di sine per-
petuo priva-
ti: & nihil-
ominus pro-
pter istam si-
moniacam la-
borem, si
perpetuo (ip-
so facto) ju-
re confirman-
di sine priva-
ti: & nihil-
ominus pro-
pter istam
simoniacam
laborem, si

A tam taxam solverint, deinceps mediocritatem hu-
jusmodi capere per annum post adeptam pa-
pificam possessionem solvere in partibus tenean-
tur, duratura hujusmodi provisione, donec præ-
dictis Papæ & sustentationi Cardinalium fuerit
aliter provisum. Per hæc eadem sancta Synodus
non intendit in aliquo præjudicare sanctæ Roma-
næ & universali Ecclesiæ, nec alteri cuicumque.
Datum in sessione publica ejusdem sanctæ Sy-
nodi in Ecclesia majori Basileensi solemniter ce-
lebrata, die Lunæ decumatertia Julii, anno Domi-
ni millesimo quadringentesimo trigessimotertio.

SESSIO XIII,
I.

Accusatio contumaciae Papa facta per promotores
res sacri Concilii in decimatertia die
Concilii sessione celebrata.

Die Veneris 11. mensis Septembris, anno
Domini 1433. in Ecclesia majori Basileensi
fuit celebrata decimatertia hujus sacre
Synodi Basileensis sessio hoc modo scilicet,
missa de Spiritu sancto per reverendum patrem
dominum Mattheum Episcopum Albinganensem
Italicæ nationis celebrata, antiphonis, litanis &
suffragiis, ut in aliis sessionibus, dictis, lecto-
que Evangelio secundum Mattheum, in illo
tempore respiciens Jesus in discipulos suos dixit
C. Simons Petro: Si peccaveris in te frater tuus,
vade, & corrippe eum inter te & ipsum solum,
Et. ac hymno Veni creator Spiritus &c. de-
cantato, cum versiculo & collecta, septem do-
minis Cardinalibus & aliis dominis Prælati &
patribus in eorum matris planis & pluvialibus
existentibus in multitudine copiosa, assistente
domino Guilielmo duce Bavarum, sacri Concilii
nomine serenissimi principis domini imperatoris
protectore, promotores sacri Concilii per
organum venerabilis viri domini Stephani de
Novaria legum doctoris, alterius promotorum
hujus sacri Concilii, accusarunt contumaciam
sanctissimi domini nostri Eugenii Papæ IV.
prout in quadam schedula, quam ipse magister
D. Siephanus promotor in suis tenebat manibus,
quamque de verbo ad verbum alta & intelligi-
bili voce legis, latius continetur, cujus tenor
sequitur, & est talis: Reverendissimi reverendi-
que patres & ceteri domini metuendissimi, quia
nuper de mense Julii proxime præterito, &
die decimatertia ejusdem, hæc sancta Basileen-
sis Synodus in publica sessione in præsentem Ec-
clesiam Basileensem celebrata, attente considerans
sanctissimum dominum Eugenium Papam IV.
exhortationes, obsecrationes, requisitiones, ci-
tationes & monitiones per eandem sacram Syn-
nodum sibi repetitis vicibus factas, ut huic sa-
cro sancto Concilio adhereret, & eidem favores
(prout tenetur) impenderet, aure surda per-
transire, nec ipsum aliquatenus ad vota (prout
tamen ipsum sacra Synodus sperabat) inclina-
ri, & quamquam extunc ipsa sacra Synodus
propter ipsius domini Eugenii manifestam con-
tumaciam ad hujusmodi contumaciae declaratio-
nem contra ipsum procedere non immerito po-
tuisset, quemadmodum etiam pro tunc per pro-
motores & procuratores dicti sacrosancti Concilii
Basileensis, licet immerito debita fuit cum
instantia postulatum, volens solita sua mansue-
tudine adversus eundem dominum Eugenium
uti, & iterato ipsum ex superabundanti carita-
tive requirere & monere, certum decretum mo-
nito-

a Forte, mo-
rius, volens
dicere. II.

ANNO
CHRISTI
1522.

notorium edidit, & decrevit, quo idem dominus Eugenius exoratus, requisitus, monitus, & interpellatus, ac in virtute omnipotentis Dei sub certis pœnis, modis & qualitatibus eidem mandatum extitit, ut infra sexaginta dies, a dicta sessione habita computandos, pure, simpliciter & libere huic sacrosancto Basileensi Concilio adhereret, nec non præsentem dissolutionem ejusdem sacri Concilii, per ipsum alias attentatam, revocaret, & alia in hujusmodi decreto contenta cum effectu adimpleret, alioquin pœnas in hujusmodi decreto contentas ipso facto incurreret, prout hæc in dicto decreto latius continentur: ad quod nos promotores prædicti nos referimus in hac parte, & hic pro repetito cum aliis omnibus actis sacri Concilii ad causam facientibus haberi volumus & repetimus. Cum autem finis prælatorum sexaginta dierum inisset de præsentibus, & nec ipse dominus Eugenius per se, neque per alium, hæc sacram Synodum de hujusmodi sua adhesionem pure, simplici & libera, ac revocatione dictæ præsentis dissolutionis, aliorumque in dicto decreto contentorum adimplerere, aliquatenus certificaverit, nec de præsentibus certificet, sed eidem decreto & contentis in eo contumaciter satis facere contemnat, in non modicum universalis Ecclesie dampnum, Christi fidelium scandalum, atque hujus sacri Concilii Basileensis universalem Ecclesiam representantis contemptum; idcirco nos promotores & procuratores antedicti, ex officio nobis incumbenti, coram hac sacrosancta Synodo debita cum instantia humiliter requirimus, quatenus eundem dominum Eugenium contumacem (prout est) declarare, ipsumque pœnas in decreto contentas incidisse, decernere, ac, ipsius contumacia exigente, ad ulteriora (prout Spiritus sanctus dabit, & ordo juris & rationis exigit) procedere dignaretur: super hujusmodi requisitione, & contumacia accusatione, & aliis, requirentes per vos dominos notarios publica fieri Instrumenta. Prædictis autem, ut præmittitur, factis & contumacia accusata, illustris princeps dominus dux Guilielmus per organum venerabilis fratris Petri Ordinis canonicorum regulæ rium, nomine & ex parte serenissimi domini Imperatoris & suorum, & dominus Joannes Offenburger Nuotius præfati domini Imperatoris, reprobant illa que alias, videlicet die Lunæ proxime præterita, dixerant & promiserant in congregatione generali, pro dilatione & prorogatione triginta dierum consequenda, eadem iterum dicentes, repentes, & promittentes. Similiter Magister civium, & nonnulli alii, nomine Concilii & civitatis Basileensis, pro hujusmodi dilatione insisterunt, & quod amplius pro ulteriori dilatione nunquam facerent instantiam sunt præstati; de quibus similitè petita sunt per promotores Instrumenta publica.

Post hæc contumacia dicti domini nostri Papæ in scriptis (ut præfertur) accusata, & deducta ad notitiam dominorum præsentium Archiepiscopi Spalatensis, & Episcopi Cervienfis, Ambaxiatorum ejusdem domini nostri Papæ, nos ipsi ad dictam congregationem accesserunt, & lecturam decretorum, quam reverendus pater dominus Martinus Episcopus Lectorensis Gallicanæ nationis de mandato sacri Concilii jam inceperat, interrupserunt, quique quendam verba intermiscerent duas Bullas clausas sub Bulla dicti domini nostri Papæ Eugenii credentiam in effectu continentem exhibuerunt & obtulerunt;

Concil. General. Tom. XXIX.

quibus apertis, & deinde lectis, ut moris est, præfati dominus noster Archiepiscopus Spalatensis, & Episcopus Cervienfis, proposuerunt in effectu quod ipsi ad istud sacrum Concilium turbationis causa nullo modo accedebant, sed solum ex eo, quia ipsis relatum erat per aliquem ex suis commensalibus, quod in dicta generali sessione ipsius domini nostri Papæ contumacia fuerat accusata, ac sic contra præfatum dominum nostrum Papam procederetur, vel procedi peteretur. Et quoniam (ut asserunt ipsi Ambaxiatores) terminus citationis decreti Concilii, quem sexaginta dierum dicebant, hac die hodierna non cadebat, nec juxta illum terminum præfixum citationis dominus noster Papa præfatus eadem die per se vel alium comparere tenebatur: ideo solum pro sui informatione, & ne contra præfatum dominum nostrum Papam quoquomodo saltem debite procederetur, illuc accesserunt prout accedebant, protestantes de hujusmodi termino & nullitate processus antedicti, potentes de his a nobis notariis Instrumenta. Quibus auditis, reverendissimus in Christo pater dominus Cardinalis sancti Angeli Legatus, & hujus sacri Concilii Generalis præfatus, verba supra dictorum Archiepiscopi Spalatensis, & Cervienfis Episcopi, in effectu retulens, eidem nomine sacri Concilii effectualiter respondit, qualiter sacrum Concilium proposita per præfatum Archiepiscopum Spalatensem, Episcopum Cervientem, benigne & cum mansuetudine audivit: sed quia asserunt se audivisse sacrum Concilium contra præfatum dominum nostrum Papam procedere, ideo dixit se male informatum fuisse. Sed bene verum erat quod hodie terminus sexaginta dierum alias per decretum sacri Concilii præfato domino nostro Papæ præfixus, de adherendo præfato Concilio pure & simpliciter, præsentemque dissolutionem dicti Concilii revocando, hodie inflabat, idcirco promotores sacri Concilii volentes termino prædicto satisfacere, ipsius domini nostri Papæ contumaciam accusaverunt, petendo, & requirendo, cum nullus pro domino Papæ adesset, volens decreto monitorio prædicto ipsius domini nostri Papæ nomine satisfacere, quatenus eum contumacem & in pœnas in decreto contentas incidisse declararent, procederentque ad ulteriora, prout daret Spiritus sanctus, & diceret ordo rationis. Quapropter petit ipse dominus Cardinalis Legatus & præfatus nomine sacri Concilii, quatenus si dictam adhesionem ipsius domini Papæ haberent, ipsique dominus Papa præfatus Concilii decreto satisfacisset, aut ipsi eius nomine debite satisfacere vellent, de præmissis adhesionem & satisfactionem fidem facerent cum effectu. Nam sic faciendo, domini & patres de Concilio illam adhesionem cum magno gaudio, decantantes Te Deum laudamus, suscipiant. Alioquin venerabiles patres ipsius sacri Concilii citius mortem eligerent, quam Ecclesiam Dei prætextu talis dissolutionis periclitari permitterent, adiciens quod bene verum erat, quod ad serenissimi principis domini Imperatoris supplicationem & instantiam sacrum Concilium præfatum sexaginta dierum terminum domino Papæ præfixum neque ad triginta dies ab hac die computandos prorogandum duxerat, & prorogare intendebat sub modis & formis in decreto primo contentis. Et nihilominus, quia dictæ Bullæ simplicem credentiam continebant, dixit idem dominus Legatus, quod si aliquid

ANNO
CHRISTI
1522.

indebit.

modo & forma.

B

expo.

ANNO
CHRISTY
1431.

exponere volebant, quod libenter a patribus Concilii audirentur. De quibus ipse reverendissimus pater dominus Cardinalis Legatus & praesidens nomine sacri Concilii petiit a nobis notari Instrumentum: hoc idem nomine sacri Concilii petierunt promotores. Postquam praefatus magister Stephanus alter ex promotoribus respondens his quae prius dixerant dicti Oratores Papae, dixit, quod quantum ad ipsum, & alios promotores, satis erant quod tunc contumaciam Papae accularent, & alia facerent & peterent, ut in sua scheda (supra scripta continetur, & quod praedicta facere poterant de jure, quia tunc expirabat terminus, cum tempus deberet de momento in momentum computari, & si ulterius expectarent, non haberent dominos congregatos, coram quibus facerent ea quae essent necessaria facienda pro praemis: & quantum ad ipsos promotores pertinebat, officium eorum erat ita facere, deliberatio vero ad ipsam Synodum pertinebat, petens de his omnibus publica Instrumenta. Tandem cum non constaret de adhesionem praedicta, vel alias satisfactione efficaci ipsius domini Eugenii, ipsique Archiepiscopo Spalateni, & Cervienti Episcopo, per illustrissimum dominum Willelmum ducem Bavariae, sacri Concilii nomine dicti imperatoris protectorem & vices gerentem, per organum discreti viri fratris Petri Ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, gratiose requisitis, ut si adhesionem huiusmodi haberent, illam sacro Concilio offerent, & ob hoc totus mundus letaretur: alioquin sacrum Concilium in suis agendis nullo modo perturbarent, & ad ulteriorem dictorum decretorum pronuntiationem & publicationem procedere permitterent, & tandem neque ad requisitionem praefati domini Legati, neque ad requisitionem ipsius domini ducis praefati ambaxiatores Papae aliquam adhesionem offerent, sive aliquam credentiam exponere velent, placuit dictis dominis Ambaxiatoribus ipsius domini nostri Papae dicti decreti prorogatio. Quibus quidem sic peractis, & dictis Ambaxiatoribus a loco sessionis recedentibus, & se absentantibus, praefatus reverendissimus pater dominus Episcopus Ledorenis, de mandato sacri Concilii, publice alta & intelligibili voce, loco ad hoc deputato, huiusmodi decreta de verbo ad verbum legit & pronuntiavit sub his verbis.

II.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalis Ecclesiam representans.

Dudum siquidem haec sancta Synodus volens periculis & gravissimis scandalis, quae ex praesentia huius sacri Concilii dissolutione per dominum Eugenium Papam quartum facta universali Ecclesiae notorie immincebant, salubriter providere, postquam reiterata exhortationes ac requisitiones Synodi praefatae & multorum principum ac dominorum, specialiter carissimi Ecclesiae filii Sigismundi Romanorum imperatoris illustris, & eiusdem Ecclesiae advocati, ut dictam dissolutionem revocaret, & puram ac simplicem adhesionem praefatae Synodo faceret, minime profuerat: tandem iustitiae zelo compulsa, & ne morbus huiusmodi

in exitium & scandalum intolerabile militantis Ecclesiae perduraret, die decemtertia mensis Julii proxime praeteriti, in solemni sessione decretum monitorium sub certis poenis & aliis in eo contentis adversus dictum dominum Eugenium Papam decrevit, cuius tenor de verbo ad verbum subjicitur, & est talis: Sacrosancta catholica Ecclesia in sacro Constantiensi Concilio, &c. ut supra est totaliter scriptum. Cum autem die termini adveniente solemner in majori Ecclesia Basiliensi publicam tenentes sessionem sederemus, servatis servandis, ut si ipse dominus Eugenius aut alius pro parte eiusdem comparere, & sacrum Concilium de partitione contentorum in decreto praedicto certificare vellet, facultatem haberet, dilecti Ecclesiae filii Hugo Barardi de Vercellis, & Stephanus de Novaria legum doctor, huius sacri Concilii promotores, praefati domini Eugenii Papae contumaciam nec per se nec per alium de adhesionem sua pura & simplici, nec non de partitione omnium & singulorum contentorum in dicto decreto, quae facere tenebatur, accularunt, & cum instantia postulaverunt, ut ad ulteriora adversum eum (prout exigeret iustitia) procederemus. Cum autem circa processum huiusmodi insisteremus, dilecti Ecclesiae filii Willelmus Bavariae dux, huius sacri Concilii protector, & Joannes Oßenburg miles & civis Basiliensis, litteras credentiales in eorum personis pro parte dicti carissimi Ecclesiae filii Sigismundi Romanorum imperatoris, huic sacrae Synodo directas; alias, in sacra generali congregatione exhibitas, & in vim earum explicatae repetierunt. Quorum expositorum tenor in effectu talis extitit: Reverendissimi in Christo patres & domini, mandat nobis illustrissimus & invictissimus Romanorum imperator, ut solitas recommendationes & oblationes sacratissimo huic curiae exhibeamus sui parte, nec non perseverantiam animi sui circa adhesionem continuo eidem Concilio faciendam nuntiemus: quodque, licet notissimum sit suam serenitatem variis Nuntiis & Oratoribus ac litteris continuo dictum dominum Eugenium Papam super adhesionem plenaria sacri Concilii sollicitasse & exortasse, etiam se ad ipsum personaliter transferendo, non sine maximis periculis, incommodis & expensis, tamen post habitam notitiam per litteras sibi praesentatas sacri Concilii, decreto monitorio cum suspensionis poena contra ipsum, eum summam fecisse diligentiam Romae, dum ibi fuit, ut ad parendum injunctis per sacrum Concilium inclinaret, significarem: & cum speraret in ea re se posse proficere, cumque (ut asserit) immemores existere non debelis de his quae in sacro Constantiensi Concilio fecit pro unione Ecclesiae & de periculis & incommodis quae subivit, & quae etiam passus extitit patiturque pro isto, spem non mediocrem cum in vestra beneficentia recipere, debetis merito existimare. Nam exploratissimi sunt commentus per eum facti ad Cathalauniam, & Gallias, Angliamque, pro dicta sanctissima Ecclesiae unione, & novissime ad Italiam pro istius sacratissimi Synodi felici progressu, unde hac fiducia fretus nobis injunxit, ut cum maxima instantia pro eiusdem parte eadem vestras reverendissimas dominationes rogaemus & deprecemur, ut terminum alius sexaginta dierum domino Eugenio Papae praefixum, in proxima praecedenti sessione per triginta dies in eis.

ANNO
CHRISTY
1431.
Basiliensis
Concilii sessione 11.Stephanus
de Novaria
legum doctor,
& Hugo
Barardi
de Vercellis
& Barardi.coram ex
plicatione.

ANNO
CHRISTI
1431.

eisdem modis & qualitatibus, prout est, pro- rogare ob suam contemplationem & singula- rem complacentiam dignaremini: quodque sa- crum Concilium certificarem, quod de ce- tero nullam aliam circa processum Papæ ip- sius peteret dilationem, sed libere permetteret per sacrum Concilium procedi, prout dicta- verit & ordinaverit faciendum, & cunctis per sacrum Concilium ordinatis & ordinandis ac- quiescet & obtemperabit, & quantum poterit, inviolabiliter faciet observari. Et ut in ma- jori robore hæc sancta Synodus perseveret, in- dicamus suam existere intentionem, infra istos triginta dies quos petimus, ubi hujusmodi pro- rogatio concedatur, dictam suam serenitatem hæc profecturam. Statimque habita notitia B. prerogationis ejusdem, omnes Alemanie prin- cipes convocaturum ad hunc locum, & cum eis efficaciter insistere, ut eidem Concilio de- beant adherere. Et insuper, ne hujusmodi di- latio sacro Concilio, vel eius suppositis, aut ipsorum familiaribus, possit esse damnosa, contentatur idem imperator, quod durante hujusmodi triginta dierum prorogatione, si quid Papa attentaverit contra aliquem prædi- ctorum, exnunc illud & alia que antea at- tentaverit, per sacrum Concilium irritentur & annullentur. Cum autem ioter nostra pe- ãora revolveremus ejusdem Sigismundi Roma- norum imperatoris grandis obsequia universali Ecclesie impensa, & que in futurum impendi non dubitamus, quamquam hujusmodi di- latio nonnullis ex multis causis universali Ec- clesie onerosa videatur, tamen dictorum ob- sequiorum intuitu, ac etiam a certo tenentes, que per dictos Willielmum ducem illustrem, & Joannem Offenburg militem, pro dicti im- peratoris parte exposita & oblata fuerit, sine- re observantur, petitioni hujusmodi annuen- dum decrevimus. Spiritus sancti ergo nomine invocato, cujus nutu dirigitur in agendis hæc sacra Synodus, & per ejus gratiam sperat omnia feliciter producere ad optatum dictum terminum sexaginta dierum, alias dicto do- mino Eugenio Papæ IV. in proxima (ut præ- mittitur) solemnè sessione præcedenti assigna- tum, ad certificandum sacrum Concilium de sua pura, simplici & libera adhesionem, & di- ctam præsentem dissolutionem Concilii revocatione, & aliis que in dicto decreto continentur, cum omnibus qualitatibus, penis ac modis, & quibuscumque aliis dependentibus ab eisdem, in eo insertis, ad triginta dies proxime futurus hæc sancta Synodus prorogat, & hunc terminum prorogatum eandem vim, executionem & modum, quem habebat terminus sexaginta dierum, recipere decernit, ordinat & declarat, ac exnunc statuens & decernens, quod si infra hoc spatium trigin- ta dierum plenarie idem dominus Eugenius non adimpleverit omnia & singula in præfa- to decreto monitorio contenta (ut præmit- titur) absque alia declaratione facienda su- per dicta non partitione, & alia quacumque solemnitate requisita, ad ulteriora procedet, ut in dicto monitorio decreto continetur. Et proinde, omnibus super præfata suspensione, quam durare vult, quousque aliter per Con- cilium fuerit ordinatum, & aliis in hujusmo- di processibus contentis, litteras opportunas sub Bulla sacri Concilii postulantes, per directos Ecclesie filios Julianum sancti Ange- li sanctæ Romanæ Ecclesie diaconum Cardi- *Annal. General. Tom. XXIX.*

analem, Apostolicæ Sedis Legatum, & hujus sacri Concilii, nec non & alios sacrarum de- putationum præsidentes, vel duos ex eis, esse tradendas, decernentes quod de cetero nul- la alia dilatio ad cuiuscumque instantiam con- cedatur.

Datum Basileæ in publica sessione ipsius sacre Synodi, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, tertio Idus Septembris, anno à Nativitate Domini millesimo quadrin- gentesimo trigesimo tertio.

III

Aliud decretum pro suppositorum tuitione.

Sacro sancta Basileensis Generalis Synodus, in Spi- ritu sancto legitime congregata, antiochensem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me- moriam.

Ut sacri Concilii & suppositorum eisdem indemnitate congrue provideatur, statuit & decernit hæc sancta Synodus, quod quicum- que per dominum Eugenium Papam IV. vel alium sua auctoritate in præjudicium, lesio- nem, derogationem seu injuriam sacri Con- cilii vel incorporatorum seu incorporandorum eidem, per se vel procuratorem, & familia- rium ipsorum, seu in eorum servitiis ubicum- que existentium, facta seu disposita fuerint, a die inchoationis Concilii prælibati, hincque & disponentur forsitan in futurum, titulum vel possessionem quomodocumque tangentia, si- ve in Cardinalatus & Patriarchatus dignitati- bus, aut in Prælaturis etiam cathedralium & metropolitanarum Ecclesiarum & etiam mo- nasteriorum, vel aliis Ecclesiasticis beneficiis, præbendis, commendis, unionibus, pen- sionibus, officiis & rebus Ecclesiasticis vel tem- poralibus, & circa ipsa aut alias quomodo- cumque & qualitercumque, etiam si motu pro- prio directe vel indirecte, per se vel alium, sicut ipso jure irrita & inania, & pro infectis penitus habeantur. Et exnunc hæc sancta Synodus partes lasas in pristinum statum integre reponit, & mandat per quemlibet iudicem competentem, audita querela partis læsæ, & probata, incorporatione & novitate prædictis ipso facto omni exceptione remota, strepitu & figura iudicii cessantibus, omnia reponi in eum statum in quo fuerant ante dictam factam novitatem. Quod si dictus iudex in tali repositione dolose vel alias perperam se habue- rit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua nisi per sacrum Concilium, eo durante, non valeat absolutionis benefi- cium nisi in mortis articulo obtinere. Et ut penam formidine arceantur, qui ambitiose seu temere aliorum Prælaturarum, dignitates & be- neficia Ecclesiastica, & uniones, commendas, præbendis, vel pensiones seu officia, nec non bona & jura qualiacumque fuerint, oc- cupare procurarunt & attentarunt, seu in fu- turum procurabunt & attentabunt: statuit & decernit dicta sancta Synodus, quod quicum- que clericus, sive laicus, quacumque dignitate Ecclesiastica vel mundana, etiam si Cardina- latus præfulgeat, sive sit collegium, aut uni- versitas, vel monasterium, ab eodem domino Eugenio sive alio sua auctoritate impetrave- rit seu obtinuerit, seu impetrabit & obtine- bit, etiam si motu proprio aliquid quod

ANNO
CHRISTI
1431.

ANNO
CHRISTI
1531ANNO
CHRISTI
1531

in præjudicium, læsionem, derogationem, seu A
injuriam, alicujus ex prædictis incorporatis,
vel incorporandis, aut suorum familiarium,
& in eorum servitiis ubicumque existentium,
vel adhaerentium huic sacro Concilio, per se
vel procuratorem, valeat redundare, si virtu-
te hujusmodi concessionis ad aliquam occupa-
tionem devenit sit, nisi infra decem dies,
elapsis sexaginta diebus a die publicationis de-
creti hujusmodi, vel postquam ipsius seram
& indubitam notitiam habuerit, & per par-
tem fuerit requisitus, a tali occupatione &
turbatione realiter & pure desisterit, & sive
occupatio secuta fuerit, sive non, præfata
concessio & omnibus secutis ex ea coram no-
tariis & testibus renuntiaverit, & rem dimi-
serit cum effectu, & parti læsæ de perceptis
post concessionem hujusmodi satisfecerit, om-
ni jure, quod in dictis prælatis, dignitati-
bus, beneficiis, Ecclesiasticis officiis, pensio-
nibus, prædicationibus, & commendis, bonis
temporalibus & juribus, seu eorum altero,
habere præstenderit, sit privatus, ac etiam
aliis officiis & beneficiis quibuscumque, quæ
tempore hujusmodi impetrationis obtinebat, &
eo ipso sententiam excommunicationis incur-
rat, a qua nisi per dictum sacrum Concilium,
eo durante, vel ejus auctoritate, nisi in mor-
tis articulo, absolvi nequeat quoquo modo:
& nihilo minus ad obtinenda prædicta & que-
cumque alia beneficia seu officia perpetuo sit
inhabilis. Talius etiam concessionum execu-
tores prædictis penis volumus subiacere. Ut
autem fraudibus quæ excogitari possent obvie-
tur, quia cum datarum anticipationibus in
præjudicium aliorum litterarum papales, vel alio-
rum ipsius Papæ auctoritate, sub data ante
dissolutionem hujus sacri Concilii in præjudi-
cium alicujus prædictorum tendentes, produci
possent, nisi ante dictam Concilii dissolutio-
nem fuerint publicatæ, eis nulla fides de-
beat adhiberi, & pro nullis penitus habeantur.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ Syn-
odii, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter
celebrata tertio Idus Septembris, anno a Na-
tivitate Domini millesimo quadringentesimo tri-
gesimo tertio.

Quibus sic lectis & pronunciatis, petitoque
per eundem dominum Episcopum, an hujusmo-
di decreta præfatis dominis de Concilio place-
rent, generaliter responsum extitit per ver-
bum, Placet, nemine se ad hoc opponente vel
reclamante: tunc præfati magister Stephanus,
& alii promotores sacri Concilii, de præmissis
omnibus & singulis modo quo supra acta &
facta sunt a reverendis patribus dominis san-
ctæ sedis Apostolicæ protonotariis, & nobis no-
tariis, & aliis in sessione præsentibus, ad per-
petuam rei memoriam petierunt Instrumentum,
assistentes in testimonium præmissorum invo-
cando.

Postremo vero præfatus dominus dux, pro-
prietor nomine dicti domini imperatoris atque
suo, de præfata termini prorogatione modo
quo per decretum factum est, dominis de sa-
cro Concilio regravatus est, & similiter ma-
gister civium, & nonnulli alii nomine Con-
cilii & civitatis Basiliensis, asserens & affirmans
idem dominus dux, quod de omnibus, quæ in
ipsis decretis modo lectis continentur, contem-
tissimus erat; & quod ex hujusmodi dilatione
noviter data fecerat sacrum Concilium maxi-

mam complacentiam domino nostro imperato-
ri. De quibus etiam præfati magister Step-
hanus, & alii promotores, similiter petierunt a
nobis notariis publica Instrumenta. Subsequen-
ter vero his prædictis, instante supradicto ma-
gistro Stephano de Novaria promotore, Ale-
xander præfati domini Cardinalis Legati & præ-
sidentis ac sacri Concilii curfor, hujusmodi de-
creta tam prorogationis termini, quam etiam
pro tuitione suppositorum ejusdem sacri Con-
cilii, sub Bulla dicti sacri Concilii confecta
in valvis Ecclesie majoris Basiliensis, cun-
ctis intuentibus, more solito affixit, & per
spatium unius horæ vel circa affixam dimisit.
De quibus ipse magister Stephanus nomine
promotorio a nobis notariis petiit Instrumen-
tum.

S E S S I O XIV.

Decreta ejusdem sessionis celebrata in Ecclesia Ba-
siliensi, assistente domino imperatore
in habitu imperiali.

VIII. Idus
Novembris

I.

Alia prorogatio monitionis Papæ ad nonaginta dies.

Sacro sancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, unioverſalem
Ecclesiam representans.

TERMINUM sexaginta dierum datum san-
ctissimo domino Eugenio Papæ IV. juxta
formam monitorii, citationis & suspensionis in
sessione duodecima promulgati, ac deinde ad
triginta dies, & postea pluribus vicibus ut
que in præsentem diem prorogatum, hæc san-
cta Synodus volens erga ipsum dominum Euge-
nium omni mansuetudine & benignitate uti,
tenore præsentium ad nonaginta dies ab hac
die immediate sequentes, cum omnibus clausulis,
qualitatibus & conditionibus in decretis tam
monitoriis sexaginta dierum, quam proroga-
tionis ad triginta dies insertis, prorogat, &
prorogatum esse statuit; ita tamen, quod si
infra prædictos nonaginta dies omnia & sin-
gula contenta in quadam schedula, cujus tenor
inferius describitur, realiter & cum effectu
præfatus dominus Eugenus non adimpleverit,
pena in dictis decretis monitorii ac proroga-
tionis contentæ eo ipso inflicta sint & esse in-
telligantur. Tenor autem prædictæ schedule
sequitur, & est talis:

II.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad per-
petuam rei memoriam.

Ut mentis nostræ integritas ac devotio, quam
ad universalem Ecclesiam & ad sacrum Gene-
rale Concilium Basiliense gerimus, omnibus
constet evidenter, ideo tres litteras nostras,
quarum tenor de verbo ad verbum inferius de-
scribitur, & alias quascumque, & quidquid per
nos aut nostro nomine in præjudicium aut de-
rogationem prædicti sacri Basiliensis Concilii,
seu contra ejus auctoritatem, factum & atten-
tatum seu assertum est, cassamus, revocamus,
irritamus & annullamus, cassas, nullas & ir-
ritas fuisse & esse declaramus. Vel sic: Prædictam
tres nostras litteras in palatio Apostolico pro-
mul-

Formula ad-
hæcione tres
Eugenio Pa-
pæ a Con-
cilio præferi-
pæ.

ANNO
CHRISTI
1431.
d. 15. mo
Aris.

mulgari fecimus, quarum tenor de verbo ad
verbum sequitur, & est talis: Verum cum ex
predictis litteris nonnulla scandala orta sint,
& oriri possint, ideo ipsas & alias quascum-
que, ac quidquid per nos aut nostro nomine
in præjudicium aut derogationem prædicti sacri
Basileensis Concilii, seu contra ejus auctorita-
tem, factum & attentatum seu assertum est,
cassamus, revocamus, irritamus & annullamus,
cassas, nullas & irritas fuisse & esse declara-
mus. Vel sic in sine litteræ adhesionis. Qua-
propter tres litteras nostras pridem in palatio
Apostolico promulgatas, quarum tenor de ver-
bo ad verbum inferius describitur, & alias
quascumque: aut quidquid per nos aut nostro
nomine in præjudicium aut derogationem præ-
dicti sacri Basileensis Concilii, seu contra ejus
auctoritatem, factum & attentatum seu asser-
tum est, cassamus, revocamus, irritamus &
annullamus, cassas, nullas, & irritas fuisse &
esse declaramus. Poterit præfatus dominus Eu-
genius eligere unam de prædictis formis que
sibi magis placuerit.

III.

Forma adhesionis

Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad per-
petuam rei memoriam.

Forma adhe-
sionis a Con-
cilio Papa
prescripta.

Dudum sacrum Generale Concilium Basileense per Generalium Constantiensis & Senensis Conciliorum statuta, approbationemque felicis recordationis Martini Papæ V. ac nostram, pro extirpatione hæresum, ac Generali reformatione Ecclesie in capite & in membris, & pertinentibus ad ea, legitime inchoatum, ex certis causis in alijs nostris litteris expressis de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium consilio dissolvimus. verum cum ex dicta dissolutione ortæ sint graves dissensionnes, & graviores oriri possent, nihilque magis optinimus quam quod prædicta sancta opera suum debitum sortiantur effectum, decernimus præfatum Generale Concilium Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari ac prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, periode ac si nulla dissolutio facta fuisset. Quinimmo præfatum dissolutionem irritam & inanem declarantes, ipsum sacrum Basileense Concilium pure, simpliciter & cum effectu ac omni devotione & favore protequimur, & protequi intendimus.

Item præfatus dominus Eugenius revocabit quoscumque processus quorumcumque censuratum, privationum & suspensionum factos contra supposita hujus sacri Concilii Basileensis & facta in præjudicium, lesionem & derogationem eorundem, eis legitime non citatis, nec legitime defensis, de quibuscumque dignitatibus, beneficiis, commendis & officiis, etiam si Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatie, &c. existant iuris & bonis quibuscumque, & specialiter contra reverendissimos dominos Cardinales de Cypro, sancti Sixti, & Firmannum, ac omnia in pristinum statum per suas litteras reducet, ac si non emanassent cum clausulis opportunis, mandando sub penis formidabilibus

omnibus, qui se de dictis dignitatibus, beneficiis, commendis, & officiis, iuris & bonis intromissent, vel ratione dictarum privationum seu suarum ordinationum quorumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione & omni molestia penitus desistant. Utrum autem fuerit legitima citatio & defensio, stabitur iudicio ipsius sacri Concilii. Quodque deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inferendis ipsi sacro Concilio, vel suppositis ejus & adherentibus eidem, realiter & cum effectu desistet, ut sit vera caritas inter sacrum Concilium & suam sanctitatem ad Dei honorem & utilitatem universalis Ecclesie, ac sine aliquo rancore aut suspitione consistere valeat: & ut ipse dominus Eugenius possit agnoscere puram ac rectam sacri Concilii intencionem, ac veram caritatem, quam erga ipsum habet, & habere in futurum intendit, oblationem, alias factam in responsione data primis Ambaxiatoribus ipsius domini Eugenii, que incipit, Cogitanti, &c. iterum hæc sancta Synodus, etiam alia addendo, repetit in hunc modum: Ecce si quid culpæ commissum est attentando dissolutionem, aut in confessione & publicatione trium Bullarum in revocatione per ipsum dominum Eugenium fienda contentarum, sacrum Concilium penitus abolet, dummodo ipse dominus Eugenius omnia & singula superius contenta realiter & cum effectu adimpleverit, & infra terminum in præsentis decreto nostræ prorogationis statutum huic sacro Concilio per suas authenticas litteras significaverit. Quod si fecerit, nemo erit nostrum qui pedes ejus ut beati Petri non osculetur, qui ut Vicarium Christi non honoret. Erit Concilii caput: omnes ad eum respicient: omnes ei complacere, obsequi, & quantum cum Deo poterunt deservire curabunt. Offerimus etiam quidquid dici aut cogitari potest nos fidelissime facturos, quantum cum Deo fieri poterit pro omni & honeste & statu tam suæ sanctitatis quam omnium suorum.

Datum in sessione publica ejusdem sanctæ Synodi in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, septimo Idus Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigessimotertio.

S E S S I O XV.

De Conciliis Provincialibus & Synodalibus.

Sacro sancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Pridem hæc sancta Synodus quoddam saluberrimum promulgavit decretum, pro stabilitate & robore Generalium Conciliorum, quorum frequens celebratio præcipua est agri Dominici cultura. Verum cum ad eandem culturam non dubium sit pertinere Episcopales Synodos, & Concilia Provincialia, prout veteres canones decreverunt frequentari: ideo eadem sancta Synodus antiquos & laudabiles mores nostris cupiens temporibus observari, statuit atque præcipi Synodum Episcopalem in qualibet diocesi post octavas dominicæ Resurrectionis, vel alia die secundum consuetudinem diocesum, ad minus semel in anno, ubi non est consuetudo

ANNO
CHRISTI
1431.

Papa caput
Concilii.

Hæc sessio
interius im-
perator cum
linguis.

bis,

ANNO
CHRISTI
1537

ANNO
CHRISTI
1537

bis, annuatim celebrari per diocesanum propria in persona, nisi canonico impedimento fuerit praepeditus, & tunc per Vicarium ad hoc idoneum. Quae Synodus saltem biduo vel triduo duret, vel prout necessarium Episcopis visum fuerit.

Libro 4.

De regulis.

De hereticis.

Prima autem die convenientibus diocetano & omnibus aliis qui huiusmodi Synodo interesse tenentur, infra missarum solemnia, vel post, diocesanus vel alius eius nomine verbum Dei proponat, exhortando omnes ad bonos mores sectandum, abstinendum a vitiis, & ad ea quae pertinent ad Ecclesiasticam disciplinam & officia singulorum, & praesertim ut hi, quibus animarum cura commissa est, diebus dominicis & aliis solemnitatibus plebem subjectam doctrinis & monitis salutaribus instruant. Postea legantur statuta provincialia & Synodalia, & inter alia aliquis compendiosus tractatus, docens quomodo Sacramenta ministrari debeant, & alia utilis pro instructione sacerdotum. Deinde ipse diocesanus de vita & moribus subditorum solerter inquiret, labem simoniae pravitatis, contractus uturarios, concubinatum, fornicationem, & alia quaevis crimina & excessus, debita correctione cohibeat. Alienationes rerum Ecclesiasticarum a jure prohibitas revocet, clericorum abusus, & aliorum subditorum, qui circa divinum officium & delationem debiti habitus desererint, in melius reformet & emendet. Et quoniam multa scandala saepe contingunt, eo quod constitutio Bonifacii Papae VIII. quae incipit, Periculosa, edita super claustra monialium, non servatur, rudeat ipse diocesanus, ut omnino juxta ipsius constitutionis tenorem executioni demandetur: nec non ut quicumque religiosi diocetano subiecti, regulas & constitutiones suarum religionum, praesertim ut ab eis omnis proprietas abdicetur, inviolabiliter observent. Ne etiam in receptione ipsorum ad religionem quidquam per simoniam exigatur Praecipua autem in ipsa Synodo Episcopi cura sit, inquirere ac debitis remediis occurrere, ne aliquod dogma haereticum, erroneum, aut scandalosum, seu piarum aurium offensivum, sortilegia, divinationes, incantationes, superstitiones, & quaevis diabolica figmenta, diocesim suam inficiant. Instituanturque praeterea testes Synodales, viri graves, providi & honesti, legis Dei zelum habentes, juxta diocesim latitudinem in numero competentem, aut alii eorum potestatem habentes, ubi alii non sunt ad hoc instituti, qui si diocetano minus idonei videantur, eos amovendo, alios (prout ei videbitur expedire) instituat. Hi autem in manibus ipsius diocetani vel sui vicarii jurare teneantur, ut tradit canon, Episcopus in Synodo: qui per anni circulum lustrantes ipsam diocesim, quae corrigenda vel reformanda viderint, his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet, referant. Quae nisi correctae vel reformatae jam fuerint, ad Synodum subsequentem perferant, in qua debitis remediis occurratur. Sed & praeter illa quae a testibus Synodalibus, vel aliis eorum officia exercentibus, diocesanus audierit, inquiret & ipse diligenter de cunctis subditorum suorum excessibus, & taliter in delinquentes insurgat correctionis debita disciplina, ut aliis malignari volentibus transeat in exemplum.

Celebretur quoque in singulis provinciis saltem intra biennium a fine Concilii Generalis,

& deinde ad minus semel de triennio in triennium, provinciale Concilium in loco tuto: in quo tam Archiepiscopus quam suffraganei omnes, & alii qui in huiusmodi Conciliis provincialibus interesse tenentur, debite vocati intersint. Quod si Episcopus canonico fuerit impedimento detentus, procuratorem suum destinet, non solum ad excusandum & probandum abeantis causas, sed etiam ipsius nomine Concilio interessendum, suscipiendumque quidquid Concilium duxerit statuendum. Alioquin ipse Episcopus a perceptione medietatis fructuum unius anni sui Ecclesiae, qui per personam in ipso Concilio deputandam ipsius Ecclesiae sua fabricam effectualiter convertantur, eo ipso sit suspensus. Alii vero venire negligentes Concilium arbitrio puniantur, aliis iuris penis in suo robore duraturis. Concilio autem Generali durante, & per sex menses ante, huiusmodi provincialia Concilia non celebrentur. Porro in huius inchoatione Concilii ipse metropolitanus, vel alius eius nomine, infra missarum solemnia, vel post, exhortatorum sermonem faciat, ea quae ad statum Ecclesiasticum, & praecipue ad pontificale officium pertinet, seriose memorando, comminandoque singulis, quod juxta Prophetam sententiam, si eorum culpa cuiusvis anima perierit, illius sanguis de manibus eorum a Domino exigetur. Praecipue autem fiat tunc monitio exacta, ut dignis & bene meritis, quorum vita sufficienti testimonio nota sit, ordines & beneficia sine ulla simoniaca labe conferantur. Et super omnia, ut in animarum cura committenda, summa diligentia & matura inquisitio adhibeatur. Et ut bona Ecclesiastica nullatenus ad usos illicitos, quinimmo ad honorem Dei, Ecclesiarum conservationem, (habendo secundum sacros canones praecipuam curam pauperum & indigentium) laudabiliter convertantur, scientes quod de his omnibus apud tribunal aeterni Iudicis usque ad minimum quadrantem rationem reddiduri sunt. In quibus quidem Conciliis de corrigendis excessibus, moribusque subditorum reformandis, & praecipue qualiter Episcopi in conferendis beneficiis & confirmandis electionibus, ministrandis ordinibus, deputandis confessoribus, praedicando ad populum, & puniendo excessus subditorum, observationeque Episcopali Synodorum, ceterisque ad officium Episcopale ac jurisdictionem & administrationem eorum in spiritualibus & temporalibus quomodolibet spectantibus se gesserint, & praesertim an a simoniaca labe manus innoxias servent, diligens inquisitio secundum juris dispositionem fiat, ut omnes qui in praemissis deliquisse comperti fuerint, per ipsum Concilium corrigantur & puniantur. Simili modo de ipso metropolitano circa omnia supradicta diligenter inquiretur, cujus excessus & defectus ipsum Concilium eidem specialiter exprimat, ipsum admonendo & obsecrando, ut, cum aliorum pater vocetur & esse debeat, a talibus omnino desistat. Et nihilominus inquisitionem de ipso habitam, in scriptis redactam, ad Romanum Pontificem vel alium eius superiorem, si quem habeat, sine mora transmittat, ut ab eo positionem & reformationem suscipiat concedentem. Inter cetera, si qua discordia, contentiones & inimicitiae, inter quoscumque vigerint, quae quietem & tranquillitatem provinciae possent perturbare, curet omni studio sacrum Concilium illa sedare, & more

Mark. 5.

Mark. 5.

ANNO
CHRISTI
1439.

more piorum patrum ad pacem concordiamque filiorum vigilantiter intendat. Et si inter regna, provincias & principatus huiusmodi discordias incitari contingat, mox sancti Dei Antistes Concilia provinciarum suarum simul congregari procurent, & sibi invicem consilium & auxilium impendentes cuncta discordiarum fomenta amputare studeant: neque hoc alicujus amore vel odio prætermittant, sed ad Deum solum & salutem populi mentis oculos erigentes, ad sanctum pacis opus omni tepiditate remota invigilent.

Cogitentur insuper in provinciali Synodo, que immediate Generale Concilium subsequens antecedit, omnia que in eodem Generali Concilio visa fuerint prosequenda, ad Dei gloriam & provinciarum commodum, salutemque Christiani populi. Ibidemque eligantur in numero competentis qui ad proximum Generale Concilium vice tutius provinciarum debeant proficisci, quibus per subsidium vel alias provideatur, prout de jure & Concilio provinciali fuerit visum expedire, ita tamen, quod illi qui ultra personas (ut prædictum est) deputatas ad ipsum Concilium Generale accedere voluerint, aut eorum clerici, nullatenus propterea graventur. Relegantur quoque in unoquoque provinciali Concilio, que secundum canonicas sanctiones in eisdem legi præcipiuntur, ut ea & inviolabiliter observentur, & transgressoribus pœnæ debite inferantur. Quod si metropolitani vel diocesani prædictis terminis in celebrandis provincialibus & Episcopalibus Synodis, cessante legitimo impedimento, fuerint negligentes, medietatem omnium fructuum & obventionum, ratione harum Ecclesiarum ad eos pertinentium, fabricæ ipsarum Ecclesiarum applicandæ eo ipso amittant. Qui si in eadem negligentia per tres proximos menses perseveraverint, ab officiis & beneficiis sint ipso facti suspensi. Quibus transactis temporibus, sub antedictis pœnis, antiquior in provincia ordine Episcopus ipsius metropolitani Episcopi, aut major indignitate nisi pontificalem in sacris constitutus, nisi ad alios forsan de consuetudine vel privilegio pertineat, negligentiam in celebrandis prædictis provincialibus & Episcopalibus Synodis supplere teneantur. Jubet insuper hæc sancta Synodus omnibus Prælati religionum & ordinum quorumcumque, ad quos celebrare capitula pertinet, quod illa statutis temporibus sub prædictis pœnis servant, & servari faciant, in quibus secundum canonicas sanctiones & religionum constitutiones, cum omni studio & diligentia ad veram singularum religionum & ordinum reformationem intendant, ita ut deinceps in singulis monasteriis juxta proprias regulas & constitutiones debite regularis vigeat observantia: & præcipue, ut tria substantialia professionis vota omnino observentur. Per præmissa autem hæc sancta Synodus non intendit juribus quorumcumque quomodolibet derogare.

Datum Basileæ in sessione publica celebrata in Ecclesia majori Basileensi, sexto Kalendas Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadiingentesimo trigésimotertio.

S E S S I O XVI.

Per quam declarat Papam Eugenium Concilio adherere, celebratis ceremoniis consuetis, & in ea incorporantur Bulla Eugenii.

I.

Sacrosancta Basiliensis Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Litteris sanctissimi domini Eugenii Papæ quartii more curiæ Romanæ bullatis, ac per nonnullos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales subscriptis, quarum tenor de verbo ad verbum interius describitur, huic sacro Concilio in Generali Congregatione per venerabiles Joannem Archiepiscopum Tarentinum & Christophorum Cervensem Episcopum Oratores suos præsentatis, lectis, examinatis & diligenter inspectis, eadem sancta Synodus decernit & declarat, præfatum dominum Eugenium per prædictas litteras satisfecisse plenarie monitioni, citationi & requisitioni hujus sacri Concilii, prout in decreto in decimaquarta sessione promulgato, & in schedula in eodem decreto inserta, continetur. Ipsasque litteras approbat, acceptat, & admittit, ratasque habet & gratas, & sic ab omnibus haberi vult; mandans dictarum litterarum transumpta sub Bulla sacri Concilii dari debere omnibus, habere volentibus, quibus transumptis eandem fidem dari decernit que ipsis litteris originalibus daretur. Tenor vero dictarum litterarum sequitur, & est talis.

Hæc sessio inter hunc se assertive etiam Imperator in habitu imperiali, & Prælati unanimes, omnes sedentes cum mitris albis planis capitibus eorum superpositis.

II.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Dudum sacrum Generale Basileense Concilium, per Generalium Constantiensis & Senensis Conciliorum statuta, ordinationesque felices recordationis Martini Papæ quinti ac nostras, pro extirpatione hæresum, pace populi Christiani, ac generali reformatione Ecclesiæ in capite & in membris & pertinentibus ad ea, legitime inchoatum, ex certis causis in aliis nostris litteris expressis, de fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consilio & assensu dissolvimus. Verum cum ex dicta dissolutione ortæ sint graves dissensiones, & graviores oriri possent, nihilque magis optemus, quam quod prædicta sancta opera debitum sortiantur effectum, de consilio & assensu venerabilis fratris Jordani Episcopi Sabinenfis, & dilectorum filiorum nostrorum Antonii sancti Marcelli, Francisci sancti Clementis, Angeloti tituli sancti Marci presbyterorum, ac Lucidi sanctæ Mariæ in Cosmedin, & Ardacini sanctorum Cosmæ & Damiani diaconorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, decernimus & declaramus, præfatum Generale Concilium Basileense a tempore prædictæ inchoationis suæ legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari, ac prosecutionem habere debere ad prædicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutione facta fuisset. Quinimmo præfatum solu-

Litteræ Eugenii Pontificis.

ANNO
CHRISTI
1413.

soluionem irritam & inane de consilio & assensu simili declarantes, ipsum sacrum Generale Concilium Basileense pure, simpliciter & cum effectu ac omni devotione & favore prosequimur, & prosequi intendimus. Præterea, ut mentis nostræ integritas & devotio, quam ad universalem Ecclesiam & sacrum Generale Concilium Basileense gerimus, omnibus constet evidenter, duas nostras litteras pridem in palatio Apostolico promulgatas, nam tertias, quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur, quæ dicuntur incipere, Deus novit, cum a nobis aut de seitu nostro nunquam emanarint, licet superfluum videatur quod non extat revocare, tamen quia petiitum est, & ad cautelam, si ullo unquam tempore apparent, & aliis quaecumque, & quidquid per nos aut nostro nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum & attentatum seu assertum est, cassamus, revocamus, irritamus, & annullamus, nullas & irritas fuisse & esse declaramus. Item revocamus quoscumque processus, quarumcumque censurarum, privationum & suspensionum, factos contra supposita hujus sacri Concilii Basileensis, & adherentes eidem, nec non omnia gesta & facta in præjudicium, læsionem & derogationem eorundem, eis non legitime citatis nec legitime defensis, de quibuscumque dignitatibus, beneficiis, commendis & officiis, etiam Cardinalatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatias, &c. existant, juribus & bonis quibuscumque, & specialiter contra Cardinales de Cipro, sancti Sixti & Firmanum, ac omnia in pristinum statum, perinde ac si non emanassent, cum clausulis opportunis Mandantes sub penis formidabilibus omnibus, qui se dictis dignitatibus, beneficiis, officiis, juribus & bonis intromississent, vel ratione dictarum privationum, seu nostrarum ordinationum quarumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione & omni molestia penitus desistant. Utrum autem fuerit legitima citatio & defensio, stabit iudicio ipsius sacri Concilii. Nos autem deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis inserendis ipsi sacro Concilio, vel supplicis ejus & adherentibus eidem, realiter & cum effectu desistemus. Tenor vero præfatarum litterarum sequitur, & est talis.

III.

Prima Bulla revocata.

Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam.

Incrutabilis Divinæ providentiæ altitudo ad hoc nos, maximæ potestatis desuper plenitudine nobis tradita super universum gregem Dominicum in Præsulem constituit, ut ad removendum atque extirpandum de agro Dominico vepres, ex quibus possent Ecclesiæ suæ sanctæ & Christianæ Reipublicæ dissensiones & scandala provenire, cura assidua & pervigili intoadamus. Sane cum dudum ex certis & rationabilibus causis Concilium, quod nonnulli Basileæ congregatum esse dicebant, dissolventes, illud ad civitatem nostram Bononiensem duxerimus commutandum; postmodum, cessantibus dictis causis, præfatum Concilium in ipsa civitate Basileensi decrevimus per nostros Legatos, qui ibidem no-

astro nomine præfiderent, continuari debere, prout in diversis desuper confectis nostris litteris plenius continetur. Cum autem qui Basileæ congregati erant, prout sunt, etiam post dissolutionem & decretum hujusmodi, ac etiam ante adventum dictorum Legatorum, non ad communem utilitatem, sed ad privatas passiones intenti, nullaque auctoritate sedis apostolicæ suffulti, multa & gravia, etiam præter illa tria propter quæ fuerat ibi principaliter Concilium a principio constitutum, tanquam haberent Generalis Synodi, nobis etiam contradicentibus, potestatem, disponere, ordinare, statuere, sancire, declarare, & mandare præsumperint, in nostrum & sedis apostolicæ ac venerabilium fratrum nostrorum Cardinalium & aliorum nobis adherentium grave præjudicium, præter & contra sanctorum patrum decreta & canonicas sanctiones: Nos attendentes quod ea quæ per eos sic perperam statuta, facta & ordinata existunt, si sub dissimulatione & silentio præterirent, in magnum atque evidens præjudicium Ecclesiæ atque apostolicæ sedis, & grave scandalum plurimorum verisimiliter redundare possent, cum non ad reformationem, sed ad deformationem, non ad unitatem, sed scissuram Ecclesiæ, non ad hæreses tollendas, sed nutriendas, non ad pacem fidelium, sed discordiam seminandam spectare videantur: ac propterea volentes, prout ex debito pastoralis officii tenemur, quantum Altissimus permiserit, futuris scandalis celeriter remedium providere, omnia & singula gesta, facta & ordinata, sancita, decreta & declarata per præfatos Basileæ congregatos & existentem, videlicet citationes, processus & sententias, statuta & decreta, quæ de nobis seu contra nos, jura & libertatem nostram & sedis apostolicæ vel venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, seu ipsorum aliquem, aut Prælatos quoscumque, sive curiales, aut Romanam curiam sequentes, usque ad præsentem diem facere, statuere, attentare, & ordinare nimium præsumperunt, & quæ usque ad accessum ipsorum Legatorum ad superscriptam civitatem Basileensem, & in ipso Concilio præfidentium, quomodolibet per eos in futurum fieri, agentur, ordinabuntur, sancientur, statuentur, attentabuntur, & mandabuntur, exceptis his in quibus eis per nostras litteras facultatem concessimus, irrita esse & inania, nullumque effectum debuisse aut debere fortiri, auctoritate Apostolica, de consilio & assensu præfatorum fratrum nostrorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, tenore præsentium declaramus, decernimus, & pro infectis haberi volumus & mandamus. Ipsaque, & maxime Legationes in terris Ecclesiæ, creationes & ordinationes officialium, beneficiorum collationes, ac omnia & singula inde secuta, vel quæ in posterum sequi possent, ex tunc præfata auctoritate cum de facto processerint, de Apostolicæ potestatis plenitudine cassamus, irritamus, & annullamus, ac nullius esse decernimus roboris vel momenti; distridius iohibentes universis Christi fidelibus, ne decretis, ordinationibus, mandatis, factis & gestis hujusmodi aliquo modo parent vel intendant, aut pro talibus reputent; declarantes omnes & singulos, cujuscumque status, gradus & præminentie existant, etiam Imperiali, regali, Cardinalatus, sive quacumque alia Ecclesiastica sive seculari præfulgeant dignitate, nullo vinculo juramenti, promissionis, facti, aut conventionis prædictis

ANNO
CHRISTI
1413.

ANNO
CHRISTO
1431.

didis f. d. z, quomodolibet se teneri. Nulli er-
go omnino hominum liceat hanc paginam no-
stræ declarationis, constitutionis, voluntatis,
& inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præ-
sumplerit, indignationem Omnipotentis Dei,
beatorum Apostolorum Petri & Pauli eius, se
noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum anno
Incarnationis Dominicæ millesimo quadringente-
simo trigésimo tertio, quarto Kalendas Augu-
sti, Pontificatus nostri anno tertio

IV.

Secunda Bulla revocata

*Eugenius Episcopus servus servorum Dei ad
salutem rei memoriam.*

In arcano nostræ mentis sæpissime cogitantes
quod nisi superinglacenti hominum malitias
qui Ecclesiam Dei variis quæsitis coloribus per-
turbare conati sunt, auctoritas Romanorum
Pontificum restitisset, diversa in Ecclesia Dei
scandala emerisissent; non solum debitum, sed
etiam necessarium reputamus, ut nos quoque
ea quæ in Ecclesia scandalum, nostrumque &
sedis Apostolicæ contempnum & dedecus fieri
conspicimus; debitis remediis comprimamus.
Sane cum ad nostram notitiam nuper pervenisset,
quoddam præteritum decretum datum ter-
tio Idus Julii anno Domini 1433. emanasse, in
quo inter cetera contineri videtur, nos infra
sexaginta dierum spatium didis congregatis pu-
re & simpliciter adherere debere: venerabilibus
autem fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalibus, nec non quibuscumque in Roma-
na curia existentibus, mandari dicebatur, ut
post ipsum terminum lapsam, infra viginti dies
proxime sequentes, sub pœna privationis om-
nium beneficiorum suorum, commendarum,
pensionum, officiorum, & gratiarum quarum-
cumque, quam incurrent ipso facto, Roma-
nam curiam relinquerent: omnes insuper cau-
sas in ipsa cura pendentes ad se eo casu advo-
cabant, prout hæc & nonnulla alia in ipso præ-
terito decreto dicuntur plenius contineri: nos
ex incumbenti nobis cura officii pastoralis ad-
stricti ad tuendam nostram sedisque Apostolicæ
auctoritatem, Cardinalium quoque, Patriarcha-
tum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælato-
rum, Officiariorum, & aliorum curialium præ-
dictorum, asserentium ipsius decreti ex defe-
ctu potestatis condentium, ac in hac parte sup-
plicantium, ut super præmissis providere velle-
mus, gravi querela commoti, auctoritate Domini
nostri Jesu Christi, qui nos suum in terris
Vicarium constituit, ac de potestatis nostræ ple-
nitudine pronunciamus, decernimus, ac etiam
declaramus, præmissum assertum decretum, ac
omnia & singula in eo contenta, nullum & inane
penitus extitisse, & existere, nulliusque au-
doritatis, valoris vel momenti: ipsumque &
quæcumque in ea comprehensa eadem auctoritate
revocamus, cassamus, irritamus, & pro in-
fectis haberi volumus, & mandamus, decernen-
tes insuper & etiam statuantes, processum om-
nium beneficiorum, officiorum, dignitatum,
pensionum, commendarum seu titularum quo-
rumcumque collationes & dispositiones qualcum-
que, in vim ejusdem decreti quomodocumque
Concil. General. Tom. XXIX.

o forte dicitur
defectum
seu nullita-
tem.

& qualitercumque factas & fiendas, & omnia
indè secuta notorie, nullius extitisse vel existe-
re firmitatis. Mandamus insuper omnibus & sin-
gulis Christi fidelibus, Ecclesiasticis & seculari-
bus, cujuscumque dignitatis, status seu condi-
tionis existant, etiam imperiali, regali, regi-
nali, Cardinalatus, Patriarchali, vel quavis alia
præfulgeant dignitate, sub anathematis pœna,
& privationis, quam contrascentes incurtere
volumus ipso facto, dignitatum, officiorum &
beneficiorum suorum quorumcumque & inhabi-
litationis ad illa seu alia in posterum obtinen-
da, ne Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos,
Episcopos, Prælatos, Officiarios, Clericos, seu
alios Romanam curiam sequentes, in eorum
B. persequis, seu rebus Ecclesiasticis, beneficiis
spiritualibus, vel profanis, occasione præfati de-
creti turbent quomodolibet vel molestant, nec
ea facientibus præstent auxilium, consilium vel
favorem. Pari quoque pœna illos, qui auctori-
tate seu occasione quacumque, ea aut eorum
aliqua ausu fuerint attentare, volumus subiacere,
inhabilitantes eos ad quascumque dignita-
tes, honores, officia & beneficia in posterum
obtinenda, suppletis ex eadem potestatis plen-
titudine omnes defectus, si qui forsitan interven-
nerint in præmissis. Nulli ergo omnino homi-
num liceat hanc paginam nostræ pronuntiationis,
constitutionis, declarationis, revocationis,
cassationis, irritationis, voluntatis, mandati,
statuti, inhabilitationis & suppletionis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumplerit, indignationem
Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli
Apostolorum eius, se noverit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Laurentium in
Damato, anno Incarnationis Dominicæ mille-
simo quadringentesimo trigésimo tertio, Idibus
Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

V.

Tertia Bulla revocata.

*Eugenius Episcopus servus servorum Dei universis
Christi fidelibus salutem & Apostolicam
benedictionem.*

Deus novit secretorum omnium optimus per-
secrator, quod usque adeo summopere atque
diligenti studio procuravimus, ne sacrilegum
schisma in Dei Ecclesia nasceretur, quod pau-
ci etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales Ba-
silicæ convenientes, ipsum possent verisimiliter
(si ab inceptis non desisterent) inducere, nos
etiam ad illa humiliando, ut scandala vitaren-
tur, ac ipsis plurima permittendo, ad quæ de
jure minime tenebamur, credentes ut exinde pa-
catis, pax & tranquillitas inter nos & ipsos,
immo verius in Christiana religione, oriretur:
Sed non profuerunt, sive prodesse possunt, per
nos pie, mansuete ac modeste cum ipsis dicta
& gesta, ut potest notorie animadvertere Chri-
sticola quislibet orthodoxus, quin ipsi velint se
a sancta sede Apostolica scindere, & divinum
corpus Dominicum, id est sanctam matrem Ec-
clesiam, Christi tunicam inconsutilem, lacera-
re, ac scissuram pessiteram in ipsa conficere,
nosque Petri successorem legitimum, licet im-
meritum, pro posse confundere; quas res ha-
denus Christianæ religionis principibus patefa-
cere non curavimus, sperantes nostra cum man-
suetudine & patientia omnia ad debitæ iustitiæ
semitas posse deducere, ac ipsos ab eorum co-
nati-

Hanc Bullam
Eugenius ponti-
fex negat se scribere
confectam.

ANNO
CHRISTI
1111ANNO
CHRISTI
1111

natibus & erroribus revocare. Sed, prohi dolor! A
nimium iste morbus eorum cancerosus invaluit
& quotidiana convalescit, quia nostra clementia
& nimis benignitas ipsos contra nos quotidie
reddit magis elatos. Et quamvis eorum deside-
riis condescendentes mandaverimus iterum debe-
re Basilem Concilium celebrari, ipsi tamen quo-
niam nobis oppido sunt infesti, & quos toleras-
se, & ipsi suarum contra sedem Apostolicam
rebellionum indulgentiam obtulisse, non profuit,
eorum tamen intentionem executioni gaudent &
cupiunt precipue demandare, nos salto de va-
riis criminibus impetentes, ut valeant inhumani-
ter omni pontificali potestate nos proturbare:
quorum callide dicta & gesta opus est refellere
ne falsis detractionibus de nobis confectis valeant
Christianam circumvenire religionem, ac omni-
bus Christi fidelibus eorum gesta, dicta, & facta
horrenda sapere in futurum schisma & pestiferam
haeresim ostendamus, nostris his literis
singulariter eorum objectis respondentes. Objiciunt
igitur primum, de nobis obloquentes, quod scanda-
li & perturbationis causa in Ecclesia Dei introducendi
perperam conati sumus sacrum Basileense dissolvere
Concilium, quodque ex hoc universalem Ecclesiam conturbavi-
mus, nec sine consensu Concilii dissolutionem il-
lam facere valuimus: quae cuncta veritati juris
& facti penitus sunt adversa: quoniam primum
nostra nunquam fuit aut erit intentio sacrum
dissolvendo exinanire Concilium, ac nolle secun-
dum Constantiensis & Senensis statuta Concilio-
rum ipsam sacram Synodum celebrari, in qua
perfidae haereses evellerentur, & Deo militan-
tium in Ecclesia reformarentur mores improbi,
ac alta pax & dulcis tranquillitas Christiano
populo traderetur: quia potius hoc tam salu-
bre negotium semper in se dit & residet cordi no-
stro. Et his de rebus cupientes ut ipsum per A-
postolicam nostram solertiam studium suum debi-
tum consequeretur, in nostrae assumptionis prin-
cipio ad summi Apostolatus apicem, mandavi-
mus per dilectum filium Julianum sanctae Roma-
nae Ecclesiae sancti Angeli diaconum Cardina-
lem ibidem Basileae sanctam Synodum celebrari.
Verum quoniam postmodum, ut aliis nostris
litteris curavimus Christianis palam facere, jus-
tis de causis ex parte ipsius Juliani & nonnul-
lorum tunc Basileae convenientium, per dile-
ctum filium Joannem Pulcrupatris ipsorum Ora-
torem, ad nos spectantibus deputatum, nos in-
formati veridica relatione percepimus, quod Ba-
sileae pro tunc sine magno temporis intervallo
ipsius sanctae Synodi celebratio non esset possi-
bilis, Concilium ipsum penitus non dissolvimus
ut ipsi non bene interpretati sunt, sed ad no-
stram Bononiensem civitatem commutavimus,
sic quod ipsum in sua essentia consistere volui-
mus, ac a Basileensi civitate solum exolvimus.
Quare nos indebite criminatur, quod scanda-
la in Ecclesia Dei introducendi causa Concilium
dissolvimus, cum ipsum a Basilea commutare,
necessitatibus urgentibus, coacti fuerimus. Et
quamvis nunc nobis ipsas causas per praefatum
Oratorem intimatas insciari non vereantur, or-
bitamen totum notissimum est, illas causas cele-
brandi Concilii impeditivas extitisse veras. Nam
fere octo menses effluxerant, postquam ipsa ini-
tiari debuit sancta Synodus, nec adhuc Basileae
convennerant tres Episcopi, aut alii in toto nu-
mero decem Praelati, Regumque & Principum
Procuratores sive Nuntii pauci sive nulli aderant
cum quibus de Christianorum pacatione sive con-

cordia possent aliqua pertractari, ut in Conci-
liis primum est decens inquirere. Doctorum &
magistrorum fere nulli intererat, qui haereti-
corum versutis resistere possent, ac argumenta
eorum sophistica scirent refellere & confutare.
Locus etiam ipse Basileensis civitatis minime
tutus videbatur, tum propter armatam finiti-
mam haeresim Bohemorum, tum propter subor-
tam guerram inter dilectos filios viros illustres
Burgundis & Austriae Duces. His igitur & aliis
iustis & legitimis de causis, non scandalizandi
Clerum, sive errores studio consociendi, de ipso-
rum Cardinalium plurimorum consilio & assen-
su, qui tunc Basileae conveniunt, & hanc com-
mutationem damnant, illam fecimus, praeter-
tim his etiam de causis moti, quia sperabamus
quod in Italia consistent carissimum in Christo
filio nostro Sigismundo, Romanorum tunc re-
ge, nos facilius ambo potuissemus Bononiam
convenire, adesseque ibidem Bononiis tunc
celerius Praelati & Principes in numero copioso,
sive ipsorum Procuratores & Nuntii, cum qui-
bus melius & graviori maturitate singula in Con-
cilio agenda expedirentur, & majori cum reve-
rentia ab omnibus Christi fidelibus reciperentur
quam illa quae per paucos Basileae convenientes
heri forsitan contigissent. Nescimus ergo quo-
modo ipsam audent commutationem reprobare,
cujus ipsi plurimi fuerunt auctores praecipui,
damnant namque eorum gesta, non nostra,
quia tunc eramus gravissima corporali infirmi-
tate gravati, cum ipsi dissolutionem & transla-
tionem ipsam promovebant, suadebant, & effi-
cere studuerant, nobis praecipue ad memoriam
reducentes, & his rationibus compellentes,
quod dum eramus in minoribus constituti, una
cum ipsis & aliis fratribus nostris sanctae Roma-
nae Ecclesiae Cardinalibus, voto & juramento nos
adstrinximus, quod in loco Concilium teneremus,
in quo majori parti Cardinalium magis
expediens videretur, cum Basileae non speraretur
posse Concilium celebrari temporibus a jure
decretis, jam sine temporis instante, & impe-
dimentis subsistentibus antea enarratis, sicque
ipsi mutationem sive translationem necessariam
esse dicentes, & ut alio in loco transfereremus
sedulo requirentes. Tandem fuit causa finalis
ut ipsam translationem sive commutationem fa-
ceremus, quam tamen & justam fuisse, & no-
bis soli cum venerabilibus fratribus nostris san-
ctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus consensisse
(prout egimus) etiam absque alterius consen-
su Concilii, nemo sanis mentis ambigere debet.
Nam etsi canon Constantiensis Concilii qui in-
cipit, Frequens, ab ipso Concilio editus, & a
felicitis recordationis Martino praedecessore no-
stro non improbat, locum mutare, vel tem-
pus inceptions Concilii prorogare nobis sine
Concilii consensu prohibere videbatur, non ta-
men debet sic abusive interpretari, ut, causa
imminente nobis etiam soli adempta fuerit cir-
ca loci mutationem, temporis prorogationem,
dispensandi facultas, cum, etiam a Martino
editus extitisset, illa non fuisset sive esse debuisset
prohibentis intentio, quae successoribus suis
nullum potuit in hac parte praedictum gene-
rare, pari post ipsum, quinimo eadem, pote-
state fundaris, & insertur (prout est secun-
dum omnia jura) in hac parte Concilium in-
ferius summo Pontifice, Papamque ipsius
rem nequeunt solvere vel ligare, sed nos in
his Concilio superiores ipsum possumus pro li-
bitu regulare. Nam hoc de jure notissimum
est,

Constan-
tensis Con-
cilii
1111

ANNO CHRISTI 1533

ANNO CHRISTI 1533

est, quod postquam quocumque statuta, decreta, declarata sive sancita per quoscumque praedecessores nostros, vel per quoscumque Concilia dummodo in ipsa Fidei fundamenta non existant sive ex hoc universalis Ecclesiae bonum principaliter non turbetur, ut Vicarius Christi & irreprehensibiliter pro nostro amovere & corrigere libere voluntatis: & contra sentire non esset longevum ab haeresi. Velle ligare manus Vicarii Jesu Christi & in terris Dei Legati, si ve ipsius gesta iudicare vel improbare, quod sacrilegii crimen habet? Sed quosdam, nobis dicant qui nobis detrahant, quae haeresis, quae universalis Ecclesiae turbatio, ex hac translatione loci largire poterat, si nos sanctam Synodum Bononiensem commutavimus, ut ejus bonum non frustraretur ulterius, quod jam mensibus octo sine fructu aliquo extiterat prorogatum, & ipsius initiandi postmodum Basilem vestigia commoda nulla videbantur? Profecto nullus per juris tramites ambulans, & non passivus seductus, assereret quod Ecclesiam secerimus perturbationem, sed salutem: nec celebrationem Concilii frustravimus, sed id accelerare concupivimus. Taceant ergo hi qui sic nobis invidiositer detrahunt; quoniam non ad Christianorum & Ecclesiae novam commutationem fecimus, sed pro salute tutissima, ut citius quam in Concilio forent agenda finem debitum sortirentur. Fuit igitur a Basileensi civitate legitima protense nostra Concilii dissolutio, ac ipsius ad Bononiam justissima translatio, & asserentes contra sunt penitus ab omni veritate ac fide catholica alieni. Nos insuper citimur & diffamant, quod sacro Concilio pure & simpliciter non adheremus, sed quotidie magis & magis contumaciter & despicimus, quodque nos modeste & mansuete monere curaverint, ut scandalosam dissolutionem & Ecclesiae Christi perturbationem amovete deberemus, quas res, inquit, nos pertinaciter reculare, & has ob causas nos citare & monere non sunt veriti, & tandem, (quod est deterius) si eorum vota infra sexaginta dies non adimpleverimus, nos ab omni Pontificali dignitate suspendisse profitentur: quae quantum contra omnia sunt divina jura pariter & humana, ac haeresim manifeste naturientia, breviter ostendimus: nam dissolutionem, quam scandalosam & Ecclesiam perturbantem esse dicunt, legitimis de causis & necessariis jure fecimus, ut ante retulimus. Quod igitur scandalum, quod juste, honeste & urgente necessitate factum extitit, potuit generare? profecto nullum, cum omnia quae ad salutem Christianae religionis debuissent in Basileensi Concilio expediri, & quae provinc, cum ipsam sanctam Synodum commutavimus, ibidem Basilem fieri non poterant, melius, ceteris & commodius in ipsa Bononiensi Synodo perfici valuissent. Quam etiam Ecclesiae perturbationem fecimus, cum (ut paulo ante narravimus) illo in tempore quo Concilium commutavimus fere nulli Praelati conveniant? non poterant igitur perturbari qui non aderant; quia quod Concilium Basilem fieret non carabant. Nam si affuissent, ibidem in tempore convenissent. Nec quoad illos qui conveniant, quia ita pauci numero erant, quod sine nostra auctoritate Ecclesiae universalem representare non poterant, quamvis ipsi eam representare se dixerint. Concilio igitur ad ipsam Bononiensem civitatem legitime translatum.

Council General. Tom. XXIX.

Atque, ibidem postmodum Basilem convenientes velat locutus acephali canonicum sine nostris presidentibus non fecere Concilium, cum auctoritate careret Apostolica sedis. Nec verum sunt quas faciunt excusationes, quod Constantiensis Senensisque atque felicitis recordationis Martini ac nostra auctoritate ipsorum Concilium vires haberit & habeat. Nam nos praedictis veris causis subsistentibus, & nostram & pie memoris Martini, & ipsorum Conciliorum auctoritates, ut jure fecimus, revocare potuimus, ut parule supra insinuavimus: quare post ipsam canonicam dissolutionem & auctoritatum praedictarum revocationem, absque ulla Apostolica auctoritate conveniebant sive conveniant. Unde verum non est dicere eorum canonicum post nostram dissolutionem & sine nostris presidentibus fuisse vel esse Concilium, quoniam nulla rata est vel unquam erit Synodus Generalis, quae summi Pontificis non fuerit auctoritate suffulta. Nec etiam eorum Spiritus sanctus est caput, cum misericors Jesus Christus super omnia summum Pontificem, Ecclesiam post transitum verbi ad Patrem caput & Principem ab ipso Christo & Ecclesia constitutum Ecclesiae instituerit, nos videlicet qui locum retinemus ipsius Vicarii Jesu Christi, quamvis immeriti. Sacriligum igitur a nobis postulant & haereticum, ut declarare velimus retroactis temporibus Basilem continuo fuisse Concilium, cum post nostram dissolutionem sine nostris presidentibus regulare non faceret Concilium; quia eorum dicta, gesta & facta omnia contra divina jura pariter & humana perpetrata sunt confecta, & quae per nos nullatenus sunt debita comprobata. Et in hoc est quod Christianam religionem circumvenire cupiunt, ut sub colore, quod continuo Basilem Concilium fuisse declarem, omnia eorum gesta & facta comprobemus, quae adeo sunt minus bene composita, ut, etiam si ab habentibus potestatem promulgata fuissent, essent irritantes, annullatione, & revocatione dignissima. Nam, quod nunquam est lectum, ipsi in civitate nostra, infra Avinionensi & contra nostram voluntatem constitutere Legatam ausi sunt, illam tyrannidum unius Cardinalis nuper cum eis convenientis subijciendo, spreto vero Legato de latere per nos & sedem Apostolicam constituto: unde tot guerrarum strages, tot rapinae, tot homicidia, tot incendia suborta sunt. Sed tandem clementissimus Deus sua misericordia favit parti justiore causam habenti, quia nostro vero dominio, & sub nostro Legato ipsa civitas est subjecta. Ipsi insuper de singulis Romanorum officiis inter seipsos dispicere non sunt veriti, praesidentes ad praesidendum in eorum Generali Concilio deputando, nostris penitus praesidentibus spreto, cum quibus potuissent ac debuissent canonicam Synodum facere & firmare. Caesarum etiam auditores a seipsis constituerunt, quod nunquam visum est, pontifice summo Romanam curiam tenente dum ad ipsam extirpationem haeresum, reformationem morum, pacemque Christianorum universam intenti esse deberent, singulorum causas particulares studere potius ventilare. Exercitium etiam vicecancellariatus officii sui ex ipsis contra nostram voluntatem tribuere praesumpserunt ac etiam generalia sive publica consistoria celebrare, omniaque attentare non formidans, quae tantum sunt nobis & sedi Apostolicae specialiter reservata, perinde ac si universis carnis viam essemus ingressi,

Demorat Cardinalis fuisse in Basilem, qui obijt postmodum in eodem Concilio

Demorat Cardinalis Romanensis, qui fuit vicecancellarius temporis Concilii

ANNO
CHRISTI
1431ANNO
CHRISTI
1431

gressi, vel si omnis pontificalis summa digni-
tatis potestas esset nobis adhuc viventibus &
in Petri sede legitime constitutis apud ipsos
devoluta: quod asseverare est haeticum &
prophanum, cum potestas apud nos & ipsos, &
sic duos, in solidum esse non possit: quia
imaginari non possumus qua auctoritate, quo
jure, nobis in sede Apostolica consistentibus
beneficia conferant, nisi quod usurpant contra
iustitiam jura nostra: &, quod detestabilius
est, illa quae in nostris praedecessoribus male-
facta damnant, monasteriorum religiosorum
saecularibus clericis administrationes concessas
ipsi ad instantiam cujusdam principis saecularis
sacerunt. Nam officium Generalis Humiliato-
rum, & illius Ordinis principale monasterium,
cuiusdam saeculari clerico in commendam sive
administrationem concesserunt: quam rem,
exemptio veluti perniciosam, nos antea facere
recepimus. Ipsi vero ut Episcopos habeant,
continuo cognita contraria voluntate facere
tentaverunt, & sub tali eorum colorato titulo
clericus auctidictus in dicta administratione in-
trusus est, ita ut dici possit quod fere centum
monasteria regularia, quae sub officio Genera-
lis dicti Ordinis regulari debuissent, sub unius
clerici saecularis sunt administratione supposita:
quae quantum juri, quantum honestati,
quantum bonis moribus conveniant, quisque
prudens animadvertere potest. Postremo tan-
dem ultra aliud, quod nos & plurimos fratres
nostros sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales
coacti sunt, etiam postquam decrevimus
iterum ibidem Basileam debere Concilium agi-
tari, nos etiam ab administratione summi Pon-
tificatus suspendere fecerunt, ut ad ipsos pos-
sent saltem de facto ipsam nostram summi
Pontificis potestatem advocare, & ejus admini-
strationem exercere, conferendo beneficia vel
officia, & alia faciendo quae nobis tantum sunt
a jure concessa sive praemissa. Iste sunt ergo
causae, quare continuo Basileam fuisse Concilium
per nos declarari cupiunt. Isti sunt qui, quo-
niam eorum vota pati non volumus, de nobis
tot mendacia constringunt. Iste sunt haereticos
quos extirpare cupiunt. Iste sunt reformationes
debitas quas in Ecclesia Dei introducunt,
& pax & tranquillitas quas universis Christi
fidelibus disponunt, quia inter seiplos potesta-
tem nostram dividunt, & sibi ipsis adscribere
cupiunt, ut quae beneficia vel officia, sive hono-
res, quos a nobis consequi non valuerunt,
scindendo Dei Ecclesiam consequantur. Absit
igitur a nobis, absit, ut talem declarationem
faciamus, & quod talia gesta comprobemus.
Prius est enim ut non solum pontificatum vel
partem ejus, sed animam tollant, quam Fidem
catholicam nobis auferant. De hoc autem vero
ad ostendam nostram sinceram & purissimam
intentionem, quam habemus ut Concilium fiat,
& quod omnia ad finem debitum perducantur,
contenti sumus & volumus pure & simpliciter
continuo fuisse Concilium, ita tamen, quod omnia
gesta & attentata contra nos, sive sedis Apo-
stolicae libertatem vel privilegia, sanctaeque
Romanae Ecclesiae Cardinales ac nobis adhaerentes,
prout de facto fecerunt, sic de facto ante omnia
revovent, nostrosque Legatos juxta juris regulas
praesidentes admittant. Obiciunt etiam nobis,
& admirari videntur, quod Basileam iustissimam
sacram Synodum celebrari, ac mandavimus cum
Concilio agenda per praesidentes perfici. Dici-

mus, quod Concilium duntaxat potens est,
ipsos autem praesidentes sequi necesse est: &
ideo si Concilium distaret sive consideret ali-
quid Ecclesiam expedire, praesidentibus vero non
placeret, hoc ipsum minime fieri possit, sic
quod de iudice Concilium consiliarius forma-
retur. Sed hi sic dicentes, si nulla iura vidis-
sent, satis esset. Nam si ipsi omnia mundi
jura percontantur, omnia volunt quod quae
Concilio statuantur, declarantur, seu sanciantur,
a Papa vel ejus Legato constituantur atque
promulgentur, sacro Concilio consulente,
sive etiam approbante. Nam si Papa vel Lega-
tus ejusdem nollet disponere aliqua, contra
Concilio affectaret, Papae sententia, vel ejus
Legati personam summi Pontificis representa-
tis, non Concilii voluntas sequenda foret,
cum super omnia Concilia habeat potestatem
Papa, nisi forte quae statuenda forent catho-
licam Fidem respicerent, vel, si non ferent,
statum universalis Ecclesiae principaliter pertu-
barent, quia tunc Concilii sententia esset potius
attendenda. Verba igitur nostrarum litterarum
secundum juris formam interpretanda sunt,
ut quae ad solum Concilium spectarent, quae
sunt numero plurima, cum Concilio expedi-
antur & fiant, alii vero juris tramitem imi-
tentur. Et hoc est in quo potissime falluntur
qui Basileam conveniunt. Nam credunt in
singulis agendis esse iudices supra Pontificem,
quod eorum actiones demonstrant. Nam in
singulis se nobis superiores reputant, quod
tamen asseverare est haeticum & prophanum.
Obmutescant igitur, & noscant quod etiam sic
cum Concilio fieri mandavit felicis recordationis
Martinus noster proximus praedecessor, nec
velint nostram puram intentionem in singulis
lacerare, quam etiam cum aliis laedere con-
antur, asseverantes nostram ad summi Apo-
stolatus apicem non fuisse canonicam electio-
nem. Sed, o misericors Deus, cur oculos
tuos pio iustitiae contra praefatos non conver-
tis? Nam plurimi ex his qui talia proferunt,
sunt qui nos in Petri cathedram dirigentes
intronizaverunt, isti nos consecraverunt, isti
nos coronaverunt, & aliqui ex eis, ut a vero
Christi Vicario pontificatus insignia susceperunt,
alii vero ex eis fere omnes gratias sive bene-
ficia plurima sunt adepti, & nos annis pluri-
mis pro summo vero Pontifice venerati sunt.
Igitur imaginari non possumus quae fronte, quae
audacia, quo colore, possint nostram catho-
licam electionem in dubium revocare, praesertim
cum ipsorum allegent maximam turpitudinem.
Quare, principes Christiani religiosissimi, vos-
que alii Christicolae orthodoxi, per viscera mi-
sericordiae Jesu Christi praefatos Basileam con-
venientes adhortemini, ut desistentes ab inco-
pitis, velint nostros praesidentes admittere, ut
canonicam Synodum facientes, possint bona
illa, propter quae sacrum Concilium est insti-
tutum, debitae executioni demandare. Quod
si secus (quod absit) fuerint, & Dei Ec-
clesiam scindere (ut hactenus sunt coacti)
concupiverint, nec praesidentibus intendere re-
formationi Ecclesiae studuerint, tunc vos Chri-
sticolae principes iterum per ejusdem misericor-
diam obsecramus qui pro nobis mortem subit
temporalem, ut velitis eorum improbis cona-
tibus pro posse resistere, praesertim ne schisma
nefandissimum in Dei Ecclesia oritur. Nam
hoc ad principes pertinet saeculi Christianos,
ut eorum temporibus pacatam velint esse ma-
trem

Locus ubi
scriptus

ANNO
CHRISTI
1431
P. 1431

ANNO
CHRISTI
1431

item Ecclesiam, unde sunt spiritualiter nati.

Quod psalmographi verbum ostendit, cum inquit: *Es nunc rex intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, &c.* Sed quomodo serviant principes in timore, nisi ea, quae contra sanctam matrem Ecclesiam & iussa Domini sunt, religiosa severitate prohibendo atque ple-
tendo? Agite igitur, viriliter agite adversus Christi vineam & agrum Dominicum devastare cupientes, nec permittere velitis quod sine auctoritate Pontificis conciliabula, non Concilia fiant: quomodo in futurum posset esse exemplum perniciosissimum, ut decem sive plures ad libitum sine sedis Apostolicae auctoritate aliquo in loco Praelati convenirent, scandali-
zarentque populum Christianum orthodoxum, ac contra Christi vicarium pro libitu resisterent, ut resistentes malis actionibus, aeternam gloriam mereamini. Datum Romae apud sanctum Laurentium in Damaso, anno Incarnationis Dominicae 1433. Idibus Septembris, pontificatus nostri anno tertio. Nulli ergo omnino hominum liceat haec paginam nostrae constitutionis, declarationis, prosecutionis, intentionis, cassationis, revocationis, irritationis, annulationis, voluntatis, reductionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae 1433. xviii. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio. Ego Jordanus Episcopus Sabinensis manu propria subscripsi. Ego Antonius tituli sancti Marcelli Cardinalis de Comite masou propria subscripsi. Joannes de Nursia. Poggius.

Datum in sessione publica in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, Nonis Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo quarto.

Die sabbati xxiv. Aprilis 1434. in congregatione Generali Domini Legati sanctissimi domini nostri incorporati sunt sacro Concilio nominibus orivatis, ut sequitur, videlicet reverendissimi reverendique patres domini Cardinales sanctae Crucis, Archiepiscopus Tarentinus, Episcopus Paduanus, & Abbas sanctae Justinae, &c.

Oratores sanctissimi domini Eugenii Papae quarti in eorum incorporatione jurabunt nominibus propriis fideliter laborare pro statu & honore hujus sacri Concilii & ejus decreta defendere, & manutene, & specialiter decretum sacri Concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur, & est talis: Primo, quod Generalis Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, Generale Concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad Fidem & extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiae in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status vel dignitatis, etiam papalis existat, qui mandatis, statutis, sive ordinationibus, aut praecipis hujus sanctae Synodi, & cujuscumque alterius Concilii Generalis legitime congregati, super praemissis, seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis, obedi-

re contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne poenitentiae subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Item jurabunt dare san-
tum & salubre consilium secundum Deum & conscientias suas, & non revelare vota singulorum, in quantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter posset oriri aliquod odium vel scandalam, &c. Et non recedere a loco hujus sacri Concilii, sine licentia obrepta a deputatis ejusdem.

SESSIO XVII.

Super admissione praesidentium in Concilio nomine domini Eugenii Papae quarti.

SACROSANCTA Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, dilectos Ecclesiae filios Nicolaum tituli sanctae Crucis in Jerusalem presbyterum, Julianum sancti Angeli diaconum, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, & venerabiles, Joannem Archiepiscopum Tarentinum, & Petrum Episcopum Paduanum, ac dilectum Ecclesiae filium Ludovicum Abbatem sanctae Justinae Paduanae, tantum admittit in praesidentes in hoc sacro Concilio, nomine, vice & loco sanctissimi domini Eugenii Papae quarti, cum infra scriptis conditionibus & clausulis, plenissimum robur & effectum per omnia habituris, videlicet, sine
omni jurisdictione coactiva, salvo etiam modo procedendi in hoc sacro Concilio haecenus ob-

servato, praesertim qui continetur in ordinationibus hujus sacri Concilii, quae incipiunt: Primo sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de Concilio distribuantur aequaliter, quantum fieri poterit, &c. Ordinat etiam quod praeter feriam sextam, in qua ordinaria est congregatio Generalis, non possit fieri alia, nisi fuerit conclusum prius per tres deputationes ad minus. Et tunc intimer ipsi praesidentibus, vel alteri ex eis, quod ponat schedulas. Et si non fecerint, unus ex promotoribus Concilii, vel unus ex deputationibus quicumque sit, ponat schedulas. Et omnes de Concilio veniant ad congregationem. Alias si non fuerit conclusum per tres deputationes, nullus ad ipsam congregationem accedat. Et quidquid ibi factum fuerit, nullius sit roboris. Et idem de sessione. Item, quod lectis in congregatione Generali his quae conclusa sunt per deputationes, primus inter praesidentes ibidem praesentes, etiam alii vel alio ex eis absentibus, concludat juxta ordinationes sacri Concilii. Quod si nolit ipse aut alius de praesidentibus ibidem praesidentibus facere, tunc proximior Praelatus subsequens in ordine considerandi concludat. Et ipso nolente, alius successively faciat. Et si forte nullus de praesidentibus veniat ad congregationem, vel ad sessionem Generalis Concilii, tunc primus Praelatus (ut praemittitur) pro illo die faciat officium praesidentis. Item, quod omnia acta hujus sacri Concilii (sicut haecenus est observatum) fiant & expediantur sub nomine & Bulla ipsius Concilii.

Datum in sessione publica ejusdem sanctae Synodi in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, sexto Kalendas Maii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo quarto.

de Condi-
tionibus
Nursia
libro suo
scripsit
Eugenii
Poggii
us secretarius,
Poggii
nomen a ter-
go Bullae
scriptum fuit.

Constitutio
in Concilio
sessione 4.

* proximus
alios proxi-
mos.

ANNO
CHRISTI
1514

In hac 17. sessione tam solemniter celebra-
ta interfuit Sigismundus Romanorum imperator, sedens coronatus cum aliis nobilibus sibi assistantibus. Unus dux à dextro tenens ensam evaginatum in manu, juxta quem dux Willielmus Bavaris, habens & tenens pomum rotundum deauratum cum cruce in signum mundi, & à sinistro dominus marchio Brandeburgensis, unus electorum imperii, habens seu tenens sceptrum regale deauratum, &c. & bene centum Prælati sedentes cum mitris albis, ut moris est &c.

S E S S I O XVIII.

Hæc sessio
est non im-
perfuit impe-
rator non au-
te Basilea di-
gressus.

Super innovatione decreti Concilii Constantiensis de
auctoritate & potestate Conciliorum Genera-
lium absentibus dominis Legatis Fape

Sacrosancta Basileensis Generalis Synodus in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.

Constantien-
sis Conc. sess.
4. Et supra
in hoc Basile-
ensi. sess.
16.Constantien-
sis Conc.
sess. 1.

AD magnam Ecclesie catholice utilitatem
pertinere dignoscitur, ut ipsius auctoritas
(cui omnes subesse tenentur) in sacro olim
Constantiensis Concilio declarata, sæpius mani-
festetur, & ad omnium notitiam perducatur.
Et quemadmodum nonnulla Concilia preceden-
tium Synodorum salubres institutiones & de-
clarationes renovare consueverunt, ita & hæc
sancta Synodus necessariam illam declarationem
de Generalium Conciliorum auctoritate, in di-
cto Constantiensis Concilio promulgatam, sub
eodem qui sequitur tenore innovat: Primo,
quod Generalis Synodus in Spiritu sancto legi-
time congregata, Generale Concilium faciens,
Ecclesiam catholicam militantem representans,
potestatem a Christo immediate habet, cui
quibet cujuscumque status vel dignitatis, eti-
am si papalis existat, obedire tenetur in his
quæ pertinent ad fidem & extirpationem schis-
matis, & ad generalem reformationem Eccle-
siae in capite & in membris. Item declarat,
quod quicumque cujuscumque status vel digni-
tatis, etiam si papalis existat, qui mandata,
statuta, sive ordinationibus, aut præceptis hu-
jus sanctæ Synodi, aut cujuscumque alterius
Concilii Generalis legitime congregati, super
præmissis, seu ad ea pertinentibus factis vel
faciendis, obedire contumaciter contempserit,
nisi resipuerit, condignum poenitentis subjec-
tatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris
subsidia (si opus fuerit) recurrendo.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ Sy-
nodi, in Ecclesia majori Basileensi solemniter
celebrata, sexto Kalendas Julii, anno
Domini millesimo quadringentesimo trigesimo-
quarto.

S E S S I O XIX.

ANNO
CHRISTI
1514

In qua fuerunt promulgata decreta in materia
Græcorum, nec non Judæorum, &
Neophytorum

L.

Sacrosancta Basileensis Generalis Synodus, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.

Sicut pia mater pro filiorum salute semper
anxia est, nec unquam quiescit, donec si
qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit; sic
& multo amplius sancta mater Ecclesia, quam
filios ad perpetuam vitam regenerat, omni cona-
tu laborare consuevit, ut omnes, qui Christi-
ano nomine censentur, sublato omni dissidio ean-
dem fidei unitatem, sine qua salus esse non po-
test, fraterna caritate custodiant. Quamobrem
hujus sanctæ Synodi ab initio sum congregatio-
nis præcipua cura fuit, illud recens Bohemorum
antiquumque Græcorum dissidium prorsus ex-
tinguere, & eos nobiscum in eodem fidei & ca-
tholici vinculo perpetuo copulare. Bohemos igitur
viciniorum primo, deinde Græcos per nostras
litteras & Oratores pro sancta unione faciendâ,
cum omni caritate ad hoc sacrum Concilium vo-
cavimus. Et quamquam Bohemorum negotium
multi ab initio non solum difficile, sed bene
impossibile estimarent, nostrisque tanquam
supervacuas & inutiles indicarent labores, at-
tamen Dominus noster Jesus Christus, cui nihil
impossibile est, sic salubriter rem ipsam usque
ad hanc diem direxit, ut multo amplius hæc
ipsa Bohemorum vocatio Ecclesie sanctæ pro-
suerit, quam multi potentissimi exercitus, qui
sæpe Bohemiam armata manu ingressi sunt.
Quæ res eo ampliores spes nobis præbet, ut
hanc Græcorum unionem cum omni fidelia &
constantia prosequamur. Quod quidem eo li-
bentius aggredimur, quo ipsos ad hanc unio-
nem plurimum affectus conspicimus. Ut pri-
mum enim serenissimus Græcorum imperator &
Patriarcha Constantinopolitanus per nostros re-
quisiti sunt Oratores, mox tres insignes viros,
de his qui apud eos magnam videntur auctori-
tatis, (quorum primus ipsum imperatorem con-
sanguinitate attinet) ad hæc sanctam Synodum
destinarunt, sufficienti ipsius imperatoris man-
dato cum Bulla aurea & ejus manu propria sub-
scripta, ac Patriarchæ litteris manitis, qui tam
in Generali congregatione, quam coram com-
missariis nostris ferventissimum imperatoris &
Patriarchæ totiusque Ecclesie orientalis ad hanc
unionem desiderium exponentes, nos mirum in
modum ad tam sancti operis prosecutionem pul-
sant, ac quotidie excitant, duo inter alia fir-
miter constanterque asserentes, unionem ipsam
nisi in Synodo universali, in qua tam Ecclesia
occidentalis quam orientalis conveniat, fieri
nullatenus posse: & in ea Synodo si fiat,
(ut infra coeventum est) omnino ipsam unio-
nem securam. His auditis, summa nobis im-
petitia ac jucunditas nimirum accessit. Quid enim
catholicæ Ecclesie felicitas glorioseque contin-
gere unquam posset, quam quod tot orientales
populi, qui numero hominum ab his qui nos-
træ fidei sunt non multum distare videntur, in
eodem nobiscum fidei unitate conjungantur?
Quid

ANNO
CHRISTI
1531.ANNO
CHRISTI
1531.

Quid utilius aut fructuosius ab exordio nascens Ecclesiam populum Christianum vidit vel audivit, quam quod tam distantum perniciosumque schisma penitus extirpetur. Unde & aliam reipublicam Christianam, Deo propitio, utilitatem accrescere confidimus, quoniam ex hac unione, cum facta fuerit, plurimos ex nefanda Mahumeti secta ad fidem catholicam converti sperandum est. Quid igitur pro tam piis ac salutaribus rebus per Christi fideles tentandum faciendumque non esset? Quis catholicus pro tanto nominis Christiani & orthodoxe Fidei incremento non modo caducam huius mundi substantiam, sed & corpus & animam exponere non deberet? Quocirca omnem cogitationem nostram iactantes in Deum qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sanctam Romanam Ecclesiam Cardinales, praesidentes sedis Apostolicae, Patriarcham Antiochenum, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, magistrisque & doctores in numero competenti deputavimus ut una cum ipsis Graecorum Ambaxiatoribus rem istam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda esset prospicere deberent. Qui tam inter se, quam cum ipsis Oratoribus, saepenumero convenientes, habito inter se digesto consilio, ad infra scripta cum ipsis devenerunt capitula, quae postea secundum moram huius sacri Concilii per sacras deputationes mature deliberata, ac deinde per generalem Congregationem conclusa firmataque solemniter extiterunt: quorum tenor una cum mandato ipsis domini imperatoris sub Bulla aurea sequitur, & est talis.

* pro ovestiaris forte pronotarius.
* Diabyparus

a forte ovestiaris occidentales II.

Ambaxiatores serenissimi domini imperatoris Graecorum, & domini Patriarchae Constantinopolitani, videlicet dominus Demetrius * pronotarius, Palaeologus Macrotides, venerabilis Isidorus Abbas monasterii sancti Demetrii, & dominus Joannes * Dissipatus, eiusdem imperatoris familiaris, convenientes cum dominis deputatis sacri Concilii, primo exposuerunt, quod si Ecclesiam occidentali placeret, ut haec Synodus Constantinopoli celebraretur, Ecclesia orientalis propriis expensis ibidem conveniret, nec oporteret, ut Ecclesia occidentalis Praelatis orientalis aliquas expensas faceret. Quinimodo ipse dominus imperator, in quibus posset, Praelatis Latinis Constantinopolim venturis subveniret. Sin autem placeret, ut Praelati Ecclesiam orientalem ad terras Latinorum pro praedicta Synodo accederent, necessarium fore propter legitimas causas, ut expensis Ecclesiam * occidentalis subvenirent. Et cum dictis dominis deputatis videretur multis de causis hanc unionem commodius fieri posse in hac civitate Basileensi, ubi actu Concilium congregatum est, saepe ac multum apud ipsos dominos Oratores institerunt, ut hic locus pro hac sancta unione eligeretur, offerentes impensas ad hoc necessarias. Sed ipsi Oratoribus respondentibus, quod cum eorum instructiones limitatae de certis locis per ipsos imperatorem & Patriarcham eis datae sint, non hunc locum eligere qui in ipsis instructionibus nominatus non esset, nomine deputati sacri Concilii cognoscentes sanctam ac perfectam ipsius Concilii intentionem, quae est ut pro honore Dei & profectu Fidei catholicae nullis parcatur laboribus & impensis, iudicant non expedire, ut propter locum duntaxat tantum boeam negligatur. Acceptorunt igitur, si placeat sacro Concilio, unum de lo-

cus inferius nominandis, cum hoc, quod (si aut inferius est conventum) mittantur aliqui vel aliqui ad ipsum dominum imperatorem, Patriarcham, & alios, quibus persuadeant per efficaces rationes, ut in hanc civitatem Basileensem velint assentire. Loca nominata sunt, Calabria, Ancona, vel alia terra maritima, Bononia, Mediolanum, vel alia civitas in Italia: extra Italiam, Buda in Hungaria, Vienna in Austria, & ad ultimum Sabaudia. Convenerunt tamen dicti domini deputati cum ipsis dominis Ambaxiatoribus in his quae sequuntur, si sacro Concilio placeant. Primo dicti Ambaxiatores promiserunt quod ad huiusmodi Synodum convenient imperator Graecorum & Patriarcha Constantinopolitanus, & ceteri tres Patriarchae, & Archiepiscopi, & Episcopi, & alii Ecclesiastici, qui commode venire poterunt. Similiter quod venient ab omnibus regnis & dominiis quae subiciuntur Ecclesiam Graecorum cum plena potestate & mandato vallato juramento & aliis clausulis opportunis, tam ex parte saecularium dominorum quam Praelatorum. Item, quod mittatur unus vel plures Ambaxiatores, ex parte sacri Concilii cum octo millibus ducatorum, pro facienda congregatione Praelatorum Ecclesiae orientalis ad Constantinopolim, quae octo millia expedientur ab ipsis Ambaxiatoribus sacri Concilii, prout ipsi domino imperatori, aut ipsis Ambaxiatoribus sacri Concilii, videbitur. Ita tamen, quod si dicti Praelati nolent Constantinopolim venire, vel, postquam Constantinopolim venerint, nolent ad Synodum praedictam accedere, tunc teneantur dictus imperator reddere dictis Ambaxiatoribus sacri Concilii quidquid pro ea re expenderit. Item, quod Ecclesia occidentalis solvat expensas quatuor galearum grossarum, quarum duae sint de Constantinopoli, & duae aliunde, pro conducendo, dum tempus erit, ad portum nostrum, & reducendo Constantinopolim dominum imperatorem, & Patriarchas, & Praelatos Ecclesiae orientalis cum suis, usque ad numerum septingentarum personarum. Quibus ipsa occidentalis Ecclesia impensas faciet hoc modo: Quia pro expensis ipsius imperatoris & ipsarum septingentarum personarum, a Constantinopoli usque ad portum nostrum ultimum, dabit ipsi imperatori quindecim millia ducatorum. A dicto autem ultimo portu usque ad locum dictae Synodi, & deinde, quamdiu manebunt in Synodo, & usque ad reversionem ipsorum ad Constantinopolim, faciet dicto imperatori cum dictis septingentis personis impensas honestas. Item quod infra decem menses incipiendos a mense Novembris proxime sequenti, teneatur sacrum Concilium mittere duas galeas grossas & duas subtiles versus Constantinopolim cum trecentis balistaribus. Super quibus galeis erunt Ambaxiatores sacri Concilii, & dominus Demetrius * pronotarius, Palaeologus, primus de ipsis Ambaxiatoribus domini imperatoris. Qui quidem Ambaxiatores sacri Concilii habebunt secum quindecim millia ducatorum danda domino imperatori pro expensis suis & Patriarcharum & Praelatorum, ac aliorum venientium usque ad numerum septingentarum personarum, faciendis a Constantinopoli usque ad portum ultimum, ad quem debent applicare, ut supra. Item praedicti Ambaxiatores sacri Concilii, ituri cum praedictis galeis, ordinabunt quod decem millia du-

* pro ovestiaris, forte pronotarius, ad. pronotarius.

ANNO
CHRISTI
1434.* forte de
Putandum.
a F. expen-
sas, H.In Constanti-
nensi Conc.
sess. 39. Et
in proemio
hujus Bulli-
cenis.

ducorum erunt parata ad exponendum, si necessarium fuerit, pro custodia civitatis Constantinopolitane, propter periculum quod posset intervenire a Turcis civitati tempore absentis dicti domini imperatoris, qui pecunias exponetur per aliquem a dictis Ambaxiatoribus sacri Concilii deputandis, prout necessitas fuerit. Item ordinabunt predicti Ambaxiatores sacri Concilii, & expensis duarum galearum subtilium & trecenorum balistariorum pro custodia civitatis Constantinopolitane tempore absentis domini imperatoris, & quod gentes dictarum galearum & ipsi balistarii jurabunt in manibus imperatoris fideliter se habere. Et capitanei eorum sint quos imperator instituerit. Item quod predicti Ambaxiatores habeant expensas duarum galearum grossarum, tot quot expendi consueverunt in armando tales galeas. Item quod hujusmodi Ambaxiatores sacri Concilii ituri cum predictis galeis Constantinopolim nominabunt domino imperatori portum, ad quem ultimo debebit applicare, & locum unum de prænominatis, in quo esse debeat dicta universalis Synodus. Laborabunt tamen cum omni instantia, ut civitas ista Basiliensis eligatur, prout sperandum est. Item quod hoc sacrum Basiliense Concilium interim stabit firmiter in Basilea, nec dissolvetur legitimo impedimento cessante, quo interveniente (quod Deus avertat) pro continuatione sui juxta dispositionem capituli, Frequens, ad aliam civitatem se transferet. Et in casu quod dominus imperator non contentaretur de isto loco, tunc infra mensem, postquam prefatus dominus imperator applicaverit ad dictum portum ultimum, sacrum Concilium se transferet ad unum de predictis locis nominatis per ipsum sacrum Concilium (ut supra dictum est) eligendum. Item quod in omnem eventum predicta omnia utrimque adimpleantur. Item quod predicta omnia sent firmiter modo, & cum majori robore & securitate quo fieri possunt per sacrum Concilium, videlicet per decretum & sub Bulla. Item quod predictis omnibus conclusis & concordatis, ac (ut prænoscitur) firmiter roboratis, summus Pontifex expressum præbeat assensum per suas patentes Bullas. Et quod predicta omnia & singula intelligi debeant bona fide, sine dolo & fraude, & absque impedimento legitimo & manifesto. His omnibus adimpletis, dicunt supradicti Ambaxiatores Græcorum, & promittunt quod omnino venient, etiamsi bellum foret & instaret civitati. Et ob earum omnium rerum confirmationem tradent mandatum prefati imperatoris sub Bulla aurea sacro Concilio, & pro predicto imperatore ipsi & alii jurabunt, scribendo & subscribendo propter firmam & veram fidem, quod fieri debeat cum Deo universalis sancta Synodus, si mors imperatoris non intervenerit, aut impedimentum aliquod manifestum & verum, quod fugi vitarique non possit.

Postremo petitum est ab ipsis Ambaxiatoribus Græcorum, ut exponerent quedam nomina, in eorum instructionibus contenta. Et primo quid intelligunt per verbum, Synodus universalis: responderunt quod Papa & Patriarchæ sint in dicto Synodo per se vel procuratores suos: similiter & alii Prælati sint ibidem vere vel representative, promittentes (ut supra) quod dominus imperator Græcorum &

Patriarcha Constantinopolitanus intererunt personalliter liberi & inviolenti, hoc est, quod unicuique liceat libere dicere iudicium suum sine cujusquam impedimento vel violentia: Sine contentione, hoc est sine contentione rixosa & contumeliosa: non tamen excluduntur disputationes & collationes necessarias, pacificas, honestas, & caritativas. Apostolica & canonica hæc omnia quomodo intelligi debeant, & de modo procedendi in Synodo, remittunt se ad ea que ipsa universalis Synodus clarabit & ordinabit. Item quod imperator Græcorum & eorum Ecclesia habeat honores suos, hoc est quos habebat tempore extortis presentis schismatis, salvo semper iuribus, honoribus, privilegiis & dignitatibus summi Pontificis, & Romane Ecclesie, & imperatoris Romanorum. Et quod si qua dubitatio oriatur, detur declarationi universalis Concilii prefati.

II.

Sequitur tenor mandati dicti imperatoris sub Bulla aurea de Græco in Latinum translato.

Quoniam missi fuerunt ad sacrosanctum Concilium Generale Basiliense nostri & imperii nostri Ambaxiatores, familiaris noster protonotarius Demetrius Palmologus Mavroides, & honorandissimus in sacris monachis Abbas sacri monasterii sancti Demetrii, & familiaris noster Joannes Dissipatus, ad constitutionem a nobis sollicitati Generalis & ecumenici Concilii, pro unione præmeditata Ecclesiarum Christi, & dedimus eis Ambaxiatoribus perfectam & plenam potestatem & bayliam super & in predictis, mandat, diffinit & ordinat imperium nostrum per presens chrysobulum suum, quod omnia & singula illa que ordinaverint, promiserint, juraverint, fecerint, & constituerint per scripturam sive scripturas super predictis prefati nostri Ambaxiatores, reputentur a nostro imperio, & affirmata sint, tanquam si a persona nostra presentialiter facta, ordinata, promissa & jurata forent. Et si contingeret impedimentum aliquod vel mors in aliquo dictorum Ambaxiatorum, tunc quod factum est, & promissum erit per duos ex eis, firmum & validum sit, tanquam si per omnes tres factum foret. Et in robur & firmitatem predictorum, jurat imperium nostrum per juramentum debitum & concedens nobis, tanquam Christiano fideli imperatori, & per orationem & benedictionem sancti mei imperatoris domini & patris nostri felicitis memoris, & per animam meam. Factumque est presens chrysobulum imperii nostri a mundi creationis sexies millesimo nonagesimo quadragesimo secundo, & a Domini nostri Jesu Christi Nativitate millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die undecimo Novembris Constantinopoli in palatio nostro imperiali: Et subscriptum litteris rubeis manu nostra propria more imperiali, cum pendenti aurea Bulla.

ANNO
CHRISTI
1434.Libera &
inviolenta.* proto-
notarius.b) Pio Di-
sybus. H.

ANNO
CHRISTI
1524.

III.

A

IV.

ANNO
CHRISTI
1524.

*Littera Domini Patriarchae Constantinopolitani de
Graeco in Latinum translata sub Bulla
plumba, & est talis.*

*Joseph Dei gratia Archiepiscopus Constantinopolita-
nus, nova Roma universalis Patriarcha, Re-
verendissimi Cardinalibus Romanae Ecclesiae & Re-
verendis Episcopis & omnibus aliis decessis con-
gregatis in Synodo Basileensi, condignam & con-
decoratam mitto vobis omnibus ea qua tenor
caritatis & amicitiae spirituali salutem.*

*In Approd.
Concil. Basil.
c. 90. extat
eadem episto-
la sub nomi-
ne Joannis
Imp. CP. R.*

Litteras reverentiae vestrae recepimus per reve-
rendum Antonium Episcopum Suedensem, &
fratrem Albertum de Crispis, sacrae theologiae
magistrum, Oratores vestros, ex quibus & etiam
relationibus praefatorum bene notavimus opti-
mam dispositionem atque intentionem Deo ama-
bilem, quam vestra reverentia pro tota Chri-
stianitate gerit, specialiter pro nobis, id est
pro unitate Ecclesiae sanctae Christi. Et super
hoc luctati fuimus maxime, quoniam hortami-
ni nos pro illis, pro quibus & nos jamdiu hor-
tati fuimus instanter Ecclesiam Romanam. Mul-
totoles enim scripsimus, & misimus illuc pro uni-
tate praedicta, ut omnibus patet. Tantis au-
tem legationibus ex parte nostra factis, & tanta
solicitudine ostensa, non permiserunt tamen
circumstantiae rerum, ut finem acciperet nostra
voluntas & tractatus. Ad praesens igitur de istis
& eisdem, & consimili & eadem dispositione,
vestrae reverentiae scribimus, quatenus fieri Con-
cilium Oecumenicum sub praesentia omnium per-
sonarum debentium necessario adesse, secundum
antiquum ordinem & consuetudinem, & tale
Concilium fieri canonicum, liberum, inviola-
tum, & simpliciter secundum formas antiquo-
rum Oecumenicorum Conciliorum: & illud om-
ne, quod Deo dante in tali Concilio unanimi-
ter & concorditer conclusum fuerit, hoc firmum
haberi indubitatur & sine contradictione & lite
quacumque Quo omnia dicta fuerunt & con-
cessa, & confirmata a sancta Romana Ecclesia
per plures legationes ad eam nostra parte fa-
ctas Impedita vero fuit istorum conclusio &
effectus propter temporales circumstantias, ut
supra dictum est. Sed quoniam vestra reveren-
tia in praesentia tempore tantam promptitudi-
nem super istis ostendit, per legationem specia-
lem quam fecit pro istis, & hortata fuit nos
litteris & relationibus suorum Oratorum, propter
hoc & nos mittimus Ambaxiatores nostros fami-
liarem imperii protonotarium Demetrium
Palmologum Mmesidem, & honorandissimum
in sacris monachis Abbatem sacri monasterii san-
cti Demetrii Ildorum, & Joannem Dissipa-
tum, per quos petimus & rogamus vestram re-
verentiam, quod ad hoc Deo amabile opus u-
nionis conferatis omnem curam & sollicitudi-
nem, ut fiat & concludatur dictum laudabile
opus, vestris studio & diligentia nostris corre-
spondentibus. Cum vero sint aliqua necessaria
ad hoc & ejus operis executivis, commisimus
de istis praedictis nostris Ambaxiatoribus, qui
vestrae reverentiae latius & clarius omnia rebe-
rent & manifestabant, placeatque vestrae re-
verentiae eisdem plenam fidem adhibere.

Datum in urbe Constantinopoli, millesimo
quadragesimo trigesimo tertio, die decimo-
quinto mensis Octobris.

Concil. General. Tom. XXIX.

Sequitur confirmatio supradictorum capitulorum.

Suprascripta igitur capitula & conventiones
haec sancta Synodus auctoritate universalis Ec-
clesiae praesenti decreto approbat, ratificat &
confirmat, statuitque ac decernit, & pollicetur
ea & eorum quodlibet servare & inconcussa
tenere, ut praemittitur. Quis cum ad incre-
mentum fidei orthodoxae, utilitatemque Ec-
clesiae catholicae, & totius populi Christi-
ani pertinent, omnibus fidem Christi diligen-
tibus, grata plurimum & accepta esse de-
bent. Et quoniam (ut praescriptum est) ipsi
Graeci propter nonnullas causas postulant, ut
sanctissimus dominus Eugenius Papa quartus,
dictis capitulis & conventionibus expresse con-
sentiat, ne propter hoc tantum bonum negli-
gatur, ipsum Eugenium haec sancta Synodus
cum omni caritate obsecrat & deprecatur, ac
per viscera misericordiae Jesu Christi cum
quanta potest instantia exorat ac requirit, ut
in favorem Fidei & Ecclesiasticae unitatis pra-
fatis capitulis & conventionibus Synodali de-
creto approbatis & ratificatis per suas litteras
more Romanae curiae Bullatas expressum al-
sensus praestet.

Datum in sessione publica, in Ecclesia ma-
jori Basileensi solemniter celebrata, septimo
Idus Septembris, anno a Nativitate Domi-
ni millesimo quadragesimo trigesimoquar-
to.

V.

*Aliud decretum de Judaeis & neophytis in eadem
 sessione promulgatum.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
 Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
 moriam.*

S Alvaloris nostri Jesu Christi sequens vesti-
gia haec sancta Synodus illud gerit potissi-
me in visceribus caritatis, ut omnes evangeli-
cam veritatem agnoscant, & in ea, postquam
agnoverint, fideliter perseverent. Proinde, ut
Judaei aliique infideles ad orthodoxam con-
vertantur Fidem, quique ad ipsam conversi fuerint
in illa constanter permaneant, his salubribus
institutiis providere decernens, in primis statuit,
ut omnes dioecesani quosdam in litteris divinis
bene eruditos aliquot vicibus annuatim depu-
tent in locis, ubi Judaei aut alii infideles de-
gunt, ad praedicandum & explanandum tali-
ter catholicam Fidei veritatem, ut ipsi infideles
qui audiunt, suos valeant errores recognosce-
re. Ad quam praedicationem sub poenis tam
commercii per fideles illis interdicendi, quam
aliis ad hoc opportunis ipos infideles cu-
noscumque sexus in annis discretionis con-
stitutos accedere compellant. Ipsi autem dio-
cesani ac praedicantes ita se erga illos propi-
tios ac caritate plenos exhibeant, ut non so-
lum propalatione veritatis, sed & aliis huma-
nis officiis ipsos Christo lucrifaciant. Christia-
nos autem cuiuscumque dignitatis aut status,
quomolibet impediens, ne Judaei ad hujus-
modi praedicationem conveniant, aut arcean-
tur, notam favoris infidelitatis incurrere ipso
satis

G

satis

*proceve-
narium*

*a Pro. Dis-
pulum.*

ANNO
CHRISTI
1010.* forte quo
majorum

facto decernit. Ut autem hæc prædicatio eo-
rum sit fructuosior, quod prædicantes linguarum
habuerint peritiam, omnibus modis servari
præcipimus constitutionem editam in Conci-
lio Viennensi, de duobus docere debentibus in
studii ibidem expressis linguis Hebraicam,
Arabicam, Græcam, & Chaldaeam: quæ ut
efficacius observetur, rectores ipsorum studio-
rum inter alia, quæ in assumptione rectoratus
jurant, hoc etiam addi volumus, operam se
pro ipsius constitutionis observatione daturos.
In Conciliis etiam istarum provinciarum, in
quibus hujusmodi studia constituta sunt, om-
nino disponatur, ut hi, qui prædictas linguas
docturi sunt, stipendia debita percipere valeant.
Sacros insuper canones renovantes, præcipimus
tam diocesanis, quam potestatibus seculari-
bus, ut modis omnibus prohibeant, ne Judæi
aut alii infideles, aut Christianos, aut Chri-
stianas in familiares, seu servientes, aut filio-
rum suorum nutrices, habeant, ac ne Chri-
stiani cum ipsis in eorum festivitatibus, nu-
ptiis, & conviviis, aut balneis, seu nimia con-
versatione communicent, aut medicos, vel
matrimoniorum proxenetas, seu aliorum con-
tractuum mediatores de publico constitutos as-
sumant, nec aliis publicis præponant officiiis,
aut ad gradus quoscumque scholasticos admit-
tant, nec eis locentur prædia, vel alii reddi-
tus Ecclesiastici. Prohibeantur etiam libros Ec-
clesiasticos, calices, cruces, & alia Ecclesia-
rum ornamenta, sub pœna perditionis rei eme-
re, aut pignori sub pœna amissionis pecuniarum
mutuatæ accipere. Sub gravibus quoque pœ-
nis cogantur aliquem deserere habitum, per
quem a Christianis evidenter discerni possint.
Quorum ut evitetur nimia conversatio, in ali-
quibus civitatum & oppidorum locis a Chri-
stianorum cohabitatione separatis habitare com-
pellantur, & ab Ecclesiis longius quantum
ferri potest. Nec diebus Dominicis & aliis
solemnibus festivitatibus apothecas apertas te-
nere, vel in publico laborare præsumant.

VI.

De his qui volunt ad Fidem converti.

Si quis eorum ad Fidem catholicam conver-
ti voluerit, bona sua, quæcumque habet mo-
bilia & immobilia, ei intacta illa que perman-
neant. Quod si hujusmodi bona ex utra aut
illucito quæstu fuerint acquisita, ac notæ sint
personæ, quibus foret de jure restitutio faci-
enda, (quia non dimittitur peccatum, nisi
restituatur ablatum) illis restitui omnino oportet.
His vero personis non extantibus, quia
talita per manus Ecclesiæ in pios essent usus
convertenda, hæc sancta Synodus vicem gerens
universalis Ecclesiæ, in favorem concedit sus-
cepti baptismatis tanquam in pium usum apud
ipsum remanere debere, sub pœna divini ana-
thematis tam Ecclesiasticis quam secularibus
interdicens, ut nullam super his, quovis qua-
sito colore, molestiam inferant aut inferri
patiantur, sed magnum se fecisse lucrum exi-
stiment, dum tales Christo lucrati fuerint.
Et quoniam (ut scriptum est) qui habuerit
substantiam mundi hujus, & viderit fratrem
suum necessitatem habere, & clausit viscera
sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in ipso?
Si ipsi conversionis tempore inopes, aut ludi-

1. 7om.

gentes fuerint, per viscera misericordiæ Dei
omnes tam Ecclesiasticos quam seculares hæc
sancta Synodus exhortatur, ut ipsi conver-
sus manus porrigant adjuvantes. Ipsi quoque die-
cesani non solum Christianos ad subvertendum
illis exhortentur, sed tam de redditibus Ec-
clesiarum, prout poterunt, quam de his quæ
ad pauperum usum per ipsos convertenda devo-
luntur, hujusmodi neophytos sustentare non
negligant, ipsosque a detractionibus, contume-
liis, paterna affectione defendant. Et quo-
niam per gratiam baptismi claves sanctorum &
domestici Dei efficiuntur, longæque dignius sit
regenerari spiritu, quam nasci carne, hæc edi-
ctali lege statuimus, ut civitatum & locorum,
in quibus sacro baptisinate regenerantur, pri-
vilegiis, libertatibus & immunitatibus gaudeant,
quæ ratione duntaxat nativitatis & originis
alii consequuntur. Curent insuper sacerdotes
baptizantes, & hi qui de sacro fonte susci-
piunt, tam ante baptismum quam post, illos
in articulis Fidei ac legis novæ præceptis, ca-
tholicæque Ecclesiæ ritibus diligenter instruere.
Et tam ipsi quam diocesanis operam dent, ne
cum Judæis seu infidelibus, saltem per longum
tempus, penitus conversentur, ne, sicut novi-
ter contingit ab infirmitate curatis, modica
ocasio ad pristinam perditionem recidivos
efficiat. Et quoniam, experientia teste, mu-
tuam inter se neophytorum conversationem
ipsum in Fide nostra fragiliores reddere, ac sa-
luti ipsorum plurimum officere compertum
est, exhortatur hæc sancta Synodus locorum
ordinarios, ut quantum pro incremento Fidei
viderint expedire, curent & studeant neo-
phytos ipsos cum originariis Christianis matri-
monio copulare. Prohibeatur & his neophytis
sub gravibus pœnis, ne mortuos more Ju-
dæorum sepeliant, aut sabbata aliasque so-
lemnitates & antiquæ sectæ ritus quoquo
modo observent. Sed & Ecclesias & prædica-
tiones nostras, prout alii catholici, frequen-
tent, & in omnibus se Christianorum mori-
bus conformes reddant. Contemptores autem
prædictorum, per sacerdotes in quorum Pa-
rochiis sitii sunt, aut alios ad quos de jure
vel antiqua consuetudine de talibus inquire-
re spectat, ac etiam per alios quoscumque,
diocesanis, seu inquisitoribus hæreticæ pravi-
tatis deferantur: & invocato, si opus fuerit,
auxilio brachii secularis, per eos taliter pun-
iantur, quod & aliis transeat in exemplum.
De his omnibus in Conciliis provincialibus &
Synodalibus diligens fiat inquisitio, & tam
extra Episcopos & sacerdotes in præmissis ne-
gligentes, quam ipsos neophytos & infideles
prædictorum contemptores, opportunum ad-
hibeatur remedium. Si quis autem, cujuscum-
que gradus vel præminentie, hujusmodi neo-
phytos, ne ad observationem ritus Christiani,
seu alicujus præmissorum compellantur, so-
veat atque defendat, pœnas contra fautores
hæreticorum promulgatas incurrat. Neophy-
ti vero si se corrigere post canonicam moni-
tionem neglexerint, quin ad vomitum judai-
zantes redire comperti sint, contra eos tan-
quam peridos hæreticos secundum sacrorum ca-
nonum instituta procedatur. Si qua vero ipsis
Judæis vel infidelibus indulta seu privilegia per
quoscumque Ecclesiasticos seu seculares cujus-
cumque status seu dignitatis, etiam si papalis
vel imperialis existant, concessa jam sint, vel
in futurum concedi contingat, vergentia quo-
quo

ANNO
CHRISTI
1010.

* edita.

ANNO
CHRISTI
1535.

quo modo in detrimentum catholice Fidei, aut nominis Christiani, seu quorumcumque præsens, hæc sancta Synodus cassæ & irrita esse decernit, decretis & constitutionibus Apostolicis ac Synodalibus, quæ super præmissis condita sunt, in suo robore duratura. Et ut huiusmodi sanctæ constitutionis ipsius memoria habeatur, & ut ne quisquam ipsius ignorantiam prætereundum possit, iubet hæc sancta Synodus, ut per singulas cathedrales & collegiatas Ecclesias, aliaque pia loca, in quibus uberior est fidelium concursus, semel in anno ad minus infra divinum promulgetur.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ Synodi, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata, septimo Idus Septembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimoquarto.

S E S S I O XX.

I.

ANNO
CHRISTI
1535.

Decretum de concubinariis in sessione vigesima promulgatum.

Sacrosancta Basiliensis, Generalis Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

TANTO sumus ad concedendum petentibus laudabili per nos ordinatione statuta & decreta sub forma authentica proniores, quanto ex hoc statutis & decretis huiusmodi circa eorum observationem valeat fides certior adhiberi. Hinc est quod nos tenorem constitutionum inferius descriptarum, per nos dudum editarum & in sessione publica per nos in majori Ecclesia Basiliensi Undecimo Kalendas Februarii, anno Domini millesimo quadringentesimo trigésimoquinto celebrata publicatarum, & apud acta nostra de mandato nostro descriptarum, ad dilectorum Ecclesiarum filiorum, &c. N. & N. qui tenores huiusmodi se in iudicio & extra asserunt indigere, supplicationis Instrumentum de actis ipsæ extrahi & præsentibus annotari fecimus, quæ sequuntur in hæc verba: Quicumque clericus, cuiuscumque status, conditionis, religionis, dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius præmiæ existeret, qui post huius constitutionis notitiam, quam habere præsumatur, per dies menses post publicationem ejusdem in Ecclesiis cathedralibus, quam ipsi diocesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarium, a perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suos superior in fabricam vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat: nec non & huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse intuerit, mox suis superior monere teneatur, ut infra brevissimum terminum concubinam dimittat. Quam si non dimiserit, vel dimissam aut etiam publice resumpserit, iubet hæc sancta Synodus ut ipsam suis omnibus beneficiis omnino privet. Ex nihilo minus hi publici concubinarij, usquequo cum eis per suos superiores post ipsarum concubinarum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque bonorum,

Cancil. General. Tom. XXIX.

A dignitatibus, beneficiorum vel officiorum sunt inhabiles. Qui si post dispensationem recidivo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, siue spe alicujus dispensationis ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quod si hi, ad quos talium correctio pertinet, eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quam in illos pro concubinato, modis omnibus digna punitione animadvertant. In Conciliis etiam provincialibus & Synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pœna severiter procedatur. Et si hi, quorum destitutio ad summam Pontificem spectat, per Concilia provincialia aut suos superiores propter publicum concubinatum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitionis ipsi summo Pontifici deferantur. Eadem diligentia & inquisitione in quibuscumque capitulis Generalibus & provincialibus quoad suos servetur, pœnis aliis contra prædictos & alios non publicos concubenarios statutis in suo robore permanens. Publici autem intelligendi sunt non solum hi quorum concubinatus per sententiam aut confessionem in iure factam, seu per rei evidentiam, quæ nulla possit tergiversatione celari, notorius est, sed qui mulierem de incontinentia suspectam & infamam tenet, & per suum Csuperiorem admonitus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam regionibus nonnulli jurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniarios questus a concubinariis percipere non erubescunt, patiendo eos in tali scelerate sordescere: sub pœna maledictionis æternæ præcipit, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alicujus questus, talia quovis modo tolerant aut dissimulent: alioquin ultra præmissam negligentis pœnam, duplum ejus quod propterea acceperint, restituere ad pios usus omnino teneantur & compellantur. Ipsas autem concubinas, seu mulieres suspectas, Prælati modis omnibus curent a suis subditis etiam per brachij secularis auxilium, si opus fuerit, penitus arcere: qui etiam ex tali concubinato procreatos filios apud patres suos cohabitare non permittant. Iubet insuper hæc sancta Synodus, ut etiam in prædictis Synodis & capitulis hæc constitutio publicetur, & quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter. Injungat præterea omnibus secularibus viris, etiam si regali præfulgeant dignitate, ne ullum qualecumque querito inserant impedimentum, quocumque querito colore, Prælati qui ratione sui officii adversus suos subditos pro huiusmodi concubinato procedunt. Et cum omne fornicationis crimen lege divina prohibitum sit, & sub peccati mortalis pœna necessario evitandum, monet omnes laicos tam uxoratos quam solutos, ut similiter a concubinato abstineant. Nimis enim reprehensibilis est qui uxorem habet, & ad alienam mulierem accedit: qui vero solutus est, & continere voluit, juxta Apostoli consilium, non ducat. Pro hujus autem divini observationis præcepti, hi, ad quos pertinet, tam secularibus moribus quam aliis canonicis remediis omni studio laborent.

ANNO
CHRISTI
1535.

ANNO
CHRISTI
1531

II.

*De excommunicatis non vitandis certo modo
non vocatis.*

Ad vitandum scandala & multa pericula, subveniendumque conscientis timoratis, statuit etiam quod nemo deinceps a communione alicujus in sacramentorum administratione vel receptione, aut aliis quibuscumque divinis, vel extra, pretextu cupulcumque sententiae aut censuræ Ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis, ab homine vel a iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Ecclesiasticum observare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi, fuerit in vel contra personam, collegium, universitatem, Ecclesiam aut locum certum aut certam, a iudice publicata vel denunciata specialiter aut expresse: aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam incidisse, quod nulla potest tergiversatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari. Nam a communione illius abstinere vult juxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendit in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.

Ecclesia
licet.

revelare.

III.

*De interdictis non iociter pœnalit.*Indiferentia
1531.

Quoniam ex indilicreta interdictorum promulgatione multa consueverunt scandala evenire, statuit hæc sancta Synodus, quod nulla civitas, oppidum, castrum, villa, aut locus, Ecclesiastico supponi possint interdicto, nisi ex causa, seu culpa ipsorum locorum aut domini seu rectorum vel officialium. Propter culpam autem, seu causam alterius cupulcumque privatae personæ, huiusmodi loca interdicti nequaquam possint auctoritate quacumque ordinaria vel delegata, nisi talis persona prius fuerit excommunicata ac denunciata, seu in Ecclesia publicata, ac domini seu rectores vel officiales ipsorum locorum, auctoritate iudicis requisiti huiusmodi personam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non egerint, aut ad satisfaciendum compulerint: qua etiam post biduum egesta, recedente vel satisfaciente, mox divina referri possint. Quod etiam in pendentibus locum habeat.

regni sui.

babebit.

IV.

Contra frivole appellantes.

Ut lites citius terminentur, super eodem gravamine, aut super eodem interdictoria vim diffinitivam non habente, nullatenus liceat secundo appellare. Quodque ante diffinitivam frivole vel iniuste appellans, ultra condemnationem expensarum, damnorum, & interesse, in quindecim florenis auri de camera parti appellatæ per appellationis iudicem condemnentur. Datum in sessione publica ipsius sanctæ Synodi, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata, undecimo Kalendas Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo quinto.

V.

Requisitio.

Letus & promunitatis superscriptis decretis de mandato sacri Concilii per reverendum patrem dominum Episcopum Lectorem, inclitæ nationis Gallicanæ, ipse reverendus pater dominus Lectorensis Episcopus requisivit, omnes dominos Archiepiscopos & Episcopos in Concilio & sessione prædicta presentes, ut prædicta decreta, præsertim de concubinariis, mittant ad Ecclesias suas, & faciant solemniter publicari. Item quod Archiepiscopi hic existentes mittant suffraganeis suis absentibus, quod similiter publicent. Item Prælati qui sunt ex parte alicujus regni intiment Prælati absentibus. Item quod procuratores Archiepiscoporum & Episcoporum intiment ista suis dominis.

S E S S I O XXI.

I.

De amatis.

Sacrosanctæ Basiliensæ Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalium Ecclesiarum representans, ad perpetuum rei memoriam.

IN nomine Spiritus sancti paracleti statuit hæc sancta Synodus, quod tam in curia Romana quam alibi, pro seu in confirmatione electionum, admissione postulationum, presentationum provisione, collatione, dispositione, electione, postulatione, presentatione, etiam a laicis faciendæ, institutione, installatione, & investitura, de Ecclesiis etiam cathedralibus & metropolitanis, monasteriis, dignitatibus, beneficiis, officiisque Ecclesiasticis quibuscumque, nec non ordinibus sacris & benedictione ac pallio, de cetero nihil petitus ante vel post exigatur ratione litterarum Bullæ sigilli, annatarum communium, & minorum servitorum, primorum fructuum, de portuum, aut sub quocumque alio titulo, colore, vel nomine, pretextu cupulvis consuetudinibus, privilegiis vel statuti, aut alia quavis causa vel occasione; directe vel indirecte, solum scriptoribus, abbreviatoribusque & registratoribus litterarum seu minutarum, pro ipsorum labore competentem salario solvendo. Huic autem sacro canoni si quis exigendo, dando, vel promittendo contraire præsumpserit, peccatum incurrat adversus sanctissimam ecclesiam, & ipsis dignitatibus ac beneficiis taliter obtentis nullum jus ac titulum acquirat. Obligaciones quoque, promissiones & censuras ac mandata, & quidquid in præjudicium decreti huius saluberrimi fieri contingerit, nullas obtinere vires atque irrita crascentur. Et si (quod absit) Romanus pontifex, qui par ceteris universalium Conciliorum exequi & custodire canones debet, adversus hanc sanctionem aliquid faciendū Ecclesiam scandalizet, Generali Concilio deferatur. Ceteri vero pro modo culpa juxta canonicas sanctiones per suos superiores digna ultione puniantur.

II.

ANNO
CHRISTI
1542.

ANNO
CHRISTI
1542.

II.

De pacificis possessoribus.

Quicumque non violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice & sine lite Prelaturam, dignitatem, beneficium, vel officium triennio proximo hactenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit postea in petitorio vel possessorio a quoquam etiam ratione juris noviter impetrari, molestari, excepto hostilitatis casu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari, & juxta Concilium Viennense illud latimare teneatur. Lis autem hoc casu quoad futuras controversias intelligatur, si ad executionem citationis, jurisque sui in judicio exhibitionem, ac terminorum omnium observationem, processum fuerit. Ordinarii autem diligenter inquirent, ne quis sine titulo beneficium possideat. Quod si talem quandocumque repererint, declarent jus illi non competere, vel huic (si sibi videatur) nisi sit intrusus, seu violentus, aut alias indignus, vel alteri idoneo provideant.

III.

Quando divinum officium in Ecclesia celebrandum sit.

Si quis principem saculi rogatus, habitu honesto, gestu decenti, prolatione non principi, sed distincta, attenta quoque mente, scilicet ac verba studeat componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, hanc "omnino facere" curare debet? Statim igitur sancta Synodus, ut in curiis cathedralibus ac collegiatis Ecclesiis, horis debitis, signis congrua pullatione praesumptis, laudes divinas per singulas Horas non cesset ac festinanter, sed "aliam ac tractam, & cum pensa decenti, praesertim in medio capitulibus versicali psalmodum, debitam faciendo inter solennes ac seriales officium differentiationem, reverenter ab omnibus persolvantur. Horas canonicas distari, cum tunica talari ac superpellicis mundis ultra medias tibias longis vel capillis, juxta temporum ac regionum diversitatem, Ecclesias ingrediantur, non crispatis, sed almeas vel birreta tepentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravitatem servant, quam & locus & officium exigunt; non insimul aut cum aliis confabulantes seu colloquantes, aut litteras seu scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conveniant, juncta ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, praesertim qui majori funguntur honore, in psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulantur. Cum dicitur, Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto, omnes confurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Jesus, in quo omne genus floretur,

omnis curabit.

adversus fidem.

Philipp.

A caelestium, terrestrium, & infernorum, omnes caput inclinent. Nemo ibidem, dum Hora in communi publice cantantur, legat vel dicat privatim officium: nam non solum obsequium, quo obnoxius est, choro subtrahit, sed alios psallentes perturbat. Super his debite observandis, aliisque ad divini officii prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus, decanus, vel cui onus incumbit, diligenter invigilet, hinc inde, ne quid inordinate fiat, circumspiciens. Horum autem transgressores, illius Hora in qua circa praedicta excesserint, vel alia maiori, prout transgressionis gravitas exigit, pledeantur poena.^b

IV.

Quo tempore quisque debet esse in choro.

Qui in Matutinis ante finem psalmi, Venite exultemus, in altis Horis ante finem primi psalmi, in missa ante ultimum Kyrie eleison, usque in finem divino officio non interfuerit nisi forte necessitate cogente ac petita & obtemperata a presidente chori licentia discedere oporteat, pro illa Hora abiens censetur, salvo Ecclesiarum consuetudinibus, si quis forte circa hoc arduos existat. Idem in his observetur, qui a principio usque in finem in processionibus non permanerint. Pro cuius executione deputetur aliquis, onus habens notandi personas singulas statuto tempore non convenientes, juramento adstrictus agere sollicitus, & nulli parcere. Jabet etiam hanc sancta Synodus, quod in illis Ecclesiis, in quibus singulis Horis certis distributiones statum non sunt, omnino etiam de grossis fructibus (si opus sit) deputentur, ut juxta mensuram laboris plus minusve quisque capiat emolumentum, tollens prorsus abusum illum, quo in una dumtaxat hora praesens totius diei distributiones usurpat, & illum quo praepositi, vel decani, aut alii officiales, ex hoc solum quod officiales sunt, licet actualiter pro utilitate Ecclesiae non absum, quotidianas distributiones praecipiant.

V.

Qualiter Hora canonica extra chororum dicenda sit.

Quoscumque etiam alibi beneficiatos, seu in sacris constitutos, cum ad Horas canonicas teneantur, admonet hanc sancta Synodus, si orationes suas Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture, vel inter dentes, seu deglutendo aut syncopando dictiones nec colloquia, vel rursus intermiscendo, sed sive soli, sive alliciat, diurnum nocturnumque officium reverenter verbisque distinctis peragant, ac tali in loco, unde a devotione non retrahantur, ad quam se disponere & preparare debent, juxta

(a) Illa quod ante erat nostri diebus in Ecclesia Parisiensi hujus Confederationis observantia, ut etiam cum devoto suo particulari intentione quod sequitur distincte observaretur.
Ibidem debet dicitur hunc esse ad partem in libro vel Breviario suo. Alia licet decano, vel Cantori librum collato a monachis illius monasterii, sed nec hunc legere claudis vel aperire.
Quod ad futuram prosecutionem vel memoriam, ut cetera Ecclesia non saeculari quam regulari, si qua fortassis non observant, ad observantiam consuetudinum consuetorum acceptum est.
Ex Martyr. Edit. Parisiensi anno 1526, in quarto per Joannem Marnorum.
Vide Fabricium Bibl. Med. Tom. IV. pag. 107. & Tom. VI. pag. 307. edit. Paris. 1714.
(b) Servis tamen laudabilibus consuetudinibus. Servis, ac observantibus spectatibus Ecclesiarum singularum legi, & delictantur. Ex Martyr. edito Parisiensi anno 1526. sup. cit.

ta id quod scriptum est: *Ante orationem pra-*
para animam tuam, ut sis quasi qui tentat
Deum.

ANNO
CHRISTI
1015
Scrip. 18.

VI.

De his qui tempore divinarum vagantur per
Ecclesiam.

Quicumque in Ecclesia beneficiatus; praefer-
tim de majoribus, divinarum tempore per Ec-
clesiam vel foris circa ipsam deambulando,
aut cum aliis colloquendo, vagari visus fue-
rit, non solum illius Hora, sed totius diei
praesentiam ipso facto amittat. Qui si semel
correctus non desisterit, per mensura distribu-
tionibus careat, vel graviori (si pertinacia exe-
gerit) poena subiacrat, ita ut tandem desi-
sere cogatur. Prohibeatur etiam ne divina
officia tumultuosi quorumcumque per Ecce-
lesiam discursus impediant aut perturbent. Re-
gulares qui in conventualibus Ecclesiis circa
praedicta excesserint, gravi poena superioris
arbitrio castigentur.

De regulari-
bus
superiorum.

VII.

De tabula pendente in choro.

Ut cuncta in domo Dei ordinate procedant,
& quilibet sciat quod sibi agendum imminet,
statuatur tabella aliqua continens pendens in
choro, in qua quid per unumquemque ex
canonicis, vel aliis beneficiatis, in singulis
Horis per hebdomadam aut majus tempus,
legendum cantandumve sit scribatur. Qui au-
tem secundum quod ibi descriptum fuerit fa-
cere per se vel alium neglexerit, pro quolibet
Hora distributiones unius diei amittat.

VIII.

De his qui in missa non complent Credo, vel
cantant cantilenas, vel nimis basse missam
legunt, aut sine ministro.

Abusum aliquarum Ecclesiarum, in quibus
Credo in unum Deum, quod est symbolum &
confessio Fidei nostrae, non complete usque ad
finem cantatur, aut praefatio seu oratio Do-
minica omittitur, vel in Ecclesiis cantilenae
seculares voce admiscuntur, seu missa etiam
privata sine ministro, aut (1) per secretas
orationes ita submissa voce dicitur, quod a
circumstantibus audiri non potest, abolentes,
statuimus ut qui in his transgressor inventus
fuerit a suo superiore debite castigetur.

IX.

De pigrioribus cultum divinum.

Abusum etiam istum cultui divino manifeste
derogantem, quo nonnulli Ecclesiarum cano-
nici contrahentes debita, sic se creditoribus
obligant, ut, nisi statuto tempore satisfaciunt,
a divinis cessetur officiis, abolentes, &
obligationem huiusmodi, etiam si iurejurando
firmata sit, irritam decernentes, statuimus ut

a. p. collect.
M.

A qui talem illicitum contractum fecerint triam
mensium fructus ipsi Ecclesiam applicandos ipso
facto amittant. Et quomodo divina non re-
sumperint, nullus ex ipsa Ecclesia proventus
percipiant.

X.

De tenentibus capitula tempore missae majoris.

Prohibet haec sancta Synodus, ut tempo-
re missae majoris, praesertim solemnibus die-
bus, capitula seu actus capitulares, aut alii
tractatus, per canonicos non celebrantur, ni-
si forte urgent & evidens ingrueret necessitas.
Qui vero ad talem Horam capitulum indige-
rit, a distributionibus quotidianis per hebdo-
madam sit suspensus, neque ipsi canonici pro
Hora illa distributiones ipsas lucentur.

XI.

De spectaculis in Ecclesia non faciendis.

Turpem etiam istum abusum in quibusdam
frequentatum Ecclesiis, quo certis anni cele-
britatibus nonnullis cum mitra, baculo, ac
vestibus pontificalibus more Episcoporum bene-
dicunt, alii ut reges ac duces induti, quod
festum satuorum vel innocentium, seu puer-
rum, in quibusdam regionibus nuncupatur,
alii larvales & theatrales jocos, alii choreas
& tripudia marium ac mulierum facientes ho-
mines ad spectacula & cachinnationes movent,
alii comestiones & convivia ibidem prepa-
rant: haec sancta Synodus detestans, statuit
& jubet tam ordinatis, quam Ecclesiarum de-
canis & rectoribus, sub poena suspensionis om-
nium proventuum Ecclesiasticorum triam men-
sium spatii, ne hac aut similia ludibria, ne-
que etiam mercantibus seu negotiationibus nudi-
narum in Ecclesia, quae domus orationis esse
debet, ac etiam coemeterio exerceri amplius
permittant, transgressoresque per censuram Ec-
clesiasticam, aliaque iuris remedia punire non
negligant. Omnes autem consuetudines, sta-
tuta ac privilegia quae his non concordant cir-
ca haec decreta, nisi forte majores adhaerent
poenas, irritas esse haec sancta Synodus de-
cernit.

Datum in sessione publica in Ecclesia ma-
jori Basilicensi solemniter celebrata, die Jo-
vis nona mensis Junii, anno a Nativitate Do-
mini millesimo quadringentesimo trigesimo
quinto.

S E S S I O XXII.

*De condemnatione libelli fratris Augustini de Ro-
ma archiepiscopi Nationis.*

Sacrosancta Generalis Synodus Basilicensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalium
Ecclesiarum representans, ad perpetuam rei me-
moriam.

CUM inter cetera pietatis opera ad confes-
sionem vanae Fidei catholicam veritatem, extir-
pandosque errores & haereseis, haec sancta Sy-
no-

(1) Legendum proter, cum optimis MSS. & veteribus editionibus; ut adnotavit in Brun, in Missis explicat. Tom.
II. Dissert. XV.

ANNO
CHRISTI
1481.

ANNO
CHRISTI
1481.

modus potissime convenerit, nostris sollicitudinis precipua studium est, illico ut pullulare aliquid noverimus, quod Fidei Christianae paritatem offendere, & splendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obubilare possit, penitus rescindere, agrumque Dominicum a noxiis zizanias & vepribus cum omni diligentia expurgare. Proinde libellum quemdam editum a magistro Augustino, vulgariter dicto de Roma, Archiepiscopo Nazareno, cujus primus tractatus de sacramento unitatis Jesu Christi & Ecclesiae, sive de Christo integro intitulatur; secundus de Christo capite, & eius inextinguibili principatu: alius de caritate Christi circa electos, & eius infinito amore, tanquam non sanam & erroneam in Fide doctrinam continentem, cum suis defensoriis damnat & reprobat. Et potissime scandalosam illam assertionem, erroneam in Fide, in ipso libello contentam, quam pia fidelium aures sine horrore audire non possunt, videlicet: Christus quotidie peccat, & ex quo fuit Christus quotidie peccavit, quamvis de capite Ecclesiae Christo Jesu salvatore nostro dicat se non intelligere, sed ad membra sua, quae cum Christo capite unum esse Christum asseruit, intelligentiam ejus esse referendam dicat. Nec non & propositiones istas, & eis in sententia similes, quas in articulos damnatos in sacro Constantiensi Concilio incidere declarat, videlicet: Non omnes fideles justificati sunt membra Christi, sed soli electi, finaliter in perpetuum regnaturi cum Christo. Secundum ineffabilem praescientiam Dei sumuntur membra Christi, ex quibus constat Ecclesia, quae tamen non constat nisi ex eis qui secundum propositum electionis vocati sunt. Non sufficit Christo uniti vinculo caritatis, ut aliqui efficiantur membra Christi, sed requiritur alia visio. Has etiam quae sequuntur: Humana natura in Christo vere est Christus. Humana natura in Christo, est persona Christi. Ratio suppositalis determinans humanam naturam in Christo non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Natura humana in Christo procul dubio est persona Verbi: & Verbum in Christo natura assumpta, est realiter persona assumens. Natura humana assumpta a Verbo ex unione personali, est veraciter Deus naturalis & proprius. Christus secundum voluntatem creatam tantum diligit naturam humanam unitam personae Verbi, quantum diligit naturam divinam. Sicut dum personae in divinis sunt aequaliter diligibiles, ita dum natura in Christo, humana & divina, sunt aequaliter diligibiles propter personam communem. Anima Christi videt Deum tam clare & intense, quantum clare & intense Deus videt seipsum. Quas quidem propositiones, & alias ex eadem radice procedentes, in praedicto libello contentas, tanquam erroneas in Fide, damnat & reprobat haec sancta Synodus. Ne igitur per hujusmodi doctrinam in errorem quempiam fidelium prolabi contingat, districte praecipit ne quisquam praefati libelli doctrinam, & praesertim suprascriptas propositiones (ut praemittitur) damnatas & reprobatas, ac etiam ejus tractatus defensorios, docere, praedicare, defendere aut approbare praesumat. Eos autem qui secus egerint, tanquam haereticos, & alias animadversione canonica puniendos decernit. In mallo autem per haec derogare intendit di-

ctis aut scriptis sanctorum doctorum in praenominatis materiis loquentium, quinimmo ea recipit & amplectitur juxta eorum veram intelligentiam per eos aut alios catholicos doctores in theologica schola communiter expositam & declaratam. Nec per hanc sententiam personam praefati auctoris praedjudicare intendit haec sancta Synodus: quia etsi debite vocatus fuerit, causas tamen absentis allegavit, & in aliquibus suis scriptis & alias doctrinam suam determinationi Ecclesiae submisit. Ceterum haec sancta Synodus mandat & praecipit omnibus Archiepiscopis, Episcopis, cancellariis universitatum, & Inquisitoribus haereticarum pravitatis, ad quorum spectat officium, quatenus diligentiam solentem adhibeant, & provideant, ne aliquis dictos librum & libellos defensorios habeat, aut praesumat penes se conservare, aut tenere, immo ipsos praedictis assignare habeat, ut de illis faciant prout jura disponunt: alias contra tales canonica animadversione procedatur.

Datum in sessione publica in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata Idibus Octobris, Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto.

S E S S I O XXIII.

I.

De electione summi Pontificis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

QUONIAM salus populi pastor bonus, merito hanc sanctam Synodum, quantum pro humanae legis fieri potest industria, niti decet ut Romanus Pontifex, qui gregis Domini primus & summus est pastor, talis fiat, talisque perseveret, qui cunctarum animarum salutem ac totius Christiani orbis utilitati provideat, & tanto officio digne satisfaciat: proinde constitutiones tam sacrarum Conciliorum, quam summorum Pontificum, super Romani electione Pontificis editas, innovans haec sancta Synodus, & eis quaedam salubria adiciens, statuit ut, quotiescumque sedem Apostolicam vacare contigerit, sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales praesentes in loco, quo summi Pontificis electio celebranda est, decima die postquam sedes vacaverit, omnes in cappellam aliquam vel locum prope conclave conveniant. Inde praecedente Cruce bini cum devotione cantando, Veni creator Spiritus, incedentes, locum conclavis ingrediantur: quo non nisi duos familiares necessarios quilibet introducat. Ceremoniarum autem gratia duo clerici, quorum saltem unus sit notarius, etiam admitti possint. Camerarius vero cum his quibus conclavis custodia commissa fuerit curet ne quis praeter praedictos conclave ingrediatur. Ipse autem post ingressum Cardinalium, clausis foribus, cum deputatis intret, & singulorum Cardinalium cellas diligenter perquirat. Exceptisque infirmorum aut debiliu medicinalibus, si qua ibidem vidualia vel confectioes reperiantur, amoveat. Exiens inde, claudensque conclavis officium, custodiam solite observet, ac singulis diebus cibaria quae Cardinalibus deseruntur ac.

per. etc.
inductum.

ANNO
CHRISTI
1136.
promulga-
to in

accurate perquirat, nec introfari permittat, A
nisi quod pro moderata refectione necessarium
videatur, decretis huius sacri Concilii, * quae
promulgantur in quarta & septima sessionibus,
in suo robore firmiter permanentis. Sequenti
die Cardinales omnes coram his qui in con-
clavi fuerint, audita missa de sancto Spiritu,
sacram sumant Eucharistiam. Et antequam
scrutinium inchoent, antepositis sanctis Evan-
geliis, iurent super hac forma: Ego N. talis
Cardinalis iuro & promitto omnipotenti Deo
Patri, & Filio, & Spiritui sancto, ac Beato
Petro Apostolorum principi, eum eligere in
Pontificem, quem credam Ecclesiae universali
in spiritalibus & temporalibus utilem, & tan-
tae dignitati idoneum; nec illi vocem dare
quem verisimiliter scivero promissione aut da-
tione alicujus rei temporalis, seu prece per se
vel alium interposita, aut alias qualitercum-
que directe vel indirecte, pro se electionem
procurare, electoque in Pontificem non prius
obedientiam facere, quam iuret juxta formam
decreti sacri Basiliensis Concilii, ita me Deo
adjuvet, cui in die tremendi iudicii redditu-
rus sum de hoc juramento & cunctis operibus
meis rationem.

Post haec quilibet eorum schedulam dabit
in qua ultra tres non nummet, inter quos si
ultra unum nominaverit aliquis, sit extra Car-
dinalium collegium. Neque una die nisi unum
sit scrutinium, & immediate post missam. Le-
gis schedulis, nisi duarum partium in unum
vota concurrant, mox comburantur. Ante au-
tem sex completa scrutinia, accessus ad quem-
quam fieri non possit. Recogitent eo tempo-
re Cardinales, & attenta mente considerent
quantum sibi ipsis meritum vel demeritum,
quantumque populo Christiano fructum vel
praesudicium, bonum vel malum, eligendo
Pontificem, facturi sunt. In nulla profecto re
magis Domini nostri Jesu Christi gratiam vel
iram assequi possunt, quam cum de Vicario
ejus suis praesudicando ovibus agitur, quas ita
dilexit ut pro ipsis & mori & Crucis tormen-
tum pati dignatus fuerit.

II.

De professione ejusdem summi Pontificis.

* Statuta
hac.

Decernit sancta Synodus, ut electus in
Papam electioni de se factae per intra scripti
modi expressionem consentire teneatur. Quam
expressionem si praesens in curia per Cardina-
les, vel extra per eorum aliquem, vel alium
et ipsi ad hoc habentem mandatum, in praesentia
notarii & decem saltem personarum fieri
convenit, qui praesentata sibi electione, re-
quisitus infra diem naturalem ab hora requisiti-
onis, si non fecerit, electio sua pro infecta
habeatur, & ad aliam in nomine Domini Car-
dinales procedere teneantur. Expressio autem
(ut praedicitur) huiusmodi consensu, Cardina-
les eidem ut summo Pontifici mox obedientiam
debitam exhibeant. Postquam vero per Cardina-
les obedientia praestita fuerit, nulli de ejus
Pontificatu ambigere fas sit.

III.

Forma consensus.

In nomine sanctae & indivisae Trinitatis, Pa-
tris, & Filii, & Spiritus sancti.

Ego N. electus in Papam omnipotenti Deo,
cuius Ecclesiam suo praesidio regendam suscipio,
& Beato Petro Apostolorum principi, corde &
ore confiteor & profiteor, quamdiam in hac tra-
gill vita constitutus fuero, me firmiter credere
& tenere Fidem catholicam, secundam tradi-
tionem Apostolorum, Generalium Conciliorum,
& aliorum sanctorum patrum, maxime autem
sanctorum octo Conciliorum Universalium, vi-
delicet primi Niceni, secundi Constantino-
politani, tertii Ephesini primi, & quarti Cal-
chedonensis, quinti & sexti item Constantino-
politani, septimi Niceni, octavi quoque Con-
stantinopolitani, nec non Lateranensis, Lug-
dunensis, Viennensis, Constantiensis, & Basiliensis
Generalium etiam Conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem immutatam
servare, & usque ad animam & sanguinem
descendere & praedicare, ritumque pariter Sa-
cramentorum Ecclesiasticorum Ecclesiae tradi-
tum omnimode prosequi & observare. Polliceor
etiam fideliter laborare pro tuitione Fidei ca-
tholicae, & extirpatione haeresum & errorum,
reformatione morum, ac pace in populo Chri-
stiano. Juro etiam prosequi celebrationem Con-
ciliorum Generalium, & confirmationem ele-
ctionum, juxta decreta sacri Basiliensis Con-
cilii. Hanc autem professionem mea manu
subscripti, & tibi omnipotenti Deo, cui in
die tremendi iudicii redditurus sum de hoc &
omnibus operibus meis rationem, pura mente
super altare offero, quam in primo publico
consistorio solemniter repetam.

Ne lapsu temporis haec tam salubris institu-
tio de memoria summi Pontificis elabatur, sin-
gulis annis, die quo anniversarium celebratur
electionis vel coronationis suae, intra missarum
D. solemniam primus Cardinalis, qui ibidem assue-
rit, publice & alta voce coram summo Ponti-
fice legat sic: Sanctissime pater, attendat san-
ctitas tua, & diligenter consideret promissio-
nem hanc, quam die electionis tuae Deo fecisti.
Postea eam legens, in fine dicat: Curet
igitur sanctitas tua, pro honore Dei, & sa-
lute animae tuae, & utilitate universalis Ec-
clesiae, praedicta omnia pro viribus observare
bona fide sine dolo & fraude. Recogites etiam
cujus vicem geras in terris, illius videlicet qui
animam tuam pro ovibus suis posuit, qui ter,
antequam oves suas beato Petro committeret,
petiit an ipsum diligeret: quisque sicut iustus
iudex, & quem nullum latet secretum, ratio-
nem exigit a te de omnibus usque ad minutum
quadrantem. Memineris quid beatus Pe-
trus aliqui sibi succedentes Pontifices fecerunt,
qui nihil aliud cogitabant, nisi honorem Dei,
propagationem Fidei, publicum Ecclesiae bonum,
salutemque & utilitatem filiorum suo-
rum: & tandem imitantes magistrum & Domi-
num, animas suas pro sibi commendatis ovi-
bus exponere non dubitarunt. Noli tibi aut
tuis thesaurizare in terris, ubi tinea & argeus
demolitur, ubi fures & latrones effodiant, sed
thesauriza tibi in caelis. Nam si acceptor perso-
narum, nec sanguinis, nec patriae, aut nationis.
Om.

ANNO
CHRISTI
1136.

Matth. 6.

ANNO
CHRISTI
1526.
Mart. 11.

Omnes filii Dei sunt, & tunc cura ac custodia a pariter committitur. Ducas exemplo Christi: *Qui faceris voluntatem Patris mei qui est in caelis, ille meus frater, foror & mater, est.* In distribuendis dignitatibus & beneficiis, non carnaem, non munera, non quid aliud temporale, sed solum Deum & virtutes atque hominum merita tibi proponas. In corrigendis excessibus Ecclesiasticam auctoritatem disciplinam, memor quam gratiam Phinees, quamve poenam Heli, aliter injurias Dei ulciscendo, aliter dissimulando, meruerunt. Pauperes autem ac miserabiles personae defende, iuva & sustenta. Ad omnes autem paternam habe caritatem.

Post expleta coronationis solemnia, ac singulis annis post electionis anniversarium, cum fratribus sui octo saltem continuis diebus summus pontifex vigili cura pertractet exequi quod tam solemniter Deo pollicitus est. In primis igitur perferretur in qua orbis parte Christiana religio vexatur a Turcis, Saracenis, Tartaris, & aliis infidelibus: in qua regione viget haeresis, schisma, vel quaelibet superstitionis species; in quibus provinciis mores, & divinorum observantia mandatorum, rectaque vivendi norma, tam in statu Ecclesiastico quam seculari, dilabuntur: ubi etiam libertas Ecclesiastica concalcatur: inter quos reges principesque & populos vigeant odia, vel bella, vel bellorum metus, & ubique sicut pius pater cum fratribus suis remediis opportunis diligenter providere studeat. His universalibus expeditis negotiis, ad ea quae proximiora sunt manum apponens, mox domum, familiam, & curiam Romanam, ubi & prout necessarium fuerit exemplariter componere, veraciterque reformare incipiat, ut ab eius oculata reformatione, quae veterarum est Ecclesiarum caput, inferiores Ecclesiae morum hauriant puritatem, nec aliquibus calamitandi ac maledicentis praestetur occasio: & tam circa magnos quam parvos inquirens vigilantissime, & inquire faciens, quidquid emendatione dignum reperit, corrigere nullatenus differat aut dissimulet; sciens duplex esse peccatum, unum quod ibi perpetratur, aliud longe gravius quod inde sequitur. Quidquid enim ibidem agitur, facile trahitur in exemplum. Unde fit ut languescente capite reliquum postea corpus morbus invadat. Pontificalis domus ac curia tanquam speculum mundum esse debet, in quo omnes prospicientes ad eius exemplum se componant & vivant. Proinde ab ea penitus dissipet & evellat quidquid simoniacae labis, quidquid concubinae fordis, quidquid denique vel Deum offendere, vel homines scandalizare potest. Curet ne officiales perperam officia sua administrent, ne quemquam gravent, nec per concussionem aut illicito quidquam extorqueant, & ut hi qui officialibus praepositi sunt, ipsorum excessus inultos non patiantur. Neminem permittant vestibus & coloribus per sacros canones prohibitis uti: clerum Romanum, qui sibi principaliter & immediate subiectus est, principaliter in omni Ecclesiastica honestate instruat, monens non in vestimentorum pompis & nitore beneplacitum Dei, sed in humilitate, decentia, mentis puritate, simplicitate cordis, in morum castimonia, & reliquarum virtutum ornatu, quos habentem Deo & hominibus commendant: sed reformet, & praesertim ut cultus divinus in Ecclesia Urbis cum ea qua decet reverentia & disciplina observetur. Populum quoque

Council. General. Tom. XXIX.

Urbis, quae peculiaris eius est parochia, doceat, instruat, & in via salutis dirigat. Imperet Cardinalibus ut titulos ac parochias suas, prout eorum incumbit officio, visitent & reforment. Praelatum aliquem magnae scientiae, probataeque & exemplaris vitae, in Urbe vicarium constituat, qui vice sua cleri & populi Episcopalem curam gerat, de quo an oneri suo diligenter incumbat saepe perquirat. Post haec cum eisdem fratribus de temporalitate Ecclesiae Romanae bene salubriterque regenda accurate cogitans, provideat ut provinciae, civitates, oppida, castra, & terrae ipsi Ecclesiae subiectae, iuste ac pacifice gubernentur, tali quidem moderamine, ut inter regimen Ecclesiasticorum ac secularium principum sic distet, sicut inter patrem & dominum. Non quaesitum, sed protectioni ac tutelae intendat, & paterna caritate cunctos fovens, non tam subditos quam filios existimet. Et quoniam spirituales temporalesque ipsorum curam habet, invigilet omnes partialitates ac seditiones inde amovere praesertim Guelforum & Gibellinorum, & quaecumque his similia perniciose nomina, animas corporaque pariter perimentia, omnem det operam, poenis spiritualibus & temporalibus, quibuscumque potest modis, sublatis inde cunctis dissensionum fomentis, eos unanimes ad defensionem Ecclesiae conservare. Ad regendum provincias ac civitates principales destinet Cardinales, vel Praelatos integre & incorruptae fame, quos non inhiare pecuniis, sed iustitiae ac paci subditorum intendere verisimile sit: quorum legatio biennio, aut ad plus triennio elapso, expiret. Et quia dignum est ut quilibet suae villicationis rationem reddat, deputetur expleta legatione aliquis, vel aliqui insignes viri, qui suae administrationis rationem, nec non querelas ac petitiones provincialium audiant, & iustitiam exhibeant, & quod ipsi commode facere nequeunt, Papae deferant, qui omnino gesta eorum scire studeat, & si quid illicito perpetrasse ipsos conspicerit, nullatenus inultum dimittat, ut & successores sui quae non licent suo exemplo facere formident. Et ne officiales manus forsitan ad illicita apponant, competens salarium, unde vivere honeste possint, eis constituitur. Saepe etiam summus pontifex inquiret, quomodo tam Legati gubernatores & commissarii, quam Romanae Ecclesiae vicarii ac feudatarii, subditos regant, & an novis gabellis & exactionibus gravent. Quidquid autem austeritatis seu injusti oneris super cervices subditorum fieri cognoverit, nequaquam toleret. Pati enim impium est ut hi, quos Papa per se paterne reget, per alios tyrannice tractentur. Statuta & constitutiones antiquas, quibus provinciae ac terrae salubriter regi consueverunt, inviolata servari faciat. Quod si qua postea irrationabiliter vel ad emulationem seu partialiter edita sunt, causa cognita, retrahantur & reformentur. Infra annum ab electionis die Romanus Pontifex ad se oratores seu procuratores provinciarum ac principalium civitatum Ecclesiae Romanae accersat, & ostendens erga eos paternae caritatis affectum, ab ipsis de statu & conditione patriarum, & quemadmodum praedecessoris sui tempore recti sunt, num etiam aliquo injusto graventur onere, & quid pro salubri ipsorum regimine faciendum sit, perscrutetur: & tandem in omnibus utilitati & indemnitati ipsorum, ac bo-

ANNO
CHRISTI
1526

ANNO
CHRISTI
1116.ANNO
CHRISTI
1116.Conſanguini-
dei quomodo
Papae ſunt
habendi.* forte ar-
marium.

no publico, provisionis remedia tanquam filiis adhibeat. Hoc idem saltem de biennio in biennium repetere non pigeat. Inter cetera quae feudatarii, capitanei, gubernatores, fenator, castellani; alique praecipui officiales urbis & terrarum Ecclesiam jurare solent, hoc etiam adjiciatur, ut in eorum institutione jurent, quod sede vacante, ad mandatum Cardinalium civitates, terras, loca, arces, & castra, ac gentes nomine Romanae Ecclesiae tenebunt ac tradent libere & sine contradictione. Ne summus pontifex carnalitate trahi videatur affectus, magis quam iudicio rationis, atque ut scandalis obvietur, quae (experientia teste) saepe secuta sunt, nullum de cetero consanguineum vel affinem usque ad tertium gradum inclusive, ducem, marchionem, comitem, feudatarium, emphyteotam, vicarium, gubernatorem, officialem, castellanum alicujus provinciae, civitatis, oppidi, castri, fortaliti, aut loci Romanae Ecclesiae, nec super his jurisdictionem seu potestatem aliquam habere, nec capitaneum, seu conductorem gentium armorum faciat, aut esse permittat. Ipsi quoque Cardinales summo Pontifici secus agere volenti nequaquam assentiant: quodque succedens Pontifex aliter facta prorsus retrahat ac revocet. Juxta Nicolai Papae IV. constitutionem statuit sancta Synodus, ut ad sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales omnium fructuum, reddituum, proventuum, multarum, condemnationum, ac censuum, de quibuscumque terris & locis Romanae Ecclesiae subiectis provenientium, medietas pertineat, institutioque & destitutio omnium rectorum, gubernatorumque, & custodum, quocumque nomine censeantur, qui praerunt diſtis terris & locis, ac etiam diſtorum fructuum collectorum, de consilio & consensu ipsorum Cardinalium fieri debeat. Ipsos igitur Cardinales admonet sancta Synodus, ut terras & subditos Romanae Ecclesiae ab injuriis & oppressionibus protegant, de paceque ac salute & bono ipsorum regimine cogitantes, apud summum Pontificem, & ubi opus fuerit, ipsos omni favore promoveant. Eisi de omnibus Romanae Ecclesiae terris magna cura summo Pontifici ac Cardinalibus esse debeat, ad urbem tamen Romanam mentis intuitum sedulo convertere, & ad ipsam tanquam peculiam filiam & principalem eorum parochiam, in qua bestorum Petri & Pauli ac innumera- bilium Christi martyrum & sanctorum sacra corpora requiescunt, ubi sedes est Romani Pontificis, unde & ipse ac Romanum denominatur imperium, & ad quam omnes Christianorum devotionis causa confluere solent, singularem quamdam caritatem & praecipuum affectum gerere tenentur, ut in pace, tranquillitate ac iustitia gubernetur, in suisque Ecclesiis, membris, viis & securitate stratarum detrimentum non patiat. Quocirca statuit haec sancta Synodus, ut de quibuscumque ipsius Urbis redditibus & proventibus aliqua competens portio ad conservationem Ecclesiarum, membrorum, viarum, pontium, securitatisque itinerum ipsius Urbis & districtus, per aliquos viros probatae famae de consilio Cardinalium eligendos re ipsa exponatur. Sicut servum servorum Dei summus pontifex se proficitur, ita opere comprobet; & dum ad ipsam tanquam communem patrem undique homines confugiant, adiri se ab omnibus facile per-

mittat. Unam ergo saltem in hebdomada diem pro publica statuatur audientia, in qua omnes, praesertim pauperes & oppressos, patienter & benigne audiat, & quantum cum Deo potest, exaudiat, cunctisque sicut pater filiis, prout cuique opus fuerit, juxta vires consilio & auxilio provideat benigne. Et si corporali necessitate impeditus fuerit, alicui vel Cardinali vel alteri insigni viro omnia sibi relaturum committat, omnibusque curiae officialibus jubeat, praesertim vicecancellario, penitentiario, & camerario, ut ipsi pauperes cito gratifque expediant, memor Apostolicae caritatis, qua Petrus & Paulus invicem dexteras dederunt, ut pauperum memores essent.

Diebus vero dominicis & festivis ad missam exeat publicam, post quam aliquanto temporis spatio indigentibus audientiam praebet. Singulis hebdomadis, vel saltem in mense bis, consistoria publica teneat, in quibus negotia Ecclesiarum cathedralium ac monasteriorum seu principum ac universitatum, aliaque magni ponderis audiat. Lites autem & causas minores remittat ad vicecancellariam. Ipse autem quanto amplius potest, litigiis ac minoribus negotiis se eximat, ut majoribus intendat liberius. Quoniam sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, pars corporis Romani Pontificis esse censentur, reipublicae admodum expediens est, ut juxta vetustum morem graviora & ardua negotia de ipsorum consilio, directione, causa quoque mature cognita, deinceps fiant, praesertim causarum Fidei decisiones, sanctorum canonizationes, erectiones, seu suppressiones, divisiones, subiectiones, uniones Ecclesiarum cathedralium & monasteriorum, promotiones Cardinalium, confirmationes ac provisiones de Ecclesiis cathedralibus & monasteriis, privationesque & translationes Abbatum, Episcoporum, & superiorum, leges, seu constitutiones, legationes de latere, seu vicariorum ac nuntiorum auctoritate legatorum de latere fungentium commissiones, nova religionis institutio, exemptiones novae Ecclesiae, monasterii, seu cappellis, aut ipsarum jam factarum revocationes, salvo decreto sacri Constantiensis Concilii, de Praelatis non transferendis invitit.

Constantien-
ſis Concilii
ſeſſ. 19.

IV.

De numero & qualitate Cardinalium.

Cum summo pontifici sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in dirigenda Christiana reipublica collaterales assistant, necesse est ut tales instituantur qui sicut nomine, ita re ipsa Cardines sint, super quos omnia universalis versentur & sustententur Ecclesiam. Statuit igitur sancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo sit moderatus, quod nec sit gravis Ecclesiae, (quae nunc ob temporum malitiam plerisque gravibus affligitur incommodis) nec superflua numerofitate vileſcat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum commode fieri poterit, assumantur, ut notitia rerum in Ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturius deliberari possit, sic tamen, quod numerum viginti quatuor inter hos qui nunc sunt & assumendos non excedant, ita quod de una natione ultra tertiam partem respectu Cardinalium pro tempore existentium, ac de una civitate & dioecesi ultra unum inde oriundum, & de ea natione quae nunc ultra tertiam partem habet, ul.

ANNO
CHRISTI
1536.ANNO
CHRISTI
1536.

alque ad ipsius tertie partis reductionem esse ac nequeant. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minores triginta annis, magistri, doctores seu licentiatii cum rigore examinis in iure divino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars de magistris aut licentiatii in sacra scriptura. Inter hos autem viginti quatuor esse aliqui poterunt admodum pauci filii, fratres aut nepotes regum seu magnorum principum, in quibus cum circumspectione & maturitate morum competens litteratura sufficiat.

Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis, aut alienius Cardinalis viventis, non illegitime nati, non corpore vitiatii nec alicujus criminis aut infamie nota reperi. Prædicto autem numero viginti quatuor, pro magna Ecclesie necessitate vel utilitate, duo alii in quibus vitæ sanctitas vel eximia virtutes resurgant, quamquam memoratos gradus non habeant, ac de Græcis (cum Romanæ Ecclesie uniti fuerint) insignes aliqui viri adjici poterunt.

Non fiat Cardinalium electio solum per auralia vota, sed illi solum assumi possint, in quos, facto vero scrutinio ac publicato, majorem partem Cardinalium per subscriptionem manus propriæ consenserint collegialiter consentiente. Desuper etiam Apostolicæ litteræ cum subscriptione Cardinalium conscribantur, decreto hujus sacri Concilii in quarta sessione solemniter publicato, quod incipit: Item cum multiplicatio Cardinalium, &c. in suo robore inviolabiliter permanens. Cum recipient Cardinales suæ dignitatis insignia, quorum significatio est, ut pro bono universalis Ecclesie sanguinem proprium (si opus sit) non vereantur effundere, jurabunt in publico consistorio, si sint in curia; si vero absentes, in manibus alicujus Episcopi, & publicè cui per litteras Apostolicas, in quibus forma juramenti inserta sit, commissum fuerit, in hunc modum

Juramentum
Cardinalis
romani electi

Ego N. nuper assumptus in sanctam Romanam Ecclesiam Cardinalem, ab hac hora in antea ero fidelis beato Petro, universali que & Romanæ Ecclesie ac summo Pontifici, ejusque successoribus canonice intrantibus: laborabo fideliter pro defensione Fidei catholice, extirpationeque hæresum & errorum ac schismatum, reformatione morum, ac pace in populo Christiano. In alienationibus rerum & honorum Ecclesie Romanæ, aut aliarum Ecclesiarum & beneficiorum quorumcumque, non consentiam, nisi in casibus a jure permissis, & pro alienatis ab Ecclesia Romana recuperandis pro posse operam dabo. Non consulam quidquam summo Pontifici, nec subscribam me, nisi secundum Deum & conscientiam meam. Quæ mihi per se dem. Apostolicam commissam fuerint fideliter exequar. Cultum divinum in Ecclesia tituli mei, & ejus bona conservabo, sic me Deus adjuvet.

Pro conservandis Cardinalium titulis, quorum aliqui tam in divino cultu quam edificis nimium, prohi dolor, in opprobrium sedis Apostolicæ & ipsorum Cardinalium collapsi sunt, statuit hæc sancta Synodus, ut de redditibus seu proventus terrarum Romanæ Ecclesie, quorum medietas juxta constitutionem Nicolai Papæ ad Cardinales (ut prædictum est) pertineat, decima pars ejus quod spectat ad quemlibet Cardinalium proprio titulo singulari annis applicetur. Et nihilo minus vel in vita vel in morte quilibet.

Cencil. General. Tom. XXIX.

Abet Cardinalis tantum proprio titulo relinquat, unde communiter una persona sustentari possit. Quod si non fecerit, tam pro hoc, quam pro dicta decima parte, bona omnia ipsius Cardinalis obligata sunt usque ad debitam satisfactionem. Et ad executionem hujus, oneramus primum Cardinalem illius ordinis de quo ille defunctus erat. Visitet per se quilibet Cardinalis præsens in curia, absens vero per vicarium idoneum singulis annis titulum suum, clericisque & populum Ecclesiarum subjectarum, & cum diligentia inquirat, & salubriter provideat, super cultu divino bonisque ipsarum Ecclesiarum, ac vita & moribus clericorum & parochianorum, de quibus, cum suæ sint oves, in districto Dei

judicio rationem redditurus est. Et tam quoad tempus visitandi, quam quoad alia, servet quæ instituta sunt in decreto nostro de Concilio Synodali. Exi quemlibet Cardinalium tam ipsa dignitas quam propria perurgeat sollicitatio pro memoratis sanctis laborare operibus, nihilo minus ut eo efficacius res fiant, quo singulis quasi peculiariter distribuuntur, Episcopi Cardinales indagare curent, quæ regiones hæresibus, erroribus, superstitionibus novis aut veteribus infectæ sint: presbyteri, ubi mores & divinorum mandatorum observantia ac Ecclesiastica disciplina deficient: diaconi, qui reges & principes seu populi bellis agitentur, vel agitari timeantur: & tanquam apes argumentorum tam apud summum Pontificem, quam inter seipsum diligenter ac accurate negotia hæc sancta promoveant, operam dantes, ut ubi necessarium fuerit, salubri remedio provideatur. Ipse autem summus Pontifex, tanquam communis omnium pater & pastor, non solum rogatus ac sollicitatus, sed proprio motu ubique investigari faciat, & quam potest omnibus filiorum morbis salutarem conferat medicinam. Si quando Papam (quod absit) negligentem aut remissum, seu agentem quæ statum illius non decent, ipsi Cardinales inopexerint, filiali reverentia & caritate tanquam patrem obsecrent, ut officio pastoralis honorique ac debito suo satisficiat. Et primo quidem aliquis vel aliqui de

Cardinalibus
quid maxime
curandum.

per se, deinde si se non corrigat, omnes collegialiter accesserint quibusdam notabilibus Prelatis, prædicentes quod si non abstinerit proximo Generali Concilio deserant: nec pro salute ipsius summi Pontificis & bono publico ejus odium vel quidquam aliud timeant, dum tamen reverenter & caritative id agant. Multo magis, si quem ex Cardinalibus aliquid peccatorum seu reprehensione dignum facientem Papa cognoverit, paterna semper caritate & juxta doctrinam Evangelicam corrigat, ut sic alter in alterum, pater in filios, & filii in patrem caritatis opera exercentes, Ecclesiam exemplari ac salubri moderamine gubernent. Prelatos & quoscunque alios, insignes præsertim viros ad curiam Romanam proficiscentes, Cardinales benigne & honorifice tam publice quam private pertrahent, & apud summum Pontificem eorum negotia gratis ac liberaliter recommissa faciant. Et cum ei qui communis est omnium pater, Cardinales assistant, personarum acceptatores fieri vel advocatos valde indecens est. Propterea interdicte hæc sancta Synodus, ut tanquam iudicis collaterales partialitatem nullam accipiant; etiam si de terra partiali originem doceant. Nec sint principum aut communitatum, seu aliorum contra quemquam, cum pretio vel sine, partialia protectores, aut defensores; sed exuti

a Forre de eis
per se H.

ANNO
CHRISTI
1136.

1. Tim. 4.

Habetur in
Praeceptis in
cunctis Re-
gularibus &c.
in sanctis
hac
* exemplum

1. Tim. 3.

* cancellaria
* impo.

onnem passionem, in sedandis concordia vel A
justitia litibus Papæ assistant. Principum au-
tem & quorumcumque, præsertim pauperum
ac religiosorum, gratis & sine ullo questu pro-
movere iusta negotia, tanquam caritatis opus,
periuadet sancta Synodus, & commendat.
Cum affabilitate & benignitate seruent Cardi-
nales gravitatem ac modestiam quæ huic con-
gruunt dignitati: pietatem autem, quæ (se-
cundum Apostolum) *ad omnia utilis est, ser-
vent ad omnes*. Affines suos, præsertim bene
meritos ac pauperes, quamquam negligere non
debeant, non tamen ipsos opum aut benefi-
ciorum multitudine accumulent, ut alii inde
scandalum patiantur. Caveant ne bona ab Ec-
clesiis profecta, ultra quam necessitatis ratio B
postulat, in carum & sanguinem effundant.
Cum tales sic ambulare in magnis Pontifex
inspexerit, arguat atque obviet, ut decet, ne-
que enim culpæ erit expers, si iuxta officium
suum corrigenda non corrigat. Familia, men-
sa, suppellex rerum & quorum tam Papæ quam
Cardinalium, nec numerositate, nec fastu, aut
pompi, neque aliquo excessu reprehensibilis
sit. Ita domum & quæ in domo sunt mode-
rate componat, ut alii non scandalum, sed
frugalitatis capere exemplum possint. Tam
summus Pontifex & Cardinales, quam ceteri
Episcopi, constitutionem beati Gregorii in Ge-
nerali Synodo editam servare studeant, cujus
tenor hic est, quam hæc sancta Synodus in-
novat.

Cam pastoris vita * exemplo debeat esse di-
scipulis, plerumque clerici, qualis in secreto
sit vita sui Pontificis nesciunt, quam tamen
seculares pueri sciunt: de qua re præsertim de-
creto statuimus, ut quidam ex clericis velle-
tiam ex monachis electi, in ministerio cubi-
culi Pontificali obsequantur, ut is qui in lo-
co regiminis est, tales habeat testes qui ve-
ram ejus in secreto conversationem videant,
& ex sedula visione exemplum profectus su-
mant.

Paschalis etiam Papæ verba advertant di-
centis: Episcopi lectioni & orationi vacent,
& semper presbyteros & diaconos, aut alios D
boni testimonii clericos habeant, ut secundum
Apostolum, & sanctorum patrum instituta,
possint irreprehensibiles inveniri. Non expedit
reipublicæ, ut Cardinalibus, quos rebus arduis
universalis Ecclesiæ intentos fore oportet, aliæ
causæ quam electionum Ecclesiarum cathedra-
lium, aut monasteriorum, vel principum: aut
universitatum, seu similes, per Papam aut *
cancellariam delegentur. Minores igitur liti-
giolæ causæ in auditorio Rotæ, quod ad hoc
institutum est, committantur. Neque Papa,
neque Cardinales familiares suos, quasi mune-
ra accepturos, ad confirmatos vel provisos
Prælatos de cetero mittant, ne, quod per se
facere non decet, per alios fieri patiantur. E
Quod aliquando factum est, ut pro annulo
in assignatione tituli Cardinalibus tradito post
mortem ejus aliqua pecunie summa vel res
alia de bonis suis arripiatur, de cetero non
fiat, cum labores eorum pro reipublica im-
pensis exequias, si pauperes forent, potius de
publico mereantur.

V.

De electionibus.

Licet dudum hæc sancta Synodus, abolita
per eam generali omnium Ecclesiarum & di-
gnitatum electivarum reservatione, provide
decreverit, ut prædictis Ecclesiis & dignitati-
bus per canonicas electiones & confirmationes
provideri deberet, volens etiam speciales seu
particulares ipsarum Ecclesiarum & dignitatum
electivarum prohibere reservationes, per quas
libera in eisdem eligendi & confirmandi facul-
tas impediri posset, quodque adversus hoc de-
cretum Romanus Pontifex nihil attentaret,
nisi ex magna, rationabili & evidenti causa,
in litteris Apostolicis nominatim exprimenda:
quia tamen contra ipsius decreti mentem non
pauca sine hujusmodi causa gesta sunt, unde
gravia hæcenus successerunt, & graviora in
dies timentur scandala, cupiens hæc sacrosan-
cta Synodus his obviare, nolensque ut ipsius
decreti mens, quæ fuit omne obstaculum a
canonicis electionibus & confirmationibus tol-
lere, suo frustraretur effectu; statuit ut electio-
nes in dictis Ecclesiis sine impedimento aut
obstaculo omnino fiant, quæ causa cognita jux-
ta juris communis & dicti nostri decreti dis-
positionem confirmantur. Veruntamen si for-
te aliquando contingat electionem aliquam et-
iam alias canonicam fieri, quæ in perturba-
tionem Ecclesiæ aut patriæ vel boni publici
vergere timeatur, summus Pontifex, cum ad
ipsum confirmatio delata fuerit, si talem ur-
gentissimam causam adesse manifeste cognove-
rit, ea prius mature discussa, ac parte plene
dissentia, accedente postea Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium, aut majoris partis subscriptione,
hujusmodi causam veram sufficientemque fore
attestantium, rejecta tali electione, ad capitu-
lum vel conventum remittat, ut vel infra
tempus juris vel aliud, juxta loci distantiam,
ad aliam, ex qua evenire talia non formiden-
tur, electionem procedant.

VI.

De reservationibus.

Et quia multiplices Ecclesiarum & benefi-
ciorum hæcenus factæ per summos Pontifices
reservationes non parum Ecclesiis onerosæ ex-
titerunt, ipsas omnes tam generales quam spe-
ciales sive particulares de quibuscumque Ec-
clesiis & beneficiis, quibus tam per electio-
nem, quam collationem, aut alias disposi-
tionem provideri solet, sive per extravagantes,
Ad regimen, & Execrabiles, sive per re-
gulas cancellarias, aut alias Apostolicas con-
stitutiones introductas, hæc sancta Synodus
aboleat, statuens ut de cetero nequaquam fiant,
reservationibus in corpore juris expresse clau-
sus, & his quas in terris Romanæ Ecclesiæ,
ratione directi seu utilis domini, mediate vel
immediate subjectis fieri contigerit, duntaxat
exceptis.

VII.

ANNO
CHRISTI
1536.

VII.

De Clementina litteris.

Licet in Apostolicis vel aliis litteris quibuscumque aliquem dignitati, beneficio, aut iuri quovisque renuntiasset, aut privatum esse, seu aliquid egisse, per quod ius proprium auferatur, narratum sit, huiusmodi litterarum in his non præjudicent, etiamsi super ipsis gratia vel intentio narrantis fundetur, nisi per testes aut alia legitima constiterit documenta.

Datum in sessione publica huius sacræ Synodi, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, octavo Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

S E S S I O XXIV.

De actis quibusdam cum Grecis, & de Indulgentiis, &c.

I.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

QUIA Ambaxiatores nostri ad Constantinopolim transmissi, vice & nomine eisdem sanctæ Synodi serenissimo imperatori Romanorum, & reverendissimo domino Patriarchæ Constantinopolitano, propter nonnullas causas promiserunt, capitula alias in hac sancta Synodo super modo universalis & œcumenici & utriusque Ecclesiæ Concilii celebrandi hinc & inde conclusa & firmata dare, & cum effectu exhibere, sub consueta huius sanctæ Synodi Bulla plumbea, data præsentis, & sub tenore de verbo ad verbum subsequenti, nolens hæc sancta Synodus omittere aliquid eorum quæ pro unione Ecclesiarum Christi fieri possunt, dictam suorum Ambaxiatorum promissionem præsentis decreto acceptat, approbat, ratificat & confirmat, & præfata capitula de verbo ad verbum, prout per præfatos Ambaxiatores promissum est, præsentibus inserit, sub tenore qui sequitur:

II.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum inter cetera toti populo Christiano necessaria opera, propter quæ hoc præfens sanctum Concilium extitit congregatum, unio occidentalis & orientalis Ecclesiarum Christi præcipuum & maximum sit, merito pro hac perficienda ab initio sue congregationis omni conatu laboravit. Etenim quamprimum potuit ad serenissimum imperatorem Græcorum & reverendissimum Patriarcham Constantinopolitanum cum litteris suos transmisit Ambaxiatores, ad ipsos cum omni caritate & instantia exhortandum quatenus & ipsi cum plena potestate mitterent aliquos qui nobiscum tractarent de modo dictam sanctam unionem con-

Asequendi: qui mox ut requisiti fuerunt, tres insignes viros de his qui apud eos magnæ videntur auctoritatis, quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate attinet, ad hanc sanctam Synodum destinarunt, sufficienti ipsius imperatoris mandato, cum Bulla aurea & eius propria manu subscripto, ac Patriarchæ litteris munitos, qui tam in generali congregatione, quam coram commissariis nostris reverentissimum ipsius imperatoris & Patriarchæ totiusque Ecclesiæ orientalis ad hanc unionem desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis prosecutionem pulsant, ac quotidie excitant, duo inter alia firmiter constanterque asserentes, unionem ipsam nisi in Synodo universalis, in qua tam Ecclesiæ occidentalis quam orientalis conveniat, fieri nullatenus posse, & in ea Synodo (si fiat, ut infra conventum est) ipsam unionem secururam sperari. His auditis, summa nobis lætitia & jucunditas nimirum accessit. Quamobrem omnem cogitatum nostrum iactantes in Deum, qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales præfidentes sedis Apostolicæ, Patriarcham Antiochenum, Archiepiscopos, Episcopos, Abates, magistrosque & doctores in numero competenti deputavimus, ut una cum ipsis Græcorum Ambaxiatoribus rem istam tractare, & quo ordine ad executionem deducenda esset

prospicere deberent: qui tam inter se quam cum ipsis Ambaxiatoribus sæpenumero convenientes, habito inter se maturo & digesto consilio, ad infra scripta cum ipsis deveniunt capitula, quæ postea secundum morem huius sacri Concilii per sacras deputaciones mature deliberata, ac deinde per generalem congregationem conclusa firmataque solemniter extiterunt quorum tenor una cum mandato ipsius domini imperatoris sub Bulla aurea sequitur, & est talis: Ambaxiatores serenissimi domini imperatoris, &c. ut decreto Concilii superius inserto latius continetur. Et quia tempus superius expressum, infra quod prædicta debebant adimpleri, effluxit, non propter defectum alicujus partium, sed quia ita contigit variis intervenientibus tractatibus hæc sancta Synodus tempus per præfatos serenissimum imperatorem Græcorum & reverendissimum Patriarcham Constantinopolitanum parte ex una, & Ambaxiatores huius sacræ Synodi parte ex altera, statutum & firmatum, quod est a mense Majo immediate sequenti ad annum, ita quod per totum mensem Maji ad annum sequentem utraque partium sit parata ad exequendum prædicta, quantum ad quamlibet partium attinet, acceptat & promittit se impleturam, quantum ad ipsam pertinet, infra dictum tempus quidquid in prædictis capitulis continetur.

Datum Basileæ in sessione publica huius sanctæ Synodi, solemniter celebrata decimo octavo Kalendas Maji, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

ANNO
CHRISTI
1536.

Sessio 19.

ANNO
CHRISTI
1116

III.

Saluti cordellus Græcorum datus domino imperatori Græcorum & Patriarcha Constantinopolitano a sacro Concilio Basiliensi.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans.

Quia auctore Deo in regione nostra occidentali & obedientis Ecclesie Romanæ est universalis & œcumenica Synodus celebranda, in qua iuxta concordata in hac sancta Synodo, & Constantinopoli denno ratificata, tam occidentalis quam orientalis Ecclesia conveniet, ut cunctis erga eandem Ecclesiam orientalem nostræ intentionis sinceritas pateat, & omnis suspicio quæ circa securitatem ac libertatem venientium oriri posset de medio auferatur, tenore præsentis decreti hæc sancta Synodus Basiliensis, nomine & vice totius Ecclesie occidentalis, & omnium papali, imperiali, regali, pontificali vel quacumque alia inferiori spiritali vel seculari præfulgeant dignitate, potestate vel officio, decernit, dat & concedit serenissimo imperatori Græcorum, reverendissimis Patriarchis Constantinopolitano, Alexandrino, Antiochæno, & Hierosolymitano, ceterisque usque ad numerum septingentarum personarum, etiam imperiali, regali, Archiepiscopali, & quocumque alterius status, dignitatis aut conditionis fuerint, ad prædictum universale & œcumenicum Concilium in regione occidentali (ut præmittitur) celebrandum, venientibus aut venturis, plenum & liberum saluum conductum, omnique prædictos & quolibet ipsorum, tam in personis quam in honoribus & rebus quibuscumque, ipsorum nominibus, regnis, provinciis, dominiis, territoriis, communitatibus, civitatibus, castris, oppidis, & villis, & omnibus locis obedientis nostræ Ecclesie occidentalis, per quem sive cundo, sive stando, sive etiam redeundo, transituri sunt, aut eos transire contigerit: in suam tutam securamque salviguardiam recepit & recipit per præsentem, promittens, & concedens omnibus & singulis ex ipsis hoc præsentem edicto Synodali, tutam, & liberam facultatem accedendi & veniendi & ad civitatem seu locum in qua vel quo erit dictum sacrosanctum universale Concilium celebrandum: ibique standi, morandi, residendi, habitandi cum omnibus immunitatibus, libertatibus & securitatibus, quibus illi qui erunt de obedientia Ecclesie Romanæ habitabunt: disputandi etiam & ratiocinandi, & iura & auctoritates allegandi, & omnia alia libere & sine quocumque impedimento dicendi, faciendi, & tractandi, que pro unione Ecclesiarum Christi eis expedire videbitur & opportunum. Inde etiam semel & pluries, & toties quoties eis & cuilibet eorum videbitur, & placebit, simul & separatim, & cum eorum bonis rebus & pecuniis & sine, pro libitu recedendi & redeunditate, libere, & impune, omni impedimento reali & personali cessante, penitusque remoto, etiam si talis unio (quod absit) non sequeretur, nec effectum haberet: quo casu, & in omnem alium eventum, prælati serenissimus imperator, domini Patriarchæ, &

A alii supra nominati, nostris duarum expensis & galeis, absque aliqua dilatione temporis, omnique remoto impedimento, cum eisdem honoribus, benevolentia & amplexibus, quibus ad præfatum universale celebrandum Concilium deducuntur, etiam in & ad Constantinopolim redeuntur, sive unio sequatur in dicta celebranda Synodo œcumenica, sive non, Non obstantibus in prædictis vel aliquo prædictorum quibuscumque differentiis, discordiis & dissensionibus ad præsentem vigentibus, & que in futurum oriri & vigere possent inter dictas Ecclesias occidentalem & orientalem, seu inter ipsam Ecclesiam Romanam & ei subiectos & aggregatos, præfatum serenissimum imperatorem, & alios Ecclesie Constantinopolitanæ aggregatos, & non obstantibus aliquibus sententiis, decretis, condemnationibus, iuribus & decretalibus quomodocumque, & qualitercumque factis & prolati seu faciendis: Et etiam non obstantibus aliquibus criminibus, excessibus, culpis & delictis, si quos per prædictos vel alterum eorum quomodocumque & qualitercumque commissa & perpetrata forent: & generaliter non obstantibus quibuscumque aliis, etiam talia forent, de quibus necessarium esset specialem in præsentibus facere mentionem. Et si contingat aliquem vel aliquos ex nostris eis vel alieni ipsorum injuriam, (quod absit) vel aliquam molestiam inferre in persona, honore, rebus & aliis quibuscumque, taliter excedens iudicabitur per nos aut nostros, usque ad condignam & rationabilem satisfactionem parti læsæ. Et e converso, si aliquis ipsorum alicui ex nostris aliquam (ut præmittitur) injuriam inferat, iudicabitur per eos usque ad condignam & rationabilem satisfactionem ei qui injuriam passus est, secundum morem & consuetudinem utriusque partis. De aliis autem criminibus, excessibus & culpis quibuscumque, quolibet partium cognoscat & iudicabit de suis.

Horretur autem hæc sacrosancta Synodus universos Christi fideles, & nihilo minus auctoritate universalis Ecclesie in virtute Spiritus sancti & sanctæ obedientie mandat & præcipit omnibus & singulis Prælati, regibus, ducibus, principibus, officialibus, communitatibus & aliis singularibus personis, cujuscumque status, conditionis & dignitatis existant, nostram occidentali Ecclesiam aggregatis, quatenus prædicta omnia & singula inviolabiliter observent, & quantum in eis est, observari faciant: dictisque serenissimum imperatorem, Patriarchas, & alios omnes & singulos antedictos, ad dictum sacrum celebrandum Concilium accedentes, & inde recedentes, simul & divisim favorabiliter & reverenter honorem & tractent, ac honorari & tractari faciant. Si qua vero dubitatio circa dictum saluum conductum & contenta in eo oriri contigerit, statim declarationem præfati universalis Synodi celebrandæ. Vult autem hæc sancta Synodus præsentem saluum conductum valere, & in suo robore permanere, quousque ad ultimum dicti serenissimus imperator, Patriarchæ, & alii supradicti, cum suis nobilibus & famulis usque ad numerum (ut præmittitur) septingentarum personarum, aliisque rebus & bonis, sint reversi in & ad civitatem Constantinopolitanam. Si quis autem contra prædicta aut aliquod ipsorum aliquod fa-

ANNO
CHRISTI
1116

ANNO
CHRISTI
1516

ANNO
CHRISTI
1516

facere quoque modo tentaverit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli eiusdem Synodi sui venerit incursum.

Datum Basile in sessione publica huius sanctae Synodi, solemniter celebrata decimo octavo Kalendas Maji, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

IV.

Aurea Bulla domini imperatoris Graecorum lecta in sessione publica & congregatione generali.

Quoniam destinatae fuerunt ab imperio nostro & sanctissimo domino Oecumenico Patriarcha Ambaxiatae ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam, videlicet ad beatissimum Papam dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter sanctissimum Papam dominum Eugenium quartum, similiter & ab ipsis transmissae fuerunt multoties ad pro unione Ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas circumstantias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post haec autem destinavit ad nos de hac ipsa re Ambaxiatores suos sacra Synodus in Basilea congregata, sacrosanctam Ecclesiam Romanam representans, propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiarem imperii nostri Demetrium Palaeologum Manotidem, & honorandissimum in sacris monachis Abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Iordanum, & familiarem imperii nostri Joannem Lascari Dissipatum, qui illuc accedentes ostenderunt, in ipsam quandam necessario ab eo tractari in preparationem & constitutionem universalis & Oecumenici Concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) praedictam sanctam unionem, quae quidem haec ipsa Synodus Basileensis accepit, & promisit illa adimplere. Unde & Ambaxiatores suos ad nos destinavit, fratrem Joannem de Ragusio, Ordinis praedicatorum professorem, & in sacra pagina magistrum, Henricum Menger decretorum doctorem, canonicum Constantiensem, & Simonem Freron sacrae theologiae baccalaureum, canonicum Aurelianensem, cum decreto ipsius generali, in quo de his continetur particulariter in capitulis. Profecto itaque tali decreto apud nos, quaedam ex his quae continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso facebant, proemium videlicet talis decreti, & capitulum in quo scribatur de modo reversionis nostrae a loco celebrandi Concilii ad Constantinopolim, si, permittente Deo (quod absit) non fieret unio Ecclesiarum Christi in tali Synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste, praedicti autem Ambaxiatores videntes displicentiam & resistantiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt & promiserunt curare in praedictis, videlicet quod dicta sancta Synodus dabit & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum proemio, modo & forma, quibus in litteris ipsorum promissionis contingeretur. Et circa reversionem nostram de Synodo in Constantinopolim, in causa quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) facere & adimplere, prout ha-

beret in forma salviconductus praedicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi Ambaxiatores, ut promittamus & nos absque contradictione, ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & Oecumenica Synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex nominatis in decretis, quicumque ordinabitur per dictum sacrum Concilium Basileense, sicut in supradicto decreto ipsius sacri Concilii continentur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi Oecumenici Concilii, a principio sequenti Junii, indictionis decimaquinta, sicut conventum est inter nos & ipsos Ambaxiatores sacri Concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium, petierunt fieri litteram chrysobuli imperii nostri, imperium nostrum grato animo rationabili petitioni eorum annuens praesens chrysobulum largitur & concedit: per quod acceptat, determinat, & promittit, quod si dicta Synodus Basileensis remedium appoverit in praedictis, videlicet si praedicta capitula in supradicto decreto contenta, cum proemio in forma, sicut hic per Ambaxiatores ipsius Synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salviconductum cum capitulis de modo reversionis nostrae ad Constantinopolim, ut praedicitur, reliqua etiam, ut Ambaxiatores ipsius nobis promiserunt, & nobiscum convenerunt: exhibet & imperium nostrum cum Deo sine contradictione Constantinopoli secundum praedictum tempus, cum praestantissimo domino oecumenico Patriarcha Constantinopolitano, & ceteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum & Oecumenicum Concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto, etiam si bellum (quod absit) ab infidelibus foret & instaret civitati nostrae Constantinopolitanae. Et in robur & confirmationem & conservationem inviolabilem suprascriptorum, jurat imperium nostrum per debitum nobis juramentum tanquam Christiano & fideli imperatori, & per orationem sancti mei domini & imperatoris patris imperii mei famolisissimi & felicitis memoriae, & per animam meam: factumque est super istis praesens chrysobulum imperii nostri, in anno sexmillesimo nonagesimo quadragesimoquarto, in mense Novembris, indictione decimaquarta, a Nativitate vero Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo trigesimoquinto die vicesimo sexto mensis Novembris.

V.

Bulla plumbea domini Patriarchae Constantinopolitani missa sacro Concilio Basileensi

Quoniam destinatae fuerunt ab humilitate nostra & potentissimo & sancto meo imperatore Ambaxiatae ad sacrosanctam Ecclesiam Romanam, videlicet ad beatissimum Papam dominum Martinum quintum, & ad modernum similiter sanctissimum Papam dominum Eugenium quartum similiter & ab ipsis transmissae fuerunt multoties ad pro unione Ecclesiarum Christi, & multis laboribus cum multa diligentia utrimque factis, tamen propter aliquas

ad
Pro Dis
tinctionem.

ad Fre
ron. H.

decreto

conline
tur

mei
mens

ad impe
rium reum

meum
mibi

mei

ANNO
CHRISTI
1287ANNO
CHRISTI
1287

quas circumstantias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum & sanctum opus unionis. Post hæc autem destinavit ad nos de hac ipsa re Ambaxiatores suos sacra Synodus in Basilea congregata, sacrosanctam Ecclesiam Romanam representans: propter quod & nos nostros ad eam destinavimus, videlicet familiares potentissimi & sancti mei imperatoris, in Spiritu sancto dilectos filios nostræ humilitatis, videlicet Demetrium Palmologum Mæotidem, & honorandissimum in sacris monachis Abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Iliodorum, & Joannem Lascari Disipatum, qui illuc accedentes, ulenderunt in ipsam quandam necessario ab ea tractari in præparationem & constitutionem universalis & Ecumenici Concilii, in quo necesse est tractari & celebrari & perfici (Deo duce) prædictam sanctam unionem. Quæ quidem hæc ipsa Synodus Basileensis accepit, & illa promisit adimplere. Unde & Ambaxiatores suos ad nos destinavit, fratrem Joannem de Ragusio, Ordinis prædicatorum professorem, in sacra pagina magistrum, Henricum Menger decretorum doctorem canonicum Constantiensem, & Simonem Freron sacre theologie baccalareum canonicum Aurelianensem, cum decreto ipsius generali, in quo de his continebantur particulariter in capitulis. Perfecto itaque tali decreto apud nos, quedam ex his quæ continebantur in eo non placuerunt nobis, ut in ipso jacebant præmissum videlicet talis decreti, & capitulum in quo scribebatur de modo reversionis nostræ a loco celebrandi Concilii ad Constantinopolim, si permittente Deo (quod absit) non fieret unio Ecclesiarum Christi in tali Synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate & manifeste. Prædicti autem Ambaxiatores videntes displicentiam & resententiam nostram, nec aliter rem ipsam posse habere progressum, concesserunt, & promiserunt curare in prædictis, videlicet quod dicta sancta Synodus dabit & exhibebit nobis capitula in dicto decreto contenta, cum præmissis, modo & forma, quibus in litteris ipsorum promissionis continetur. Et circa reversionem nostram de Synodo in Constantinopolim, in casu quo non sequeretur dicta unio, (quod absit) tacere & adimplere, prout habetur in forma salvconductus prædicti. His itaque sic progressis, & inter nos concordatis, petierunt & ipsi Ambaxiatores, ut & promittamus & nos absque contradictione ire & accedere ad locum, in quo celebrabitur (Deo concedente) utrimque catholica & Ecumenica Synodus. Qui quidem locus esse debet unus ex nominatis in decreto, quicumque nominabitur per dictum sacrum Concilium Basileense, sicut in supradicto decreto ipsius sacri Concilii continetur. Etiam quod exire debeamus hinc a Constantinopoli, in accedendo versus locum celebrandi Ecumenici Concilii, a principio sequentis Junii, indictionis decimaquintæ, sicut conventum est inter nos & ipsos Ambaxiatores sacri Concilii. Et quia etiam ad majorem cautelam & firmitatem horum omnium petierunt fieri sigillum nostræ humilitatis, humilitas nostræ grato animo rationabili petitioni eorum annuens, præfens sigillum largitur & concedit, per quod in Spiritu sancto disponit: quod si dicta sacra Synodus Basileensis remedium apposuerit in prædictis, videlicet, si capitula in prædicto decre-

to contenta cum præmissis, in forma sicut hic per Ambaxiatores ipsius Synodi concordatum est, nobis direxerit, & compleverit omnia in eisdem capitulis scripta opportune, similiter & fecerit salvconductum cum capitulo de modo reversionis nostræ ad Constantinopolim, ut prædicitur: reliqua etiam, ut Ambaxiatores ipsius nobis promiserunt & nobiscum convenerunt, exibat humilitas nostræ cum potentissimo & sancto meo imperatore cum Deo sine contradictione a Constantinopoli secundum prædictum tempus, & cum cæteris debentibus interesse, ad accedendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum & Ecumenicum Concilium, absque impedimento rationabili, vero & manifesto, etiamsi bellum (quod absit) ab infidelibus foret & instaret civitati nostræ Constantinopolitanae. Et in robur & confirmationem supradictorum factum est præfens sigillum nostræ humilitatis in mense Novembris, indictionis decimaquartæ, anno ab Adam seu mundi constitutione sexmillesimo nongentesimo quadragesimoquarto, a Nativitate vero Domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

VI.

Bulla indulgentiarum remissionis omnium peccatorum semel in vita, & semel in morte, in favorem subditis pro reductione Græcorum procurandi.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Vox illa jucunditatis & lætitiæ ad populum Israeliticum olim de celo lapsa, eadem nunc per os hujus sanctæ Synodi in auribus populi Christiani insonans, clamat: *Consolamini, consolamini, popule meus, dicit Dominus Deus vester. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam, quoniam completa est malitia ejus, & dimissa est iniquitas illius.* Merito lætari & consolari te debes, plebs Christiana, cum his novissimis diebus tanta lætitiæ causa offertur, quantum vix unquam experta es. Uno enim eodemque tempore plenariam omnium peccatorum veniam consequeris, & fratres tuos, quorum innumerabilis est multitudo, quingentis ferme annis a tuo consortio segregatos, tibi proxime reuniri speras. O quanta erit ista jubilatio! O quam suave cordibus Christianorum orietur gaudium, cum primum homines Deo, & ipsi inter te fraternæ caritatis conciliabuntur! Quas igitur Christo nostro pio hac duplici lætitiæ, qua nulla major desiderari potest, gratias agemus. Quis Domini misericordias ad plenum enarrabit, qui populum Christianum variis undique calamitatibus hoc tempore afflictum tanta gaudii novitate consolatur? Ecce, popule Dei, adest tibi annus jubilæus, annus remissionis omnium peccatorum, annus generalis unionis Ecclesiarum. Proinde loquimini omnibus Christi fidelibus, qui in sancta habitant Jerusalem peregrinante in terris, ad cor eos consolando, & advocate eos ad hanc duplicem lætitiæ, quoniam malitiam tam diuturni schismatis, quod innumerabilia Ecclesiarum sanctæ Dei mala intulit, au-

ANNO
CHRISTI
1536.

No. 11.

1. Cor. 6.

illantes Domino (ut confidimus) cito com-
plebitur , & finem accipiet . Iniquitas quo-
que peccatorum , quae hujus schismatis & irae
Dei causa fuit , divina clementia remittitur .
*Consurge igitur , consurge , induere fortitudine
tua , Domine , induere vestimentis gloriae tuae , Je-
rusalem civitas sancta .* Quam sortis & glorio-
sa eris tunc mater Ecclesiae , cum omnes qui
Christum colant , ab occidente in orientem
eodem fidei & caritatis vinculo unitos conf-
picias ? Ingenuisti hactenus nimio dolore af-
flicta , cum a *servissimis* Turcis & Saracenis ,
aliisque Christiani nominis inimicis , innume-
ras pateris injurias , jacturas , persecutiones
& opprobria , & nemo te consolari poterat :
cum passim videres filios tuos omnis sexus ,
aetatis & dignitatis in servitutem trahi , &
(quod servitute deterius est) plurimos ab u-
beribus tuis abstratos , ad impium Mahumeti
cultum perducere . Harum autem calamitatum
quid aliud , quam hoc diturnum ac pestife-
rum schisma , causa extitit ? Sed divino munere
appropinquat jam tempus , ut omni peni-
tus extincto dissidio unitas sancta fiat . Quae
cum impleta fuerit , atque hi magni populi
occidentales & orientales fraternum foedus si-
mul interierint , nemo tunc fortitudini tuae resi-
stere poterit . Tuus abjectis lugubribus , con-
surges regina Ecclesia in vellitu deaurato , cir-
cumdata varietate : & qui te olim frequen-
tes concubabant , procident coram te ; & ve-
nient ad te qui detrahebant tibi , & adorabunt
vestigia pedum tuorum . O vos omnes qui
Christiano nomine censemini , expergiscimini
jam talia audientes . Plaudite manibus , &
jubilate Christo salutari nostro : *Ecce enim
nunc tempus acceptabile , ecce nunc dies salutis :*
Ecce jam Pater misericordiarum & Deus totius
consolationis visitat nos in abundantia gra-
tiae & felicitatis . *Affurgite , & occurrite illi
in humilitate spiritus , in orationibus atque
elemosynarum largitate , ut qui pro peccatis
vestris iuste iratus tandem hoc schisma durare
passus est , & multis persecutionum flagellis ab
his qui intus , & ab his qui foris sunt , vos
caedi permisit , nunc purgatus & emendatus in-
dulgens , sanctam inter vos unionem inspiret ,
unitique non solum perdita restauret , sed &
vobis vestros subjiciat inimicos .* Audistis pri-
dem solemnes Ambaxiatores serenissimi Impe-
ratoris Graecorum , ac Patriarchae Constanti-
nopolitani , ab hac sancta Synodo accessitos
Basileam advenisse , & tandem Deo propitio
conclusisse nobiscum modum hujus sanctae unio-
nis perficiendae , assensu sanctissimi domini Eu-
genii Papae accedente , ut videlicet ad locum
Synodi universalis tam nostri quam sui Archie-
piscopi & Episcopi , ipseque Imperator , & Pa-
triarcha Constantinopolitanus , aliique orien-
talis Ecclesiae Patriarchae accedant . Ut autem
tantum opus certius firmaretur , tres nostros
Oratores postea Constantinopolim destinavi-
mus , ut ab ipsis Imperatore & Patriarcha
ratificationem eorum quae hic sui conclusen-
tiant Ambaxiatores obtinerent . Quae omnia ip-
si Imperator & Patriarcha , juxta nostri decre-
ti capitula , ratificarunt & approbarunt , ac
litteras Latino Graecoque sermone scriptas , &
eorum manibus subscriptas , Bullisque aurea &
plumbea munitas , per unum ex tribus nostris
Oratoribus ad nos nuper reverentem transmi-
serunt . Et cum ad ipsam Synodum propriis
expensis tam procul de partibus orientalibus
Concil. General. Tom. XXIX.

Græci proficisci nequeant , opus fuit ut expen-
sas in veniendo standoque & redeundo neces-
sarias , & quasdam alias pro tuitione civita-
tis Constantinopolitanæ , ne Imperatore ab-
sente a Turcis forsitan expugnari posset polli-
ceremur . Et quamquam hujusmodi impensas
nonnullis graves viderentur , nos tamen ani-
madvertentes , quantum Dei honor & profes-
sus Ecclesiae , quanta exaltatio Fidei orthodo-
xæ , quantum incrementum nominis Christia-
ni , quot millium animarum salus , quanta-
que utilitas , & innumerabilia bona populo
Christiano hinc forent proventura , non so-
lum ipsas impensas , sed & personas proprias
fore exponendas , dignum esse judicavimus ,
B spem ponentes in Domino , cujus negotium agi-
tur , & in caritate ac devotione fidelium ,
qui , dum talia intellexerint , subsidii & au-
xilii opportunis non deerunt . Si Christus
Deus noster sanguinem suum toto pretioso-
rem mundo pro nostra redemptione effudit
si ejus vestigia secuti Apostoli , atque alii san-
cti viri , pro salute proximorum & incremen-
to Fidei corpora sua libenter morti objecerunt ,
quid nos facere oportet , a quibus non nisi
caduca hujus mundi substantia efflagitur ? Si
reges & principes pro recuperandis expugnandis-
que civitatibus & oppidis multo amplio-
rem summam exponere soliti sunt : si deni-
que pro augendis facultatibus & vanitatibus
saeculi , se & sua multis periculis homines
subiiciunt , & ut exemplo utamur Salvatoris ,
quærens aliquis pretiosam margaritam , cum
invenit ipsam , vendit omnia bona sua , &
emit illam ; nonne Ecclesia Dei & universus
populus Christianus facere hanc impensam
poterit & debebit , ex qua nihil terrenum ,
nihil caducum , sed omnia quae supra memo-
ravimus bona succedent ? Si una duraxat
anima Christo carior est quam totum mundi
aurum : nos , ubi millia millium salvanda sunt ,
avaritiam aut negligentes videbimur ? Consuevit
aliquando Ecclesia ad liberandum de mani-
bus infidelium terram sanctam , seu pro debel-
landis hæreticis , indicere Generale passagium ,
D convocareque reges & principes & alios bella-
tores , ut armis ista peragerent , nec non
& pro aliis iustis causis ab omnibus Christia-
nis subsidium postulare , ad quæ ut promptio-
res efficeret , donis spiritualibus plenarie re-
missionis peccatorum invitavit . Profecto si
veterum revolvantur historiae , nulla unquam
adfuit causa iustior quam ista est , nec pro
qua Christicolæ omnes se & sua libenti-
us exponere deberent . Illic enim nos so-
lum ad recuperandam terram intenditur ,
sed etiam millia millium animarum , pro qui-
bus mediocre subsidium petitur , unde im-
pense Græcis promissa , sine quibus tam san-
ctum opus perfici nequit , inveniri possint .
E Quis igitur pro tanto universæ Ecclesiae bo-
no , proque tanto animæ suæ merito por-
tunculam rerum suarum , quas dono Dei ob-
tinet , denegare audebit ? O felicem & pre-
tiosam elemosynam , quæ regnum caelorum
promeretur , & quæ tantam Fidei catholicæ
utilitatem dabit ! O beatum illum hominem ,
quem Dominus ad tam sanctum opus inspirave-
rit ! *Hunc quidem (sicut scriptum est) in die
mala liberabit Dominus .* Licet autem ex debito
Christianæ professionis quisque ad hoc sanctum
negotium pro viribus contribuere ac subvenire
obnoxius sit , nihilo minus , ut eo libentius
I
oun.

ANNO
CHRISTI
1536.

Matth. 13.

Psal. 110.

ANNO
CHRISTI
1156

ANNO
CHRISTI
1156

omnes faciant, quo se hic & in futuro saeculo per amplius remunerandos fore intellexerint, decrevit haec sancta Synodus universalem Ecclesiam representans sponsam Christi, assidenter aperire spirituales thesauros, quos ipse Salvator ascendens in caelum sibi reliquit. Omnibus igitur Christi fidelibus utriusque sexus, qui ad hoc sanctam opus tantum hebdomada pro sua persona ac familia, si eam habuerit, refectione exponit, vel si de propriis viveret, exponeret, religiosus quoque pro quibus sum conventus, aut superior, vel alius iuxta praedictam rationem erogaverit, omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti & ore confessi fuerint, auctoritate omnipotentis Dei & de eius misericordia confisa, illam plenariam remissionem impartitur semel in vita, & semel & in mortis articulo, quam Ecclesia concedere solet omnibus eunibus Romanam tempore Iubilaei, vel cruce signatis ad recuperationem terrae sanctae tempore passagei generalis, & in retributione iustorum salutaris aeternae pollicetur augmentum. Ita tamen quod per annum integrum (si vixerint) singulis sextis festis impedimento cessante, aut si diebus festis impedimento cessante, regulari observantia, injuncta poenitentia, voto vel alia jejuniare teneantur, una alia die singulorum septimanarum ejusdem anni, qua ad jejunandum non sint adstricti, jejunent, aut ad iudicium sui confessoris in alia pietatis opera commutent. Ac etiam eadem die qua jejunabunt, vel (ut praemittitur) jejunare debent, si sint clerici, septem psalmos, vel missam; si laici, septem Pater noster, & septem Ave Maria, dicere sint adstricti, vel alia pietatis opere iudicio sui confessoris agant. Quod si conventus tales sint, qui nihil in communi possideant, vel aliam personam vitam vera mendicitate quaerentes, seu alias contribuere non valentes, ne huius spiritualis muneris sint expertes. Si ultra jejunium (ut praedicitur) observandum singulis diebus unius anni praedictos psalmos & missas, si clerici; si laici, praedictas orationes, cessante legitimo impedimento, eo modo quo supra exprimitur supplendo dixerint, vel alia pietatis opera sui confessoris iudicio (ut praemittitur) exercuerint, ac pro felici huius negotii consummatione Deum suppliciter exoraverint, eandem plenariam remissionem consequantur. Erogantibus autem ad idem opus quantum una die pro se suaeque familiae expensis expenderent, vel si de propriis viverent exponerent, septem annos & totidem quadragenae de injunctis sibi poenitentis elargitur. Et ut hi omnes ad huiusmodi Indulgentiae gratiam aptiores existant, omnibus sacerdotibus saecularibus & regularibus alias discretis, quos in confessores pro huiusmodi consequenda Indulgentia elegerint, indulget, ut confessionibus eorum auditis, ipsos a quacumque excommunicationis, suspensionis & interdicti sententia, a iure vel constitutione, seu etiam non nominatim, sed generaliter ab homine lata, & a quibuscumque aliis propter quam etiam sedes Apostolica merito esse censenda, imposita satisfactione & restitutione his quorum interest facienda, salutarem injungant poenitentiam, & debitae absolutionis in foro poenitentiali duntaxat in forma Ecclesiae benefi-

cium impendant. Quam satisfactionem ac restitutionem, si infra terminum a confessore statutum facere neglexerint, huiusmodi Indulgentia in nullo suffragetur. At cum clericis super irregularitate occulta, alias, quam ex bigamis vel homicidii voluntaria causa contracta, dispensent. Super votis vero peregrinationis, seu abstinentiae, aut aliis similibus, quae ipsi fideles emiserint etiam ultramarina, aut alia loca, seu limina sanctorum Petri & Pauli ac Jacobi Apostolorum, visitare voluerint, seu alias non impletis, dispensandi eisdem confessoribus etiam facultatem concedit ita tamen quod ipsi, cum quibus taliter dispensari continget, expensas quas ad loca huiusmodi vel pro aliis votis implendis iuxta ipsorum confessorum taxationem fecissent, ad hanc causam contribuant. Et ut nullam cuiquam peccati rubigo remaneat, vult & indulget haec sancta Synodus, ut quicumque ex usurario vel non debito questu, seu qualitercumque illicite aut indebite aliquid percepisset, seu bona ablata aut quaevis incerta possideat, si non extant vel ignorentur personam quibus facienda esset restitutio, aut res quaecumque tenentes, cujuscumque status aut religionis existant, in quorum detentione conscientiae eorum gravantur, vel quae de iure ad pias causas per Ecclesiam deberent exponi, huiusmodi res & bona seu valorem, nec non & qui arma vel alia prohibita infidelibus seu haereticis portaverint, lucretum quod inde perciperunt ad hoc opus iuxta suam & sui confessoris conscientiam & estimationem tradere teneantur. Jubeat insuper eadem sancta Synodus ut, habita huius decreti notitia, omnes diaconi in cathedralibus, collegiatis & parochialibus, in quibus eis visum fuerit, ac etiam Generales Ordinum mendicantium in conventibus Ecclesiis eis subiectis, mox disponant, quatenus verbum Dei per praedictos idoneos ad populum annuntietur, praedictas Indulgentias publicando, & fideliter exhortando ad subsidium in tam piissima causa impendendum, quibus praedicatoribus, & praedicationem audientibus, ac etiam omnibus aliis, qui circa praedictam estimationem subsidium aliquod vel auxilium in hac re dederint, centum dies de injunctis poenitentiae singulis vicibus in forma Ecclesiae relaxat. Ne autem in colligendis ac conservandis pecuniis frans aliqua committatur, ordinat sancta Synodus, quod in qualibet cathedrali, in civitatibus, in oppidis vero & aliis locis in principali Ecclesia unus cippus, truncus vel capsula ponatur, ubi tanquam in gazophylacio Domini quilibet pecunias erogandas, ac incerta & ablata seu illicite quaesita reponere possit & debeat. Cuius sint tres claves, quarum unam teneat Episcopus, vel cui voluerit ipse committere, pro quolibet truncus in omnibus locis civitatis & diocesis, capitulum aliam in cathedrali, Praelectus seu rector in principali, tertiam timoratus aliquis vir, quem civitas, oppidum, seu locus deputare voluerit, qui diebus per eos statuendis talem cippum, truncum vel capsulam coram notario vel duobus fide dignis aperiant personis, & pecunias ad fidem manus deponant, eas sine fraude, diminutione vel contradictione illi vel illis assignaturi quas haec sancta Synodus ad hoc deputaverit. Quod si in campetribus locis vel alibi periculum seu

diocesibus.

ANNO
CHRISTI
1527.

decrementum in conservacione pecuniarum per modum superius expressum verisimiliter timeatur, diocesani, vel ad colligendum hujusmodi pecunias ab hoc Concilio deputandi, (prout magis expediens visum fuerit) utiliter provideant. Quicumque autem, etiam si pontificali aut regali præfulgeat dignitate, fraudem, furum, sive rapinam circa prædictas pecunias, seu impedimentum ex proposito & malitiose in hoc sanctissimo opere fecerit, ultra indignationem omnipotentis Dei & reatum supremi sacrilegii, sententiam excommunicationis incurrat, a qua, nisi prius plenaria facta restitutione & impedimento sublato, absolvi non possit. Vult autem hæc sancta Synodus, quod elapso biennio a die præsentis decreti prædictæ Indulgentiæ ac facultates nemini concedi valeant, præterquam in mortis articulo, quoad illos qui infra biennium (ut supra dictum est) contribuerint. Quodque perionis illis que sub spe hujus gratiæ & Indulgentiæ aliquid commiserint, in nullo hujusmodi gratiæ ac specialis concessio suffragetur. Et quia difficile foret præsentis litteras singulis exhibere, decernit hæc sancta Synodus ut eorum transumptio manu publica auctoritate Archiepiscopi in tota provincia, & Ordinarii in sua diocesi, proprio sigillo munito, tanquam litteris originalibus plena fides in omnibus adhibeatur.

Datum in sessione publica hujus sanctæ Synodi solemniter celebrata in majori Ecclesia Basiliensi, decimo octavo Kalendas Maji, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo sexto.

S E S S I O XXV.

I.

De locis futuri & OEcumenici Concilii pro Græcis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Nuper hæc sacrosancta Synodus inter varias sollicitudines, quibus inscrutabilis divinæ altitudinis providentia, eam invocatione sui Spiritus Paraclæti, ad excolendum Domini græcis agrum adunari operarique dignata est, internæ mentis oculos more agricolæ pervigiliis revolvens, & attente prospiciens, quam deflenda diutine occidentalis & orientalis Ecclesiarum in ejusdem Fidei professione divisio in Dei perstitit & duravit Ecclesia, de clementissima ejus bonitate, apud quem nihil est impossibile, quique digne postulanti bus assuetur dat & large, spem suscipiens & fiduciam, ad procurandam inter ipsas Ecclesias catholicæ Fidei unitatem, seu diligentis curas tanto accuratius, non parcendo laboribus vel impensæ, adhibere decrevit, quanto ex hoc, ad omnipotentis Dei laudem & gloriam, ubertorem animarum salutem, manisque ipsius Fidei incrementum provenire cognovit. Cupiensque propterea, suffragante Spiritu Sancti gratia, tam saluberrimum unionis negotium aggredi & ample-

a) Hoc est Romanorum & Græcorum. raturam & venerabilem Patriarcham Constantin.

Council. General. Tom. XXIX.

Atinopolitanum, ceterosque Prælatos & alium Græcorum populum per diverses Oratores & litteras duxit invitandos pariter & exhortandos. Qui quidem Imperator & Patriarcha & alii Græci, volente & eorum corda Altissimo inflammante, exhortationes hujusmodi alacribus animis suscipientes, ipsumque unionis negotium aggredi sinceris affectibus perhibentes, suos solennes Oratores & Nuntios sufficienti mandato Bulla aurea & propriæ manus subscriptione Imperatoris, bullaque plumbea Patriarchæ prædictorum munito suffultos, serventissimum eorundem ad hanc Fidei unitatem zelum devotissime explicantes, ad eandem sacrosanctam Synodum duxerunt destinandos, cum quibus ipsa sancta Synodus diversis tractatibus & deliberationibus præviis, pro executione & consummatione felici tam salutaris operis, nonnulla decreta & capitula ad hoc summo opere necessaria & utilia, superius inserta, & dudum in certa sessione ipsius sanctæ Synodi in majori Ecclesia Basiliensi celebratæ, publicata, animo concordati conclusit. Volentique deinde hæc sancta Synodus decreta & capitula hujusmodi viis & modis omnibus necessariis & opportunis prosequi, ac juxta illa ad electionem loci pro futuro OEcumenico Concilio, in quo Imperator & Patriarcha prædicti, alique Græci, convenire possent & deberent, celebrando, mature procedere, habuitque super his & aliis hæc piam rem concernentibus, in diversis ipsius sanctæ Synodi deputationibus multiplicibus propositionibus & tractatibus, illisque cum votorum suppositorum eorundem serutinio diligenti recensitis, demum in Generali congregatione ad hoc in majori Ecclesia prædicta (ut moris est) indicta, & iterum votis singulorum in eadem scrutatis, reperoque duplo majorem partem & multo plus vota sua direxerit in Basileam, Avinionem, vel Sabaudiam, invocata Spiritus Sancti gratia, post missarum solemniam conclusum fuit & conventum, quod apud Imperatorem, Patriarcham, & alios Græcos prædictos, diligens & debita fieret instantia, cum allegationibus & expositionibus plurimarum rationum que ad id allegari & adduci possent, ut ex diversis bonis respectibus civitatem Basileensem acceptarent: pro dicto OEcumenico Concilio ibidem celebrando: quam si eos omnino recusare contingeret, extunc civitas Avinionensis locus esset ipsius OEcumenici Concilii ibidem celebrandi. Si tamen illud in eadem celebrari non posset, extunc tunc in Sabaudia Concilium celebraretur antedictum. Ut igitur præmissa omnia & singula debitum & votivum sortiantur effectum, cum omni solemnitate alias in hoc sacro Basiliensi Concilio in rebus arduis expediendis adhiberi solita, patribus in majori Ecclesia Basiliensi post missarum solemniam confidentibus, hæc sancta Synodus decernit, vult, statuit, ordinat & declarat, futurum OEcumenicum Concilium in Basiliensi, aut, illa recusata, in Avinionensi civitatibus, alioquin in Sabaudia, juxta conclusionem supradictam, debitis & conventis temporibus debere celebrari. Quodque Imperator & Patriarcha & alii Græci prædicti, juxta capitulata & decretata hujusmodi, nec non omnes & singuli alii cujuscumque gradus, status, dignitatis vel præminentis existant, qui Generalibus Conciliis de jure vel consuetudine interesse debent, etiam si pontificali dignitate præful-

ANNO
CHRISTI
1527.

ANNO
CHRISTI
1437.ANNO
CHRISTI
1437.

geant, ad illud debeant & teneantur, maxi-
me pro consummatione tam salutis operis,
accedere, & etiam convenire. Et hanc præ-
missam nominationem & electionem vult, sta-
tuit & decernit hæc sancta Synodus, ut sit
firma, inconcussa & inviolabilis, quacumque
alia modificatione, ordinatione, dispositione,
nominatione, seu electione per ipsum sacrum
Concilium seu alium vel alios, quacumque
auctoritate etiam papali fungentes, in contra-
rium facta seu factis, minime valitura seu va-
litura, quam seu quas hæc sancta Synodus ex
certa scientia exnunc irritat, cassat, revocat,
& anollat, seu cassa, nulla & irrita nun-
tiat, & pro infectis illam seu illas habere
vult, & presentibus habet, quatenus in to-
tum vel in partem præmissæ electioni obviant
vel repugnant. Supplet etiam hæc sancta Sy-
nodus ex certa scientia omnem defectum, si
quis in præmissis vel aliquo præmissorum for-
sitam intervenerit. Et insuper cum res tam
ardua, plurimum in Dei Ecclesia fructum al-
latura, sine gravibus expensarum sarcinis con-
summari, & Græci prædicti adduci, adducti-
que sustentari non valeant, dignumque & de-
bitum existat, ut pro consummatione tam fe-
licis operis Christi fideles universi, maximo
Ecclesiasticæ personæ, de commissi sibi patri-
monii Domini Nostri Jesu Christi substantiis
liberali dispensatione ministrent, hæc sancta
Synodus universis & singulis Ecclesiasticis per-
sonis exemptis & non exemptis, sub quacum-
que verborum forma, etiam ordinis sancti Joan-
nis Hierosolymitani, cuiuscumque status, di-
gnitatis, gradus, ordinis vel conditionis, exi-
stant, etiam Cardinalatus vel Pontificali præ-
fulgeant dignitate, generalem omnium & sin-
gularum suorum Ecclesiasticorum fructuum &
proventuum, quotidianis distributionibus dun-
taxat exceptis, decimam de suis Ecclesiis,
monasteriis, dignitatibus & officiis, ceterisque
Ecclesiasticis beneficiis in sua generali congre-
gatione jam impositam & conclusam, persol-
vendam & exigendam, decernit, statuit &
declarat imponendam, eamque imponit per
presentes. Præterea dicta sancta Synodus de-
cernit, vult, ordinat & declarat, quod vena-
biles Joannes Lubicensis, Ludovicus Vifensis,
Delphinus Parmensis, Ludovicus Lausan-
ensis, Episcopi, ipsius sacrosanctæ Synodi
Oratores, ad conducendum Græcos ad locum
Œcumenici Concilii, eorumque major pars
tunc præfens, portum Latinum locis supra
electis & nominatis aptiorem & propinquo-
rem, ad quem dicti Græci ultimo debeant
applicare, eligendi & nominandi plenam ha-
beant potestatem, illamque eisdem concedit
per presentes, juxta formam aliarum litterarum
eis superinde datarum. Postremo eadem
sancta Synodus vult, ordinat & decernit, quod
pro præmissorum & ex eis dependentium de-
bita & votiva executione, dictorumque Syn-
dicorum & Concilii securitate pleniori, ad
omnem eorum, aut suorum procuratorum vel
nuntiorum petitionem & instantiam, eis qua-
vis aliarum litterarum opportuna, utiles & necessa-
ria, sub Bulla ejusdem sanctæ Synodi per ip-
sum cancellariam in forma debita & honesta
concedantur, conficiantur, & etiam expedi-
antur.

Datum in sessione publica ipsius sanctæ Synodi,
in Ecclesia majori Basiliensi solemniter
celebrata, Nonis Maji, anno a Nativitate

te Domini millesimo quadringentesimo trige-
simoseptimo.

II.

*Aliud decretum lectum in eadem sessione pro
cautione Avinionensi.*

*Sacrosanctæ Basiliensis Generalis Synodus, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad futuram rei me-
moriam.*

Cum nuper dilecti Ecclesie filii Syndici &
Concilium civitatis Avinionensis, summam se-
ptuaginta millium florenorum auri de carne-
ra, pro conductione serenissimi Græcorum
imperatoris, & venerabilis Patriarchæ Constan-
tinopolitani aliorumque Græcorum ad Œcu-
menicum Concilium, dante Domino, ventu-
rorum juxta concordata & conclusa cum eo-
rum Ambaxiatoribus, necessariam huic sacro-
sanctæ Synodo & universali Ecclesie liberali-
ter mutuari obtulerint, jamque eius partem
exolverint, ac restantem, expeditis nonnullis
pro eorum cautione ab ipsa sancta Synodo
petitis, in pecunia numerata exolvere paratos
se offerant; eadem sancta Synodus cupiens
(prout decens est & debitum) dictorum Syn-
dicorum & Concilii, ne ex sua liberalitate
damnum patiantur, indemnitati legaliter pro-
videre, omnes & singulas pecuniarum quanti-
tates, quæ ex Indulgentiis per ipsam sanctam
Synodum universis Christi fidelibus de bonis
sibi a Deo collatis, pro prosecutione unionis
occidentalis & orientalis Ecclesiarum, ad ean-
dem Christianæ Fidei professionem in dicto
Concilio, Domino largiente, procurandæ &
perficiendæ largientibus, per ejus litteras ad
diversas mundi partes directas, & jam in ple-
risque locis solemniter publicatas, concessas,
nec non ex decima generali per eandem san-
ctam Synodum causam ob præmissam imposi-
ta & conclusa, hætenus provenerunt, ac pro-
venient in futurum, Syndicis & Concilio præ-
fatis usque ad summam prædictam exnunc
obligando, hypothecando, & assignando, vult,
statuit & decernit, quod iidem Syndici & Con-
cilium in omnibus & singulis, quibus malue-
rint, & quæ eligenda duxerint, & præsertim
Franciæ, Aragoniæ, Delphinatus, Britanniæ,
Sabaudie & Burgundiæ regni, ducatibus,
terris, provinciis, civitatibus & diocesis,
auctoritate ejusdem sanctæ Synodi & univer-
salis Ecclesie, ad levandum, exigendum &
recipiendum de pecuniis ex Indulgentiis, &
decima prædictis (ut præmittitur) provenien-
tibus, usque ad summam prædictam, & quo-
usque illa eisdem integraliter fuerit persoluta,
quascumque personas idoneas ad hoc eis uti-
les & accommodas in suos collectores nomi-
nare, eligere, deputare & ordinare, quodque
personas ipsas sic per eos nominatas, electas &
deputatas, de pecuniis hujusmodi usque ad
summam prædictam nomine Syndicorum &
Concilii prædictorum, petere, exigere & le-
vare possint & debeant perinde ac per ipsam
sanctam Synodum ad hoc deputatæ & nomi-
natæ fuissent, nec non illos solventes quoscum-
que, debita assignata quitantia, a solutis sint
liberi penitus & immunes. Promittit insuper
& pollicetur hæc sancta Synodus, quod ipsa
collectores ipsos sic per dictos Syndicos & Con-
ci-

* Romano-
rum.
* Romano-
rum.

ANNO CHRISTI 1437.

ANNO CHRISTI 1437. 138

cilium deputatos, quibusvis colore vel occasione caperatis, directe vel indirecte, sine expressa Syndicorum & Concilii prædictorum voluntate atque consensu nullatenus revocabitis, nec pecunias huiusmodi per alios in eligendis per dictos Syndicos & Concilium regnis, ducatibus, terris, provinciis, civitatibus & diocesis prædictis sine consensu suavit exigi, colligi, vel levari faciet, aut eorum collectionis huiusmodi, quo minus illas usque ad summam prædictam pro Syndicis & Concilio prædictis libere colligere & levare valeant, impedimentum aliquod præstabit, seu præstari patietur quoquo modo: quinimmo regum, principum & aliorum dominorum, in quorum regnis, territoriis & dominis eisdem Syndicos & Concilium electionem antedictam facere contigerit, super libera exactione & collectione pecuniarum ex Indulgentiis & decimis huiusmodi (ut præstetur) provenientium, favore & consensum, coercitionem quoque (si opus fuerit) & brachii secularis auxilium procurabit & ordinabit, aliasque eisdem Syndicos & Concilium super integra & reali restitutione & satisfactione dictæ summæ omnino reddet indemnes. Præterea eadem sancta Synodus vult, statuit & decernit, quod super exactione pecuniarum huiusmodi Syndicis & Concilio prædictis, quæcumque litteræ & processus compulsorios & penales, cum omnibus & singulis clausulis necessariis & opportunis concedantur, nonificentur. & etiam per ipsius cancellariam expediantur, nisi litteris in præmissis & circa præmissa iam concessis, in suo robore duraturis.

Datum in sessione publica huius sacre Synodi, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata, Nonis Maji, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

SESSIO XXVI.

Et est monitorium & citatio contra dominum Eugenium Papam & Cardinales.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Cum Christi Ecclesia vicariis & acerrimis languoribus subjaceret, hominumque peccata & prævaricationes divinæ legis magis ac magis in dies pernicioso crescerent augmento, dignatus est omnipotens Deus fidelium inspirare cordibus, ut in Basileam civitatem, profecto undique integerrimam, sacrosancta Generalis Synodus conveniret, quæ præsertim in reformandis moribus tam in capite, quam in membris, & excitandis cordibus in observatione legis Dei, vigilantem impenderet operam, ut & divinus honor resoreret in terris, & repressis enormitatibus peccatorum ad procurandam animarum salutem efficacius converteretur hominum sollicitudo. Jam vero pluribus annis in ea re per ipsam Synodum exhibitis sunt indefessi labores: commemorata frequentius extitit regnantium scelerum multitudo, quæ universam Christianitatem in multis clades multaque discrimina adducere conspicitur. Ecclesia in Christi nomine congregata, cunctis palam curavit ingerere monita salutis, die ac nocte clamitans ut redirent præ-

varicatores ad cor, & observarent legem domini Dei sui. Denique salubria decreta & sacros canones instituit, quibus pestis avaritiæ, simoniæ, ambitionis, & aliorum vitiorum, quæ multorum corda nimium incendebant, arcerentur a grege Domini, & juxta præcepta Christi atque sanctorum patrum instituta, dignitates Ecclesiasticæ atque beneficia digni & idoneis pastoribus ac ministris gratuita collatione, iustisque & canonicis electionibus ac institutionibus distribuerentur, quorum medio univèrsus clerus & populus salubriter regeretur ac perduceretur in salutem. Sed, quod heu dolentissime referimus, ille qui primus hæc exequi debuerat, quicumque & Christi præcepta & canones sacrorum Conciliorum præ ceteris servare oportuerat, immo & ceteros ad horum observantiam efficaciter inducere, nulla unquam monitione, nulla exhortatione induci jam longo tempore potuit, ut aliquam morum emendationem Christo placentem: aut notissimorum abusuum correctionem in Ecclesia sancta Dei efficere satageret. Quin potius conspiciit universis orbis, sub eius regimine majora semper scandala gravioraque exoriri. (sanctissimum dominum Eugenium Papam IV loquimur) quem frequentibus monitis hæc sancta Synodus cum plurima caritate & benignitate, tum per ipsius Synodi Oratores, tum per litteras, tum etiam per ejusdem domini Eugenii Nuntios, inducere curavit, atque etiam per aliquorum regum & principum Ambaxiatores hortata est, ut pro Christi reverentia & animarum salute, salutari animarum gubernationi operam daret, electiones proborum pastorum fieri assentiret, beneficia a Christo gratis accepta gratis distribueret, ceteraque in edificationem Ecclesiæ ageret, quæ juxta canones sanctorum patrum eadem Synodus pro animarum salute & universalis Ecclesiæ ordinaverat, & quemadmodum sacrosanctum Generale Constantiense Concilium irrefragabili catholicæ veritatis declaratione diffinivit, in his rebus quæ ad reformationem universalis Ecclesiæ in capite & in membris pertinent obediret. Pariiter quoque notum sit, quod sacra Generalia Concilia jurisdictione super Papam uti possint, cum clamosa insinuatione, vel alias ipse ut scandalizator Ecclesiæ sacro Concilio deferatur. Monuit quoque hæc sancta Synodus ipsum dominum Eugenium, quatenus dignaretur ambulare unanimiter cum consensu ejusdem in domo Dei, & adhesionem, quam litterarum suarum testimonio solemniter huic eidem Synodo exhibuit, factis & operibus adimpleret, ut pax & tranquillitas salutaris per universam vigeret Ecclesiam. Sed in adversum, proh dolor, electiones Pontificum & pastorum sedulo perturbare visus est, translationes Prælatorum, eis invitis, contra sanctorum patrum & sacrorum canonum atque sacri Concilii Constantiensis statutorum formam & tenorem facere, divisiones, scandala & schismata per singulas fere vacantes Ecclesias ingerere: ut plurimum enim unus eligitur, alteri vero per ipsum, suis reservationibus jam sublati, inintem providetur, ipsa electione rejecta; immo & adversus filios obedientiæ, qui decretis hujus sanctæ Synodi obedire voluerunt, graves compertus est fulminare sententias, ipsos pro libito voluntatis a beneficiis & dignitatibus mandando privari, inhabilitari, & excommunicari. In collatione præ-

Multa in hac Synodo sperantur que Pontifici & ejus auctoritati derogant, que sunt cause legende. Videantur de his Bulla reformationis Pii II. Pontificis maximi, que infra habetur.

Constantiense Concilium sess. 32.

Statutorum formam & tenorem facere, divisiones, scandala & schismata per singulas fere vacantes Ecclesias ingerere: ut plurimum enim unus eligitur, alteri vero per ipsum, suis reservationibus jam sublati, inintem providetur, ipsa electione rejecta; immo & adversus filios obedientiæ, qui decretis hujus sanctæ Synodi obedire voluerunt, graves compertus est fulminare sententias, ipsos pro libito voluntatis a beneficiis & dignitatibus mandando privari, inhabilitari, & excommunicari. In collatione præ-

ANNO
CHRISTI
1177.a Forte, com-
pluribus. H.

præterea seu expeditione dignitatum & beneficiorum, & aliarum rerum dispensatione, etiam more inconvulso graves summas pecuniarum exigere, abusus pestiferos detestabili & horrenda specie simoniacæ labis resperfos, adversum jura divina & humana in animarum perniciem & Ecclesiarum orbis non mediocre præjudicium, ac provinciarum, regnorum & singularum patriarum depauperationem & exinanitionem cum pluribus sacris incrementis, dignitatibus etiam seu vacantibus beneficiis providendo carnalitate affectu, non iudicio rationis, nec eos erigendo qui in Ecclesiis proficere possunt, sed quorum vel precibus delinitus exiit, vel pro quibus quispiam majorum rogasse compertus est, aut, quod deterius est, qui ut beneficiati fierent muneribus impetrarunt, non advertens nihil esse quod Ecclesie Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Prælati ad regimem animarum. Sententiis insuper Synodalibus spreis, quas olim summi Pontifices maxima cum veneratione prosequerantur, præsentas appellationes ab eisdem interpositas admittit, sententias hujusmodi expresse revocando. Ipse insuper illos, quos hæc sancta Synodus pro causis iustissimis alligavit, solvere de facto conatus est, nulla satisfactione peracta. Ceterum cum deceat Romanum Pontificem juxta sacrorum canonum & summorum Pontificum instituta per fratres suos sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales, qui sibi in executione sui officii coadjutores existunt, sua exercere consilia, ut ipsorum salubribus & prudentibus consultis status Ecclesie tam in spiritualibus, quam temporalibus rationabiliter dirigatur, ipse dominus Eugenius etiam in rebus gravissimis minime eorundem consilia requirere fertur, qui sunt pars corporis sui, sed aliorum extraneorum consultationem scatur, quod non ex rationis iudicio, sed ex carnali affectu nonnunquam provenire videtur. Dispensatione quoque sibi credita abutitur, eam in dissipationem convertendo, & potestatem sibi datam in edificationem, vertendo in destructionem. Plura vero gravia nobis omittentibus, novissima occurrunt consideratione miseranda. Audimus quidem nuper civitatem Prænestinam, cujus Episcopali titulo unus ex Romanæ Ecclesie Cardinalibus consuevit insigniri, per tolerantiam ejus & suorum domesticorum ac stipendiis Romanæ Ecclesie militantium opera, in ruinam mirabiliter decidisse. Oppida insuper plurima, in ejusdem sanctæ Romanæ Ecclesie patrimonio consistentia, aliquando prædæ exposita, ut oppidum Butrii Bononiæ proximum, aliquando solo equata. Et qui augmentum efficere debuerat, operatus est diminutionem, cum tamen ex dignitate summi Pontificatus non peccandi licentiam, sed bene vivendi necessitatem assecutus esse noscatur. In operibus præterea fidem concernentibus, cum hoc tempore pro Ecumenico Concilio cum Græcis celebrando Ecclesia indigeret, prout & de præsentibus indiget, subventionibus fidelium populorum, ipse substantias eorum aliorum divertere satagens, & subsidia Fidei catholice multipliciter impediens, Indulgentias plenarias per loca diversa multiplicasse dicitur, absque causis urgentibus eas disseminando, in gravem perturbationem sanctissimi operis pro ipsa Fide orthodoxa per hanc Synodum inchoati; aliaque plurima hucusque

peregisse atque procurasse dicitur, quæ promotionem rerum ad bonum Fidei orthodoxæ & ejus promotionem pertinentium magnam impedimentum & multam retardationem attulerunt. Illud quoque multa reprehensione in tanto pastore dignum est, quod juramentum in assumptione sui ad apostolatus apicem, super certis ordinationibus præstitum, ac deinde post ipsius assumptionem sub Bulla sua solemniter confirmatum, minime servasse dicitur, sed, quod dolenter referimus (ut a plurimis asseritur, & fama publica laborat) ipsum notorie transgressus est. Denique cum ita agere conspiceret universus orbis, (nam hæc quæ notoria esse dicuntur, Ecclesiam universalem scandalizantia, recensemus) ut occasione sui universa Ecclesia gravissimis turbationibus subiaceret: quibus nisi divina misericordia provideat, ruina prioribus inaudita seculari Christiano populo prospiciatur imminere. Non autem solum in rerum spiritualium regimine hæc ipsam ruinam consideramus, sed & in gubernatione temporalium dominorum sanctæ Romanæ Ecclesie notorios delictus attendimus, quorum alienatores honorem perdere felices recordationis Symmachus Papa decrevit. Quantas enim terras ipse dominus Eugenius alienaverit, quantæque ejus incuria & insolenti regimine perditæ & occupatæ sint, quantas strages subditorum Romanæ Ecclesie, quos etiam, ut Bononiensis civitas in suis supplicis attestari potest, peremptos audimus, sine poenitentia & Eucharistie sacramentis, quam etiam miseranda vastatio suo tempore subsecuta fuerit, notoria facta testari videntur. Expectavit autem jam plurimis annis hæc sancta Synodus cum multa patientia, ut hæc omnia ipse dominus Eugenius corrigeret, atque in melius emendaret, ac, veluti vices gerentem Christi & Petri successorem decet, totum orbem exemplo bonarum actionum in viam salutis dirigere studeret. Dum vero videmus cuncta juxta in pejus ruere, & omnia magis conturbari, plurimis anxiamus doloribus, ac vehementer gremio Dominico compatimur, quem in totalem fere desolationem ac incrementa scandalorum, divisionum ac vitiosarum deformitatum decidere formidamus, nisi debito regimini Ecclesie Dei conveniens provisio apponatur, & consulatur publice saluti. Videns itaque hæc sancta Synodus, quæ per summariam informationem ex abundantia factam ipsum dominum Eugenium in prædictis publice & notorie diffamatum compertit necessitatem providendi debito regimini Ecclesie imminere, ut, si Concilium congregatum non esset, summe necessarium foret pro his rebus ipsam congregari: attendentes præterea in iudicio Dei oportere reddere rationem super tantorum dissimulatione malorum & scandalorum, quibus corrigendis pro salute totius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus incumbere tenetur, & ex potestate quam super cunctos fideles jussumque auctoritatis, etiam si papalis existant, a Christo accepit, juxta prædictam declarationem in Concilio Constantiensi habitam, & in hoc præsentibus dudum renovatam, cum etiam coram Deo & hominibus gravissime reprehendenda veniret, si in hac urgentissima Ecclesie necessitate suum officium (prout tenetur) etiam nemine postulante exequi negligeret: decernit, ut intra sexaginta

ANNO
CHRISTI
1177.In Synodo
V. eius
Initium:
Hæc quidem
fraternitas.

ANNO CHRISTI 1437.

ANNO CHRISTI 1437. Basiliensis Conc. sess. 4.

ta dies a die presentis sessionis & affixionis numerandos, quam terminum prefato domino Eugenio preceptorie prefigit, ut si qua interium coram hac sancta Synodo super premissis & alii proponendis, pro sui defensione aut excusatione, alleganda vel proponenda duxerit, per se vel alium ad hoc legitime deputatum coram eadem Synodo Basiles compareat. Dicho autem elapso termino, siue dictus dominus Eugenius per se vel alium comparuerit, siue non, hac sancta Synodus ad ulteriora procedat, cognoscendo & terminando prout Ecclesie sancte Dei, Spiritu sancto dictante, conspexerit expedire. Univeris in super sancta Romana Ecclesia Cardinalibus in virtute sancte obedientie, & sub poena alias premissi huic sacro Concilio per se vel alium nomine suo juramenti, & quoad eos qui juramentum non presterunt, sub poena privationis fructuum suorum beneficiorum, mandata & precepit, ut infra eundem terminum in hac civitate Basiliensi compareant, saluti sancte matris Ecclesie cum ceteris in Synodo congregatis consulturi & opportune providuri, prout Spiritus sanctus dixerit. Hoc ipsum quoque universis principibus & populis Christianis innotescere volumus, ut videntes sancte matris Ecclesie & universae Christianitatis angustias, in unam sententiam pro honore Dei creatoris nostri & animarum salute pariter conveniant, & quod toti orbi salutare fuerit communi consensu amplectentur. Decernit tandem hac sancta Synodus, hujus decreti publicationem in presenti sessione factam, ejusque affixionem in valvis majoris Ecclesie Basiliensis, vim habere monitionis & citationis, quoad omnes & singulos adus in hac re fieri necessarios, usque ad finalem terminationem, etiam ad sententiam definitivam audiendam, & ejus executionem faciendam inclusive, & ita universos arctare, ac si personaliter apprehensi, & eis intumtum fuisset.

Datum Basiles in nostra sessione publica, solemniter in Ecclesia majori Basiliensi celebrata, pridie Kalendas Augusti, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigentesimo septimo.

SESSIO XXVII.

In qua cassatur nominatio & creatio Carilini per dominum Eugenium Papam IV. facta.

I.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

TANTAM reverentiam sacris canonibus Generalium Conciliorum sancti patres censuerunt adhibendam, ut violatores eorum voluntarios gravissime vindicarent, & unumquemque in sui ipsius destructione agere arbitrarentur ea destruere conantem quam universali consensu fuerunt instituta. Gravis quoque que exinde jadura toti Ecclesiastico immineret ordini, si decreta Synodalia Conciliorum Generalium, quibus nervus regulæ Ecclesia-

lica ac disciplinae saluari incititur, per cuiuspiam voluntatem, & maxime sedente adhuc ipsa universali Synodo, abrumpi sinerentur. Dudum autem hac sancta Synodus Cardinalibus sancte Romane Ecclesie assumendis, inter cetera duo salubria edidit decreta, quorum tenores ad lucidiorum universonum informationem de verbo ad verbum hic inferere & innovare decrevimus.

II.

Tenor primi decreti.

Item, cum multiplicatio Cardinalium sit ibidem Ecclesie dispendiosa & onerosa, propterea & ex aliis rationabilibus & legitimis causis eandem sanctam Synodum moventibus, statuit, ordinat, atque ex certa scientia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta Synodus, quod, durante hoc sacro Concilio, Romanus Pontifex, a loco istius sacri Concilii absens personaliter, non debeat neque possit alique vel aliquos, cujuscumque dignitatis, conditionis, gradus seu status existant, in sancta Romana Ecclesia Cardinalem vel Cardinales, quovis modo, aut quocumque questro colore vel cauta assumere, pronuntiare secreta aut publice, aut pronuntiaros seu assumptos secreta publicare. Et si secus attentatum fuerit, exnunc in antea irritum sit & inane, nulliusque roboris vel momenti. Quod si forsitan de facto assumpti aut pronuntiat, se pro Cardinalibus gerere, aut nominare presumpserint, quibuscumque dignitatibus a privati, & ad omnes & singulas futuras inhabiles. Et quicumque eor pro Cardinalibus gereores & reputantes, exnunc prout extunc sententiam excommunicationis innodati sunt ipso facto, a qua, preterquam mortis articulo, nisi a prefata Synodo absolutionis siue habilitationis beneficium obtinere non possint.

III.

Tenor secundi decreti.

Cum summo Pontifici sancte Romane Ecclesie Cardinales in dirigenda Christiana re publica laterales assistant, necesse est ut tales instituantur, qui sicut nomine ita re ipsa Cardines sint, super quos omnia universalis vertentur & sustententur Ecclesie. Statuit sancta Synodus, ut deinceps eorum numerus adeo sit moderatus, quod nec sit gravis Ecclesie, nec superflua numerositate vilescat. Qui de omnibus Christianitatis regionibus, quantum fieri poterit commode, assumantur, ut notitia rerum in Ecclesia emergentium facilius haberi, & super his maturius deliberari possit: sic tamen, quod numerum vigintiquatuor inter hos, qui nunc sunt, & assumendos, non excedat: ita quod de una natione ultra tertiam partem respectu Cardinalium pro tempore existentium, ac de una civitate & diocesi ultra unum inde oriundum, & de ea natione que nunc ultra tertiam partem habet, usque ad ipsius tertiam partem redactionem esse nequeant. Sint viri in scientia moribusque ac rerum experientia excellentes, non minus triginta annis, magistris, doctores, seu licentiatos, cum rigore examinis in iure divino vel humano. Sit saltem tertia vel quarta pars

ANNO
CHRISTI
1417.ANNO
CHRISTI
1417.

pars de magistris aut licentiatas in sacra scri-
ptura. Inter hos autem vigintiquatuor esse
aliqui poterunt admodum pauci, filii, fratres,
aut nepotes regum seu magnorum principum,
in quibus cum circumspectione & maturitate
morum competens literatura sufficiat. Non
siant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore
Romani Pontificis, aut alicujus Cardinalis vi-
ventis, non illegitime nati, non corpore vi-
tiosi, nec alicujus criminis aut infamie nota
reperiti. Prædicto autem numero vigintiqua-
tuor, pro magna Ecclesie necessitate vel uti-
litate duo alii, in quibus vitæ sanctitas vel
eximie virtutes resurgant, quamquam memo-
ratos gradus non habeant, ac de Græcis, cum
Romane Ecclesie unum fuerint insignes aliqui
viri adici poterunt. Non fiat Cardinalium
electio solum per auricularia vota, sed illi as-
sumi possint, in quos, facta vero scrutatio ac
publicato, majorem partem Cardinalium per
subscriptionem manus propriæ consenserit
collegialiter consensisse. De super etiam Apo-
stolicæ litteræ cum subscriptione Cardinalium
confiravit, decreto hujus sacri Concilii in
quarta sessione solemniter publicato, quod in-
cipit: Item, cum multiplicatio Cardinalium,
&c. in suo robore inviolabiliter permanens.

Adversus autem præmissorum decretorum
mentem & tenorem, nuper, non sine gravi
dolore, comperimus venerabilem Joannem Pa-
triarcham Alexandrinum, in sacrosanctæ Ro-
mance Ecclesie Cardinalem (licet de facto &
nulliter) per dominum Eugenium Papam fuis-
se assumptum, cum nec summus Pontifex ab-
sens a loco hujus sacri Concilii ipsum in Car-
dinalem creare debuerat, contra primum de-
cretum in sua adhæsiōe solemniter approba-
tum, neque proportionem singulis nationibus
convenientem, & qualitates in secundo de-
creto descriptas omittente, sicut in promotione
dicti Patriarchæ factum esse comperitur. Et
cum frustra hæc sancta Synodus jura conde-
ret, nisi sua auctoritate quam ex Christi do-
no immediate suscepit eadem tueretur: utque
Gelafius Papa profiteretur, & nullum jam ve-
raciter Christianum ignorare credit, uniuscu-
juscumque Synodi constitutum, quod univer-
sali Ecclesie probavit assensus, nullam magis
exequi sedem, ac præ ceteris oportere, quam
primam: necessitasque urgeat illis transgresso-
ribus jurium occurrere, ex quibus com-
munes illaqueationes animarum & gravis in futurum
schismata provenire valerent, (nam & qui
talem Cardinalem reputant, juxta prædicti
decreti tenorem, vinculo excommunicationis
eo ipso innodantur) & in futuris electionibus
Romanorum Pontificum varia schismata po-
terunt exoriri, si prædicti Cardinales, quo-
rum irrita & inanis promotio decreta extite-
rit, hujusmodi electionibus se voluerit immi-
scere, ad obviandum itaque tantis discrimini-
bus, admonet & exhortatur hæc sancta Syno-
dus præfatum dominum Eugenium, sub obte-
statione Divini judicii, per viscera misericor-
diæ Domini nostri Jesu Christi, & eidem ex
parte Dei omnipotentis præcipit atque man-
dat, ut pro futurorum schismatum, & scam-
dalorum evitacione, prædictam & alias qua-
scumque vocaciones per eum factas ad Cardi-
natus honorem, contra prædictorum de-
cretorum formam & tenorem, sicut de facto
processerunt, eas revocet, casset publice &
annulet, nullasque fuisse & esse decernat,

In epistola
ad Episcopos
Dardaniæ,
cujus initium
est Paide mi-
nuta sumus.

prout hæc sancta Synodus hoc Synodali de-
creto, sicut de facto processerunt, eas cassat,
irritat & annullat, nullasque, cassas & irritas
decernit atque declarat, ulteriusque a talibus
vocationibus abstinere, alias providebit hæc
sancta Synodus, prout Spiritu sancto dirigente,
utilitati Ecclesie viderit expedire. Declarat
insuper hæc sancta Synodus, universos, qui
præfatum Joannem Patriarcham, aut alios
taliter de facto promotos, pro Cardinalibus
gesserint & reputaverint, penas in præfatis
decretis annotatas eo ipso incurrere.

Datum in sessione nostra publica, in ma-
jori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata,
sexto Kalendas Octobris, anno a Nativitate
Domini millesimo quadringentesimo trigésimo
septimo

IV.

*Decretum cassationis litterarum falso Bullata-
rum in eadem sessione lectum.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalium
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriam.*

Cum datum ex ordinatione nostra concor-
diter conclusa litteræ sub Bulla hujus sacri
Concilii super nominatione locorum Basilee,
Avinionis, & Sabaudie, pro celebrando Œcu-
menico Concilio in adventu Græcorum fore-
rint expedite, & deinde ad notitiam nostram
pervenerit quaedam alias litteras, nominatio-
nem Florentie & Urini continentes, clande-
stine & contra ordinationem hujus sacri Con-
cilii fuisse Bullatas, cupiens hæc sancta Syno-
dus unumquemque de his rebus veraciter
informari; ne quempiam falsa pro veris reci-
piendo decipi contingat, decrevit & declarat
omnes litteras continentes nominationem quo-
rumcumque aliorum locorum pro antedicto
Concilio celebrando, præter jam dicta loca
Basilee, Avinionis, & Sabaudie, quibus Bul-
la sacri Concilii inveniretur appensa, fuisse fal-
so Bullatas, & contra hujus sanctæ Synodi or-
dinationem, nec litteris talibus ullam fidem
esse adhibendam, aut ipsis seu earum trans-
umptis, quacumque auctoritate, etiam si pa-
pali transumptis fuerint, esse utendum: hu-
jusmodi litteras sic falso Bullatas cassat, irri-
tat & damnat, ac cassas & irritas esse de-
cernit, inhibens omnibus & singulis, quavis
dignitate præfulgentibus, etiam si legatione papa-
li de latere, dispositione, mandato, vel qua-
vis alia seu alio fungerentur, sub penis ex-
communicationis, quam ipso facto incurrant,
ac inhabitationis activæ & passivæ ad qua-
scumque Pontificales, aut alias dignitates Ec-
clesiasticas vel seculares, & ad beneficia ob-
tenta & obtinenda, ne præfatis litteris falso
Bullatis aut earum transumptis utantur, aut
utentibus auxilium, consilium vel favorem in
his præstare præsumant.

Datum in sessione nostra publica in ma-
jori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata,
sexto Kalendas Octobris, anno a Nativitate
Domini millesimo quadringentesimo trigésimo
septimo

ANNO
CHRISTI
1437

V.

*Aliud decretum in eadem sessione lectum, quod ci-
vitas Avinionensis non possit alienari,
& recipitur in subsequen-
tiam Concilii.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad futuram rei me-
morianam.*

Cum nostra sollicitudo ad hæc inter alia ju-
riter aspiret, ut sancta præsertim Romana Ec-
clesia feliciter in spiritualibus gubernetur, si-
mul quoque cum virtutum ornatu, tempora-
lium rerum obtineat ubertatem, sine quibus
spiritualium administratio diu subsistere non
valeret; præsi quoque patres hæc consideratio-
ne permoti, largam prædiorum, dominiorum
& possessionum amplitudinem ipsi Ecclesie ac-
quirere curaverunt, quorum alienationem sub
gravibus poenis censuerunt prohibendam, adeo
ut Symmachus Papa Spiritu Dei repletus in
suo canone decreverit, etiam Pape non lice-
re prædia Ecclesie alienare aliquo modo pro
aliqua necessitate, nec in ulumfructum rari-
trudere, nisi tantummodo domus, quæ in
quibusdam urbibus non modica impensa susten-
tantur, quæ lege omnes custodes & Prælatos
adstringi voluit, ut donator, alienator, ven-
ditor, honorem perderent, & qui subscribe-
ret cum eo qui reciperet, nisi restitueret, a-
nathema foret. Licere etiam voluit quibuslibet
Ecclesiasticis personis contradicere, & cum
fructibus alienata reposcere, quod non tantum
in Apostolica Ecclesia servandum esse dixit,
verum etiam universis Ecclesiis per provin-
cias arbitratus est convenire. Nos eorum
vestigia imitando vigilanter curare convenit,
ne quidquam terrarum & possessionum, quæ
jam Deo & ipsi Romane Ecclesie in susten-
tationem summi Pontificis & ministrorum luo-
rum dedicatæ sunt, distrahi a quoquam vel
alienari patiamur; illa præsertim loca insignia
in quibus necessitatis tempore libere valeat Ro-
manus Pontifex cum sua curia commorari,
ubi nullus secularis potestatis metus extereat,
nullus temporalis favor absorbeat, nullus
terror iræ veat, nihil suam sanctitatem
& venerabiles sanctæ Romane Ecclesie Car-
dinales a vero & veri Concilii soliditate re-
moveat, cum non absque provisione divina ip-
sa loca Apostolicæ sedi provenisse credantur.
Ex his autem causis & aliis nos iuste & me-
rito moventibus provisione congrua occurrere
duximus, ne inelyta civitas Avinionis, quæ
se semper devotissimam & fidelissimam Eccle-
sie exhibuit, & novissime in Fidei catholice
obsequium de suis facultatis copiosissimam sub-
ventionem pro unione Græcorum cum Latinis
prosequenda ministravit, quoquo pacto ab ip-
sius Romane Ecclesie dominio alienetur, aut
ad manus alienas transferatur, cum ex his
& aliis Ecclesie universali per ipsam inely-
tam civitatem impensis obsequiis non im-
peti, non damnificari, non in alios usus alie-
nari, sed beneficiis attoniti merito debeat. Ec-
clesiastica dignum est remuneratione gaudere.
Decernit igitur hæc sancta Synodus ut, nul-
lus, cuiuscumque dignitatis vel præminentiæ
Concil. General. Tom. XXIX.

A fuerit, etiam si papalis, civitatem prædictam &
etiam comitatum Venetianum cum terris & do-
minis sibi adjacentibus audeat vel præsumat
quovis modo seu juris colore qua sito vendere,
seu pignori obligare, aut in feudum vel cen-
sum dare, aut quovis modo alienare. Quod si
secus per Romanum pontificem vel alium
quemvis actum sit de præsentis, vel in futurum
agi contingat, hæc sancta Synodus totum id
& quidquid inde sequatur, ex tunc prout ex-
tunc cassat, irritat & annullat, & omni ca-
rere decernit robore firmitatis. Atque etiam
statuit, quod ipse Romanus pontifex, vel al-
ius quisvis, si quidquam contra huiusmodi de-
cretum attentaverit, sacro Generali Concilio
deferatur. Recipientes quoque, etiam si Cardi-
nalatus, Patriarchali, Pontificali, imperiali,
regali, ducali, vel alia quavis Ecclesiastica vel
seculari præfulgeant dignitate, vel etiam si
communitas fuerit, decernit hæc sancta Syno-
dus poenis excommunicationis, privationis cu-
juscumque dignitatis Ecclesiasticæ vel secularis,
etiam omnium feudorum, specialiter quæ
a Romana vel alia tenent Ecclesia, subiacere,
nec non perpetuæ inhabilitationis ad quascum-
que dignitates Ecclesiasticas vel seculares &
quæcumque beneficia & officia in posterum ob-
tinenda. Communitas vero Ecclesiastico inter-
dicto ultra poenas supra expressas sibi conve-
nientes, eo ipso subiacet: quas poenas singu-
lariter singuli, qui aliquid prædictorum atten-
taverint, ipso facto incurrant. Insuper civita-
tem prædictam Avinionensem, quæ magnam
mercedem ab universali promeretur Ecclesia,
cuique indignissimum esset pro ejus optimis
meritis mala quævis per aliquem irrogari, præ-
sertim cum multa contra ipsius civitatis fla-
tum in eversionem, disturbium & dissolutio-
nem hujus sanctæ Synodi & suorum sando-
rum operum, attentari & machinari possent,
quibus hæc sancta Synodus non valeret ex post
facto saltem commode & sine gravi damno
providere, cumque jam ipsi civitati & civibus
gravia comminata sint, veluti ex informatio-
ne summaria comperimus, eadem sancta Syno-
dus civitatem ipsam & supposita ejusdem
in suam & Ecclesie universali, quam repræ-
sentat, specialem protectionem & salvam-
guardiam suscipit, ac reponit; prohibens sub
poenis prædictis omnibus & singulis, quacumque
dignitate vel præminentiæ Ecclesiastica vel se-
culari, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Pon-
tificali, imperiali, regali, ducali vel alia qua-
libet præfulgeant dignitate, vel etiam si
communitas fuerit, ne ipsi, aut ipsorum aliquis,
directe vel indirecte civitatem prædictam dissi-
dere, perturbare, invadere, vel inquietare tem-
poraliter vel spiritualiter, aut ejus habitatores
violenter capere, aut in personis vel bonis
eorum damnificare atque molellare præsumant.
Quod si quis fecerit, poenas superius expressas
ipso facto incurrat. Romanus vero pontifex
si aliquid prædictorum attentaverit, sacro Con-
cilio deferatur, & ipsa attentata nullitati ipso
facto subiaceant. Et quoniam id quoque pari-
ter indignum esset, ut venerabilis Petrus Ep-
iscopus Albanensis, sacrosanctæ Romane Ec-
clesie Cardinalis, de Fuxo vulgariter denuncu-
patus, & Apostolicæ sedis Legatus, qui ad ip-
sius civitatis Avinionensis & comitatus Venetia-
ni prædicti gubernationem deputatus est, qui-
que pro expeditione subditorum sanctæ ma-
tri Ecclesie præstitorum in eadem civitate Avi-

ANNO
CHRISTI
1437

In III. Sy-
nodo Ro-
mana, cu-
jus titulum
est. *Flavio*,
etc.
Hæc qui-
dem Liber-
tatis.

K

noo-

ANNO
CHRISTI
1417.

nionensi ad prosequendam unionem Græcorum fideliter & efficaciter laboravit, hanc sanctam Synodo se obsequentissimum exhibendo, per quamquam vexaretur, inquietaretur, aut molestareretur, cujus etiam perturbatio & molestatio in magnum dispendium & in gravem calamitatem ipsius civitatis Avinionensis verisimiliter proveneret, Ideirco sub eadem protectione ex promissis causis recipit hæc sancta Synodus eundem venerabilem Petrum Episcopum Albanensem, & suos familiares domesticos & continuos commensales, decretoque pariter prohibet eadem sancta Synodus sub penis antedictis, ne quisquam cujuscumque dignitatis, etiam Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, imperialis, regalis, ducalis, aut alterius, vel etiam communis, ipsum & suos prædictos invadere, diffidare, molestare, aut de facto in suis beneficiis, bonis & rebus quibuscumque perturbare præsumat, vel spiritualiter, vel temporaliter quoquo modo contra eundem & eosdem procedere. Si vero Romanus Pontifex aliquid prædictorum attentaverit, sacro Concilio deferatur, similique nullitatis vitio in contrarium attentata eo ipso subiaceant. Quodque absolutio & relaxatio a prædictarum excommunicationum (præterquam in mortis articulo) ac interdicti & inhabilitationis & ceterarum poenarum sententis sacro Generali Concilio reservata intelligatur.

Datum in sessione nostra publica, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata sexto Kalendas Octobris, anno a Nativitate Domini MCCCXXXVII.

S E S S I O XXVIII.

In qua accusatur contumacia Papa, & declaratur contumax.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Die Martis prima mensis Octobris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, in Ecclesia majori Basiliensi, in qua sessiones præsentis sacrosanctæ Generalis Synodi Basiliensis celebrari solent, vicessimaoctava ipsius sanctæ Synodi sessio hoc modo extitit celebrata, videlicet missa solemni de Spiritu sancto per reverendum patrem dominum Georgium Episcopum Visensem nationis inclytæ Hispanicæ celebrata, & demum suffragiis, antiphona exaudi, &c. litaniis, Evangelio secundum Mattheum, *Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas major est in regno caelorum? Et adiens Jesus parvulum, &c.* ac hymno, *Veni creator Spiritus, cum versiculo & collecta, & oratione, Deus qui corda, decantatis, præsentem in eadem sessione præfato reverendo patre domino Episcopo Visensi ante majus altare, ubi dicta missa celebrata extitit, in pontificalibus cum mitra aurifabrata & pluviali, in cathedra & sede eminentiori, pluribusque aliis dominis Prælatibus cum mitris planis & pluvialibus, ut in talibus in eadem Synodo fieri solitum est, superioribus & eminentioribus sedibus suis locis tam a dextris quam a sinistris confidentibus in multitudine copiosa; compluribusque dominis Ecclesiasticis, divini &*

humani juris magistris, doctoribus & scientificis viris principum spiritualium & temporalium ac almarum universitatum studiorum generalium; Nostri & Ambaxiatoribus, ac aliis de diversis mundi partibus ibidem adstantibus in magno numero & multitudine copiosa, eandem sanctam Synodum universalem Ecclesiam representantem celebrantibus, constituti in jure coram eadem Synodo pro tribunali sedente, venerabiles viri domini promotores & procurator fiscalis ejusdem sanctæ Synodi, per organum dicti promotoris fiscalis sua verba eidem Synodo in personam dicti domini Episcopi Visensis præsentem dirigentes; audientiam publicam ibidem tuoc sibi dari & concedi ad hanc horam humillime & instanter petierunt, supplicarunt & postulerant, cui supplicationi eadem sancta Synodus per organum ipsius domini præsentem annuit. Tunc iidem domini promotores & procurator fiscalis decretum originale monitorii sive citatorii ab eadem sancta Synodo emanatum contra sanctissimum dominum nostrum Papam Eugenium quartum, ejus Synodi vera Bulla plumbea impendenti bullatum, de quo in schedula infra scripta fit mentio, nec non Instrumentum publicum executionis ejusdem per affixionem in valvis prædictæ Ecclesie Basiliensis die datæ ipsius decreti facti, una cum schedula accusationis contumacie ipsius domini nostri Papæ, quam accusarunt, atque petierunt, ut in eadem per ipsum procuratorem alta & intelligibili voce lecta continetur, cujus schedula tenor sequitur in hæc verba.

Reverendissimi reverendique in Christo patres ac metuendi domini, ac ceteri universi domini nostri præstantissimi, hanc sacrosanctam Generalem Synodum Basiliensem, universalem Ecclesiam representantem, constituentes & celebrantes, cum jam dudum, videlicet pridie Kalendas Augusti anni præsentis millesimi quadringentesimi trigesimalseptimi, hæc sancta Synodus considerans mala, deformitates, & scandala ac pericula quas in Ecclesia Dei hæcenus vigerunt, prout adhuc vigent, quibus corrigendis pro salute totius Christianæ plebis ex officio suo totis viribus suis inebere tenetur, etiam ex potestate quam super cunctos fideles cujuscumque auctoritatis, etiam papalis existant, a Christo accepit contra sanctissimum dominum nostrum Eugenium Papam quartum, quoddam citatorium, editum, quatenus per se, vel alium ad hoc legitime deputatum, coram eadem sancta Synodo de & super contentis in dicto citatorii decreto & aliis proponendis, infra sexaginta dierum spatium pro sui defensione aut excusatione alleganda vel proponenda compareret, terminum peremptorium eidem statuendo (ut in eo latius continetur) decreverit: quod quidem citatorium in præsentem civitate & in valvis hujus majoris Ecclesie Basiliensis, juxta illius formam & tenorem, per editum executum fuerit, & debite executioni demandatum, nos Bartholomæus de Fraxino & Joannes * Siitenrode promotores, & ego Joannes * Spafferi procurator fiscalis, ac officiani hujus sacrosanctæ Synodi, Bullam citatorii dictæ sanctæ Synodi vera Bulla plumbea bullatam, una cum Instrumento executionis ejusdem citatorii (ut præmittitur) factæ realiter, factæ & in scriptis offerimus, representamus, & producimus, ac præfati sanctissimi domini Eugenii per se aut alium cum sufficienti mandato infra dictos sexaginta dies

ANNO
CHRISTI
1417.Stizenrode
Spafferi

ANNO
CHRISTI
1517.ANNO
CHRISTI
1517.

die in ipso citatorio sibi præfixo, per se aut alium non comparuit, neque comparere curantis (licet sæpissime ipsa sancta Synodus quamplures celebraverit congregationes, in quibus aut ipsarum aliqua ipse dominus Eugenius comparere infra dictum terminum potuisset) contumaciam accusamus, ipsumque contumacem reputari, ac in contumacia & defectu poni & declarari per hanc sanctam Synodum, petimus cum instantia, atque postulamus. Nec non eundem dominum Eugenium alta voce ad valvas hujus majoris Ecclesie Basileensis per duos reverendos in Christo patres dominos Episcopos, una cum notariis hujus sacri Concilii, juxta mores antiquos vocari, & relationem vocationis fieri juxta querimus, de quibus omnibus per nos promotores & procuratorem fiscales antedictos, propositis & requisitis, nomine quo supra, a vobis reverendis patribus dominis Protonotariis, ac etiam hujus sacri Concilii notariis & scribis, petimus ad futuram rei memoriam unum vel plura, publicum vel publica confici Instrumenta. Ad quorum petitionem & mandatum ipsius sanctæ Synodi, lecto prius prædicto executionis Instrumento, & dicto monitorii seu citatorii decreto, cum in eodem loco dum editum fuit emanatum, alias lectum fuisset, habito pro lecto, reverendi in Christo patres & domini domini Mattheus Aldinganus, & Aymo Gratianopolitanus Episcopi, de mandato dicte sanctæ Synodi, per organum dicti domini presidentis eis factum, prædictum dominum nostrum Papa primo super gradus antedictum majus altare alta & intelligibili voce per organum ipsius domini Episcopi Albinganensis vocarunt, & proclamaverunt clamorosa insinuatione, sub his verbis.

Ex parte sacrosanctæ Synodi publice & solemniter requiritur sanctissimus dominus Eugenius Papa IV. quatenus si vigore citationis contra eum novissime per eandem sanctam Synodum decretæ duxerit se conspectui hujus sanctæ Synodi præsentandum, ad se defendendum & excusandum super his, de quibus huic sanctæ Synodo delatus est, compareat coram hac sancta Synodo, ad hunc actum pro tribunali sedente, quæ eidem pollicetur gratiam & debitam audientiam. Similiter ex parte ejusdem sanctæ Synodi omnibus intimatur, quatenus si quis sit, qui mandatum habeat sufficiens ad comparandum pro eodem domino Eugenio, compareat coram eadem sedente, ut supra. Hæc autem sancta Synodus pollicetur cuilibet, exigente justitia, audientiam gratam, &c. Qui dominus noster Papa sic vocatus & proclamatus, nec aliquis pro eo comparuit, nec respondit. Unde ipsi duo domini Episcopi ante valvas seu portas ipsius Ecclesie accesserunt, & iterum & cum pausata intermedia instantia, trina vice alta & intelligibili voce & clamorosa insinuatione præfatum dominum nostrum Papam vocarunt & proclamaverunt per organum ejus supra, sub eisdem verbis superscriptis, prout etiam providi viri Arnoldus Amiel, Joannes Kempener, & Gotfridus Dorsten, ipsius sanctæ Synodi curiores, vocibus elevatis, reiteratis vicibus, vocarunt & proclamaverunt. Qui dominus noster Papa Eugenius nec aliquis pro eodem ibidem comparuit, neque respondit. Quibus sic factis, ipsi duo domini Episcopi ante conspectum ipsius sanctæ Synodi & in medium reversi, se prædictum dominum nostrum Papam (ut supra scriptum

Concil. General. Tom. XXIX.

A est) vocasse & proclamasse, & per dictos curiores vocatum & proclamatum fuisse, quodque ipse nec aliquis pro eo comparuerat, neque responderat, eidem sanctæ Synodo retulerunt. Præterea præfati promotores & procurator fiscalis, per organum ipsius procuratoris contumaciam prænominati domini nostri Papæ iterato accusarunt, ipsumque super omnibus & singulis in dicto citatorio decreto contentis contumacem reputari, & ad ulteriora procedi, & alias decerni & fieri, ut in quadam alia scheda per ipsam procuratorem etiam alta & intelligibili voce ibidem lecta continetur, cujus tenor talis est: Nos promotores & procurator fiscalis antedicti, quo supra nomine

istam vocationem & relationem (ut præmittitur) factas, inter acta hujus causæ, & sacri Concilii petimus registrari: dictamque citatorii Bullam & Instrumentum executionis (prout superius producta sunt) iterato reperimus, & reproducimus, & apud acta sacri Concilii, & causæ hujusmodi inseri & registrari petimus. Et quia præfatus dominus Eugenius de & super contentis in dicto citatorio decreto legitime citatus, sufficienterque expectatus, nec per se nec per alium infra dictos sexaginta dies curavit atque curat comparere, ipsius contumaciam accusamus: ipsumque super omnibus & singulis in dicto citatorio decreto contentis, prout justitia suadet, & juris ordo postulat atque rationis, contumacem reputari, in causaque hujusmodi in ejus contumaciam, ejus absentia divina repleta presentia ut ipsi sanctæ Synodo videbitur expedire, & universali Ecclesie sanctæ Dei necessarium fuerit & utile, ad ulteriora procedi, ac processum per audientiam contradicendum, aut alias (prout videbitur) decerni per ipsam sanctam Synodum instantissime postulamus: requirentes dominos Protonotarios & notarios hujus sanctæ Synodi, ut omnia in causa hujusmodi acta & producta ac ordinata, apud acta sacri Concilii & causæ hujusmodi registraretis: nec non quo supra nomine a vobis dominis Protonotariis & notariis petimus, ad futuram rei memoriam, unum, vel plura, publicum, vel publica confici Instrumenta. Hujusmodique scheda sic lecta, & per eandem sanctam Synodum audita, ipsa sancta Synodus per organum prædicti domini presidentis præcepit & injunxit præfato domino Episcopo Albinganensi, ut ambonem, in quo decreta ipsius sanctæ Synodi per eandem sanctam Synodum pronuntiari & legi solent, dum eduntur, ascenderet, declarationemque contumaciæ prænominati domini nostri Papæ alta & intelligibili voce, nomine ipsius sacrosanctæ Synodi legeret & pronuntiaret, prout infra. Qui quidem dominus Episcopus Albinganensis, mandatis ipsius Synodi obediens, dictum ambonem ascendit, dictamque ipsius domini nostri Papæ contumaciam, & processum ad ulteriora declarationem, in scriptis alta & intelligibili voce nomine ipsius sacrosanctæ Synodi legit & pronuntiavit, ut in eadem scheda per eum lecta continetur. Cujus tenor sequitur sub his verbis: Hæc sancta Synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, & ad hujusmodi actum legitime congregata, & pro tribunali sedens, audita petitione promotorum & procuratoris fiscalis ejusdem sanctæ Synodi, & ex eorum relatione & productione Instrumentorum visa ejusdem domini

K a

ni

ANNO
CHRISTI
1437.ANNO
CHRISTI
1437.

ni Eugenii Papae contumacia in parendo cita-
torio eiusdem sacri Concilii, recepta etiam
super hoc ad maiorem cautelam per deputa-
tos ejusdem Synodi informatione tam de praedi-
ctis, quam de notitia ejusdem citatorii in
Romana curia, decernit, declarat, & reputat
dictum dominum Eugenium legitime citatum,
sufficienterque expectatum, fuisse & esse con-
tumacem, & ejus absentia non obstante, di-
vina eandem replente praesentia, contra eun-
dem dominum Eugenium Papa ad ulteriora
fore procedendum, prout sacro Concilio vide-
bitur, consideratis necessitatibus & utilitatibus
universalis Ecclesiae. Quae siquidem contuma-
ciae declaratione & processu decreto sic lecto,
praefatus dominus Episcopus Albingerensis pe-
tuit eidem sacrosanctae Synodo, an hujusmodi
declarationis & decreti pronuntiatio per eum
de mandato sanctae Synodi (ut praefertur) sa-
cta & lecta ipsi sanctae Synodo placeat. Quae
sacrosancta Synodus alta voce respondit per ver-
bum, Placet. De quibus omnibus & singulis
praemissis praefati domini promotores nomine
promotorio ejusdem petierunt a dominis san-
ctae sedis Apostolicae Protonotariis & nobis no-
tariis & scribis ipsius Synodi ad perpetuam rei
memoriam fieri unum vel plura, publicum vel
publica, instrumentum vel instrumenta, & ce-
lebrata si quidem solemniter extitit praedicta
sessio, & acta fuerunt haec omnia supradicta,
ubi & prout supra scripta sunt. Et interfuerunt
testes praesentes, venerabiles & circumspedi vi-
ri domini & magistri Egidius Carneti in
medicina Parisiensis, & Joannes de Segobia in
theologia magistri Salamantionensis almarum
universitatum studiorum generalium in dicta
sancta Synodo Ambaxiatores, Guilielmus Kir-
cher dictus de Constantia, & Joannes de co-
mitibus Archipresbyter Papiensis decretorum,
& Stephanus de Novaria legum doctores, &
Robertus Avelon licentiatas in decretis cano-
nicus Cameracensis, cum pluribus aliis rogatis
& requisitis.

S E S S I O XXIX.

De revocatione praefatae Bullae Papae super trans-
latione Concilii factae.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans ad perpetuam rei me-
moriam.

COMPATIENS haec sancta Synodus mise-
rabilibus Ecclesiae ruinis, & languoribus
capitis atque membrorum ex intimis condolens
viceribus, post editionem saluberrimorum de-
cretorum in observationem legis Domini &
antiquorum canonum, post benignas & carita-
tivas admonitiones summo Pontifici per Orato-
res plurimos directas, post annorum plurimum
expectationem cum multa patientia deductam,
cum & decreta contemni, & admonitiones par-
vipendi, & inde scandala, divisiones & schis-
mata crescere videret, vitisque & peccata ma-
joribus adolefcere incrementis, compulsa est
tandem Synodus ipsa regimini Ecclesiastico pro-
visionem quaerere salutem, & summum Pon-
tificem ad hoc vehementius excitare, ut ea
quae ad ipsius & universae Ecclesiae salutem e-
rant efficaciter agere curaret, cujus exemplum
subditi facile imitantur. Et quoniam (ut Sa-
piens loquitur) melior est manifesta correctio,

Prov. 27.

quam amor absconditus: meliora sunt vltima di-
ligentis, quam fraudulenta blandientis oscula,
defectus aliquos debiti regiminis (qui Eccle-
siae dicti fuerunt) stibili quorela commemo-
ravit, ut in melius emendarentur, nec ipsius
lummi Pontificis aut aliorum valeret diutius
obesse saluti. Et ut omnis patientia exhibere-
tur, nulla posita est poenarum adjectio, sed
tantum terminus conveniens praefixus extitit,
ut infra illum aut per se aut per alium ipse
in hac sancta Synodo compareret, atque sic
debito regimini Ecclesiae (prout publica neces-
sitas maxime impellebat) opportune providere-
retur, veluti forma citationis editae apertius
indicavit, quod & maxime haec sancta Syno-
dus agere urgebatur, dum potestatem habet
immediate a Christo super universos Christi
fideles, cujuscumque status, etiam papalis, exi-
stant, in his praeteritum quae ad reformationem
pertinent. Dumque ob ipsam causam reforma-
tionis congregata est, quae nullatenus per se
potest, nisi summus Pontifex ad eam reforma-
tionem cum effectu capessendum suum inclina-
verit animum, cum etiam experientia docue-
rit ex editione decretorum, ex qua salus effi-
ci debuerat, in locis pluribus turbationem fuis-
se subsecutam, dum ea per summum Pontifi-
cem infringuntur, cujus auctoritate se iuventur
qui hujusmodi decretis adversari volunt: Diffi-
cile quoque ceteri corriguntur, si regimen ip-
sius ac curiae suae non viderint emendatum,
quod ab ipsis trahitur in exemplum. Verum
summus ipse Pontifex praefatam citationem pro
tanta necessitate publicae salutis emanatam, quae
eius non placentis, tamen salubria continebat,
aliquantulum molestius primo aspectu ferens
quandam ordinationis suae paginam in adver-
sum promulgasse dicitur. In qua primum de
prosecutione reductionis Graecorum varia re-
citans, ad impugnationem electionis loci pro
Oecumenico Concilio per hanc sanctam Syno-
dum factae, se convertit, solam Avinionensem
civitatem commemorans, quae rebus utique ge-
rendis commodissima esse dignoscitur, omni-
que pace & securitate gaudere, tacita veritate
de Basilea & Sabaudia in eadem electione con-
junctis. Verum cum nostram illam electionem
& decreto cum Graecis edito plene satisfaco-
re constet, atque loca rebus agendis commo-
dissima, omni quoque nationi opportuna ma-
nifeste continere, non necesse est ut de hac
re longiorem sermonem protrahamus: nec sum-
mus ipse Pontifex laborem declinandum in alte-
rum locorum illorum recusare debet, si bonum
rei hujus tanto affectu desiderat, sicut in suis
litteris praedicavit. Refert praeterea divisionem
in hujus electionis locorum negotia, prohi-
bitam, suscitatum, quam & se confirmasse osten-
dit: quam utinam potius extinguere carisset.
Nam & postquam galeae & pecuniae in Avi-
nionem pro locis per hanc sanctam Synodum e-
lectis expeditum fuerant, ipse alias galeas in
Constantinopolim mittere curavit, divisionem
Latinam Ecclesiae coram Graecis ex duplici le-
gationis missione demonstraturus: quae quan-
tum honori Ecclesiae Latinae, quantum unioni
Graecorum proseguenda disconveniant, nemo
est qui non videat. Insuper justificare nititur,
quod per venerabilem Joannem Archiepiscopum
Tarentinum Oratorem suum, in missione cer-
tarum litterarum, super hujusmodi divisione
electionis transmissarum factum est, quod sub-
ticere honestius fuisset, ne nos pro tuenda

RO-

Acta sume
Nec. Bas-
le in Eccl-
sa majori
Basiliensi, in
essione pu-
blica ejus-
dem Synodi
solenniter
celebrata Ka-
lendis Octo-
bris, anno a
Nativitate
Domini,
1437.

* que salu-
tem afferit.

* munda

* do

ANNO
CHRISTI
1537.

nostra iustitia rem illam magis aperire congeretur. Nam & litteras illas clandestine & falso bullatas fuisse jam notorium est. Et si summus Pontifex de confessione ipsius Archiepiscopi & aliis circumstantiis veram informationem acceperit, non impinget in hujus sacri Concilii libertatem, quod ipse Archiepiscopus in causam propter eam rem tractus sit; aut in domo propria arrestatus. Sed ad impugnandam eandem libertatem, ejusdem procuratoris ipsius Archiepiscopi captivum nobis objicit, quam jussu nostro constat nullatenus fuisse peractam, immo procuratorem ipsum jussu cujusdam Prelati scandolose turbationi obviare volentis, quam procurator ipse per appellationem emittendam ab hoc sacro Concilio, B. verisimiliter videbatur esse facturus, per publicum officialem captum hæc sancta Synodus pro sua mansuetudine illico jussit expediri, qui & procurator adhuc nobiscum in plena libertate versetur. Nec præterea verum est per hoc sacrum Concilium aut jussionem ipsius, aliquod spoliolum priori Furnensi (velut memoratæ litteræ præcedunt) fuisse irrogatum, licet litteræ aliquæ plurima scandalosa adversus hanc sanctam Synodum & supposita ejusdem continentes, absque tamen nostro scitu, longe ab hac civitate eidem dicantur ereptæ. Nec tam leves colores ad impugnandam libertatis hujus sacri Concilii querere oportuit, cum & jam toti mundo constare possit tantæ libertatis & securitatis plenitudinem hic adesse, ut nullum locum uberiorem aut securiorem quam ipsam civitatem Basileensem sub imperiali protectione constitutam, & optima politione gubernatam, credamus inveniri. Ceterum adversus citationem emanatam plurima proferre conatur, quæ omnia ex superioribus rationibus evidentissime confutantur. Et sperandum est, ubi re ipsa plenius digesta summus Pontifex effectum citationis hujusmodi animadverterit, in querenda ipsius & aliorum salute versari, ut languor acerrimus a corpore mystico Ecclesiæ depellatur, non adeo adversus citationem ipsam succensebit: quæ etsi aliquid amaritudinis more salubris medicinæ in primo gustu ferre videatur, eam tamen in novissimis jucundam & salutiferam esse (Deo aspirante) persentiet, nec eam bono politico aut caritati adversam, immo potius suæ salutis ac Ecclesiæ necessitati accommodam fuisse cognoscat. Quod vero tale aliquid priora ignorasse sæcula commemorat, si rerum gestarum percurrat historias, non tantum summos Pontifices de corrigendis defectibus fuisse admonitos conspiciet, sed etiam depositos a papatu, ac etiam nonnullis obedientiam ex multis causis fuisse substractam. Sed si abusu incrementa nunc vigentia, si longam & fortem adversus sanctam Synodum & reformationem Ecclesiæ resistentiam perseverantem, quæ priora sæcula ignorarunt, animadvertat, nihil admirabitur hujus citationis nunc repertum fuisse antidotum. Omittimus verba, quæ adversus nos gravia proferuntur, recensere, omnia mansuetis & mitibus animis sustinentes, dum salutem Ecclesiæ prosequamur. Sed denique summus Pontifex talibus qualibus supradictis coloribus suffultus, dum huic sanctæ Synodo, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent, obedire tenetur, & ad eandem evocatus, aut super rebus propositis in eam excusationem asserre, aut cunctis in melius emendatis, regimini Ecclesiastico dona-

re salutem, ipse hanc sanctam Synodum dissolvere ac in civitatem Ferrarientem transferre conatur, cum plurimum adesse one centuratum, si virtute præfati citatorii in aliquo processum fuerit aut adversus eum, seu sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, aut præsidentes Oratores tuos, qui in hoc Concilio fuerunt, vel aliquem ipsorum, aliqua novitas illata fuerit, vel etiam quidquam a die citatorii factum, continuatum vel servatum extiterit. Etne hæc obedientia, quam Concilium Generalibus per summos Pontifices & alios quoscumque sacra Constantiensis Synodus, in his præsertim quæ ad reformationem pertinent, declaravit exhibendam? memor verborum Christi, qui postquam Simonis Petro dixerat: *Si te non audieris, dic Ecclesiæ: si Ecclesiæ non audieris, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus*, continuo subiecit: *Amen dico vobis: Quæcumque ligaveritis super terram erunt ligata & in celo: quæ & Ecclesiæ auctoritatem a Christo donatam, esse etiam supra Papam, si quis prius ambigeret, jam hoc ipsius magnæ Synodi Constantiensis auctoritas aperte declaravit, cujus hæc verba sunt: Ipsa Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet cujuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quæ pertinent ad Fidem & extirpationem prædicti schismatis, ac generalem reformationem Ecclesiæ Dei in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cujuscumque status, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus hujus sanctæ Synodi, & cujuslibet alterius legitime congregatæ, seu pertinentibus ad ea, factis & faciendis, contumaciter obedire contempserit, nisi resipuerit, condignæ poenitentiae subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia recurrendo. Quorum virtute decretorum subsecuta sunt felix recordationis Papæ Martini electio, cui ipse dominus Eugenius succedit, qui etiam ipsi Constantiensis Concilio, cum esset in minoribus, præsens interfuit. Jam vero ipse non solum non obedit Synodo Generali, sed & super illam in reformationis proprio negotio se judicem constituere molitur, eam propria voluntate dissolvere volens, atque in alium locum suæ origini propinquum evocare, ubi (sicut verisimiliter creditur) ita dominari sperat, ut resisti suæ non possit voluntati. Sed nec eum decuit oblivisci quod jam altera vice dissolutionem Synodi facere attentaverit, quam deinceps revocare & inanem atque irritam fatiari oportuit. Scire insuper debuit, jam dudum in hac sancta Synodo fuisse solemniter decretatum, assensientibus plurimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, quorum aliqui adhuc de præfati cum eo sunt, ut hoc Concilium per Papam sine expresso consensu duarum partium ejusdem Concilii, votis singularum per deputationes in Generali congregatione scrutatis, postea solemniter sessione subsecuta, dissolvi non possit, aut de loco ad locum transmutari, poenis omnibus atque censuris ferendis in adversum extunc castis & irritatis. Formidare præterea debuit aliud Concilium in Ferraria erigere, cum alio decreto per antea edito declaratum sit, omne Concilium quod isto durante alibi contingerit eligi, non fore Concilium, sed schismaticorum conventiculum. Intelligitur autem durare hoc Concilium juxta præ-*

ANNO
CHRISTI
1537.

Math. 18.

Constantiensis Concilii sess. 4. & 5.

Constantiensis Concilii sess. 3.

Basiliensis Concilii sess. 11.

Ibidem

ANNO
CHRISTI
1517Constantiensis
Concilii
sessio
6. 7. & 8.Basiliensis
Concilii
sessio
17Basiliensis
Concilii
sessio
16

premissi decreti seriem, donec ex consensu duorum ejus partium fuerit dissolutum: quæ decreta ipsius domini Eugenii subsequenti adhesionem corroborata sunt, ac per suos Oratores præfidentes saltem nominibus propriis jurata. Sed & antea in decreto Concilii Constantiensis quod incipit, Frequens fuerat ordinatum, ut locus futuri Concilii cum consensu ipsius Concilii congregati eligi deberet: & si Concilio dissoluto locum illum mutari oporteret ex causis legitimis, tunc alius locus ejusdem nationis eligi deberet. Si vero causæ illæ totam nationem concernerent, locus vicinior assumetur. Quod si locum futuri Concilii alio tempore celebrandi hæc consensu Concilii actu congregati assignare, & nisi ad loca ibidem declarata mutare non possit, multo minus Concilium congregatum incontinenti sine ipsius consensu ad locum alium sua voluntate transferre. Denique non debuit oblitisci decreti super conventionem Græcorum per ipsam approbati, quo cavetur, Concilium in Basilea firmiter esse permanurum, donec Græci ad portum per hanc sanctam Synodum eis nominandum pervenerint. Quo pacto igitur, quoque consilio nunc hujus Concilii dissolutionem aut translationem efficere frustra conatur? Sed quis ille usus est plenitudinis suæ potestatis, dum se contra aliquem Oratorum suorum, utpote Archiepiscopum Tarantinum, (de quo mentionem fecerat) quidquam agatur pro debito iustitiæ, ob eam causam vult etiam Concilium dissolvere? Denique unionem Bohemorum, quam tantis laboribus hæc sancta Synodus perquisivit, dum pro ultimato ejus complemento instamus, conturbare nititur hujus præsentis ordinationis series, quæ ultra tringinta dies hanc sanctam Synodum huic negotio prohibet intendere. O admiranda consilia, quæ ad enervationem auctoritatis Ecclesiæ, & sui ipsius destructionem summo Pontifici suggeruntur: quæ si conniventibus oculis pertransiret hæc sancta Synodus, tota contundi timeretur Ecclesiæ auctoritas: & quisquis in papatum assumptus posset universam Christianitatem pro sua voluntate decolorare, nec ulla esset resistentia. Quinimo & accusatus de hæresi aut quovis crimine, consilium Synodum accusantem & corripientem dissolvere tentaret, ne subiret iudicium. Nunc quoque dolentissime ferendum est tale exemplum a domino Eugenio donari potestis, ut iudicium subterfugiendo, ad detestabile refugium præsentis dissolutionis Concilii se convertat. Qui & non recte de auctoritate Ecclesiæ sentire videtur, dum ipsius Ecclesiæ congregatæ, cui (uti declaratum est) obedire tenetur, ipse se iudicem constituit, & adversus tot decreta, tot sanctiones Conciliorum, eam conatur dissolvere, qui tamen dudum in adhesionem suam, cum de revocatione litterarum incipientium, Deus novit, mentio haberetur, ipse quidquid per eum aut suo nomine in præiudicium aut derogationem hujus Basiliensis Concilii, seu contra ejus auctoritatem factum, attentatum seu assertum erat, cassavit, irritavit & annullavit, nullaque & irrita fuisse & esse declaravit, & se deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præiudiciis inferendis huic sacro Concilio, aut suppositis ejus & adherentibus eidem, realiter & cum effectu desistere pollicitus est. Cum igitur talia in adversum perpetrata, quæ universis fidelibus detestanda & abhorrenda sunt, nullatenus sub dissimulatione

pertransire valeamus, volens hæc sancta Synodus (sicut tenetur) de opportunis remediis providere, declarat huiusmodi præsentem dissolutionem hujus Concilii ac translationem in civitatem Ferrariensem per dominum Eugenium Papam quartum factas, cum omnibus censuris, penis & aliis inde secutis, nullas esse, penitusque irritas & inanes, mandans, obsecrans, & præcipiens eidem, ut hæc (sicut de facto processerunt) revocare habeat, & advertat ipse penas quæ dudum in decreto hujus sanctæ Synodi, quod incipit, Quoniam frequens, etiam ante ipsius adhesionem in undecima sessione promulgato, contra Romanum Pontificem ad Concilium Generale quoquo modo dissolvendum, mutandum, prorogandum operam dantem, prolata fuerunt: ubi expresse cavetur, quod si Romanus Pontifex talia agens infra quatuor menses cum reâ satisfactione non resipuerit, extrinsece a papali administratione sit ipso facto suspensus quæ quidem papalis administratio ad sacrum Generale Concilium ipso jure devolvatur. Quod si penam ipsam per duas menses post prædictos quatuor menses sustinuerit animo indurato, contra ipsum usque ad privationem inclusive per Concilium Generale procedatur: quas quidem penas hæc sancta Synodus ipsum dominum Eugenium, nisi resipuerit, decernit & declarat incursumum, juxta terminos in prædicto decreto undecimæ sessionis præfixos, ad quarum poenarum executionem, nisi resipuerit, (ut prælibatum est) merito procedemus.

Insuper hæc sancta Synodus omnem nominationem, electionem, assumptionem loci Ferrariensis factam, tanquam decretis ipsius Synodi repugnantem, sicut de facto processit, cassat & irritat, insumo verius cassam & irritam esse declarat. Et casu, quo in eadem civitate aut alibi adversus præfatorum decretorum nostrorum tenorem summus ipse Pontifex Concilium erigere inceperit vel incipiet in futurum, mandat & præcipit hæc sancta Synodus universis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscumque in curia dicti domini Eugenii existentibus, qui Synodi Generalibus de jure vel consuetudine interesse tenentur, ut ad hoc sacrum Concilium Basiliense, ceteri vero ad loca suorum beneficiorum vel alibi extra curiam se transferant, sub penis excommunicationis, privationis omnium beneficiorum, & dignitatum & officiorum & inhabilitationis perpetuæ, quas, si contra fecerint, ipso facto incurrant.

Inhibet præterea sub eisdem penis hæc sancta Synodus, ne quisquam, cujusvis status & dignitatis, etiam Cardinalis, Patriarcha, Archiepiscopus, vel Episcopus fuerit, ab hac sancta Synodo vigore seu præteritu dissolutionis aut translationis per ipsum dominum Eugenium factæ recedere audeat, vel ab actibus conciliaribus ullo pacto desistere, seu huiusmodi translationi vel dissolutioni quomodolibet obedire. Decernit quoque hæc sancta Synodus, ut omnes & singuli ad hoc Concilium libere accedere possint, ac si præfata dissolutio & translatio præsentis nullatenus emanassent, nec quisquam venientes ad hoc sacrum Concilium quovis modo habeat impedire. Universis quoque Christi fidelibus sub penis excommunicationis inhibet, quacumque dignitate Ecclesiastica vel seculari, etiam Cardinalatus, Patri-

ANNO
CHRISTI
1517Basiliensis
Concilii
sessio 17

ANNO
CHRISTI
1497.ANNO
CHRISTI
1497.

triarchali, Archiepiscopali, Pontificali, imperiali, regali vel alia quacumque præfulgeant, ne ad tale præteritum Concilium per ipsum dominum Eugenium (ut præmittitur) erectum vel erigendum, accedere vel mittere præsumant, neque etiam universitates, collegia, capitula, communitates ad tale præteritum Concilium mittant. Quod si fecerint, ipso facto Ecclesiastico subiaceant interdicto.

Denique, ne ipse dominus Eugenius jugiter graviora gravioribus addere præsumat, nova schismata & scandala suscitando, auctoritatemque universalis Ecclesie vehementius impugnano, inhibet eidem hæc sancta Synodus ne deinceps adversus ipsam quidquam innovet, eandem vel ejus supposita & eidem adherentes perturbando, vel molestando, seu jam attentata continet, ac etiam universos qui Beneficia, dignitates, personatus & officia suppositorum hujus sacri Concilii, seu eidem Concilio adherentium impetraverint, seu obtinuerint, seu impetrare tentaverint vel obtinere, etiam si motu proprio concessa fuerint, & omnes qui hujusmodi impetrationi vel provisioni beneficiorum, dignitatum, personatum & officiorum quorumcumque, assensum, favorem, vel

confilium

* auxilium dederint, quacumque præfulgeant dignitate (ut præmittitur) Ecclesiastica vel seculari, etiam si universitates, communitates, collegia, vel capitula fuerint, aliquod seu aliqua suppositorum hujus Concilii & eidem adherentium, vigore seu prætextu præteritæ ordinationis per ipsum dominum Eugenium factæ, in suis beneficiis ac aliis rebus molestarint vel perturbaverint, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata. Decernit eadem sancta Synodus, pœnis excommunicationis, privationis ab omnibus beneficiis, officiis & dignitatibus, ac inhabilitationis ad eadem, quantum ad singulares personas, etiam universitates, communitates, vel collecto, aut capitula fuerint, interdicto Ecclesiastico ipso facto subiacere, decretis hujus sanctæ Synodi quæ incipiunt, Ambrosiorum, &, Ut sacri, &, Cum Christi Ecclesia, & aliis quibuscumque ipsius decretis & ordinationibus in suo robore duraturis. Insuper universis Prælatibus, etiam Pontificali dignitate præfulgentibus, capitalibus, universitatibus, communitatibus & collegiis, ac aliis quibuscumque personis Ecclesiasticis, sub pœnis prædictis quoad singulares personas, & quoad communitates, universitates, collegia, capitula, sub pœnis cessationis a divinis & interdicti, quas si contra fecerint, incurrant ipso facto. Prohibet hæc sancta Synodus, ne aliquem qui præfata beneficia, dignitates, personatus, & officia suppositorum hujus sacri Concilii & eidem adherentium (sicut præmittitur) obtinuerit, recipere seu admittere ad possessionem vel investire quovis modo audeant: litteris quoque, * provisionibus, & mandatis papalibus, vel aliis quibuscumque, quacumque auctoritate ordinaria vel delegata, sub quibuscumque censuris, vel pœnis emanatis, super hujusmodi privationibus ac præfatorum beneficiorum, dignitatum, personatum, & officiorum collationibus, hæc sancta Synodus decernit nullatenus fore obediendum, quodque adversus pœnas superius præmissas nullus resistat, etiam ad divinorum celebrationem rehabilitari, reintegrari, sed nec a sententia excommunicationis (excepto duntaxat in mortis articulo) absolvi, vel etiam

Basilienfis
Concilium
1. 13. & c. 6.

* provisionum.

A quo ad communitates & capitula ac universitates & collegia interdicta relaxati, nisi hanc sanctam Synodum, possint. Ut nullus hujus nostræ ordinationis & decreti sit quovis modo prætereundum ignorantiam, volumus & mandamus hanc præteritam paginam valvis hujus Ecclesie cathedralis Basileensis sub nostra Bulla affigi atque publicari, & per affixionem ipsam eidem domino Eugenio, ac universis & singulis intimari. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, decreti, mandati, cassationis, irritationis, inhibitionis, inhabilitationis, privationis, excommunicationis, interdicti, a divinis cessationis, declarationis, affixionis & intimationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & universalis Ecclesie se noverit incursurum.

Datum in sessione nostra publica, in Ecclesia majori Basileensi quarto Idus Octobris celebrata. anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

S E S S I O X X X .

Super modo Communionis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

UT lucidius videatur pro declaratione catholice veritatis, quid circa perceptionem sacre Eucharistie tenendum sit, & agendum pro utilitate & salute populi Christiani, post diligentem perquisitionem divinarum scripturarum, sacrorumque canonum & doctrinarum a sanctis patribus & doctoribus traditarum, in hac sancta Synodo longis temporibus habitam, consideratiisque omnibus quæ pro declaratione hujus rei considerata fuerunt, decernit & declarat eadem sancta Synodus, quod fideles laici sive clerici communicantes, & non conficientes, non adstringuntur ex præcepto Domini ad suscipiendum sub utraque specie, panis scilicet & vini, sacrum Eucharistie Sacramentum. Sed Ecclesia, quæ regitur Spiritu veritatis secum manente in æternum, & cum qua Christus manet usque ad consummationem sæculi, (sicut ait divina scriptura) ordinare habet, quomodo ipsis non conficientibus ministraretur, prout pro reverentia ipsius sacramenti & salute fidelium viderit expedire. Sive autem sub una specie, sive sub duplici quis communicet, secundum ordinationem seu observantiam Ecclesie, proficit digne communicantibus ad salutem. Nec ullatenus ambigendum est, quod non sub specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum, sed sub qualibet specie est integre totus Christus. Laudabilis quoque consuetudo communicandi laicum populum sub una specie, ab Ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta, & hætenus diutissime observata, & a doctoribus divinæ legis sacrarum scripturarum atque canonum multam peritiam habentibus, jam a longo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui licitum est eam reprobare, aut sine auctoritate Ecclesie ipsam immutare.

De sumptione
corpore
Christi sub
una tantum
specie.

Marb. 11.

Da-

ANNO
CHRISTI
1437.

Datum Basilee in nostra solemniter & publica sessione, decimo Kalendas Januarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

S E S S I O XXXI.

ANNO
CHRISTI
1437.

I.

De Causis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

ECCLESIASTICÆ sollicitudinis studium iugiter invigilare convenit, ut fraterna caritas in clero ac populo Christiano vigeat, nec quisquam per vexationes & afflictiones indebitas proximum suum opprimere permittatur: sicque iustitia ordine debito cultibet ministraretur, ut & viris dolosis auferatur nocendi licentia, & quies ac tranquillitas rectorum non facile perturbetur. Inoleverunt autem hæc intolerabilia vexationum abusus permulti, dum nimium frequenter remotissimis etiam partibus ad Romanam curiam, & interdum pro parvis & minutis rebus ac negotiis quamplurimi citari & evocari consueverunt, atque ita expensis & laboribus fatigari, ut nonnunquam commodius arbitrarentur juri suo cedere, aut vexationem suam gravi damno redimere, quam in tam longinqua regione litium subire dispendia. Sic facile extitit calumniosos opprimere pauperes, sic beneficia Ecclesiastica plerumque minus iuste per litium antea obiecta sunt, dum iustis possessoribus eorum, seu quibus illa de jure competeabant, neque opes neque facultates ad illos sumptus sufficere poterant, quos longinqua protectio ad Romanam curiam, & litis agitatio in eadem deposebant. Confunditur etiam exinde ordo Ecclesiasticus, dum ordinariis iudicibus sua iurisdictio minime servatur, pecuniæ & facultates regnorum ac provinciarum hoc pacto non parum diminutæ sunt. Et quod universo Ecclesiastico ordini admodum nocere compertum est, hi, quos ad summa negotia Christianæ religionis sublimitas dignitatis evocabat, minus illis reddebantur intenti, dum ipsorum mentes nimium occupabat assidua causarum multitudo. Quæ attendens hæc sancta Synodus, & pro reformatione Ecclesiæ Dei in capite & in membris, juxta potestatem sibi a Domino concessam evigilans, ut omnia deinceps ordine congruo peragantur, ad salutem animarum, & pacem ac quietem cunctorum, statuit & decernit, quod in partibus ultra quatuor dietas a Romana curia distantibus, omnes quæcumque causæ, exceptis majoribus in jure expresse enumeratis, & electionum Ecclesiarum cathedralium, & monasteriorum, quas immediata subjectio ad sedem Apostolicam devolvit, apud illos iudices in partibus qui de jure aut consuetudine præscripta vel privilegio cognitionem habent terminentur & finiuntur. Et ne sub umbra appellationum, quæ nimium leviter, & nonnunquam frivole hæcenus interponi visæ sunt, atque etiam in eadem instantia ad protrahendum litium sæpe multiplicari, ma-

teria fovendis iniustis vexationibus relinquatur, statuit eadem sancta Synodus, quod si quis offensus coram suo iudice habere non possit iustitiæ complementum, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: nec ad quemcumque, etiam ad Papam, onisso medio, neque a gravamine in quacumque instantia ante diffinitivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale gravamen extiterit quod in diffinitiva sententia reparari nequirit: quo casu, non alias, ad immediatum superiorem licet appellare. Si vero quispiam a sedis Apostolicæ immediate subjecto ad ipsam sedem duxerit appellandum, causa per rescriptum usque ad finem litis inclusive in partibus committatur, nisi forte propter defectum iustitiæ, aut iustum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commissione exprimendis legitimum prius documento, alias quam per juramentum summarie constiterit, apud ipsam sedem foret merito retinenda. Et quidquid in contrarium hujus saluberrimi decreti attentatum, factum vel obtentum fuerit, sit nullum ipso facto. Litigantes, qui contra fecerint, in expensas condemnentur: Romanæ vero Ecclesiæ Cardinales, vicecancellarium, camerarium, magnum penitentiarium, Protonotarios, & alios sedis Apostolicæ officiales, ad in Romana curia suis officiis insistentes, hoc decreto non intendimus comprehendendi. Ne tamen in dissolutionem vel translationem præsentis Concilii, aut erectionem conventiculi a pud Ferrariam, vel alibi sub nomine Concilii Generalis, quas dominus Eugenius Papa quartus efficere conatus est, vel conaretur in futurum, causas illas, & maxime incorporatorum aut incorporandorum in hoc sacro Concilio, quas hæc sancta Synodus remitteret, aut non reciperet, in curiam ipsius domini Eugenii, aut præfatum conventiculum Ferrariense, vel aliud de facto trahi contingeret in fomentum dissolutionis, translationis & erectionis prædictarum, voluit eadem sancta Synodus, causas quascumque pendentes & commissas, aut etiam quascumque causas incorporatorum atque incorporandorum, atque alias per appellationem devolutas aut devolvendas, nec non illas quæ observationem decretorum ipsius sanctæ Synodi concernunt, apud eandem sanctam Synodum, ipsa durante seu donec aliter fuerit ordinatum, tractari, salvis etiam advocacionibus causarum pendentium in Romana curia per quemcumque nostra decreta factis aut faciendis, decretis etiam aliis & ordinationibus ejusdem sanctæ Synodi in suo robore remanentibus.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata, nono Kalendas Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

ANNO
CHRISTI
1531.

II.

*Aliud decretum de collationibus beneficiorum in
eodem sessione publicatum.**Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Placuit divinæ pietati hoc tempore animos hominum qui variis abusus irriti cœperant vehementer excitare, ut salus quaeretur civitatum, & per Synodum universalem mores Ecclesie in melius reformarentur, cum salutaris directione capitis & membrorum in viam iustitiæ & sanctitatis. Quod ut facilius atque ordinatius fieret, & ne sub prætextu variarum opinionum aut Romani Pontifices, aut alii quicumque, non satis Universalibus Conciliis obedissent, prædisposuit eadem divina pietas in sacro Constantiensi Concilio Synodorum universalium jurisdictionem ita declarari, ut nulli relinqueretur ambigendi occasio, cum decreto solemniter definitum extitit, Universale Concilium habere auctoritatem immediate a Christo, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiam papalis fuerit, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad Fidem, ad extirpationem schismatis, & reformationem Ecclesie Dei in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Dum autem hæc cura reformationis huic sanctæ universali Synodo Basiliensi incumbit, hoc unum singulari sollicitudini prosequendum arbitratur, ut per singulas Ecclesias ministri instituantur idonei, qui scientiis & virtutibus effulgeant, ad Christi gloriam & universi populi Christiani ædificationem salutarem, cui rei grave impedimentum hæcenus asserre visa est gratiarum expectatarum multitudo, quæ gravem ordini & statui Ecclesiastico perturbationem, variasque inordinationes ac plurima discrimina comperitur inieçisse. Ex his enim frequentius dati sunt Ecclesiis ministri non probati, nec cogniti, vacaturorumque beneficiorum expectatio, quæ, sicut antiqua jura testantur, occasionem desiderandæ mortis alienæ præstare solet, quod plurimum præjudicat animarum salutis; sed & insuper lites innumeræ & contentiones inter servos Dei excitantur, rancores & jurgia nutriuntur, pluralitatis beneficiorum fovetur ambitio, facultates ac pecuniæ regnorum & provinciarum mirum in modum exhauriuntur, pauperes discurrendo ad Romanam curiam innumerabiles vexationes subeunt, & inter viarum discrimina nonnunquam spoliantur, occiduntur, ac variis affliguntur pestibus: atque etiam suis patrimoniis ac parentum opibus exhaustis gravi egestati subjacere coguntur. Plurimi absque justo titulo beneficia sibi vendicant, & non quibus de jure debentur illa obtinent, sed nonnunquam hi, quibus aut circumveniendi proximum major avaritia, aut ad litigandum facultas superperit uberior: sub involucribus quoque prærogativarum, antelationum, aliorumque hujusmodi gratias concomitantium, fraudes plurimas & deceptiones contingit inveniri. Juvenibus etiam quæ studio litterarum & virtuosis operibus intendere debereat, datur materia evagandi, qui

Concil. General. Tom. XXIX.

A sapius per litium anfractus & varios discursus ratione gratiarum ipsarum turbantur & inquietantur. Ordinariis collatoribus suum ministerium subtrahitur, & confunditur ordo Ecclesiasticus, dum unicuique sua jurisdictio non servatur. Romanique Pontifices, dum officia inferiorum nimium sibi vindicant, a majoribus & magis fructuosis operibus universale bonum concernentibus retrahuntur, nec inferiorum directioni atque correctioni invigilant, sicuti publica utilitas exposcit. Quæ omnia gravem confusionem statui clericali & sacerdotali in dispendium divini cultus & præjudicium publicæ salutis asserunt, possentque graviores in futurum asserere ruinam, rebus his in deteriora jugiter prolapsis, nisi provideretur in advertum. Volens itaque hæc sancta Synodus super his opportunum remedium adhibere, statuit & decernit, ut Romanus Pontifex, qui pro tempore fuerit, eas deinceps gratias expectativas aut nominationes nullo modo nullave ex causa concedat, cum ipse præ ceteris, ne sit tantorum occasio malorum, abstinere debeat. Frustra enim inferioribus inhibitorum, si ipse, qui a illis debet esse omnium bonorum & virtutum exemplar, non abstineret. Ut enim ille sanctissimus & doctissimus Leo Papa inquit, totius familie Domini status & ordo mutabitur, si quod inquiritur in corpore non invenitur in capite. Integritas etiam prædientium, salus dignoscitur esse inferiorum. Cessentque de cetero jam factæ: & tam ipsæ, quam etiam fiendæ, si quæ sunt, nullæ sint ipso facto, exceptis illis gratiis & nominationibus super quibus processus jam sunt expediti, quas ex certis rationabilibus causis in odio mentibus, quibus hæcenus cursum contueverunt habere, tolerandas duximus, donec aliter fuerit ordinatum. Reservationes etiam particulares, quæcumque fuerint, beneficiorum vacaturorum, tam per Romanos Pontifices, quam per Legatos sedis Apostolicæ, de cetero nullæ sint ipso facto. Non tamen intendit prohibere hæc sancta Synodus hoc præsentis decreto, quo minus futuri Romani Pontifices tempore Pontificatus sui, modo honesto & convenienti, de uno beneficio ad collationem, in qua fuerint decem beneficia, & de duobus ubi fuerint quinquaginta, & ultra, disponant, ita tamen ut in eadem Ecclesia cathedrali, vel collegiata, duas præbendas suo tempore non conferant, ut qualificationes graduatorum inferiorum designatæ in ipsis præbendis suum valeant sortiri effectum. Neque etiam collationes per præventionem fiendas intendit impedire; decreto nostro de reservationibus, quoad cetera, & aliis decretis hujus sanctæ Synodi in suo robore duraturis. Ut vero ceteri ad quos beneficiorum, dignitatum, personatum, officiorum, & administrationum collatio, seu quævis dispositio spectat, ad providendum literatis viris & scientia perornatis specialius adstringantur, voluit eadem sancta Synodus certas qualitates virorum litteratorum & graduatorum designari, quibus certo ordine debeat provideri, prout inferius annotatur; adjiciens quod si per Prælatos & doctores alicujus nationis in hoc Concilio consistentes, pro bono suæ nationis aliter circa hujusmodi qualificationes disponendum videatur in futurum, quidquid per illos fuerit ordinatum, & in Generali congregatione præsentis Conci-

In Epistola
65. ad Atri-
canos Episc-
opos. cum
inimicis est:
Cuius in or-
dinatione
par.

L

ki

ANNO
CHRISTI
1018.ANNO
CHRISTI
1018.

lii conclusum, ex hoc pro: extunc ratum & firmum habeatur, & vim decreti habeat, ac si in presenti decreto de verbo ad verbum expressum foret. Quod si quis cuiuscumque status, etiam Cardinalatus, Patriarchalis, Pontificalis, aut alterius cuiuslibet dignitatis, contra prædictum ordinem & qualificaciones (ut præmittitur) designatas vel designandas, de ipsis beneficiis, dignitatibus, personatibus, officiis & administrationibus quovis modo disposuerit, eo ipso sit irritum & inane, collatioque huiusmodi ac provisio, seu quavis dispositio, ad superiorem proximum devolvatur, qui similiter habeat providere: quod si non fecerit, ad alium superiorem proximum devolvatur, gradatim usque ad summum Pontificem ascendendo. Non volumus tamen Ordinarios collatores, & eos ad quos præsentatio seu alia quavis dispositio beneficiorum spectat, in quatuor mensibus, quibus præfate gratiæ expectatiæ vel nominationes cursum non habent, donec ipsæ gratiæ & nominationes ad eorum collationem, provisionem, præsentationem seu dispositionem concessæ cessaverint, ad qualificaciones infrascriptas observandas adstringi.

III

Sequuntur qualificaciones & ordo in conferendis beneficiis per Ordinarios, de quibus supra factum est.

Primo, cum per Generalis Concilii statuta sancte ordinatum existat, quod qualibet Ecclesia metropolitana teneatur & debeat unum habere theologum, qui sua doctrina & prædicationibus fructum salutis afferat, ordinat hæc sancta Synodus, quod extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad Ecclesias cathedrales, taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur & debeat canonicatam & præbendam, quamprimum facultas se obtulerit, & inveniri poterit, uni magistro licentiatum, vel in theologia baccalareo formato conferre, qui per decennium in universitate privilegiata studuerit, & onus residentie ac lecturæ & prædicationis subire voluerit, quique bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas, cessante legitimo impedimento, legere habeat; & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniri possit. Et si residentiam deseruerit, de alio provideatur. Veruntamen, ut liberius studio vacare possit, nihil perdat cum abiens fuerit a divinis. Insuper quod in quilibet Ecclesia cathedrali vel collegiata, ultra prædictam præbendam theologo (ut præmittitur) assignandam, tertia pars præbendarum conferatur graduatis alias idoneis modo & forma inscriptis, sic quod prima vacatura huiusmodi graduato, & deinde post alias duas sequens eo modo conferatur, & sic deinceps, videlicet magistris aut licentiatum seu baccalareis formatum in theologia, qui per decennium in aliqua universitate privilegiata doctoribus seu licentiatum in altero iurium vel medicina, qui per septem annos in sua facultate studuerint in universitate, ut supra, magistris seu licentiatum in artibus, cum rigore examinis, qui per quinque annos in aliqua universitate a logicalibus inclusive & supra in artibus, vel in alia supe-

Theologum in cathedralibus collegiis cur ad minus unum esse oporteat.

riori facultate studuerint, nec non in theologia, qui per sex annos vel in utroque aut in altero iurium, baccalareus qui per triennium, si nobites ex utroque parente, & ex antiquo genere, alias autem per quinquennium constanter in aliqua universitate privilegiata ad minus suum studium fecerint, qui de prædictis gradibus, tempore & nobilitate supradictis fidem facere teneantur collatori per legitima documenta. Exhortamur tamen Ordinarios collatores, quod in conferendis beneficiis huiusmodi, præsertim quoad dignitates, respectum habeant singulariter ad magistrum, nec non licentiatum & baccalareos formatos in theologia. In dignitatibus vero non electivis, personatibus, administrationibus & officiis dictarum Ecclesiarum, idem ordo, modus & forma in omnibus obtineant. Quod si quis ex dictis qualifications, tempore vacationis præbendæ seu dignitatis huiusmodi alias duas obtineat præbendas, seu dignitates & præbendas, vel aliud seu alia beneficium aut beneficia, quod vel quæ residendo in altero ipsorum, & horis divinis interessendo, valerit seu valerent usque ad summam seu estimationem ducentorum florenorum camera, similiter quicumque duas præbendas cathedrales, obtulerit, nullatenus in ipsa tertia parte includi seu comprehendere liceat. In Ecclesiis autem parochialibus, quæ in civitatibus aut villis muratis existunt, insistantur personæ sicut supra qualificate, aut ad minus qui per tres annos in theologia, vel in altero iurium, seu magistri in artibus, qui in aliqua universitate privilegiata studentes fuerint, & huiusmodi gradum adepti fuerint, si tales potuerint inveniri, qui voluerint huiusmodi beneficiis deservire. Et, ut facilius inveniri possint, statuit hæc sancta Synodus, quod quoties anno, durante tempore quadragesimæ, omnes & singuli hoc modo qualificati, de ipsa diocesi & alii qui voluerint, habeant per se vel per procuratorem sua nomina exhibere illis ad quos beneficiorum curatorum collatio vel præsentatio spectat, seu eorum vicariis. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (ut præmittitur) facta non propter hoc irrita censetur. Et similiter in collatione tertiæ partis præbendarum superius memorata intelligatur, si hoc graduati seu qualificati modo præmissi potuerint inveniri, teneanturque (ut præmittitur) ipsi graduati & qualificati sua nomina tempore prædicto ipsi ad quos beneficiorum dispositio spectat, seu eorum vicariis, exhibere per se vel per procuratorem. Quod si non fecerint, collatio seu præsentatio vel dispositio aliter quam (ut præmittitur) facta non propter hoc irrita censetur. Si autem illi, ad quos beneficiorum quavis dispositio spectat, contra supradictarum qualifications designationem & ordinem aliquid beneficium contulerint, seu ad ipsum presentaverint, vel quomodolibet disposuerint, sit ipso facto irritum & inane, velut superius præmissum est. Et tibi minus per Concilia provincialia cum in his defecerint, aut etiam personis non idoneis quoquo modo providerint, juxta tenorem constitutionis Concilii Generalis, quæ incipit, Græve de præbendis, corrigantur & debite puniantur. Illi vero, ad quos beneficiorum regularium spectat collatio seu dispositio, prætermittis indignis, eadem religiosis idoneis conferant & assignent. Quod si aliter fecerint, per eorum superiores & capitulum.

ANNO CHRISTI 1418.

ANNO CHRISTI 1418.

scandala provincialia corrigantur, & debite puniantur.

Datum in sessione nostra publica, in maiori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata, nono Kalendas Februarii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

IV.

Decretum tertium promulgatum in eadem sessione, de suspensione domini Eugenii Papa IV.

Sacrosancta Basiliensis Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

Adiit omnis Ecclesia jam a plurimo tempore quo pacto hac sancta Synodus inter cetera ob reformationem ipsius Ecclesie Dei in capite & in membris specialiter congregata, cum sua decreta salubria passim contempni proficeret, abusumque deformitatem continuari, atque etiam plus solito invalescere in divinis maiestatis offensam, & universi sacerdotii atque totius Christiane religionis ruinam miserabilem, videretque periculosissimum schisma per erectionem alterius praesentis Concilii, isto durante, & alia plurima scandala imminere populo Dei, & universo urbi perturbationem non modicam ex resistentia, quam adversus debitam reformationem Ecclesie & salubria huius sanctae Synodi opera dominus Eugenius Papa IV. divisionem assiduam fovendo, & libitum proprii voluntatis decretis & ordinationibus Synodalibus praefrendo, praestare videbatur; impulsus est post longam plurimum expectationem, super regimine Ecclesiastico salubrem provisionem querere, & ipsam dominum Eugenium iudicare, ut ea quae saluti sui ipsius & universae Ecclesiae congruebant in tantis tamque urgentibus necessitatibus agere curaret, cum hoc ipsum eidem sanctae Synodo maxime liceret atque incumbere ex ea auctoritate quam a Christo immediate accepit, cui universi fideles, cujuscumque status, etiam si papalis existant, obedire tenentur in his quae pertinent ad Fidem, extirpationem schismatis & reformationem Ecclesiae in capite & in membris, veluti determinatio universalis Ecclesiae in sacris scripturis fundata, & in celeberrimo Concilio Constantiensi promulgata, diffinit, adjiciens quod quicumque contumaciter ipsi universali Concilio obedire contempserit in praedictis & pertinentibus ad ea, condigne poenitentiae subiciatur, & debite puniatur, ad alia juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Et tandem pridie Kalendas mensis Augusti novissime praeteriti, decrevit haec sancta Synodus, terminum sexaginta dierum peremptorie praefigere, infra quem praesatus dominus Eugenius coram eadem Synodo per se vel per alium compareret, si qua super praedictis ac aliis in dicto monitorio expressis, ceterisque in futurum proponendis, quae tunc non sine rationabili causa tacebantur, pro sui excusatione vel defensione duceret proponenda. Quo termino elapso, siue dictum dominus Eugenius compareret, siue non, haec sancta Synodus ad ulteriora procedere decrevit, cognoscendo & terminando, prout Ecclesiam sanctam Dei, Spiritu sancto dirigente, videretur expedire. Sed (quod cum Concil. General. Tom. XXIX.

Adolore referimus) ipse dominus Eugenius infra assignatum terminum neque per se neque per alium comparere voluit, aut minimam excusationem, si quam haberet, transmittere, immo correctionem effugere volens, dissolutionem & translationem Concilii, quam de jure non poterat, de facto, pendente termino, attemptavit: cum tamen jam altera vice dissolutionem huius Concilii per eum attentatam revocasset, declarans eam irritam & inane, dicensque ipsum Concilium pro reformatione Ecclesiae in capite & in membris legitime inchoatum, continuatum fuisse, & prosequatorem habere debere, perinde ac si nulla dissolutione facta fuisset. Quibus attentis, elapso dictae citationis termino, suam contumaciam in publica sessione promotores & procurator fiscalis huius sacri Concilii accusarunt. Exigentique iustitia, haec sancta Synodus in eadem sessione contumaciam ipsam domini Eugenii sufficienter accusatam declaravit, ipsumque contumacem reputavit, decernens, eius absentia non obstante, ad ulteriora procedendum fore, prout ipsi sanctae Synodo videretur, consideratis necessitatibus & utilitatibus universalis Ecclesiae. Et quamquam attentata contumacia magnitudine, eadem sancta Synodus absque ulteriori expectatione in ea re procedere potuisset, volens tamen nihilo minus cum omni mansuetudine & benignitate procedere, ad instantiam inclitae memoris Sigismundi Romanorum imperatoris, & venerabilium Archiepiscoporum ceterorumque illustrium principum Electorum sacri imperii, per sexaginta dies adhuc censuit differendum, ut per huius sanctae Synodi patientiam probaretur, si ipsius domini Eugenii animus ad salutem sui ipsius & universalis Ecclesiae inclinari valeret. Confestim autem plenius innotuerunt ea quae adversus hanc sanctam Synodum & eius supposita in praetensa dissolutione iam attentata ipse dominus Eugenius perpetraverat, transferendo hoc sacrum Concilium in civitatem Ferrariensem, si contra ipsum aut aliquem Oratorum suorum ulterius procederetur. Et praecipiendo sub poenis & censuris gravissimis, quas tamen inferre non poterat, suppositis huius sacri Concilii, ut ab eo discederent: quae in re decreta sacrae Synodi Constantiensis & istius manifeste violabat, transferendo Concilium prohibito voluntatis, praeter consensum ipsius, ac etiam usurpando sibi auctoritatem supra sanctam Synodum, de reformatione Ecclesiae in capite agentem, non recte sentiens (ut videbatur) de auctoritate sacrorum Conciliorum & determinationibus Ecclesiae Fidem concernentibus, tam in ipso Constantiensi Concilio, quam in isto promulgatis super obedientia quam summi Pontifices Synodis universalibus exhibere tenentur, ac etiam schisma introducens, & aliud Concilium isto durante erigens, quod non fore Concilium, sed conventiculum schismaticorum, iam praecedentibus decretis fuerat declaratum, ad dissolutionem Concilii jam semel per ipsum revocatum iterum redeundo, & ex modo dissolutionis ac poenarum adjectionis, supra Concilium jurisdictionem in facto reformationis assumendo, se non Concilio, sed Concilio sibi obedire teneri, factis suis protestando. Merebaturque tantarum tamque gravium offensarum in Ecclesiam Dei & scandalum ipsius jam pluries attentatum ac praevicium Fidelis multitudo, ut illico in ipsum dominum Eugenium iusti iudicii sequeretur ultio

Constitutione Conc. sess. 4. & 5.

Basiliensis Conc. sess. 16.

Haec & 14 huius Synodi cause legenda sunt

ANNO
CHRISTO
1418.ANNO
CHRISTO
1418.

ultio pro ipsius & universalis Ecclesie salute: sed non immemor hæc sancta Synodus maternæ pietatis, adhuc expectare voluit, si forte ipse dominus Eugenius a tanta inobedientia respiciens converteretur ad cor, evidentissimique juribus & rationibus declaravit hanc dissolutionem & translationem nullas penitus esse, nulliusque roboris & momenti cum omnibus inde secutis. Intermissa quoque celeriori condignarum infictione penarum, hæc sancta Synodus eas duntaxat penas adversus præfatum dominum Eugenium ex tunc promulgare duxit, quas adversus Romanos Pontifices sacra Generalia Concilia dissolvere & perturbare tentantes ordinari fuerant, ut videlicet, nisi infra quatuor menses a die dissolutionis & translationis per eum attentatarum respiceret cum satisfactione reali, ab omni administratione papali esset ipso facto suspensus. Quæ quidem papalis administratio ad Generale Concilium devolveretur. Et si hanc penam per duos menses sustineret animo indurato, post quatuor prædictos menses contra ipsam usque ad privationem inclusive per Concilium Generale procederetur, quas penas hæc sancta Synodus ipsum dominum Eugenium, si non respiceret cum satisfactione reali (ut præmittitur) declaravit, & non solum declaravit, sed etiam expresse decrevit incursum. Cum vero jam & prior terminus sexaginta dierum indultorum post contumaciam accusatam, & alius quatuor mensium post diem præsentis dissolutionis & translationis hujus Concilii per ipsum dominum Eugenium attentatarum, elapsi sint, & , pendentibus ipsis dilationibus, nulla correctio aut emendatio conspicitur provenisse, immo potius continuatio abusuum & deformitatum in offensam divinæ majestatis & interitum animarum, rebellioque & inobedientia domini Eugenii adversus sanctam Synodum Universalem & decreta ipsius, procuratio insuper assidua erectionis illius præsentis Concilii Ferrariensis per transmissionem litterarum ad diversas regiones, & convocationem plurimorum ad idem Concilium, quod fore conventiculum schismaticorum jam declaratum commemoravimus. Ex quibus & auctoritatis sanctorum Conciliorum pessumdatio, & reformationis Ecclesie Dei extinctio, & indicio schismatis inaudit per erectionem alterius præsentis Concilii, isto durante Concilio, ac denique determinationum Ecclesie universalis parvipensio, in læsionem irreparabilem catholicæ Fidei sequeretur, nisi divina pietas sum Ecclesie in tantis languoribus subveniret. Urgetur tandem hæc sancta Synodus, ne tanta mala dissimulando assensum illis præstare videatur: & ne facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi seu male agendi, cum leviora remedia non proficiunt, utiliore & salubriore adhibere medicinam: atque post varias expectationes tandem salutis universalis Ecclesie providere, & ad suspensionem ipsius domini Eugenii ab administratione papali, quam penam sacra Constantiensis Synodus Romanis pontificibus in variis casibus censuit inferendam, procedere: alias penas duriores adhuc pro sua mansuetudine differendo: ut saltem per compulsionem justitiæ cum temperamento misericordie, ipsius Romani Pontificis animus ad ea que sunt salutis & pacis, in reformationem debitam Ecclesie universalis & animæ suæ & totius populi Christiani salutiferam edificatio-

nem, ipsiusque Ecclesie futuris temporibus pacificationem gratissimam, & auctoritatis sacrorum Conciliorum conservationem, valeat inclinari. In virtute igitur omnipotentis Dei, in cujus nomine hæc sancta Synodus congregata existit, & a quo immediate potestatem super universos fideles cujuscumque dignitatis, etiam papalis existant, (ut præmissum est) accepit; eadem sancta Synodus prædictum dominum Eugenium Papam quartum manifestum contumacem, & in aperta rebellionem persistentem, ac notorie incorrigibiliterque Ecclesiam Dei scandalizantem, omnibus præmissis tam conjunctim quam divisim attentis, ab omni administratione papatis in spiritualibus & temporalibus suspendit, ac suspensum esse declarat; processura tandem ad ulteriora usque ad sententiam finalem inclusive, si opus fuerit, ipso domino Eugenio amplius non vocato, prout utilitati & necessitati Ecclesie, Spiritu sancto dirigente, conspexerit expedire. Omnem autem ipsius papatus administrationem in his omnibus, que in spiritualibus & temporalibus ad solum Papam & sedem Apostolicam de jure pertinere noscuntur, eadem sancta Synodus ad seipsam decernit ac declarat esse devolutam; ne propter gubernationis defectum Ecclesia interim variis discrimina pati possit; decernens irritum & inane quidquid durante hæc suspensione per ipsum dominum Eugenium ratione papatus factum fuerit vel attentatum. Omnes quoque reges, Principes, communitates & alios quoscumque, cujuscumque status & dignitatis existant, hæc sancta Synodus monet & requirit, & eisdem in virtute sanctæ obedientie & sub divini obestatione iudicii mandat; Ecclesiasticis vero personis quocumque dignitate, etiam Cardinalatus, Patriarchali aut Pontificali præfulgeant, sub penis quas ipso facto incurrant excommunicationis & suspensionis ab omnibus dignitatibus, beneficiis & officiis, quocumque nomine nuncupentur, etiam forent metropolitanæ aut cathedralis Ecclesie, sive in titulum sive in commendam obtineant: Vicariis autem, gubernatoribus, vasallis, feudatariis & subditis Romanæ Ecclesie, sub pena privationis ipso facto omnium feudorum & aliorum quorumcumque jurium & privilegiorum que ab ipsa Romana Ecclesia obtinent, distincte præcipit; ut durante hæc suspensione præterea cujuscumque juramenti, subjectionis aut promissæ fidelitatis eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipsos quoque ad hujusmodi juramenta & promissiones, durante ipsa suspensione, nullatenus adstringi declaramus: sed ad hoc sacrum Concilium in omnibus recurrant, pro quibus ad Romanum Pontificem recurrere soliti sunt. Intendit enim hæc sancta Synodus mundo, iuste ac sancte necessitatibus quorumcumque providere. Mandat præterea in virtute sanctæ obedientie, & (sub pena privationis, quam ipso facto incurrant, omnium suorum beneficiorum, dignitatum, officiorum, commendarum, pensionum, & gratiarum quarumcumque, etiam expectatarum, omnibus & singulis sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis & aliarum Ecclesiarum Prelatis, officariis curiæ, & clericis quibuscumque in Romana curia existentibus, cujuscumque status & conditionis existant, quatenus infra quadraginta dies proxime sequentes post diem præsentis sessionis a Romana curia recedant.

Suspenditur
Eugenius
IV. a Pa-
pato.

ANNO
CHRISTO
1532.

SESSIO XXXII

ANNO
CHRISTO
1532.

*De cassatione preteriti electionis loci a minori
parte facti.*

*Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Basiliensis
Concilli ses-
sione 32.

dent. Et deinde Cardinales, Patriarchæ, Ar-
chiepiscopi, Episcopi, & alii Ecclesiastici,
prout de jure vel consuetudine ad Generale
Concilium ire tenentur, sub penis juris iter
suum sine fraude continuando, ad hoc sacrum
Concilium arripiant: reliqui vero, qui ad Ge-
nerale Concilium non tenentur venire, ad re-
sidentiam & Deo servendum in propriis be-
neficiis, vel ad hoc sacrum Generale Conci-
lium sine mora dispendio & omni fraude ces-
sante, se transferant, & accedant, decreto
nostro quod incipit, Compatiens, & aliis qui-
buscumque hujus sanctæ Synodi, in suo robo-
re duraturis. Omnes autem causas tam Ec-
clesiasticas spirituales, quam etiam profanas,
civiles & criminales atque mixtas, inter qua-
scumque personas, cujuscumque status aut con-
ditionis existant, in Romana curia penden-
tes, ab ipsa Romana curia hæc sancta Syno-
des in eo statu in quo sunt ad se advocat,
& advocatas esse vult & declarat: expresse in-
hibens omnibus iudicibus, auditoribus & com-
missariis quibuscumque prædictæ curiæ, etiam si
Cardinalatus, Patriarchali, Pontificali, aut
alia quavis dignitate præfulgeant, se in præ-
fatis causis procedere aut quidquam agere quo-
vis modo præsumant. Quod si post notitiam
hujus decreti nostri quidquam fecerint, penas
excommunicationis ipso facto incurrant, ab
ipsius excommunicationis sententia huic sanctæ
Synodo dentaxat, ipsa durante, absolutione
reservata; aut cognitione iusti impedimenti
(si quod allegaretur) quare a Romana curia
ad hæc sanctam Synodum accedere debentes,
non accesserunt, aut recedere debentes non
recesserunt. Cujus quidem impedimenti alle-
gatas causas intendit hæc sancta Synodus di-
ligenter cum benignitate scrutari. Quidquid
autem contra hanc advocacionem & inhibi-
tionem attentari contigerit, ipso jure decer-
nit irritum & inane. Et ut fraudibus que ex-
cogitari possent, obvietur, quia cum datarum
anticipationibus in presentis suspensionis ac
hujus decreti nostri elusionem litteræ papales
vel aliorum, ipsius auctoritate sublata, ante
ipsam suspensionem produci possent, nisi ante
hujus decreti nostri promulgacionem fuerint
intimata & publicata, eis nulla fides adhi-
beatur, & pro nullis habeantur. Decernit
tandem hæc sancta Synodus, hujus decreti
publicationem in præsentis sessione factam,
ejusque afixionem in valvis majoris Ecclesiæ
Basiliensis, vim habere monitionis, citationis
& executionis; & ita universos ardere, ac
si personaliter apprehensæ, & eis intimatum
fuisse.

Datum in sessione publica, in Ecclesia
majori Basiliensi solemniter celebrata, nono
Kalendas Februarii, anno a Nativitate Do-
mini millesimo quadringentesimo trigésimo
octavo.

Pridem in decreto vigesimæ sessionis
hujus sanctæ Synodi, quod incipit, Com-
patiens, lucide existit declaratum, dissolutio-
nem hujus sanctæ Synodi & translationem
ejus in civitatem Ferrariensem per dominum
Eugenium Papam quartum de facto attentatam,
tam in eo casu quo contra ipsum virtute
citorii in nostra vigesima sexta sessione
promulgati, aut contra quempiam præside-
ntium in Concilio Oratorum suorum in aliquo
procederet, quam in eo casu quo Græcos
contingeret advenire, nullas esse, penitusque
irritas & inanes: hujusmodique dissolutionem
ac translationem repugnare veritati declarata
per sacram Synodum Constantiensem; dicenti
quod Generale Concilium universalem Eccle-
siam militantem representans, potestatem a
Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque
status & dignitatis fuerit, etiam si pa-
palis, obedire tenetur in his que pertinent ad
Fidem, extirpationem schismatis, & genera-
lem reformationem Ecclesiæ in capite & in
membris: quodque si in his & pertinentibus
ad ea obedire contumaciter contempserit, con-
digne poenitentiam subiciatur. Que veritas in
verbis Christi fundata est, dicentis Simoni Pe-
tro: *Si Ecclesiam non audieris, sic tibi sicut
ethnicus & publicanus. Quæcumque alligaveris
super terram, erunt ligata & in calo: & quæ-
cumque soloveris super terram, erunt soluta &
in calo.* Et post pauca subdit: *Ubi sunt duo
vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in
medio eorum.* Eademque sacrorum Conciliorum
auctoritas super Romanum Pontificem & quem-
libet alterum, in Actibus Apostolorum, decla-
tionibus universalium Conciliorum, doctrinis
sanctorum, multipliciter invenitur patefacta.
Repugnabat quoque talis dissolutio & transla-
tio veritati in hac sancta Synodo dudum mul-
tipliciter declarata, quod Papa Concilium U-
niversale sine consensu ipsius dissolvere non
potest, aut de loco ad locum transferre. Cui
dominus Eugenius post longam resistentiam,
quam eidem veritati in prima præterita dis-
solutione hujus Concilii, & translatione in Bo-
noniam olim factis, & per universum orbem
publicatis, sub colore reductionis Græcorum,
quam etiam veluti causam necessariam pro-
tunc allegabat, tandem assensit; revocans hu-
jusmodi dissolutionem & translationem; & di-
cens, ea non obstante, Concilium a tempore
suo inchoationis legitime continuatum fuisse,
& decernens ac declarans irritam & inane;
ac etiam revocans quidquid per eum aut suo
nomine factum, attentatum seu assertum erat
contra ipsum Basiliense Concilium seu ejus
auctoritatem: & deinceps a gravaminibus ei-
dem inferendis obtinere pollicitus est, prout
per quartadecimam sessionem hujus sanctæ
Synodi, præsentis sedis Apostolicæ Legato, &
pluribus sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus
assentientibus, etiam in clytæ memoriæ Sigis-
mundi.

Constanti-
ensis Con-
cilli sessio
4. & 5.

Matth. 18.

Vide epis-
tam retro-
suarium
Pii II. Ba-
siliensis Con-
cilli sess. 11.

ad al. sessio-
nem.

ANNO
CHRISTI
1289.ANNO
CHRISTI
1289.

mundo Romanorum Imperatore, sibi fuerat A
 indictum. In qua sessione forma præfata re-
 vocationis & confessionis veritatis per ipsum
 dominum Eugenium faciendæ decreta fuerat.
 In hac quoque veritate conquivit univerſa
 catholica Eccleſia, reputans ipſam diſſolutio-
 nem per eum ſine conſenſu Concilii minime
 fieri potuiſſe. Nec ullatenus adverſus verita-
 tem repugnandi, & ad errorem ſemel dimiſ-
 ſum redeundi cauſam aſſumere potuit ipſo do-
 minus Eugenius ex prædicto citatorio. In quo
 poſt plurimas admonitiones ſibi factas, ut ali-
 quam emendationem poneret efficaciæ in Ec-
 cleſiaſtico regimine miſerabiliter deſiciente, &
 decreta ſalubria per hanc ſanctam Synodum
 edita ſuſciperet, aliisque exempla bonorum B
 operum præſtaret, ſeipſum & ceteros dirigen-
 do in viam ſalutis: cum ipſe ex adverſo in
 contemptum huius ſanctæ Synodi & totius Ec-
 cleſiæ deſolationem, plurimarumque diviſio-
 num ſuſcitationem, ſaluberrimæ reformationi
 ipſius corporis Eccleſiæ longo tempore reſi-
 ſteret: univerſalis Eccleſia congregata ipſum
 dominum Eugenium, ſicut mater filium de-
 linquentem, in viam ſalutis dirigere ſatagens;
 & ſicut Paulus reprehendit Petrum coram om-
 nibus, cum non ambularet ad veritatem Evan-
 gelii, eundem dominum Eugenium arguens,
 atque ex auctoritate a Chriſto eidem Eccleſiæ
 data corripiens; defectus notorios, in quibus
 animam ſuam & univerſam rempublicam ni-
 miſſimè gravabat, commemoravit: vocans ip-
 ſum & alios convocans, ut in regimine Ec-
 cleſiæ ſalutaris ap-
 oneretur proviſio. Quod
 poſt longam tolerantiam tandem id agere
 impulſa ſunt hæc ſanctæ Synodus; dum poſt
 contemptum reformationis ſalutaris ad ſuſci-
 tationem graviffimi ſchiſmatis & læſionem ve-
 ritatis, ipſius matris Eccleſiæ vulnerationem
 graviffimam, idem dominus Eugenius realiter
 procedebat, cui per prædictum citatorium ſum-
 me neceſſarium erat obviare, dum ſub colo-
 ribus exquiſitis eandem ſanctam Synodum &
 ejus opera diſſipare, atque quoddam conventi-
 culum in loco ſuæ voluntati dedito nulliter
 ac de facto erigere in ſeiſuram Eccleſiæ diſ-
 poſuerat: cujus rei perficiendæ gratia jam tri-
 remes & Oratores in Græciam tranſmittebat,
 ad impediendum adventum Græcorum in lo-
 cum per hanc ſanctam Synodum nominatum,
 & perturbandum effectum noſtræ legationis in
 Conſtantinopolim tranſmiſſæ, atque rumpen-
 dum ea quæ inter ipſam Synodum & Græcos
 concordata erant, in quibus etiam ipſe domi-
 nus Eugenius expreſſe conſenſerat. Sed nec
 ullum colorem diſſolvendi hoc ſacrum Baſi-
 leenſe Concilium, & ipſum in Ferrariam tranſ-
 ferendi, in caſu adventus Græcorum præfatus
 dominus Eugenius potuit aſſumere ex ſchedu-
 la per quamdam præſentiam ſeſſionis conventi-
 culi Ferrarienſis (ut dicitur) commemorata: B
 quam ſchedulam illi conventionalem dixerunt
 ſuper termino Avinionenſibus præfixo in ex-
 peditione pecuniarum faciendâ: quam ſi non
 facerent, alium locum nominare ſeu eligere
 poſſemus, & teneremur, atque aliunde uni-
 verſali Eccleſiæ providere. Vel ex quadam
 alia ſchedula, quam temerarie decretum ap-
 pellant, incipiente, Hæc ſacroſanctæ Synodus
 inter ſuæ congregationis exordia, quod in vi-
 geſima quinta huius ſanctæ Synodi promulgatum
 allegarunt; cum ex rationabilibus & ne-
 ceſſariis cauſis in ipſa noſtra ſeſſione vigefima-
 quinta nominationem trium locorum Baſileæ,
 Avinionis, & Sabaudis, pro Cœnœnico Con-
 cilio celebrando, ſolemnal decreto noſtro in-
 cipienti, Nuper hæc ſacroſanctæ Synodus, pu-
 blicaverimus: volentes eam inconcuſſam & in-
 violatam permanere, omnemque aliam nomi-
 nationem ſeu electionem cuiuſcumque alterius
 loci docerentes irritam & inanem. Univerſi-
 que facile conſpiciunt dominum Eugenium ex
 his rebus nullum fundamentum erectionis præ-
 ſati conventiculi aſſumere poſuiſſe, qui veri-
 tatem geſtorum conſiderant. Quamquam enim
 inter deputatos quosdam noſtræ congregationis
 actum fuerit, ut niſi per Avinionenſes infra
 præfixum terminum ferret pecuniæ expeditio,
 ad aliam nominationem procedendum foret,
 atque in noſtra Generali congregatione con-
 cluſum, non tamen dici poteſt hanc Synodum
 per viam contractus cum aliquo conveniſſe:
 nullus enim tunc aderat cum quo contractum
 huiuſmodi celebraret. Nec venit in dubium,
 quemquam cum ſeipſo non poſſe contrahere,
 cum inter ſpondentem recipientemque ſponſio-
 nem debeat eſſe diſtinctio perſonarum. Ipſius
 autem noſtræ concluſionis interpretatio, de-
 claratio, moderatio, mutatio, juxta cauſas
 occurrentes, atque omnimoda diſpoſitio ad ip-
 ſum Concilium pertinebat, maxime cum non
 ageretur de ſacſo privato cuiuſcumque perſo-
 nae, ſed de rebus ſtatum univerſalis Eccleſiæ
 concernentibus, quarum diſpoſitio ab univer-
 ſali Concilio ſub directione Spiritus Paracliti
 conſtituto per cuiuſcumque aut quarumcum-
 que perſonarum arbitrium non tollitur. Su-
 pervenit autem proteſtatio Legatorum ſedis A-
 poſtolicæ adverſus decretationem loci Avinio-
 nenſis, qui pariter cum Baſileæ & Sabaudia
 in ipſa concluſione concorditer capta junctus
 erat. Quæ proteſtatio non modicam occaſio-
 nem retrahendi aditros Avinionenſium a præ-
 dicta expeditione pecuniarum præſtabat: ſu-
 runtque ex alia parte per dominum Eugenium
 & ſuos, adverſus hanc expeditionem pendente
 termino assignato, gravia impedimenta in Avi-
 nione præſtita. Idque accidit, ut Oratores
 noſtris in Avinionem venientibus, præcipui gu-
 bernatores civitatis tunc abſentes eſſent, ſine
 quibus res non poterant tractari. Quibus de-
 inceps advenientibus, hæc adum eſt, ut Avi-
 nionenſes ipſi circa terminum præfixum capi-
 taneum trirremium noſtræ de triginta mil-
 libus & odingentis florenis auri de camera
 contentarent, & Oratores noſtros de reſiduo
 totius pecuniæ expetiit cautos ac ſecuros fa-
 cerent, prout ipſi Oratores noſtri hoc idem
 ſuis litteris nobis intimaverunt. Requirebant
 autem ipſi Avinionenſes, ut decretationem
 electionis ſeu nominationis loci per nos factam
 expediremus. Quæ nos attentius conſideran-
 tes, & intentioni huius ſanctæ Synodi ſatis-
 factum eſſe judicantes, per talem expeditio-
 nem pecuniarum, attentis maxime impedimen-
 tis interea appoſitis, (quoniam legitima im-
 pedimenta in omni concluſione rerum ag-
 endarum intelliguntur excepta) cum & per hæc
 modum longe melius providebatur univerſali
 Eccleſiæ, quam dimittendo omnia quæ para-
 ta erant pro legatione mittenda in Græciam
 & intrando magnas difficultates electionis al-
 terius loci in turbationem rerum agendarum,
 maxime quoniam urgebatur conventiones no-
 ſtras cum capitaneo claſſis trirremium Eccleſiæ
 initas ſervare, cui dilectus Eccleſiæ filius Ju-
 lia.

dal. s.

s) al. com-
pula.

ANNO
CHRISTII
1438.

ANNO
CHRISTII
1438.

hanc ipsi sancti Sabini presbyter Cardina-
lis, Legatus sedis Apostolicæ, vexillum Eccle-
siam & baculum peregrinationis in nostra con-
gregatione generali nomine nostro tradiderat,
cuius iam grandis summa pecunie per Avi-
nionenses assignata erat, conclusimus ad ip-
sam decorationem locorum prius electorum
videlicet Basileæ, Avinionis, & Sabaudis,
procedendum fore, & dum partes huius sacri
Concilii & amplius in eandem sententiam con-
venerunt, licet pauci de hoc non contenti
alium locum pro celebratione Œcumenici Con-
cilii nominare & deputare presumpserunt, abs-
que hoc quod talis potestas eis competere de-
clarata fuisset. Quibus nec competeat de sta-
tu totius Concilii & universalis Ecclesie, sa-
tisque Fidei seu pertinentibus ad ea, contra
consensum duarum partium Concilii, & mo-
rem permaxime in Generalibus Conciliis a
principio nascentis Ecclesie observatum, dis-
ponere, qui tamen adhuc in nominando loca
non concordantes extiterunt, paucissimique fue-
runt, qui tandem in hoc resedisse dicuntur,
quod nominationem facerent Utini & Floren-
tiam, aut alterius loci qui tutus esset, ac Pa-
pæ & Græcis accommodus, quique galeas &
pecunias primo expediret. In aliqua quoque
nostrarum quatuor deputationum, in qua octo-
ginta personæ erant, unus solus formam talis
nominationis veluti decretandam propria vo-
luntate produxisse, solus deliberasse & conclu-
sisse dicitur. In aliisque deputationibus valde
pauci hoc idem egisse dicuntur adversus ordi-
nationes huius sanctæ Synodi. Et demum,
cum sessionem nostram super decoratione lo-
corum Basileæ, Avinionis, & Sabaudis, ce-
lebraremus, legereturque nostrum decretum in
ambone majoris Ecclesie Basileensis juxta mo-
rem consuetum, unus ex illis paucissimis in
loco inferiori & solito quosdam schedulam
legere presumpsit, a paucis vel nullis intelle-
ctam, quam nominationem locorum Utini &
Florentiam aut alterius loci (ut præmittitur)
per paucissimos factam continere dicebatur,
qui etiam in ea Synodum Generalem contra
consensum duarum partium Concilii & amplius
se (ut dicitur) appellare presumebant, licet
nulliter & de facto. Sed non propterea dimi-
ssimus decreti nostri præfati publicationem su-
per nominatione Basileæ, Avinionis, & Sa-
baudis, continuare, quod aliam nominatio-
nem locorum irritam declaravit. Nam etsi
ita permitteretur, ut longe minor pars in Con-
cilio Generalibus adversus partem multo ma-
jorem aliqua decretaret, sibi que auctoritatem
totius Concilii assumeret, ingressus periculosis-
simus ad multas divisiones excitandas in fu-
turam, & destructionem ipsorum Conciliorum
præberetur. Neque litteras super illo præfato
decreto, sic per nos irritum declarato, Bulla
huius sanctæ Synodi bullari toleravimus, licet
quidam falso & clandestine aliquas bullaverint,
sicut eas falso bullatas fuisse declaravimus,
per solemne decretum in vigesima septima ses-
sione huius sanctæ Synodi promulgatum. Sed
nec ipsius præfati decreti tenorem observavit
dominus Eugenius, immo effectum ejusdem
(si quis fuisset) evacuavit, dum Florentiam,
quæ in illo (ut dicitur) nominata erat, &
pecunias atque galeas disponebat, per eum ac-
ceptatas rejectit, deinde Bononiam, sicut ser-
tur, postremo Ferrariam pro libito suo vo-
luntatis elegit, ac etiam, priusquam Græci

ad portum aliquem thymariarum applicuissent,
conciliabulum in ipsa civitate Ferrariensi ere-
xit. Neque ad ipsum arbutari spectabat, quis
locus tuus erat pro Concilio celebrando, cum
ipse talem locum tutum judicare poterat quem
sancta Synodus minime tutum reputasset. Nec
asserere potest sibi facultatem per præfatum
præfatum decretum attributam, ut nunc in
uno loco, nunc in altero (prout vellet) Con-
cilium fieri ordinaret, ac de ejus securitate
judicaret, quod nec illi pauci fecerunt, nec
sub nomine Generalis Synodi adversus Syno-
dum ipsam & ejus libertatem atque auctori-
tatem tale aliquid faciendi, ipsamque voluntati
Pape subijcendi, colorem aliquem habuerunt.
Neque etiam in Concilio unquam convene-
runt ad iudicandum, vel declarationem fac-
iendam super securitate loci Ferrariensis, aut
adimplentione primo facta ex parte loci illius
in expeditione galearum & pecuniarum, de
quibus in ipso præfato decreto agi dicebatur.
Denique nec per eos qui illud condidisse di-
cuntur hoc observatum est, ut firmiter in Ba-
sileæ steterint, donec Græci ad portum appli-
cuisent. Quodque deinde infra mensium ve-
cesserint ad locum ipsi Græcis per Oratores
Concilii nominatum, neque in hoc conven-
tiones cum Græcis concordatas observarunt,
sicque tametsi præfatum illud decretum ali-
quam apparentiam prius habuisset, quam ta-
men veraciter non habuit, fuit ex consequen-
tibus effectibus evacuatum: ipsumque cassum
nullum & irritum positus esse & fuisse, nul-
liusque roboris & momenti, decernit & de-
clarat hæc sancta Synodus, inhibens ne quis
quacumque dignitate, etiam si papali præsu-
geat dictum præfatum decretum sub nomine
legitimi & Synodalis decreti audeat nominare
nec illius executioni favores quomodolibet im-
pendere, sub pœnis & censuris contra viola-
tores & turbatores unitatis ac pacis Ecclesie
sic a iure impositis, in quas decernit hæc
sancta Synodus eos incidere ipso facto, notum
faciens universis suum verum decretum legiti-
me conclusam, ex assensu duarum partium &
amplius juxta decreta & ordinationes ipsius, &
ex communi omnium suppositorum Concilii
concordia, nemine discrepante, vera ejus Bul-
la plumbea bullatum, veraciter per eam ful-
se observatum, & in executionem deductum,
conventionesque initas cum Græcis ex parte
sua, quantum in se fuit, adimpletas extitisse.
Quæ quidem sancta Synodus Oratores suos
venerabiles Episcopos Vifensensem, & Lausan-
sem ac Nicolaum de Mentone militem, cum
galeis & pecuniis in Græciam misit, qui co-
ram imperatore Romanorum, & Patriarcha
Constantinopolitano omnia ex integro adim-
plere obtulerunt quæ ipsis promissa fuerant,
sicuti sua relatio cum attestatione publicorum
notariorum nobis facta, indicavit, locumque
Œcumenici Concilii celebrandi nominaverunt,
qui antea per ipsos Græcos in suis conven-
tionibus expresse acceptatus fuerat & concor-
datus. Porrum etiam tali loco aptiorem assi-
gnaverunt, requirentes eisdem imperatorem &
Patriarcham, ut pariter sua promissa adim-
plerent. Qui se excusaverunt super non ad-
ventu eorum, allegantes tempus adimplenda-
rum promissionum elapsam fuisse, prout per
litteras suas nobis rescripserunt, quamquam
tamen huic responsioni fuerit plene satisfac-
tum per Oratores nostros, quoniam ipsi con-

Concilium
Ferrariense
& Loricæ
& Græcis
Ecclesia re-
verentia a-
quæ.

Romæ

ANNO
CHRISTI
1138.

venienti tempore, mense scilicet Februarii, anno præterito ab hoc sacro Concilio recesserant pro veniendo illuc ante terminum assignatum, si non fuissent multiplicia impedimenta sibi deinceps obiecta, quæ notoria sunt: quoniam in conventionibus cum Græcis per nos in his expresse cautum erat, omnia intelligi debere bona fide, sine fraude & dolo & absque impedimento legitimo & manifesto. Sed ultra hæc etiam præfatus imperator alteri Oratorum nostrorum Joanni de Ragusa in sacra theologia magistro, Ordinis prædicatorum apud eum existentem, dixerat se esse contentum, ut Oratores ipsi & galeæ ante mensem Octobris in Constantinopolim non venissent. Plurimas vero prædicas in Græcia factas accepimus per eos qui ex parte domini Eugenii transmissi fuerunt, ut adventum ipsorum Græcorum ad alterum locorum per nos nominatorum, impedirent, atque ipsos in locum, quem vellet dominus Eugenius, attraherent. Et in una triremi, in qua principalis Oratorum suorum præfatus erat, Nuntius quidam, quem nostri Oratores præmiserant cum litteris sacri Concilii & plurimum principum Christianorum, captus est, veluti per debitam informationem cognovimus, nec deinceps de vita ejus quidquam nobis aut nostris Oratoribus compertum exitit. Domus quoque præfati Joannis de Ragusa Oratoris nostri in Constantinopoli invasione balistariorum fuit impedita: aliquaque ibidem facta sunt, quæ non est necessarium recitare per singula, ut sic ad fines suos pertingere possent, quos miserat dominus Eugenius, ita ut nostri Oratores sine Græcis ipsis, protestatione tamen solemniori contra eosdem prius facta, redire oportuerit. Quæ omnia prævalere non potuerunt adversus veritatem. Sic hæc sancta Synodus cuncta cum Græcis concordata ex parte sua adimplevit, nec per ipsam remansit, quo minus Concilii Œcumenici celebratio cum Græcis loco etiam per eos nominato habita fuerit, juxta ea quæ cum ipsis conventa erant, si illi promissa sua servassent, aut per alios non fuissent impediti seu retrahati. Intenditque & proponit eadem sancta Synodus, Deo aspirante, auctoritatem & veritatem catholicæ & universalis Ecclesiæ, quam ipsa representat, ac integritatem Fidei orthodoxæ jugiter illætas conservare, pro honore ipsius omnipotentis Dei & salute animarum: nec bono ipsius universalis Ecclesiæ conveniens existimat, per quascumque prædicas aut exquisitos colores, etiam sub spe dubia prosequendi, modis aliunde excogitatis, alia negotia, quorum eventus incerti sunt, auctoritatem Conciliorum Universalium conculcari, veritates declaratas per Ecclesiam, & Fidem orthodoxam concernentes, prosterni, viam aperiri Romanis pontificibus ad dissolvenda Concilia Generalia per varios modos sine ipsorum consensu, ex quo facile potestatem datam ad edificationem in destructionem verti contingeret, reformationemque Ecclesiastici status, pro qua jam tot sunt adhibiti labores, frustrari, atque ipsius Ecclesiæ stabilitatem & decorem hoc modo depravari in perditionem animarum & totius populi Christiani lamentabile detrimentum. Sic enim possemus & illa bona maxima exnunc perdere, & illa alia non acquirere, atque sic totam Ecclesiam in confusione relinquare. Primum quidem nobis incumbit,

Abit, Ecclesiam fidem, veritatem & auctoritatem conservare, & deinceps cunctos ad ejus unitatem redire volentes sincera caritate amplecti, prout & nos semper parati sumus & erimus. Cæm itaque ea nulla esse & penitus invalida, quæ dominus Eugenius adversus hanc sanctam Synodum, in ipsius præfata dissolutione & translatione in Ferrariam, notorie constet, ipsamque conventiculum Ferrariense non fore Concilium, sed schismaticorum conventiculum, dudum præfato decreto vigesimo nono sessionis hujus sanctæ Synodi declaraverimus, meritoque penam suspensionis ab administratione papali in spiritualibus & temporalibus jamdudum contra Romanum pontificem, Concilium Universale sine ipsius consensu dissolvere aut transferre attentantem, ordinatam, in ipsum dominum Eugenium tulerit, & latam esse declaraverit hæc sancta Synodus, ac etiam quascumque sententias, penas & censuras excommunicationis, privationis, inhabilitationis, interdicti, & alias contra hujus sanctæ Synodi supposita & eidem ad hærentes, per ipsum dominum Eugenium latas & ferendas, cassas & nullas fuisse, & esse declaraverimus, non necesse arbitramur ut denuo ad ea cassandum & irritandum procedamus, quæcumque per ipsum dominum Eugenium, aut præfatum Ferrariense conventiculum facta sunt adversus eandem Synodum, quæcumque ejus supposita, & quoscumque ipsi ad hærentes, etiam ante ipsius domini Eugenii suspensionem ab administratione papali, & quæ durante ipsius suspensione aut præfato conventiculo, facta sunt, sunt, aut fieri in futurum, in quibuscumque per ipsum videlicet dominum Eugenium ratione papatus, aut ipsam conventiculum sub Generalis aut Œcumenici Concilii nomine, qui etiam virtualia supposita hujus sanctæ Synodi auferri, & portantes ea spoliari, eorumque spolia primo capientium occupanti cedere. mandavit: quæ quam gravia sint adversus universalem Ecclesiam, & quanta reprehensione digni sint qui talia agunt, cuncti conspiciere possunt. Nos quoque omnibus & singulis manifestantes veritatem, declaramus omnia prædicta per ipsum dominum Eugenium, aut ipsam conventiculum facta & facienda, etiam contra dilectos Ecclesiam filios cives Basilienses & eorum civitatem, nulla penitus, cassa & irrita fuisse & esse, nec aliquid ipsius domini Eugenii præfati que conventiculi præceptis, mandatis aut prohibitionibus, etiam prætextu cujuscumque juramenti aut obligationis, in quibuslibet prædictis teneri obedire, immo potius ad non obediendum illis, omnes & singulos catholicos ex præcepto Domini & Ecclesiæ sponte ejus quam ab omnibus audiri jubet, esse adstrictos. Requiriturque & movemus universos Christi fideles, ut Ecclesiæ catholicæ (quæ a direttore dirigitur sapientissimo & infallibili) per hanc sanctam Synodum representatam firmiter ad hærent utque in suam, nec ullis tentationibus per voluntatem cujuscumque suscitatis aut suscitandis, ab ipsius Ecclesiæ firmitate & veritate suos animos dimoveant confidentes in superno Salvatoris nostri auxilio, qui ad Ecclesiam suam dixit: *Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi: manentesque perseveranter in ipsa Ecclesiæ domo, quæ ut ait beatus Hieronymus, declarans sacra scriptura veritatem, dicitur edificari supra firmam.*

ANNO
CHRISTI
1138.
Ferrariense
Conc. &
Lætal &
Græci Imper
Œcumenici
convenit
& venerant.

mandatum:

Matth. vii.

Matth. 7.
Conc. 4.
mam

ANNO
CHRISTI
1546.

Mart. 10.

man petram, que unica columba appellatur, que sponsa pulchra sine ruga & macula, que domus etiam claves accepit, & potestatem ligandi & solvendi. Hanc domum si quis corrigentem corripientemque contempserit, *se sibi* (inquit) *fecit ethnicus & publicanus*, soliditatemque Fidei semper teneant, memorantes etiam dictum illud beati Cypriani: Alienus est, profanus est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui universalis Ecclesie non tenet unitatem.

Insuper quoniam in supradicto decreto vicissimorum nostrae sessionis, poenas & censuras justissimas promulgavit haec sancta Synodus adversus omnes qui ad praefatum conventiculum Ferrariense accederent, aut mittrent, praecipitque sub eisdem poenis & censuris omnibus & singulis in curia, quam dominus Eugenius quondam tenebat, aut etiam actu de facto tenet, existentibus, ut si conventiculum Ferrariense per eum erigi contingeret, ab eius curia recederent, & deinceps declarata suspensione ipsius ab administratione papali, etiam sub poenis & censuris in decreto nostrae vicissimorum sessionis contentis, mandavimus, ut infra quadraginta dierum spatium ab eadem curia recederent: ideo omnes & singulos in conventiculo Ferrariensi aut praesentia ipsius domini Eugenii curia existentes, & in praedictis nostris decretis comprehensos, qui eorundem decretorum monitionibus non paruerunt, citat haec sancta Synodus, ut trigesimo die a data praesentis decreti computando, in nostra generali congregatione (si tunc eam celebrari contingat) alioquin in proxima subsequente, compareant coram eadem sancta Synodo, visuri se declarari in poenas praedictas incidisse, aut iustas causas (si quas habeant) allegaturi: quem terminum ipsis peremptorie & una vice pro omnibus haec sancta Synodus duxit assignandum, & assignat, decernens ulterius contra eos procedendum fore, & declarandum, prout juris & rationis fuerit, quorum omnium nomina & cognomina haberi vult pro sufficienter expressis. Insuper cum in prima sessione hujus sanctae Synodi poenae excommunicationis, anathematizationis & interdicti decretis fuerint adversus omnes & singulos, qui quascumque personas Ecclesiasticas vel saeculares, ad hoc factum Concilium venientes, seu in eo stantes, ut ab eodem recedentes, temeritate propria per se vel alium seu alios arrestare, invadere, capere, detinere, incarcerare, mutilare, occidere, vel bonis suis spoliare, vel injuriis affligere, seu ipsos sic delinquentes receptare, aut alias quomodolibet impedire, seu ea perpetrantium facta & commissa rata & grata habere, vel eis dare consilium, auxilium vel favorem, publice vel occulte, vel directe vel indirecte praesumpserint vel praesument in futurum, quae poenae solemniter decreto Concilii Constantiensis adversus praedictos fuerunt ordinatae, ultra easdem poenas & censuras, quas omnes & singulos qui mandato praefati domini Eugenii, vel praefati conventiculi Ferrariensis, quidquam praedictorum fecerint aut facient in futurum, expresse incurrisse, & incursum esse decernimus ac declaramus. Etiam contra eorundem, tanquam contra fautores schismatis, ad graviora procedendum fore decernit haec sancta Synodus, omnibus aliis decretis & ordinationibus ejusdem sanctae Synodi in suo robore duraturis. Decretum
Concil. General. Tom. XXIX.

Ant tandem haec sancta Synodus omnes & singulos supradictos per publicationem praesentis decreti in valvis majoris Ecclesiae Basiliensis affigendi, porinde ardari ac ardatos intelligi, ac si dictae citationis, ordinationis & declarationis executio ad eorum proprias personas facta fuisset.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata, nono Kalendas Aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

S E S S I O XXXIII.

De veritate Fidei catholicae per tres veritates.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

SICUT una est Christi Ecclesia, qua (ut ait Apostolus) est columna & firmamentum veritatis, sic omnia Ecclesiae membra unitatem semper observare necesse est in professione catholicae veritatis, atque fideliter & firmiter credere, quicquid per ipsam Ecclesiam de veritate Fidei fuerit declaratum, ut non sicut parvuli fluctuantes circumferantur omni vento doctrinae, aut per repugnantium dogmatum varietatem in divisiones & schismata prolabantur. Dudum autem in sacra generali Constantiensis Synodo conveniens catholica Ecclesia veritatem de Generalium Conciliorum auctoritate solemniter declaravit. Deinde in hac sacra generali Basiliensi Synodo eandem necessariam declarationem sub eodem qui sequitur tenore innovavit. Primo, quod Generalis Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, Generale Concilium faciens, Ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad Fidem, ad extirpationem schismatis, & ad generalem reformationem Ecclesiae in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque, cuiuscumque dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis sive ordinationibus aut praecipis hujus sanctae Synodi, & cuiuscumque alterius Concilii Generalis legitime congregati, super praemissis seu ad ea pertinentibus factis vel fiendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignae poenitentiae subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia (si opus fuerit) recurrendo. Cumque (sicut praeterit) quilibet cuiuscumque dignitatis, etiam si papalis existat, Concilio generali in praemissis obedire teneatur: declaratum etiam fuit frequenter ac dilucide, quod ipsum Generale Concilium praemissis eaque concernentibus, aut aliquo praemissorum actu congregatum, sine ipsius consensu per nullum quavis auctoritate, etiam si papali dignitate praesulgeant, dissolvi, transferri, aut ad aliud tempus prorogari potest. Et licet has esse veritates Fidei catholicae satis constet ex pluribus declarationibus praecedentibus, tam in praefato Constantiensis Concilio quam in hoc Basiliensi factis, ad majorem tamen soliditatem & firmitatem omnium catholicorum in unanimi professione veritatum
M

ANNO
CHRISTI
1546.ANNO
CHRISTI
1546.Constitutionis
Conc. sess.
4. & 5. & in
hoc Basiliensi
& sess. 21.

* praedictis

ipfa-

ANNO
CHRISTI
1139.
Quomodo
dum has ve-
ritates dam-
narit Eug-
nius IV. vi-
de infra fol.
11.

ANNO
CHRISTI
1139.

ipforum, hæc sancta Synodus definit, decla-
rat, prout sequitur.

Veritas de potestate Concilii Generalis, u-
niversalem Ecclesiam representantis, supra Pa-
pam & quemlibet alterum, declarata per Con-
stantiense & hoc Basileense Generalia Conci-
lia, est veritas Fidei catholicæ.

Veritas hæc, quod Papa Concilium Genera-
le universalem Ecclesiam representans, actu
legitime congregatum super declaratis in præ-
fata veritate, aut aliquo eorum, sine ejus
consensu nullatenus autoritative potest dissol-
vere, aut ad aliud tempus prorogare, aut de
loco ad locum transferre, est veritas Fidei ca-
tholicæ.

Veritatibus duabus prædictis pertinaciter re-
pugnans est censendus hæreticus.

Datum in sessione nostra publica, in ma-
jori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata,
decimo septimo Kalendas Junii, anno a Nari-
vitate Domini millesimo quadringentesimo tri-
gesimo nono.

S E S S I O XXXIV.

De depositione Eugenii Papa quarti.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.

Nota quod
est concilia-
bulum ac il-
legitimum,
& ob id om-
nia sancta
nullius esse
valoris.

PROSPEXIT Dominus de excelso sancto
suo, de cælo in terram aspexit, ut au-
diret gemitus plorantis Ecclesie super perdi-
tionibus animarum pretioso Jesu Christi san-
guine redemptarum, & malis innumeris, que
in religionem Christianam irruerunt. Et quo-
niam justus est ipse Dominus, & justitias di-
lexit, in unum hominem, per quem scandala-
rum venit universo orbi, & quo graviter pec-
cante, atque correctionem spernente, ira su-
per omnem populum venire videtur, judicium
facere disposuit, per ministerium Ecclesie sue
congregatæ in nomine ipsius Christi Salvatoris
omnium, qui ait: *Ubi cumque fuerint duo vel
tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in
medio eorum*, & qui de peccatore nolente Ec-
clesiam audire, dixit: *Si Ecclesiam non audie-
rit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus*. Eju-
dem quoque divina providentia prævidens re-
sistentis & oppugnationes, quas adversus re-
formationem Ecclesie Dei & auctoritatem sac-
rorum Generalium Conciliorum ipsam Ec-
clesiam representantium, ac bonum publicum
totius religionis Christianæ, suscitaturus erat
in tempore suo Eugenius Papa quartus, quan-
taque scandala, divisiones & schismata factu-
rus in orbe, sacram Synodum Constantiensem
excitavit per Spiritum sanctum, ut declaratio-
nem veritatis Fidei catholicæ toti orbi expli-
casset, dicentem quod Concilium Generale u-
niversalem Ecclesiam representans potestatem a
Christo immediate habet, cui quislibet, cujus-
cumque dignitatis, etiam papalis existat,
obedire tenetur in his que pertinent ad Fidem,
extirpationem schismatis, & reformationem ge-
neralem Ecclesie in capite & in membris. Item
quod si quis, cujuscumque status vel dignita-
tis, etiam papalis existat, qui mandatis, sta-
tutis, sive ordinationibus, aut præceptis ipsius
Concilii Generalis in prædictis & pertinentibus

Mat. 18.

Ibidem.

Constantien-
sis Conc. sess.
4. & 5. & Ba-
sileensis ses-
sione 1.

ad ea contumaciter obedire contempserit, nisi
responderit, condignis poenitentibus subiciatur, &
debitè puniatur, etiam ad alia juris subsidia
(si opus fuerit) recurrendo. Quæ siquidem
declaratione viam paravit miserator Do-
minus, per quam Ecclesia Dei in præfatum
Eugenium multiplices excessus, qui adeo no-
torii sunt, quod nulla tergiveratione celari
possunt, perpetrantem & contumaciter Ec-
clesiam audire, ac præceptis, statutis & or-
dinationibus Synodalibus obedire contemnen-
tem, justum judicium ferre haberet, juxta
cujus veritatis declarata dispositionem, hæc
sancta Synodus Basileensis in Spiritu sancto le-
gitime congregata, universalem Ecclesiam re-
presentans, necessarium esse judicans, ut
cui pia non prodest correctio, debita non par-
cat abscisso: postquam in multa longamini-
tate, patientia & mansuetudine post plures
admonitiones expectavit eundem Eugenium,
ut salutarem emendationem & executionem præ-
dictorum correctionem efficeret, tandem cum
amplius differri non posset, quo minus ca-
tholicæ Fidei & saluti universæ Christianæ re-
ligionis sub auxilio Spiritus Paraclæti proji-
deatur, ne ex ulteriori protelatione justitiam
sanguis percunantium animarum de nostris ma-
nibus requiratur, sed cum diligentia salubre
regimen gregi Dominico præbeatur, ut post-
quam veritas de terra militantis Ecclesie ori-
ta est, & justitia de cælo prospexit, Deus
ipse donet benignitatem, & terra nostra pro-
ferat fructum salutarem, oriaturque simul no-
stris diebus justitia & abundantia pacis; ea-
dem sancta Synodus pro tribunali sedens, per
hanc suam sententiam definitivam, quam
fert in his scriptis, pronuntiat, decernit &
declarat, Gabrielem prius nominatum Euge-
nium Papam IV. fuisse & esse notorium &
manifestum contumacem, mandatis seu præ-
ceptis Ecclesie universalis inobedientem, &
in aperta rebellionem persistentem, violatorem
assiduam atque contemptorem sacrorum cano-
num Synodaliū, pacis & unitatis Eccle-
sie Dei perturbatorem notorium, universa-
lis Ecclesie scandalizatorem notorium, simo-
niacum, perjurum, incorrigibilem, schisma-
ticum, a Fide devium, pertinacem hereti-
cum, dilapidatorem jurium & honorum Ec-
clesie, inutilem ac damnosum ad administra-
tionem Romani Pontificii, omni titulo, gra-
du, honore & dignitate se reddidisse indi-
gnum. Quem propterea eadem sancta Syno-
dus a papatu & Romano Pontificio ipso jure
privatum esse declarat & pronuntiat, ac
ipsum ab eisdem amover, deponit, privat &
abjicit, decernendo nihil minus contra eun-
dem, ad executionem etiam aliarum jurispen-
narum, ad quas hæc eadem sancta Synodus
hæc eadem sua sententia ipsum condemnat,
ulterius fore procedendum. Ac eidem inhi-
bet, ne deinceps pro Papa vel Romano Pon-
tificæ se quovis modo nominet seu gerat.
Omnesque Christianos ab ipsius obedientia,
fidelitate ac juramentis & obligationibus ei-
dem quomodolibet præstitis, absolvit & absolutos
esse declarat, ac omnibus & singulis Christi
fidelibus inhihet, sub poenis favoris schismatis
& hæresis ac privationis omnium beneficiorum,
dignitatum, & honorum Ecclesiasticorum & mun-
danorum, & aliis poenis juris, etiam imperi-
alis, regalis, Cardinalatus, Patriarchalis, Ar-
chiepiscopalis, aut Episcopalis dignitatis, aut
etiam.

Psal. 11.

Papa II. Pon-
tificæ maxi-
mæ Eug-
nium hanc
vocat virum
bonum &
sanctum, &
cum de mal-
tis factis ac-
cusatum di-
cit. Vide eju-
dem Bullam re-
tractato-
riam.

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.

etiam communitates, universitates, & collegia existant, qui si contra hanc inhibitionem fecerint, sunt auctoritate hujus decreti ac sententiae ipso facto privati; & alias juris incurrant poenas, ne eidem Gabrieli notorio schismatico, perjurio, haeretico, scandalizatori, incorrigibili, pertinaci, privato, deposito, amoto, & taliter declarato, tanquam summo Pontifici obediant, pareant, vel intendant; aut eum quovis modo sustineant vel receptent, aut sibi auxilium, consilium vel favorem praestent. Nec non pronuntiat, decernit, & declarat eadem sancta Synodus, omnes & singulos processus, inhibitiones, sententias, censuras, constitutiones, ordinationes, & alia quaecumque per eum aut alios quoscumque factos & facta, quae possent praemissis obviare, irritos, & inanes, ac irrita & inania, nulliusque fuisse aut fore roboris vel momenti.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata, septimo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo nono.

S E S S I O XXXV.

De stabilitate Concilii Basileensis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Diligentibus Deum nihil in hoc saeculo tam grave videri debet, quam quod ab operibus caritatis in ejus gloriam & animarum salutem explendis animos eorum retrahat, cum & beatus Paulus Apostolus dixerit: *Neque mori, neque vitae, poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Jesu Domino nostro.* Idcirco haec sancta Synodus in nomine ipsius Christi Salvatoris congregata, non obstantibus quibuscumque impedimentis, opera sanctae reformationis Ecclesiae sanctae Dei & salutis universorum, quantum concesserit divina pietas, & constanter & perseveranter prosequi desiderans; atque jam semoto per justitiam rectitudinem praecipuo obstaculo, quod per invidiam & damnosam administrationem Romani Pontificis maxime oberat unitati, paci & debite gubernationi ipsius Ecclesiae, pacem cunctorum, quantum fieri potest, perquirere cupiens; cum in decreto undecimae sessionis ejusdem sanctae Synodi statutum fuerit, quod hoc praesens Basileense Concilium non possit dissolvi, nisi consentientibus duabus partibus ejusdem Concilii; scrutatis votis singulorum, primo in singulis deputationibus, & deinde in congregatione Generali, ac deinde in sessione publica decretatione subsecuta; & deinceps super modo ponendi materiam dissolutionis Concilii, in deliberatione per deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta, pridie Idus Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo octavo, statuit, decernit, & declarat, quod per recessum cujuscumque, aut quorumcumque status, aut dignitatis, ab hac civitate Basileensi, etiam si Cardinalatus, Patriarchalis, aut Pontificalia existant, non sit, neque censetur Concilii Generalis. Tom. XXIX.

Concilium dissolutum, nisi juxta formam & modum praedictorum decreti & conclusionis processum fuerit. Et quoniam hac fidelitate stabilis permanentis Concilii debite observata, res arduae, quae in manibus sunt, poterant maturius & ordinatius tractari, & praecipue circa electionem futuri summi Pontificis, quae majorem attentionem requirit; non intendit haec sancta Synodus ante terminum sexaginta dierum in decreto septimae sessionis ejusdem super ipsa electione in hoc Concilio fienda praefixum, computandorum a die depositionis Gabrielis, olim didi Eugenii Papae quarti, quae fuit septimo Kalendas Julii, ad hujusmodi electionem procedere. Effluxo autem hujusmodi termino, decernit ad eandem electionem in sacro Concilio fore procedendum modis & formis per ipsum Concilium declarandis. Ut autem sub virtuoso & idoneo pastore, quem a Domino dari speramus, fiat omnium Christianorum unio & abundantia pacis, volens haec sancta Synodus cum reali affectu cunctos, quantum in se est, invitare ad pacem, omnes & singulos sequentes curiam praesentem praefati Gabrielis, olim didi Eugenii Papae, ac in eadem existentes, cujuscumque status, gradus, aut conditionis, etiam si Cardinalatus, Patriarchalis, Episcopalis fuerint, qui ipsius Gabrielis, olim Eugenii, obedientiam & adhaerentiam in totum dimiserint, huic sacro Concilio realiter & cum effectu, intra terminum hujusmodi sexaginta dierum, a tempore praedictae depositionis computandorum, adhaerent, atque de his coram eodem Concilio per se vel per alios legitime docuerint, intra terminum praedictum, intendit benigne amplecti & recipere, ac eorum statui & indemnitati convenienter providere.

Datum Basileae in sessione nostra publica, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, sexto Idus Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo nono, Apostolica sede vacante.

S E S S I O XXXVI.

De Conceptione gloriosissima Virginis Mariae.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Elucidantibus divinae gratiae mysteria mercedem gloriosam repromisit aeterna Dei Patris Sapientia, dum ait: *Qui elucidant me, Beati. 34. vitam aeternam habebunt.* Quod etiam de gloriosa Virgine, quae ipsam Patris Sapientiam Dei Filium aeternum in utero pertulit, ac mundo peperit, sacrosancta legit Ecclesia. Nam quidquid de dignitate & sublimitate Virginis matris educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem & honorem Filii sui pertinere. Et qui honorificent gratiam & sanctitatem Matris, honorificent & elucidant gloriosum nomen Filii ejus, qui ipsam sanctificavit & replevit gratia. Unde si in ceteris rebus elucidatio veritatis, quae a Domino Deo est, praeclara merita paritur; in ea re specialiter fructus uberrimos asferre speranda est, quae sanctificationem & dedicationem templi illius concernit, in quo ante saecula, antequam terra fieret, & ab aeterno

ANNO
CHRISTI
1439.

ANNO
CHRISTI
1439.

notur in ea, gratiarum obsequio & vox laudis: A praedictam vacationis sedis Apostolicae; hoc sedente generali Concilio, ante sexaginta dies a tempore ipsius vacationis continue computandos, ad electionem Romani Pontificis minime procederetur: quem terminum sexaginta dierum, postquam vocavit ipsa sedes per depositionem Gabrielis, olim Eugeni Papae IV. haec sancta Synodus duxit expectandum. Decevitque, effluxo illo termino, electionem Romani Pontificis in hoc sacro Concilio esse fiendam, modis & formis per ipsum Concilium declarandis, prout in decreto nostro trigelimoquinta sessionis plenius continetur. Cum autem jam per eundem termini lapsum adhuc per plures dies ad electionem praetatham procedere distulerimus, Ecclesiaeque acerrimos dolores patiat, dum protelatur sedis Apostolicae diuturna vacatio, & distertur novi pastoris electio, ipse quoque, qui iustissime depositus est, variis artibus Ecclesiam conturbare conatur, & Apostolicae sedis primatum nequanda praesumptione tenere & occupare, in grave scandalum Ecclesiae & magnum periculum Fidei & religionis Christianae, (qui perniciam suam in dies magis ac magis hominibus manifestando in mente Septembris proxime praeterito horrendam invidiam adversus veritates Fidei, in hanc sanctam Synodum, eiusque fautores & defensores promulgavit, non correctionem seu emendationem proferens, sed omnem incorrigibilitatem & pertinaciam ostendens, atque propriis factis toti mundo manifestans) necesse est Ecclesiae catholicae de suadenti & fidei pastore providere, qui eae a persecutionibus tam reprobis hominis defendam, fideique conservet, ac iustitiam & veritatem tueatur, animaeque pretioso Christi sanguine redemptas, quas praetatus Gabriel deducere nititur, dirigat in viam salutis. Nam, sicut res ipsa indicat, plura & majora scandala in dies evenirent, nisi per auxilium gratiae Dei de remedio provideretur opportuno. Ad quod quaerendum, & de idoneo pastore providendum, necessitas Fidei maxime nos impellit. Volens itaque tandem haec sancta Synodus post maturam & longam expectationem exolvere debitum Domino Deo suo, & salutis atque necessitati ipsius Ecclesiae (ut tenetur) providere, ad laudem & gloriam beaustimae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, statuit, decernit & declarat, electionem Romani Pontificis fiendam & celebrandam esse pro hac vice per hoc sacrum Concilium Basiliense seu eius auctoritate, modis & formis infra scriptis.

Et primo, quod una cum dilecto filio Ecclesiae filio Ludovico tituli sanctae Crucis sanctae Romanae Ecclesiae presbytero Cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, praesente & praesidente sacro Concilio, & aliis ipsius sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, si qui ante contumaciam electionem futuri summi Pontificis adessent, & adherentes huic sacro Concilio, eidem electioni interesse voluerint, alii tam de Praetatis, quam ceteris honorabilibus Ecclesiasticis viris, in sacerdotio aut saltem diaconatus ordine constituti, usque ad numerum triginta & duorum, per eandem Synodum ad praedictam electionem faciendam, in nostra generali congregatione ac in sessione publica nominandi & depurandi, potestatem habeant, prout secundum Deum & conscientias suas eidem videbitur, hac vice libere

in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et jam post editionem salubrium decretorum canonicorum, atque iustam depositionem illius, qui ipsos canones & decreta spernebat ac parvipendebat, sanctae reformationi & restaurationi legis divinae ac publicae salutis vehementer obstitens, superest virum talem quaerere a Domino, & cum beneplacito suae benignitatis eligere, per quem desiderata cunctis gentibus ipsa reformatio atque salutaris gubernatio Ecclesiae Dei in sanitatem reducantur effectum. Nam & singulariter tanto pastori incumbit bene regendi necessitas, dum recens exemplum sui praedecessoris ob eius damnosum regimen ecclesiae ante oculos positum habebit. Dudum quoque in quarta sessione huius sanctae Synodi, celebrata duodecimo Kalendas Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, statutum fuit de electione Romani Pontificis, si sedem Apostolicam hoc sedente Concilio vacante contingeret, in hunc modum: Haec sancta Synodus decernit, statuit, atque diffinit, quod in eventum vacationis sedis Apostolicae, hoc sacro generali Concilio durante, electio summi Pontificis in loco illius sacri Concilii fiat, & interdicit ne alibi celebretur. In contrarium attentata quavis auctoritate etiam papali, non obstantibus quibuscunque constitutionibus eius vel edictis, aut aliis in contrarium facientibus, ac si de ipsis de verbis ad verbum esset facienda mentio specialis, aut iuramento firmata existant, quas ex certa scientia derogat, & decernit nulla & irrita esse & nullius roboris vel momenti ipsi iure. Contrarium vero attentantes sint tam active quam passive, quoad electionem Romani Pontificis & ad quaecunque alias dignitates, honores, & omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, & infamiae notam & etiam excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Quod si tamen aliqua de facto praesentia electio praesumeretur, tam electus praesentis, quam illi adherentes & cum pro tali gerentes, supradictas penas incurrant. Absolutionem vero omnium & singulorum qui praemissas sententias aut aliam quam earum incurrerint quocumque modo, dista sancta Synodus tantummodo, praeterquam in mortis articulo, sibi reservat: decernens praesens decretum ligare, efficere, vim & effectum habere & fortiri, postquam draginta dies continuo proxime secuturos a die publicationis eiusdem.

Deinceps autem in nostro decreto septima, sessionis ordinatum fuit, quod in eventum

Notit 18.

Basiliensis Concilii sessione 11. cuius est incipit. Datum Basiliensis.

Basiliensis Concilii sessione 11. cuius incipit. Datum Basiliensis.

Et primo, quod una cum dilecto filio Ecclesiae filio Ludovico tituli sanctae Crucis sanctae Romanae Ecclesiae presbytero Cardinali, Arelatensi vulgariter nuncupato, praesente & praesidente sacro Concilio, & aliis ipsius sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, si qui ante contumaciam electionem futuri summi Pontificis adessent, & adherentes huic sacro Concilio, eidem electioni interesse voluerint, alii tam de Praetatis, quam ceteris honorabilibus Ecclesiasticis viris, in sacerdotio aut saltem diaconatus ordine constituti, usque ad numerum triginta & duorum, per eandem Synodum ad praedictam electionem faciendam, in nostra generali congregatione ac in sessione publica nominandi & depurandi, potestatem habeant, prout secundum Deum & conscientias suas eidem videbitur, hac vice libere

186
Iste Cardinalis Arelatensis fuit Eugenius IV. Pontifex maximus.

ANNO
CHRISTI
1154ANNO
CHRISTI
1154

re eligendi summum Pontificem auctoritate hujus sanctæ Synodi, ita ut ille absque ulla exceptione ab universali Ecclesia summus Pontifex habeatur, qui ab omnibus prædictis sic debentibus pro hac vice eligere, aut saltem a duabus partibus ipsorum fuerit electus, & consensus (ut infra dicitur) præstiterit. Nec valeat electio, nisi duæ partes prædictorum in ipsum electum consenserint & convenerint. Qui omnes pro hac vice eligere debentes, tanto attentius sinceris mentibus & expurgatis conscientiis idoneum & perutilem pastorem eligere curent, quanto Ecclesiam in majoribus necessitatibus positam conspiciunt, ad solum Deum oculos dirigentes, qui in distridissimo examine de tanto & tam arduo negotio (ex quo pendet salus universalis Ecclesie) redditori sunt rationem. Ordinatur insuper, statuit & decernit hæc sancta Synodus, quod supradicti eligere debentes, die sequente post nominationem eorum in congregatione generali, conveniant omnes in majori Ecclesia Basiliensi, in qua Missa, & sermo sollemnes celebrentur & fiant (prout est de more fieri in die quando intratur conclave) tenebiturque eodem die publica sessio, & ibi omnes suscipiant Eucharistiam sacramentum, ac juramentum præstent quod in vigesima tertia sessione hujus sanctæ Synodi extitit ordinatum. Quibus prædictis, sine redeundo in domos suas, intrent conclave ad hoc ordinatum in domo hujus civitatis Basiliensis, in qua sacra deputatio pro communibus teneri consuevit, ad electionem hujusmodi celebrandam, & consequenter præsentandum ac intimandum, ceteraque faciendum, observandum & proseguendum, quæ in presenti decreto expressa sunt & quæ in ceteris hic non expressis, & aliis decreta hujus sanctæ Synodi, nec non aliis constitutionibus & ordinationes, videlicet tam in corpore juris clausæ, quam extravagantes, (quæ hactenus observari consueverunt) de Cardinalibus & aliis electoribus Romani Pontificis statuunt & decernunt, quæ omnia, salvis expressis in prædicto decreto, volumus in suo robore permanere, & etiam in prædictis ad eligendum pro hac vice deputatis & deputandis locum habere, quemadmodum de carnalibus in prædictis decretis, constitutionibus & ordinationibus statutum & ordinatum reperitur, sed nullum eisdem expressis quovis modo præjudicium generare.

Electus autem in Papam, præsentata sibi electione, si præsens in hac civitate fuerit, per aliquos ex ipsis electoribus, etiam si Cardinales non fuerint, vel extra civitatem per aliquos ex ipsis, vel alios ad hoc habentes mandatum ab eis, in præsentia notarii & saltem decem personarum requisitus, teneatur infra diem naturalem ab hora requisitionis, consentire ac jurare modo & forma inferius descriptis, alioquin ejus electio pro infecta habeatur. Volumus autem, quod si contingeret ipsum electum hujusmodi electionem non acceptare, seu ei non consentire modo & forma & in tempore ordinatis, quod præfati ad eligendum ordinati ad alterius electionem procedant, priusquam exeant conclave, si præfatus electus in hac civitate fuerit. Si fuerit extra civitatem, eo casu infra triduum post notitiam habitam in Concilio, & per ipsam Concilium in congregatione generali declaratam, de recusatone per electum facta, ite-

rum intrent conclave pro electione alterius facienda omnibus modis & formis, sicut superius dictum est. Et si quis ipsorum a tempore primi ingressus conclavis in antea recederet a Concilio, vel decederet, aut impedimentum haberet per quod non posset electioni interesse, vel etiam conclave intrare nolleret, alius loco ejus subrogeretur de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, aut per majorem partem ipsorum; qui habebit communicare & jurare, prout præfati deputati aut major pars ipsorum ordinaverit. Doretque potestas omnium & singulorum prædictorum absque alia nova deputatione electorum, donec electio per eos facienda realiter per consensum electi sortita fuerit effectum. Hanc autem formam & modum electionis approbat, statuit, ordinat & decernit hæc sancta Synodus pro hac vice. Et ad omnem scrupulum submovendum, omnes & singulos in eadem Synodo presentes & venturos, & qui ei adhererent, quantum ad hujusmodi electionis opus & totalem effectum, ab omnibus sententiis excommunicationis (si quas forsitan incurserint) & quibuscumque censuris a jure vel ab homine generaliter vel specialiter, etiam a Conciliis Generalibus vel summis Pontificibus, promulgatis absolvis, ipsosque ad omnes actus in eadem Synodo agendos active & passive, quatenus opus est, habiliter, & habiles esse declarat, volens etiam ut specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis (ut præmittitur) locum habeat Constitutio Clementis V. quæ ordinat ut nullus ex Cardinalibus cuiuscumque excommunicationis, suspensionis & interdicti præterea, a dicta electione repelli valeat, ceteris ejusdem Concilii decretis in his quæ superius expressa non sunt semper salvis, suppletis ex certa scientia & ex plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in præmissis, ac etiam suspendens omnia jura positiva in Conciliis Generalibus & a summis Pontificibus edita & statuta, & ordinationes, consuetudines & privilegia quibuscumque concessa, & cetera contra quocumque ordinatas, & eis derogans, in quantum effectum presentis decreti impedire possent, quoquo modo in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque. Præterea cum necessitas rerum & circumstantiis temporis id exposcant, ut hæc sancta Synodus & ipse summus Pontifex per Dei gratiam in proximo assumendus quam maxime novum sint eadem caritate & unanimi consensu, quampluribus ad hæc urgentibus rationibus ordinat & decernit, ut electus in summum Pontificem, priusquam aliquid grave in his quæ pertinent ad administrationem Papatus exerceat, insignia coronationis sum assumere debeat in loco hujus sacri Concilii, ad quem, si absens fuerit, infra terminum sibi assignandum per deputatos ad eligendum, vel majorem partem eorundem, venire teneatur.

Concilio Basiliensi sessione 23.

que incipit: Quoniam factus populi, & cum summo pontifici.

ANNO
CHRISTII
1532.

III.

Sequitur forma confensus, professionis & iuramenti prestanti per ipsum electum in summum Pontificem.

In nomine Domini Amen. In nomine sanctis & indivisam Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ego N. electus in Papam omnipotentem Deo, cuius Ecclesiam suo presidio regendam suscipio, & beato Petro Apostolorum principi cordis & ore profiteor, quamvis in hac fragili vita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere Fidem catholicam, secundam traditionem Apostolorum, Generalium Conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo Conciliorum universalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantiopolitani, tertii Ephesini primi, & quarti Chalcedonensis, quinti & sexti item Constantiopolitani, septimi item Niceni, octavi quoque Constantiopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis Generalium Conciliorum, & illam Fidem usque ad unam apicem immutatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defendere & predicare, ritumque pariter sacramentorum Ecclesiasticorum Ecclesie traditum, omnimode protegi & observare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione Fidelium catholicorum & extirpatione heresum & errorum, reformatione morum, executione & observatione decretorum Constantiensis & Basileensis Conciliorum, ac pace in populo Christiano. Juro etiam prosequi celebrationem Conciliorum Generalium ac confirmationem electionum, juxta decreta sacri Basileensis Concilii. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, cui in die tremendi iudicii redditurus sum de hoc & aliis meis operibus rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solemniter repetam. Datum ut supra.

IV.

Decretum inhibitionis, ne bona electi & eligentium rapiantur.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, ad perpetuam rei memoriam.

Com ea que laudabiliter pro reprimendo conatu malignantium ordinata sunt, nullatenus negligi deceat, sed potius diligenti servari studio, sacrum canonicum, dudum in Concilio Constantiensi editum adversus illos qui bona electorum, seu etiam eorum qui famabantur de novo electi in summos Pontifices, rapere velent, innovat hanc sancta Synodus sub huiusmodi tenore: Omnis aetas ab adolescentia sua prona est ad malum, ad id presertim ad quod cupiditatis & avaritiam stimulis incitatur. Fiunt autem & facti sunt leges, ut earum metu humana refrenetur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus, quod electo Romano Pontifice, nonnulli sub pretextu prestanti cupidam abutuntur licentia, res & bona sic electi, quasi culmine divitiarum ad-

Confir-
matio
Con-
cilio
1532.
11.
Almo.

ANNO
CHRISTII
1532.

Atque, falso prestantes occupanti concedi, necnon illius sic electi, immo aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter confingunt, domos, res & bona Cardinalium, aut electorum Romani Pontificis, & aliorum in loco conclavis existentium, etiam violenter invadunt, recipiunt, occupant & transportant, lucrifada existimantes: ex quibus (si permittrentur) plura pericula, scandala, rapine, furta, & nonnunquam homicidia sequerentur. Nos igitur tam sceleratis temeritatis & audaciam viam precludere, & huiusmodi periculis & scandalis obviare volentes, prestantem dampnantes sceleratum abutum, talia fieri hoc edicto prohibemus: statuentes quod quicumque cupiscumque status aut conditionis existant, contra hoc prestantem attentare, aut ad hoc auxilium, consilium vel favorem prubere, penas quas in violentos raptores & occupatores huiusmodi jura atque Apostolica & imperiales Constitutiones statuunt, & eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, a qua nisi per hanc sanctam Synodum, aut futurum Romanum Pontificem, praterquam in mortis articulo, & facta satisfactione, ab solvi nequeant, & omni officio, beneficio, privilegio, ac dignitate Ecclesiastica & mundana, feudisque & rebus aliis, si que aut quas in Romana vel aliis Ecclesiis obtinebant, sint privati, & intestabiles active & passive existant: civitas vero que in premissis culpabilis fuerit, Ecclesiastico subiacet interdito: huic adjicientes sanctioni, ut domini temporales rectoresque & officiales civitatis vel loci, ubi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente, premissa fieri sub gravibus penis publice & realiter prohibeant, & prohibitionem diligenter faciant observari, ceteris constitutionibus circa talia editis in suo robore duraturis. Et quia nunc imminet electio Romani pontificis, per hanc sanctam Synodum seu ejus auctoritate celebranda, ubi observatione & executione prestantis constitutionis opus est, nos omnia & singula premissa agendi & exequendi illis personis tam Ecclesiasticis quam secularibus, que postmodum in nostra cancellaria nominabuntur, plenam & liberam committimus & concedimus facultatem & potestatem, decernentes literas super hoc fieri cum censuris & aliis remediis juris, etiam cum invocatione brachii secularis & clausulis opportunis. Datum ut supra.

V.

Ne tempore electionis fiat audientia.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, ad futuram rei memoriam.

Ne variarum rerum occupatio actum salubrem electionis futuri Pontificis impediatur aut perturbetur, decernit hanc sancta Synodus, ut ad tam necessarium & tam salubre electionis negotium attentius procedatur, audientiam & omne causarum & litium exercitium in hoc sacro Concilio, prater audientiam cameram, a die quo deputati ad eligendum summum Pontificem intrabunt conclave, & deinceps usque ad publicationem electionis ipsius summi Pontificis inclusive, suspendenda esse, eademque hoc presentis decreto suspendit & prohibet, irritum decernens & inane quidquid

in

ANNO
CHRISTI
1439

in contrarium fuerit attentatum. Datum ut A

primus sensus, juxta quem se dicit reproba-
re dictas veritates, nullatenus allegari po-
test. Hoc autem notum facimus universis ca-
tholicis, quod nullum sensum in his habet
hanc sancta Synodus, nec habere vult, nisi
quem sacra Synodus Constantiensis habuit in
declarationibus suis, sensum verum & catho-
licum, quemque semper habuimus in declara-
tionibus per nos factis, in secunda, undecima,
duodecima, vicefimanona & aliis sessionibus
nostris, ac Epistolis Synodalibus, pariter cum
Cardinalibus sanctae Romanae Ecclesiae, Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Oratoribus
principum, Abbatibus, doctoribus, qui in no-
stro cura adhaerunt, fideliter & unanimiter
credentibus, quod Concilium habet potestatem
immediate a Christo, cui Papa obedire tenetur,
propterea veritas praefata in Concilio Con-
stantiensi declarata, diffinita, quodque hanc
veritas est juris divini, quod Papa ipse Con-
cilium Generale universalem Ecclesiam reprae-
sentans legitime congregatum, eo modo quo
frequenter declaratum est, sine ejus consensu
dissolvere, aut de loco ad locum transferre
non potest: neque adversus has veritates praev-
alere poterit Gabriel ipse, qui praesentem dis-
solutionem hujus sacri Concilii sine ejus con-
sensu prima vice per eundem Gabrielem at-
tentatam, hoc sacro Concilio eidem ex parte
Dei omnipotentis precipiente atque man-
dante, judicialiter revocare compulsus est, ac
in sua adhaesione eam declaravit nullam, ir-
ritam & inane, ipsaque non obstante Con-
cilium legitime continuatum fuisse, & profes-
sionem habuisse & habere debere, revocando
etiam expresse litteras incipientes, Deus
novit, quae suo nomine factae dicebantur, &
adversus hujus sacri Concilii & aliorum Con-
cilio- rum auctoritatem varios errores contine-
bant: item duas litteras suas incipientes, In-
scrutabilis, & In arcano, alias etiam quascumque,
ac quidquid per ipsum aut suo nomine in pra-
judicium aut derogationem hujus sacri Con-
cilii Basiliensis, seu contra ejus auctoritatem,
factum & attentatum seu assertum erat. Ecclesia
catholica tunc in pace conquievit, & tenens
firmiter esse verum & catholicum, quod Papa
absque consensu Concilii ipsum dissolvere,
aut transferre non potest: cognoveruntque
cuncti fideles, quod acquiescere oportet
iudicio Generalis Concilii summum Pontificem,
cum post tam diuturnam resistentiam duorum
annorum, quibus ipsam dissolutionem idem
Gabriel justificare conabatur, acquievit iudicio
sacri Generalis Concilii, praesentans judicialiter
coram eodem formam suae confessionis, quemad-
modum sacrum Concilium ordinavit, revocando
expresse (ut dictum est) quaecumque asserta
per eum aut nomine suo in contrarium. Pos-
suntque omnes catholici nunc videre, quanta
plaga inferretur Ecclesiae Dei, si revocaretur
in dubium illa declaratio facta in Concilio
Constantiensi, vigore cuius & ineffabili ac
inexpugnabili auctoritate depositio Joannis
vicefimitarii, & privatio Benedicti a jure
papatus (si quod habebant) sic in suis
obediuntis nuncupatorum, ac etiam electio
Martini, cui successit olim Eugenius, factae
sunt, & a quibus consequenter omnes crea-
tiones Cardinalium, & promotiones Prae-
latorum & aliorum ordinum & graduum Ec-
clesiasticorum factae sunt, quantumcumque
deklarationis ejusdem & auctoritatis datae a
Christo

ANNO
CHRISTI
1439

SESSIO XXXVIII.

L

Contra invidiosum

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
Ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
mori- am.

IN Eldra scriptum est: Veritas magna & fortior
pra omnibus. Omnis terra veritatem invocat: calum etiam ipsam
benedicit: veritas manet, & invalescit in aeternum, & vi-
vit & obtinet in saecula saeculorum. Non est apud
eam accipere personas, neque differentias: sed
quae iusta sunt facit omnibus iustis. Cujus
quidem veritatis fortitudinem dum impugnare
conatur Gabriel, quondam dictus Eugenius
Papa quartus, iusto iudicio a papatu depo-
situs, seipsum magis deiecit & prostravit. Qui
nuper apud Florentiam (prout per summa-
riam informationem accepimus) libellum
quemdam, qui incipit, Moles servus Dei,
promulgavit, in quo praesentem translationem
praefatae hujus sacri Concilii in Ferrariam,
quam erroneam in fide pluribus decretis &
Epistolis nostris lucidissime declaravimus, nec
non erectionem schismaticam conventiculi Fer-
rariensis sub nomine Generalis Concilii, hoc
sacro durante Concilio, in vim praefatae trans-
lationis attentatam, majori semper cum per-
tinacia defendere & approbare conatur, ad-
jiciens quod a recta linea per astratus erro-
ris exorbitavimus, quodque Concilium Con-
stantiense in malignum sensum, & a sana
doctrina penitus alienum pertraximus, in hoc
quod declaravimus per sessionem nostram de-
cimo septimo Kalendas Junii proxime praeter-
iitae celebratam, tres veritates, quarum tenor
sequitur.

Veritas de potestate Concilii Generalis, u-
niversalem Ecclesiam representantis, super Pa-
pam & quemlibet alterum, declarata per Con-
stantiense & hoc Basiliense Generalia Concilia,
est veritas Fidei catholicae.

Veritas haec, quod Papa Concilium Gene-
rale universalem Ecclesiam representans, actu
legitime congregatum, super declaratis in pra-
fata veritate aut aliquo eorum, sine ejus con-
sensu nullatenus auctoritative potest dissolve-
re, aut ad aliud tempus prorogare, aut de
loco ad locum transferre, est veritas Fidei ca-
tholicae.

Veritatibus duabus praedictis pertinaciter re-
pugnans est censendus haereticus.

Conatur quoque ipse Gabriel post praedicta
per eum sic asserta, sub obcuritatibus verbo-
rum mundum involvere, dicens se damnare &
reprobare veritates praedictas ad sensum Basili-
ensem, quem, inquit, factis demonstravit,
neque illum sensum explicans, nec in quo sen-
su eas approbare vellet manifestans: quae for-
tassis ideo subicit, quoniam manifeste videt
verba dictatum veritatum ita clara esse & aper-
ta, sicut sunt, quod de nulla obcuritate no-
tari merito possunt, nec ad multiplices pertra-
hant sensus: & per consequens, quod ille

Sed plerique
Cardinales
ad Expre-
sionem male
pactis redie-
runt; sed
Apostolica
Basilien ma-
nente.

Eldra.

Basiliensis
Concilio (af-
fione 11.
que incipit
Sine anno
14.

Constan-
tensis Con-
cilio sessione
4. & 5. & in
hoc Basilien-
si sessione 1.

Constan-
tensis Con-
cilio sessione
11.

ANNO
CHRISTI
1439.

ANNO
CHRISTI
1439.

Basileense
Concilio
Sessio 12.
capitulum
11.
Sessio
12.
capitulum
11.

11. q. 1. de
Liberis.
11. q. 1. de
consecratione.

no Concilio Generalibus vigor deperiret, si
 fucum Pontificis possent Concilia, dum con-
 gregata essent, transferre de regione in regio-
 nem sine consensu ipsorum, & eidem Conci-
 liis precipere ut dissolverentur aut discederent,
 etiam si nolent, quoties liberet ipsis Pontificibus.
 Verum in hac reprobatione dictarum veri-
 tatum, quem idem Gabriel facit in prefato
 libello, intelligere possunt omnes fideles, quo-
 modo jam id verificatur, quod a septem an-
 nis in sua duodecima sessione ipse de ipso
 Gabriele prædixit hæc sancta Synodus, cum
 ait: Et, quantum ex eius verbis factique colli-
 ghi potest, nil aliud prætere videretur, nisi
 ut Ecclesiam pessunderet, jusque sibi & succes-
 soribus faciat, non solum abrogandi ritum sa-
 crorum Conciliorum, & ea pro libito dissol-
 vendi, sed & ipsorum sacratissima decreta Spi-
 ritu Dei promulgata, a quibus status pendet
 universalis Ecclesie, irritandi & abolendi, &
 præsertim declarationem illam, quod in his
 que ad Fidem, extirpationem schismatis, &
 generalem reformationem Ecclesie in capite
 & in membris pertinent, quilibet, etiam papa-
 lis dignitatis, decretis Generalis Concilii subji-
 citur. Hæc in prefata duodecima sessione habentur,
 que nunc idem Gabriel aperte manifestat.
 Unde omnes intelligere possunt, quam iuste
 hæc sancta Synodus hucusque eidem resistit.
 Conspiciunt animam obduratam, quo auctori-
 tati Generalium Conciliorum factis & verbis
 resistebat, contemnendo etiam & violando vo-
 luntarie sacros canones pro salute animarum
 editos. De quibus ait Damasus Papa: Viola-
 tores canonum voluntarie a sanctis patribus gra-
 viter judicantur, & a Spiritu sancto, instructu
 ejus ac dono dictati sunt, damnantur: quon-
 iam blasphemare in Spiritum sanctum non
 incongrue videntur qui contra eosdem canones
 non necessitate compulsi, sed libenter (ut præ-
 missum est) aliquid aut proterve agunt, aut
 loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte
 consentiunt. Talis enim presumptio manifeste
 unum genus est blasphemantium Spiritum san-
 ctum. Reprobatur insuper prefatus Gabriel, &
 damnatur suam depositionem, ad quam hæc san-
 cta Synodus juxta dispositionem prefate veri-
 tatis in Concilio Constantiensis declaratur, post
 longam expectationem & maturam examina-
 tionem judicialiter processit, propter hæresim,
 schisma, simoniacam notoriam pravitatem,
 perjurium, & contemptum, ac violationem
 assiduum Synodaliū decretorum concernen-
 tium reformationem Ecclesie generalem in ca-
 pite & in membris, quibus incorrigibiliter
 scandalthabat Ecclesiam Dei, a quibus quidem
 nequaquam se in prefato libello expur-
 gat, sed convincitur & maledicta in hoc sacrum
 Concilium & supposita ejus referre conatur,
 & sententiam in judicem ferre, a quo legiti-
 me condemnatus extitit. Et postquam per Ec-
 clesiam hæreticus judicatus est, veros catholi-
 cos doctrinam ipsius Ecclesie invariabiliter tenen-
 tes hæreticos appellare præsumit, sicut mos
 est condemnatorum de hæresi, ut suis iudicibus
 maledicere, & hæresim objicere soleant, cum
 veritate fuerint manifestissima superati. Ad
 que omnia plenam responsionem fecimus in
 responsione Synodali data in nostra Generali
 congregatione Nonis hujus mensis Octobris.
 Renovat etiam pœnes, quas adversus suppo-
 sita hujus sancti Synodi, eo quod sui præsentis &
 erroneæ translationi non parebant, jam dudum
 Concilii Generalis Tom. XXIX.

A sano præterito in conventiculo Ferrariensi pro-
 mulgavit. Cum itaque ex dicto libello omni-
 bus constare possit, quomodo prefatus Gabriel
 in crimine hæresis ac schismate, de quibus
 condemnatus est, se pertinacius obduratum
 rotabat, & magis se hæreticum comprobat,
 universis & singulis Christi fidelibus hæc sancta
 Synodus præcipit atque mandat, ut juxta ver-
 bum Moysi servi Dei dicentis, *Recedite a ta-
 bernaculo & consortio ac omni adherentia ipsius Gabrielis,*
 tanquam a Core, Dathan & Abiron auctori-
 bus schismatis, recedant cum effectu, illumque
 omnino devitent, juxta præceptum Apostoli in
 Epistola ad Titum, qua dicit: *Hæreticum ho-*
minem post primam & secundam correptionem de-
vitæ, sciens quia subversus est qui ejusmodi est,
& delinquit, cum sit proprio judicio condemna-
tus. Nam etiam juxta doctrinam Joannis in
 secunda canonica sua, Non habenti doctrinam
 Ecclesie nec est dicendum Ave. Omnesque
 huic divine sententis non acquiescentes meri-
 to pertimescere debent, quoniam in districto
 examine divini judicii reddituri sunt rationem,
 si participationem, adherentiam & favorem
 dicto Gabrieli, per Generale Concilium con-
 demnato tanquam hæretico, præstent. Et quo-
 niam (ut ait beatus Gregorius) illa capita-
 la recipi non debent, quorum damnante aucto-
 res, ne ex doctrina prefati libelli, quem
 in confirmationem suæ hæresis & schismatis
 dictus Gabriel post suam demonstrationem ef-
 fecisse dicitur, quempiam fidelium in hæc re
 seduci contingat, hæc sancta Synodus distri-
 ctius inhihet, præcipit atque mandat omnibus
 & singulis Christi fidelibus, cujuscumque di-
 gnitatis, etiam si Cardinalatus, Patriarchalis,
 Pontificalis, aut alterius cujuscumque Ecclesia-
 sticæ vel secularis, etiam si universitates, com-
 munitates vel collegia fuerint, ne privatum li-
 bellum publicare, prædicare, approbare, seu
 defendere præsumant, seu eidem quovis modo
 assentire, credere, aut favere, vel eo uti, seu
 utentibus eo consilium, auxilium, vel favo-
 rem præstare, neque etiam prætextu censuræ,
 seu sententiæ innovationis, declarationis, da-
 mnationis, reprobationis, nuntiationis, con-
 firmationis & dispositionis in eodem libello
 quomodolibet contentis, quas nullas ac nullius
 penitus roboris vel momenti esse decernimus
 & declaramus, obedire, attendere seu eas
 observare, aut vigore earundem seu aliorum
 quorumcumque mandatorum vel concessionum
 aut indultorum quascumque dignitates, etiam
 si Cardinalatus, Patriarchales, Archiepiscopales,
 Episcopales fuerint, vel beneficia, aut
 alia qucumque bona suppositorum hujus san-
 cte Synodi & eidem adherentium quovis
 modo impetrare, occupare aut detinere, et-
 iam si motu proprio eis concessa dicantur,
 vel ipsos sic impetrantes, occupantes, vel de-
 tinentes, ad possessionem eorundem recipere
 vel admittere, seu eos in eisdem sustinere
 quovis modo præsumant, sub pœnis fautoris
 schismatis & hæresis, nec non aliis pœnis ex-
 communicationis, privationis ab omnibus di-
 gnitatibus, etiam si (ut præmittitur) Cardi-
 nalatus, Patriarchales, Archiepiscopales, Epis-
 copales, aut Pontificales fuerint, beneficiis &
 officiis, & inhabilitationibus ad eandem, & in-
 terdicti, dudum in octava, tertiadecima, & vi-
 cesimanona, ac aliis sessionibus hujus sancte Sy-
 nodi, in talia facientibus promulgatis, quas
 hæc

Nam. 11.

Tit. 1.

fac. lincens.

N hæc

ANNO
CHRISTI
1139.

hæc sancta Synodus innovat, & quas omnes & singuli prædicti ipso facto incurrant, nec ab alio quam ab hac sancta Synodo, præterquam in mortis articulo, valeant de prædictis absolvi. Et si qui huic sacro Concilio incorporati, aut ei adherentes, vigore mandatorum præfati Gabrielis, olim Eugenii, post ejus suspensionem ab administratione papali emanatorum, suis dignitatibus aut beneficiis quibuscumque spoliati essent, aut spoliarentur in futurum, possint nihil minus sine alia causæ cognitione aut requisitione alterius auctoritatis, possessiones hujusmodi dignitatum & beneficiorum per se vel per alios recitare & recuperare, aliis penis contentis in decretis nostris semper in suo robore duraturis.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata, tertio Kalendas Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo nono, Apostolica sede vacante.

II.

Aliud decretum de electionibus.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

Magna nobis est sollicitudo, ut electiones pastorum, quibus incumbit regere gregem Dominicum, rite celebrentur, & quantum possibile est, cuncta removeantur quæ ipsarum puritati obviare possunt. Quia vero sæpius contigit hæc, monasteriorum & Ecclesiarum Prælati decedentibus, & eorum corporibus tumulatis, propter expectationem absentium vocandorum ex locis longinquis, Ecclesias ipsas & monasteria vacantia interim dispendia plurima suscepisse, & propter diuturni interim expectati temporis spatium varia rogamina & precum subornationes factas fuisse, unde Ecclesiis sæpius magne jacturæ provenisse noscuntur; statuit & ordinat hæc sancta Synodus, quod de cetero ad electiones de personis ad Ecclesiarum & monasteriorum regimina faciendas, ubi absentes hæc vocari consueverunt, non teneantur illi de capitulo vel conventu, in quo electio faciendæ fuerit, aliquos vocare absentes in locis ultra duas distas ab ipsa Ecclesia vel monasterio distantibus existentes, canonibus aliter disponentibus, non obstantibus quibuscumque. Et idem in electionibus ad quasque dignitates faciendas intelligatur. Per hoc tamen privilegium, statutis & consuetudinibus illarum Ecclesiarum & monasteriorum, in quibus ad ipsas electiones faciendas Prælati religiosi aut alii de aliis Ecclesiis aut monasteriis vocandi sunt, non intendimus in aliquo derogare. Prædicta quoque in casu electionum duntaxat volumus intelligi, aliis casibus, in quibus absentes vocandi sunt, in dispositione juris communis remanentibus. Insuper quoniam in modo & forma eligendi Ecclesiis & monasteriis Prælatos, maxime cum in eorum electionibus per viam scrutini proceditur, multa requiruntur a jure observanda, quorum omisio hujusmodi electiones nullas reddit vel saltem annullandas, unde dispendia & quamplurima discrimina eidem Ec-

clesiis & monasteriis hæcenus suspensimero evenerunt, & continuo in posterum evenire possent, ad obviandum eidem discriminibus & dispendiis, statuit hæc sancta Synodus, quod superiores, ad quos earundem electionum spectat confirmatio, electiones quolibet hujusmodi, dummodo illas alias a majori parte capitulorum seu conventuum, Ecclesiarum & monasteriorum hujusmodi, prius tamen vocatis vocandis, & communionem suscepta, & juramentis præstitis, primitus, juxta formam decreti nostri desuper editi de personis idoneis, celebratas cognoverint, super reliquis formam concernentibus, juxta traditionem canonum, absque tamen malitia & fraude omnis ad confirmationes hujusmodi electionum procedere, & cum taliter electis, cum ipsarum qualitas & Ecclesiarum utilitas persuaserit, ut iidem in Ecclesiis & monasteriis eidem præesse, ipsaque in spiritualibus & temporalibus regere & gubernare ac dispensare possint & valeant. In postulationibus tamen quorumcumque nullatenus juramenta & communicatio, sicut nec in electionibus, omittantur, constitutionibus eidem in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscumque.

Datum Basileæ in sessione publica ipsius sanctæ Synodi, in Ecclesia majori Basiliensi solemniter celebrata tertio Kalendas Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo nono, Apostolica sede vacante.

III.

Aliud decretum confirmationis nominatorum ad eligendum Papam, & deputatorum in conclavi.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

Nuper in decreto nostrum trigésimoseptimæ sessionis super electione Romani Pontificis promulgato, inter cetera statuimus, quod una cum dilecto Ecclesie filio Ludovico tituli sanctæ Cecilie Cardinali, Arelatensi vulgarter nuncupato, & aliis Cardinalibus ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesie, si qui ante consummatam electionem advenirent, & ipsi electioni interesse vellent, alii trigintaduo tam de Prælati, quam de ceteris honorabilibus Ecclesiasticis viris assumarentur, qui pro hac vice auctoritate hujus sanctæ Synodi ipsum Romanum Pontificem eligere haberent, ita ut ille ab universali Ecclesia summus Pontifex habeatur, qui a duabus partibus omnium prædictorum fuerit electus, prout hæc omnia in prædicto decreto latius continentur, inter quos triginta duos nominavimus & elegimus dilectos Ecclesie filios, Thomam Abbatem de Doucraia, ordinis Cisterciensis, diocesis Candidæ castis, Joannem de Segobia, Archidiaconum de Villavivosa in Ecclesia Ovetensi, Thomam de Courcellis, canonicum Ambianensem, in sacra theologia magistros, committentes eidem plenariam facultatem eligendi, si vellent, ac assumendi secum unum, duos aut tres alios (prout eis videretur) qui assumpti & electi sumi-

ANNO
CHRISTI
1139.Basiliensis
Conc. sess.
17. que sic
incipit:
Consolabitur
Dominus
Sion.

• Continuati

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.

similem & eandem fecum potestatem haberent & facultatem, mandato, vice, & auctoritate huius sacri Basileensis Concilii, nominandi & eligendi restantes electores ipsius futuri Romani Pontificis, & etiam alios officarios pro conclavi necessarios, ita quod nullus per eos eligendus aut nominandus censeretur esse electus & nominatus, nisi a majori parte praedictorum intelligentium nominatus esset & electus. Quibus injunximus ut reciperent & nominarent ipsos restantes electores ex toto corpore Concilii, habendo respectum ad nationes & deputaciones in hoc sacro Concilio existentes, quantum fieri posset. Receperuntque ab ipsis tribus praenominatis juramentum, quod eligerent viros timoratos & idoneos, quodque non revelarent electos per ipsos usque ad publicationem eorundem in Generali congregatione aut sessione, sed ipsam electionem sic per eos factam, clausam sub eorum sigillis, reponerent in aliquo loco tuto sub fida custodia, usque ad illam diem publicationis. Volentes autem tres praedicti deputati nostri commissionem sibi per nos factam exequi, coassumpto sibi dilecto Ecclesiae filio Christiano de Grez regiis in theologia magistro, praeposito Ecclesiae sancti Petri in Bruna, Olomucensis diocesis, die quinto Kalendas Novembris, in domo fratrum minorum Basileensium convenientes, elegerunt & nominarunt tam de Prelatis, quam de ceteris usque ad complementum numeri triginta duorum, ipsis in eodem numero ex nostra ordinatione comprehensis, quos in certa scheda descriperunt, & eandem clausam sub sigillis eorum, in loco tuto sub fida custodia reposerunt, usque ad diem publicationis factam. Subsequenter vero die quarta Kalendas ejusdem mensis Novembris in nostra Generali congregatione ad hoc specialiter indicta, praefatam schedulam aperientes, nominationem & electionem sic per eos factam publicaverunt, in qua personae infra scriptae nominatae & deputatae sunt ab eisdem pro electoribus futuri Romani Pontificis, Joannes Archiepiscopus Tarentasensis, Otto Dertusensis, Georgius Vifensis, Franciscus Gebennensis, Ludovicus Vifensis, Bernardus Aquisensis, Guilielmus Vercellensis, Georgius Augustensis, Joannes Eporodienensis, Fredericus Basileensis, Ludovicus Taurinensis Ecclesiarum Episcopi, Alerannus sancti Benigni Frustrariensis ordinis sancti Benedicti Eporodienensis diocesis, Jacobus de Segusio Ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis, Conradus de Lucella Cisterciensis ordinis Basileensis diocesis, Raimundus Concheensis ordinis sancti Benedicti Ruthenensis diocesis, Petrus sancti Cucufatis ejusdem ordinis Barcinonensis diocesis, Thomas de Dondraina ordinis Cisterciensis Candidis castis diocesis, Antonius Aralarum ordinis sancti Benedicti Etenensis diocesis monasteriorum Abbas, Joannes de Segobia Archidiaconus de Villavivosa in Oventensi, Christianus de Grez regiae praepositus sancti Petri in Bruna Olomucensis diocesis, Nicolaus Thibout penitentiarius Constantiensis Rothomagensis provinciae, Thomas de Courcelis canonicus Ambianensis, Joannes de Valle rector parochialis Ecclesiae de Plenuor Leonensis diocesis in theologia magistri, Guilielmus Hugonis Archidiaconus Metensis legum doctor, fratres Joannes de monte Canuto praepositor domus sancti Antonii de Renverso Taurinensis diocesis, Derzelus Archidiaconus Cracoviensis, Concilii. General. Tom. XXIX.

* forte Nid-
entis.

* Alerannus

Bernardus de Bosco canonicus Hierdensis, Frater Bartholomaeus de Provanis praepositor domus sancti Antonii de Clavasio Eporodienensis diocesis, Joannes de Vuiler decanus Ecclesiae Basileensis: Raimundus Abioli canonicus Turiassonensis decretorum, Henricus de Judais legum doctores, Jacobus de Saltzburga licentiatum in iure canonico canonicus Ratifponensis, omnes supra scripti sunt in sacerdotio constituti.

Nomina vero personarum quas in aliis officiis necessariis pro conclavi deputaverunt, sunt haec: Ludovicus Episcopus Laufanensis, pro locum tenente camerarii durante ipso conclavi.

Pro custodibus conclavis, Percevaltus Bellicensis, Nicolaus Grosseanus Episcopi, Joannes sancti Michaelis de Clusa ordinis sancti Benedicti Taurinensis diocesis, Franciscus Abundantiae ordinis sancti Augustini Gebennensis diocesis monasteriorum Abbates, Franciscus de Fuses ordinis minorum magister in theologia, Willielmus de Constantia legum doctor, canonicus Spirensis, Joannes de Turicella decanus Segobricensis, Theodoricus Nagel canonicus Rigenensis.

Pro clericis ceremoniarum gratia, Aeneas de Senis Tridentinensis, Michael Brunensis Belvacensis Ecclesiarum canonici, notarii Apostolici. Pro promotoribus, Hugo Barardi, Joannes Sitsenrode. Pro procuratore fiscali, Robertus Maignani. Pro soliano, Petrus de Atrio. Deinceps autem loco Bernardi Episcopi Aquisensis, qui, allegatis per eum pluribus causis, ab ingressu conclavis & officio electionis, ad quod deputatus erat, se excusavit, habitis deliberationibus in sacris deputationibus, loco ejus in nostra Generali congregatione nominavimus & deputavimus Ludovicum Episcopum Massiliensem. Hanc itaque nominationem, electionem & deputationem tam debentium eligere summum Pontificem, quam officiariorum necessariorum pro conclavi, praesenti decreto eadem sancta Synodus approbat, & confirmat, eamque validam esse, atque in omnibus vim, robur & effectum habere decernit & declarat, supplens ex certa scientia & de plenitudine potestatis omnes & singulos defectus, si qui forsitan intervenerint in praemissis.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basileensis solemniter celebrata, tertio Kalendas Novembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

S E S S I O XXXIX.

Confirmatio electionis Papa electi.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam.

DEUS patrum nostrorum & Dominus misericordiae, qui fecit omnia verbo suo, et si de omnibus a se creatis providentiam gerat, cuncta certo gubernans ordine, speciali tamen cura dilectam suam Ecclesiam semper dirigit, pro qua Unigenitum suum dedit, consolans eam jugiter per Spiritum Paraclitum, qui ipsam in afflictionibus adjuvat, in persecutionibus confortat, in tribulationibus latificat,

Actus ista
postea in
Pia II. &
domini a Na
contra Eu-
genium.
Sicut
de
Magni-
no.

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.

• Domini.

• omnia.

Hic Julius
Cardinalis
Arelatensis
Basilienſium
adjuvor fuit
contra Eu-
genium.

nec eam quibuslibet tentationibus ſæculi ho-
 jus vinci aut ſuperari permittit. In cujus glo-
 rioſo nomine congregata hæc ſancta Synodus,
 auctoritate duorum præcedentium Conciliorum
 & duorum Romanorum Pontificum, dum re-
 ſtaurationem legis divinz, & factorum cano-
 norum, reformationemque morum ſollicito per-
 quiſivit ſtudio, ſimul etiam extirpationem hæ-
 reſum, pacificationemque Chriſtianorum prin-
 cipum multis proſequens laboribus, varias ad-
 verſitates pertulit, & propter veritatem & ju-
 ſtitiam plurimas perſecutiones perpeſſa eſt. Ad-
 juvante tamen virtute Dei, ſedulo perſevera-
 vit in proſecutione ſanctæ reformationis Ec-
 cleſiæ pro honore Dei & ſalute omnium ani-
 marum. Cum autem hoc opus felices prog-
 reſſus habere non poſſet, propter adverſitates
 & reſiſtentias plurimas, quas Gabriel, olim
 diſtus Eugenius Papa IV. in contrarium opo-
 ponebat, decreta ſalubria, & ſacros canones
 contemnens & parvipendens, auctoritatemque
 ſacrorum Conciliorum verbis & factis concul-
 cans, determinationes Fidei catholicæ per Ec-
 cleſiam ſanctam pertinaciter impugnando, & a-
 bulbus variis atque criminibus Eccleſiam Dei
 notorie & incorrigibiliter ſcandalizando, prout
 in proceſſibus ſuper hoc deductis latius conti-
 netur: ubi tandem apud eum nulla proficie-
 bat admonitio, oportuit ad alia juris remedia
 recurrere, & a ſummo Pontifice, quod nimium
 damnoſe & inutiliter adminiſtrabat, eundem
 deponere. Poſt quam deſiſtionem cum qua-
 tuor menſibus & amplius eſſent eſtluſi, confi-
 derantes quam gravibus ſit circumſtata diſ-
 pendii, quot & quantis ſit plena periculis Ec-
 cleſiæ Romanæ proluxa vacatio, ſicut exacti
 conſideratio temporis edocet, ad electionem
 novi Pontificis procedere duximus, repetitis
 prius in noſtra publica ſeſſione trigefimaſep-
 tima illis que dudum de electione ſummi Pon-
 tificis in hoc Concilio ſienda, in eventu va-
 cationis ſediſtæ Apoſtolicæ ipſo Concilio duran-
 te, in quarta & ſeptima ſeſſionibus ejuſdem
 ſanctæ Synodi ſtatuta & ordinata fuerant. Et
 facta ſolemni declaratione, quod pro hac vi-
 ce electio Romani Pontificis ſienda & celebra-
 da erat per hoc ſacrum Baſilienſe Concilium,
 ſeu eius auctoritate, atque etiam ordinatione
 per decretum præſatæ trigefimæ ſeptimæ ſeſ-
 ſionis, quod una cum dilectiſſimo Eccleſiæ ſi-
 lio Ludovico, tituli ſanctæ Cecilie Romanæ
 Eccleſiæ præſbytero Cardinali, Arelatenſi vul-
 gariter puncupato, præſente & præſidente in
 hoc ſacro Concilio, & aliis ipſius ſapientie Ro-
 manæ Eccleſiæ Cardinalibus, ſi qui ante con-
 ſumatam electionem futuri Romani Pontificis
 adventirent, & huic ſacro Concilio adheren-
 tes, eidem electioni intereſſe vellent, alii tam
 de Prælatiſ, quam de ceteris honorabilibus Ec-
 cleſiaſticis viris in ſacerdotio, aut ſaltem in
 diaconatus ordine conſtituti uſque ad nume-
 rum trigintaduorum, per eandem ſanctam Syno-
 dum ad prædictam electionem faciendam,
 in Generali ſua congregatione ac in ſeſſione
 publica nominandi & deputandi, poteſtatem
 haberent, prout ſecundum Deum & ſuas con-
 ſcientias eiſdem videretur, hac vice libere eli-
 gendi ſummum Pontificem auctoritate huius
 ſanctæ Synodi: ita ut ille abſque ulla excep-
 tione ab univerſali Eccleſia ſummus Pontifex
 haberetur, qui ab omnibus prædictis ſic debentibus
 pro hac vice eligere, aut ſaltem a dua-
 bus partibus ipſorum eſſet electus, & conſen-
 ſum ſuum juxta formam in eodem decreto or-
 dinatam præſtaret, ſecundum cujus decreti diſ-
 poſitionem trigintaduo Archiepiſcopali, Epif-
 copali, abbatiſali dignitatibus, & graduum ac
 ſcientiarum titulis inſigniti, nominati & de-
 putati in noſtra Generali congregatione, ac
 demum in ſeſſione publica, quorum nomina,
 dignitates, gradus & ordines hic haberi volu-
 mus pro ſufficienter expreſſis, die tertio Ka-
 lendas huius menſis Novembris, celebrata miſ-
 ſa ſolemni per præſatum Cardinalem Arela-
 tenſem, ac per ſingulos ipſorum ipſoſcripto di-
 vine Euchariſtiæ ſacramento de manu ejuſdem
 Cardinalis, in præſentia totius cleri & popu-
 li, & juramenti ſolemniſibus præſtitis, ipſi pa-
 riter cum eodem Cardinali conclave intrave-
 runt, in ea domo civitatis Baſilienſis, in qua
 deputatio pro communibus teneri conſuevit.
 Ubi cum magna devotione ſeptem diebus in-
 ſiſtentes, quoque ſcrutinia ſucceſſive de mane
 diverſis diebus celebrata miſſa, & invocata Spi-
 ritus ſancti gratia peregerunt. Et tandem ſa-
 cro quinto ſcrutinio ea hora, qua proceſſio
 huius ſacri Concilii domum præſatam circui-
 bat, cantando hymnum, *Veni creator, &c.*
 compertum eſt, religioſum & nobilem virum
 Amedeum ducem Sabaudie in ſolitudo Rip-
 palie Gebennensis diocceſis, jam a pluribus an-
 nis in virtute continentis honeſte converſan-
 tem, & virtutum Domino in ſpiritu humilitatis
 ac ſimplici & humili habitu deſervientem,
 in ſummum Pontificem univerſalis & Roma-
 næ Eccleſiæ eſſe electum, juxta præſati decre-
 ti noſtri 37. ſeſſionis diſpoſitionem. Quæ qui-
 dem electio poſtmodum, aperta ſenestra con-
 clavis, fuit per prædictum dominum Cardina-
 lem Arelatenſem publice nuntiata, decantato-
 que, *Te Deum laudamus*, per omnes ſupra di-
 ctos ad eligendum deputatos, concorditer ſu-
 per electione ipſa Deum plorificantes, & ora-
 tionibus convenientibus ſubjunctis, ipſi a con-
 clavi exierunt in pluvialibus & mitris, aliisque
 habitibus condacentibus, prout ſtatui uniuſcu-
 juſque competebat, concomitantibusque Præla-
 tis & aliis ſuppoſitis huius ſacri Concilii, ac
 proceſſionibus omnium collegiorum & conventuum
 huius civitatis Baſilienſis, cum reliquiis
 & decentibus ornamentis, populique multitu-
 dine copioſa, Eccleſiam majorem Baſilienſem
 adierunt, ubi ipſi Prælati, & alii de ſacro
 Concilio unanimiter Deo gratias retulerunt.
 Iteratoque ſepediſtus dominus Cardinalis Arela-
 tenſis in ambone, præſentibus omnibus ele-
 ctoribus deputatis, & in hoc conſentientibus,
 atque idipſum approbantibus, retulit, quomo-
 do ipſa electio rite & canonicè fuerat celebra-
 ta, notariis Apoſtolicis qui in conclavi fuerant,
 etiam idem atteſtantibus. Quæ omnia conſi-
 derans hæc ſancta Synodus, & ſpem magnam
 gerens in Domino, quod præſatus Amedeus
 pro ſapientia, experientia, juſtitia, clementia
 & ceteris virtutibus ſuis plurimos fructus ſalu-
 tis efficiet in populo Dei, Fidem conſervando,
 mores reformando, pacemque componendo in-
 ter principes Chriſtianos atque populos, velut
 ſanctitatis amator & pacis cultor, qui cum
 omnibus pacem, & cum nullo differentiam
 aut diſcordiam habere ſamatur, domui ſue
 bene & laudabiliter præpoſitus, gradiumque
 populorum prudentiſſimus gubernator, & in
 rebus Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus non me-
 diocriter exercitatus, habita ſuper hoc in qua-
 tuor deputacionibus omnium ſuppoſitorum hu-
 jus

Hic Ame-
deus poſtea
ſponte ſe ab-
dicavit Pon-
tificatu ro-
gatus ab Im-
peratore Fri-
derico III.

ANNO
CHRISTI
1119.

ius sacri Concilii concordi & unanimi deliberatione, & demum in Generali congregatione conclusione subsecuta, ipsam electionem laudat, recipit, & approbat, & ex abundantia & ex certa scientia hoc presenti decreto ratificat & confirmat, declarans eundem Amedeum absque ulla exceptione ab universali Ecclesia teneri, haberi & reputari debere, electum in verum & legitimum summum & Romanum Pontificem. Et hoc ipsum per presentis decreti publicationem ad notitiam volumus deduci cunctorum.

Datum in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata, decimoquinto Kalendas Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

S E S S I O X L.

I.

De consensu Felicis V. electi in Papam, tunc ducis Sabaudia.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

ANNO
CHRISTI
1119.

CUM (sicut ait beatus Hilarius) proprium Ecclesie esse soleat, ut tunc vincat, cum laeditur, tunc intelligat, cum arguitur, tunc secura sit, cum superata videtur; arca enim per quam Ecclesia designatur elevata est in sublime; confidit haec sancta Synodus, quod ille, qui post nubilum dat serenum, inclytam spontam suam succedentibus turbationum fluctibus agitatam, oculo clementiori ex alto respiciet, non ferens eam in sui nominis injuriam diutius conculcari. Ipsa etenim Synodus posuit in Domino spem suam, & factus est protector ejus, nec misericordiam suam abstulit, qui variis adversitatum generibus congrua apposuit remedia, prementibus quidem gravibus calamitatibus, & irruentibus persecutionibus adversus Ecclesiam ipsam & auctoritatem ejus, excitavit eandem sanctam Synodum Spiritus Paraclitici, ut ad electionem novi pastoris & Romani procederet Pontificis, qui se opponeret murum pro domo Israel. Quae quidem electio tandem cum solemnitate congrua in eadem Synodo rite & canonicè celebrata extitit, de persona sanctissimi Felicis V. tunc Amedei ducis Sabaudiae, ac decani militum in solitudine Ripariae Gebennensis diocesis, in humilitatis spiritu Domino famulantium, prout decreto 39. sessionis dictae Synodi super hoc confecto plenius continetur: cujus tenor talis est:

II.

Sacrosancta, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Deus patrum nostrorum, &c. Post cujus quidem decreti publicationem praefata Synodus dilectissimum Ecclesiae filium Ludovicum, tituli sanctae Ceciliae presbyterum Cardinalem, Arelensensem vulgariter nuncupatum, de latere, & alios Legatos & Oratores, scilicet plerisque Episcopos, Abbates, magistras & docto-

res juris divini & humani, nobilem virum Joannem comitem in Tyerstein, protectoris dictae Synodi Imperiali auctoritate deputati vicegerentem, & certos milites ad eundem electum transmittendos duxit, ut ipsi electionem praefatam praesentarent, & consensum ejus exposcerent & requirerent, juxta formam in decreto 37. sessionis praefatae Synodi statutam & ordinatam. Quibus quidem Legatis & Oratoribus in praefati electi praesentia constitutis, ipsamque praesentato sibi die, videlicet Jovis decimo septimo mensis Decembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, decreto electionis praedictae ex parte ejusdem Synodi supplicis precum instantia repetitis vicibus requirentibus, quatenus pro consolatione Ecclesiae Dei, in maximis his temporibus adversitatibus & tribulationibus constituta, electioni hujusmodi acquiescere, & consensum praestare, aliaque, ad quae juxta decretum 37. sessionis hujusmodi tenebatur, facere & adimplere dignaretur, idem electus tunc in magna (ut cernebatur) spiritus anxietate constitutus, merore compressus, cum hinc desiderium quietis, cui sub suavi contemplatione, deposita temporalium negotiorum cura, vacare delegerat in solitudine praedicta, retraheret, & humanae conditionis inhimitas oneris & laboris magnitudinem refugeret, hincque universalis Ecclesiae auctoritas & reipublicae necessitas impelleret: & licet diutius trepidaverit, ignorans quid consultius ageret in praemissis, post multiplices seorsum cum gravibus personis habitas consultationes, metuens etiam (ut dicebat) ne ipsius sic ad universalis Ecclesiae & reipublicae ministerium necessitate cogente vocati contradictionis reluctatio divinam contra se indignationem provocaret, & gravioris forsitan dispendii in Ecclesia Dei occasionem induceret, non honoris aut temporalium rerum cupidine ductus, sed obsequendi necessitate impulsus, & affectu publicae salutis procurandae, in humilitatis spiritu tanti oneris sarcinae humeros supposuit, & se Apostolicae sollicitudinis jugo submisit, electionique de eo factae genibus flexis, exortisque lacrymis, etiam infra statutum ad hoc in decreto 37. sessionis hujusmodi terminum, ad laudem Dei omnipotentis devote consensit, & humiliter acquievit, ac per dictum Cardinalem quo vocari vellet nomine interrogatus, (prout moris est in Romanum pro tempore Pontificem electo) Felix nomen duxit sibi eligendum, chlamyde & caputio, quibus tunc utebatur, depositis, etiam genibus flexis, professionem, juxta praefatae 37. sessionis continentiam atque formam emisit, & propria manu subscripsit, die & anno superius expressis, cujus quidem professionis tenor talis est:

In nomine sanctae & individuae Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus sancti, ego Felix electus in Papam, omnipotenti Deo, cujus Ecclesiam suo praesidio regendam suscipio, & beato Petro Apostolorum Principi, corde & ore profiteor, quamdiu in hac fragilivita constitutus fuero, me firmiter credere & tenere Fidem catholicam secundum traditionem Apostolorum, & Generalium Conciliorum, & aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo Conciliorum universalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tertii Ephesini, quarti Chalcedonenis, quinti & sexti item Constantinopolitani, septimi item Niceni.

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1582ANNO
CHRISTI
1582

Niceni, octavi quoque Constantinopolitani, nec non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis, Constantiensis & Basileensis Generalium etiam Conciliorum, & illam Fidem usque ad unum apicem inviolatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defendere & predicare, ritumque pariter sacramentorum Ecclesiasticorum Ecclesie traditum omnimode proficui & observare. Polliceor etiam fideliter laborare pro tuitione Fidei catholicæ, & extirpatione hæresium & errorum, reformatione morum, executione & observatione decretorum Constantiensis & Basileensis Conciliorum, ac pace in populo Christiano. Juro etiam proficui celebrationem Conciliorum Generalium & confirmationem electionum, juxta decreta sacri Basileensis Concilii. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & tibi omnipotenti Deo, qui in die tremendi judicii redditurus sum de hoc & aliis meis operibus rationem, pura mente super altare offero, quam in primo publico consistorio solemniter repetam.

Quibus peractis, Cardinalis alique Legati & Oratores prædicti juxta commissionem & potestatem eis traditam, ipsum electum, depositis sibi indumentis consuetis, per traditionem velis albi coloris & annuli de papæ investierunt, & alba, plurali, ceterisque ornamentis papalibus congruentibus induerunt, & in cathedra posuerunt. Ipse Cardinalis, alique Episcopi, Prælati, principes, comites, barones, nobiles reverentiam & obedientiam Romanis Pontificibus exhiberi solitas sibi exhibentes, in processione solemnî, cruce præcedente, more papali (ut cecit) ad Ecclesiam monasterii sancti Mauricii ordinis sancti Augustini in dicta solitudine constitutam processerunt. Et dum ipse electus fuit ante altare prostratus dixit oravit, & hymni, *Te Deum laudamus*, decantatione finita, & Pater noster, & alii suffragia & collecta consuetis per dictum Cardinalem dictis, eundem electum inthronizaverunt, ipsum super altare majus dictæ Ecclesie elevarunt. Demum ipse electus assistentibus ibidem solemnem benedictionem dedit, & Indulgentias concecit, in his omnibus decentibus & congruis solemnitatibus observatis. Quæ quidem præmissa omnia sex notariis publicis, & decem ad hoc specialiter requisitis testibus, plerisque Prælatiis, principibus, comitibus, baronibus, nobilibus, magistris, doctoribus & aliis insignibus & notabilibus viris ibidem presentibus, & ista attestantibus, gesta hære, præsertim in Instrumentis publicis, quorum tenores ipsa Synodus præsentis decreto habet, & haberi vult pro tutius expeditis, plenius continetur.

III.

Declaratio quod domino Felici sit obediendum.

Præfata igitur sacra Synodus, quæ electionem Felici, tunc Amedei, hujusmodi ejus solemnî decreto cunctis Christi fidelibus publicari curavit, contentum per eundem electum dictæ electioni præstitum, ac summi Apostolatus acceptationem hoc præsentis decreto publicat, & ad notitiam deducit, & deduci vult singulorum, ipsaque electionem, acceptationem, consensum prælationem, professionem, investituram, & inthronizationem gratas & ratas habens, auctoritate universalis Ecclesie ex certa scientia approbat, roborat, & confir-

mat, decernens & declarans eisdem electo tanquam unico, vero & indubitato Ecclesie Romane pastori, ab omnibus Christi fidelibus de necessitate salutis obediendum fore & debere obediri, ac eisdem Christi fidelibus, quacumque, etiam si imperiali, Cardinalatus, Patriarchali, regali, Pontificali, Abbatiali, seu alia quavis Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, aut principatus, ducatus, marchionatus, comitatus, seu cujusvis altioris domini titulo potantur, nec non civitatum communitatibus, oppidorum, villarum, & locorum ac studiorum quorumcumque universitatibus, & Ecclesiarum tam metropolitanarum & aliarum cathedralium, quam collegiarum capitulis, & monasteriorum conventibus, nec non Ordinum mendicantium generalibus ministris & provincialibus, ac quibuscumque aliis cujuscumque dignitatis, præminentiæ, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, sub obestatione divini judicii, nec non excommunicationis, suspensionis & interdicti, ac privationis omnium dignitatum, bonorum & officiorum Ecclesiasticorum & temporalium, juriumque, feudorum & beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque penis, quas & alias juris penas, Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Generales ministri & provinciales magistri ac doctores, capitula, conventus, ceterique supranominati & alii Ecclesiastici quicumque mandatis hujusmodi inobedientes, seu in aliquo contravenientes, ipso facto incurrant. Ad ipsas vero penas contra reges, Principes, duces, marchiones, comites, barones, milites & alios dominos temporales & seculares personas quascumque, quæ similiter inobedientes & rebelles fuerint, ipsa sancta Synodus universalis Ecclesie, seu ipse Felix sua Apostolica auctoritate procedere curabit, iustitiæ mediante: Auctoritate Dei omnipotentis & ejusdem universalis Ecclesie districtæ præcipit atque mandat, quatenus eisdem electo, vero & indubitato dictæ Romane Ecclesie pastori reverenter (ut tenentur) obediant & intendant. Et insuper omnia & singula indulta, litteras, processus, sententias, censuras & mandata præterita per Gabrielem, olim Eugenium Papam IV. qui tanquam schismaticus, hæreticus & aliis diversis criminibus, quibus Ecclesiam Dei incorrigibiliter scandalizabat, irretitus, ab omni gradu, honore & dignitate papali per præfatum Synodum iusto iudicio depositus & amotus extitit, seu ejus auctoritate quomodolibet concessa, promulgata de facto, quæ præmissis obviare possint, prout sunt, cassa, irrita & inania, nulliusque roboris vel momenti fore decernens pariter & declarans, universis Christi fidelibus prædictis sub prænominationis & aliis in decreto depositionis & admonitionis dicti Gabrielis, quod incipit: Prospexit Dominus de excelso sancto suo, contentis, utpote fautoris schismatis & hæresis, & aliis etiam juris penis, quas contra facientes & rebelles ipso facto incurrant, inhibet ne præfato Gabrieli sic deposito & amoto, ejusque mandatis, nuntiis & litteris, aut exinde secutis processibus, sententiis & censuris præteritis quomodolibet obediant, pareant, seu ea exequantur, aut exequi faciant, seu procurent eidem Gabrieli seu nuntiis, mandatis, litteris, & præteritis processibus, sententiis & censuris suis hujusmodi utentibus, vel ea exequentibus assententiam, auxilium, consilium vel

Basileensis
Concilio
sess. 24.

ANNO
CHRISTI
1550

vel favorem prestante prefumant, decretis aliis ejusdem Synodi in suo robore nihilominus duraturis.

Datum Basilea in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basiliensi solemniter celebrata, quarto Kalendas Martii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo.

S E S S I O X L I.

In qua condemnantur quidam libelli scandalosi, &c. per Gabrielem, olim Eugenium Papam quartum, editi.

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

punctis.

Licit (ut sacrarum canonum aperte testatur auctoritas) condemnatis de heresi & ab Ecclesia Dei * seorsum nulla super catholicos judicandi sit attributa vel permessa potestas, ac fidelibus christicollis quovis illorum communio sub gravissimis juris divini pariter & humani penis sit penitus interdicta: quia tamen, invalescente hominum malitia, achumani generis inimico, omnium heresum favore procurante, plerumque nonnulli taliter damnati se suos obdurant animos, in sua pertinacia gloriantes, universalem Ecclesiam ac sibi devotos sub præsento colore judicialis sententiarum libellis, scandalis & contemptibus plenis in universo afficere & perturbare non verentur: non solum debitum, sed & necessarium reputamus, ut contra damnabiles hujusmodi ausus debita ordinemus antidota, dignaque animadversione contra talium fautores arctius exurgamus. Nuper quidem, dum Gabriel, olim Eugenius Papa IV. nuncupatus, multiplicia & enormia crimina universalem Ecclesiam Dei scandalizantis, quae adeo notoria erant quod nulla tergiversatione celari poterant perpetraverat, & Ecclesiam audire, ac preceptis statutis & ordinationibus Synodalibus obedire contemneret, hæc sancta Synodus necessarium esse judicans, ut cui pia non proderat correctio, debita non parceret abscessio, postquam in multa longanimitate, patientia & mansuetudine, post plures admonitiones, expectaverat eundem ut salutarem emendationem & criminum prædidorum correctionem efficeret, tandem cum amplius disserere non posset, quo minus Fidei catholice & saluti universæ Christianæ religionis sub auxilio Spiritus Paraclæti provideretur, eadem sancta Synodus in sessione publica Basilea septimo Kalendas Julii anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigessimono solemniter celebrata, per suam sententiam inter alia dictum Gabrielem fuisse & esse notorium & manifestum schismaticum & hæreticum, ac diversis aliis criminibus universalem Ecclesiam scandalizantibus, irritum, eumque propterea a Papatu & Romano pontificio ipso jure privatum esse declaravit, pronuntiavit, ac ipsum ab eisdem amovit & deposuit, inhibendo singulis fidelibus sub gravibus penis tunc expressis, ne eidem Gabrieli sic privato & deposito tanquam summo Pontifici obedirent, parerent, vel intenderent, aut eum quovis modo sustinerent, aut receptarent, aut auxilium, consilium, vel favorem presta-

rent, prout in sententia & decreto nostris de super confectis plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) nuper quidam famosa scripta, scandalosa, injuriosa, schismatica, a Fide devia, & hæretica, quam ipse sententiam diffinitivam appellat, quæ incipit: Quoniam sanctorum patrum sententia, &c. per quem dictus Gabriel inter alia sanctissimo domino nostro Felici V. in Romanam Pontificem electo, vero, unico & indubitato Christi vicario, & eius Felici V. electoribus, per hoc sacrum Concilium cum debita maturitate & providentia circumspicere ad hoc tunc ordinatis, ac aliis qui concilium pro electione Romani Pontificis in hac sancta Synodo ingressi fuerunt, & in ea intervenerunt, eisque credentibus & adherentibus convicia plurima & turbationes in suis personis, dignitatibus, beneficiis & rebus temere & calumniose inferre molitus est, decernendo & declarando eos fuisse & esse dignitatibus & beneficiis ac officiis suis privatos, & inhabiles ad eadem, licet delecto nomine ipsius Gabrielis emanaverit, & publicata fuerit in universali Ecclesia & dicti Felici V. iudicium, dedecus & contemptum: nos attendentes quod illorum scripta recipi non debent, quorum damnantur auctores, & ne ex dicta scriptura præsumpta, per quam idem Gabriel se pertinacius obduratum, ac magis & magis hæreticum, & omni crudelitate repletum comprobatur, quempiam fidelium in hac re seduci ac turbari contingat, hæc sacrosancta Synodus volens (ut tenetur) super hoc salubriter providere, præsentem scripturam, ac quicquid ex ea secutum est, declarat fuisse & esse omnino irrita & inania, nullumque debuisse ac debere sortiri effectum, seu nocumentum vel * damnum asserere cuiquam, vel quomodolibet articulo, ipsaque quatenus processerunt de facto, & que in posterum sequi possent, in irritum revocat, cassat & annullat. Inhibet quoque, mandat, atque præcipit universis & singulis Christi fidelibus, cuiuscumque status, gradus, ordinis, dignitatis, vel conditionis fuerint, etiam si Imperiali, regali, ducali, Cardinalatus, Patriarchali, Pontificali seu alia quavis Ecclesiastica vel mundana dignitate præfulgeant, ac civitatibus, universitatibus, communitatibus, villis, oppidis, castris & collegiis quibuscumque sub fautorum schismatis & heresis ac excommunicationis, quoad singulares, interdicti vero quoad civitates, universitates, communitates, villas, oppida, castra & collegia prædicta, nec non privationis omnium & singulorum dignitatum, beneficiorum, officiorum, privilegiorum, & bonorum Ecclesiasticorum & mundanorum, ac inhabilitationis ad eadem, aliisque in dicto ceteris nostris decretis contentis penis, quæ contra facientes & rebelles ipso facto incurrent, volumus, ne scripturam & in ea contenta hujusmodi acceptare, publicare, prædicare, approbare seu defendere, aut eisdem quovis modo consentire vel favere, nec eis obedire, seu ea attendere vel observare, seu aliarum quarumcumque præsentiarum (privationum ac processuum inde secutorum, etiam quascumque censuras continentium per ipsum Gabrielem damnatum factorum, aut forsan in posterum factuorum) prætextu, dignitates, beneficia, personas, res & bona Felici V. electorum, & aliorum in eadem præsentia scriptura quoquo modo comprehensorum, quovis modo im-

ANNO
CHRISTI1550
Eugenius IV.
contra Felici
V. & eius
audientes,
&c.

notum

pe-

ANNO
CHRISTI
1190ANNO
CHRISTI
1190

petrare, occupare, invadere, perturbare, vel detinere, aut ipsos impetrantes, invadentes, perturbantes, capientes, vel detinentes ad possessionem eorundem, seu alias recipere, admittere, seu eos in illis sustinere, aliasque ipsos ac dicta scriptura ac in eis contentis, aliisque præmissis assentientibus & illis uentibus, seu ea publicantibus & defendentibus, auxilium, consilium vel favorem præstare quoquo modo audeant vel præsumant, nec præmissa (quantum in eis est) executioni demandari permittant.

Datum Basileæ in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata, decimo Kalendas Augusti, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo.

S E S S I O X L I I .

De provisione Felicis Papa V.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

Incrutabili divinis altitudinis providentia ad extollendum & conservandum Domini gregis agrum, in invocatione Spiritus sancti adunatos inter multiplices nobis locumbentes sollicitudines, illa propensius nos agit & urget ut quæ pro Christianæ religionis incremento & republicæ utilitate per nos summo studio edita sunt & decreta, votive dirigi & firmiter valeant adimpleri, & ut Romanus Pontifex decretorum huiusmodi executor & conservator præcipuus, illa tanto amplius tantoque liberius exequi possit & manuteneat, ac alias felici regimini Ecclesiæ Dei ardentius intendere, quo congruæ provisionis auxilio juxta sui status exigentiam ab universali Ecclesia sustentus, incumbentia sibi & suis onera expensarum gravissima commodius & facilius conspexerit posse supportare. Cum itaque sanctissimus dominus Felix Papa V. ad summi Apostolatus apicem assumptus, non mundanarum rerum cupidine ductus, cum patrimonium beati Petri & terras Romanæ Ecclesiæ, pro dolor! per alias tyrannides cerneret occupatas, allectus, sed divinz voluntati resistere non volens, & Ecclesiæ Dei in tam gravi fluctuatione constitutz, pie compatiens, jugum tanti oneris pro Dei reverentia, Fidei conservatione, & universalis Ecclesiæ consolatione suis humeris suscipiens, propriis derelictis, decreta huiusmodi cum omni humilitate susceperit, eaque & Fidem catholicam observare, & manuteneat pure & simpliciter juxta mentem & tenorem eorundem professus fuerit, ad prosecutionem totius boni republicæ & religionis Christianæ, nec non ad defensionem auctoritatis Generalium Conciliorum & decretorum prædictorum affectibus sinceris anhelans, graviaque & importabilia expensarum onera in diversis & magnis Ecclesiæ Dei ingruentibus negotiis, præsertim pro executione illorum sanctorum operum, propter quæ eadem sancta Synodus congregata est, cum de patrimonio beati Petri aut aliunde nullam adhuc subventionem habuerit, hæctenus subire & perterre habeat, per quem (ut confidimus & speramus) idem Felix Papa patrimo-

nia huiusmodi & terras Ecclesiæ recuperare, pactumque Ecclesiæ dare poterit, Domino concedente: attendens itaque sancta Synodus, quod spiritualia sine temporalibus diu subsistere nequeant, præmissis & aliis diversis rationabilibus & evidentibus causis permota, volens etiam quod in decreto sua sessionis duodecime tertio Idus Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimotertio celebrata, quod incipit: Sicut in construenda domo, ordinatum est laudabiliter adimplere, hoc irrefragabili decreto usque ad quinquennium a die dati presentium computandum, quintum, & deinde ad aliud quinquennium extus proxime subsecuturum, decimum denarium veri valoris anni secundum communem estimationem quorumcumque fructuum, reddituum & proventuum primi anni omnium & singulorum canonicatum & præbendarum dignitatum, personatum, administrationum, præfimoniorum, præfimonialium portionum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura & sine cura, secularium & regularium, cujuscumque conditionis, ordinis aut religionis fuerint, & quocumque nomine censeantur, etiam si dignitates ipsæ Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, Abbatiales, prioratus, conventuales, ac in metropolitans seu aliis cathedralibus majores post Pontificales, aut in collegiis Ecclesiis principales & electivæ fuerint, a dicta die in antea, sive per obitum, aut libertam seu ex causa permutationis resignationem, vel alias quovis modo & qualitercumque, præterquam per privationem causa reformationis, aut resignationem simplicem in foro conscientie, seu per optionem præbendarum in Ecclesiis, ubi illarum optiones fieri consueverunt, ubicumque in Romana curia, vel extra, vacantium oneribus necessariis illis pro tempore incumbentibus deductis, & quotidianis distributionibus, nec non & xenodochiis pauperum, hospitalibus in quibus hospitalitas actu tenetur, leprosiis quoque, & aliis in titulum beneficii concedi non solent, duntaxat exceptis, a quibusvis capitulis, collegiis, conventibus & personis Ecclesiasticis & secularibus, exemptis & non exemptis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis seu conditionis existant, illa pro tempore possidentibus, aut fructus, redditus & proventus huiusmodi ex statutis vel consuetudinibus, commodis, seu alias quovis modo percipientibus pro una infra sex, & alia medietatibus infra alios sex menses ejusdem primi anni, sanctissimo domino Felici Papa V. suisque collectoribus & subcollectoribus per eum deputandis, realiter & cum effectu percipiendum, & per eos exigendum, levandum, colligendum & recipiendum, eidem domino Felici Papa pro sua ac Cardinalium & officialium prædictorum provisione, auctoritate universalis Ecclesiæ tenore presentium reservat, constituit, deputat & assignat, statuens & decernens capitula, conventus, collegia & personas ipsas ad solutionem quinti & decimi denarii huiusmodi dicto domino Felici Papa, ejusque collectoribus & subcollectoribus modo præmissis faciendam, fore efficaciter obligatos. Quodque si infra unum mensem a die, quo collectores vel subcollectores huiusmodi in Ecclesia cathedrali se quorum vel decimum denarium huiusmodi ab illius debitoribus recipere paratos obtulerint & publicaverint quemlibet terminorum prædictorum sequentium in solutione hu-

* exoleo
dum

jus-

SESSIO
XIII.

huiusmodi, defecerint, negligentes seu remissi fuerint: singulares persone, excommunicationis; capitula vero, conventus & collegia, huiusmodi suspensionis a divinis sententias eo ipso incurrant, a qua quidem excommunicationis sententia ab alio, quam a nobis aut dicto domino Felice Papa, seu cui ille id duxerit committendum, praterquam in mortis articulo constituti, nisi prius de tunc debito (ut premititur) denario eidem domino Felici Papae V. ejusre collectoribus & subcollectoribus satisfecerint, aut desuper cum eis concordaverint, absolutiois beneficium nequeant obtinere: & si Capitula, Conventus, Collegia & persone predictae excommunicationis & suspensionis sententias huiusmodi per tres menses, dictum mensem immediate sequentes, animo (quod absit) sustinuerint indurato, extunc eorum Ecclesiam, Monasteria & loca ecclesiastica sicut supposita interdicto, tandiu & quousque a sententia (ut praefertur) absolvi, & interdictum huiusmodi incruentur relaxari, non obstantibus quibuscumque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac statutis, usibus & consuetudinibus Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratum, locorum & ordinum quorumcumque juramento, confirmatione Apostolica vel quacumque alia firmitate vallatis, literis quoque, gratis, privilegiis, libertatibus, exemptionibus, indulgiis & concessionibus, capitulis, conventibus & collegiis predictis, eorumque Ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, dignitatibus, locis & personis, in genere vel specie, sub quacumque verborum forma, universalis Ecclesia Apostolica vel alia quavis auctoritate factis & concessis, etiamsi de eis & eorum totis tenoribus in presentibus specialis & expressa mentio fieri foret, & quae, quo ad haec, eis nullatenus suffragari volumus ceterisque contrariis quibuscumque, aut si capitulis, conventibus, collegiis & personis predictis communiter vel divinitim, quomodolibet indultum existat, aut interim indulgeri contingat, quod ad solutionem seu praestationem denarii huiusmodi, aut cuiuscumque alterius oneris aut subsidii non teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari, seu ipsi vel eorum loca interdici non possint, per literas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi eorumque Ecclesiis, Monasteriis, Dignitatibus, Beneficiis, locis, personis & ordinibus propriis mentionem. Vult tamen & assentit haec sancta Synodus, quod si aliqua natio, regnum vel provincia modum provisionis huiusmodi sibi non convenire senserit, aut allegaverit onerosum, praefatus dominus Felix Papa, auditis illius rationibus, & considerandis debite ponderatis, cum eadem natione aut ejus personis (prout rationabiliter expedire videbitur) convenire & cum eis concordare possit: & quicquid cum eo in hoc sit conventum, aut concordatum fuerit, id ipsa sancta Synodus gratum & ratum perinde haberi decernit & declarat, ac si de hoc in praesenti decreto plena & expressa mentio haberetur. Quodque denarius praedictus, vacatione praedicta quocumque infra primum annum huiusmodi in quacumque natione occurrente, & eo durante, ultra semel nullatenus exigatur, nec quinquam ad illum solvendum amplius teneatur. Insuper vult & decernit haec sancta Synodus, quod si qua Capitula, Collegia & Conventus, ac Ecclesiastica

Council. General. Tom. XXIX.

A secularibus personis, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis seu conditionis existant, fructus, redditus & proventus primi anni huiusmodi, aut aliquam illorum quotam sive partem ex statutis, consuetudinibus seu privilegiis aut alias quovis modo levare & percipere consueverint, per hoc praefato domino Felici Papae in exactione huiusmodi denarii nullatenus prejudicetur, districtius inhibendo Capitulis, Collegiis, Conventibus & personis ipsis sub sententia & penis supradictis, ne illos vel illam in praedictum dicti denarii pro eo anno quoquo modo petere vel exigere audeant seu praesumant. Per hoc tamen haec sancta Synodus Capitulis, Collegiis, Conventibus & personis praedictis, quo minus annis dictum primum vacationis annum sequentibus illos & illam pro ea parte, quae ob impositionem denarii huiusmodi eis defecerint, petere & exigere valeant, non vult nec intendit praedictum generari. Praeterea cum nonnulli nationis Germanicae, apud nos constituti, nationem ipsam praeter ceteris plus fore gravatam cum nobis allegaverint, si in ea denarius huiusmodi absque alia moderatione exigi deberet & levare; haec sancta Synodus his & aliis rationabilibus causis mota, beneficia quocumque & qualicumque infra dictam nationem consistentia, valorem quinque marcarum argenti secundum communem estimationem eorum necessariis oneribus deductis non excedentia, hoc decreto nullatenus includi, nec de illorum fructibus, redditibus & proventibus denarium huiusmodi solvi levare seu exigere debere, decernit & declarat; volens & statuens quod si de vero valore in praemissis quandoque hauriri contingerit aut contenti, collectores & subcollectores huiusmodi unam, & si cui soluto denarii huiusmodi pro tempore incumbit aliam, personas pro discussione dubii & contentione huiusmodi eligere: & si illas discordare contingeret, loci ordinarius, aut ejusdem in spiritualibus vicarius, seu officialis generalis: si vero occasione metropolitanae vel cathedralis Ecclesiae dubium aut contentio exorta fuerit casu discordiae huiusmodi capitulum cum altera personarum sic electarum dubium huiusmodi habeant terminare: Quarum quidem personarum, ac in casu discordiae huiusmodi ordinarii, seu ejus vicarii, & capituli praedictorum, sententiae & determinationi partes hinc inde stare & parere sine omni contradictione debeant & teneantur. Ceterum haec sancta Synodus collectoribus & subcollectoribus denarii praedicti pro tempore deputatis, sub obestratione divini iudicii & excommunicationis poena, quam contra facientes incurere vult ipso facto, districtius inhibet, ne quidquam ultra denarium huiusmodi a personis pro tempore solventibus & debentibus, praetextu schedularum, quitantiarum seu liberationis per ipsum de eo quod sibi solum fuerit factum, petere vel exigere audeant seu praesumant: sed quod de competenti salario eis per cameram dicti domini Felicis Papae assignando contenti remanere debeant, decernit, vult & ordinat: quodque collectores & subcollectores ipsi sic in exigendo denarium huiusmodi modum observent, quod personae de indebito gravamine non immerito querulari cogantur: ac propterea calices, libri, jocalia & alia ornamenta Ecclesiastica nullatenus impignorentur, distrahantur, vel alienentur. Vult tamen & decernit eadem sancta Synodus,

O ne

ANNO
CHRISTI
1550.

ANNO
CHRISTI
1431.SESSIO
XLIII.

ne personas sententiis prædictis pro tempore illaqueatas ultra modum in absoluteione obtinenda, ad curiam veniendo, gravari contingat, quod præfatus dominus Felix Papa V. collectoribus & subcollectoribus ipsis vel aliis (prout opus & expediens videbitur) personas sic ligatas a censuris huiusmodi absolvendi, & interdicta relaxandi & tollendi, plenam & liberam concedat facultatem. Teneanturque ipsi collectores & subcollectores, solutione dicti denarii facta, Capitula, Conventus & Collegia, ac personas prædictas a sententiis & censuris prædictis gratis & sine aliqua difficultate absolvere, interdictumque forsan positum similiter tollere & relaxare. Pro cuius quidem absoluteionis, sublationis & relaxationis litteris etiam sigillatis, si prædicti eas habere voluerint, etiam si per notorium fuerint subscriptæ, ad solvendum ultra sextam partem unius floreni de camera, nullatenus constringi valeant vel compelli. Eos autem qui contra fecerint, excommunicationis sententiam incurrere voluit ipso facto. Quodque post decennium a dicta die computandum assignatio provisionis huiusmodi cesset penitus & expiret: Capitulaque, Conventus, Collegia & personæ prædictæ ad solutionem denarii huiusmodi ratione dignitatum & aliorum beneficiorum prædictorum, ex tunc in antea vacaturorum, de cætero nullatenus teneantur. Decernit quoque omnes & singulos processus, prenas, sententias & censuras, quos & quas contra Capitula, Conventus, Collegia & personas huiusmodi ob non solutionem ratione beneficiorum post decennium vacaturorum huiusmodi, per quemcumque, etiam si papali dignitate præfulgeat, quavis auctoritate fieri, ferri & promulgari contigerit, irritos & irritas, ac irritum & inane quidquid in contrarium scienter vel ignoranter fuerit attentatum.

Datum Basilee in sessione nostra publica, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, pridie Nonas Augusti, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo.

S E S S I O XLIII.

De visitatione beate Mariae virginis.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam.

SESSIO
XLIII.

Inter assiduas militantis Ecclesie turbationes & procellas, quibus ipsa diutim affligitur, illa singularis iucunditas & egregia exultatio communitati fidelium relicta est, ut dominum creatorem nostrum intimis præcordiis diligentes, eundem in sanctis suis devote glorificent. Per hoc enim & ipse dominus, qui gratiam illis præstitit, digne collaudatur, & ipsorum sanctorum promptiora erga nos reddimus patrocinia. Quod quidem singulariter est agendum, cum calamitates irruunt, quæ absque demeritis hominum non contingunt, ut per ipsorum sanctorum preces & merita misericordia domini super peccatis hominum imploretur, & humanum genus ab imminentiis malis & innumeris periculis præservetur. Inter autem omnes qui cælestem Regem pro nobis interpellent, præcipue ad gloriosissimam illam & om-

ni laude dignissimam Dei genitricem Mariam est recurrendum, quæ, quanto altior existit, tanto humillius ad nos respicit, omnes ad se trahere cupiens pro quibus in utero gestavit salvatorem. Hæc apud Deum quem ipsa peperit sedula pro nobis advocata nos iuvat, nos tuetur, nos protegit, nos exultat; hæc omnibus qui ad eam recurrunt promptissimum exhibet patrocinium. Huic igitur sanctissimæ Virgini etiam plures festivitates veneranda sanctorum patrum antiquitas consecravit, irruentibus tamen diebus majoribus mundi calamitatibus & angustiis, quæ ad expectanda ejusdem Virginis auxilia vehementius urgent, iucunditatem illam sibi cælitus datam non immerito convenit celebrari, dum Virgo eadem beatissima cælesti edocæ nuntio, & Spiritu sancto duce, ascendens cum destinatione in montana, humilem Zachariam domum intravit. Jesus enim qui in utero illius erat, festinabat adhuc in ventre matris Joannem positum sanctificare. Et ipsa Virgo gloriosissima cognatam Elizabeth visitans, non minus illam suavi quam fructuoso salutavit alloquio. Maximam namque lætitiâ fidelium mentibus debet inperere excellens illud mysterium, quo matres illæ gloriose, totius salutis nostræ ferentes primordia, tam familiariter inter se exultarunt, cum Virgo excellentissima de stirpe David Maria & veneranda inter filias Aaron Elizabeth invicem colloquuntur: quarum altera creatorem omnium & salvatorem nostrum, altera præcursorem Joannem gestat in utero: & sanctæ illæ miraculo matres effectæ divina inter se beneficia commemorant. Felix quidem illa conventio, & magnis divinæ gratiæ splendoribus illustrata, qua tales & tantæ in unum matres pariter adfuerunt; quarum altera Virgo ex Spiritu sancto, altera sterilis & in senectute conceperat, & utriusque partum cælestis angelus prænuntiavit: qua Joannes adhuc maternis reclusus claustris venientem ad se dominum in Mariæ utero veneratur: qua repleta Spiritu sancto Elizabeth concepit Filium Dei & salvatoris hominum gratulatur; qua & ipsa prophetans beatissimam dixit Mariam quæ credit, & revelata sibi mysteria pandit; qua denique repleta ineffabili gaudio mater domini Maria, omnia in corde suo conferens, quæ vel prius ab Angelo, vel tunc ab Elizabeth percepserat, in canticum & laudem domini prorumpit. Nunc admirabilem Dei potentiam, qui respexit humilitatem ancillæ suæ, collaudat; nunc magnitudinem operum ejus glorificat, nunc refert misericordiam, quæ a progenie in progenies super se timentes diffunditur; nunc iustitiam, qua superbi dejiciuntur, & humiles exaltantur, magnificat; nunc promissionem Abrææ & semini ejus factam, & jam nunc completam commemorat, ac quod se beatam omnes generationes usque ad consummationem sæculi dicerent divina inspiratione prophetavit. Eandemque prophetiam sic manifeste videmus jugiter adimpleri, ut supervenientes generationes ipsam Virgineam beatam & beatissimam magis ac magis merito dicere conentur. Quis igitur tantam lætitiâ satis poterit explicare? Quis tanta mysteria condignis laudibus prosequatur? Quis hæc gaudia sufficienter exponat, dum Joannes nondum natus exultat, Elizabeth adventu Virginis collæctatur, Maria in mysteriis gaudet, clausus in utero salvator a suo recognoscitur præcurso- re, lætantur angeli, cælum & terra jucundantur,

ANNO
CHRISTI
1541.

ter, & tota Trinitas novis laudibus glorificatur? Hac igitur gaudiorum magnitudo, specialibus est extollenda præconiis. Hinc singularibus solemnitatibus celebranda, in qua & Domini qui gestatur in utero, & Virginem que portat, & sterilem que concepit, & præcursores qui visitatur, condecensibus prosequi debemus honoribus. In cuius commemoratione qui tribulati sunt Mariam implorant, que gaudiorum huiusmodi memor (ut sperandum est) non solum supplicantes exaudiet, sed licenti ex sua clementia concessit, etiam supplicare volentium preces præveniet. Quam considerans hæc sancta Synodus, cum in hoc tempore tota, pro dolor! Christianitas in laboribus & angustiis constituta cernatur, cumque fere ubique divisiones & bella per humani generis hostem introducta vigeant, & ipsa etiam Ecclesia militans non mediocribus agitur procellis, dignum esse iudicavit, solemnitatem hanc que congrue Visitatio beatissimæ Virginis appellatur, in singulis Christianorum Ecclesiis celebrari, ut honorata in hac celebritate per piæ & devotas fidelium mentes mater gratiæ & omnis consolationis sacrerima virgo Maria, benedictum Filium suum jam multis hominum peccatis offensum, sua intercessione concilians, pacem & unitatem fidelibus largiatur. Ideoque statuit & decernit eadem sancta Synodus, ad honorem ipsius Virginis Dei genitricis, ut post expleta resurrectionis Dominice, Pentecostes, gloriosæ Trinitatis, sacri corporis Christi, beatorum Joannis Baptistæ, ac Apostolorum Petri Pauli solemnitas, in quibus Ecclesia post solemnitatem Annuntiationis Dominicæ, quam præfata Visitatio temporis ordine contestitur sequatur, est occupata, per singulas Christianorum Ecclesias, quolibet anno sexto nonas Julii festum huiusmodi Visitationis gloriose Virginis celebretur. Hoc igitur solenne festum amplectantur Christi fideles, & omnes qui beatam Virginem singulari devotione prosequuntur, secum in hac solemnitate suæ exultationis congaudeant. Quam ut eo libentius in divinis honorant officiis, quo magis spiritibus fuerint excitati muneribus, ipsa sancta Synodus omnibus Christi fidelibus, qui matutinis, processioni, sermone, missarum solemnitate, vel primis aut secundis vespertis huius gloriose Virginis festivitatis interfuerint, pro unoquoque officiorum prædictorum centum dies de injunctis penitentibus misericorditer largitur.

Datum in sessione nostra publica, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, Kalendis Julii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo primo.

S E S S I O XLIV.

ANNO
CHRISTI
1541.

De institutione suppositorum hujus sacri Concilii.

Sacro sancta Basileensis Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

CATHOLICÆ Ecclesiæ sanctis operibus continue intenti, si cunctis fidelibus in ministranda justitia nos deceat esse favorabiles & benignos, illos non immerito, pro Fidei orthodoxæ atque Generalium Conciliorum auctoritatis defensione fideles impenderunt, & impendant, justitiæ favoribus atollere debent. *Concil. General. Tom. XXIX.*

Amus & manire præsidii, quibus per nos mature facta decreta insequendo, a perversi ambitionorum illatis sublevati, & inferendis molestationibus præservari valeant, & sic eorundem decretorum transgressorum, illorum præsertim qui nobis incorporati & hujus sanctæ Synodi decreta manutenere & defendere jura verunt, contemptum puniri facere, sicque erga singulos justitiæ ordine debito exercere, ut alter in alterius injuriam non facile proficiat: & formidata in reprobis ultione, impiorum nocendi temeritas compescatur, & inter eos tuta sit innocentium tranquillitas. Postquam dudum omnipotens Dominus nimium afflictam Ecclesiam suam sponsam pietatis oculo respicere, & fidelium cordibus inspirare dignatus fuerat, ut Synodus universalis duorum etiam Generalium Conciliorum auctoritate, & duorum summorum Pontificum successively approbatione pro errorum hæresumque extirpatione, ac Generali Ecclesiæ in capite & in membris reformatione, atque regum & principum, aliorumque catholicorum ad invicem dissidentium pacificatione, in hanc civitatem Basileensem conveniret; nos tunc occurrentia, que nonnulli adversus opera prædicta inferre conabantur, ac etiam futura que verisimiliter inferri possent, impedimenta circumspectantes, & ut illa, pro quibus convenimus, communi Christianorum salutem concernentia, ad

finem optatos perducere, ac eis, per quem directè & indirectè impediri, ipsique incorporati ab eis retrahi possent, obviare cupientes, per nonnulla salubria decreta statuendo diffinivimus: Primo, quod nullus eidem Synodo per se vel procuratorem incorporatus aut incorporandus, etiam procurator ipse, a tempore arrepti itineris animo veniendi ad ipsam Synodum sine fraude continuati, pro quacumque causa tunc mota, vel in antea movenda, aut alia quavis occasione, ad Romanam curiam, seu coram quocumque iudice ordinario vel delegato, extra locum dicte Synodi ea durante invitum trahi seu evocari, aut contra eum invitum procedi possent; decernentes extunc irritum & inane, nulliusque roboris existere vel momenti, quicquid in contrarium per quemcumque, etiam Romani pontificis auctoritate, attentari contigerit in futurum. Deinde vero, ut, si quis Ecclesiam cathedralem, dignitatem, beneficium, officium, pensionem, vel commendam alicujus ex incorporatis vel incorporandis, seu adherentibus eidem Synodo, a Romano Pontifice vel quovis alio impetrare, aut etiam motu proprio concessum acceptare attentaret, non solum jure, quod in tali Ecclesia, dignitate, beneficio, se officio habere prætenderet, sed etiam omnibus beneficiis esset ipso jure privatus, & ad obtinendum beneficia in futurum inhabilis. Et successive, videlicet tertio Idus Septembris, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo tertio, decrevimus, quod quicumque etiam per Romanum Pontificem, vel ejus auctoritate, in præjudicium, læsionem vel derogationem, seu injuriam dicte Synodi, vel incorporatorum seu incorporandorum eidem per se vel procuratorem aut familiarium suorum, seu in eorum servitiis ubicumque existentium, facta seu disposita erant, fierentque & disponentur forsitan in futurum, titulum vel possessionem quomodocumque tangentia, sive in Cardinalatus & Patriarchatus dignitatibus, aut in Prælatibus

ANNO
CHRISTI
1541.
premissis* attentare,
presumerat.

ANNO
CHRISTI
1144.ANNO
CHRISTI
1144.

cathedralium etiam metropolitanarum Ecclesiarum, monasteriis, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis, prebendis, commendis, unionibus, pensionibus, officiis & rebus Ecclesiasticis vel temporalibus, & circa ipsa aut alias quomodocumque & qualitercumque, etiam si motu proprio, directe vel indirecte, essent ipso jure irrita & inania & pro infectis penitus haberentur, partes lasas extunc in pristinum statum reponendo, & per quemlibet iudicem competentem reponi mandando: adiacentes, quod si preteritu talis concessionis ad aliquam occupationem deveniretur, nisi occupans infra decem dies, elapsi sexaginta diebus a dicta die tertio Idus Septembris, si per partem lasam foret requisitus, & a tali occupatione & turbatione realiter & pure desisteret, ac parti lasa de perceptis post concessionem huiusmodi satisfaceret, ultra penas predictas excommunicationis sententiam incurrat eo ipso; talium etiam concessionum executores eisdem penis subiacere decernentes, prout in ipsis decretis, quorum tenores & effectus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Verum quia, sicut clamorosa didorum suppositorum querela didicimus, plerique ambitiosi, quorum effrenata cupiditas modum habere desicit, ad dignitates, beneficia & honores modis improbis aspirantes, ac per exquisitas vexationes didorum incorporatorum, illos ab huiusmodi sanctis operibus retrahere satagentes, nonnullorum ex eisdem incorporatis & suppositis Ecclesias parochiales, metropolitanas, Episcopales atque monasteria, aliasque dignitates, commendas, pensiones, canonicatus & prebendas, officia Ecclesiastica, nec non iurisdictiones eisdem incorporatis & suppositis ratione Ecclesiarum, dignitatum & beneficiorum huiusmodi competentes, ac alias res & bona contra definitiones & predicta, ac alia decreta nostra, quorum tenores & effectus similiter haberi volumus pro expressis, in auctoritate Ecclesie & Concilium predictorum vilipendium, didorumque suppositorum grave prejudicium, non sine manifesta divinae maiestatis offensa impetrare, extorquere, invadere, acceptare, aut occupare, seu in illis propria temeritate se intrudere, dictaque supposita illorum possessionibus & rebus spoliare privare, ac processus etiam penales contra eos facere, & fieri procurare, pensiones etiam nonnullis ex didis incorporatis super Ecclesiis cathedralibus aliisque dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis assignatas, alioque fructus beneficiorum que ipsi incorporati obtinebant & obtinent, retinere, subtrahere, usurpare, & de illis satisfacere reculare & denegare, alitque diversis injuriis in personis, bonis ac rebus predictis illos affligere, atque concessionem, impetrationes & acceptationes huiusmodi in suarum perditionem animarum exequi non erubuerunt, prout adhuc non erubescunt; nos, quorum interest in premissis opportuna provisionis remedia adhibere, volentes statui universalis Ecclesie & suppositorum predictorum indemnitati & quieti salubriter providere, decretis & definitionibus predictis inhaerentes, illaque innovantes, ac eis adiacentes hoc perpetuo Synodali decreto auctoritate universalis Ecclesie decernimus & declaramus, impetrationes, electiones, collationes, & dispositiones quaslibet de didis Ecclesiis cathedralibus, monasteriis, dignitatibus, commendis, pensionibus, officiis & beneficiis, iurisdictioni-

bus, ceterisque rebus & bonis predictis, nec non processus pretensores omnes & singulos, quascumque etiam suspensionum, excommunicationum, interdicti, privationum, inhabilitationum, inhibitionum, aliasve sententias, censuras, & penas, seu processus alios cujuscumque qualitatis existant, in se continentes, adversus ipsa supposita ac in eorum prejudicium, lesionem vel derogationem aut odium, ac contra predicta & alia decreta nostra quomodocumque & qualitercumque promulgatos & factos, ac omnia inde secuta, tanquam de facto attentata (prout sunt) irrita, nulla & inania, nulliusque roboris vel momenti fuisse & existere, ac pro infectis haberi debere: nullum quoque ex eisdem suppositis, vel quocumque alium illis innodatum fuisse, aut in antea innodari posse: impetrantes vero, seu detentores & occupatores, preteritu collationum, dispositionum, etiam motu proprio factarum, aut detentionum vel occupationum, de huiusmodi Ecclesiis, dignitatibus, beneficiis, officiis, iurisdictionibus, & bonis, in illis in quibus seu ad que ipsa supposita ex nostris vel Apostolicis aliisve canonicis collationibus & provisionibus, aut alias quomodolibet jus habuerunt prout habent, que obstantibus obedientie diversitatibus, vel aliis legitimis impedimentis, contra tuos adversarios causas inchoare, seu prosequi commode non potuerunt, etiam si Ecclesie, dignitates, beneficia, vel res & bona huiusmodi trium annorum, vel alterius cujuscumque longioris temporis spatio occupata fuerunt, aut coloratus pretendatur titulus preteritu etiam decreti nostri de pacificis possessoribus, quod incipit: Quicumque non violentius, quod contra ipsa supposita in casibus premissis locum habere non volumus, nullum titulum vel jus quodcumque acquisivisse, seu acquirere: ipsos etiam incorporatos nullum jus, titulum vel possessionem perdidisse, aut aliud in jure eis competenti prejudicium generati potuisse, quo minus ipsi, quotiescumque opportunitas ad id se obtulerit, possessionem Ecclesiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum, vel aliorum predictorum, quibus spoliati extiterunt, per se vel alium seu alios absque alia causa cognitione, seu alterius auctoritatis requisitione, continuare, eorum quoque, super quibus sententiam vel sententias, quas partibus per se vel procuratorem presentibus, & usque ad finem se defendentibus, in rem transiverint iudicatam, apud nos contra suos adversarios obtinuerint, illorum & presentis decreti vigore possessionem adipisci & intrare & super illis, de quibus possessionem nondum habuerunt, & actionem intentare, & jus suum prosequi valeant. Spoliatos insuper aliorum & presentis decretorum nostrorum auctoritate in illam statum pristinum, in quo ante spoliium, occupationem seu novitatem huiusmodi erant, perinde ac si facte non fuissent, repositos & restitutos esse. Impetrationes autem & concessionem etiam motu proprio de Ecclesiis cathedralibus, monasteriis, dignitatibus, commendis, pensionibus, seu cujuscumque qualitatis beneficiis, aut aliis rebus vel bonis (ut praefertur) factas, viribus vacuas: nec non illos qui eas acceptare praesumpserunt, cujuscumque status, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, aliave Ecclesiastica vel mundana praesulgeant dignitate, jure quod in eis habere pretendebant, &

Basilienfis
Conc. sess.
11.

nonnullas.

* dispensationes.

* provisionibus.

aliis

ANNO
CHRISTI
1111.Basilienſis
Conc. ſeſſ.
11.

aliis beneficiis omnibus, privatos, ac ad alia in posterum obtinenda inhabiles fore. Illos vero ex eis, qui praetextu talium concessionum & impetrationum ad aliquam occupationem procederunt, & ut ab huiusmodi occupationibus & perturbationibus desisterent, iuxta tenorem decreti nostri quod incipit, Ut sacri, requisiti, talibus requisitionibus non paruerint, ultra praedictas, excommunicationis, nec non eandem impetrationum & concessionum receptores & executores, quoad singulares personas, easdem sententias & poenas: quo vero ad nos incorporatos, qui (ut praefertur) huic sanctae Synodo iuraverunt, & in praemissis auxilium, consilium vel favorem praebuerunt, perjurii reatum incurrisse & de beneficiis, quibus ratione praemissorum (ut praefertur) privati exsunt, per eos, ad quos spectat, huius decreti auctoritate libere dispoſiſſe, ſimiliter decernimus & etiam declaramus. Et ut metus poenae meta sit praesumptionis, omnibus & singulis cuiuscumque dignitatis (ut praedictum est) existant, qui aliquam Ecclesiam cathedralam, etiam metropolitanam, aliamve prelatiuram, dignitatem, commendam, pensionem, officium aut beneficium Ecclesiasticum, seu etiam, ut supra designata, jurisdictionem, res & bona praedicta quaecumque, cuiuscumque qualitatis existant, eorundem incorporatorum & suppositorum, omnibus & singulis cuiuscumque dignitatis (ut praedictum est) existant, qui occupant & detinent, seu etiam occupant & detinebunt forsitan in futurum, ultra praedictas & alias tam per nostra quam aliorum Generalium Conciliorum decreta, sanctionesque canonicas, inflictas (quas occasione praemissorum incurrisse voluerunt) poenas, sub excommunicationis, nec non perpetuae infamiae poenis, quas quemlibet contra facientem incurritur volumus ipso facto, praecipimus atque mandamus, ut infra duorum mensium a data praesentis decreti, vel etiam interim infra duodecim dierum spatium, a tempore quo illius notitiam habuerint computando, ab omnibus & singulis occupationibus & perturbationibus per eos sic factis penitus desistant, ac

D Ecclesias, dignitates, commendas, pensiones, officia, beneficia, atque res & bona praedicta, quibus dicti incorporati spoliati fuerint, aut super quibus sententiam vel sententias, quae partibus per se vel procuratorem praesentibus, & usque ad finem se defendentibus, in rem transiverunt iudicatas, obtinuerint, illorum possessionem liberam & vacuum dimittant: nec non de perceptis, & qui durante occupatione huiusmodi percipi potuissent, fructibus, expensis, & interesse propterea passis, partibus laesis ac etiam de pensionibus (ut praefertur) assignatis, nec non beneficiorum eorundem incorporatorum fructibus, ac aliis rebus & bonis praedictis integro & realiter satisfaciant, aut cum

E eis amicablem concordent. Quod si facere contempserint, ac poenas praedictas damnabiliter incurritur, illisque per alium mensem, duobus mensibus lapsis, aut duodecim diebus praedictis inſordecere non formidaverint, extunc ultimo mense huiusmodi lapsis, (cum crescente contemptu crescere debeat & poena, & Ecclesia non habeat quid ulterius faciat) si singularis persona, decem; si vero universitas aut capitulum, aut aliud collegium seu communitas fuerit, triginta marcarum auri pro una camerae Apostolicae, ac pro alia parti laeae,

A & pro tertia equalibus partibus mediato vel immediato domino civitatis vel loci, in qua seu quo Ecclesia, dignitas, beneficium commenda, officium, vel res huiusmodi, extiterit, si vices suas impendere voluerit, alioquin cuiusque alteri operam efficacem ad id praestanti pro labore applicandarum, poenas incurrat eo ipso. Interim vero non minus Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, ceterique ordinarii seu collatores, etiam capitula, universitates vel collegia fuerint, aliaeque personae, ad quas Ecclesiarum cathedralium electio, nec non dignitatum, beneficiorum, officiorum & aliorum praedictorum collatio, praesentatio, provisio, seu quaevis alia dispositio, communiter vel divisim pertinet, infra simile duorum mensium vel duodecim dierum & unius alterius mensis sine duorum mensium vel duodecim praedictorum dierum computandum spatium, postquam pro parte illorum quorum interest fuerint requisiti, sub omnibus & singulis superius designatis & pecuniariis poenis, quas contra facientes & rebelles etiam ipso facto incurritur volumus, omnibus etiam majoris excommunicationis vel defectus tituli, aliique exceptionibus, oppositionibus, & subterfugis cessantibus & rejectis, & absque quarumcumque cautarum cognitione, quam eis & aliis quibuscumque iudicibus Ecclesiasticis & secularibus sub eisdem poenis & casibus praemissis penitus interdicimus, electiones, collationes, praesentationes, & quaevis alias dispositiones modis praemissis praesumptas, praesentis decreti auctoritate, sicuti de facto processerunt, de facto retractent & annullent; impedimenta praesentia submoveant, occupatores ab occupatis expellant, & de perceptis fructibus, & qui percipi potuissent, nec non expensis & interesse praedictis, etiam per incarcerationem personarum occupantium, si opus fuerit, satisfieri, ac partes laesas in eum statum, in quo occupationem seu factam novitatem huiusmodi fuerant, reponere & reintegrare procurent: vasalli insuper & quicumque debitores & subditi Ecclesiarum cathedralium, dignitatum, beneficiorum, commendarum, & aliorum praedictorum, nullatenus occupatoribus praedictis, sed eisdem incorporatis & suppositis spoliatis, ut prius obediant & pareant in omnibus, ipsique debitores de fructibus, redditibus, provenientibus, juribus, & obventionibus Ecclesiarum, dignitatum, beneficiorum ac aliorum huiusmodi sub excommunicationis poena, quam contra facientes incurritur volumus ipso facto, respondeant, & integre satisfaciant, vel cum eis amicablem concordent. Quod si facere neglexerint, & intrusus de fructibus & juribus huiusmodi respondere praesumpserint, tales a debito nullo modo liberatos fore sed incorporatis (ut praefertur) spoliatis realiter decernimus. Praeterea si Archiepiscopi ceterique praenominati praemissa non adimpleverint, eisque non paruerint cum effectu, extunc lapsis duobus mensibus vel duodecim diebus, & adhuc alio mense praedictis, Ecclesiae civitates, & alia loca, in quibus talia, Ecclesiae, dignitates, beneficia, aliaque praedicta, fuerint (ut praemittitur) occupata, tamdiu Ecclesiastico subiaceant interdico, quousque rebelles praedicti per Ecclesiasticam vel secularem fuerint potentiam a civitate vel loco expulsi, aut mandatis nostris huiusmodi fuerint satisfactum, quibus expulsis, vel (ut praefertur) satisfacto, divina possint offi-

ANNO
CHRISTI
1111.reſervatio-
nes.

ANNO
CHRISTI
1611.ANNO
CHRISTI
1611.

officia resumere & continuari. Quae omnia & singula etiam in pendentibus per appellationem, vel alias locum habere volumus & decernimus. Porro in casu non partitionis, liceat interim dictis incorporatis & suppositis post lapsum duorum mensium aut duodecim dierum praedictorum, brachii secularis, nec non rectorum & officiariorum civitatis vel loci huiusmodi auxilium invocare, quos etiam in subsidium iustitiae praesentis decreti tenore invocamus, requirimus & monemus, ut ipsi post simile duodecim dierum spatium, a tempore requisitionis super hoc eis factam computandorum, auxilium, consilium, potentiam & favores possibiles, sub excommunicationis & privationis privilegiorum, quae ab Ecclesiis obtinent, poenis, quas eos nisi fecerint quae mandamus, incurrere volumus ipso facto, praestare non postponant, quorum potentia & auxilio praefatis spoliatis Ecclesiarum, dignitatibus, beneficiarum, officiorum, rerum & bonorum praedictorum possessionem, tam ejusdem decreti, quam propria auctoritate, ac etiam per potentiam intrandi & continuandi, ac intrusos suos expellendi, plenariam concedimus potestatem & facultatem. Omnes autem Christi fideles quacumque, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia Ecclesiastica seu mundana praesulgeant dignitate, qui praesens decretum temere violare, aut illius executionem denegare, seu directe vel indirecte impedire, ac partibus adversis adherere vel favere, seu eorum aliquem receptare, defendere, aut tueri praesumpserit, quoad singulares personas, excommunicationis, nec non trium: quo autem ad capitula, universitates & collegia, Ecclesiastici interdicti & decem marcarum auri (ut supra dictum est) applicandarum, poenas incurrere decernimus eo ipso. Ceterum, quia praeterita nos commonent futuris cautus obviare periculis, praesentis decreti tenore sub interminatione divini iudicii, & sub excommunicationis, privationis, inhabilitationis, pecuniariis & aliis superioribus expressatis poenis, quas ipso facto quemlibet contra facientem incurrere volumus, districtius inhibemus, ne aliquis, cujuscumque conditionis & excellentiae fuerit, Ecclesiasticae vel mundanae, etiam si Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia quacumque praesulgeat dignitate, vel alias cathedrales, monasteria, praelaturas, dignitates, officia, commendas, pensiones, jurisdictiones, vel alia cujuscumque qualitatis beneficia, sive res & bona quibuscumque nominibus censentur, ad ipsos pro tempore incorporatos & incorporandos huic sacro Basiliensi, aut alteri universali legitime congregando Concilio, vel ipsorum familiares pertinentia, eodem Concilio durante, & in eo praesentia, liter existentia, in praedictum, lesionem, derogationem seu odium Concilii, incorporatorum vel incorporandorum huiusmodi, a quocumque etiam Romano Pontifice impetrare, vel motu proprio collata acceptare, aut in illis se intrudere, seu in eorum incorporatorum odium sive praedictum suos consanguineos, procuratores aut fautores in personis vel bonis assidere seu molestare, vel eosdem incorporatos pro tempore invidios alibi quam in eodem Concilio super se quacumque trahere, aut ad respondendum seu iudicium subeundum compellere praesumat: quoscumque processus,

etiam quascumque poenas in se continentes, & quidquid in contrarium forsitan attentari contigerit, irritum & inane, nulliusque roboris vel momenti existere, exnunc prout extunc nuntiantes & docerentes. Non intendimus tamen aliquos ex incorporandis in futurum, qui ante eorum incorporationem super aliquibus criminibus apud suos superiores delati forent & legitime preventi, hoc decreto tucti, quin possit contra eos super criminibus huiusmodi etiam usque ad diffinitivam sententiam inclusive procedi: absolutionem vero omnium & singulorum, qui praefatas sententias, censuras & poenas, vel earum aliquam incurrerint quoquo modo, Synodo pro tempore sedenti, & illa dissoluta, Romano Pontifici tantummodo, praeterquam in mortis articulo, reservamus. Postremo, ut nullus ipsius decreti ignorantiam praetendere valeat, decernimus illud per publicationem in praesenti sessione factam habere, & ita universos & singulos, lapsis duobus mensibus aut duodecim diebus praedictis, adstringere & ardeare, ac si eis personaliter apprehensis intimatum foret. Quocirca vobis venerabilibus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, prioribus, praepositis, decanis, cantoribus, archidiaconis, ceterisque in dignitatibus quibuscumque constitutis, ac cathedralium Ecclesiarum canonicis districte praecipiendo mandamus, quatenus vos, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios, praemissa omnia & singula, ubi & quando expedire videritis, solemniter publicantes, si & postquam super praemissis vel aliquo eorum pro parte alicujus ex incorporatis & suppositis praedictis vel alterius promotorum negotiorum nostrorum, aut nostri vel Romani Pontificis procuratoris fiscalis, quibus super his omnimodam atque plenariam concedimus potestatem, requisiti fueritis, vel fuerit requisitus, & vobis quod aliquis vel aliqui ex perturbatoribus praedictis aliquam vel aliquas ex sententiis & poenis superioribus expressatis incurrerit, fuerit facta fides, ad earundem poenarum declarationem contra eos procedentes, illos tamdiu in Ecclesiis vestris ac aliis locis, Dominicis aliisque festivis diebus eisdem poenas incurrere publicetis, & publicari faciat, ac ut tales evitetis, & ab aliis evitari faciat, ac alias ad plenariam poenarum praedictarum executionem procedere curetis, donec super his satisfactione praevia debite meruerint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilo minus legitimis super his per vos habendis, servatis processibus, eos, quoties opus fuerit, aggravare curetis, contraditores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Nos enim vobis & vestrum singulis, omnes & singulos qui sententias & poenas huiusmodi, vel earum aliquam, incurrerint quoquo modo, in loco nostrae sacrae congregationis, ea durante, ipsa vero dissoluta, in loco Romanae curiae, & extra etiam ad partes: illos vero ex eis, ad quos tutus non patebit accessus, seu in locis in quibus libera mandatorum nostrorum executio fieri non poterit, super quo partis laesae vel promotorum aut procuratoris praedictorum iuramento stari volumus, in audientia litterarum contradictarum, & in valvis majoris Ecclesiae civitatis vel loci, in qua vel in quo hanc aliam generalem Synodum pro tempore sedere, vel ea dissoluta aut non sedente Romano Pontificem cum sua

* personali.
m.

cu.

SESSIO
XLV.]

curia residere contigerit, si in ea vel apud nos: si vero extra super his procedi contigerit, in loco Ecclesie, dignitatis vel rei, super qua vel quo agetur, aut alio viciniori, in quo partis laesae commoditas se obtulerit, in valvis majoris Ecclesie civitatis vel loci huiusmodi, ad instar edictorum publicorum monendi, requirendi & citandi, plenam & liberam auctoritatem universalis Ecclesie concedimus tenere presentium facultatem: volentes & eadem auctoritate decernentes, monitiones, requisitiones & citationes sic factas, vim habere, ac eosdem sic monitos, requisitos & citatos arctare perinde, ac si eis personaliter apprehensis factae forent. Non obstantibus nostris atque Apostolicis constitutionibus & ordinationibus, quibus quod praemissa derogamus, & derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

a forte primo.

Datum Basileae in sessione nostra publica, in majori Ecclesia Basileensi solemniter celebrata, quinto Idus Augusti, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

SESSIO XLV. SEU ULTIMA.

SESSIO
XLV.

Sacrosancta Basileensis Generalis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

Desideravit Ezechias rex ut fieret pax & veritas in diebus suis; & nos desiderio desideravimus ut pax & unio Ecclesiae in diebus nostris, hoc sacro durante Basileensi Concilio, daretur. Verum cum ex plurimis impedimentis quae diutim ingeruntur, & in futurum succrescere possent, formidetur ne pax & unio huiusmodi desideratae in hac civitate Basileensi fieri, ut actus conciliares libere exerceri valeant; volentes propterea a casibus futuris providere, ac ut fides & auctoritas generalium Conciliorum universalem Ecclesiam representantium illibatae permaneant, quodque unio & pax vera Ecclesiae dentur: nec non ut continuetur celebratio generalium Conciliorum: attento quod iam sanctissimus dominus Felix Papa V. praevidens necessitatis casum, pro futuro Concilio nominavit inclytam Lugdunensem in partibus Galliarum: in hocque satisfaciendo decretis sacrorum Constantiensis & Basileensis huius generalium Conciliorum, dictam civitatem Lugdunensem, quam experientia docente generalium Synodorum hactenus in ea celebratarum, accommodam & idoneam reputamus: tenore presentium in nomine sanctae & individuae Trinitatis pro futuro proximo celebrando Concilio nominamus, deputamus & assignamus. Cumque immincant urgentissimae causae, ut brevi fiat alterius generalis Concilii celebratio, propterea statuimus & ordinamus, ut infra triennium a datis presentium computandum generale Concilium in praefata civitate Lugdunensi celebretur; decernentes quod Cardinales, Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati, seu quicumque alii, qui ad generalia Concilia de iure vel consuetudine convenire debent, in termino praemisso ad dictum locum accedere teneantur, dummodo post dissolutionem huius Concilii hoc vel alio in loco continuati, restet unus annus ante huiusmodi triennii finem. Volumus e-

atiam, & specialiter concedimus, quod praedictum terminum futuri celebrandi Concilii abbreviare valeat praefatus Papa Felix. Per praemissa autem etsi recte inspicientibus aliud videri non debeat, ad maiorem tamen veritatis manifestationem declaramus, quod non intendimus, neque volumus, hoc sacrum generale Concilium Basileense dissolvi, aut dissolutum quomodolibet censendum esse; quin immo in hoc loco continuandum fovere, & continuari debere, dum tamen integra & plena libertas atque securitas, nec non salvus conductus, per inclytam civitatem Basileensem nobis & eidem Synodo concessi, serventur illaesi. Adhuc, quod si aliquid fieret impedimentum quo minus in hac civitate Basileensi iuxta ritum consuetum actus conciliares libere exerceri possent, aut libertas seu securitas & salvus conductus huiusmodi non servarentur: quibus casibus seu eorum aliquo (quod Deus avertat) advenientibus, super quo stari volumus arbitrio seu attestationi dilectissimorum Cardinalium & venerabilium Episcoporum, aliorumque dilectorum Ecclesiae filiorum per nos hodie deputatorum, aut majoris partis eorum pro tempore presentium, cum subscriptione eorum, inde super conficiendo publico instrumento & singulis eorumdem imminendo; extunc, prout exnunc, & exnunc, prout extunc, hanc sanctam Synodum pro ipsius continuatione ab hac civitate Basileensi ad civitatem Lausanensem, utique provinciae Bisuntinae locum habitabilem, tutum & idoneum ad generalis Concilii celebrationem, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti tenore presentium transferimus, ac translatum esse decernimus, cum eisdem modis, formis, qualitatibus & ordinationibus, cum quibus in hoc loco Basileensi continuata fuit & stat de presenti.

Datum Basileae in nostra publica sessione, in Ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, decimo septimo Kalendas Junii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

I N D U L G E N T I A E

incorporatis concessa.

Sacrosancta Generalis Synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, &c. dilecto Ecclesiae filio, &c.

GRata per te nobis & universali, quam in Spiritu sancto legitime congregatam representamus, Ecclesiae hactenus impensa, & quae adhuc impendere non desistis, condigne perstringentes obsequia, illis reddimur intenti non immerito, per quae obsequia fructuosa tibi sint, & ad majus cedere valeant animae salutis incrementum. Dudum siquidem omnibus & singulis, qui tantum nostrae congregationi incorporati fuerunt, & etiam usque ad festum Assumptionis beatae Mariae Virginis tunc futurum incorporarentur, ac nobiscum in vinea Domini per sex menses laborarunt, & in antea laborarent, huiusmodi eorum labores & obsequia condignis salutarium retributionum praemiis compensare cupientes, litteras nostras concessimus in haec verba:

ANNO
CHRISTI
1448.

ANNO
CHRISTI
1469.

*Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis, uni-
versalem Ecclesiam representans, ad ful-
vam rei memoriam.*

Benigna universalis Ecclesie providentia the-
sauros spiritualium gratiarum a Christo sibi
concessos laborantibus in vinea Domini meri-
to dispensare curat, quo magis labores ac so-
licita studia in prosecutione salutis animarum
& publici boni Christiane religionis & exalta-
tionis Fidei catholicæ conferant: ut sic fru-
tuosus eorum operibus digna reprodantur præ-
mia, & ad uberiora meritum incrementa fer-
ventius excitentur. Virtuosum igitur atque lau-
dabilem velum oppositorum hujus sanctæ Sy-
nodi, fidei obsequia Christi Ecclesie in suis
necessitatibus & adversitatibus exhibentium, &
pro inchoatis sanctis operibus communem Chri-
stianorum utilitatem concernentibus assidue la-
borantium, attentata consideratione penitentes,
& laboribus eorum digna salutarium retribu-
tionum munera elargiri cupientes: ut omnes
& singulis qui huic sanctæ Synodo incorpora-
ti resident personaliter in eadem, & antea per
sex menses resederunt ac etiam qui hucusque
ad festum Assumptionis Mariæ Virginis eidem
sanctæ Synodo incorporati fuerunt, postquam
per totidem menses in eadem resederunt; nec
non & illi qui in nostris & ipsius Ecclesie ne-
gotiis extra locum hujus sacri Concilii per nos
missi sunt, ac (ut præfertur) nobiscum per
totidem menses laborant, cujuscumque sta-
tus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint,
etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepis-
copali, Episcopali, Abbatiali præmineant di-
gnitate, singulos confessores idoneos sæculares
& regulares presbyteros eligere, qui toties,
quoties opportunum fuerit, ipsorum singulorum
confessionibus diligenter auditis, ipsis singulis
in sinceritate Fidei, unitate, obedientia & de-
votione sanctæ universalis & Romanæ Ecclesie
atque nostræ summi Pontificis pro tempore
legitimam administrationem papatus habentis
persistentibus, pro penis & censuris a juris
constitutione universalis Concilii vel Apostoli-
ca, aut alia quavis, vel ab homine generali-
ter promulgatis, omnibus debitam absolutio-
nem impendere, atque injungere valeant pen-
nitentiam salutarem: nisi forsitan talia fue-
rint, propter quæ sedes Apostolica fuerit me-
rito consulenda: nec non etiam vota peregrina-
tionis, abstinentiæ, & similia per eos emissa,
exceptis tamen votis peregrinationis Roma-
næ, Hierosolymitanæ, & sancti Jacobi in
Compostella, in alia pietatis opera commuta-
re. Quodque præterea prædicti vel alii similes
confessores per singulos eorum incorporatorum
& incorporandorum eligendi singulos semel in
vita & semel in mortis articulo ipsorum sin-
gulorum similibus confessionibus auditis, eis
singulis, præterquam in homicidii voluntarii
casu, aliis pro peccatis omnibus, etiam si talia
fuerint, propter quæ Sedes ipsa merito consu-
lenda existeret, auctoritate universalis Eccle-
siæ & nostræ debite absolutionis beneficium im-
pendere, ac penitentiam salutarem injungere,
plenariam remissionem omnium peccatorum suo-
rum concedentes: ipsosque & ipsorum quemlibet
a quibusvis excommunicationum, suspen-
sionum & interdictis singulis, aliisque Eccle-
siasticis censuris & penis a jure vel ab homi-
ne generaliter, etiam per legatorum vel dele-

gatorum sedis prædictæ, aut universalium Con-
ciliorum vel Apostolicæ sedis, aut provincialis,
vel quolibet Synodales constitutiones, sive jux-
ta regularia quorumlibet ordinum instituta in-
currere quomodolibet censentur: etiam si pro-
pterea ad Sedem ipsam vel aliam quocumque
que specialis habendus foret recursus: si id
humiliter petierint: injuncta eis inde pro mo-
do culpe simili penitentia; nec non aliis que
fuerint injungenda, auctoritate prædicta, etiam
absque cujuscumque alterius super hoc requisita li-
centia, absolvere, atque etiam semel (ut præ-
mittitur) in vita quocumque vota peregrina-
tionis, abstinentiæ, & similia, in alia pietatis
opera commutare, etiam si talia sint propter
quæ sedes Apostolica merito foret consulenda.
Et cum eis & eorum quolibet super irregula-
ritate, si quam hujusmodi sententiis aut earum
aliqua ligati, Missas & alia divina officia, non
tamen in contemptum clavium, celebrando,
vel se illis immiscendo, vel alias qualitercum-
que, præterquam in bigamia vel homicidio
voluntario contraxerint, abolendo. Etiam om-
nem inhabilitationis, irregularitatis & infamie
maculam sive notam, per ipsorum quem-
libet præmissorum occasione contradam, ead-
em auctoritate dispensare; ipsosque & eo-
rum quemlibet, ad quascumque dignitates,
etiam Cardinalatus, Patriarchalis, Archiepis-
copalis, Episcopalis, & alias quascumque, nec
non personatus, administrationes, & officia &
beneficia quocumque Ecclesiastica & curam a-
nimarum habentia, que indebite ac minus ca-
nonice, alias tamen colorato titulo, etiam si
per simoniæ labem, non tamen per violentiam
aut prætextu litterarum & instrumentorum fal-
so fabricatorum adepti sunt & possident, ipsis
tamen dignitatibus, beneficiis, officiis, in quo-
rum adeptione labes simoniæ intervenerit, in
suis manibus prædictorum confessorum libere
reignatis rehabilitate, atque eis post re-
habilitationem hujusmodi de novo absque alicujus
juris præjudicio conferre, & de illis providere;
& alias desuper ipsorum statui & inde-
mitatibus consulere, etiam ad alias quascum-
que dignitates (ut præmittitur) & beneficia
illis canonice conferendas aut conferenda re-
habilitando, ac in omnibus & per omnia li-
bere & licite possint & valeant, prout Roma-
nus Pontifex pro tempore in legitima admini-
stratione papatus constitutus, quomodolibet fa-
cere possit. Ita tamen, quod ipsorum singuli
de fructibus per eos ex dignitatibus, persona-
tibus, administrationibus, officiis & beneficiis
hujusmodi indebite perceptis, aliqualem por-
tionem pro fabricis & ornamentis Ecclesiarum,
sem pro aliis usibus juxta voluntatem & dis-
cretionem confessorum prædictorum exponere de-
beant, ac etiam teneantur. Et quibus quidem
absolutionibus, abolitionibus, dispensationibus
& provisionibus, etiam in judicio & extra (ubi
opus fuerit) statim volumus personis incorporatis
& incorporandis prædictis, auctoritate ipsius uni-
versalis Concilii tenore præsentium indulgemus.
Volumus autem, quod confessores ipsi de his,
quibus ratione præmissorum fuerit impendenda
satisfactio, etiam similibus incorporatis prædictis
pro tempore consentibus, per se, si supervi-
xerint, vel per heredes suos, aut alios, si tunc
forte transierint, faciendam injungunt: quam
ipsi absoluti vel heredes aut alii præmissa face-
re & adimplere teneantur, ut præfertur. Et ne
(quod

SEIUSO
XLV.

ANNO CHRISTI 1449.

ANNO CHRISTI 1449.

o Pate in- luum.

(quod absit) aliqui propter huiusmodi gratiam reddantur procliviores ad illicita in posterum committenda, volumus quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliquis vel aliqui incorporatorum prædictorum aliqua forte committeret, quoad illa, remissio eis nullatenus suffragetur: quoniam etiam ad eos qui a nobis recesserunt, & ad dissolutionem seu derogationem auctoritatis præsentis sacri Concilii improbis ausibus machinati sunt, volumus aliquatenus extendi. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostræ concessionis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & universalis Ecclesie se noverit incursum.

Datum Basilee quinto Kalendas Julii anno Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, Apostolica sede vacante.

Nos igitur, ut tu qui ante datam litterarum prædictarum nostræ congregationi incorporatus fuisti, & nobiscum ipsius Ecclesie causis & negotiis prosequendis per sex menses & amplius sollicitis studiis laborasti, litterarum prædictarum pleno gaudeas effectu; & ne eundem effectum super eo quod incorporatus fueris, & per huiusmodi menses nobiscum laboraveris, ut præfertur, cuiusvis hæsitacionis superstiti scrupulus, tempore præcedente te, ut præfertur, incorporatum fuisse, ac per huiusmodi menses nobiscum realiter & veraciter laborasse, harum serie litterarum attestamus, & cunctis notum relinquimus volentes & auctoritate universalis ecclesie decernentes, quod præsentis litteræ ad probandum plene huius rei seu facti existentiam sine certitudinem obique sufficiant, nec ad id probationis alterius administrandum requiratur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ attestacionis, voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & universalis Ecclesie se noverit incursum.

Datum Basilee quinto Kalendas Julii, anno a natiuitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono, Apostolica sede vacante.

DECRETUM QUINQUE CONCLUSIONUM.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, ad perpetuam rei memoriam.

Sollicitudinem generationum Conciliorum, quorum frequens celebratio agri dominici præcipua cultura est, maxime fieri decet ut ueliant & destruant vepres & tribulos errorum, adificentque & plantent sanam doctrinam veritatis, per quam animæ hominum nutriantur in salutem. Quod attendens hæc sancta synodus, volensque errores varios evangelicam veritatem & determinationes Ecclesie pullulantes extinguere, tres catholicæ fidei veritates cordibus omnium Christianorum per solemne decretum sua sessionis firmiter inserebat curavit, cuius decreti tenor talis est: Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, &c. ad perpetuam rei memoriam. Sicut una est Christi Ecclesia, &c. ut habetur in trigesima tertia sessione. His autem se præmissis, providendum insuper

Concil. General. Tom. XXIX.

fuit ut ea rescinderentur sarculo ecclesiasticæ sollicitudinis que in adversum errata sunt. Et potissime dum error in illo deprehenditur qui animabus Christianorum gravius posset afferre nocumentum, alioque ad errandum facilius inducere. Tanta enim nobis cura esse debet conservandæ Christianæ fidei, ut nec in minimo permittatur violari, quam pertinaciter offendentes in aliquo totam offendere sententur, dum doctrinam Ecclesie catholicæ in his que fidei sunt, non sequuntur velut infallibilem regulam, sed iudicium proprium in advertium obduratis animis sequi volunt. Verum præcipue cavendum est, ne is, qui aliorum doctor in via veritatis esse debet, alius in foveam & precipitium erroris abducatur, & potissime talis erroris, qui universalium conciliorum auctoritatem enervet, quorum iudicium summum est in terris in extirpatione errorum & conservatione rectæ fidei. Nec unquam aliquis peritorum dubitavit summum pontificem, in his que fidem concernunt iudicio eorundem Conciliorum universalium esse subiectum. Conquiescat autem Christiana religio in præmissa declaratione catholicæ fidei circa ipsorum conciliorum auctoritatem, explicata in sacra Constantiensis synodo. Et deinceps cum olim Eugenius Papa quartus hanc synodum Basiliensem sine ipsius consensu attentasset prima vice dissolvere, declaratum sibi fuit hoc ipsum præmissæ declarationi repugnare, quodque non poterat dissolvere, aut in alium locum transferre, vel in aliud tempus prorogare generale Concilium universalem Ecclesiam repræsentans, sine consensu ipsius: ac etiam quod hæc erat veritas juris divini, & articulus fidei concernens, que sine interitu salutis negligi non potest. Tandem post longam resistenciam, quam adversus veritatem fecerat, & multiplices admonitiones atque informationes sibi per hanc sanctam synodum factas, dissolutionem ipsam revocavit, illamque declaravit fuisse irritam & inanem, revocans etiam quicquid contra huius sacri Concilii Basiliensis auctoritatem per ipsum aut suo nomine assertum erat. Sicque rursus universa Ecclesia & Christiana religio in hac fidei veritate conquiescit, firmiter credens non posse fieri dissolutionem Concilii sine consensu eius. Spes autem omnium erat, ipsum Dominum Eugenium, attenta maxima adhesionem huic sanctæ synodo per eum solemniter præstita deinceps in unitate fidei cum tota Ecclesia permanere, a qua iterum, proh dolor! se gravius per attentatam secundam dissolutionem huius sacri Concilii sine consensu ipsius separavit. Et cum fuisset iterum admodum ut hoc ipsum revocaret, expectatoque diuturno tempore ut rursus errorem dimitteret, pertinacius in eo permansit, auctoritatem Conciliorum generalium & veritates fidei circa eam declaratas assidue concilians. Quod considerans hæc sancta synodus, & videns se nihil apud eum per admonitiones & expectationem proficere, omnibus Christianis rei huius veritatem manifestare debuit, ne aliquos deinceps in suos errores attrahere possit, qui per igrorantiam laqueos perditionis incurrant, sed potius hunc doctrinæ Ecclesie catholicæ jugiter sequentes faciant rectos gressus suos in acquisitione eternæ salutis, sitque omnium una fides, una societas spiritus in vinculo pacis. Et ut clarius rei series ipsius

supremum

Constantiensis concilii sessiones 4. & 5.

Pius II. scribit non hanc ratione Eugenium vota iussu in Italia concilium haberi.

B

P

inno.

ANNO
CHRISTII
1548.

innotescat; possintque cuncti plenius veritatem ab errore, lumen a tenebris discernere, quinque conclusiones in sua congregatione generali conclusit hæc sancta synodus nono Kalendas Julii proxime præteriti, declarativas eorum quæ adversus duas veritates in decreto supra memorato positas, prælatus Gabriel, dictus tunc Eugenius Papa quartus, attentavit; quarum quidem conclusionum tenor talis est:

Veritatibus duabus prædictis repugnat prima hujus sacri Basileensis Concilii præsentia dissolutio seu translatio, per Eugenium Papam modernum de plenitudine potestatis apostolicæ (ut asserit) attentata.

Veritatibus duabus prædictis repugnantes errores Eugenius Papa modernus post primam præsentiam dissolutionem sive translationem synodali monitus ac jussus sententia, & in forma sibi oblata, judicialiter revocavit.

Veritatibus duabus prædictis repugnans facta hujus Basileensis Concilii præsentia dissolutio sive translatio, per Eugenium modernum citatum super facto reformationis, attentata de plenitudine potestatis, ut asserit, casu quo contra ipsum aut aliquem de suis præsentibus procederetur, inexcusabilem in fide contineret errorem.

Veritatibus duabus prædictis repugnans hujus sacri Concilii Basileensis iterata dissolutio seu translatio præsentia, ipsum modernum Eugenium dissolventem seu transferentem ad revocatum errorem probat iterum esse prolapsum.

Veritatibus duabus prædictis repugnans iterata dissolutio seu translatio, nec non ipsius Eugenii post ejus monitionem synodalem, ut ipsam dissolutionem seu translationem præsentiam (ut præmittitur) factam revocaret, declarataque contumacia, ac in eadem longa persequentia, apertaque sua rebellio, & alterius congregationis in vim præsentis dissolutionis sub nomine Concilii generalis erectio, hoc sacro durante Basileensi Concilio, sunt de ejusdem Eugenii pertinacia evidenter testimonia, quæ clamore acculatoris non indigent.

Quæ quidem omnia deduci voluit hæc sancta synodus in notitiam cunctorum per præsentem, ut evulsis erroribus de agro domini unitas fidei restitueret, & omnibus amplexantibus veritatem, Ecclesia Dei consequatur salutem & pacem, quæ per hujusmodi dissolutiones & impugnationes per prælatum Gabrielem, tunc dictum Eugenium Papam IV. adversus sanctam synodum suscitatas, quamplurima pericula & detrimenta hucusque sustinuisse dignoscitur. Et sicuti in errore suscitata scandala & schismata succreverunt, sic ex agnitione veritatis pax & tranquillitas oriatur, ipsaque Christi Ecclesia, destructis adversitatibus universis, securitate gaudeat & salute. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis & notificationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & universalis Ecclesiæ se noverit incursum.

Datum Basileæ in sessione nostra publica sexto nonis Julii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo nono, apostolica sede vacante.

Bulla Nicolai Papa V. super approbatione actuum & gestorum in Concilio Basileensi.

ANNO
CHRISTII
1549.

Nicolaus Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

UT pacis, qua nihil desiderabilius, in universali Ecclesia amplissime diffundatur & perduret serenitas, & omnium corda, quæ exagitavit & defatigavit divisio, unitas integra ad cujuslibet status & honoris prosperitatem consolidet, libenter secundum nostram & apostolicam auctoritatis plenitudinem magnitudinemque voluntatis, omnia amplectimur, per quæ non solum super præsentibus & futuris, sed & super præteritis, ut illibata permancant, debite provisionis adhibeatur remedium. Cum itaque post crebras variasque conturbationes, quibus multis ab annis sancta Dei subiacuit Ecclesia, causantibus divisionibus quæ inter felices recordationis Eugenium Papam IV. prædecessorem nostrum, & tunc Basileense Concilium viguerunt, hæc in nostro tempore, & ex altissimi Dei providentia ineffabili interpositas, tractatuque oratorum carissimorum in Christo filiorum, Francorum, Angliæ & Renati Sicilia regum, nec non Delphini Viennensis primogeniti Francorum regis illustris, pacem Ecclesiæ redditam videbamus, dum perceptimus venerabilem & carissimum fratrem nostrum Amedeum primum cardinalem episcopum Sabinensem, in nonnullis provinciis apostolicæ sedis legatum vicariumque perpetuum, Felicem Papam V. tunc in sua obedientia nominatum, iuri quod in papatu assererat se habere, ad huiusmodi pacem Ecclesiæ obtinendam, cessisse: eos vero qui Basileæ, postmodum Laufanz, sub nomine generalis Concilii hætenus congregati permanserunt, ordinasse & publicasse nobis tamquam unico ac indubitato summo pontifice obediendum esse a cunctis fidelibus, & præfatam Laufanensem dissolutam congregationem. Desiderantes igitur devoto affectu ea perficere quibus Christi fideles, suppressis & extinctis dissensionum & differentiarum seminariis, communi fruantur concordia, cujuslibet eorum status, honoris, reputationis & quietis stabilitate firmata, quascumque promotiones, electiones, confirmationes, postulationes, admissiones, translationes, commendas, administrationes & provisiones ad quascumque patriarchales, metropolitanas & cathedrales ecclesias, nec non abbatiales dignitates, ac monasteriorum regimina quorumcumque exemptorum & non exemptorum: nec non quascumque collationes, provisiones, & dispositiones quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, regularium & secularium, de jure patronatus etiam laicorum, cum cura vel sine cura, etiam si ecclesiæ parochiales fuerint, aut canonicatus & præbendæ, dignitates majores post pontificales in cathedralibus, vel principales in collegiatis existant, personatusque, perpetue administrationes vel officia, etiam curata vel electiva, in quibuscumque ecclesiis, prioratus conventuales, aut quascumque conditionis, qualitatis vel nature fuerint, etiam alterius generis, quam expressa, patris vel majoris, etiam si ex quavis causa tunc dispositioni apostolicæ specialiter vel generaliter reservata, fuerint litigiosa, aut alias esse.

Basileensis
Concilii
et eius
initium
est: in
Eadem
scriptum.

A. sedes
non papa,
sed cardina-
lis.

Observe Basileensem
tamdem ad Nicolaum
accessisse.

ANNO
CHRISTI
1119.

effecta, vel ad sedem apostolicam quomodolibet devoluta, in vim quorum, seu prætextu collationum, provisionum, reservationum, aut aliarum dispositionum hujusmodi, seu aliquid præmissorum, alias quam ex titulo privationis factarum, præmissarum occasione, divisionum ipsarum ecclesiarum, beneficiorum, dignitatum, officiorum, personatum, administrationum, canonicatum & præbendarum habita seu adepta sit possessio, & possidentur de presenti: admissioes etiam resignationum quorumcumque beneficiorum, dignitatum, ecclesiarum, simpliciter vel ex causa permutationis factarum, auctorizationum & institutionum, pensionum item quarumcumque super quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum fructibus, reservationibus, & assignationibus, cum processibus & fulminationibus inde secutis, nec non uniones, annexiones, incorporationes quarumcumque dignitatum & beneficiorum ecclesiasticorum, secularium & regularium, quibuscumque patriarchalibus, archiepiscopalis, abbatialibus, vel capitularibus mensis, aut monasteriis, conventibus, dignitatibus, canonicatibus & præbendis vel beneficiis, seu ad invicem sub quibuscumque verbis formis, dimembrationes etiam ecclesiasticarum & beneficiorum quorumcumque, ecclesiarum quoque, monasteriorum, studiorumque generalium fundationes, erectiones, suppressiones & subjectiones, & quorumcumque beneficiorum creationes, exemptiones, item revocationes, pallii dationes, consecrationes, benedictiones, personarum de ordine ad ordinem translationes, infuscationes, institutiones, contractuum confirmationes, facultatis testandi concessiones, absolutiones, liberationes, quitantias super quibuscumque debitis ratione decimarum, semidecimarum, indulgentiarum, annatarum, communium & minorum servitorum, vel alias quomodolibet dispensationes tam super iuratis quam natalium & aliarum inhabilitatum defectibus, super incompatilibus in quocumque numero, etiam ad curas parochiales, matrimonii, juramento, ordinibus & voto etiam transmarino, & rebus aliis quibuscumque, nec non absolutiones a quibuscumque excommunicationum, anathematizationum, & aliis censuris ecclesiasticis, interdictionum tam generalium quam specialium relaxationes, ac etiam illarum fulminationes & appositiones juramentorum, etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis, aut alia inhabilitate undecumque processerit, restitutiones etiam ad famam & honores gratiarum, indultorum, indulgentiarum & privilegiorum, quacumque alias concessionem, ac omnia & singula, tam iustitiam quam gratiam concernentia, sive in foro conscientie, aut contentioso, in personis aut locis que tempore concessionum & aliorum præmissorum obediverunt præfato venerabili ac castissimo fratri nostro Amedeo cardinali episcopo, legato & vicario supra dicto, tunc Felici papæ V. nominato, ac congregatis antedictis seu eorum alteri, tam per ipsum tunc Basileense concilium & Amedeum in sua obedientia Felicem V. nuncupatum, quam illos qui in Basileensi & Lautanenli civitatibus sub nomine generalis concilii congregati remanserunt, aut alium seu alios, sua aut alterius eorum auctoritate etiam de latere legatos, delegatos, sive alios quoscumque ab eis vel eo-

Concil. General. Tom. XXIX.

rum altero potestatem habentes conjunctim vel divisim, qualitercumque facta, gesta, concessa, data, indulta, disposita & ordinata, etiam si majora & graviora, aut alterius cultumque nature a præmissis exillant, & specialem requirant expressionem, que volumus & decernimus pro expressis specificè haberi, cum omnibus & singulis inde secutis. Ac etiam omnia & singula per ordinarios in dictis locis facta, pro bono pacis & unionis ecclesie, motu proprio ex certa scientia & de apostolicæ potestatis plenitudine, de consilio & assensu venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium, presentium serie approbamus, ratificamus, & etiam confirmamus, rataque & firma haberi volumus. Nec non potiori pro cautela de personis patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum & abbatum, quibuscumque ecclesiis & monasteriis, quarum & quorum allentii sunt possessiones, & possident de presentibus, nec non de dignitatibus, prioratibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, & præbendis, commendis & beneficiis quibuscumque, etiam sedi apostolicæ specialiter vel generaliter reservatis, devolutis, vel quomodolibet affectis, eorum possessoribus quibuslibet de novo providemus, ac ipsorum omnium fructus, redditus & proventus, nec non emolumenta singula in quibuscumque & ubicumque, etiam extra diocesum, in quibus ecclesia, monasterium, prioratus, dignitas, seu beneficium hujusmodi fuerit, consistentia, ad eorum possessores spectare & pertinere. Et quod ipsi in suarum ecclesiarum, monasteriorum, prioratum, dignitatum & beneficiorum, (prout eorum singulos concernit) possessionibus, pro hujusmodi bono pacis & unionis pacifici remaneant & quieti, decernimus & declaramus, gratis & absque solutione communium vel minorum servitorum, annatarum, aut vacantiarum tam nostræ cameræ, quam venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium collegio faciendæ, nomina & cognomina, valoreque ipsorum beneficiorum & dignitatum, ac non obstantibus ipsorum possessorum pro expressis habentes, constitutionibus & ordinationibus apostolicis non obstantibus quibuscumque. Insuper quascumque obligationes seu debita de & super annatis seu communibus & minutis servitiis juxta curiam nostræ consuetudinem, cæterisque iuribus nobis & sanctæ Romanæ ecclesie cardinalium collegio, cæterisque officialibus debitis, si que deberi dicerentur, occasione quarumcumque metropolitanarum & cathedralium ecclesiarum, monasteriorum, dignitatum, prioratum, etiam conventualium beneficiorum & officiorum hujusmodi, usque ad præsentem diem possessoribus antedictis ex simili scientia remittimus & relaxamus, pariter & donamus: eosque qui hujusmodi debitis obligati essent, ab omni eorum solutione absolvimus & liberamus, & super illis dari quitantias petentibus aut volentibus demandamus in forma plena, debita & opportuna. Fructus etiam illos, quos durante hujusmodi divisione, ex dictis ecclesiis, dignitatibus, beneficiis & officiis perceperunt, etiam nobis & cameræ apostolicæ debiti essent, penitus ipsis & cuilibet ipsorum remittimus de dictæ sedis munificentia liberali; camerario, thesaurario,

ANNO
CHRISTI
1119.

ANNO
CHRISTI
1449.

rio, clericis cameræ, collectoribus & subcol-
lectoribus nostris quibuscumque inhibentes sub
excommunicationis sententia & aliis cen-
suris ecclesiasticis atque pœnis, quas remissio-
ni & inhibitioni nostris huiusmodi contrave-
nientes incurrere volumus ipso facto, ne fru-
stris prædictos occasione præmissa, dicta divi-
sione durante perceptos, & per nos remissos,
ut præteritur, a quoquam quomodolibet exi-
gere seu extorquere præsumant. Dictorum rur-
sus possessorum singulis adversariis super præ-
fatis ecclesiis, monasteriis, prioratibus, dig-
nitatibus, officiis & beneficiis perpetuum si-
lentium imponentes, quascumque promotiones,
impetrationes, concessiones, provisiones,
declarationes & litteras deluper pro ipsis ad-
versariis & aliis quibuscumque, in præjudicium
ipsorum possessorum, vel derogationem huius-
modi per nos confirmatorum, quomodolibet,
etiamsi motu proprio, ex certa scientia
vel plenitudine potestatis, & de venerabilium
fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ
cardinalium consilio & assensu, tam per di-
ctum nostrum prædecessorem, quam nos, sive
alium quemcumque, illius aut nostræ auctorita-
te, sive alia quacumque, factas, datas, con-
cessas & habitas, etiamsi in vim earum ip-
sis aut alicui eorum in re vel ad rem jus
quæsitum foret: nec non diffinitivas & alias
etiam, quæ in rem transierunt judicatam, su-
per ecclesiis & aliis præmissis in Romana cu-
ria, vel alias ubicumque contra dictos posses-
sores promulgatas sententias, & quæcumque
inde secuta, prædictis motu & scientia ac
plenitudine pro bono pacis & unionis prædi-
ctarum cassamus, irritamus & annullamus,
ac cassa, irrita, inane, nullaque & inania
ac viribus vana declaramus & denuntiamus.
Illas vero ex sententiis, quæ pro prædictis
possessoribus super præmissis, ac etiam quæ-
cumque alias sententias & subrogationes, quæ
pro quibusvis personis, partibus se defen-
dentibus, illarum omnium nominibus & co-
guominibus pro expressis habentibus, & quæ
in rem transiverunt judicatam, in Basileensi
seu Lautanensi civitatibus, seu in curia præ-
fati venerabilis ac carissimi fratris nostri A-
medei primi cardinalis, (ut præmittitur) le-
gati vicarii que perpetui, Felicis quinti in
tua obedientia nominati, usque in hodiernum
diem prolata, ac subrogationes pro al-
tero ex colligantibus mutuo se defendenti-
bus factæ sunt, validas & ratas decernentes,
nec non quascumque lites & causas de-
super in nostra curia vel alibi contra ipsos
possessores super prædictis ecclesiis, dignitati-
bus, beneficiis, officiis quomodolibet pen-
dentibus, quorum omnium, etiamsi una vel
duæ seu plures diffinitivæ vel alia sententiæ
prolatae sint, status præsentibus pro expres-
sis habentes ad nos advocamus, & totaliter
extinguimus. Et pro majori omnium & sin-
gularum securitate & roboris validitate, qui-
butcumque personis tam ecclesiasticis quam læ-
cularibus, cuiuscumque dignitatis, status, gra-
dus, ordinis, conditionis vel præminentia
existant, etiamsi cardinalatus, patriarchatus,
archiepiscopali, episcopali, aut alia quacum-
que præfulgeant dignitate, nec non quarum-
cumque tam cathedralium quam collegiatarum
& aliarum ecclesiarum & monasteriorum
capitulibus, collegiis & conventibus, ac singu-
laribus personis earundem, illique vel illis,

ad quem seu ad quos dictarum ecclesiarum
beneficiorum ecclesiasticorum & officiorum e-
lectio, collatio, provisio, presentatio, seu
quævis alia dispositio, communiter vel divi-
sim pertinet, ac huiusmodi possessorum ad-
versariis, quibus per nos ac nostrum prædeces-
sorem seu alium quemcumque factæ sunt con-
cessiones & provisiones de huiusmodi ecclesiis,
beneficiis & officiis possessis, omnibus & sin-
gulis aliis, quorum interest vel intererit, quo-
modolibet in futurum, mandamus expresse
inhibentes, videlicet patriarchis, archiepisco-
pis & episcopis sub suspensionis ab ingressu ec-
clesiæ, minoribus vero personis singularibus
sub excommunicationis, nec non dictorum
possessorum adversariis sub simili excommu-
nicationis ac privationis omnium & singulo-
rum beneficiorum suorum quæ obtinent, &
inhabilitationis ad illa & ad alia in posterum
obtinenda, perpetuæque infamiae; collegiis
vero, capitulis & conventibus sub suspensio-
nis a divinis, pœnis, sententiis & censuris,
quas contrafacientes & rebelles (prout quem-
libet ipsorum concernit) exnunc, prout ex-
tunc, & extunc, prout exnunc incurrere volu-
mus ipso facto, ne ipsi seu eorum alter pu-
blice vel occulte, directe vel indirecte, quovis
quæsito colore vel ingenio, contra declaratio-
nes, concessiones, approbationes, ratificatio-
nes, confirmationes, & alia prædicta vel eo-
rum aliquid in præjudicium, damnum & gra-
vamen dictorum possessorum & derogationem
præmissorum per nos confirmatorum, aut a-
licuius eorum facere, dicere & attentare, seu
ipsi prænominati, ad quos spectat huiusmodi
electio, collatio, provisio, presentatio, seu
quævis alia dispositio, quemquam alium ad
ecclesiasticas dignitates, beneficia & officia,
seu alia præmissa, hætenus sic possessa reci-
pere & admittere, neque possessores huiusmo-
di super præmissis in aliquo vexare, pertur-
bare, molestare, seu inquietare quomodolibet
præsumant, aut præsumat, sed ea omnia &
singula inviolabiliter & sine contradictione
quacumque, quantum in eis est, manteneant
& observent, dictoque possessores in possessio-
ne sua huiusmodi teneant & defendant. Si
quæ etiam (quod absit) per quempiam qua-
cumque etiam auctoritate nostra contra præ-
missa seu eorum aliqua, aut in præjudicium
dictorum possessorum seu alicuius eorum, no-
vitates factæ fuerint seu fierent, illas ac quæ-
cumque inde secuta exnunc prout extunc ha-
bemus & haberi volumus pro infatis. Et ni-
hilo minus contravenientes & rebelles huius-
modi, sive patriarchæ, archiepiscopi, aut e-
piscopi fuerint, ab ingressu ecclesiæ, minores
vero personas singulares excommunicatos, nec
non dictos advertarios & eis auxilium dantes,
ultra excommunicationis pœnam, beneficiis
& officiis suis privatos, inhabiles & infames,
capitula vero, collegia & conventus, a divi-
nis suspensos per quemlibet ordinarium loci,
aut alterum in dignitate constitutum, sive ca-
nonicum alicuius ecclesiæ cathedralis, per
quemcumque ex huiusmodi possessoribus eli-
gendum & requirendum, seu executionem dan-
dum super huiusmodi nostra voluntate in Ro-
mana curia sive extra, declarari et denuntiar
volumus et mandamus. Super quibus omnibus
et singulis, ipsis et eorum quilibet auctoritate
apostolica damus atque concedimus facultatem,
receptis in præmissis omnibus et singulis capitulis
ci ap-

ANNO
CHRISTI
1449.

ANNO
CHRISTI
1449.

& appellationibus quibuscumque, in præjudicium præmissorum interpositis seu interponendis, quas tamquam frivolas & inanes cum inde secutus & secutus extunc, prout exnunc, & exnunc, prout extunc cassamus, irritamus, annullamus, & pro infectis haberi volumus: vicecancellario & quibusvis alijs officialibus nostris expresse inhibentes, ne ad cuiusvis instantiam super causis præsentarum appellationum huiusmodi, aut alias via simplicia querelæ seu restitutionis in integrum aliquam commisionem signare, sive rescriptum etiam extra Romanam curiam concedere, nec auditores causarum palatii nostri, sive ordinarii loci, aut quicumque alii commisiones sive rescripta huiusmodi recipere, seu causas desuper motas & movendas audire præsumant, seu attentent. Adjicientes, quod si ullo unquam tempore apparet, de aliqua concessione seu declaratione per nos aut nostras seu didi prædecessoris litteras, quas cumque clausulas, etiam derogatorias, generales vel speciales sub quacumque verborum forma in se continentes, licet in illis dicatur, non obstantibus clausulis dicentibus quod illis non derogetur, nisi de eis specialis mentio fiat, aut quod de verbo ad verbum, & cum toto tenore illarum inferi debeat, facta seu fienda, per quam dictos possessores seu eorum aliquem in huiusmodi suorum beneficiorum possessione seu alias turbari, vexari, molestari, seu inquietari, aut contra huiusmodi nostras concessiones, provisiones, & alia per nos approbata fieri atque contraveniri possit, etiam motu proprio, ex certa scientia, sive de plenitudine potestatis, & de ipsorum venerabilium fratrum nostrorum cardinalium consilio & assensu emanarent, seu emanassent, tales declarationes aut concessiones pro bono pacis & unionis ecclesiæ, nullatenus effectum sortiri, sed pro infectis exnunc, prout extunc haberi volumus. Verum si in obedientia prædictorum tunc nuncupati Felicis, & illorum qui Basileæ & Lauzanæ sub nomine generalis concilii tunc permanserunt, duo vel plures super uno vel pluribus beneficiis litigarent, possessio non possidenti non afferat præjudicium, sed cuilibet jus suum tempore salvum conservetur, ac etiam unicuique

A maneat jus quod ante huiusmodi divisionem sibi quæsitum erat. Et si fuerint aliquæ ecclesiæ seu beneficia, quarum seu quorum caput in una obedientia, & membra in altera exillant, membra reducantur ad caput. Salvo tamen, quod membrum obtinens in illius remaneat possessione, si jus eidem competebat ante huiusmodi divisionem. Cæterum quia difficile foret præsentibus litteras ad singula in quibus eis forsitan fides facienda fuerit, loca deterre, dicta auctoritate apostolica decernimus, quod illarum transumptio manu publica & sigillo alicujus episcopi, aut illius vicarii, seu curiæ aut superioris ecclesiastici signato & munito, perinde ac si originales litteræ huiusmodi exhiberentur, fides plenaria adhibeatur, & stetur. Mandantes nihilo minus litteras in simili forma pro quibuscumque particularibus personis eas petentibus & habere volentibus, illorum nominibus & cognominibus specificè expressis, cum designatione ecclesiæ, dignitatis, beneficii sive beneficiorum, aliarumque concessionum superiorum designatarum, in cancellaria nostra, & alibi gratis & sine solutione alicujus taxæ, salvo moderato salario scriptorum, expediri, & irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel igneranter contigerit attentari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, ratificationis, confirmationis, provisionis, decreti, voluntatis, impositionis, cassationis, remissionis, relaxationis, donationis, absolutionis, liberationis, inhibitionis, impositionis, irritationis, annulationis, declarationis, denuntiationis, advocacionis, extinctionis, voluntatis, mandati, dationis, concessionis, adjectionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

ANNO
CHRISTI
1449.

Datum Spoleti anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo quadragésimo nono, decimo quarto Kalendas Julii, Pontificatus nostri anno tertio.

P. de Nuxeto, Marcellus de Curia. Registrata in camera Apostolici consilii.

ANNO
CHRISTI
1449.
In Bibliotheca Facultatis Artium Universitatis Colonensis.
Numeros addidimus ad facilitatem eorumdem in posterum citationum.

EPISTOLÆ ET RESPONSIONES SYNODALES SACRI GENERALIS CONCILII BASILEENSIS.

ANNO
CHRISTI
1449.

I.

Epistola synodalis de convocacione
Bohemorum ad concilium.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, universis viris ecclesiasticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemia, unitatem & pacem in Christo Jesu Domino nostro.

Compulit nos charitas Christi egredi de terra nostra & cognatione nostra, & venire ad locum, quem ostendit nobis Dominus pro pace ecclesiæ & salute populi Christiani. Et quid mirum quod pro Christo in terra aliena peregrinari decrevimus, cum ipse Dominus noster pro nobis durissimam usque ad mortem Crucis peregrinationem pati dignatus

sit? Si Deus ita dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret; & nos merito ita ipsum diligere debemus, ut pro ovibus suis, si oporteat, animas nostras libenter exponamus. Quod quidem, quantum divina gratia nos inspiravit, erga omnes prompto animo facte parati sumus: & ob hoc ex omni natione ad sacrum generale concilium huc convenimus, ut expulsis de populo Christiano erroribus, sedatis bellis, & extinctis vitiorum illecebris, fidei unitas, animorum concordia, & sanctorum morum disciplina ubique serventur; & ipsa mater ecclesia toto orbe terrarum diffusa in pace sanctorum & unitate refloreat. Et quamquam plurima in hoc sacro concilio immineant, quibus necessario providendum est: nihil tamen ante oculos nostros tam sedulo versatur, quam ut vos in eadem unitate nobiscum jungamini. Si sciretis quanto affectu salutem & pacem vestram optamus, si cor-

ANNO
CHRISTI
1131.

corda nostra charitate erga vos ardentia intuerimini; omnis omnibus, sine mora huc properaretis vos in ulnas nostras: confidentes quod a nobis, qui vos propter Christum ut nosmetipsos amamus, requiem animabus vestris invenire possitis. Et forsitan dissidium nostrum aliquamdiu in ecclesia Deus permisit, ut per experientiam cognoscentes quanta mala ex divisione fraterna oriuntur, postea alter alterum perfectius diligamus: & unitas, qua nihil inter homines reperitur melius, cautius deinceps custodiat. Jesus Christus oravit, ut non solum Apostoli, sed omnes qui per verbum eorum credituri erant, unum essent, sicut ipsi sunt unum Pater & Filius: & in hoc dixit cognosci discipulos suos, si dilectionem invicem haberent. Si cupimus Christo placere si ejus discipuli esse & videri volumus, laboremus pro viribus, ut animum sumus; dilectionemque & concordiam, sicut Christi fideles decet, invicem habeamus. Ostendamus secundum primitias ecclesie multitudinis credentium, ut sit cor unum & anima una: sicut unus est nobis Deus, una fides, & unus baptisimus, ita nos ejusdem Patris filii sumus unanimes, & habitare unius moris nos dignos faciat in domo sua. Quam bonum & quam jucundum tunc erit, cum in eadem sancte matris Ecclesie domo concorditer habitabunt fratres in unum? Quanta letitia erit in caelis, si vos, qui aliquamdiu a nobis divisi fuistis, iterum in charitate & unitate nobiscum reconciliemini. Ecce Spiritus sanctus ex omni natione congregat fratres; ut sicut ipse charitas est, ita in charitate vivat, & juxta promissionem Christi omnem doceant veritatem quae ad salutem est necessaria. Scimus quia nosster celestis Paterfamilias bonum fidei semen in terra nostra seminaverat, sed venit inimicus homo, & superfeminavit zizanas. Putamus multum boni seminis adhuc superest, nec radicem omnino aruisse. Speramus adhuc terram esse idoneam ad fructificandum in domo Domini, dummodo patiamini infundi rorem Spiritus Sancti, qui illam fecundet, & herbas noxias exurat. Credimus admodum vobis molestum fore, tot strages, incendia, depopulationes, & infinita mala conspiceret, quae ex hujusmodi dissidio quotidie contingunt; vosque optare pacem patriae ac quietem, & ut tandem fides catholica ubique terrarum debite colatur. His nunquam melius provideri potest, quam in hoc sacro concilio, ubi universalis convenit ecclesia. Hic quidquid pertinet ad fidei veritatem, quidquid ad pacem & concordiam, quidquid ad vitae puritatem & divinatorum mandatorum observantiam, omni cum diligentia & libertate tractabitur. Licet libere omnibus exponere, quidquid Christianae religioni expedire iudicaverit: licet consulere & procurare remedia. Aderit plane Spiritus sanctus, in cujus nomine congregata est haec sancta synodus. Ipse erit dux & rector concilii, perfecte illuminaturus corda hominum, ut viam ambulent veritatis & pacis. Fiduciam in Christo habemus, quod si huc puro corde & bona intentione accesseritis, procul dubio laeti & consolati in patriam redibitis, genti vestrae pacem: quietem gratiamque Dei & hominum vobiscum deferentes. Audivimus quod saepe conquesti estis non esse vobis traditam, qualem voluissetis, liberam audientiam. Jam cessabit omnis querelae

occasio: ecce jam locus & facultas plene audientiae praebetur: jam invitamini: non coram paucis, sed universaliter audiemini, quantumlibet audiri volueritis. Ipse Spiritus sanctus adstabit medius iudex & arbiter, quid in ecclesia tenendum & agendum sit. Erimus simul in oratione perseverantes, & tamdiu & tam ferventer tuam pietatem gemitibus, jeuniis, precibus, obsecrationibus, ac sanctis operibus interpellabimus, usquequo ipse charitatis auctor & veritatis doctor corda universi populi illustrabit ad cognoscendam amplectendamque veritatem & unitatis semitam. Ob hoc potissime in ecclesia Spiritus sanctus introduxit concilia, ut, si qua circa fidem inter Christianos dissensio orta fuerit, omnibus in unum convenientibus per invocationem nominis sui veritas evidenter appareat. Saepenumero in Christiana religione pullularunt errores, opiniones & schismata; sed interventu ipsorum conciliorum Spiritus sanctus illa procul effugavit & penitus extinxit. Si veritatem fidei diligitis, si pacem optatis, si honor Christi penitus vobis curae est, jam re ipsa ostendite: nullo unquam loco vel tempore efficacius & accommodosius quam hic est modo, ista omnia fieri possunt. Proinde vos ex toto corde & tota anima per ipsum Spiritum sanctum hortamur, rogamus, & obsecramus, ut postquam ostium ad tale ac tantum bonum apertum videbitis, non differatis introire, & ad hoc sacrosanctum concilium in nomine Jesu Christi confidenter accedere, ut unanimiter audiamus verbum hoc quod Spiritus sanctus in ecclesia Dei facturus est. Et licet hunc locum securum & liberum omnibus venientibus statuimus; ne tamen aliqua forsitan occasione retrahi possitis, nos paratos offerimus plenum ac sufficientem salvoconductum veniendi, standi, & redeundi, iis quos destinare volueritis, nomine universalis ecclesiae concedere, ac omnia facere quae pro tutela & securitate ipsorum expedire videbuntur. Rogamus autem vos, ut viros tales mittatis, super quos Spiritus Domini requiescere speretur, mitis videlicet, timoratos, humiles corde, pacem optantes, & non quae sua sunt querentes, sed quae Jesu Christi: qui nobis & vobis & toti populo Christiano hic pacem & in futuro saeculo vitam aeternam donare dignetur, qui vivit benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Datum Basileae, die decimaquinta mensis Octobris, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo, indictione decima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Eugenii divina providentia Papae quarti anno primo.

ANNO
CHRISTI
1131.pro accom-
modatus.

ANNO
CHRISTII
1431.

II.

Quod patres intendunt manere in Basilea, & quod non credatur litteris aut mandatis in contrarium.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, universis Christi fidelibus salutem & Omnipotentis Dei benedictionem.

Zelus domus Dei, quæ est Ecclesia, extra quam non est salus, nos invitat atque charitative compellit, adversus hæretes vastatissimè tunicæ inconfutis Christi, quæ fides est Orthodoxa, viriliter insurgere: & non minus perveris moribus, quibus, proh dolor!, infectus est Populus Christianus, & in dies in omni statu amplius inficitur, salubriter obviare, necnon bellicis cladibus pæne ubique terrarum fidem populum destruentibus, & quasi ad nullitatem miserabiliter perducentibus, quantum vires nostræ gratia divina adiutæ valuerint, finem ac remedia opportuna adhibere: pro quibus causis evidenter necessariis & maxime arduis hic in Spiritu Sancto convenimus, tam generalem Conciliorum Conlantiensis & Senensis, quam expressis mandatis felicis recordationis Domini Martini Papæ quinti, necnon & sanctissimi Domini nostri moderni Eugenii quarti auctoritatibus expressis, & specialibus repetitis mandatis, reverendissimo in Christo patri domino Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolicæ sedis legato, atque hujus sacri Concilii præfidenti. Verum antiquus humani generis hostis, insidias more suo parare volens, tot tantisque bonis quæ ex hoc sacro Concilio provenire sperantur, famam (ut audivimus) per diversa loca diffundere conatur, quod hæc sacrosancta synodus Christianæ religioni tam utilis & necessaria dissolvi aut prorogari, vel in aliquem alium locum transferri debeat. Ex quo cum verisimiliter timeamus nonnullos huiusmodi rumoribus a sancto eorum proposito hinc forsitan veniendi retrahendos, ideo tenore præsentium significamus nos omnino decrevisse in hoc sacro Concilio firmiter permanere: & accedente gratia Spiritus Sancti diligentissime laborare ad prædicta sancta opera, quæ inchoavimus perficienda: nec ulla ex causa vel occasione hinc recedere; antequam aliquod efficax remedium circa prædicta adhibitum fuerit; cum evidenter constare possit ex dissolutione hujus sacri Concilii scutura fidei catholice, status ecclesiastici & totius Christianæ religionis ruina. Speramus. & pro certo tenemus, attenta integritatis vitæ, & sanctitatis vitæ fama, qua hucuique nunc vixit sanctissimus dominus noster Eugenius Papa quartus, ipsum omnem favorem & auxilium daturum ad conservandum hoc sacrum Concilium, quod auctoritate præcedentium conciliorum, & sui antecessoris & ipsius inchoatum ac stabilitum existit: nec quisquam aliquo modo credat quibuscumque personis aut litteris aliud asserentibus. Et ob hanc rem mentem nostram plenius explicandam, jam nostros solemnes deputavimus ad suam sanctitatem Ambasiatores. Et si quid in contrarium aliquo modo fuisset vobis insinuatum, aut insinuari contingeret, id omni ve-

Hic Jul. auct. postea relictus Basileensis Eugenio adhæsit cum multis aliis.

Artrate carere credatis. Nec verisimile est bene informatus dominus apostolicus Jezu Christi, ad quem principaliter pertinet extirpare hæretes, reformare mores corruptos, & procurare pacem in populo Christiano, aliquo modo cogitaret dissolvere hoc sacrum Concilium, præsertim contra decreta Concilii Conlantiensis, per prædecessorem suum & eundem approbata, & a tantis solemnibus viris mature digesta, quo efficacius remedium ad hæc facienda repetiri non potest: ex cuius dissolutione certitudinaliter sequerentur hæretum, deformitatum, ac gueritarum & odium induratio, ac etiam multiplicatio. Nostræ quippe professionis est nos exponere adversus tam eminentia pericula, potissime tunc temporis quo ad dictam nostram sanctam synodum speramus Bohemis advenire, & in sacra fidei catholice unione nobiscum redect. Nam nostras litteras, quibus ad idem eodem monebamus salubriter & charitative, honeste ac reverente susceptas intelleximus. Cæterum pax & concordia regum, principum ac communium, quibus super iis litteras nostras direximus, per hoc præsens sacrum Concilium efficienda speratur: præcipue pax regni Franche, pro qua reverendissimo in Christo patri domino cardinali sanctæ Crucis, apostolicæ sedis legato in Francia, die noctuque ad huc residenti & laboranti, nostras litteras & nuntios speciales transmissimus. Qui quidem dominus cardinalis locum conventionis assignandæ partibus nobis notificandum retulit, quatenus una cum eodem ad tam sanctum opus concurrere efficaciter valeamus; propter quæ saluberrima opera Spiritus Sancti, qui huius sacri Concilii cultus est & protector, adjuvante gratia perficienda, hic de omni regione convenimus: atque in publica sessione nostra, die prima Decembris, in majori huius civitatis Ecclesia celebrata, per nostra decreta hic tandem permanere congregati statuimus, quousque præfati necessarii utique ac plurimi fructuosi effectus vovos fines sortiantur: quod fixe & inflexibiliter perficere, ut præsentibus intendimus. Eapropter devoti viri, in Christo sincere dilecti, vos in Domino obsecramus pro hanc sacre synodi salubri directione devotius exorare, proque huiusmodi felici successu divinam clementiam humiliter implorare: necnon & si quæ litteræ, schedulæ, scripta, mandata, quocumque nomine censeantur, a quibus personis inveneritis, aut receperitis, nostræ hinc sanctæ intentioni obstantia, aut saluberrimos effectus præfatos quoquo modo impediencia, nobis indilate transmittere curetis: nec eisdem adhærere, aut a sinceritate quam nostræ congregationi geritis, ullatenus recedere velitis, quocumque colore per quoscumque prætexto. Reverendos autem Patres dominos præfatos & ceteros qui de jure vel consuetudine ad sacram generalem synodum veniunt, admonemus & mandamus sub penis juris ac sub debito juramenti, quatenus celeritè ad nostram congregationem accedant in propria persona: aut, si fuerint corporali impedimento detenti, honorabiles & doctos viros de suis ecclesiis bene instructos destinare non omitant: Sic autem facientes, Christo, cuius causam gerimus, maxime placebitis: Ecclesie suæ sanctæ, immo & toti Christianitati dignum famulatum præbebitis.

ANNO
CHRISTII
1431.

vos

ANNO
CHRISTI
1431.
a Foris & me-
diationem.
H.

vos vere fideles Dei honorem Ecclesie sue meliorationem volentis & affertantis monstrabit, atque gratiam in presenti & gloriam in futuro possidebitis, quam conferre dignetur presentis synodo presentialiter assistens Spiritus Sanctus.

Datum Basilee vigesimaprima Januarii, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, pontificatus dicti domini Eugenii Papae IV. anno primo, sub sigillo reverendi in Christo patris domini Philiberti Episcopi Constantiensis, provincie Rothomagensis. De mandato dictae synodi v. Sapientiae.

III.

RESPONSIO SYNODALIS DE auctoritate cujuslibet concilii generalis supra papam, & quoslibet fideles, quodque sine ejus consensu non potuit dissolvere Concilium Basileense Dominus Eugenius Papa IV.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem Ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.

Cogitanti huic sacrae generali synodo, in Spiritu Sancto legitime congregatae, quid vobis venerabilibus Joanni & Andreae Tarentinensi & Colossensi Archiepiscopis, ac Berrando Episcopo Magalonensi, nec non dilecto ecclesiae filio Antonio de sancto Vito, palatii apostolici causarum auditori, oratoribus sanctissimi domini Eugenii Papae IV. pro iis quae suo nomine bis exposuistis, responsura sit, duo ipse Spiritus Sanctus persuadet. Primum, ut, secundum Apostolum, non in sublimitate sermonis & doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus loquatur: deinde, ut summum pontificem & vos & quoscumque huic sacro Concilio adstantes sub iis verbis apostolicis admoneat, quibus beatus Paulus ad Ephesios usus est: Nolite inquit, contristare Spiritum Sanctum. Utinam non a tristitia dicendi exordium assumere possemus, & ab ea praesertim quae in Spiritum Sanctum committi dicitur. Duobus modis sacri Doctores exponunt Spiritum Sanctum contristari, vel cum boni dono Spiritus Sancti & propter charitatem contristantur de his quae non recte faciunt: vel cum Spiritus Sanctus ab homine non recte faciente repellitur more humano, sicut enim homo de domo pulsus tristis recedit, ita Spiritus Sanctus propter non recte facta hominum deserit eos, & ab his recedit, non ipse tristis, sed tristis dimittens quos deserit. Connectendo in vicem utramque expositionem, obsecrat haec sancta synodus cum omni mansuetudine, lenitate & modestia summum pontificem, & vos ejus oratores, ne Spiritum Sanctum contristare velitis; tum propter nos ipsos Concilium celebrantes, ne tristitiam meroremque patiamus, intuentes ipsum non recte agere, dum dissipare & evertere conatur hanc sanctam universalem synodum, pro salute populi christiani congregatam: tum etiam propter ipsum Dominum Eugenium, vosque & alios Concilium impugnantes ne sic agendo Spiritum Sanctum e vobis repellatis. Ipse enim habitare non consuevit cum his, qui operibus adversantur charitatis. Inter nostram autem & vestram tristitiam hoc refert,

A sicut inter praesentem & futuram, meritariamque & pena dignam. Nos enim vehementer illa sentimus zelo domus Dei incensi. Gravissime quidem contristata est haec sancta synodus, tanta dolore cordis intrinsecus, cum amaritudine & fletu volens congregare filios suos, sicut gallina pullos sub alis suis, & non permittitur: volens Fidei & Ecclesiae periclitanti succurrere, & prohibetur. Et, quod causa majoris doloris est, ab eo prohibetur qui omnem animi conatum & studium ad tam sanctum & necessarium opus more praedecessorum suorum convertere deberet. Ipse autem summus pontifex, vosque & alii Concilio contradicentes, tristitiam nunc non sentitis, nec animadvertitis quantum scandalum ac perturbationis in Ecclesia sic agendo seminatis: sed eo periculosior ac majori compassione dignus hic morbus est, quo non sentitur, sentitis autem postea, dum scandala nata esse videritis, & cum apud illud terribile Christi tribunal stabit, de singulis utque ad minimum quadrantem rationem reddituri. Sed hoc nos in angustiis & tribulationibus consolatur, quod hujusmodi tristitia in gaudium atque praemium domini nobis converteretur; adversantibus autem, ad iudicium: quod utinam per condignam poenitentiam in misericordiam commutetur, quemadmodum optamus ac oramus pro vobis, & pro omnibus nos persequentibus & calumniantibus. Si David videns praevicantes & non custodientes testimonia Domini, tabescebat: si Christus Dominus super unam civitatem ruinam lacrymatus est, quanto dolore affici debet Mater Ecclesia, videns per adversantes Concilio tot populorum salutem impediri? Quis eas animas numerare posset, quas fatuas errorum atque haereseum laqueis in plerisque mundi partibus alligatas tenet, quaque alligatus est contagione pestifera, nisi celeriter per hoc sacrum Concilium provideatur? Quae autem Christianitatis portiuncula est, quae domestico, civili, crudelique bello, & exitiali odio non agitur, adeo quidem ut atrocios Christianus quam Saracenus? Quid attinet ultra ad dicendum, cum omnis & ecclesiasticae & christianae vitae disciplina ubique pene extincta videatur? Haec omnia spes erat & expectatio gentium, per hoc sacrum Concilium posse reparari: & iacta fundamenta jam erant, ita ut Populus Christianus hac spe respirare videretur. Tam sancta igitur & necessaria opera si perturbari videamus nonne maximo dolore contristari nos oportet, praesertim cum ab eo perturbatio haec veniat qui primus pro suo officio ad succurrendum esse deberet? Quis Catholicus haec audiens se a lacrymis temperet? Quis ille est, cuius viscera ad compassionem moveri non debeant? Merito ergo summum pontificem exoramus, ne Spiritum Sanctum contristare velit. Quam formidabile sit in Spiritum Sanctum delinquere hinc cognoscite, quod, cum caetera peccata vel in Patrem vel in Filium commissa remittantur, solum peccatum in Spiritum Sanctum, Veritas attestatur, nec in hoc nec in alio saeculo remittendum. Quid magis in Spiritum Sanctum committitur, quam perturbare sacra concilia quae Spiritu Sancto diriguntur, cuius existentia extirpantur haereses, eliminantur schismata, damnantur errores, discordia in pacem vertitur, vitia ad mores sanctos commutantur? Quid boni ac sancti est in Ecclesia Dei

ANNO
CHRISTI
1431.

1. Cor. 1.

1. Eph. 4.

ANNO
CHRISTI
1431.ANNO
CHRISTI
1431.

sive ad fidem sive ad mores, sive ad genera-
lem ecclesiam statum spectet, quod ex ipsorum
conciliorum saluberrima doctrina non fluxerit?
Merito igitur tam grave peccatum tam gra-
vem meretur poenam, præsertim cum non in
unam personam aut gentem, sed in omnes
homines & populos præsentis & futuros, &
in totum Christi mysticum corpus perpetratur.
Si scandalizanti unum de pusillis minimis ec-
clesiæ tem terribile iudicium minatur Deus
quid putatis illi fieri qui universalem scanda-
lizat ecclesiam? Quo majori loco quis positus
est, & major cura sibi commissa, eo tran-
sgressio damnabilior. Sanguis omnium pereun-
tium propter hæreses, bella, & morum de-
formitatem, ab ejus manibus exigeret, qui
impedimento est ne illa tollantur. Sed & hoc
auget tristitiam nostram, quod is qui percutit
aut se percutere non recognoscit, aut dissimulat.
Quis non turbetur, si percussor percusso
dicat: Cur me cædis; cum potius ad percus-
sum id dicere pertineret? Venitis ad nos, &
sub specie virtutis exhortando propositis: *Non
fit schisma in corpore.* Sandum est hoc ver-
bum, & omni acceptione dignum, sed rectius
factum esset, si ad eum qui vos misit hujus-
modi sermonem seriatim exposuissetis. Saltem,
quod ab eo recedentes non fecistis, facite ad
eum redeuntes. Et enim permaxime opus
fit ut dicatis: *Non fit schisma in corpore.* Nos
enim nihil aliud quaesivimus nec quaerimus:
hoc cupimus, hoc oramus. Et ne fit schisma
in corpore, quam pie, quam supplexiter per
diversos oratores suam sanctitatem exoravi-
mus, ut, sicut catholicum pontificem decet,
velit ecclesiæ catholicæ se conjungere quam
hoc sacrum concilium repræsentat. Quoties
deprecati sumus ne sanctam synodum pertur-
bet ac persequatur? quoties supplicavimus ne
intolerabilium scandalorum, quæ suus dis-
solutionis prætextus conatus parturire potest,
velit esse occasio? Dicite nobis: Si duo ad
certum tempus vel ad aliquod complendum
opus societatem iniissent, & alter eorum an-
te tempus vel operis finem velit societatem
dimittere, alter autem usque ad finem tem-
poris vel operis perdurare, quis horum cen-
sendus est societatis scissor ac divisor? Si duo-
bus servis mandat dominus ut laboratum in
agrum vadant usque ad fructuum tempus, &
alter in via retrocedit, alius autem in agro
laborans usque ad messem perseveret, quis
eorum alter alterum deserere, & quis domini
mandatis obtemperare dicendus est? Et si re-
cedens perseveranti dicat: Recede & tu, ne
fit divisio inter nos, an debet ille recedere,
& potius conservo quam domino parere? Ne-
mo est tam hebetis sensus qui ista non diju-
dicet? Videamus ergo, si placet, quis scin-
dit societatem aut fraternitatem ecclesiæ? quis
ab alio se dividit? quis sanctæ matris eccle-
siæ mandata contemnit? Convenit universalis
ecclesiæ mysticum Christi corpus in celeberrimo
Constantiensi concilio, ubi Spiritu sancto
dicente unanimi consensu pro generali
statu ecclesiæ conservando definitum est ut
deinceps concilia certo tempore celebrentur &
modo, ad colendum agrum dominicum, &
inde evellendum vepres, spinas & tribulos hæ-
resum, errorum, & schismatum & excessus,
corrigenendum, & deformata reformandum.
Hujus statuti vigore felicis recordationis do-
minus Martinus papa V. per litteras apostoli-
cas locum proximi concilii ordinavit sub his
verbis: Ad perpetuam rei memoriam. Cupientes & volentes decreto hujusmodi genera-
lis concilii Constantiensis satisfacere, inter
alia disponenti quod omnino generalia concilia
celebrentur in loco quem summus pontifex
per mensem ante hanc huius concilii, ap-
probante & consentiente concilio, deputare &
assignare teneatur, pro loco dicti proximi ce-
lebrandi concilii, eodem consentiente & ap-
probante concilio, civitatem Papiensem tene-
re præsentium deputamus. Postea ceptum est
celebrari concilium Papiense, quod de con-
sensu concilii translatum est ad civitatem Se-
nensem, & ibi consentiente & approbante
concilio per nuntios apostolicos electa est hæc
civitas Basileensis pro loco proximi tunc se-
quentis concilii in septennium celebrandi. Ad-
venit septennii tempus, congregatur hic con-
cilium, non solum juxta decreta duorum ge-
neralium conciliorum, sed accedente expresso
consensu ipsius Martini, & moderni domini
Eugenii, destinantium ad hoc legatum suum.
Ecce iussu Spiritus sancti universale concilium
legitime congregatum est ad colendum agrum
dominicum. Adest a principio summus pontifex
per legatum suum, postea ante finitum
tempus, & opere non completo, recedit,
deseritque laborantes in agro domini. Nunc
igitur qui habet oculos videat quis divisio-
nem, scissuram, rixam, contentionem, novi-
tatem ac scandalum faciat, quæ omnia ex
schismate provenire commemorastis. Numquid
nos propria auctoritate huc venimus? Si ec-
clesia bis congregata in duobus conciliis, si
duo Romani pontifices ita statuerunt, si id
agimus quod ipse Spiritus sanctus per orga-
num ecclesiæ decrevit, cur nobis dicitur: *Non
fit schisma in corpore?* Cum Christus dixisset:
*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, &
biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in
vobis: multi ex discipulis audientes dixerunt:
Durus est hic sermo, & murmurante scandali-
zati sunt. & retro abierunt.* Et cum Jesus di-
ceret duodecim discipulis: *Numquid & vos
vultis abire?* Respondit ei Simon Petrus: *Do-
mine, ad quem ibimus? verba vitæ æterna ha-
bes.* Quis horum se divisit? an recedentes an
remanentes cum eo a quo vocati fuerant?
Sed ad viciniora veniamus exempla. Olim pa-
pa Joannes vigesimustertius, congregato Con-
stantiensi concilio, inde recessit, dans suo re-
cessu, quantum in eo erat, occasionem dis-
solutionis prætextus. Numquid qui Constantiæ
remanerunt usque in finem dicendi sunt tem-
erarii & præsumptuosi? Numquid ut seque-
rentur Joannem, dicendum eis fuisset: *Rece-
dite hinc, ne fit schisma in corpore?* An po-
tius finaliter pronuntiatum fuit recessum suum
fuisse illicitum & scandalosum? Et quis non
videat plus esse expresse conari dissolvere,
quam solum corporaliter ex concilio discede-
re? Igitur si hic pronuntiatum sit hujusmodi
dissolutionem non valuisse, nihil novi factum
est. Qui usque ad finem Constantiæ perseve-
raverunt, ab omnibus commendati & laudati
sunt. Sic speramus in domino contingere eis
qui hic constanter perseveraverunt. Desinite igitur
propter sanctam perseverantiam nostram
calumniari nos, & dicere: *Non fit schisma in
corpore: quasi, nisi hinc recesserimus, schisma
fiet in corpore.* Nos potius speramus,
quod quemadmodum per alia concilia salu-
Q
bi-

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.Locus ab-
solutus.

briter provisa est ecclesiam variis calamitatibus afflicta, ita & per hoc, Deo concedente, providetur. Sed dicitis: Si manseritis hic, venient scandala: dolemus & contristamur, & propterea ipsum obsecramus, ne Spiritum sanctum contristet, nec sit causa scandalorum: quia etiam necesse est, ut ait Veritas, *omniv scandalum, ut tamen illi per quem scandalum venit.* Is qui hujus est auctor scandali, cum unico verbo id tollere possit, cur differt? in manu sua est: sine ulla difficultate potest. Non opus est congregare pecunias, exercitus, aut naves, quemadmodum si Jerusalem (ut asseritis) recuperare velit. Revocet praesentem dissolutionem, & sublata est omne scandalum. Reddet una & sibi & ecclesiae pacem. Nec pudet aut quovis humano respectu ab hoc retrahatur, quoniam Romanus pontifex cum videt sibi aliquid falso suggestum, aut quod tendat ad noxam se fecisse cognoscit, statim revocare consuevit, quatinus plurimum gloriae & honoris sibi accedit. Omnes enim intelligunt plus sibi esse curam ecclesiasticam pacem quam propriam voluntatem. Narratis plurimas haereses a principio nascentis ecclesiae usque in hodiernum diem exortas, & per sanctos patres & concilia fuisse sublatas: verum id esse fatemur. Et cum peculiare sit & proprium conciliorum privilegium extirpandi haereses, & a Spiritu sancto inditum, nullatenus ea impediri sed foveri oportet. Si ecclesiasticos annales relegamus, vix ullam haeresim, nisi per concilia, sublata invenimus. Merito igitur cavendum est ne tam leviter dissolvatur, quod tantum Christianitati profectum facere consuevit. Dicitis duo genera esse hominum qui fidei catholicae maxime adversantur, Graecos & Haereticos, de quibus provideri oportet. Fatemur his duabus gentibus reconciliandis intendendum fore, & haec sunt studia nostra. Nec putetis Graecorum nos esse obliros, sed cogitantes per litteras & nuntios huc eos advocare. Postea id hanc sententiam venimus, summo pontifici deferre, ipsumque rogare, ut solemniter oratores ad eos mitteret, quatenus hanc reconciliationis causa accederent, daretque omnem operam ad hoc sanctum negotium. Ista per nuntios nostros dilectos ecclesiae filios, primo magistrum Joannem Palcripatris, deinde Jacobum de Sirck scholasticum Treverensem, & Thomam Fiume officialem Parisiensem, summo sanctitati munitimus. Detulimus etiam summo sanctitati pro honore sanctae sedis apostolicae in plerisque aliis, arbitrari ut (sicut ad officium ejus spectabat) haec & alia necessaria exequeretur. Sed usque nunc spe nostra frustrati sumus. Nam dum in modestia & simplicitate procedimus, & calumnias & injurias patimur, & dum sacrum concilium summo sanctitati honorem exhibet, ipse hanc sanctam synodum perimere laborat. Graecos autem maxime nobis cordi est sicut & alios, ecclesiam reconciliare: pro qua re sancta & necessaria omnibus viribus laborare intendimus: & quicquid pro eorum reductione faciendum est prompto animo offerimus. Et ut omnibus nostra sincera innotescat intentio, te venerabilem archiepiscopum Colossensem, qui alias hoc negotium pertractasti, deprecamur, ut nomine nostro hanc legationem una cum collegis tibi per hanc sacram generalem synodum adiungendis ad illos velis suscipere, oblaturus eis pro parte nostra quicquid pro

ipsis convertendis offerendum videtur. Tui autem pro viagio tuo condignas expensas dare offerimus. † Sed cum quis hoc facile futurum, si schisma non sit in corpore, iam paulo ante respondimus nos non futuros schismatis causam, cognoscere & ipsi & omnes poterunt nos non contemptum ire summum pontificem, ut dicitis: Imo illam reverentiam, quam beati Petri successori debetur, sibi exhibere volumus, dummodo a corpore ecclesiae, extra quam non est salus, se nolit segregare. Quod si fecerit, quod tamen non credimus, nonquid & nos tanquam caecos auri, non valentes latrare, tacebimus, & periclitantem ecclesiam clauso ore aspiciemus? Numquid nos & Paulus resistit in faciem Capiti in eo in quo reprehensibilis erat? Non propterea Graeci ad unitatem ecclesiae accedere, & propriam solentem, quam sine veritate catholica confessione haberi non potest, cognoscere negligunt. Sed quomodo credendum est Bononiam Graecos esse venturos, si tam facile concilia dissolvi videant? Quam igitur spem Graeci concilio Bononienso vel alibi celebrando habebunt, si tam solemne concilium per septimum expectatum, & per quos pontifex Romanos confirmatum, re infecta, in limine ipso evanescat? Graeci majorum suorum in hoc vestigia imitantes sine celebratione concilii reductionem ipsorum fieri non posse arbitratur. Nam ipsorum patres quicquid ad fidei veritatem pertinebat per concilia soliti sunt discutere. Necessarium ergo est, ne spem conciliorum perdant, ut firmum & stabile hic Basileense concilium perseveret: ad quod si venire decreverint, & Romanus ecclesiae reconciliari intendat, quicquid eis pro ipsorum adventu necessarium fuerit libenter offerimus: & omnia quocumque habemus parati sumus usque ad nuditatem, imo usque ad animam, pro eorum reductione exponere. De loco autem non est quod cavari possit. Nam si Bononiam usque perveniant, penultimum plus laboris accipient huc proficiscendo. Et cum olim ad civitatem Lugdunensem remotiorem quam ista sit, ac deinde ad civitatem Constantiensem oratores miserint, non minus commode ad hanc venire poterunt. Accipiat igitur tua devotio hanc sanctam legationem pro nomine Jesu Christi & salute Graecorum, quorum certe majores ab ecclesia omnia meritos esse recognoscimus. Postea de crudelitatibus Haereticorum, & quam periculosa sit eorum haeresis, subjicetis. Non potestis in hoc tantum dicere, quin plura referenda essent: propterea maxime admiramur, cum illi istud tantum odio habeant quam nomen & auctoritatem summi pontificis, quod totis viribus hanc concilio adversetur, quod tam diligenter pro eorum conversione laborat. Quod autem hoc desit, culpa erit illius qui per diversam sententiam ab eo quod ecclesia in Constantia statuit se divisit, & hanc novitatem & dissidium induxit. Sed quomodo spes reductionis esse poterit, si decreta concilii Constantiensis, in quo illis haeresis damnata est, infringantur? Quod autem prius studendum sit, ut prius novella zizania evellantur, videtur fore per sonum nos ad hoc laborare cum omni patientia, modestia, & longanimitate, ut sacro concilio summus pontifex, prout tenetur, adhaereat. Sed speramus in domino, quod vel ipse dominus papa Eugenius tandem veritati & ra-

Firmet

ANNO
CHRISTI
1621.

ANNO
CHRISTI
1621.

et rationi consistat, vel mundis hujus fieri
 concilii justitiam veragendum eidem adhibe-
 bit. Futurum itaque ecclesiasticorum cor-
 ruptis indigne reformationis, potiusque pas-
 sive esse necessitatem in populo Christiano, et
 hoc esse principium superstitio collatum, post
 negotiis intendere. Sed hoc fieri non potest,
 si schisma sit in corpore. Supervacuum est
 iterum de eodem te iudicium reddere, credi-
 mus Deo et hominibus constare nec volunta-
 tem nec opera nostra ad schisma tendere.
 Multiplicatis precibus oramus ipsam Domini
 Regiam ne scissam a corpore obcludat,
 nec obcludendum tam sanis operibus, ob
 que Concilium congregatum est, et vos ne-
 cessaria esse dicitis, vultis gratis opponere.
 Olim summi Pontifices summo studio ac cura
 forebant sacra concilia, et ea summo cum
 honore proferebantur: et qui in illis fie-
 bant, non ut ab hominibus, sed a Spiritu
 Sancto dictata venerabatur. Si veteres re-
 gantur historis, nullo tempore fuit tam ne-
 cessarium celebrare Concilium, quam modo,
 et in hoc loco: nullumque unquam fuisse Con-
 cilium legitur tot auctoritatibus stabilitum, et
 nihilo minus a summo Pontifice tam graviter
 et multipliciter impugnatum. Dicitis impossi-
 bile videri simul de principatu Ecclesie et mo-
 ribus disputare. Disputatio ista cur necessaria
 sit non intelligimus. Nos semper debitum san-
 ctitati reddimus: semper reddat et ipse quod
 debet universali Ecclesie, recognoscendo au-
 thoritatem concilii generalis, juxta decreta sa-
 cra Constantiensis Synodi. Et quoniam se of-
 fert ut reformatio ab ipso incipiat, si huic
 actioni debitus ordo servetur, utinam facta
 verbis componat. Sed hoc primum ab eo mu-
 nis reformationis optamus, ut tollat ante o-
 mnia dissolutionem pretendam, que juxta de-
 creta Concilii Constantiensis fieri non potuit,
 nec tolerari potest sine fidei et status ecclesie
 sic pernicie. De ceterisque per Dei gratiam
 facile concordabimus, si hoc dumtaxat sece-
 rit. Quantum ad debitum ordinem quem ser-
 vandum dicitis, hoc est quod optamus. Nul-
 lum autem magis debitum ordinem esse credi-
 mus, quam ut ille servetur quem patres no-
 stri in Concilio Constantiensi, in quo et ipse
 adfuit, instituerunt. Multa etiam de virtuti-
 bus eius differamus. In hoc laudandus est
 Deus, a quo omne bonum. Rogandus etiam,
 ut quod ille deest pro sua clementia largi-
 tur. Hoc illud est, ut ab universali Ecclesia
 se non scindat, extra quam nulla est vera
 virtus. Hoc faciat, et ipsam condignis lau-
 dibus prosequatur. Et hinc ad ea que primo
 loco per venerabilem Archiepiscopum Colof-
 sensem relata sunt, dixisse satis est. Nunc
 autem ad proposita per venerabilem Archiepi-
 scopum Tarentinum dicendum restat.

In primis late explicat jurisdictionem et po-
 testatem summi pontificis, quod caput sit et
 primus ecclesie vicarius Christi, et a Chri-
 sto, non ab hominibus vel synodis, alius pre-
 latus et pastor Christianorum: et ei datae sunt
 a domino claves, et uni dictum est: Tu es
 Petrus: et solus in plenitudinem potestatis vo-
 catus sit, alii in partem sollicitudinis: et mult-
 ta hujusmodi, que, cum vulgatissima sint,
 minime necessarium erat recitare. Ista pla-
 ne sententia et credimus, operumque in hoc
 sacro Concilio dare intentionem ut omnes con-
 demnationem evadant. Et nihilo minus
 Concil. Gen. Tom. XXIX.

ipsum Romanum pontificem dicitur obedire
 tenari mandatis, statuta, ordinationibus ac
 preceptis hujus sancti Synodi Basilensis, et
 cujuscumque alterius concilii generalis legiti-
 me congregati, in his que pertinent ad fi-
 dem, ad extirpationem schismatis, et ad ge-
 neralem reformationem Ecclesie Dei in capite
 et in membris, quemadmodum declaratum
 extitit per generale concilium Constantiense,
 catholicam representans ecclesiam: cujus ca-
 tholicam Ecclesiam, quemadmodum et summi
 pontificis, nunquam fuisse saltem pontificis
 explicare potestatem. Quod cum nos fecerit-
 tis, dignum est ut nos, qui Concilium cele-
 brantes, aliquid saltem perfunctorie referamus.
 In primis hoc nos meminisse docet, Catholi-
 cam ecclesiam illam esse, cujus confessio in
 simbolo continetur: Sanctam ecclesiam Catho-
 licam. Hujus ecclesie catholice tanta auctori-
 tas est, ut sola Christi evangelia illa dicantur
 que ecclesia recipit: plures enim de apo-
 stolis etiam scriptisse dicuntur evangelia. Sed
 quia tantum quatuor approbavit Ecclesia, illa
 sola, et non alia, veneramus. Ideo beatus
 Augustinus in plerisque locis asserit: Evange-
 lio non crederem, nisi me Ecclesie auctoritas
 commoveret. Illa enim sacra scriptura dicitur,
 quam sacram declarat Ecclesia. Hujus
 Ecclesie determinationi catholici omnes suis
 merito sententias submitunt: et, nisi ab ipsa
 approbentur Ecclesia, catholici esse non pos-
 sunt. Hinc sancta Ecclesia tanto privilegio a
 Christo Salvatore nostro, qui eam sanguine
 suo fundavit, dotata est, ut eam errare non
 posse firmiter credamus. Hoc solum competit
 Deo natura; Ecclesie vero privilegio. Præter
 autem Ecclesiam nemini unquam tale munus
 communi lege datum esse legitur: non an-
 gellis, hi enim a principio errare potuerunt,
 et multi ex eis errarunt: non primis parenti-
 bus, nam a Diabolo decepti sunt: non homi-
 nibus, nam omnis homo mendax: non sum-
 mis Pontificibus, quorum nonnulli in hereses
 et errores lapsi esse dicuntur et leguntur. Ec-
 clesia sola sine ruga et sine macula ulla est,
 que errare non potest in his que ad salutem
 necessaria sunt. Utique Spiritus Sanctus, qui
 mentiri non potest, se cum ea permanentem
 usque ad finem sæculi, et eam per Spiritum
 Sanctum in omni veritate docendam esse pol-
 licitus est. In ista regeneramur, roboramur,
 nutrimur et vivificamur. Extra istam nec sal-
 vi esse nec Deo placere possumus. Janua Ca-
 li est, per quam solum ad Cælum iter est.
 Sponsa enim Christi dicitur, et unica, et pul-
 cra, et sine macula, et sine ruga, soror, a-
 mica, columba, formosa, speciosa, perfecta,
 hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum
 viventium, suavis, mitis, et decora, et
 que merito beatissima predicatur: præque o-
 mnis fortitudine et firmitate terribilis dicitur ut
 castrorum acies ordinata. Hinc enim mater
 et magistra omnium fidelium, ac etiam cor-
 pus Christi mysticum occupatur, cujus caput
 ipse dominus Jesus Christus. Nec mirum, si
 errare non potest que caput habet Christum,
 doctorem Spiritum Sanctum. Hujus tanta est
 auctoritas, ut qui contumaciter ejus doctrinam
 contradicere presumpserit, hereticus esse con-
 vincatur. Que domus etiam claves salvandi
 et ligandi accepit a domino: hanc domum si
 quis surripientem corrigentemque contempserit,
 sic rixi, loquitur dominus, ut ostendat et

Sed hujus
 ecclesie, ut
 patet ante
 factum est.
 caput et pa-
 ter est. Ro-
 manus pon-
 tificis, ergo
 obediens illi
 debet eccle-
 sie.

Mark. 16.
 In quantum
 tribuit sum-
 mus pontifex,
 et licet
 non sit ar-
 bitrarius.

Mark. 16.
 publi.

ANNO CHRISTI 1511.

ANNO CHRISTI 1511.

publicatus. Docuit quidem tantam Ecclesiam conferri potestatem, ut, cum omnis homo obliquabilis sit & peccabilis, ipsa esset in terris, cujus iudicio, quod errare non potest, quilibet subiceretur. Nec solum Ecclesiam decreta & sententia authentica sunt, quibus & irrefragabiliter stare oportet, sed etiam eius facta & consuetudines instar habent sanctarum scripturarum. Sacra enim scriptura & consuetudini Ecclesiam par ritus, & idem utriusque pietatis debetur affectus. Præteritis etiam silentio iacrorum generalium conciliorum auctoritatem, quorum nostris cum omnibus fidelibus necessaria sit, ideo de potestate eorum pauca perstringere non erit inutile. Istorum conciliorum & Ecclesiam Catholicam eadem videtur esse potestas. Diffinitum enim est in Concilio Constantiensi, quod synodus generalis in Spiritu Sancto legitime congregata Catholicam representat Ecclesiam, & potestatem a Christo immediate habet. Idem etiam Martinus Papa in suis litteris apostolicis, sententias quasdam Concilii Constantiensis interferens, exprimit. Quicumque igitur proxime dicta sunt de auctoritate Ecclesiam, trahi ad generale Concilium, quod illam representat, necesse est. Alioquin non recta esset representatio, si eadem in representantes & representato auctoritas non inesset. Ex hoc solum satis foret ad probandam omnem concilii potestatem, nec alia probatione uti necessarium videretur: utique cum major probatio esse non possit, quam ipsius Ecclesiam quod errare non potest. Nihilominus propter ipsorum reverentiam aliquid amplius referamus. Audite quanta auctoritatis sint ipsa concilia, quantamque reverentiam non solum privatis personis, sed & sancti summi Pontifices ipsi conciliis habuerunt. Inquit beatus Caelestinus in epistola ad synodum Ephesinam transmissa, ut refert Hieronymus in libro conciliorum, Spiritus Sancti testatur presentiam congregationis sacerdotum. Certum est enim quod legimus, quis nec potest veritas ipsa mentiri, cuius in evangelio ista sententia: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*. Quod cum ita sit, (nam nec huic brevi numero Spiritus Sanctus deest) quanto magis nunc interesse credamus in unum convenientium turbam sanctorum? Sanctum namque Concilium est pro debita veneratione collectum, in quo nunc Apostolorum frequentissimus illius (quam legitimus) congregationis aspicienda reverentia est. Et idem Hieronymus in eodem libro in gestis tertii synodi Toletanae inquit: Unde valde necessarium esse prospexi, vestram in unum convenire multitudinem, habens sententia divinus fidem, quæ dicit: *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum*. Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sacro interesse Concilio, & ita tantquam ante conspectum Dei in medio vestri fidem meam protuli. Ecce Beatus Papa Caelestinus eam reverentiam habendam esse dicit congregationi concilii, quæ debetur collegio Apostolorum, utpote in cujus medio ipse Christus assistit, Spiritus sanctus, & ipsa Trinitas. Quodque Spiritus Sanctus in conciliis iudicat, & propterea concilia errare nequeant, testis est scriptura *Adunam Apostolorum, quæ dicit: Visum est Spiritui Sancto, & nobis*. Etiam beatus Hieronymus comparat concilii auctoritatem soli, ut sicut sol suo ardore humores rivulo-

rum deficiat, ita Concilium sua auctoritate omnem contrariam superat argumentationem. Inquit enim in fine disputationis contra Luciferianam: Possumus omnes disputationem tuam rivulos hoc uno Ecclesiam sole siccare, de auctoritate concilii generalis loquens. Item concilii auctoritas auctoritati sacra scriptura comparatur: quis, ut ait beatus Augustinus de fide Christiana, Catholica Ecclesia per orbem diffusa tribus modis probatur existere: quidquid in ea tenetur, aut est auctoritas scripturarum, aut traditio universalis, aut certe propria & particularis instructio: sed auctoritate tota constringitur, universali traditione majorum nihilo minus tota. Ecce par auctoritas & scripturarum & universalis traditionis. Sed concilia generalia universalis traditione & consensu sunt & recipiuntur. Videntur etiam generalia concilia ut evangelia fore veneranda. Ratio enim propter quam beatus Gregorius quatuor prima concilia ut evangelia suscipit & veneratur, ista est, quia dum sunt universalis consensu constituta, se & non ista destruit quisquis presumpserit absolvi quos ligant, aut ligare quos absolvent. Sed hæc ratio eadem quæ in cæteris generalibus conciliis: universalis enim consensu constituta sunt. Beatus etiam Augustinus ad Januarium, allegit generalium conciliorum saluberrimam in Ecclesia auctoritatem esse: quæ si saluberrima est, salutem continet: qui ergo auctoritati concilii contradicit, contra salutem agit. Quantam devotionem reverentiamque Christi fideles conciliis habere debeant, hinc patet quod, antequam esset facultas in unum congregandi & celebrandi concilia, Christianitas in diversas hæreses scissa est: postquam autem cepta sunt concilia celebrari, omnis hæresum atque errorum caligo, tamquam sole illustrante depulsa est. Quod etiam concilia statuendo non errant, hinc liquide constat, quia omnia manent stabilita vigore, utique cum Spiritu Sancto illa dirigat & inspiret. Unde inquit beatus Hieronymus, quod si qua sint alia concilia, quæ sancti Patres Spiritu Dei pleni sanxerunt post istorum quatuor auctoritatem, omnia manent stabilita vigore. Hinc etiam evidenter patet quod concilia errare non possunt: quoniam quilibet summus Pontifex, qui est pastor & caput Ecclesiam, tenetur, prout in Concilio Constantiensi statutum fuit, quam primam in summum pontificem electus est, profiteri coram suis electoribus fidem catholicam tenere secundum traditiones Apostolorum, generalium conciliorum, & post nominationem aliquorum conciliorum, subjicitur etiam generalium conciliorum, & illam fidem usque ad unum apicem immutatam servare, & usque ad animam & sanguinem confirmare, defendere & predicare. Et ita professus fuit felix recordationis Martinus Papa V. ita etiam creditur, Dominum Eugenium modernum professum esse. Quilibet ergo Christianus eandem fidem tenere obligatur quam Ecclesia Catholica & Apostolica tenet & approbat. Quod si errare possent concilia generalia in his quæ ad salutem sunt necessaria, profecto nimis vanum ac perniciosum esset, ad talem fidem Populum Christianum adducere. Quamvis etiam sine auctoritate concilia generalia, hinc locutenter adverti potest, quod ab eorum potestate nemo eximitur, etiam summus Pontifex, ut extat Concilii Constantiensis decretum in hæc verba:

Mar. 11.

Mar. 11.

Mar. 11.

Sed huc concilio Cælestino per suos præfatus debet.

Mar. 11.

non non Lateranensis, Lugdunensis, Viennensis generalium conciliorum.

ANNO CHRISTI 1521.

ANNO CHRISTI 1521.

Constitutione concilii. fol. 4.

Et tamen Synodus Chabodensis... quod non potest in his que sunt fidei.

be: Hac sancta synodus Constantiensis, generale Concilium factus &c. ordinat, statuit, diffinit, decernit & declarat, ut sequitur.

Et primo, quod ipsa in Spiritu Sancto legitime congregata, generale Concilium faciens, catholicam militantem Ecclesiam representans, potestatem a Christo immediate habet: cui quilibet, cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his que pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & generalem reformationem Ecclesie Dei in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis sive ordinationibus aut preceptis huius sancti synodi, & cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super premissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel faciendis, obedire contumaciter contempserit, condignis poenitentiam subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurriendo. Nec quisquam illud dicere presumat, quod aliquod generale Concilium legitime congregatum invalidum sit, aut errare possit: quia, si hic perniciosus error admitteretur, tota fides catholica vacillaret, nec aliquid certum in Ecclesia haberemus: quia que ratione errare potest unum, possent errare & reliqua: quoniam, ut inquit beatus Augustinus, si ad scripturas sanctas admilla fuerint officiosa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quis tandem de scripturis illis sententia profertur, cujus pondere contentiosius falsitatis obraderetur improbitas? Quis iam de potestate conciliorum super omnes alias potestates ambigere poterit tot irrefragabilibus testimonio comprobata? Ex his manifeste constat auctoritates, quas de summi potestate pontificis allegatis, non probare quo minus ipse Pontifex mandatis universalis Ecclesie & Concilii generalis obedire teneatur. Sed id dumtaxat probant, quod omnes singulares homines particularique ecclesie, ipsi pontifici obedire debent, nisi in his que huic sacre synodo, & cuilibet alteri legitime congregato, prejudicium generarent. Nam etsi sit caput ministeriale Ecclesie, non tamen est major tota Ecclesia. Alioquin errante Pontifice, sicut saepe contigit, & contingere potest, tota errasset ecclesia, quod esse non potest. Etsi caput sit & principalis prelarus huius corporis mystici, est nihilo minus intra corpus. Nam si extra corpus esset, tunc non pertineret ad corpus, nec tunc caput esset. Corpus igitur hoc totum continet, & ipsum quod dicitur caput & singula membra.

Nec quis dicat quod ipsa pars principalis potentior est ac dignior reliquo toto corpore & ceteris membris, & per consequens illi potius obediendum: quia ratio, experientia & auctoritas dicunt contrarium. Ratio, quia reliquum totum corpus, etiam non computato Papa, secundum legem communem errare non potest in his que sunt fidei. Alioquin si errare possit, cum certum sit Papam errare posse, tunc & Papa & reliquo toto corpore errantibus tota erraret Ecclesia, quod esse non potest. Experientia etiam demonstrat, quia saepe experti sumus & legimus, Papam licet caput & principalem partem, errasse: reliquam autem corpus, Papam errante, errasse nunquam legitimus. Propterea reliquum

saepe totum corpus condemnavit atque deposuit Papam tam ratione fidei quam morum. Sed nunquam Papa condemnavit, aut excommunicavit, aut deposuit reliquum totum ecclesie corpus. Licet ergo tam Papa quam Ecclesia claves habeant ligandi atque solvendi, papa tamen nunquam in totam ecclesiam claves ligandi atque solvendi exercuit. Ecclesia autem saepe in Papam. Auctoritas etiam scriptura evangelica idem probat. Nam quod dixit Christus: Si peccaveris in te frater tuus, dic Ecclesie: & si Ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus, omnes homines comprehendit. Et quod Petrus & eius successores illa auctoritate comprehendantur, ostendit Paulus, qui in faciem restitit Cephas & coram omnibus. Ecclesie enim dixisse videtur qui coram omnibus dixit. Quod ad successores Petri, iam supra dictum est, qualiter saepe peccata eorum dicta fuerint Ecclesie, & ab Ecclesia punita: & qui non audierint Ecclesiam fuerunt habitus ut ethnici & publicani, ut legitur de Anastasio & Liberio. Probat hoc etiam auctoritas universalis Ecclesie, que non potest errare, ita diffinitis in Concilio Constantiensis, quod peccata pontificum circa fidem, vel schisma, vel mores, possunt dici Ecclesie, cujus preceptis & ordinationibus tenentur obedire: & si obedire contempserint, condignis poenitentiam possunt subijci, & ad alia juris remedia recurri, & per consequens possunt excommunicari; quo facto, ut ethnici & publicani habebuntur. Hoc etiam pluribus aliis rationibus & auctoritatibus potest comprobari, satis est auctoritatem universalis Ecclesie adducere. Ipsa enim errare non potest: & quicquid determinet scripto, aut consuetudine universaliter faciat, eiusdem reverentia & auctoritatis est cujus sacra scriptura. Unde si in evangelio reperiremus scriptum decretum illud Constantiensis Concilii, quod Papa tenetur obedire concilio &c. hereticum esset hoc revocare in dubium. Sic & hereticum est, si quis illi decreto contumaciter contradicat. Et, quia ad alia nostra festinat oratio, omnes argumentationes que ferri possent in contrarium, hac unica auctoritate Ecclesie veracissime confutamus. Ita beatus Hieronymus post longam disputationem confundit atque convincit Luciferianum, dicens: Poteram omnes tuarum propositionum rivales hoc uno Ecclesie sole siccare, de auctoritate Concilii loquens. Qualecumque ergo nomen dignitatis aut potestatis de Papa scriptum invenitur, ad particulares quoscumque homines & singulares ecclesiasticos referendum est, non supra universalem Ecclesiam, ita ut potius Papa Ecclesie, quam Ecclesia tota Papa obedire cogatur. Nam etsi Papa major sit in ecclesia, non tamen major est tota Ecclesia. Unum autem quare dictum est: Tibi dabo claves regni caelorum? Sancti Doctores exponunt, ut unitatem designaret Ecclesie: & ideo ab unitate exordium proficitur, ut Ecclesia Christi una esse demonstraretur. Et Petrus quando claves accepit, ut dicit Augustinus, Ecclesiam significavit. Nec potestis, quia Ecclesia claves habet & imperium super omnes, quod ideo sunt multi Principes, contra philosophicum dictum, Ecce voluit male disponi, pluralitas principatum mala: unus ergo Princeps. Ipsa enim est unus Princeps, & unitati fidelium, non singulari, hac iurisdic-

Matth. 18.

Galat. 1.

Matth. 18.

Matth. 18.

Et

ANNO
CHRISTI
1511.

quo a domino conceditur, & ideo ab uno incipere voluit, ut perfectam unitatem atque unanimitatem designaret: quia unitas Ecclesie multo maior est atque perfectior quam unitas unus Regis aut Imperatoris terreni. Hic enim & errat, & in varias sententias atque contrarias sepe scinditur. Ecclesia autem nec errat, nec sibi ipsi contradicit. Nec comparandum est corpus Ecclesie aliis politicis corporibus civitatum & universitatum: quia in medio hujus corporis est Christus, qui ipsum regit ne erret. Alia autem politica corpora humanis & variis voluntatibus gubernantur, neque in hac materia congruit allegare errorem illorum, secundum beatum Thomam, qui se subducere nituntur ab obedientia Petri, successorem eius Romanum Pontificem universalis Ecclesie pastorem non recognoscentes: quoniam de singularibus ecclesiis & personis id intelligendum est, non de universali Ecclesia, quae sepe obedientiam iustis ex causis Romanis pontificibus subtrahit, ut Marcellino, Anastasio, Liberio, Joanni XII. Benedicto IX. Benedicto XIII. Joanni XXIII. Progredientes deinde ad materiam concilii, dicitis, quod sanctissimus Dominus Eugenius ratus haeresibus, bellis ac deformitatibus sine sanctorum patrum & principum assistentia opportune obviari non posse, Concilium Basileense ex domini Martini Papae felicitis recordationis auctoritate per Senese Concilium promulgatum, atque ejusdem Martini iussione stabilitum, post ipsius obitum & suae sanctitatis assumptionem, robor habere voluit & prosecutionem, ratum & gratum per suas apostolicas bullas gerens, quidquid potestatis in ea re dilecto Ecclesie filio Juliano sancti Angeli Diacono Cardinali sanctae sedis Apostolicae Legato per praedecessorem suum collatum fuisset. Fatemini ergo, & bene, Concilium hoc legitime congregatum, quia stabilitum fuisse dicitis auctoritate apostolica, & per Concilium Senense, & roboratum per Dominum Eugenium. Et quia facultas data praefato legato circa prosecutionem concilii ratificata extitit per ipsum Dominum Eugenium modernum: optime; veritatem narratis. Ita enim fuit, ut dicitis. Quocirca pluribus auctoritatibus stabilitum fuit, & quo plures necessitates illud celebrari suadebant, eo minus decuit illud perturbare & conari dissolvere: & quidem pro tot necessitatibus non solum Concilium aliis indicium perseverare debeat, sed, si indicium non fuisset, de novo vehementer admiretur, tam ex abrupto & sine causa huiusmodi dissolutionem esse attentatam. Sed excusatis hoc factum esse, quia non videbat amplificationem illius ut optabat: & per oratorem nostrum requisitus, ut ea faceret quae novam convocationem praetendere videbantur, illud abinde dissolvit. Quoniam ista excusatio est? Quinimo si amplificari non videbat, ad amplificandum operam dare pro suo officio debuisset, & idipsum petebat noster orator, obsecrans ut omnem favorem concilio praeretur, & ad ipsius prosecutionem intendere dignaretur. Numquid si infirmus medico supplicet ut eum sanet, medicus ipsum interficere debet, ne in sanando laboret? Orator noster ad nos reversus, quid Romae exposuerat, ut asseruit, hic publice retulit ex eius dictis. Quicumque eum audivit, nihil aliud indicat, nisi quod cum omni instantia favo-

Certe Marcellinum, ut alios omittimus, a quo episcoporum in concilio auctoritas fuit condemnare, nihil se prior condemnasset.

rem per Dominum Eugenium concilio praesertim, & eius perseverantiam postulabat. Si nolebat Summus Pontifex exhortari praelatos, ut huc citius properarent, saltem ad adum dissolutionis prorumpere non debebat, sua enim sponte venissent praelati. Ut igitur necessitatibus Ecclesie quae moram non patiebantur citius fuisset provisum, supplicabatur, ut per suas litteras exhortari vellet praesertim Italiam Praelatos, quos nos pro reverentia Summi Pontificis, cui propinqui sunt, citare pro tunc distulimus: immo etiam requirebatur ut, si commode posset, sua sanctitas huc venire dignaretur. Sed & si Praelatos Bononiam ad annum cum dimidio convocavit, quomodo non poterat eis scribere, praesertim Praelatis Italiae, quod statim huc venirent, ut necessitatibus praesentibus provideretur? Sed volebat ipse personaliter interesse. Ideo quia infirmus ad annum cum dimidio distulit, quid ipse sciebat, si interim moreretur, an & anno cum dimidio perfecte sanatus esset? Sed praesentia sua multum proficere posset, fatemur. Sed si adesse propter infirmitatem non possit, an propter infirmitatem Papae infirmitas Ecclesie tam periculosa negligitur? Magnam fuerunt haereses Arianorum, Nestorianorum, Manichaeorum, Donatistarum: & multa alia gravissima pericula tunc temporis in Ecclesia imminuebant. Et nihilo minus iussit Summus Pontifex per suos legatos concilia celebrari. Dicitis cum magna & matura deliberatione dissolutionem factam esse. Si longa & matura deliberatione fuisset facta, debuisset mittere huc ad sacrum Concilium, & scire certius, an sic facere expediret. Quis melius in rebus agendis deliberat, an praesens, an absens? Facta concilii & harum partium magis innotescerant nobis quam aliis. Et propter reverentiam sacri concilii Catholicam representantis Ecclesiam, ad maturam deliberationem habendam, Concilium consili oportebat, non alienos. Sed audivimus aliquos ex venerabilibus sanctae Romanae Ecclesie Cardinalibus contraxisse, alios autem nunc dicere se male tunc fuisse circumventos, & jam melius de veritate informatos, aperte contradicere. Audivimus fuisse tunc & nunc multo maiorem murmuracionem in curia de hac dissolutione: quamplurimi, & fere omnes qui in curia nomen habent virorum honorum, huiusmodi factam dissolutionem damnant omnes qui extra sunt; Cardinales omnes quasi principes, & populi, & qui bonum Ecclesie cupiunt, Concilium laudant & dissolutionem reprobant. Causae etiam in bulla dissolutionis expressae (cum pace dictum sit) non sic se habent, prout per nostros Ambasiatores sanae sanctitati nuntiavimus: qui etiam tot & tanta ex ipsa dissolutione, si effectum haberet, scandala sequi dixerunt, quod habentes etiam cor lapideum moliri debuissent. Sed ex quo nunc constat ipsas causas veras non esse, cur modo non statat propositum? Cur pax perturbatur Ecclesie? Dicitis hunc locum vicinum Bohemis. Distat iste locus a Praga per quindecim dietas, sunt Civitates & Principes intermedii potentissimi. Civitas ista fortissima fluminis Rheno, & muribus, & viris catholicis munita, vicina ad tria millia lingua Gallicana. In istis partibus ille metus est de exercitu Pragensem qui Romam. Putat sua sanctitas nos esse ita improvidos, quod si hic locus esset tam vicinus Bohemis, quod merito

ANNO
CHRISTI
1511.

timent.

ANNO
CHRISTI
1522.

timeandum esset, hic manifestissimus aut man-
remus? Sed mira res, habuit sanctitas sua e-
xercitium hostium in portis Romæ, nec ti-
muit, nec recessit: & hic timet inimicos per
quindecim dienas longinquos? Insuper alias dis-
solutionis causas hanc esse dicitis, quod Bo-
hemos vocavimus eo modo; quod sanctitas sua
sustinere sine offensa non potuisset aut detra-
ditionis damnationis in concilio Constantiensi
factus. Vocatio ista non potest sustineri sine
offensa ac detractione concilii Constantien-
sis, sed dissolutio concilii bene potest sus-
tineri. Concilium Constantiense mandat
fieri concilium, (fieri autem cum effectu in-
telligitur) non prorogari tempus, non mu-
tari locum, contra omnia ista fit, & nihil
de hoc dicitur. Sed calumniatur, quia voca-
vimus Bohemos. Numquid in decretis concilii
Constantiensis scriptum invenitis, quod ec-
clesia non debeat eos ad instruendum & in-
formandum convocare? Non miramur, si ex
dictis oratoris nostri occasio sumpta est ad
dissolvendum concilium, quandoquidem ex piis-
simis nostris litteris id factum esse videmus.
Utinam propter honorem summi pontificis
hanc causam litteris suis non inseruisset, vido-
licet quod huiusmodi vocatio fuerit in inju-
riam sedis apostolicæ sacrarumque concilio-
rum, & contra decreta sanctorum patrum,
ac statuta legum imperialium. Sed valde mi-
randum est, quod in eisdem litteris damnatur
& approbatur. Si audientia concessa Bohemis
reprobatur, cur Græcis conceditur, cum & hi
& illi ab unitate ecclesiarum separentur? Si con-
cilium Bononiense propter illos indicitur, cur
concilium Basiliense propter Bohemos & mul-
ta alia necessaria jam indictum dissolvi pro-
curatur? cum Bohemica hæresis periculosior
sit, ad illam accuratius foret intendendum.
Mirandum est, si verum sit: dicitur venera-
bili archiepiscopo Gnezpensi concessam esse
sicutatatem per summum pontificem audiendi
Bohemos: singulari personæ conceditur quod
universali ecclesie non permittitur? Si episto-
la nostra diligenter & non ex livore vel odio
consideretur, plane constabit, non ad inju-
riam auctoritatis apostolicæ, nec conciliorum
Constantiensis & Senensis, imo ad reveren-
tiam & honorem eorum factam fuisse voca-
tionem: vocavimus enim ut nobiscum in ead-
em unitate conjungantur: & ut qui a nobis
aliquamdiu divisi fuerunt iterum in charitate &
unitate nobiscum reconcilientur. Si hoc fieri
poterit, ad quod nos laboramus, cedit pro-
cul dubio ad honorem sedis apostolicæ. Ipsam
enim reverebuntur, quam usque nunc contemp-
sarunt: cedit ad gloriam conciliorum Con-
stantiensis & Senensis, quia illam fidem &
ritum, qui in his conciliis declaratus est,
quem usque nunc non tenuerunt, amodo tene-
bunt. Cur ergo retorquetur ad injuriam quod
queritur ad honorem? nec contra decreta san-
ctorum patrum, nec contra leges canonicas
aut civiles huiusmodi vocatio facta est, sive
asserere velimus eos vocatos ad instruendum,
sicut veritas est; sive ad disputandum. Si ad
instruendum, nemini dubium est quin opus sit
plum & meritum, & prælatorum officio
necessarium. Si ad disputandum, & ad hunc
fiorem, ut errans instruat & reducat, cum
eadem ratio sit, similiter erit opus plum &
laudabile, ut inquit beatus Paulus ad Titum:
Operet episcopum, &c. Et subdit: Ut potens sit

*Auctoritari in doctrina sua, & eos qui contradi-
cant arguere; imo pernissimum periculosum fuis-
set denegare audientiam Bohemis, quam ubi-
que locorum divulgabant se postulare, & eis
non concedi, ob hanc causam, quia eorum
articuli erant ita manifeste veri, quod nostri
episcopi & sacerdotes non poterant eis respon-
dere, nec cum ipsis conferre audebant: pro-
pter quod scrupulus non parvus in animis homi-
num, præsertim simplicium, ista audien-
tium erat exortus. Omnis autem schola theo-
logorum, canonicarum, & legistarum affir-
mat eam disputationem de fide, quæ non sit
causa perditionis seu tumultus, vel ut in dubium
revoce, sed ad instruendum, vel clarius pa-
tesfaciendum veritatem, vel convincendum,
vel confundendum hæreticos seu infideles, vel
confirmandum catholicos, fore licitam: imo
beatus Thomas secunda secundæ dicit in casu
simili, sicut est noster, quod quando simplices
viri solliciti sunt aut pulsati ab infidelibus
vel hæreticis, cortipere nitentibus in
eis fidem, tunc necessarium est publice dispu-
tare de fide: per hoc enim simplices firmantur
in fide, & infidelibus auferitur decipiendi
facultas. Alioquin ipsa taciturnitas eorum qui
resistere debent pervertentibus fidei veritatem
esset, erroris confirmatio. Allegat beatus
Gregorium, quod sicut incauta locutio in erro-
rem prostrabit, ita indiscretum silentium eos
qui errandi poterant, in errore derelinquit.
Constat autem Alemanos per libellos & epi-
stolas Bohemorum sollicitati ut eorum errores
sequantur, allegando ad eorum perversum
sensum multas auctoritates. Ergo, secun-
dum beatum Thomam & beatum Grego-
rium, vili fuisset confirmare errores Bo-
hemorum, nisi hoc casu dedissemus illis au-
dientiam. Quid ad hoc respondebunt no-
stri calumniatores? hoc etiam suspente-
ro actum fuisse per sacra concilia & san-
ctos patres legimus, cum hæreticis vel infi-
delibus, etiam prius damnatis. Silvester in
concilio Romano publice disputavit cum duo-
decim scribis Judæorum, quibus & per Chri-
stum & apostolos per tot annos ante ve-
ritas Christianæ fidei prædicata fuerat, & in
ea disputatione dati fuerunt iudices duo gen-
tiles Cirithon & Zenophilus. Beatus Athana-
sius publice disputavit cum Ario, cujus error
prius in celeberrimo concilio Nicæno damna-
tus fuerat. In qua disputatione sedit arbiter
quidam, nomine Probus, gentilis homo. In
synodo Chalcedonensi orthodoxi disputarunt
cum Nestorianis, dudum in concilio Ephesino
damnatis. Et post multa inter eos fuit con-
ventum, ut nostri orarent secundum fidem
nostram, & illi secundum fidem suam. Et
charta quedam, in qua & nostra fides & er-
rores illorum describerentur, super corpus
beati Euphemii poneretur, ut Deus veram
fidem manifestaret; quod & factum est. Item
licet error ille, qui asserit Christum unius
dumtaxat fuisse naturæ, prius fuisset damna-
tus, tamen in synodo Constantinopolitana,
in qua præfuit sanctus episcopus Flavianus,
Eutyches qui hæc tenebat errorem, fuit ad
synodum vocatus, & plene auditus, & secum
disputatum, fuitque per acta præcedentium
conciliorum convictus. Item licet error quem
tenebat Luciferianus, fuisset ante damnatus,
nihilominus beatus Hieronymus disputavit
cum ipso, & cum per acta præcedentis con-
cilii*

ANNO
CHRISTI
1522.Idem iustit-
rat & Lu-
therani, &
ali." corruptum
pere.

ANNO
CHRISTI
1521.ANNO
CHRISTI
1521.
MO. 11.

cilii convicit. Quamvis errores Donatistarum sequentium Arianos, olim in concilio Nicæno damnati fuissent, nihil minus fuit congregata synodus Carthagenensis, & ad eam Donatistæ per nuntios concilii vocati sunt. Et inter alia, convocationis verba ista sunt: Hanc ergo pacificam & ex charitate volentem vocationem contemnere non debetis. Et si quid veritatis vos habere arbitremini, non dubitatis asserere, id est, ut congregato nostro concilio, deligatis ex vobis, quibus causam vestræ assertionis committatis: ut & nos possimus hæc facere, etiam de concilio nostro deligantur, qui cum eis quos delegeritis, constituto loco & tempore, quidquid est quod nostram a vobis separat communionem, cum pace discutatur, ut tandem, adjuvante domino Deo nostro Jesu Christo, finem veteris error accipiat. Beatus etiam Dominicus & duodecim abbates in partibus Tolosanæ cum Albigenisibus, quorum errores fuerant damnati, publice disputavit apud Fanum Jovis sub iudicibus deputatis. Sed ideo calumniari videmini epistolam, quia non ad recognoscendum errorem, sed ad submittendum se pariter cum ecclesia veritatis investigationi sint vocati, quod Hussitis favorem & auctoritatem, fidelibus vero ambiguitatem & perplexitatem præstare videtur. Cur sicut partem epistolæ, ita non recitastis & totam? Cur etiam addidistis ubi addendum non erat? aut sicut post verbum, Audietis & nos, addidistis, Respondentes, cur non addidistis, Instruentes & informantes? Circa principium epistolæ dicitur: Nihil tam ante oculos nostros versatur, quam ut vos in eadem unitate nobiscum conjungamini. Hinc satis innuitur, ex quo damus operam, ut nobiscum conjungatur in eadem unitate, quod unitatem dimiserint, & eam opus sit ut recuperent. Item & verbum illud, Et forsitan dissidium nostrum aliquamdiu Deus in ecclesia permisit, Ac verbum illud, Quanta lætitia erit in cælis, si vos qui aliquamdiu divisi fuistis iterum in unitate & charitate nobiscum reconciliamini? hoc aperte indicavit, eis necessarium esse reconciliari nobiscum, ex quo necessario oportebat recognoscere errorem. Verbum etiam illud, Scimus quia nosser celestis Paterfamilias bonum fidei semen seminaverat, sed venit inimicus homo, & superseminavit zizaniam, hoc manifeste demonstravit eos a veritate errasse, ac necessarium fore ut superinfundatur ros gratiæ Spiritus sancti. Forte molestum est vobis verbum illud: Ipse Spiritus sanctus assignabit medius iudex & arbiter quid in ecclesia Dei tenendum & agendum sit. Vel forte verbum illud. Aderit plane Spiritus sanctus, in cuius nomine congregata est hæc sancta synodus. Ipse erit dux & rector concilii, perfecte illuminaturus corda hominum, ut viam ambulent charitatis & pacis. Nobis autem est gratissimum & suavissimum, illum nobis iudicem & ducem constitui, quem nobis Christus dedit, dicens: Cum autem venerit Spiritus paraclæti, quem ego mittam vobis a Patre, ipse vos docebit & suggeret omnia quæ dixerit vobis. An Spiritum sanctum vos habere iudicem indignamini? An potius hominem quam Deum velletis elegissimus iudicem? Merito in principio sermonis nostri dicere persuasimus, ne Spiritum sanctum contristaretis. Blasphemia est, si quis negaret Spiritum sanctum dictare sententias, canones, & decreta conciliorum. In

Matth. 11.

Joan. 14.

adibus apostolorum hoc expressum auditis, cum dixerint apostoli, iudicantes non esse servanda legalia: *Visum est Spiritui sancto & nobis*. Leo papa inquit sacrorum patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia comprobatos. Et Isidorus: Et si quæ sunt alia concilia, quæ sancti patres Spiritu Dei pleni sanxerunt. *Si spiritualis homo iudicat omnia*, secundum apostolum, quanto magis ipse Spiritus sanctus, per quem homo accipit ut sit spiritualis? Quid est dicere, Adstabit medius iudex & arbiter, nisi quod ipsamet synodus erit illa quæ iudicabit, & arbitrabitur? Non enim aliud iudicare & arbitrari poterit, quam Spiritus sanctus suggeret. Quid iterum aliud est dicere, Adstabit iudex, nisi quod iudicabitur in hoc concilio, prout iudicatum est in Constantia? Nam cum sententia illa condemnationis Hussitarum a Spiritu sancto dictata fuerit, & ipse nesciat variare sententiam veritatis, utique cum idem sit in omnibus conciliis, idipsum hic veraciter iudicabit quod in illo. Si quis autem objicit, quomodo jam iudicatum iterum iudicabitur? dicendum est, quod cum fiat ad salutem proximorum, non est incongruum idem repetere. Professio enim fidei catholicæ facta in concilio Nicæno, in pluribus sequentibus conciliis repetebatur. Quoties necesse est, toties mater ecclesia aperire debet os ad docendum & instruendum. Non omnes Spiritus sanctus eodem tempore illuminat, sed ubi vult, & quando vult, spirat. Qui in uno concilio illuminationem non acceperunt, deo Spiritus sancti forte accipient in alio. Ideo necesse est sæpe frequentari concilia, ut hæresis quæ in uno tolli non potest, tollatur in alio. Neo enim hæresis Ariana vel aliæ eodem tempore extinguitur sunt. Illuminabit ergo, ut speramus, Spiritus sanctus corda Bohemorum in hoc concilio, & ostendet ipsis quid tenere & agere debeant in ecclesia. Propter eos hoc verbum dictum est, & propter alios errantes, orabimus ut Spiritus sanctus illustret corda universi populi ad cognoscendum amplectendumque veritatis & unitatis semitam. Non enim de populo Christiano, sicut sunt & ipsi Bohemi, & alii errantes, cognoverunt adhuc & amplexi sunt veritatem & unitatem. Cur nobis molesti estis, quod in decem elegerimus Spiritum sanctum? Si beatus Silvester disputavit cum Judæis sub duobus iudicibus gentilibus: si Athanasius cum Ario sub uno iudice pagano, si orthodoxi cum Nestorianis sub iudicio corporis mortui sanctæ Euphemie: si Concilium Carthagenense requisivit Donatistas, ut illa controversia terminaretur per aliquos utrumque eligendos: si beatus Dominicus cum Albigenisibus sub certis iudicibus, cur nobis non licuit eligere in iudicem Spiritum paraclæti? Quod autem putatis non in Germania huiusmodi audientiam dandam, si danda esset, hoc (secundum beatum Thomam) nullo modo rationi congruit. Nam sicut in loco, ubi non est nota hæresis, disputare periculosum est, ita ubi nota est, & homines ab hæreticis infestantur, disputare ad declarationem necessarium videtur. Quod vero dicitis, ex ista vocatione præstari fidelibus ambiguitatem vel perplexitatem: miramur unde hæc adventiones proveniant, cum ex hoc non ambigui vel perplexi, sed certiores ac firmiores populi Alemanie facti sunt, videntes nostram

Joan. 3.

con-

ANNO
CHRISTI
1117.

confidentiam & fidelitatem in vocandis illis, maximeque exhilarati sunt, sperantes ex hoc illos ecclesie reconcilians. Duo autem sceleratissima capita hujus hæresis, que commemoratis, nonne tandem ultimo supplicio tradita sunt? Si omnes hæretici talem favorem haberent, paci fierent hæretici. Quis autem sint illi plures & graviores causas, que præbuerunt occasionem dissolutioni, nescimus. Si personam summi pontificis tantum respiciunt, propter hoc non debet periclitari status ecclesie. Si autem ecclesiam, quod representat ecclesiam, ut provideret. Hoc autem scimus, quod hic est plena & omnimoda securitas. Dolenter refertis, quod dissolutioni præsentis non parvum, & mandata apostolica per nos spreta sunt. Hoc ideo facimus, quia Deo plus quam hominibus parere oportet. Sancta mater ecclesia, cui quilibet parere debet nos legitime congregavit, ut tollendis deformitatibus hæresum, bellorum ac vitiorum, que plurimæ sunt in populo Christiano, efficaciter intenderemus. Ne ecclesiam & Christum ecclesie principale caput contemneremus, per severandam censuram in opere nobis injuncto. Expulsissemus fidem orthodoxam, Christianam religionem omnem denique ecclesiasticum statum periculo ruinæ & eversionis, si hæ dissolutioni præsentis paritum fuisset, quemadmodum oratores nostri novissime sanctitati sue latissime exposuerunt. Scriptum est in sexta synodo Constantinopolitana: Cum læditur fides, parentum reverentia vel inutilis & periculosa despicitur, & amor erga filios fratresque vitatur. Ad postremum, etiam super ipsam vitam mors potius a piis patribus eligitur, ut meliorem resurrectionem consequantur. Potius autem nobis dolendum foret sicut & mundus dolet, quod talia tentata sunt adversus hoc generale concilium, & contra universali concilio Constantiensis ordinationem, cui cum summus pontifex obtemperare tenetur, his poenis subicitur, quas contra inobedientes statutas esse dicitis. Sed nec præsentis dissolutioni parvum, quia fieri non potuisse constabat. Nam etiam magna sit papæ potestas, id tamen sibi facere non licet juxta communem omnium sententiam, unde universali ecclesie status turbetur, periclitetur aut decoloretur. Sed cum in judicio omnium ac nostro ecclesia nunc universali reformatione necessario indigeat, merito istud concilium, quod ad hoc institutum est, dissolvere non licuit. Impediretur enim hæresum extirpatio, pacificatio populi Christiani, & deformitatum correctio. Unde in prima sessione hujus concilii, facta ante dictam præsentem dissolutionem, definitum est, quod procurans hoc concilium impedire, dissolvere, prorogare, vel mutare, severe puniatur, & procedatur contra eum tamquam communis pacis perturbatorem, cum ex hoc prædicta hostia impediri videantur. Nec papæ fas est decretum illud Constantiensis quod incipit, Frequens, abolere, vel taliter agere, quod dispositio sua reddatur inutilis, vel frustratoria; esset enim contra mentem ecclesie, que illud decretum edidit pro universali ecclesie statu conservando, circa quod papa non dispensat. Statim autem tollere concilium jam inceptum, nihil aliud videtur, quam non celebrare: immo multo de-

Concil. General. Tom. XXIX

terius, propter grave scandalum quod in ecclesia nascitur ex tali ludibrio. Quod autem pro universali ecclesie statu conservando ipsum decretum editum sit, ex præfatione ipsius liquet. Dicit enim: Frequens generalium conciliorum celebratio agri dominici præcipua cultura est, que vepres, spinas & tribulos hæresum, errorum & schismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat, & vineam domini ad frugem uberrimæ fertilitatis adducit: horum vero neglectus, præmissa disseminat atque fovet. Propterea nullo pacto ecclesia tolerare debet, immo se usque ad vitam & sanguinem opponere, ne tale ostium aperiat, & tam utile toti Christianitati statum evanescat. Ex mente etiam dicti decreti videtur dissolutionem prædictam non valuisse. Vult enim quod in fine cujuslibet concilii locus futuri concilii eligatur per mentem ante, approbante & consentiente concilio: & sic non debere dissolvi, nisi prius consentiente concilio, locus per mentem ante pro futuro concilio electus sit. Item cum prohibeatur in dicto decreto prorogatio, multo magis videtur prohibita dissolutio. Plus enim est auferre quam differre. Prorogatio dilationem inducit, dissolutio peremptionem. Et licet mutatio certo modo concedatur, dissolutio non: quod autem fecit papa, dissolutio expressa fuit, non loci mutatio. Item mutatio loci ex causa conceditur quoad concilium futurum: dicit enim textus decreti: Locum autem pro futuro concilio absque evidenti causa non mutet. Non autem concedit mutari posse sine consensu concilii locum concilii actu congregati: quia de ipso disponere ad ipsum concilium pertinet. Nam si ad concilium spectat facere reformationem supra caput & membra, ad ipsum etiam videtur spectare de his sine quibus reformatio fieri non potest, & an locus reformationis continuandus sit vel mutandus. Item si actu congregato concilio locus pro futuro concilio eligi debet consentiente concilio, quanto magis pro ipso concilio actu jam congregato continuando vel transferendo ad alium locum? cum enim certa forma per hoc decretum indicatur, papa ipsam servare tenetur. Alioquin frustra ipsi lex indiceretur. Probatur ex alia ratione dissolutionem non valere, quia, ut prædictum est, cum papa teneatur obedire statutis, ordinationibus & præceptis cujuscumque concilii in his que pertinent ad fidem, schisma, & reformationem ecclesie in capite & in membris, & si non obedierit, puniri potest, constat ipsum in his casibus fore inferiorem concilio, & concilium majus eo, cum possit reformare, statuere, mandare & punire. Inferior autem legem superioris tollere non potest, nec ipsum suum superiorem extinguere vel annihilare. Alioquin implicaret evidentem contradictionem; Tenetur obedire, & non tenetur, quia potest dissolvere. Cum ergo concilium congregatum sit propter prædictas causas, & inter alia statuerit sub magna poena, ne quis procuraret dissolvi aut mutari ipsum: papa, cum illi obedire teneatur, nullatenus dissolvere potest. Alioquin, si potest dissolvere, non tenetur obedire. Ex quo necessario inferatur, quod aut decretum prædictum non valet, aut dissolutio: quia sibi invicem contradicunt. Præterea ante tempus concilii Constantiensis nullum dubium erat, quod congregato concilio super

ANNO
CHRISTI
1117.

R

falso

ANNO
CHRISTI
1437.

facto fidei contra papam, papa illud dissolvere non poterat; quia, si potuisset dissolvere, potuisset non iudicari: quod tamen sibi non licebat; quia in fide devius potest per concilium iudicari. Ergo sicut in isto casu, ita dicendum est nunc congregato concilio super reformatione generali in capite & in membris: quia isti tres casus fidei, schismatis & reformationis, sub eadem declaratione concilii Constantiensis continentur, quod non solum scripto declaravit concilium Constantiense, sed etiam facto: quia Benedictum propter schisma, Joannem XXIII. propter deformitatem vite deposuit. Et si dicatur, Sicut papa potest congregare concilium propria auctoritate, ita eadem potest dissolvere; respondendum quod longe differt. Ante enim concilii congregationem concilium non est; sed ut primum congregatum, est statim potestas universalis ecclesie, que est immediate a Christo, & quam concilium representat, transiit in ipsum concilium, vel potius continuatur in eo, & fit ipsum concilium super papam & cunctos alios: quemadmodum si quis homo subiciat se alicui, postquam subiectus est, non potest se ab illa subiectione eximere, nec potestatem sui superioris dissolvere sine sui superioris consensu: quia quod a principio fuit voluntarium, ex post fit necessarium. Et hoc modo intelligenda sunt jura dicentia, quod concilia per Romanę ecclesie auctoritatem sunt & robur accipiunt. Robur enim (ut communiter) accipiunt, ut congregentur, non ut congregata potestatem iudicandi & statuendi a papa consequantur. Et si quis forte dixerit, In conciliis intelligitur excepta auctoritas papę, ideo papa non subicitur; respondetur illud esse verum, quando persona papę specialiter non includitur: sed si specialiter includeretur, non posset excipi, quia esset contradictio. Sed in decreto concilii Constantiensis specialiter dicitur, Quilibet etiam papalis dignitatis, obedire tenetur præceptis concilii. Quod autem prædicta dissolutio non valuerit, clare deducitur ex decreto tertie sessionis concilii Constantiensis, in qua fuit definitum, etiam ante processum inchoatum contra Joannem, quod dominus Joannes XXIII. Romanam curiam & officarios de civitate Constantiensi ad alium locum non mutaret aut transferret, seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogeret sine licentia & auctoritate ipsius synodi: & hoc, quoad illos officarios & illa officia, per quorum absentiam concilium verisimiliter dissolveretur vel læderetur. Et si contrarium fecisset vel faceret in futurum, aut aliquos processus seu mandata contra dictos vel alios quoscumque illi sacro concilio adherentes, & censuras ecclesiasticas aut alias penas ut ipsum sequerentur, fulminasset, seu

lædere. Nihil videtur certi huic rationi posse responderi. Item concilium Constantiense declaravit in eadem sessione, quod si qua privatio vel translatio personarum existentium in ipso concilio vel adherentium, facta fuisset in læsionem concilii per Joannem a tempore inchoationis ejusdem concilii, esset irrita & inanis. Ecce quomodo declaravit nullum, quod fit in læsionem concilii. Et advertendum, quod hæc duo capitula, loquendo de penis inflicis & censuris fulminatis & privationibus factis in præteritum ante tempus sessionis, intelligi oportet per modum declarationis esse irritas, & eis tanquam irritis & inanibus non esse obediendum. Alioquin si valuissent, non fuisset dictum hoc modo, nec fuissent annullatæ: quia secundum regulam juris factum legitime retractari non debet, etiamsi ad eum casum deveniat a quo incipere non posset. Item in decima sessione fuit pronuntiatum, recessum dicti Joannis de Constantia fuisse illicitum, & Ecclesie Dei & dicto concilio notorie scandalosum. Si ergo recessus qui verisimiliter & presumptive tendebat ad dissolutionem, fuit declaratus illicitus, quanto magis apparet expressum actum dissolutionis esse illicitum? Jam ergo luce clarius constat dissolutionem non valuisse. Quocirca mirandum non est, si non parvulus, magis autem mirandum, quomodo statuta universalis ecclesie, pro universalis bono & cum tanta maturitate promulgata ita leviter infringantur: utinam qui sedent in sede Petri, legerent aliquando acta prædecessorum, a talibus profecto abstinerent. Inquit beatus Gregorius: Si ea destruerem que antecessores mei statuerunt, non construdor sed everfor esse iuste comprobaret. Item: Absit a me ut statuta majorum cum sacerdotibus meis infringam: quia mihi injuriam facio si fratrum meorum jura perturbo. Item Leo papa: Que ad perpetuam generaliter ordinata sunt utilitatem, nulla commutatione variantur: nec ad privatum trahantur commodum que ad bonum sunt commune præfixa. Item Gelasius papa: Confidimus quod nullus jam Christianus ignoret uniuscujusque synodi constitutum, quod universalis ecclesie probavit assensus, nullam magis exequi sedem præcæteris, oportere, quam primam: que & unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continua moderatione custodit: custodire igitur habet, & non tollere. Item Urbanus papa: Sunt quidam dicentes Romano pontifici semper licuisse novas condere leges: quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde novas leges condere potest, unde evangelistę aliquid nequaquam dixerunt: ubi vero aperte dominus, vel ejus apostoli, & eos sequentes sancti patres, sententiam aliquid diffinierunt, ibi non novam legem Romanus pontifex dare potest, sed potius quod prædicatum est usque ad animam & sanguinem confirmare debet. Item Zosimus papa: Contra statuta patrum aliquid vel mutare, ne hujus quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reverentiam. Item Leo papa: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Contra sanctorum patrum quippe agimus

ANNO
CHRISTI
1437.

ANNO
CHRISTI
1531.ANNO
CHRISTI
1531.

mus saluberrima instituta, si quod ipsi divino A
statuerunt consulto intadum non conservamus.
Item ex concilio Chalcedonensi, a sanctis pa-
tribus in unaquaque synodo usquequaque peria-
tas regulas tenere conliramus. Quod autem
subiicitis, si de aliqua universali synodo ali-
quibus dubitatio nascitur, ad recipiendum de
eo quod non intelligitur rationem, ad aposto-
licam sedem conveniendum esse, opus non fuit
narrare. Nam de Constantiensi synodo aut
ejus decretis nulla est dubitatio. Synodus illa
authentica est & catholica: decreta ejus au-
thentica sunt, & ita clara & intelligibilia, ut
nulla operant declaratione. Illa autem synodus
legitime inchoata est, & legitime continuatur.
Si autem aliquo modo de intellectu gestorum B
illius synodi dubitatio oriretur, cum isto mo-
do sit congregata, quæ catholicam repræsen-
tat ecclesiam, ipsius iudicium esset exquiren-
dum. Beatus autem Gregorius, ejus est ca-
pitulum illud, Nec licuit, loquebatur aliqui-
bus episcopis particularem synodum celebra-
ntibus, qui volebant retractare statuta universa-
lis synodi Constantinopolitane: quod si tunc
temporis aliqua alia synodus universalis adu
congregata fuisset, & de gestis prioris synodi
aliqua ambiguitas fuisset orta, procul dubio ad
illius universalis synodi determinationem recur-
rendum esse dixisset Gregorius, suum iudicium
iudicio synodi submisisset, qui prius dixerat,
de conciliis loquens, quia dum universali sunt C
consensu constituta, se & non illa destruit,
quisquis præsumperit absolvere quos ligant,
& ligare quos absolvent. Si illa, venerabiles
viri, recte consideraretis, taceretis forsitan ver-
bum illud, quod admiratione sit dignum, nos
præsumpsisse citare summum pontificem. Non
est præsumptio, nec admiratione dignum, si
quid iudice sit, nisi quis velit admirari tam-
quam constanter & virtuose factum, præsum-
ptio fuit rem illicitam & scandalosam tentare.
Et quia adus erat qui notorie scandalizabat &
conturbabat ecclesiam, ideo auctoritate sacri
concilii ipsum summum pontificem obsecra-
vimus & monuimus, ut dissolutionem præten-
sam tolleret, & ab hac sancta synodo non D
alienum se faceret. Paulo superius audistis con-
cilium Constantiense pronunciasse recessum il-
lum Joannis fuisse illicitum & scandalosum.
Optime nostis quod ecclesia potest & debet,
ac sæpe consuevit, cum papa ipsam scandali-
zat, eam monere, & requirere ut desinat.
Hoc certe quod egimus, non ad injuriam fa-
ctum est, sed ad honorem utilitatemque ec-
clesiam ac suæ sanctitatis, ut tollendo ab ecclesia
scandalum, utriusque honor atque utilitas con-
servaretur. Sed additis, quod nec ab Augusto,
nec a populo, nec ab omni clero, iudex judi-
cabitur, allegando argumentationem glossæ, quod
concilium non potest iudicare papam: & si totus
mundus sentiret in aliquo negotio contra papam,
videtur quod papæ sententiæ standum sit. Sed illa
glossa pro & contra allegat, & non se firmat.
Sed in cap. Legimus quod allegatis, tenet quod
statutum concilii præiudicat statuto papæ. Supe-
rius ad hoc dictum est, quod per quemcum-
que clerum particularem papa non iudicatur,
& ita textus loquitur, non tamen excludit ec-
clesiam universalem: quam qui corrigentem non
audierit, sit tibi (inquit Christus) ut *tribu-
tus & publicanus*: quam eandem auctoritatem
eadem glossa dicit etiam habere locum in pa-
pam, & istud dicit in cap. Si papa, dummo-
Cencil. General. Tom. XXIX.

Memb. 10.

do sit tale crimen de quo possit accusari, ut
puta cum scandalizaret ecclesiam: ubi etiam
dicit nomine fratris quemlibet Christianum con-
tineri. Glossa & doctores in hac materia an-
te concilium Constantiense sæpe vacillabant:
modo unum, modo aliud dicebant: & scho-
lastice disputantes non se firmabant. Magnum
oporteret explicare volumen, si singulorum di-
cta & argumenta in medium proferre velle-
mus: propterea ad amputandum curiosas &
contentiosas verborum concertationes, ecclesie
universalis magistræ omnium Constantiæ con-
gregata diffinivit hunc passum. Itaque si au-
thoritas queritur, quis non præferat univer-
salem ecclesiam & omnes homines dictis unius
doctoris aut decem, aut quorumcumque, cum
auctoritas ecclesie & sacre scripture, ut su-
pradictum est, æquiparentur? Sacram autem
scripturam quis nesciat præferri omnibus do-
ctoribus, ut plana est undecima distinctio in
decretis? Omnes autem doctores dicta sua ec-
clesie submitunt. Si rationem queritis, non-
ne rationabilis est illius qui errare non po-
test præferri sententiam iudicio illius qui erro-
re non potest? Iterum ergo hic respondeat
beatus Hieronymus: Poteram omnes tuarum
propositionum rivulos uno ecclesie sole exsic-
care. Quantum vero ad dispensationem. Tac-
tandam super capitula, Frequens, breviter
dicendum est, non posse in eo quemquam dis-
pensare, in quo sibi imponitur lex, quam ne-
cesse servare habet. Si autem aliqui casus con-
tingant rationabiles mutandi locum concilii,
decretum illud optime providet. Unde non
est dicere quod alias inhumana esset constitu-
tio illa. Addidistis etiam, indignum esse ad
instantiam unius, quantacumque dignitate præ-
diti, molestari decreto nostro summum ponti-
ficem, putamus, sentire vos de dilecto eccle-
siae filio Dominico cardinali, Firmiano com-
muniter nuncupato. Dolenter de re ista ver-
bum facimus. Ipse gravissime in publica ses-
sione ac generali sacra congregatione nostra
questus est, quanta potuit cum honestate, in-
tolerabilem sibi fuisse irrogatam injuriam, pe-
tens sibi per concilium ministrari iustitiam,
quam alibi consequi non potuit. Retulit que-
madmodum a felicis recordationis Martino pa-
pa V. assumptus fuerat in sanctæ Romanæ
ecclesie diaconum cardinalis: post cuius mor-
tem accessit ad Urbem, ut una cum aliis car-
dinalibus in electionem Romani pontificis ut
cardinalis & elector interveniret. Et licet se
ad electionem admitti instantissime peteret, ni-
hilo minus (ut asseruit) eo spreto & con-
tempto, fuit ad electionem summi pontificis
processum in magnam injuriam & damnum
ipsius & suæ dignitatis cardinalatus, & in pu-
blicum scandalum totius ecclesie, contra bo-
nos mores & sanctorum patrum instituta, quod
hactenus nunquam auditum fuit. Asseruit etiam
post electionem domini Eugenii plures sibi il-
latas injurias, cum omnium bonorum suorum
& fructuum suæ ecclesie Firmianæ de facto
expiatione, & quod super prædictis nunquam
potuerit obtinere iustitiam, quam per medium
nonnullorum venerabilium sanctæ Romanæ ec-
clesie cardinalium, pluries sibi fieri petiit &
requisivit, maxime cum nec Romam possit
sine evidenti mortis periculo (ut asseruit)
accedere. Patres concilii advertentes prædicta,
& recognoscens quod negotium istud esset
gravissimum, & merito per concilium non ne-
R 2 gl.

Pius II. scri-
bit cardina-
les qui Bati-
cum vene-
runt, ob pri-
vatas immu-
citas homo-
& sancto vi-
ro Eugenio
bonam insi-
rere voluisse
& eodem
tamen postea
ad eum
redire, &
veniam pe-
tisse.

ANNO
CHRISTI
1431.

pligendum, maxime ut declaretur jus ipsius, an sit cardinalis vel non, ut in futura electione quando sedem vacare contingeret, sciat an sit admittendus vel non, ne scandalum aliquod in ipsa electione vel post oriri possit, commiserint causam istam iudicibus concilii, in quantum concernit jus ipsius, dumtaxat cognoscendam. Et ut patribus concilii magis de jure suo constaret, legi fecit copiam cujusdam decreti felicitis recordationis Martini pape V. ut asseruit, cujus tenor sequitur & est talis: Anno a nativitate domini 1426. die Veneris nono Kalendas Junii, Romae in palatio sancti Petri, presentibus omnibus cardinalibus qui erant in curia, excepto cardinali Aquilejensi, qui tunc infirmabatur, ab quem fuerunt missi duo cardinales, videlicet Placentinus & de Comite, pro ejus voto sciendo, & ipsis consistorialiter congregatis, in forma consueta scrutiniis procedente secreto, publice creavimus assumptos & publicavimus ultra cardinales eadem die assumptos & publicatos, Dominicum episcopum Ilerdensem in presbyterum, Prosperum de Columbus, Dominicum de Crapanica electum Firmanum, Julianum de Cesarinis auditorem cameræ, diaconos sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, qui Ilerdensis & Firmanus alias juxta morem consuetum creati fuerant, sed ex bonis causis tunc & nunc una cum aliis duobus nolumus publicari, sed dicto Ilerdensi reservavimus locum suum, licet publicatus non sit. Item volumus, statuimus & ordinamus, quod si contingat nos morante publicationem dictorum quatuor cardinalium, habeantur statim pro publicatis solemniter, etiam quoad electionem Romani pontificis & ad omnia alia, etiamsi tituli ipsi quatuor assignati non essent. Item volumus, statuimus, & de apostolica potestate plenitudine decernimus & mandamus omnibus & singulis cardinalibus sub pena excommunicationis ipso facto & inhabilitationis omnis activæ & passivæ, quoad electionem Romani pontificis, quod in casu scilicet mortis nostræ ante publicationem dictorum quatuor cardinalium, quod ipsi alii cardinales teneantur & debeant immediate, scilicet infra diem naturalem, habita notitia mortis, publicare prædicta, & adque quatuor cardinales recipiant pariter & admittant in omnibus, ac si publicati & admitti fuissent, sicut superius est expressum. Ita fuit, A. cardinalis Prænestinus Lauderis, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Bononiensis propria manu. Ita fuit, F. episcopus Sabinensis, cardinalis Venetiarum, propria manu. Ita fuit, G. cardinalis Senensis, propria manu. Ita fuit, A. cardinalis Seneris, propria manu. Ita fuit, B. cardinalis Placentinus, manu propria. Ita fuit, R. cardinalis be Brancacis. Ita fuit, A. cardinalis sancti Eustachii, propria manu. Ita fuit, L. cardinalis de Comite. Asseruit autem prædicti decreti originalem schedulam, ejusdem nomini Eugenii tunc cardinalis Senensis, manu propria conscriptam. Addens etiam, duos ex venerabilibus sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus ante ingressum conclavis, de libere ipsum admittendo ad electionem, prout in dicto decreto continetur, protestatos fuisse: quorum duorum protestationem in publica forma in dicta sacra generali congregatione legi fecit, quæ omnia ingesserunt stuporem atque scrupulum magnum in animis cunctorum au-

dicentium, existimabatur autem a domino factum, ut illo tempore sacrum concilium celebraretur ad providendum tam infidelis novitatibus. Quod autem post dissolutionem præsumpserimus multa statuere & edita promulgare, dolemus vehementer nos tam modicam justitiam sacri concilii & auctoritatem ecclesiæ animadvertere, quod ea que cum summa ratione facta sunt præsumptionem vocetis, nos autem æquo animo vestra non recte dicta toleramus, & potius pati injuriam quam reddere volumus: licet quicumque agimus, ita evidenter iusta sint & licita, ut probatione non indigeant, nihil minus omni potestati parati sumus rationem reddere. Magnum aliquid vos dixisse putatis, dum dicitis, quod qui Romanæ ecclesiæ privilegium detrahit, ab ipso summo omnium ecclesiæ capite traditum, in hæresim labitur. Idem sentimus & nos, ac multo firmitus. Dicimus enim summam pontificem esse caput ecclesiæ, & Romanam sedem principalem inter alias sedes. Sed numquid dum partem laudatis, oblitij estis totius? Numquid dum unam ecclesiæ extollitis, eam que universalis est præmittitis? Si hæreticus est qui Romanæ ecclesiæ primatum aufert, quanto major ille hæreticus erit, qui eam ecclesiæ, in qua Romana continetur & præest, super omnes ecclesiæ & omnes homines potestatem habere negat? Item & hæreticum illum fieri debetis, qui putat concilium generale, & specialiter illud Constantiense, ecclesiæ catholicam non representare, aut in his que ad fidem seu bonos mores pertinent posse errare. Hoc si non vobiscum credatis, omnis controversia facile soluta est. Si sedi apostolicæ credendum est & obediendum, credite litteris apostolicis Martini pape V. in quibus ista continentur. Commemoratis nobis pœne formidinem ac conscientie vermiculum, ecce advenit tempus quod prædixit propheta: *Va qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Qui novitates inducunt, qui sanctorum patrum decreta infringunt, qui hæresim, bellorum ac vitiorum extirpationem impediunt, qui pacem perturbant ecclesiæ, hi loquuntur de conscientie vermiculo. Si rationi non creditis, saltem exemplis credite. Qui in concilio Constantiensi post recessum Joannis pape remanserunt, numquid contra conscientiam fecerunt? numquid non ab omnibus commendati sunt & commendantur? Nos idem facimus, nisi quod lentius procedimus, expectantes si forte mollescat cor summi pontificis. Hortamini nos ad pacem & unionem: utinam cor ori responderet. Ecce genibus flexis & plicatis manibus crudele bellum quod nobis & ecclesiæ inferatur, tolli exoramus. Sed quomodo vera pax esse potest, si gladium in vulnere tenetis? Clamamus, tollite gladium, & obliviscimur vulnerum: desinite percutere, & non recordamur injuriarum: pax & unio in manu pontificis est, quam sibi dari ecclesiæ postulat: non disgreget filios sub alis matris sue congregatos: non dissipet oves quas sibi commisit dominus. Ecce si quid culpe commissum est tentando dissolutionem præsentem, sacrum concilium penitus abolet, dummodo ipse pontifex a persequendo desistat, tollatque dissolutionem in perniciem ecclesiæ tendentem. Si dignabitur venire, nemo erit nostrum qui pedes ejus non osculetur ut Petri, qui ut vicarium Christi non honoret: erit concilii caput, omnes

ANNO
CHRISTI
1431.

a. F. v. H.

4. 5.

Sed tunc e-
rant schis-
mata in ec-
clesia, tribus
sibi populum
vendicantibus,
quod
jam non est
sub unico
Eugenio

ANNO
CHRISTI
1522.ANNO
CHRISTI
1522.

omnes ad eam respiciant, omnes ei complacere, obsequi, & quantum cum Deo poterunt, deservire curabunt. Postremo conclusit in duobus esse disensionem, in tempore & loco. Quoad tempus, dicitur placere summo pontifici ut non prorogetur ulterius: loci autem electionem dat nobis, dummodo sit in terris Italiae Ecclesie Romanæ subjectis, cum personaliter velis interesse, cuius domus; durante concilio, se spoliare intendit. Reformationem autem cleri Germaniæ & reductionem Bohemorum committit prefato legato. Et ut nos ei adiumento simus, si hoc fructuosius, quam sine intervallo ad concilium proficisci eximamur: quod si complementum rerum huiusmodi per nos & prædictum legatum fieri non possit,

Fors. redit.
H.

reliquum quoad ad perfectionem, extabit superplebitur in concilio generali. Quantum ex his verbis intelligimus, dominus Eugenius non solum non reputat hoc concilium, sed nec quidem vult ullo pacto hic celebrari concilium, sed dat nobis electionem loci in Italia, in quo futurum celebratur concilium. Quod hoc sit legitimum concilium, evidenter ostendimus. Propterea necessarium esse arbitramur tam saluti animarum quam utilitati ecclesie, ut sua sanctitas dissolutionem præsentem tollat, simpliciterque recognoscat concilium, & illi tota mente adherat. Hoc enim nullatenus prætermitti potest: tum quia fieri non potuit, tum quia notorie scandalizat ecclesiam: tum ne futuris temporibus detur occasio abolendi capitulum, Frequens, quod ita est in ecclesia necessarium, sicut oculis in capite, sine Dei & totius ecclesie gravi offensa dissolutioni præsentem consentire non possumus. Nam præter alia mala quæ prædicta sunt hoc inde sequeretur, quod fateremur ecclesiam errasse quæ hic iudicavit dissolutionem fieri non potuisse. Abrogarem etiam decretum Constantiensis concilii, non solum de modo celebrandi concilii, sed etiam de conciliorum potestate. Ex eo enim decreto, ut per se dictum est, papa concilio, non concilium papa, subiecit. Quo autem ad loci mutationem, majus quod allegatis est papæ debilitas, quæ prohibet ipsum huc accedere, & tamen interesse concilio necessarium reputat. Si Bononiæ accedere poterit, & Basilicam poterit. Et paululum plus temporis itinerando expositi oporteat, non est curæ. Alioquin futuris temporibus propter infirmitatem papæ oportebit concilium ad locum residentis papæ transferre. Plura concilia & de rebus gravissimis papa absente quam præsentem celebrata sunt. Ipse dominus Martinus, licet gravissime esset infirmus tempore inchoationis concilii huius, non tamen transferri Romam vel in Italiam mandavit. Et, quantum conjecturari potest, nihil est quod magis pontificem modernum ab hoc loco retrahere debeat, quam suum prædecessorem. Mundus hæc excusationem non capit, quod propter infirmitatem hoc fieri debeat, cum alii pontifices, non obstante ægritudine, legatos suos destinaverint. Numquid mundana gloria animum suum pulsaret, ut si quid gloriosum in concilio agendum sit, sine præsentem tantum attribueretur? Sed abest hoc a vicario Christi, qui omnia ad gloriam Dei referre debet: quamquam quidquid in legatorum suorum præsentia factum fuerit, sibi adscribi poterit. Sed qua conscientia potest a nobis mutatio loci concedi vel peti, cum tanto tempore laboraverimus, ut Bohemos huc traheremus, & ipsi cum

Annostris oratoribus in magnorum presentia principum concluserint velle huc venire, & jam acceperunt tam nostrum quam multorum principum salvoconductus? Si hinc evanescat concilium, spes reconciliationis Bohemorum perpetuo tollitur, animum reductionis, si quem habeat, videntes se delusos indurarent magis quam unquam. Eset certe confundere ecclesiam, & periclitari fidem. Daremus enim multis populis occasionem ut Bohemis se conjungerent, putantes fidem nostram veram non fore, & nos aliquid non habere per quod possemus eos instruire. Quod si dixeritis: Manebit hic legatus & nos: hoc ergo est dicere, ut simus hic, non ut concilium. Sed hoc fieri non potest, nam

si a concilio vocati sumus, & ad concilium venire concluserint: & nisi sit concilium, nullo modo venient, videtur non modicam spem tota Bohemia in concilium ponere. Dicant & ipsi Bohemi, principes atque populi Germaniæ, se a nobis deceptos, quod ut quæcumque dixerimus hoc esse verum concilium. Si nunc consentimus hic non esse concilium, quam fidem de cætero mundus habebit conciliis? Si hoc fecerimus, nihil aliud restat, nisi ut tamquam deceptores per principes & populos istos lapidemur, & trucidemur, vel in manibus Bohemorum tradamur. Utramque enim gentem delusisse videbimur. Constat nobis esset ut hinc fugeremus, quam amissio nomine & auctoritate concilii hic moreremur. Nec videmus quod profectum aliquem dominus legatus, quod reformationem, facere possit, si hoc concilium extinguatur. Nam ita ubique mali mores inveterati sunt, quod nisi fiat generalis reformatio in ecclesia nunquam fiet particularis alicujus provincie. Solent enim omnes dicere: Reformemur alii, & reformabimur nos. Illud etiam dicunt: Reformemur capita, reformabimur & nos. Unde iudicio omnium necessarium est auctoritate concilii generalis fieri generalem reformationem, in qua potius ad exequendum quam ad condendum novas leges intendendum videtur. Quantum vero ad loci mutationem in Italia, cura nobis expectatis responsum, cum nobis optime

consideret, hoc tempore impossibile esse ibi celebrari concilium? Italia tota ardet: guerris, omnis gleba suos habet armigeros & prædones, & vix simplices viatores secure transire possunt. Quod varietates & mutationes statuum sunt in terris ecclesie, vos melius nostis: etiam in omnibus ecclesiarum terris penuria non modica. Si mente illustratis omnes Christianitatis regiones, vix ulla est ad celebrandum concilium accommodatio, securior ac fertilior hoc loco intus & in circuitu. Quod ante omnia est ponderandum, Bohemi ad Italiam nullatenus veniant, quos etiam ad veniendum huc potenti principum manu conduci oportebit. Non enim aliter concludi potuit adventus eorum, nisi magis quidam principes se obligaverint personaliter eos huc conducere; quod sine magnis expensis fieri non poterit. Ipsi etiam Bohemi oratoribus nostris in Egra expresse dixerunt, sentientes sanam istius dissolutionis præsentem, & novæ indictionis concilii Bononiensis, nullatenus se montes transuros. Etiam, ut inquit beatus Thomas, huiusmodi materiam in alienis partibus, ubi hæresis nota non est, periculosam esse tradere. Est etiam & aliud, propter quod pati non debemus mutari locum: quia hoc destrueretur, nec aliud fieret concilium. Nullus enim veniret, nec se ad tam longum iter expo-

ANNO
CHRISTI
1439.
a Ferrar. ad
munt. H.
Eius vero
Ferraria &
Florentia
frequenter ad
modum fuit
synodus. Et
Basilea viz
tunc tandem
recessit car-
dinalis.

ANNO
CHRISTI
1439.

erret, ea praesertim ratione, quod quilibet cri-
stianabit, quod sicut factum est hic; ita futu-
rum esse & multo magis in Italia. Et si di-
catur: Promittetur non dissolvere, nisi omnia
completa sint, erunt qui replicabunt: Si duo-
rum conciliorum & duorum pontificum auctori-
tas non valuit, quin praedicta dissolutio fieret,
multo minus valebit simplex promissio. Dicitur
etiam: Si dominus papa decederet, successor
faceret sicut nunc fecit dominus Eugenius. Nec
paretis homines esse rudes, quod huiusmodi
non cognoscant artes. Existimatur nihil aliud
quæri per multas ac varias vias, disquemad-
modum hoc concilium dissipetur. Tot angus-
tias & molestias mentis & diversos labores qui
sunt hic passi sunt pro sustentando concilio,
quod si scirent mutando se locum, statim
ad propria redirent, at non visuri con-
cilium. Suspicantur multi, quod non tam loci
mutatio quam extinctio decretorum concilii
Constantiensis quaeratur: ex quo quanta mala
in ecclesia nunc & in futuris temporibus seque-
rentur vix enarrari posset. Hæc igitur & mul-
ta alia ardeant conscientias nostras, ut nulla-
tenus dictæ dissolutioni præsentis aut loci mu-
tationi præbeamus assensum. Quare obsecra-
mur, obsecramus, & cum quanta possumus
instantia requirimus præfatum sanctissimum do-
minum Eugenium per passionem domini nostri
Jesu Christi & salutem animæ suæ, & per de-
bitum quo obligatur ecclesiam, ut cum omni
favore huic sacro velit adherere concilio. Ob-
tulimus quæ supra audistis. Offerimus etiam
omnium molestiarum, quas ex huiusmodi dis-
solutione perpessus sumus, velle oblivisci. Of-
ferimus etiam quidquid dici aut cogitari po-
test nos fidelissime facturos, quantum cum
Deo fieri poterit, pro omni honore & statu
tam suæ sanctitatis, quam omnium suorum,
dummodo integre ac simpliciter huic sanctæ
synodo se conjungat. Quod si prout suam
sanctitatem decet, ostendet nolle schisma in
corpore, nec spiritum contristabit, qui sibi &
nobis & toti populo Christiano hic perfectam
charitatem, & in futuro seculo vitam æternam
donare dignetur. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra ge-
nerali, tertio Nonas Septembris, anno a na-
tivitate domini millesimo quadringentesimo tri-
gesimo secundo.

IV.

*Responsio synodalis ostensiva non esse acceptandas
litteras Eugenii papa de sua præsentis dissolu-
tione, quodque articulus de dissolutione
est pertinens ad fidem.*

*Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
ecclesiam representans, ad futuram rei me-
moriæ.*

Speravit hæc sacra synodus per diu-
turnam patientiam suam possessum pontifi-
ficem ad ea quæ rationis & æquitatis sunt ali-
quando desistere, cogitavit diu expectando ef-
ficere, ut ipse summus pontifex cognita nostra
mansuetudine hoc sacrum concilium universa-
lem representans ecclesiam voraciter recognos-
ceret, & illi, quemadmodum tenetur, pure &
simpliciter adhereret: idque quod scandalum ac
perturbationis causa in ecclesia fuerat sine dif-
ficultate revocaret. Credebamus jam adventum
diem quo de ipso meliora concipere deberemus,

ANNO
CHRISTI
1439.

A ac dolorem, quem usquequæ ex sua scandalosa
dissolutione perpessi fueramus, amodo ex sua
humili adhaerentia converteremus in gaudium:
sed, quod non sine metu referimus, ipse nostra
frustrati sumus, & quotidie major dolendi cau-
sa augetur: quoniam quem tolerando & diffi-
ciliendo desinare curavimus, cum in suo proposito
duriores experimus. Praestolati sumus per an-
num integrum ac dimidium ut offensam illam
dissolutionis gravissimam, quam notorie univer-
salem læsit ecclesiam, penitendo emendaret:
& expectavimus ut dominus Eugenius pro no-
stra clementia & benignitate huic sanctæ syno-
do se penitus conformando nos omnes consolae-
retur. Sed quantum, prohi dolor!, aspiciens
maiori in dies amaritudine ac moreere contri-
stat. Quid enim acerbius ecclesiam potest accide-
re, quam quod qui custos & caput illius esse
deberet, & eam prout aliis fovere & honorare,
ipsam nolit recognoscere, sed quotidie magis
contemnat & despiciat? Hæc quam magnam
querelam habet de moderno pontifice sancta ma-
ter ecclesia, cujus auctoritatem omni studio op-
primere satagit: & quo modestius ab eo admo-
necetur & obsecratur, eo pertinacius illam ap-
pelle negligit. Quam mansuete ac modeste erga
eum hæc sancta synodus, licet graviter læsisa,
se gesserit, nemo est qui jam ignoret.
Postquam enim dominus Eugenius in notorium
ecclesiam scandalum & perturbationem Christia-
næ religionis hoc sacrum concilium tam sole-
mniter institutum, dissolvere conatus est, de-
stinavimus primo nostros oratores, ut per eos
informati de pluribus scandalis, quæ ex hu-
iusmodi dissolutione secutura erant, ipsam
penitus tollerent: & sacrum concilium, prout
institutum erat ad honorem Dei & auctori-
tatem ecclesiam, perfici pateretur: quod cum fa-
cere recusaret, ipsum citavimus & monuimus,
ut infra quatuor menses ab ipsa dissolutione
desisteret, ac sacro concilio adhereret; quibus
lapis, licet per promotores ipsius sacri concilii
ipsius domini Eugenii contumaciam accusantes
requireremur ut ipsam, prout juris est,
rat, declararem contumacem, & adversus
Deum juris remediis procederemus, instantibus
tamen ambulatoribus ipsius domini Eugenii,
& in publica sessione nos orantibus, ut in hu-
iusmodi processo supersedere dignaremur pro-
tunc, & usque ad tres menses sequentes di-
stulimus. Quibus transactis, licet merito ad
suspensionem ipsius tamquam incorrigibilem &
notorie scandalizantem ecclesiam, ab omni
administratione papali procedere potuissemus,
mitti tamen secum agentes, ipsum iterum
monuimus ac citavimus, & ex parte omnipoten-
tis Dei precepimus, ut infra sexaginta dies
præsentem dissolutionem omnino revocaret, &
huic sacro concilio publice, pure ac simplici-
ter & cum effectu adhereret. Quo advenien-

te termino, interim per promotores concilii
ipsius domini Eugenii contumaciam fortius
accusantes, instantius requisiti fuimus, ut am-
plius tam notoria contumacia non parentes
partes iustitiam exquereremur. Decrevimus ni-
hilo minus aliquandiu supersedere, expectan-
tes si forte per tam exuberantem concilii man-
suetudinem ad cor reverti & demum resipisce-
re vellet. Interim autem vos tres ac domi-
num episcopum Servientem ad nos embasia-
tores transmisit, cum quatuor diversarum fa-
cultatum bullatis litteris, loco instructionum eis
datarum, quæ cuique videnti non parvam ad-
mi

Carvianum

ANNO
CHRISTI
1417ANNO
CHRISTI
1417

mirandi occasionem praeberunt, ita variis
causis & involucribus plena, non quasi
res ecclesiastica inter ecclesiasticos, sed ut
res profana inter mercatores tractaretur. Pri-
ma autem instructio erat, ut ad civitatem
Bononiensem accederemus, quam si non ac-
ceptaremus, succedebat secunda, ut alium in
Italia locum pro futuro concilio eligere-
mus: quod si nobis non placebat, offerebat tertiam
ad arbitrium duodecim praetorum ac amba-
satorum principum hic existentium, quibus an
hujusmodi petitio iusta foret committeretur,
qui si declararent Christianitati concilium ex-
pedire in Alemania celebrari, feret cum mo-
dis & conditionibus in sequenti instructione
expressis. Quarta autem instructio erat, ut, si
nihil praedictorum nobis placeret, facultatem
haberemus eligendi unam de civitatibus Ale-
maniae, Basilea tamen semper exclusa. Quod
autem ex his non solum dissolutio sublata non
sit, sed magis firmata, ac monitioni hujus
sacri concilii nullatenus paritum, ita mani-
festum est, ut probatione alia non indigeat,
quinimo & vos ipsi ambatores conati estis
nonnullis rationibus, quamquam frivolis, pro-
bare hoc concilium non fuisse rite inchoatum:
& tamquam tempore decreto non inceptum
lapsa temporis expirasse, atque, etiam si rite
congregatum fuisset, licuisse papae sua potes-
tate id dissolvere. Quibus nomine sacri concilii
respondit, & luce clarius probatum, fan-
ctum hoc concilium legitime extitisse inchoa-
tum, nec a Romano pontifice sine ipsius con-
cilii consensu dissolvi potuisse: quodque cum
honore Dei & ecclesiae, praedictis bullis rem
illicitam & valde absurdam potentibus, nulla-
tenus concilium posset annuere. Post haec, sa-
ma publica referente, ad nostram pervenit no-
titiā, ipsum dominum Eugenium quosdam
litteras decimo sexto Kalendas Martii, duobus
videlicet diebus ante finem didorum sexaginta
dierum, in publico promulgasse consistorio, de
quarum tenore postmodum certiores effecti
fuimus per nuntios dominorum electorum sa-
cri imperii, qui in publica congregatione nos-
tra illas perlegi voluerunt. Harum litterarum
hic est effectus, quod ipse dominus Eugenius
statuit ut "Basileae concilium per suos lega-
tos quantocius transmittendos celebraretur. In-
terim vero Basileae convenientes, ad reductio-
nem Bohemorum ad fidem catholicam, pa-
cemque inter cunctos Christi fideles tractan-
dum, vult esse intentos. In principio autem
dictarum litterarum exprimitur, quemadmodum
per felicis recordationis Martinum papam quin-
tum, cardinalis sancti Angeli principaliter des-
tinatus fuisset ad extirpandum haesim Boho-
morum cum potestate in Basileensi concilio
praesidendi, si in tempore congruo & decreto,
praetorum ibi condecentem copiam reperiret,
quod ipse cardinalis satis dilucide confutavit,
asserens sine ulla conditione sibi injunctum
fuisse, ut ipsi concilio praesideret, quemadmo-
dum ex litteris ipsius domini Martini eviden-
ter apparet, nec aliud a dicto domino Mar-
tino in mandatis habuisse, nisi hoc solum, &
bina vice repetitum, ut bene faceret. Quo
vero ad tempus decretum, quia ipse dominus
Eugenius intelligit necessarium fuisse, ut sta-
tim & immediate post septennium a fine con-
cilii Senensis concilium Basileense inchoari
deberet, praefatus cardinalis explicavit, qua-
liter nec a jure communi hoc cautum est,

nec mens papae Martini, qui primo voluit in-
tendendum fore ad expeditionem militarem
congregandam contra Bohemos, quam ut Ba-
sileam ipse cardinalis pergeret, nec intentio
illius domini Eugenii, qui multis post men-
sibus ipsi cardinali per suas litteras injunxit,
ut expedito negotio Bohemorum Basileam pro
concilio celebrando accederet, satque statim
post septennium concilium opes inchoari. Ju-
stificare etiam conatur praefatus dominus Eu-
genius causas, propter quas dissolutionem pra-
efatam fecisse se asserit: quas non fuisse sus-
tinentes, nec sic se habuisse, in responsione
data primit ambulatoribus clare continetur.
Per has autem litteras, nemini videtur aliquo
modo satisfactum esse monitioni & requisitio-
ni nostrae. Non enim recognoscit fuisse aut
esse concilium, sed statuit ut celebraretur per
legatos quantocius transmittendos. Ante igitur
quam legati veniant, & concilium inchoetur,
secundum has litteras concilium dici non
poterit: quod ex illa clausula manifestum con-
stat, quae dicit: Interim enim Basileae conve-
nientes, ad reductionem haereticorum & pacem
volumus esse intentos. Si enim interim intel-
ligeret esse concilium, non posset ipsum ad
duos tantum casus restringere, cum & de refor-
matione & de quibuscumque negotiis totius
ecclesiae facultatem habeat concilium genera-
le. Quod si interim (ut praedictum est) intel-
ligit non fuisse concilium, subsequenter di-
cendum est non esse dissolutionem sublata,
neque impedimento est quod dicat: Volumus
ut dicta dissolutione non obstante concilium
per legatos transmittendos celebraretur: quoniam
ista clausula, futuram dumtaxat, respicit con-
cilii celebrationem per legatos faciendam, non
autem concilium jam diu inchoatum: hic
enim non reputat esse concilium. Unde clau-
sula ista, Non obstante, non solum vero
tollit praedictam dissolutionem, sed firmat,
sicut exceptio alicujus casus ab aliqua regula
extra illum casum firmat regulam. Cum ergo
non reputet esse concilium ante adventum le-
gatorum, & celebrationem per ipsos facien-
dam, nec dissolutionem quoad praeterita tol-
lat, quis non judicet ipsum nos parere man-
datis concilii, quibus cavetur ut pure, simpli-
citer & cum effectu adhaereat? rei enim quae
secundum eum non est adhaerere non potest.
Sed & vos oratores, evidenter cognoscentes
per has litteras decreto concilii minime fore
satisfactum, misistis, ut ipsi asseruistis in de-
putationibus hujus sacri concilii, praefatum
dominum episcopum Cerviensem supplicatu-
rum papae, ut decreto praedicto satisfaciat: sem.
Post cujus episcopi ab hinc recessum, per duos
menses & amplius hoc sacrum concilium pro-
cedere distulit: nonnulli enim ex patribus sa-
cri concilii sperabant perfectam adhaerentiam,
Eadveniente dicto domino episcopo Cerviensi,
& assecuturam. Sed nec propterea amplius fa-
ctum esse cognoscimus, imo quotidie nobis
manifestius innotescit dominum Eugenium in il-
luz dissolutionis proposito firmiter perdurare.
Misit enim tandem nonnullas litteras, & in
quibusdam ex eis quatuor nominat designatos
legatos cardinales superventuros ad praesiden-
dum, in aliis quinque praefatos, in aliis pra-
efatum dominum cardinalem sancti Angeli si-
mul cum praedictis deputatis, & in omnibus
his facultas data refertur ad litteras datas de-
cimo sexto Kalendas Martii, in quibus non
vetus

"Romulus
quatuorci-
tus.

verv.

• Servius.

a) Fortv. esse
laetitia.

ANNO
CHRISTI
1431.

verus approbatur concilium, sed novum per legatos indicendum expectatur. Scripte preterea nobis, nominando sacrum concilium: O utinam recta id diceret intentione: quod quidem nos facile crederemus, si huic nominationi reliqua consonarent. Aperientes enim litteras legimus tale principium: Postquam statuis in civitate Basileensi debere concilium celebrari: de hoc statuto cautum est in litteris decimo sexto Kalendas Martii, sed in illis; ut prædictum est, novum expectatur concilium indicendum, nec nunc dicit quod iam statuerit, sed quod statuit debere celebrari, quæ verba futuram celebrationem expresse significant. In his etiam litteris refert se ad facultatem datam legatis, & in huiusmodi facultate ad prædictas litteras decimo sexto Kalendas Martii se refert. Quidquid ergo in omnibus litteris dicitur, intelligendum est de futuro concilio per legatos celebrando. Sed & non mediocriter facultas data legatis non admirari compellit, in qua negotia quæque ecclesiam universalis per dictos præfidentes expedienda mandatur cum consilio concilii: quæ verba juxta significationem propriam, aut regulas juris canonici & civilis, innuunt ut consilium concilii peti dumtaxat, non autem sequi oporteat. Igitur si concilium consuleret aut disjiceret aliquid ecclesiam expedire, & præfidentibus non libeat fieri, si eundem eum non licebit. Quid, si præfidentes nihil eorum quæ ad fidem vel ad generalem reformationem ecclesie pertinent, aut aliquid quod fidei vel bonis moribus contradicat, agere decreverunt, concilium ergo prohibere non poterit? ergo de iudice fiet consiliarius: Quid, si præfidentes totum concilium condemnare vel iudicare delibent, secundum hoc contradicere non poterit? ergo de iudice fiet reus? delusorium esset ergo & falsum decretum illud, tanta maturitate a sanctis patribus & in concilio Constantiensi digestum, in quo cavetur, quod quilibet, cuiuscumque dignitatis, etiam si papalis, statutis, mandatis, & decretis concilii generalis obedire teneatur in his quæ pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & universalem reformationem ecclesie in sapie & in membris: quod si non obdiderit, condignæ poenitentiae subiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo. Secundum hoc non solum præfidentes, sed & papa obnoxius est decretis & præceptis concilii. Ergo potius concilium cum consilio papæ vel præfidentium, quam e contra, negotia ecclesie concludere debet. Quod si in verbis memoratæ facultatis stare oporteret, ut quid hic convenissemus, acturi præcipue de reformatione capituli, a quo primum reddi rationem decet? cuius languor si curatus non fuerit, totum corpus, secundum beatum Gregorium, infici necesse est, & talem fuisse ipsius domini Eugenii mentem, in hoc videlicet concilio capitis non esse faciendam reformationem, verba illa satis innuunt in fine ipsius facultatis posita, videlicet agendi, tractandi, disponendi, statuendi, declarandi, & concludendi, quæ in præmissis & circa ea pro statu nostro & ejusdem ecclesie ac salute animarum fidelium, &c. nec non reformatione in omnibus membris suis noveritis expedire. Talibus enim litteris ratio nulla assentire persuadet, nec dicere ullo pacto possumus ipsum satisfecisse monitioni postre-

Alloquin sciremur hoc non fuisse concilium, & gesta in eo esse irrita: & communiter ecclesiam, quam hic esse omnes reputavimus & merito reputamus, non fuisse ecclesiam, & nos omnes extitisse schismaticos, quod si hoc concilium infringi poteremus, vacillaret profecto præteritorum conciliorum auctoritas, & præsertim Constantiensis, a quo istud dependet, & secundum cujus decreta hoc institutum est. Nam si fateamur aliquod concilium revocari in dubium, eadem ratione de cæteris hæsitari poterit. Quid ergo roboris & firmitatis in ecclesia remanebit, si sacrorum conciliorum mutabitur auctoritas per quam post sacra evangelia quidquid fidei habemus elucidatum est? Absit a nobis ut tale pessimum vulnus ecclesie patiamur inferri. Præter hoc & aliud enorme præjudicium sequeretur, quod tam concilium illud quod noviter ipse Eugenius celebrari instituit, quam alia futura, Romanis pontificibus in ipso limine nullo contradicente, dissolvere fas esset: ex quo quanta possunt mala succedere quis satis enarrabit? Si insurgant in ecclesia hæreses, errores, superstitiones, vitia, deformitates ac bella, & cætera omnia quæ Christianam religionem perturbare possunt, & in præcipitium deducere, si papa velit ecclesiam incorrigibiliter ac notorie scandalizare ac devorare plebem domini sicut escam panis, & fidem catholicam tandem pervertere, concilium vel non congregabitur, papa prohibente: & congregatum eo mandante dissolvetur? Cassetur igitur concilium Constantiense, & decreta sanctorum patrum, quæ declarant in his quæ universalem statum ecclesie concernunt papam nihil posse immutare. Frustra enim membranas occupant, si unico verbo papa protest illa irritare: & quod deterius est, auctoritate ecclesie talia posse videretur. Si post huiusmodi contradictionem inter concilium & papam ortam concilium quasi victum illi cederet, & ipsum & alios Romanos pontifices in possessione dissolvendi concilia poneret, quæ tandem spes erit, quod præfatus dominus Eugenius decreta huius sacri concilii servet, & servari faciat, si ipsum concilium spernat recognoscere? Quibus etiam remediis uti poterimus ut statutis hic promulgandis non contraveniat, si ipsum concilium per quod statuta sunt irritari patiamur? Mori malumus, quam tanto errori per igoaviam cedere. Si majores nostri pro legibus paternis viriliter decertare & mori statuerunt, cur nos sic erimus degeneres, ut pro conservatione universalis ecclesie id ipsum non faciamus? Si de privatis rebus ageretur, ac personalem pateremur injuriam, esset forte cedendum, & patienter propter Deum ferre laudabile foret. Injurias autem Dei impune tolerare, juxta beati Chrysostomi sententiam, nimis impium foret. Hic articulus de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius sanctam ecclesiam non audierit, quam hoc concilium representat, oportebit tandem haberi ut ethnicum & publicanum. Si ecclesiam amplius offendere non vult, recognoscere necesse habet hoc verum fuisse & esse concilium, ipsumque dissolvere nequivilis, & illi pure & sine dissimulatione adherere. Si vult ut de ipso bene concipiamus, desinet tot bullis totque involutionibus & se & nos defatigare. Ista enim magis difficultates augent. Si declarasset hoc Basileense

ANNO
CHRISTI
1431.a) Verba, non
sunt. H.Talis non
fuit Eugeni-
us IV.b) Forte
vel. H.

Yous. 1.

ANNO CHRISTI 1431.

locus concilium per statuta generalium Conciliorum & Spensis conciliorum ordinatio nemque domini Martini & suam inchoatum, verum semper & sine interruptione factis & esse concilium, & illi pure & simpliciter adhaesit, dissolutionemque praesentem juxta decreti nostri tenorem revocasset, suo debito honori satisfecisset: reddidisset se Deo & hominibus gratum, & quicquid cum Deo possidet, sicut alias oblatum est, libenter faceremus sicut ei semper offerimus. Ex praedictis igitur justissimis causis admirandum non est, si vos in praesentes non admittimus, paratos nos offerentes, cum praefatus dominus Eugenius suum debitum fecerit, cum omni modestia debitum nostrum facere. Alioquin si hoc fieret, & Deum & ecclesiam & ipsam fidem graviter offenderemus, multoque scandalis daremus & nos & futuris temporibus occasionem. Jam omnibus constat justitia & veritas, quas nos defendimus & quam mansuete & patienter tanta temporis utilitate ipsas apud dominum Eugenium profecuti sumus. Testis est Christianus orbis patientia & mansuetudo nostra. Nunquam in annalibus legitur Romanam pontificem notorie scandalizantem ecclesiam tam suppliciter obsecratam, tam instanter monitam & requisitam, & tandem sicque patienter ab ipsa ecclesia expectatum. Cogit nos amodo zelus domus Dei & catholicae veritatis defensor vehementius insurgere, & acriora contra inderatum morbum adhibere remedia. Oramus tamen omnipotentem Deum, ut cor praefati domini Eugenii emolliat ad consentiendum justis sanctae matris ecclesiae monitionibus, ne horrendum illud judicium incurrat, quod dominus scandalizanti unum de pusillis suis minimis comminatur.

Datum Basiles in congregatione nostra generali, decimo sexto Kalendas Julii, anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

V.

ANNO CHRISTI 1431.

Responsio synodalis, data praesente concilio, quam Dominus et seipso fecit viva voce in congregatione generali, et deinde redegit in scriptis, super acceptatione decretorum per papam faciendam, primo quam eidem a concilio facta provisio.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Hic Julianus podes relit Basiliensibus adhaer. Eugenio.

Hodie in nostra generali congregatione dilectus ecclesiae filius Julianus tituli sanctae Sabinae, sanctae Romanae ecclesiae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, praesidens in hoc sacro generali Basiliensi concilio, dilectis ecclesiae filiis Ambrosio priori Camaldulensi, & Antonio de sancto Vito, palatii apostolici causarum auditori, oratoribus sanctissimi domini Eugenii papae IV. infra scriptam responsionem dedit in modum qui sequitur: Deceret hujus sacri concilii dignitatem, ut cum sanctissimi domini nostri papae oratoribus nunc respondendum sit, tali viro hoc onus iungatur, qui & sacro concilio & summo pontifici dignam orationem faceret. Sed cum loco tantum, & non meritis, hoc respondendi mihi officium tribui haecenus solitum sit; excusabit consuetudo, si vestris ornatissimis orationibus per aut similis non reddatur oratio.

Council. General. Tom. XXIX.

postifice

Excusari & ego debeo jure, qui hunc primum locum non ambitu aliquo sed superioris jussu, contraque meum instinctum consecutus sum: quem etiam non voluntas, sed necessitas ad respondendum coegit. Semper & familiariter ego, quemadmodum apud nos domi soleo, nunc vobiscum colloquens magis quam perorans, principales vestrarum orationum partes assumam, quibus nomine sacri concilii respondebo, & a vobis initium dicendi faciens, venerabilis domine generalis, qui primum Laetantii aut Cicerois stylo hic perorastis, quatuor ex vestra oratione principaliter colligo. Primo, hanc sanctam synodum ad charitatem pacemque & unitatem cum domino nostro conservandam exhortati estis. Secundo, sanctum piisque ejus propositum ac desiderium explicastis ad haec tria opera quibus sacrum concilium intendit. Tertio, sedem potentem esse, & quod opibus abundare opus sit, ut oppressos relevet, & indigentibus subveniat. Postulastis demum, loco annatarum, quas decretum nostrum proxime editum abstulit, provisionem sedi apostolicae sufficientem fieri. Vos autem, domine Antoni auditor, duo praecipue apud fratres minores etiam disertissime amplexi estis. Primo, quod haec annata jure divino, naturali & humano, tolerari poterant. Secundo, quod aut suspendatur decretum, aut debita sedi apostolicae fiat provisio. Exhortatio, quam primo loco, domine generalis, ad pacem generalem charitatemque & unitatem fecistis, sancta quidem est & salubris, & omni acceptatione digna, quam quilibet Christianus utraque manu amplecti debet: quae quam sit necessaria & utilis, in se quilibet palam experitur: quantumlibet enim homo sit dives aut potens, omnia habens naturae ac fortunae bona, si pace & unitate cum proximis careat, nihil jucunditatis, nihil laetitiae unquam sentire poterit; sed plurimas animo molestias atque angustias secum ubique deferet. Nos etiam non passi sumus hoc munere pacis ab ipso summo pontifice praeveneri. Nam & saepenumero ac per nostros oratores novissime Florentiam destinatos, id ipsum suae sanctitati nuntiavimus, optantes ut unum essemus charitate ipse & nos, sicut Christus orans pro discipulis suis, dicebat: *Oro Pater ut unum sint, sicut & nos unum sumus.* Ipse igitur summus pontifex pacem & unitatem nobiscum habere desiderat, & nos secum. Ipse illam nobis nuntiat, & nos sibi. Quid ergo restat, quod ipse & nobis pacem & unitatem optantibus, invi- cemque nuntiantibus, pax ipsa non sit? An quia sic alter alteri pacem optamus & nuntiamus, pacifici dicendi sumus? An etiam quis inter dissidentes, ut modo in Christianissimo regno Franciae factum est, pacem componere satagimus, filii Dei vocabimur, si pacem inter nos invicem non habemus? non quidem, inquit beatus Hieronymus super Matthaeum in verbo illo, *Beati pacifici*: Ille vero pacificus est, qui prius in seipso, deinde inter alios pacem querit. Ipse & nos unum corpus ecclesiae sumus, qui regimur sub uno Christo capite nostro: ipse & nos civitas Dei sumus: ipse & nos una domini sumus. Si in hoc corpore, si infra hujus ecclesiae civitatis mœnia, si intra hujus domus domini parietes dissensionum, emulationum, odiorum bella versentur, quis ipsum & nos pacificos recte nunciet, etiam in toto terrarum orbe pacem esse.

ANNO CHRISTI 1431.

Jan. 17.

Marb. 1. a Forv. 10. n. 11.

ANNO
CHRISTI
1431ANNO
CHRISTI
1431

efficeremus? Quid ergo causa est, cum uterque tam bonam & sinceram ad pacem se voluntatem habere dicat: quod inter ipsum & nos non mediocres dissensionum scintilla apparent? quae nisi caute extinguantur; verendum est quod ne in maximam erumpant flammam. Quid opus est iudiciis aut conjecturis huiusmodi discordiae causas investigare? Audiamus quid in nobis loquatur dominus Deus noster, qui loquitur pacem in plebem suam, inquit Deus per os Psalmista: *Misericordia & veritas obviaverunt sibi, iustitia, & pax complexa sunt se.* Demonstrat profecto dominus Deus noster quod pax sine iustitia esse non potest, imo, ut illa sit, iustitiam praecedere oportere. Cum ergo ita sit, aliter esse non potest, cum, sicut veritas attestatur, necessarium est, si dominus noster veram pacem & unitatem inter nos & ipsum fore desiderat, ut quae ad iustitiam spectant primo ipse praemittat; hoc est, ut ecclesiae universali jus suum tribuat. Quod est illud ecclesiae jus? quae sunt illae iustitiae partes, quae veram pacem praecedere debent? Non certe aliae, nisi, cum ecclesia universalis Spiritu sancto dirigatur, & eam universale concilium representet, ut decreta synodalia diligenter & per alios suo exemplo & iussu servari faciat. ita & sui antecessores sancti Romani pontifices, quorum vitam in testimonium sanctitatis etiam miraculis illustravit Deus, fecerunt, summa veneratione universalem conciliorum canones suscipientes, & per eos inviolabiliter servari facientes, qui sine maxima & urgentissima causa adversus ea non disponebant quidquam, nec ab aliis aliter fieri patiebantur: inquit enim beatus Damasus: Abiit a me ut sanctorum patrum canones absque inevitabili ratione transgrediar unquam: & magnus ille Gregorius, ut sancta evangelia, concilia generalia se venerari affirmat: & non solum quatuor illa primae, sed & omnia, dum ea ratione utitur, quae omnibus universalibus conciliis communis est. Beatus quoque Gelasius universalis ecclesiae statuta asseverat nullam esse sedem, quam magis exequi oporteat, quam primam. Non mihi satis esset usque in crastinum, si singulos, tam summos pontifices, quam sanctos doctores, recensere pergam, qui saluberrimam conciliorum doctrinam super ceteris aliis efferebant, venerabantur & observabant: nec sic faciendo quidquam Romani pontificis auctoritati deperit aut detrahitur, imo adiecit & accrescit. Quidquid enim in sacris statutis conciliis, sua etiam auctoritate statuitur, quae semper ibi refulget, ut prima & praecipua praeter omnibus, caput & directrix. Et cum aut personaliter aut auctoritative semper in synodis universalibus interfuit, ipseque ecclesiae rector sit & pastor, decreta conciliorum, etiam sua & sedis apostolicae non immerito dici possunt. Nos enim, ut dixi, unum ecclesiae corpus sumus, & ipse huius corporis caput sub capite Christo. Quidquid igitur sit ab hoc corpore ecclesiastico, etiam si omnia membra in idem concurrant, sicut in corpore naturali accidit, magis tamen ac praecipue oratio quaevis capiti appropriatur et adscribitur, ab ipsoque magis quam ab alio corporis membro procedere censetur. Itaque non secus synodalia decreta pro suo debito & honore exequi debet, ac per alios servari facere, quam si ab ore proprio dictata & promulgata essent. Dum enim ipse praesens

P. aim. 14.

a. Fortader,
& c. H.f. Fortader,
& c. H.Nota quam
tum hic tri-
buit ponti-
fici.

est, ipse concludit, ipse statuit, et sub nomine suo ac persona eius omnia decernuntur. Dum abest, sui praesidentes, qui vice eius funguntur, locumque apostolicum tenent, et personam pontificis representant, per sacrum concilium deliberata concludunt. Per concilium autem statuta, in nullo derogant summo potestati, quin pro tempore, loco, causis, et personis, utilitate vel necessitate suadente, moderari dispensarique possit, atque ut summi principis, quae ab eo auferri nequit. Hinc ergo sancta synodus non opes, non quid aliud ab eo postulat, sed hoc, ut quemadmodum durtaxat sui egerunt antecessores circa decretorum synodaliu observantiam, ita et ipse facere dignetur. Quod si fecerit, prout putamus, et ex toto corde obsecramus, hinc praesente iustitia, mox laeta fronte soror ejus jucundissima succedet pax, quae sine iustitia germana sua antiquiore incedere non consuevit. Quod si forsitan et ipse summus pontifex dicat, quemadmodum et vos in cordibus vestris nunc dicere suspicor, etiam ex parte huius sacri concilii praecedere oportere iustitiam sibi quoque jus suum per nos tribui debere; nemo nostrum ita irrationabilis est, aut etiam esse debet, quod alio jure in se, alio in aliis uti contendat: et ab alio sibi injuriam fieri petat, ipse alteri denegat. Videamus, et inter nos cum charitate discutiamus, si quid est quo concilium jus sedis apostolicae gravet, laedat, offendat, minuatur: et ecce nulla erit, ut spero, difficultas, quin omnia ad iustitiam rectitudinem et regulam normam redigantur. Sic igitur uterque faciendo, tunc rei evidentia animum utriusque ad unitatem paratum demonstrabit, et tunc vere pacifici erimus, ac filii Dei vocabimur. Et hinc ad secundam vestram orationis partem se mihi competens responsum offert. Sic enim (ut praedictum est) faciendo, tunc evidenter cognoscemus, et ubique palam fatebimur sanctitatem suam ad haec sancta opera, propter quae convenimus, veram perfectamque voluntatem gerere: tunc nos super omnes praecipui laudatores ac praedones erimus. Tertio loco dicitis oportere sedem apostolicam abundare ac potentem esse, exemplo illorum Romanorum pontificum, qui beato Athanasio, beato Joanni Chryostomo, ac beato Thoma Cantuariensi de sedibus propriis pulsam operam subsidiaque necessaria contulerunt: beati quoque Gregorii, qui usque in Jerusalem indigentibus vitam necessariam ministrabat. Nos nec re nec verbo in hoc contradicimus: imo non est illa sedes, nec etiam esse posset tam potens ac locuples, quin eam pro utilitate ecclesiae locupletiores potentiorumque esse vellemus: quamquam affirmemus et in illa et in aliis episcopalibus sedibus desiderari magis copiam abundantiamque virtutum et meritum, quam opum aut divitiarum. Nec certe fecimus aut facere quidquam intendimus, per quod illa sedes iustitiam seu diminutionem aliquam auctoritatis aut facultatis pati possit. Quod si recte cuncta animadvertantur, atque omni passione sopita iudicentur omnia, nemo asserere cum ratione poterit, quidquam per hoc nostrum decretum in diminutionem, derogationem seu praedictum illius sedis forte attentatum. Et quamquam multae ad id suppetant rationes, tres nunc satis esse iudico. Primo, cum nemo inficietur multos in exactione harum annatarum soltos fieri,

ANNO
CHRISTI
1611.Canone 41.
Concilii El.
beritani.

Mart. 10.

Tom. 1.

AN. 1.

fieri abusus, cum etiam hinc multi scandalum A
paterentur & scrupulum in conscientiis, ac
modus ipse exigendi onerosus esset ecclesie,
& apud multos speciem mali continere vide-
retur: nos his omnibus hoc decreto providi-
mus, sequentes doctrinam Christi, mandantis
nemini incutiendum esse scandalum: & Apo-
stoli precipientis ab omni specie mali absti-
nendum: Regulas quoque canonicas ac lega-
les, quæ nonnulla prohibent, licet in se non
mala, ob hoc tantum quod vel speciem mali
contineant, vel occasionem præbeant delin-
quendi. Nonne & gratis offerre, & elemo-
synam dare, pium est & charitatis opus? Sed
quoniam tempore baptismi memos projicere
in cochlam, speciem prætendebat mali, &
mendari & aboleri talem consuetudinem iussit
ecclesia. Nihil quidem novitatis per hoc de-
cretum in ecclesia introductum est, sed præ-
cepta & exempla Christi executi sumus, ac
sanctorum patrum renovamus instituta. Quid
fecimus? audite & considerate quæso diligen-
ter: Statuimus quod beneficia & ordines ec-
clesiastici gratis conferantur. Numquid hoc
est scelus aliquod aut sacrilegium? Nonne sal-
vator noster hanc ipsam nobis necessitatem,
imponit, dicens: *Gratis accepistis, gratis date?*
Quid fecimus? statuimus quod spiritualia pa-
do, conventionone, seu contractu aut opera
nummulariorum non distribuantur. Sed &
Christus Deus noster in domo domini hoc
fieri videns, flagello de funiculis facto, zelo
iustitiae succensus, expulit inde omnes emen-
tes & vendentes, & mensas nummulariorum
evertit: & cum ipse cætera crimina verbo
tantum detestatus sit, hoc vitium manu
propria terribili poenitione correxit. Quid feci-
mus? decrevimus quod res spirituales sine pec-
cuniam interventu manibrentur. Ac beatus Pe-
trus primus Christi vicarius, mentem domini
quotidiana conversatione intelligens, cum Si-
mon magus pro gratia spirituali pecuniam ob-
ferret, eum abhorruit, maledixit, repulit,
dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.*
Nonne sacrorum conciliorum, Romanorum
pontificum, probatorumque doctorum codices
his prohibitionibus pleni sunt, ut videlicet pro
rebus spiritualibus & ecclesiasticis nihil ante
vel post ab invito exigatur? hoc fecimus,
hoc statuimus. Conqueratur ergo qui vult,
si tamen iuste id possit, de illis, qui talem
nobis legem dederunt, quorum decreta renova-
vimus, non nostra fecimus. Quis ergo jam
dicere audebit, sedem apostolicam aut alias
per hoc tam salubre & necessarium statutum
depauperatas & læsas fore? imo rectius dicet,
qui ratione utitur, honestas expositasque, &
ad decorem pristinae formæ redactas. Secundo
vero ab omni calumnia nostrum decretum e-
videnter defenditur. Per ipsum enim non in-
terdicitur, quin pro vitæ sustentatione, aliis-
que ecclesiarum necessitatibus, summus pontifex
aliarumque ecclesiarum episcopi charitativam
subsidiis indicere, decimam seu aliam quo-
tam imponere, fructusque aliquorum benefi-
ciorum ad tempus reservare, vel alias subven-
tionem (speciei) petere possint. Satis ista
essent, nisi & tertiam reddere promissis-
sem. Quamquam autem sic decretum sit,
& bene decretum, non tamen adhuc au-
ditum est, quod hæc sancta synodus nolit
sedi apostolicæ dignam & competentem facere
provisionem: imo hoc per suos oratores jam
Concil. General. Tom. XXIX.

pridem nuntiavit & pollicita est, si tamen ob-
servantia decretorum synodaliū, ut dignum
est, rationem habuerit: & veluti in corpore
naturali reliqua membra suo capiti necessaria
provident, ut vitæ & sustentationis influxus
ab illo in ipsa descendat: sic quidem æquum
est & rationi consonum, ut ecclesie per orbem
diffusæ, summo pontifici suisque pastoribus in-
digentibus, ut ab his salubriter regantur & gu-
bernentur, necessariam subventionem porrigant.
Nihil autem ad bene regendam conservandam-
que ecclesiam æque utile & necessarium est,
quam ut synodales canones, quos a Spiritu
sancto dictatos credimus, non negligantur aut
contemnuntur. Illud autem silentio prætereun-
dum non est, quod nec beato Athanasio, nec
beato Joanni Chrysostomo, nec beato Tho-
mæ Cantuariensi per Romanos pontifices, nec
pauperibus Hierosolymitanis per Beatum Gre-
gorium, de his annatis subventum est. Neque
enim adhuc hæc vocabula in ecclesia Dei au-
diebantur, neque etiam alii sancti episcopi
præclara charitatis & pietatis opera de emolu-
mentis sigillorum explere consueverant. Ex
his facile responsum patet ad ea, quæ primo
loco vos, domine Antoni, explicastis: quon-
iam etsi pro vitæ sustentatione & aliis iustis
necessitatibus, pastoribus ecclesie jus commu-
ne, naturale, divinumque & humanum, pro-
visionem facere jubeant, modum tamen ju-
stum nec illum, saltem pro semper, non præ-
cipiunt. Illud autem constat, quod quanto ex-
actio aliqua plus habet abusus seu oneris aut
scandali, vel majorem speciem mali, tanto am-
plius a jure naturali & divino discrepat, quæ
huic diebus nostris usitato modo exigendi an-
natas, admixta esse nec vos nec quisquam a-
micus veritatis inficiari poterit. Quamquam
autem modus exigendi utilitatis sit in ecclesia,
si tamen onerosus aut abusivus esse incipiat,
nulli negare fas est, quin modum illum ec-
clesia possit in alium leviozem vel honesti-
orem convertere. Ea autem quæ pertinent ad
vitæ sustentationem seu utilitatem aut neces-
sitate ecclesie, quæ quidem de jure natura-
li & divino esse fatemur, neque abstulimus,
neque auferre licitum videtur: imo, ut plus
dicam, etiam præter nonnullos sustentandi
modos, qui in jure statuti sunt, hæc sancta
synodus, ut prædictum est, summo pontifici
provisionem facere obtulit, si & ipse circa
synodaliū decretorum observantiam animum,
ut decet, inclinaverit. Quo vero ad suspen-
sionem decreti postulastis, nulla ratione dece-
re videtur, ut tam salubre decretum confor-
meque per omnia legi evangelicæ & sancto-
rum patrum institutis suspendi aut irritari de-
beat. Postremo uterque vestrum provisionem
sufficientem sedi apostolicæ faciendam popo-
scit. Ad quod sancta synodus respondet, cir-
ca hoc id deliberaturam, quod secundum
Deum & rationem sanctum viderit expedire:
taliterque facturam, quod nemo de ipsa syno-
do poterit cum ratione conqueri.

Datum Basileæ in nostra congregatione ge-
nerali, tertio Nonas Novembris, anno a na-
tivitate domini millesimo quadringentesimo
trigesimo quinto.

ANNO
CHRISTI
1611.

ANNO
CHRISTI
1511.

RESPONSIO DOMINI JULIANI CARDINALIS
AD INSTRUCTIONES DOMINI
PARENTINI FACTA.

E MS. Cod.
Mozellensi
eruit & mi-
si P. Phi-
lyppus Poell
Canon. Re-
gul. Mozell.

PRIMA instructio est, quod voco Praelatos ad comparandum aliquos infra mensam, aliquos infra tres menses, aliquos infra sex, secundum distantiam locorum, & ex hac phara inconvenientia sequerentur. Ex hoc apparet, litteras meas non fuisse visas in curia, quia nec de sex mensibus, nec de tribus in illis ulla sit mentio. Quamquam si fuisset data dilatio secundum distantiam locorum, quid mirum fuisset, cum & equitas & iura suadeant. Sed diceret ingravabatur Praelati, antequam alii veniant in expensis. Magna compassio est, nam possunt Praelati expectare aliquamdiu in civitate pro defensione status ecclesiastici, quem Hierosolimi ut evertant diu nocturne hinc & illuc in campis resident; est ne ita magnum, aliquam partem bonorum ecclesiarum expendere pro defensione ecclesiarum? Quoniam persuademus laicis, ut pro defensione fidei bona expendant patrimonialia, & castrametentur in terra aliena, compatiar ego sacerdotibus, ne pro fide & reformatione expendant? O utinam in domibus propriis non exponerent plura in deformitatibus & in scandalum fidei!

Secunda instructio est, quod mando Praelatos comparere per se vel procuratorem, & per hoc videat dissentare super juramento. Etiam ex hoc apparet non fuisse visas meas litteras, quia non solum non dispensio super juramento, immo vigore juramenti in constitutione praescripta requiro ipsos, ut compareant personaliter, quod si forsan canonico impedimento fuerint impediti, tunc mittant procuratores. Ecce quod non dispensio super juramento. Item ista requisitio conformis est juramento quod Episcopi praestant, qui jurant sic: *Vocatus ad synodum veniam, nisi canonica impedimento fuerit impeditus, ut ego R. de jurando, si ergo ipsi non possunt venire, debent mittere nuntium suum; alioquin cum multi Episcopi sint canonice impediti, de multis dicecessibus nullus veniret. De hoc est textus expressus in canone Episcopus scilicet ubi dicit textus sic: Episcopus ad synodum ire non tardet, si non satis gravi necessitate inibi habeatur. Sic, tamen in persona legatum mittat, susceptorum; salva fidei veritate, quidquid synodus statuerit. Nec procurator mittitur nisi allegandum causas absentis, ut dicit instructio, sed ad suscipiendum mandatum concilii, & interessendum. Et ita factum est in concilio Pisano, Constantiensi, Senensi.*

Tertio dicitur quod ego voco ad Concilium capitula ecclesiarum cathedralium, quasi hoc sit contra jus. Miror satis, cum de hoc sit textus expressus in capitulo, *de his que sunt a Praelatis sine consensu capituli*. Ubi Papa mandat capitula Ecclesiarum Cathedralium convocari ad Concilia Provincialia, & consequenter eorum procuratorem admitti.

Quarto, quia voco ad concilium Reges & Principes, qui nullo modo consueverunt, neque de jure habere debent vocem in concilio, maxime in isto quod est assignatum ad reformandum statum ecclesiasticum. Tamen nec obstat dicere, eos fuisse vocatos in Pisano &

A Constantiensi concilio, quia erat post extirpationem schismatis, quod transierat in haereticum. In primo pro excusatione mea sufficit verum auctoritate duorum conciliorum, in quibus ita factum est, & nunc agitur pro extirpanda haeresi, quae plus est quam schisma; & utinam nunc non esset majus periculum in fide & statu ecclesiastico quam tunc! Licet tunc essent tres qui dicerent se summos esse Pontifices, populi tamen erant devoti, & reverentes illi quem putabant verum Pontificem. Non erat error circa articulos fidei, quilibet tenebat doctrinam Romanam ecclesiarum, nec devotus a dictis SS. Patrum & Doctorum. Nunc vero populi & regna a fidei veritate discesserunt, plurimi articuli dogmatizant contra ecclesiam catholicam & praesentem statum ecclesiasticum. Infinita sunt mala, quae non solum in Bohemia, sed & in aliis partibus attentata sunt, & quotidie attentantur in cuinam sacrarum ecclesiarum, & totius christiane religionis: sine comparatione in majore periculo stat nunc ecclesia Dei quam tunc. Et quia haec haeresis vix, nisi per arma, extirpari potest, ideo opus est auxilio Principum; propterea sanctum fuit vocare eos, ut sint propitii ad illam extirpandam. Unde cum ista sit causa fidei, & ad defensionem fidei agatur, non minus vocandi erant, quam in concilio Pisano vel Constantiensi, pro hoc Ca-

non utinam 96. ff. Nec vocantur ut habeant vocem auctoritatis, sed invitantur, ut prebeant subsidium & brachium seculare. Item quia in hoc concilio secundum facultatem Domini Martini, non solum de reformatione status Ecclesiastici, sed de pace Principum Christianorum, & extirpatione haereticorum, & de omni eo quod pertinet ad salutem Christianitatis agendum videtur. Merito ergo ad fructum pacis, quod est negotiorum eorum proprium, vocandi erant. Cum vero tractabitur de ecclesiasticis negotiis & correctionibus clericorum, excludentur, secundum quod notant distinctiones in capitulo *de his que sunt a Praelatis sine consensu Capituli*.

Quinto dicitur, quod incipi tenere sessiones cum paucis & sine patriarchis etc. Miror de hoc, cum adhuc non sit tenta nisi una sessio, & ista longe post istas instructiones, Patriarchas autem in concilio accessu nemo dubitat non esse de substantia, sicut patet de currenti decretum, ubi tenores multorum decretorum inferuntur.

Sexto, quod dedi certum ordinem superioribus Ambassadorum, Regum & Principum, quem non est possibile servare etc. In primo factum est hoc non ex odio sed ex charitate & bono respectu, ut venientibus aliis cessarent seditiones; non tamen ita firmatum fuit, quia si videatur modum illum non posse servari, reperitur & alius; non enim in sessione sanctum fuit, sed per modum cujusdam avilamenti; & forsitan Sanctus Spiritus infunderet gratiam suam, ut quod aliis videtur impossibile, fieri possibile.

Septimo, ubi dicitur, quod convocando alios de clero inferiori est reducere cursum concilii ad nationes, sicut factum est in Constantiensi etc. quia super hoc diversa videbatur, ideo scripti ad curiam, ut mittantur mihi instructiones super hoc, quod tamen non fit, nec per litteras vocantur aliqui de clero inferiori, quia non vocantur curati, vel sim-

ANNO
CHRISTI
1511.

Conplices sacerdotes, vel alii hujusmodi. Etiam in Constantiensi magistri in Theologia & Doctores admissi sunt, ut patet per acta illius Concilii. Ex hisque video, quicumque pars electa fuerit, subieletur calumnias, oportet habere patientiam cum maioribus. Orabo Spiritum Sanctum, qui non ex livore sed ex charitate instruit, ut ipse nos dirigat ad honorem Dei, Sanctitatis vestrae, & bonum universalis ecclesiae.

Ad duo alia capitula de inconvenientiis, quae ex convocazione Principum resultabunt &c. nihil aliud respondendum videtur, nisi quod Spiritus Sanctus sicut concilium Pisanum & Constantiense, ab istis inconvenientiis occurrunt, ita occurrunt in isto. Praeterea ut dictum est, cum agatur de correctione clericorum, ambasciatores Principum excludentur. Deinde ut praedictum est, si bulla facultatis mandat, ut agatur de Pace inter Principes, & de extirpatione haeresis, quae nisi per viam facti fieri non potest, nonne necessarium fuit eos vocari, cum in Pisano & Constantiensi ita factum esse respiciatur?

Postremo dicitur quod non intromittam me de causis, quae non pertinent ad facultatem meam sive judicialibus sive beneficialibus; raro vel nunquam me intromittere putoque quod sit notorium in curia quod potuissem habere plurimas facultates, sicut alii legati solent. Et cum dominus Martinus quasi indigne ferret quod nollem facultates, volui nihilominus succedere sine illis, & quod possem, ratione legationis revertetur cum lucro unius oboli. Etiam repelli quendam, qui persequi voluit causam ecclesiae Placentinae & Lanfanensis. Nihilominus ut nihil inordinate agatur, cur non satisfacit positioni meae, quam toties feci, & nunc deo facio, ut duo vel tres de reverendissimis Dominis meis, qui errare non possunt, huc veniant, & ego in nomine Jesu Christi revertar Romam multum libenter? nec calumniabor facta absentium, sed potius excusabo.

V I.

Epistola ad Eugenium papam, quod pro unione Graecorum non deest in Constantinopoli synodum celebrare.

Sacro sancta, &c. sanctissimo domino Eugenio papa quarto.

Veniens ad nos dilectus ecclesiae filius Christophorus Garathonis orator vester, exposuit hanc sanctam synodo seriose ac discrete ea quae apud Constantinopolim egerat, quibus per sacras ipsius sanctae synodi deputationes plene matureque discussis, ac consideratis omnibus quae in tanta re attendenda sunt, visum est honori huius sacri concilii ac sanctitatis vestrae, imperatorisque & patriarchae Constantinopolitani, ipsius quoque executioni multo magis expedire, ut capitula apud hanc sanctam synodum primo tam solemniter conclusa, nomine universalis ecclesiae ipsiusque imperatoris & patriarchae per eorum ambasciatores plenam desuper habentes mandatum, quibus potest sanctitas vestra expressum praebuit assensum, amplecti potius, quam secunda apud Constantinopolim conventa debeamus, praesertim cum ipsi Graeci tam primi quam secundi

Ambasciatores impensimero professi sint, sine universali synodo hanc unionem fieri nequam posse, nec factam diu durare posse. Quod si quisquam dixerit satis esse ipsos eam existimare futuram synodum universalem, licet nos particularem seu regionalem censemus, iudicet unusquisque quantum hoc expediat, & quem finem res habitura sit, si ad tollendas discordias praecedentes novam superindocamus discordiam: & de ipsa synodo, quae fundamentum huius rei est, varia atque diversa hinc inde censentur, neque illud visum est expedire, ut certitudo fidei catholicae, qua nihil firmitus atque certius apud ecclesiam esse potest, quasi per compromissum quoddam in legato vel legatis, & aliis ex parte Graecorum convenientibus, remitti debeat, ut quod illi super differentiis, quae inter nos & Graecos fidem ipsam tangentibus concorditer deliberaverint, id per totam ecclesiam ratum habeatur: nec etiam ullo pacto visum est universalem synodum hoc tempore apud Constantinopolim in faucibus Turcarum sitam, potius quam apud terras quae Romanae ecclesiae unitatem tenent, celebrari debere. Super quibus tam ipse Christophorus, quam oratores nostri, mox ad sanctitatem vestram venturi, eandem plenius & latius certificabunt.

Datum Basileae tertio Nonas Maji, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto.

V I I.

Responsio sacra synodi, quod possit concilium concedere indulgentias plenarias pro unione Graecorum: quod oblatio papa, quoad acceptationem decretorum, non est sufficiens: nec agendum esse modo de mutatione concilii.

Sacro sancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Cuperet haec sancta synodus vobis dilectissimis ecclesiae filiis N. tituli sanctae Crucis in Jerusalem, & Joanni tituli sancti Petri ad Vincula, presbyteris cardinalibus, legatis sedis apostolicae, tam jucundo animo responsum facere, quam laeto vestrum praestolatur adventum: putat advenientibus vobis non dolendi aut conquerendi de sanctissimo domino Eugenio causam, sed gratias eidem agendi tribui debere. Sperabamus etenim tantae dignitatis viros ea secum deferre quae nos merito consolarentur, & talia vobis esse commissa, per quae piis iustisque sacri concilii desideriis satisfacere possitis; praesertim cum tam crebro & instanter oratoribus atque litteris nostris ipse sanctissimus dominus Eugenius requisitus exultaret, prout ipsi nostis, & eo potissime, cum non nisi sancta & rationabilia a sua sanctitate efflagitarentur. Ad quae quidem non solum pro universalis ecclesiae reverentia, cuius decretis & monitionibus quisque mortaliun parere tenetur, sed & pro sua tam solenni sollicitatione in litteris adhesionis facta, sedulo ultro debuisset. Quod etsi illorum sanctorum operum, propter quae hoc concilium congregatum est, sua sanctitas prout in proemio vestrae schedulae super oblatio exprimitis, felicem consummationem desiderat, cur verbis facta compensans decreta reformationis, pro

ANNO
CHRISTI
1435.

ANNO
CHRISTI
1435.

ANNO
CHRISTI
1435.

ANNO
CHRISTII
1436ANNO
CHRISTII
1436

pro qua precipue hæc synodalis congregatio facta est, non servat; & servet, toties requisitus, tandem dissent? Si verum est quod initium vestre schedulæ continet, & in secundo articulo repetitur, cur ea quæ nos & ecclesiam conturbant de medio non tollantur? Quamquam multa per ipsum facta sunt, quæ nos merito contristant, videntes ex synodali transgressione decretorum multa in ecclesia Dei orta esse, & graviora in dies scandala oritura, nihilo minus præteritorum libenter oblivisceremur, si jam post tot requisitiones & monitiones talia inspiceremus, per quæ & præterita repararentur, & in futurum spes foret hæc summi pontificis intentionem aliquando opere compleri. Humana intentio, nisi per opera, hominibus constare non potest. Quomodo persuaderi rebus sic stantibus nobis potest, talem esse summi pontificis intentionem, cum quotidie opera dissimilia videamus? Nam post vestrum a sua sanctitate recessum nonnulla admodum gravia contra decreta & personas hujus sacri concilii ac sententias etiam conciliariter latis facta esse didicimus. Sed nec mediocriter miramur, quod cum non solum in decretis de electionibus & annatis consistat ecclesie reformatio, nec super his solum, sed super omnibus concernentibus capitæ & membrorum ecclesie reformationem, suam sanctitatem sæpenumero mansuetissime exoraverimus & requisiverimus, ipse super his duobus dumtaxat responderit, nec super his quidem sufficiat. Nam circa decretum de electionibus, ambigue, circa vero decretum de confirmationibus & provisionibus dignitatum & beneficiorum & administratione rerum spiritualium sine exactione faciendis, conditionaliter respondet: & tali quidem conditione, quæ (sicut in vestre litteræ facultatis continetur) tam difficilis est, ut pene impossibile judicetur. In decreto enim de electionibus offertis suam sanctitatem velle expectare electiones, quid si a proximo superiori ordinario confirmatio alicujus electionis juxta dispositionem juris communis petatur, numquid ordinarios suo jure libere uti permittet, sicut sacri canones statuunt? Quo vero ad decretum de annatis, decuisset magis suam sanctitatem decretum hoc libere observare ac servari facere, quam conditionem adjicere, juxta sanctorum patrum instituta ac decretum sacri concilii Constantiensis, diffiniens omnem hominem, etiam papalis dignitatis, decretis & mandatis conciliorum generalium parere debere in his quæ pertinent ad fidem; extirpationem schismatis, ac reformationem ecclesie in capite & in membris. Et cum hujusmodi decretum de annatis conforme per omnia sit decretis sanctorum patrum, sancte faceret, si verbis uteretur beati Leonis, dicentis: Ideo permittente domino pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sacris canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minime debeamus. Contra sanctorum quippe saluberrima agimus statuta, si quod ipsi divino statuerunt consultu intactum non conservamus. Congruentius ergo fuisset decretum ipsum tam salubre suscipere, & postea ab ecclesia provisionem postulare, quam secundum indigentiam facere non recusamus, præsertim si suam sanctitatem ad observantiam reformationis videamus efficaciter dispositam. Quæ quidem provisio jam facta esset, nisi ex parte suæ sanctitatis ac suorum quorundam contigissent, quæ hæc provisionem distulerunt. Illud autem

quæ difficile sit, quod per omnes nationes & provincias provisio hic decernenda, cum acceptetur juxta facultatem vestram tenorem, vos ipsi judicetis. Nam si una minima provincia difficultatem in acceptando talem provisionem fecerit, tunc decretum hoc servare non volet. Quod quam absurdum sit & quam prolixum, habere omnium provinciarum mundi consensum, vos ipsi optime recognoscitis. Cum ergo decretum hoc sanctum sit & rationale, servari merito ab omnibus sine difficultate debet. Quod si quis postea provisioni per hoc sacrum concilium decernende obtemperare recusaverit, poterit sua sanctitas auctoritate apostolica & universalis ecclesie per juris remedia tales compescere. Sed si forte contingeret, quod non arbitramur, hujusmodi provisionem per concilium non decerni, nonne tam sua sanctitas quam prælati per multos honestos modos in jure communi descriptos, a suis subditis in urgente necessitate subsidia obtinere poterunt? Quomodo enim ad inventionem annatarum aliorum ab usum per decretum sblatorum, summi pontifices & prælati se sustentabant? Ea quæ in secundo articulo continentur, de intentione suæ sanctitatis in omnibus sanctis, iustis & rationabilibus petitionibus, & sibi possibilibus, complacendi & satisfaciendi sacro concilio, magna laudæ & gratiarum actione digna sunt, si ex animo prodeunt, quod tunc recognoscemus, si ea quæ pro honore Dei & bono publico sancta synodus ordinat, & ab eo servari postulat, sua sanctitas more prædecessorum suorum non infringat, imitando beatum papam Gelasium, dicentem, nullam magis quam primam sedem statuta universalis synodi exequi oportere. Meminisse suam sanctitatem cupimus eorum quæ in sua pollicitus est adhesionem, videlicet quod ipsum sacrum concilium Basileense cum omni devotione & favore prosequi intenderet, & deinceps a novitatibus & gravaminibus seu præjudiciis interendis ipsi sacro concilio vel suppositis ejus & adherentibus realiter & cum effectu desisteret. Sed, proh dolor! quotidie contraria fieri adivimus, & usqueneque cum patientia toleravimus, si forte toties rogatus & obsecratus desistat. Hæc certe non solum dum sunt moleste ferimus, sed, cum necessitas referte nos compellit, dolore afficimur. Quis enim non doleat, quod summa ac saluberrima conciliorum auctoritas hoc tempore ita deperat & contemnatur? Quomodo & nos illud amplius tolerare possumus aut debemus, ut quos hæc sancta synodus justis ex causis excommunicat, ipse absolvat; & quod nos absolvimus, sua auctoritate excommunicentur? Non hoc sonantem adhesionis litteræ. Non ita agebat ille beatissimus papa Gregorius, cujus in explanandis scripturis Spiritus sanctus irradiabat intellectum. Is de universalibus conciliis inquit: Cunctas vero quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumperit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Nos non aliud optamus, nisi ut sic agat, quod vera charitas inter hoc sacrum concilium & suam sanctitatem illibata servetur. Quomodocumque sperare possumus suam sanctitatem, finito concilio, ejus decreta in violata servare, & ab aliis pro suo officio servari

* forte, cum

* forte, cum

ANNO
CHRISTI
1116.

vari facere, nisi ante cum effectum repararetur
contra decreta ac personas huius sacri concilii
gesta sunt? Nullatenus hæc sancta synodus
contestari aut silentio præterire, nec de ipso
hujusmodi sermone in futurum concipere poterit.
Tertius vestrae schedulae articulus duo conti-
net: primum, ut de eligendo sine mora locum
concilii pro adventu Græcorum, ad quem sua
sanctitas commode accedere posset, cum ne-
cessaria sit ejus presentia. Secundo, de trans-
ferendo concilium ad locum illum, & ibidem
de pecuniis providere. Quoad primum, sacrum
concilium negotium hoc ita mature disponet,
quod in eligendo loco nihil committeretur ne-
gligentiæ, nec incassum labi tempus permit-
tet, tempore autem opportuno talis electio
fiet, quod a nemine redargui poterit, ad quem
quidem omnes de ecclesia Latina commode
poterunt proficisci; presentiam autem suam
sanctitas ibidem nos etiam plurimum desiderare-
mus. Et cum etiam ipse suam presentiam ne-
cessariam fore cognoscat, speramus quod illam
nulla ratione in tanta fidei causa, qua nulla
potest esse major, subtrahere debeat. Quam-
obrem tempore debito & suam sanctitatem &
alios ecclesiarum prelatos, ut in loco concilii e-
ligendo adfuit, cum omni diligentia rogabi-
mus & convocabimus. Nec credendum est,
quod quisquam illuc proficisci recusaturus sit,
quod videlicet Græcos tam procul & de tam
ultramarinis partibus accedere, & præsertim
patriarcham Constantinopolitanum senio & va-
letudine gravi confectum: qui videlicet unio-
nis desiderio pollicitus est, etiam si super hu-
meros hominum deferri oporteat, ibidem con-
venire. Utinam ipse summus pontifex se tali-
ter exhibuisset, & saltem nunc se exhiberet,
quod circa bonum eligendum, etiam sua san-
ctitati merito gratum, certius respondere pos-
semus. Circa vero translationem reminisci vos
volamus, quod solemniter decretum obligatum
usque ad certum tempus hic permanere, unde
ante illud sine nota ac periculo rupturæ tra-
ctatus Bohemorum, & interruptionis reforma-
tionis in qua laboramus, transferri non posset.
Et cum in tempore translationis imperator &
patriarcha in loco concilii conventuri sint,
merito ante translationem pecunias reperiri
necessitas compellit. Pro eo autem quod sua
sanctitas, cum ibidem fuerimus, omnes polli-
citur favores possibiles, merito suam sanctita-
tem commendamus. Et quidem nulla in re
utilius bona ecclesie exponi possunt, quam in
hac, ubi de salute agitur innumerabilium a-
nimarum. & de fide catholica agenda & con-
servanda. Optimus enim thesaurus est, qui o-
peratur hoc quod sanguis Christi operatus est.
Ad quartum articulum de indulgentiis alias
nostri deputati plene vobiscum conferentes,
probantesque hunc modum fore convenientem
atque idoneum, & in ejusmodi rebus usita-
tum, vos nostro nomine cum charitate & hu-
militate magna deprecari sunt, ut nomine se-
dis apostolicæ juxta litteras facultatum vestra-
rum in his promulgandis indulgentiis interesse
& concurrere velletis, quatenus cunctis Inno-
tesceret omnia ecclesie negotia, & præsertim
huius reductionis Græcorum, concordi atque
unanimes ecclesiarum consensu procedere: & ne
quis dissidii rugam inter nos, qui alios ad u-
nitatem reducere cupimus, esse suspicaretur.
Vos autem tunc aliud non posse, quam quod
in schedula ipsa continetur, respondistis, di-

centes aliud in mandatis non habere. Quod
quidem durum & triste fuit nobis audire. In-
terrogati etiam a prædictis deputatis, an lit-
teras apostolicas aliquarum indulgentiarum per
eum modum, quem in schedula obtulistis,
ipse summus pontifex vobis dedisset concilio
presentandas, respondistis nullas apud vos ha-
bere, sed opus esse ut ad papam denuo mit-
teremus. Nos animadvertentes summam & in
promptu, ut ipsi satemini pro pecuniis repe-
riendis imminere necessitatem, & omnem di-
lationem admodum esse plenam discrimine,
considerantesque quod per decem menses in-
stanter super hoc papa exoratus & requisitus
fuerit, requisitus tandem vobis, ut una nobis-
cum in tam sancto negotio (ut prædictum
est) concurreretis, auctoritate universalis ec-
clesiæ, quæ in conciliis universalibus adesse
non dubitatur, in nomine domini qui dixit:
Ubi duo vel tres conveniunt in nomine meo, ibi
ego sum in medio eorum: &, De, quacumque
re consenserint super terram, fiet illis a Patre
idem, quod est in caelis: &, Quacumque alligaveri-
tis super terram, erunt ligata & in caelo: & ibi.
quacumque solveritis super terram, erunt soluta
& in caelo, ad ipsas indulgentias promulgandas
processimus. Ex parte igitur nostra quicquid
modestie & honestatis, interposito magno tem-
poris intervallo, adhibitis etiam multis preci-
bus, fieri potuit, factum extitit: etiam nunc
magno opere optarem litteras apostolicas super
hujusmodi indulgentiis exhiberi, ut nihil dis-
cordiæ in ecclesia Latina notari posset: quas,
si ipse summus pontifex illud haberet proposi-
tum satisfaciendi & complacendi sacro Con-
cilio, jam huc destinare deberet, cum tantum
ab oblatione vestra temporis effluerit, quod
vel hunc vel infra paucos dies commode trans-
mitti posset. Et quoniam in ipso articulo
dicitis, quod modus indulgentiarum pro sub-
sidio Græcorum reperiendo non videtur plu-
ribus conveniens, opportunum fore arbitramur
aliqua his scriptis adjicere, unde pateat mo-
dum hunc minime calumniari debere. In pri-
mis, quicunque illi sint, æquius agerent, si
more sanctorum patrum deliberationi univer-
salis Ecclesiæ judicium sua submitterent. Hæc
sancta synodus non repente, sed matura &
digesta consultatione habita, hunc modum esse
valde convenientem judicavit: de quo si quis
hæsitet, ad ea quæ temporibus patrum no-
strorum fieri consueverunt, respiciat. Nonne,
cum passagium generale pro recuperatione ter-
ræ sanctæ inditum fuit, proque aliis magnis
ecclesiæ necessitatibus, indulgentiæ generales
concessæ sunt? Nonne ex proximis annis bis
aut pluries pro extirpanda heresi Wicleffista-
rum modis idoneis idiplam actum est? Si er-
go pro illis hic indulgentiarum modus idoneus
judicatus est, cur & nunc pro reductione Græ-
corum, qua nihil forte potest dici majus,
non censetur conveniens? Quod & si pro re-
paratione pontium ac villarum exulsarum sum-
mi pontifices, & ipse modernus summus pon-
tifex, etiam ad instantiam privatarum perso-
narum, plenarias conceilerunt, cur & nunc,
instante Ecclesia, sit tanta dilatio, nec solum
ad reperiendum subsidium, sed pro salute in-
numerabilium animarum, quæ manus porri-
gentes adiutrices, vigore istarum indulgentia-
rum, Deo reconciliabuntur? Modus iste me-
rito conveniens atque idoneus existimandus est.
Obiectio autem illa de guerris Christianitatis

ANNO
CHRISTI
1116.

Matth. 18.

ANNO
CHRISTI
1436.

non videtur sufficiens, cum & aliis temporibus, vigentibus guerris & forte majoribus, concessas esse, & nunc concedi per suam sanctitatem manifestum sit. Nec modus iste cuiquam Christiano necessitatem imponit, sed alit, ut spe pramii spiritualis de bonis a Deo collatis modicum aliquid contribuat tam moderate, quod nulli quidem difficili videri possit. Imo & tempore guerrarum quo pluribus criminibus irretiri homines solent, convenientior hic modus videtur, ut omnes homines de contritione & poenitentia cogitantes, facilius a guerris ipsis desistant, neque his concedendis indulgentiis illud obstat, quod ad tantum opus sufficere non credantur. Ita enim dici posset de aliis modis, si opponerentur, sed excogitati sunt cum indulgentiis istis etiam & alii modi, quos tempore suo exequemur. Demum obtulisti, suam sanctitatem, ut videatur morem gerere huic sacro Concilio, paratam esse auctoritate apostolica & iuxta observantiam sanctorum patrum ac ritum in universali Ecclesia hactenus observatum, plenarias indulgentias publicare, sacro approbante Concilio. Certe deceuisset, cum se ita paratum dicat, ut sua sanctitas que tandem super hoc fuerat requisita, tales litteras vobis tradidisset huic sanctae synodo presentandas. Quantam autem admirationem nobis praebeat, imo & multis suspicionem, vos forsitan & audire potuistis. Primo ipse requiritur per oratores nostros: ipse respondet & nobis rescribit, quod per generalem Camaldulensem & dominum Antonium suos oratores super hoc intentionem suam sacro intimabit Concilio. Hi duo offerunt, suam sanctitatem, cum erit certitudo adventus Graecorum, velle in indulgentiis vel in alio modo cum Concilio convenire, & omnes favores possibiles praestare. Mittitur etiam postea dominus Leonardus ad dilectum Ecclesiam filium cardinalem sanctae Sabinae suum praesidentem, quod in negotiis concernentibus sacrum Concilium intendit sequi suum consilium. Ipse cardinalis, hoc nobis intimato, remittit dominum Leonardum, consulens satisfacere suam sanctitatem debere sacro Concilio in petitione indulgentiarum & aliis ad commune bonum spectantibus. Sperabatur ipsum dominum Leonardum infra mensem cum dimidio reverti debere, sed adhuc non comparuit. Sed post sex menses destinavit vos, legati. Veniunt nova & nuntii tam ad ipsum summum pontificem, quam ad nos de certitudine adventus Graecorum. Exoramus & requirimus vos, ut desiderio Concilii circa indulgentias satisfaciatis. Respondetis nos mittere debere iterum ad Papam qui hoc faciet. Quid sibi velint tot dilationes ac circuitus, magis volumus admirari ac dolere, quam temere aliquid suspicari aut iudicare, saltem ut praedictum est; vel jam vel infra paucos dies huiusmodi litteras venire, & opere intentionem suam complere opus est, ut verum esse cognoscamus, de quo plurimum gaudebimus, ipsum morem velle sacro Concilio gerere. Ad observantiam vero sanctorum patrum & rituum Ecclesiae, ipsi deputati alias responderunt, recte quidem. Nam in illis octo primis universalibus Conciliis, & in reliquis, in quibus summus Pontifex non per se sed per legatos interfuit, omnia quaevis, sive decisionem fidei, sive condemnationes & anathematizationes haereticorum, sive ligandi & solvendi potestatem, sive

reformationem Ecclesiae, sive alia quaecumque ecclesiastica, communia aut privata negotia concernentia, sub nomine synodi facta, sancita & promulgata sunt. Cur ergo alius modus in hac re modo observandus sit, nulla ratio dicitur. Si sua sanctitas hic personaliter adesset, non diffitemur quin ipse loqueretur pro omnibus, quemadmodum fieri solitum est, ut unitas designetur Ecclesiae. Et ut ad recentiora veniamus, & ad haec specialiter indulgentiarum causam proximum generale Concilium Senense, quod in foribus Romanae urbis erat, in quo felicis recordationis Martinus residebat, sub his verbis has plenarias indulgentias concessit: Sacrosancta generalis synodus Senensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, etc. statuit, quod quicumque capientes haereticos, & in potestatem ordinariorum vel inquisitorum haereticos pravitatis effectualiter ponentes, vel ad eos quos retinere vel capere non possent, de eorum territoriis omnino expellentes, aut bannientes, seu etiam requisiti brachium saeculare contra tales praestantes, eam indulgentiam consequantur, quam dati consuevit proficiscentibus in subsidium terrae sanctae. Hanc autem, qui in subsidium terrae sanctae dari consuevit, plenariam fore nemo est qui nesciat, nec quidem ex tali decretandi modo, quem universalis servavit concilia absente Papa, quidquam auctoritati sedis apostolicae deperit. In omnibus enim synodalibus sanctionibus, semper prima & potissima resurgit illius sanctae sedis auctoritas, ac deinde patriarcharum & antistitum, totiusque Ecclesiae universalis, quam generalia concilia legitime congregata representant. Et est praeterea omnibus consentientibus apostolicis praesidentibus hic synodaliter ordinatum, ut in hoc Concilio, cum Papa sit absens, omnia sub nomine & bulla huius sacri Concilii expediri debeant. Quod postremo dicitis de pecuniis ex indulgentiis colligendis, ut fideliter conserventur, & ad alium non exponantur usum, & gratissimum nobis est, & id ipsum huic sanctae synodo cordi esse, ex modo qui in litteris indulgentiarum atque instructionibus executoribus huius negotii dandis continetur, satis evidenter conicere potestis. Nihilominus, si quem meliorem modum conceperitis, non renuimus: imo contenti sumus, ut vos una cum aliis sacri Concilii deputatis curam praecipuam habeatis, quatenus pecuniae huic colligendae ad hunc duntaxat usum fideliter exponantur. Ut autem sincera huius sacri Concilii intentio tam vobis quam omnibus innotescat, offerimus ut hi qui alias fuerunt deputati, vel alii mox deputandi conferant ac praedicent vobiscum omnem honestam & rationabilem viam concordiae.

Datum Basileae in congregatione nostra generali, quinto Idus Maii, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

ANNO
CHRISTI
1436.

Ex conc. Senensi sub Martino V.

Bullam de primatu sedit hanc tribuunt Romani sedis.

ANNO CHRISTI 1417.

VIII.

Epistola synodalis responsiva ad invectivam factam sub nomine Eugenii papa contra synodum Basileensem, super materia cœnarii cum veneratis ad iudicium synodale.

Sacrosanctis, etc. universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Ecclesiam suam Christus Deus noster tanta firmitate stabilire dignatus est, ut, etsi fluctibus ac turbationibus mundi hujus ageretur, nequaquam tamen deiciatur aut vincatur: imo, nec portas inferi prevalebunt adversus eam. Fundata est quippe supra firmam petram; petra autem erat Christus, qui ait: Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi. Potest quidem homo particularis deicere & errare, atque in æternum condemnari, & nemo scit utrum odio dignus sit vel amore. Sed hoc certissimum est, Ecclesiam nunquam deseri a Christo, nec ejus gratia aut dilectione privari, neque ipsum sanctum Spiritum desse congregationi fidelium, quin aliquo semper amatores Dei constituant, cum Veritas dixerit: Ego rogabo Patrem meum, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum. Speciali autem quadam assistentia congregatos in nomine suo dignatur Christus dominus, qui ait: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Quod maxime synodis universali- bus convenire declaravit octava synodus Constantinopolitana, dicens: Quis nesciat quod in medio sanctis hujus & universalis synodi fuerit incomprehensibilis & incircumscrip- tus Christus dominus, qui dicit: Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum? Hinc est quod nascentibus hæ- resibus, crescentibus deformitatibus, ad Conciliorum generalium Soliditatem recursum ha- betur, ut inde & fidei determinatio, & omnis vitæ actionisque norma prodeat. Sed id quam maxime necessarium fore compertum est no- vissimis nostris temporibus, cum amplius di- minutas sunt veritates a filiis hominum, cum rarius inventi sunt viri sanctitate præstantes, quorum vita exemplaris toti gregi dominico sese formam exhiberet imitandam, cumque varia schismata & deformitatum insolita ma- gnitudo gregem dominicum actius invaserunt, favente quoque divina miseratione, ad horum repressionem synodus Constantiensis coadunata extitit, quæ modum & seriem agendorum deinceps Conciliorum præscripsit. Et ne fieret schisma ulterius in corpore, ne quis proprio sensu ductus, aut propriæ innitens pruden- tiæ, se ab illis segregaret quæ essent univer- sali consensu constituta, effectus sic in Eccle- sia unitas & pax optima, omnibus idem sapientibus, declaravit eadem sancta synodus Constantiensis quemlibet fidelium, cujuscum- que dignitatis, etiam si papalis existat, teneri obedire in his quæ in pertinentibus ad fi- dem, extirpationem schismatis, & reformatio- nem Ecclesiæ in capite & membris, universalis synodus statuerit; sequens in hoc & Christi doctrinam: qui cum dixisset Simoni Petro: Dic Ecclesia s. ecclesiam non auferit, sit tibi si- Concil. General. Tom. XXIX.

1417.

1417.

1417.

1417.

1417.

ANNO CHRISTI 1417.

Actus Ethnicus & publicanus, subjuncte: Amen dico vobis: Quicumque ligaveritis super terram erunt ligati & in celo. Exempla quoque beatissimorum apostolorum mutatur, qui quod communi consilio statutum erat & ordinatum id observare & exequi cum omni promptitudine satagebant, sicuti de Petro & Joanne missis a Concilio primitivæ Ecclesiæ, divina scriptura testatur. Et si qua super hac obedientia unanimiter a cunctis Concilio præstan- da quæstio versari videbatur, hujus rei dubie- tatem synodus ipsa Constantiensis amputavit. Quicumque hanc fidei regulam sequuntur, pax super illos, unitasque ecclesiastica in ipsis con- servatur veraciter. Sicuti autem in ipso Con- stantiens Concilio prænitum erat, ac etiam Seneasi, hæc sancta universalis synodus Ba- sileensis tempore statuto congregata extitit: quæ salutem publicam indefessa prosequens sollicitudine, primum de pacificando regno Bo- hemis tunc miserabilibus divisionibus agitatur, quarum incendia in regiones non modo fini- timas, sed & longinquas evadere timebantur, vigilantem impendit operam. De pacificandis quoque regnis ac provinciis, & moribus homi- num reformandis, maximo studio tractare cepi. Sed heu felicibus illis initiis quanta turbatio, quanta calamitas injecta sit, quæ sine lacrymis & gemitu referre possit: quam & perpetuo nos optaremus contegere silentio, nisi quædam e- pistola sub nomine domini Eugenii Papæ IV. nuper universis directæ fidelibus, isthæc com- memorans, nos compelleret infandum revo- care dolorem, qui & processum hujus sanctæ synodi ab ejus primævis oppugnans exordiis, nos veritatem rerum gestarum in memoriam hominum reducere urget, & hanc sanctam synodum in manifestatione veritatis, velut a- postolus loquitur, commendare ad omnem conscientiam hominum coram Deo, ut super omnia vincens veritas cunctis appareat & cor- ram omnibus viventibus luceat sincera nostra intentio in gloriam ejus, in cujus nomine congregati sumus. Siquidem synodum ipsam, prosequendæ unioni Bohemorum & aliis san- ctis operibus multa cum diligentia incumben- tem, vehementi flagello præterse dissolutionis dudum concutere cepit dominus Euge- nius, & sese ab ipsius Ecclesiæ corpore & uni- tate dividere. Quæ quidem divisio radix fuit & origo malorum quæ Ecclesiam Dei vexarent, & nunc cum majoribus renovantur incrementis. Pro cujus dissolutionis repara- tione quantos labores duobus annis & am- plius pertulerimus, orbis ipse cognoscit. Sed & principes catholici tantum malum divisio- nis illius abhorrentes, instantissime laborant, ut ipse dominus Eugenius pure, simpliciter & cum effectu adhereret; quod & fecit: dis- solutionem ipsam irritam & inanem consistendo declarans & discernens hoc Basileense Con- ciliium a tempore suæ inchoationis legitime con- tinuatum fuisse & esse, prosecutionemque sem- per habuisse, continuari ac prosecutionem ha- bere debere, ac si nulla dissolutio facta fuisset: deinceps quoque a novitatibus & grava- minibus, seu præjudiciis inferendis ipso sacro Concilio, vel suppositis ejus & adherentibus eidem, realiter & cum effectu desistere se af- firmans. Sperabat jam hæc sancta synodus de cætero cum pace cuncta peragere, nec Eccle- siæ unitatem per recessum ab ipsius synodi

1417.

1417.

obedientia perturbari. Unionem Bohemorum A profecuta exitis, regna & provincias ad pacem excitavit, laborumque suorum in his rebus Deus omnipotens dignatus est fructus reddere gloriosos, ita ut regnum Bohemis in Ecclesie obedientia persistens, sub regimine carissimi Ecclesie filii Sigismundi Romanorum Imperatoris, felici tranquillitate hateret: & Principes plurimi, praesertim per Germaniam & Galliam, ad pacem & concordiam redacti sunt. Insuper eadem synodus pro aeterna hominum salute, & vigentium deformitatum repressione, salubria decreta & perutile ordinationes edidit, formam electionum canonicarum juxta sanctorum patrum instituta restituit, quibus praesertim singularum Ecclesiarum assumi deberent, ut reprimeretur ambitio, nec se homines ad primarias capessendos ingererent, sed *assumerentur*, ut ait apostolus, *vocati a domino tanquam Aeron*. Pariter quoque Romanis pontificibus de caetero eligendis modum aptissimum praescripsit, numerum & qualitatem creandorum Cardinalium ordinans, atque salubres regulas adjiciens pro felici regimine ipsius Romani pontificis & suae curiae, ac etiam patrimonii terrarum & dominiorum Romanae Ecclesiae pertinentium, quorum alienationem altero decreto fieri prohibuit. Caeterum decrevit, ne in collatione vel provisione beneficiorum praetextu vacantiarum, vel alio quolibet, quidquam exigeretur: pacificis beneficiorum possessoribus abstulit turbationum incentiva: circa divini cultus celebrationem, vitamque & honestatem ministrorum plurima salutifera disposuit: modum, tempus & ordinem celebrandorum Conciliorum generalium, provincialium & synodalium ordinavit. In Graecis praeterea convocandis ad celebrationem oecumenici Concilii, & prosecutionem unionis eorum, labores innumeros & impensas maximas consumpsit: sed interea, dum haec aguntur, ecce rursus multimoda per universam Ecclesiam exoritur turbatio, dum ipse dominus Eugenius, prohi dolor! factis & operibus ab hac sancta synodo iterum se distungit unus eligitur in vacante ecclesia ipse alterum reservationibus inherendo praesertim scandala, schismata, divisiones per ecclesias oriuntur. Unde mirandum est quo pacto missa ejus capitula asserere audent ipsum nunquam contra electiones canonicas venisse, nisi cum inique celebratae fuissent, sive de persona ad beneficia minus apta, aut ex qua posset verisimiliter scandalum exoriri: cum nimis notorium sit ipsum ecclesias, etiam priusquam praesertim moriantur, reservare, & vigore reservationum ipsarum non expectatis electionibus, ipsis ecclesiis praesertim pastores: nec adhuc apparuit ipsum aliquam electionem expectatam, & debite examinatam, ex causa evidenti publice utilitatis vel necessitatis, sicut praetendere videtur, rejecisse. Confirmationes quoque electionum per metropolitanos & alios ordinarios factas aut sententias multipliciter perturbat. Pecunia in beneficiorum & dignitatum collatione intervenit etiam more inconfueto audita est: ita ut plerumque beneficia ipsa & dignitates non expediuntur, nisi pecunia realiter fuerit exhibitae. Sed nec excusare nititur a specie simoniace labis, quoniam vacantias asserit recipi licere, immo etiam oportere, in

assistentiam Romanis pontificis & sibi assistentiam ordinum. Ut autem non contentionis gratia, sed veritatis & salutis, de hoc aliquid dicamus: si sua doctrina sapientum attentius perlegatur, ubi cum aliquo pactum inicitur ut pecuniam tradat, non aliter beneficium aut dignitatem habiturus, ibi species contractus non gratuiti conspicitur intervenire. Nec ita lavari potest exactio ista pactio, ut a specie simoniace labis reddatur aliena. Hinc enim evenit, ut plurimi qui & Deo gratiores, & salutis animarum procuranda utiliores essent, qui pecunia carerent, aut ipsam non asserunt, ad dignitates minime assumantur. Hinc plerumque accidit, ut & cupidi & ambitiosi, qui seipso gradu ambito indignos reddunt, promoveantur facilius. Et ubi temporale commodum impellit animum ad deserendum dignos, promovendum indignos, quis illum a specie labis simoniace purum asserabit? Sed & ex hoc contingere potest, ut Romani pontifices facilius inclinentur ad sibi attrahendum collationes dignitatum & beneficiorum, electiones perturbandum, jura infirmorum impediendum, canones super his editos sub umbra plenitudinis potestatis infringendum: quod fortasse non agerent, si non esset pecuniam interveniens, sed unicuique suum relinquere officium, & ipsi desuper vigilarent, correcturi delinquentes, & majoribus intenturi. Sicque tunc ecclesia optime disponderetur, & adhuc nostris temporibus inolevit, ut, cum vacat una ecclesia, sint translationes plurimae, per quas plurimae ecclesiae vacare possunt, ex quibus pecuniarum exactio magis & magis abundet: quae quantum ecclesiis & salutis animarum noceant facile est videre. Quis non intelligit hoc promovendi genus per interventum pecuniae ex radice avaritiae adinventum plus fovendae ambitioni quam animarum salutis esse accommodum? (Qui enim dignitates ambiunt, illi pecunias conquirere laborant, quarum suffragio gradum assequantur honoris. Hinc sua vendunt patrimonialia: hinc se feneratoribus obligant: quibus postea satisfacturi praedia, possessiones & castra ecclesiis pertinentia, interdum alienare coguntur. Hinc regiones variae depauperantur & evacuantur pecuniis. Hinc praesertim per annos plurimos suspensi a divinis saepenumero hac tempestate nisi sunt. Neque haec est primorum fructuum collectio, quae beneficiis libere expeditis aliquando colligi solebat: immo etiam nunquam fructus illos praesertim ipse sit collecturus, si etiam infra tri-duum moriturus sit, pecuniam ex patrimonio aut aliunde solvit, quae nunquam deinceps restituitur. Non certe sic patres antiqui annatas exegerunt, vel potius pecunias sub nomine annatarum, licet fructus aliquos, absque hoc quod pecunia in collatione interveniret, reservandos pro necessitate temporis tunc instante duxerunt: non tamen ut perpetuo talis esset reservatio duratura. Numquid ex hoc reprehendenda est haec sancta synodus, quasi sedem apostolicam exinanire velit, dum modum illum exactio reprobatur, qui tantopere officit salutis animarum? Numquid illam epistolam adversus sanctam synodum proferre decuit, quod ipsa mendaciter se asserit in repressionem avaritiae, simoniace, ambitionum, & aliorum vitiorum, ordinationes & salubria de-

ANNO
CHRISTI
1437.
Urbanus

ANNO
CHRISTI
1437.

lib. 1.

Certe Pius
II scribit
Eugenium
de multo
facto accusatum,
& plerumque ab eo
veniam petisse
ob illata
injurias.

ANNO
CHRISTI
1457.

ANNO
CHRISTI
1457.

decreta condidisse? Certe nemo inficiabitur
formam decretorum nostrorum super electionibus
rite celebrandis, super collationibus & confirmacionibus libere expediendis, & aliis prius memoratis, ad expellendam illa genera peccatorum esse convenientissimam. Nec ad contumeliam diximus, sed ad plurimam salutem efficiendam, abusus illos habentes specie simoniaca labis, per Romanum pontificem foveri, dum hæc tollere & perturbare, cum potest, omittit: immo, si abusus tali labis specie reserpsi per ministros ejus committuntur, eos fovere dicitur, cum eos non perturbat: & vehementer portimescere debet, ne dure propter illos corripitur a domino, qui Heli summum sacerdotem durissime punivit, dum filios suos efficaciter corrigere negligebat. Sed nec in his quibus divina majestas offenditur, & salus impeditur animarum, continuare oportuit, præstendendo excusationem non adhibitis alterius provisionis; cum timore perpendi temporale emolumentum, nimis inconsultum sit regni cælestis hereditatem negligere, & animarum perpelli detrimentum. Sed & dictum erat per hanc sanctam synodum provisionem esse sciendam ipsi Romano pontifici juxta ejus indigentiam, si animus ejus ad observationem decretorum videret benigne inclinatum. Nec autem ipse aut suam indigentiam aperuit, nec decreta exequi compertus est. Videns itaque hæc sancta synodus jugiter animas hominum his abusus illaqueari, decretaque sua pro repressio- nibus talium edita contemni, videns (ut præmittitur) divisiones in ecclesiis per canonicarum electionum manifestam conturbationem nimium adaugeri, videns & alia vigere schismata, dum illi qui per hanc sanctam synodum alligabantur, per Romanum solvebantur pontificem, ita ut jam in populo Christiano serperet illa divisio, ut quemadmodum quondam dividebantur Corinthii, & unus dicebat, *Ego sum Cepha*, alter, *Ego sum Apollo*, sic & nunc unus aiebat, *Ego sum pape*, alter, *Ego sum concilii*: dum Romanus pontifex hujus sanctæ universalis synodi in his operibus non tenebat unitatem, neque beatissimi pape Damasi imitabatur exemplum, qui & de his nullatenus cognoscere volebat quæ sancta synodus diffiniisset. Attendens præterea hoc sacrum concilium prosecutionem reductionis Græcorum, quam tantis impensis & laboribus inchoaverat, multipliciter impediri, & denique universa quasi facta ecclesia perturbari ex hac divisione, quam adversus synodum congregatam & salubria ejus opera, ipse dominus Eugenius confovebat, atque per minus debitum regimen ecclesiæ cuncta in pejus ruerent, misera est tandem synodus ipsa ecclesiæ Christi tanta ægritudine laborantis; & zelo domus Dei accensa eundem dominum Eugenium citare decrevit, sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales convocare, ut ipsis auxiliantibus coaveniens & salutaris provisio ecclesiæ donaretur, priusquam deteriora contingerent. Commemoravit cum dolore, non sine informatione præcedenti, defectus aliquos, qui publice & notorie in præjudicium & scandalum gregis dominici super regimine ipsius ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus adesse ferebantur, ut, omnibus in melius emendatis, salus & pax redderetur populo

Cancil. General. Tom. XXIX.

Imo Damasi
tenentis est,
nulla usquam
concilio, qui
non essent
sua auctori-
tate apostoli-
ca, rata fuis-
se. Vide supra
tonium 1.
3. Damasi.
1. Cor. 1.

Dei. Dolet quidem plurimum sancta synodus, quod talia commemorare oporteat: nec libellum famosum confecit, ut objicitur, sed tantum recinavit ea non animo diffamandi, sed corrigendi, prout ad eam pertinebat, quæ jam in publicum prodierant, dum debito officii a Christo suscepti negligere non potest, quo minus in hac urgentissima necessitate languoribus universalis ecclesiæ incedam querat donari salutarem, & pro ea lauset vehementius, impletque divini Apostoli præceptum scribentis Timotheo: *Argue obsecra, increpa in omni patientia & doctrina: erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt.* Rursumque ait idem apostolus: *Peccantem coram, omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.* Quod in peccatis publicis agi potest, maxime per eum cui reformatio & correctio pertinet aliorum. Sed & beatus Gregorius in suo pastorali, illos qui dum deficiunt se bene agere credunt, docet a pluribus oportere increpari. Verum citationem præfatum aliquanto asperius ferens Romanus pontifex aliqua in adversum per eorum (ut creditur) suasionem, qui magis loqui querunt sibi placentia, quam ipsius æternam salutem & universalis ecclesiæ relevamen perquirere plurima peragere conatus est, atque inter cætera memoratam universis Christi fidelibus direxisse dicitur epistolam: in qua non correctio, non emendatio, proh dolor! asseritur, sed quæ sibi objiciuntur, mendaciter prolata esse scribit per hanc sanctam synodum, quam utique honestioribus verbis alloqui decebat. Verum ipsa pro sua charitate omnia cum mansuetudine ferre decrevit, impropria etiam suaviter sustinens, dum arguendo & obsecrando in omni patientia & doctrina possit homines perducere in salutem. Sed debuit arbitrari Romanus pontifex populos non esse scriptis suis in factis propriis & personalibus credituros. Neque hunc modum convenientem existimabunt, ut ipse vocatus ad synodale iudicium illud subterfugiat, & ad dispersos hinc inde querat seipsum propriis justificare sermonibus. Quis enim est qui epistolam conscribere non possit, & in ea quæ volet asserere? Quod si propriis sermonibus seipsum quis hoc pacto justificare possit, pauci erunt qui se deficere fateantur. Quod si olim beati summi pontifices, Leo, Damasus, Sixtus, se in synodo expurgare curaverunt, ut scandalum a fidelium mentibus tollerent, multo amplius ipse dominus Eugenius comparere debuisset, qui in eo casu tenetur, ubi de defectibus notoriis & scandalizantibus ecclesiæ delatus est, in quibus synodum universalem in papam jurisdictionem habere nemo ambigere juste potest. Honestius quippe fuerat per se vel alterum in synodo comparere: & si non probarentur quæ de ipso dicta erant, eluceret coram omnibus justitia ejus. Si autem & vera probarentur, debita conversione omnia contegerentur, & in melius emendarentur: sicque per debitam conversionem honorem plurimum & benedictionem obtineret in populis: imo & exemplum poenitentiae cunctis præstaret, per quam efficaciter reformatio ecclesiæ & salus daretur universis. Nam & poenitentibus ait dominus per prophetam: *Si fuerint peccata vestra ut coccinum, tanquam nix dealbabitur.* Jam enim adeo peccata nostra creverunt, ut justitias nostras

1. Tim. 4.
1. Tim. 1.

Falso accur-
tarum Eugeni-
um testatur
Pius II. qui
dicit Basilien-
sibus adhaere-
re: sed postea
ad Eugenium
veritate com-
perit se trans-
tulit.

Lessum III.
gravior ac-
culerum, syn-
odus que
frequens Ro-
mæ conven-
rat, adeo
non condon-
avit, ut er-
ram palam
coram Caro-
lo Magno
omni episco-
pi dicitur
esse, sed
apostolicam
a nomine
iudicari de-
bere.

Isaia 1.

ANNO CHRISTI 1437.

ANNO CHRISTI 1437.

fratres proferre non oporteat, sed post naufragium victorum oportet super secundam tabulam poenitentiae pervenire in portum salutis. Cujus rei exemplum in beatissimo Petro apostolorum principe praclarum habemus, cui cum Paulus in faciem resistisset, & dixisset eum non recte ambulare ad veritatem evangelii, & non solum dixisset, sed & in epistola sua ad perpetuam rei memoriam scripsisset, non hoc moleste tulit beatissimus Petrus: imo expresse Pauli epistolas commendavit, in quibus hoc ipsum non ignorabat contineri, ut & hoc suis successoribus exemplum daret non moleste ferre, si eis per eorum coapostolos aliquid tale pro sua & universalis ecclesiae salute diceretur. Sed unum in sua epistola summus ipse pontifex maxime profectus videtur, quod haec sancta synodus ab ejus exordio ipsum a papatu deponi affectavit: quod si rerum gestarum seriem in memoriam reduxerit, talia proferre desinet. Cum vix adhuc esset in papatu constitutus, dum ipsa synodus inchoata extitit, quomodo adversus eum tunc convenerat synodus, quae de gestis ejus nullam adhuc habebat notitiam? Quid tunc contra eum intentaverat, cum ipse coepit eam dissolvere? Deinde quam benigne, quam patienter, etiam post dissolutionem refarcitam, haec ipsa synodus praestitit contradictiones, impugnationes, & resistencias, variis modis in dissolutionem ipsius & operum ejus tendentes, hucusque pertulerit, satis manifestum est. Sed neque in hac novissima citatione quidquam aliud quaesitum est, quam ut in necessitate maxima conveniens provisio Ecclesiae donaretur: Nihil nobis gratius, nihil desideratius est, quam ut ipse Ecclesiam Dei salubriter regat; non quidem ut prohibito voluntatis suae cuncta peragere velit, spretis canonibus sacrorum Conciliorum; sed juxta beatissimi Petri doctrinam sic regat, non ut dominans in clero, sed ut forma factus gregis, (Romanus enim Pontifex est universalis Ecclesiae minister, non dominus) atque etiam schismata & scandala submoveat, quae contingunt dum heu nimium propriam studet implere voluntatem. Dixit nos ejus sanctam intentionem perturbasse: sed nos latentem intentionem, nisi ex operibus & fructibus, cognoscere non possumus. Nos judicamus ea quae patent, dominus autem intuetur cor. * Numquid prohiberi potest libera hominis voluntas, ne fructus bonorum operum ex se producat, ut defectuosum regimen abhorreat, ut pacem & unitatem conservet? profecto longe melius suaderet animos hominum in approbationem justitiae suae, si bona opera se fecisse ostenderet, quam praedicando se habuisse bonam intentionem, quam homines nec intueri nec dijudicare possunt. Quis enim impedit, * nec hodie impedit, ut abusus curiae suae non abstulerit, nec de praesenti auferat? Sed mirandum valde est, quod dissolutionem per eum alias revocatum & annullatam iterum approbare conatur eadem epistola, & processum concilii tunc contra hanc dissolutionem deductum reprobare: cum tamen dissolutionem ipsam irritam esse & inanem aperte per litteras suas confessus sit. Cui dissolutioni si patres paruisissent, maneret adhuc regni Bohemiae desolatio, nec Bohemorum ipsorum unio

facta fuisset: imo quamplurimas partiarum & terrarum desolationes, erroresque hominum, & mala innumera verisimiliter perpetrata fuissent. Si illam dissolutionem destruxit, cur iterum eam sermonibus reedificat, cum dicat divinus apostolus: Si ea quae destruxi iterum aedifico, praevincitorem me constituo? Illud autem valde scibile est quod dicit, eo tunc concilium sine jurisdictione & justitia, super illius dissolutionis revocatione ipsum monendo, processisse; adjiciens iterum, quod patres in concilio existentes contra divinam voluntatem ipsum suppressere quaesierunt, sive angustare potestatem, & se supra eum constituere supremos. Numquid ipse jam abnegare volet jurisdictionem synodi universalis in sacra scriptura fundatam, & determinationem universalis ecclesiae declaratam; cui declarationi si quis pertinaciter contradiceret, incidere in haeresim? Sed nec potestas angustatur, dum ita dirigitur, ut non in destructionem, sed in aedificationem procedat. Caveat pro Dei reverentia, ne, dum minora excusare nititur, & adversus salubres correctiones plus debito recalcitrare; in graviora corruat: qui & in epistola illius exordio dicere ausus est, patres in hoc concilio congregatos jam fere septem annis ab ipso Christi vicario & a suprema Romana apostolica sede, Christianorum matre & capite, segregatos. * Numquid in hoc damnabit universos cardinales, patriarchas, episcopos, imperatorem, reges, principes, & caeteros, qui per se vel alios in hoc concilio fuerint; & denique ecclesiam per orbem dispersam, hoc concilium approbantem, ut dicat vel eos a capite & matre Christianorum fuisse segregatos, vel fuisse segregatis? Dicendo quidem synodum a se fuisse segregatam, se potius a synodo segregatum affirmare videtur; quae tamen universalem Dei ecclesiam representat. Cum enim membrum a corpore disjungitur, non totum a parte se dicitur separare, sed pars a toto segregari. Debit quidem synodo universali ut membrum ipsius in unitate Spiritus jugiter adherere: & si relinqueret, non tamen ipsa a suo vero capite Christo relinquitur. Non enim est generale concilium ecclesiae, sicut una particularis conventio consiliariorum alicujus principis, cui papa ipse tamquam praesidens & dominus praesideat: sed est universalis ecclesiae catholicae conventus, continens & includens virtualiter & auctoritative singulos gradus ecclesiae, tam papatum quam caeteros, sicut membra ipsius ecclesiae universalis: quam propterea ipsum concilium representare dicitur, prout jam constitentur universi. Quae si attentius consideraverit ipse dominus Eugenius, seipsum ex segregatione potius reprehendet, desinetque in talem synodum congregatam in nomine Christi & in universalem ecclesiam proferre injuriam. Denique nos dicit vehementer studuisse ut inconsutilem tunicam Christi scinderemus: inveniet ipse nos pro unitate universalis ecclesiae & ejus salute sedulo desudasse: nec possumus a Romana ecclesia separari, dum universalis ecclesiae retinemus unitatem, in qua tam ipsa Romana Ecclesia, quam aliae singulae Ecclesiae includuntur. Et si auctoritas quaeritur, inquit Hieronymus, orbis major est Urbe. Sed ipse primus scissurae & divisionis auctor extitit, cum

Gal. 1.

Quo est synodus sine capite?

* f. Nomen Unus solus tandem Basileus cardinalis mansit, Eugenius hostis.

1. Petr. 3.

Est certe etiam pastor & caput.

1. Reg. 16.

* f. Nomen

* f. Nomen

Mirum hoc dicit de Bohem.

ANNO
CHRISTI
1437.

cum prima synodus dissolvere, & se ab ea segregare incepit, atque in huiusmodi segregatione & divisione longo tempore persistere voluit, & nunc dum post longam expectationem ac multam patientiam ejus emendatio & regiminis Ecclesie Dei salutis provisio queritur, ipse loquitur grandia adversus sanctam synodum & ecclesiam Dei, ipse eandem synodum dissolvere conatur, si de ipso iudicium fiat, aut aliquo suorum presidentium oratorum. Numquid ei conveniens est tale querere diffugium, qui aliquando solebat per oratores suos circa hujus concilii exordia se ante omnes reformandum offerre, quodque de vita ejus audaciter inquireretur? Numquid hoc jam tolerabile est, ut propter effugiendam correctionem ipsius aut sui oratorum concilium dissolvere liboret: atque propter factum personæ suæ, quæ mortalis est, auctoritatem ecclesie immortalis confundere nitatur; sed ipsius adjutor est Christus, qui eam non deseret. Jam vero ad cætera dicamus, quæ citationi nostræ respondere volens, adversum nos retorquere nititur, Ipse alienationem terrarum excusare prætextens, dicit Nicolaum de Fortibrachiis & comitem Franciscum de Cotugualla contra eum fuisse incitatos, qui dicentes se esse capitaneos concilii, terras ecclesie invaderant, unde strages secuta sunt. Si autem veritas rerum aperitur, nunquam illi ab hoc sacro concilio invadere terras ecclesie jussi fuerant, neque res talis ullo tempore per concilium deliberata extitit. Verum videntes divisionem, quam ipse dominus Eugenius adversus concilium tunc fovebat, hanc acceperunt audaciam. Unde & qui divisionis hujus causa fuit, ipse etiam causa extitit malorum ac discriminum quæ exinde secuta sunt, quomobrem jam id diximus: illa prima dissolutio, per quam ab unitate hujus sanctæ synodi dominus ipse Eugenius voluntarie recessit, causa fuit & origo malorum. Sed postquam dissolutionem sustulit, numquid propterea terras ipsas ecclesie, quæ recuperari poterant, oportuit in alienas manus tradere, & titulum in eis alteri assignare, ut jam repeti non possent? & quo tunc vera alienatio patrata est? Quid præterea de alienatione aliarum deinceps terrarum facta, ut burgi sancti Sepulcri, & plurium, dicturus est, cum tamen ante adhesionem ipsius jam per decretum hujus concilii specialiter terrarum omnium ecclesie alienatio sibi interdicta fuisset? Debuit quidem imitari beatum Ambrosium, qui imperatori querenti hereditatem Christi respondit: Abstine a me ut Christi hereditatem tradam: non tradidit Naboth suam, sed proprio cruore defendit. Sic hæc jacula, quæ in sanctam synodum se excusando detorquebantur, manifeste revertuntur in ipsum. Cæterum aliam excusationem super impedimenti indulgentiarum afferens, dicit se nullas indulgentias plenarias de novo contulisse, sed solum antiquas renovasse. Verum si loca nominatim, quoties opus erit, designabimus quamplura, ubi pro causis exiguis, ut refectioe materialium ædificiorum, plenariam concessit indulgentiam, tunc eo maxime cum ecclesie subsidii Christiani populi pro exaltatione fidei catholicæ & reductione Græcorum indigebat, & in partibus Burgundie, Sabau-

a) Pater,
sibi, H.

die, Francie, variisque regionibus notissimum habetur. Dum vero requisitus extitit, ut in concessione indulgentiarum plenarum pro sacro Græcorum expresse concurreret, dixit se, ne claves ecclesie contemnerentur, aut ejus vilesceret auctoritas, maturius incedere voluisse. Non timuit hanc auctoritatem vilescere vel contemni claves, si pro quibusdam ædificiis materialibus hæc indulgentia donaretur. Quod si, ut ipse allegat, incertus erat Græcorum adventus, numquid propterea non oportuit Ecclesiam præparare quæ in hujus operis prosecutionem erant necessaria, ut promissa Græcis implerentur, & ea disponderentur, sine quibus ipsi Græci ad terras Latinorum conducti non poterant? In quibus præparandis jam hæc sancta synodus a civitate Avinionensi septuaginta millia ducatorum in minutum accepit, & antea duodecim millia a patribus in concilio existentibus, dum priores nuntios ante biennium misit in Græciam, tres videlicet solemnes oratores, quorum unus ad nos rediit, alter vita functus, tertius usque in hodiernum diem pro conductione rerum permansit, plures quoque alias impensas fecit, super quibus omnibus nondum octo millia potuit colligere. Ecce quomodo patres hic existentes se in his rebus ditare querunt, quorum plures ultra proprias pecunias, quas in mutuum tradiderunt, etiam mobilia & localia sua pignori obligarunt. Sed dicit, cum res clericorum principaliter agerentur, superfluum fuisse laicos onerare: neque certe oneravimus laicos ipsos, sed tam clericis quam laicis, qui sua liberalitate & pietate in subsidium hujus rei quidquam contribuere velent, indulgentias concessimus. Numquid hoc est aliquem compellere, aliquem onerare? Numquid hoc est novum in Ecclesia Dei, quod pro factis fidei catholicæ indulgentiis concedantur? Adjecit insuper, affectasse omnes gazas Ecclesie ad tam pium opus protinus exhibere, sicut & opere se dicit adimplevisse, galeas, pecunias, & omnia, quæ pro Græcis ad Italiam transferendis necessaria erant, sua ex impensa transmittendo. Sed certe intelligimus ipsum hujus rei gratia exactionem quandam valde odiosam, etiam super laicos Bononiæ constitutos, imposuisse. Fatetur autem hæc sancta synodus non auro & argento se esse hoc pacto fulcitam, sed sperans in adjutorio domini, qui eam hucusque confortavit & direxit, negotiis Ecclesie & fidei catholicæ conducendis fidelem & sinceram impendit operam, non verita expetere subsidium catholicorum populorum, quorum incumbit procuranda saluti. Sed jam compellit ipse dominus Eugenius nos hujus rei aperire veritatem, quam libentius tacuissimus. Ipse diversis artibus hoc concilium dissolvere tentavit, aut in eum locum transferre, ubi liberius libitum suæ voluntatis impleret, & hujus sanctæ synodi reformationem subterfugeret, etiam priusquam de citatorio novissime ulla mentio haberetur. Tandem cum id ipsum complere non posset, jam per medium Græcorum potiri sperat optatis. Hinc varia impedimenta & gravissima comminationes Avinionensibus data sunt, ne pecuniam præstarent. Hinc variae promissiones beneficiorum & dignitatum, hinc plurimæ impensæ in legationibus ad diversas regiones transmitten-

ANNO
CHRISTI
1437.

localia

ANNO
CHRISTI
1437.ANNO
CHRISTI
1437.

tendis consumptis, hinc labores innumeri sumpti, ut aut concilium dissolveret, aut lecum quem affectabat obtinere possit. Tandem cum jam pecunie & gales ex parte hujus sacri concilii in Avinione expedita fuissent, & antea octo millia florenorum pro Græcis congregandis in Constantinopolim transmissa, res quoque inchoate jam cum pace & tranquilla deductione deduci poterant. Nam & Græcorum oratores huc advenientes, quidquid dicerent, semper in hoc persistebant, quod a decreto super conventionem ipsorum edito nullatenus recederent. Cui decreto in electione locorum per nos facta, & omnium aliarum rerum expeditione satisfactum erat. His ita feliciter dispositis, ipse dominus Eugenius volens metere ubi non seminaverat, qui & præcedentibus temporibus magis opportunum fuerat arbitratus ut legati mitterentur in Constantinopolim, tractaturi cum Græcis, & non fieret ipsorum conductio ad concilium œcumenicum in his partibus occidentalibus celebrandum; videns ipse jam in loca citramontana eorum conductionem disponi, tunc pecunias invenit, gales transmisit, que ipsos Græcos in aliquem locum Italiæ, quem vellet, deducerent; non parcens honori Ecclesiæ Latinæ, in qua Græci jam, prohi dolor! videbant miserabilem divisionem, quam ipse adversus hanc sanctam synodum in prosecutione negotiorum fidei hujusmodi per eam inchoata exercet. Unde & maxima perturbatio rebus agendis affertur, & que prius pacato cursu deducebantur, nunc variis expostionibus fluctibus. Nonne sanctius fecisset prosecutionem inceptam in unitate conservare, quam pecuniam in fomentum divisionis & rerum turbationem consumere? Assensit ipse, quæsumus, aliquando saltem in hoc tanto fidei negotio hujus sanctæ synodi tenere unitatem, que loca opportunissima in his partibus citramontanis elegit, ubi potentissimi principes Christiani & universitates studentium, præsertim in sacra theologia, pax quoque & securitas magis abundant: ubi ad honorem Ecclesiæ Latinæ potest haberi conventus celebrer, & ad bonum fidei, ac ipsius unionis desiderate efficacior. Nec ipse dominus Eugenius laborem veniendi ad hæc loca recusare debet, qui etiam in loca remotiora pro tanto bono proficisci deberet, ostendendo se fidelem Christi vicarium, qui pro salute gregis sui de cælo descendit, præsertim cum & ipse dominus Eugenius in hac epistola profiteatur se velle pati mortem pro reductione Orientalis Ecclesiæ, pro qua tamen (quod dolenter referimus) induci adhuc non potuit ut extra Italiam egredi vellet, quod si voluisset, poterat toti Ecclesiæ dare pacem. Imo & nostri oratores ad eum missi obtinere non potuerunt, ut pro Græcis conducendis ad loca per nos electa salvoconductum donaret, quem seculares principes universi liberalissime concedebant. Non autem ipse conari debet Græcos ad locum non electum per hanc sanctam synodum evocare: que solum tria loca elegit, cum & Græci pepigerint in locum per nos eligendum advenire: nec pati debet hæc sancta synodus, ut adversus pacta inita & contra sanctorum decretorum suorum tenorem concilium hoc œcumenicum in alio loco sine suo consensu

cum Græcis ipsis celebratur, ubi certa sequeretur Latine Ecclesiæ confusio, & incertus esset unionis Græcorum adventus, possetque contingere & illam unionem non perfici, & Latinam Ecclesiam in confusione ac deformatione manere, auctoritate synodali ipsius Latine universalis Ecclesiæ miserabiliter concitata & prostrata, que nullatenus permittere possumus, sed ecclesiæ retinebimus, Deo favente, firmitatem & auctoritatem, atque nihilo minus unionem Græcorum juxta conventionem pro viribus prosequemur. Interferit autem præmissa epistola veluti pro relatione criminum, quod in hac sancta synodo dispensationes, commutationes votorum, venduntur, ac beneficia. Sed nescimus unde hæc acciperit, nisi forsitan impugnare velit, quod in concessione indulgentiarum largientibus pia subsidia in opus Græcorum indultum est, ut commutationes votorum & dispensationes aliquas obtinere possint. Numquid & hoc illicitum est, quod illi sua peccata eleemosynis redimant, que eleemosynæ in prosecutionem illius saluberrimæ unionis Græcorum manifeste convertuntur? Quomodo autem alias dispensationes, que hic conceduntur, vendi asserat, cum homines hic ad matrem suam ecclesiam congregatam pro dispensationibus obtinendis sæpe refugere notum sit, ne illas magnas exactiones pecuniarum subire cogantur, que in curia ipsius domini Eugenii palam constat exerceri? Signet nobis unum qui in hac synodo beneficium, aut dispensationem, vel aliquod tale vendiderit, & videbit nos protinus debitum justitiæ peragere. Dicit nos beneficiorum collationem, sibi plerumque adimendo illa, de facto conferre: sed si antiquarum synodorum acta perlegerit, que episcopos sæpenumero instituerunt, & destituerunt; imo etiam Nicæna synodus Eustathium episcopum de Nicæa Beroæ in Antiochiam transfudit: si etiam Matthiam apostolum & primos septem diaconos per concilia primitivæ ecclesiæ fuisse assumptos meminerit, non negabit in ipsis beneficiis per synodum universalem ministros justitiæ institui posse: quod tamen rarissime nos egimus, imo collationem beneficiorum per ipsum dominum Eugenium sustinimus exerceri, licet multas inordinationes gratiarum expectatarum & nominationum agere conspiceretur; quibus meriantibus, in expugnationem ipsius sanctæ synodi & universalis ecclesiæ, varios sibi conabatur exquirere favores: sed cupiebamus semper fovere unitatem & pacem. Verba plurima per hanc epistolam in nos gravia proferuntur, que etiam occulta cordium sine affectibus dijudicans, dicit quod creditur in cordibus nostris potissime inesse avaritiæ ardorem. Ecce dum substantias nostras consumimus, dum promotiones & beneficia non quarimus, & ad bonum universalis ecclesiæ nostra vertimus studia, avari vocamur. Protestatur hujus epistolæ principium nostra (ut inquit) sacrilegia juridice retundere, superstitiones & errores velle sopiri. Sed dum ipse dominus Eugenius justitiam suam proferre debuit, refugit iudicium: dissolvit, quantum in se est, concilium. Et insuper que in ecclesiam Dei proferat, quo pacto excusationes in peccatis adducat, præmissa testantur, que certe dolenter proferimus. Nam ipsum & rectius spe-

Part. pro
relatione cri-
minis: Galiso
per rectitudi-
nem.

Imo Græci
cum Euge-
nio & eccle-
sia Romana
sele amantibus
convenirentur.

Et tamen
celebratum
& quidem
sacriter.

ANNO
CHRISTI
1437.

re, & loqui veracius, atque honestius optaremus, nec ita coram mundo proprii animi esse passionem. Sed cum omnia dixit quæcumque voluit, ubi sunt illa sacrilegia? ubi superstitiones? ubi errores quos nobis inesse dicebat, & quos sopire pollicebatur? Melius quidem fuisset verba tam injuriosa subicere, ubi nullam penitus in re ipsa apparentia afferre potuit, nec Deo favente asseret in æternam. Nec propter opprobriorum talium, aut quarumlibet detractionum disseminationem, profecutionem boni communis & defensionem universalis ecclesie atque conciliorum generalium, quibus robur fidei catholice duce Christo innititur, eodem adjuvante deseremus. Paucitatem nobis & imperitiam obijcit eadem epistola. Sed, si veritatem amplecti velit, nullam hujus sancte synodi conclusionem in omnibus his quæ decreta fuerunt ceptam inveniet, in quam non longe major pars prelatorum, major pars doctorum, major denique pars omnium notabilium virorum consenserit. Imo plus quam duæ partes concilii in idipsum convenerunt, quod est copiose congregatum; & si omnium peritiam atque dona ex largitate sancti Spiritus distributa dividendis unicuique prout vult, consideratius examinasset, parcius talia loqueretur. Tandem illa subicendo quæ in emanata citatione dicebantur, vos Christi fideles exhortatur, ut schismata impiissima & horrenda (ut inquit) scandala devitetis, nostrosque conatus, quos impiissimos dicit, reprimere studeatis: quæ jam omnia, etsi gravissimarum injuriarum plena sunt, mansuete tolerare polliciti sumus, cum non nobis sit animus verbis contendere, sed totis conatibus perquirere, quid commodius, quid convenientius agendum sit pro ecclesiastica salute, sed dominus Eugenius schisma se abhorreere ostendit, & sub timore schismatis in hoc animos hominum perducere, ut adversus hanc sanctam synodum libere agere possit quæcumque volet, & divisionem quam ab exordio (ut præmissum est) inchoavit, ita conducere, ut confundatur synodalis auctoritas, & libitum suæ prævaleat voluntatis, atque sub velamine comminati schismatis ipse corrigi non valeat: quæ res etiam exemplum perniciosum afferret posteris, in magnam ecclesie desolationem. Nam quidquid summi pontifices vellent in futurum pro libito agere hoc possent, omni sublato timore, confidentes ob metum schismatis nunquam eorum correctionem per concilia generalia tentari posse. Insuper dum schisma dissuadet, ipse actu schisma perniciosissimum duorum conciliorum, quale nunquam auditum est, erigit, evocando aliud concilium in civitatem Ferrariensem, contra decreta concilii Constantiensis, & istius, ac etiam illa quæ sunt Græcis promissa, quæ ipse expresse approbavit. Nos autem, favente Christi gratia, nullum schisma facimus, imo veram ecclesie prosequimur unitatem, ut videlicet tam ipse Romanus pontifex, quam cæteri omnes unanimiter teneant unitatem ecclesie congregatæ, & non se separent ab his quæ universali consensu sunt constituta, soliditatem Petri teneant, quæ non in unius solius persone voluntate consistit, quæ quotidie errare potest, cum & aliqui Romani pontifices in errorem lapsi

sint, sed maxime residet in universalis ecclesie catholice conventu, quem Christus, caput verum ipsius, non deseret usque ad consummationem sæculi. Utque omnes idem sapiant cum ecclesia congregata, & cessent illa schismata, quæ proh dolor! in oculis nostris jam vigere conspicimus, dum ipse dominus Eugenius in divisione inchoata nimum perseveret; qui etiam rursus ad dissolutionem semel revocatam revertitur, assidueque bonum universalis ecclesie conturbat: & nihilo minus adhuc expectamus, hoc maxime desiderantes, ut omnes prelati & principes Christiani, ac cæteri fideles, junctis animis & concordia sententia in his discriminiibus consulant publicæ salutis ac regimini salutari totius ecclesie: nam res omnium agitur, hoc petimus, & requirimus, ut ecclesiasticorum copiosus numerus ex omni regione huc affluat, sicut ad hanc synodum universi status ecclesie sunt legitime vocati, & pariter deliberent quid potius pro unitate conservanda, & omnibus rebus ecclesie feliciter ordinandis expedit. Univerfos quoque jam intelligere speramus, hoc non esse schisma querere, sed potius velle schisma perpetuum devitare; quod contingeret, si summi pontifices nostri temporis a sacris conciliis, quorum instituta sui prædecessores maxime exequi curabant, se vellent pro libito voluntatis assidue disjungere, & eidem repugnare: cognoscentque jam cuncti apertius, quanta sit necessitas pro soliditate fidei & ecclesie retinere conciliorum unitatem, quæ dum magis oppugnatur, tanto magis in animis hominum elucescit: hoc disponente omnipotenti Deo, qui mala esse non sineret, nisi potens esset bona etiam ex eis elicere. Ideo dilecti ecclesie filii principes Christiani & universi fideles, his rebus per Dei gratiam intellectis, cognoscetis ubi veritas & justitia resideat, per quam ad pacem possimus pervenire salutarem. Vos ipsi juvate & orate, ut dominus Eugenius Romanus pontifex meliori fretus consilio, & propria voluntate paululum inclinatus, ad pacem, unitatem, & salutare regimen ecclesiarum & animarum, benignius se convertat, & illum in visceribus charitatis hæc sancta synodus paratis animis amplexabitur, totis viribus adjuturæ, ut ipse in omnibus bonis semper abundet: ad hanc quoque civitatem veniant universi, qui de juræ vel consuetudine concilii generalibus interesse tenentur. Mittant huc principes sæculi suos oratores, ut super cunctis quæ pro bono ecclesie agenda sunt, communi omnium consensu capiatur conclusio salutaris, & in omni pace ac tranquillitate cuncta disponantur ad gloriam nominis Christi, & salutem ecclesie sue, qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum.

Datum in nostra generali congregatione, in ecclesia majori Basileensi solemniter celebrata, decimoquarto Kalendas Novembris, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo.

ANNO
CHRISTI
1437.Hoc Eugeni-
us non fecit.Sed equum
erat vos in re
non mala po-
tius a propria
voluntate dis-
cedere, &
pontifici ob-
temperare.

ANNO
CHRISTI
1431.

IX.

Responsio synodalis facta oratoribus electorum imperii Romani, &c. instantibus ut suspenderetur in processu papa Eugenu.

Sacrae astra, &c. ad futuram rei memoriam.

Audivimus haec sancta synodus affectionem devotissimam venerabilium archiepiscoporum, & ceterorum illustrium principum electorum sacri imperii, ad pacem & quietem ecclesiae, quam vos egregii ipsorum oratores in nostra congregatione generali diserta oratione referastis, vicissim quoque audierunt discretionis vestrae zelum sincerum, quem sancta eadem synodus ad ipsius ecclesiae salutem & pacem semper gessit, veluti per venerabilem archiepiscopum Panormitanum ex ordinatione huius sacri concilii fuit in eadem congregatione latius explicatum. Deinceps pro affectu quem ad pacem in cordibus nostris sedulo gerimus, ab eisdem discretionibus vestris inter deputatos huius sacri concilii quaesitum est, ut media ad pacem ipsam opportuna velletis aperire. Nam haec sancta synodus omnia media intendebat gratis animis amplexari, per quae auctoritas ecclesiae servaretur illa, & reformatio tantis expensis temporibus, & pro qua jam in concilio Constantiensi, Senensi, & isto Basileensi tot sunt adhibiti labores, aliquem tandem fructuosum sortiretur effectum, ad Dei gloriam, & animarum salutem. Vos vero pacis inveniendae spem habere dixistis, si suspenderetur processus adversus dominum Eugenium papam IV. inchoatus, & interim opera daretur per dominos vestros illustres, ut ipse dominus Eugenius dissolutionem praetensam concilio per eum attentatam revocaret, & ea quae adversus hoc sacrum concilium egerat, de quibus atque etiam de iustitia ipsius concilii dominos vestros plane informatos esse commemorastis. Utque insuper idem dominus Eugenius decreta synodalia susciperet, & de congregando concilio pro Graecis se non intromitteret, sed fieret apud Graecos ipsos instantia, ut venirent ad aliquum trium locorum electorum per concilium, quod si obtineri non posset, videretur de aliquo tertio loco eligendo qui & concilio & papae tutus & accommodus foret: adiacentes quod ad papam super his destinarem oratores. Ut tandem, si concordia aliter non posset inveniri, super ipsius tertii loci electione concilium & papa in aliquo compromitterent. Quibus per vos ex optima intentione & zelo sincero (ut credimus) expressis, matura deliberatione praehabita, duximus hoc modo respondendum: Laudamus & commendamus plurimum devotionem venerabilium archiepiscoporum & ceterorum illustrium dominorum vestrorum atque vestram, quam simul & iustitiam huius sacri concilii attentius considerate, & pacis media invenire conari conspiciamus, laboribusque ipsorum & vestris gratia est habenda. Nos quoque ea cupimus efficere, quae ad pacem salutarem consequendam, & pacem vestrorum desideriorum consummationem efficaciora sint. Speramus autem, favente Christi clementia, pacem ipsam nobis

A & vobis pariter desideratam inveniri posse, si forem pacis iustitiam non prorsus abjicerimus. Nam ita iustitia & pax osculatae sunt, atque tali vinculo foderatae, ut quisquis unam sine altera querit, neutram valeat amplecti. Si constantibus animis viam iustitiae & veritatis ingrediamur, auctoritatem ecclesiae & determinationes fidei iam in pluribus conciliis promulgatas, atque per universalem ecclesiam approbatas, totis viribus defendamus, quae concorditer acclamant, Romanum pontificem teneri obedire universalibus conciliis, in his quae pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiae in capite & membris, ac pertinentibus ad ea: ut quod veritas ipsa declarata sonat, opere impletur, pacem optimam & nunc & in futurum universa ecclesia consequatur. Nec Romani pontifices pro libito suae voluntatis implenda adversus universales synodos tanta bile movebunt in continuum perturbationem ecclesiae, sed benignè amplexabuntur, quae universali consensu sunt instituta pro edificatione ipsius ecclesiae & animarum salute. Ipsi quoque hoc pacto a synodis universalibus omni favore & honore tractari merebuntur. Inducunt nos praeterea existimare de futuris, dominum Eugenium papam IV. facilius ad hanc pacem inclinari posse pro salute animae suae, & totius ecclesiae, si processus inchoatus per hanc sanctam synodum continuetur, quam si eodem processu suspensio nudis precibus de hoc interpelletur. Meministis, ut credimus, dum altera vice concilium dissolverat, neque precibus inclitae memoriae Sigismundi imperatoris Romanorum, nec archiepiscoporum, & ceterorum illustrium principum electorum sacri imperii, aut quorumlibet aliorum, ad huiusmodi revocandam dissolutionem induci potuisset, donec ad suspensionem ipsius ad administrationem papali haec sancta synodus procedere decrevit. Ubi vero nunc longe graviora, longe duriora peregit, & semel revocandam dissolutionem iterum attentavit, quid putandum est ex dilatione processus eventurum, nisi duriorum ipsius in proposito persistentiam? Jam semel post ejus accusatam contumaciam, dilationem sexaginta dierum ad instantiam praefati imperatoris ac illustrium dominorum vestrorum dedimus. Et post lapsum illorum adhuc aliis plurimis diebus expectavimus. Quid istae dilationes profecerint vos ipsi conspiciatis: quoniam etiam dominos vestros illustres litteras & nuntios ad eundem dominum Eugenium misisse commemoratis. Et quamquam plurimum sit eorum diligentia commendanda, nihil tamen ad salutem ecclesiae Dei obtentum est. Interim ipse dominus Eugenius litteras & nuntios ad diversas regiones misit in huius concilii expugnationem: interim plurimos ad adeundum praetensum Ferrariense concilium convocare studuit, in scissuram ecclesiae: interim laboravit ut Graecos ad locum quem vellet posset adducere, ut sub umbra conventionis eorum correctionem effugere, & obedientiam, quam huic sanctae synodo exhibere tenetur, eludere valeret. Cujus rei assequenda gratia jam adversus honorem ecclesiae Latinae plurima scandala per ipsum dominum Eugenium atque suos, etiam in oculis Graecorum commissa sunt: & nunc in foribus est schisma inau-

ANNO
CHRISTI
1431.

*de Bullam
reformationum
Pii II. que in
fra habetur*

ANNO CHRISTI 1454.

ANNO CHRISTI 1454.

inaditum duorum conciliorum, per erectionem ipsius præsentis concilii Ferrariensis. Jam imminet sperata reformationis extinctio, auctoritatis universalis ecclesie prostratio, si non celeriter occurratur; neque aliud remedium nobis superest, quam ut per continuationem processus & iustam suspensionem ab administratione papali ipse dominus Eugenius ad viam iustitiam & semitam veritatis reducat, per quam pax gratissima non tantum in hoc tempore, sed & diebus futura donetur populo Dei. Nec ista suspensio est ipsius depositio: adhuc illa differetur, nec ad eam nisi cum magna maturitate hæc sancta synodus procedere intendit: & interim illustrium dominorum vestrorum pia devotio apud ipsum dominum Eugenium laborare poterit, ut pacem ecclesie donet. Longe quoque facilius, Deo adjuvante, sua consequentur desideria, vehementiusque dominum ipsum ad pacis amplexus excitabunt, imminente depositione sua, si non assenserit precibus ipsorum, quam si suspenderetur processus: erit enim per Dei gratiam hæc suspensio non lethalis vulneratio, sed medicina salutaris, habebitisque in ulteriori dilatione, quod a vobis exposcitis, tempus prosequendi salubria media pacis, ad quorum cupitos amplexus hanc sanctam synodum semper paratam invenietis. Offerit autem hæc sancta synodus venerabilibus archiepiscopis & ceteris illustribus dominis vestris plurimo honoris dignissimis, quidquid ad pacem & prosperitatem sacri imperii & omnium prælatorum atque principum inclyte Germanie efficere poterit, exhortans in domino devotiones eorum, ut saluti ecclesie ac paci semper intendant, benignosque favores semper & auxilia huic sanctæ synodo jugiter largiantur: & cum bona concordia atque diligentia debita talem futurum imperatorem eligere curent, qui languoribus universalis ecclesie sua advocacione subvenire possit, & universum populum Dei inter præsentium temporum calamitates consolari, ad ipsius omnipotentis Dei gloriam & honorem, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra generali, decimo sexto Kalendas Februarii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigésimo octavo.

X.

*Ferrariensis Synodus & Latini & Græci conveniunt.

Responsio synodalis ad fundamenta & rationes prima & secunda sessionum conventiculi Ferrariensis, ostendens quod papa erigendo ipsum conventiculum introduxit schisma in ecclesia Dei.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, universis Christi fidelibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Ut inter varias fluctuum procellas, quibus navicula Petri (sacrosancta videlicet Christi ecclesia) agitur, cuncti fideles portum veritatis conspiciant, in quo anime ipsorum salubriter quiescere possint in acquisitionem æternæ salutis nec timeant fluctus varios tribu-

Concil. General. Tom. XXIX.

Alationum, quæ adversus veritatem ipsam & ecclesie stabilitatem excitantur, sed utique in adventum domini stables atque firmi permanent, apertissime eorum omnibus viventibus declarare duxit hæc sancta synodus, quid in favorem defendendæ veritatis, ad status ecclesie conservationem, & divinæ legis observationem indefesse prosequitur.

Hæc enim veritas est, quod Romani pontifices concilia universalis aëta congregata dissolvere sine ipsorum consensu conciliorum non possunt, neque de loco ad locum mutare aut prorogare. Hæc iterum est veritas, quod concilium universale potestatem a Christo immediate habet, cui Romanus pontifex tenetur obedire, in his præsertim quæ fidem concernunt, extirpationem schismatis, & reformationem generalem ecclesie in capite & in membris ac pertinentibus ad ea. Hæc est etiam veritas, quod Romanus pontifex non potest ea immutare quæ concernunt universalem ecclesie statum, quæ quidem veritates sibi mutuo cohererent. Si enim liceret Romano pontifici congregatum concilium dissolvere, prorogare, de loco ad locum transferre contra ipsius consensum, & dum in uno concilio agerentur quæ sibi non placerent in alio fidei aut generalis reformationis, aut schismatis, & talium huiusmodi, transferre ad alium locum placitum sibi, & ibi homines congregare; & si ibi iterum non fieret quod vellet, transmutare in locum alterum, sicque totam ecclesiam de loco ad locum ducere & reducere: quis nos intelligit, ex hoc obedientiam ipsius ad universale concilium, ecclesiam militantem representans, posse frustrari? Quomodo enim concilium papam in sacro fidei, generalis reformationis, & ceteris judicare poterit, si illico, ut judicare coeperit, valeat per papam dissolvi aut mutari? Quis intellectus hoc capit, ut concilio in papam jurisdictionem exercere donatum sit a domino, & tamen concilium ipsum se in aliquo loco stabilire non possit, in quo jurisdictionem huiusmodi exerceat, sed ex voluntate papæ totaliter dependeat ipsius mutatio? Qualiter in his quæ sunt fidei obediet concilio, si concilium universale pro declarationibus fidei & extirpationibus hæresum congregatum, dum voluerit, in quemcumque locum citramarinum aut ultramarinum mutare possit contra consensum ipsius? Et jam dominus Eugenius papa quartus quidem in Constantinopoli conventionem Latinorum cum Græcis habere volebat, quam ipsi Græci synodum universalem fore dicebant, quod in effectum deduci non potuit, dum hoc sacrum Basileense concilium nequaquam consentit, arbitrans ex ea re gravia detrimenta posse Latine ecclesie imminere. Quomodo denique ecclesiam congregatam audire compelleretur Romanus pontifex, si ipsius congregationem, prout ei videbatur, valeat immutare? cuius ecclesie auctoritas, respectu cuiuslibet fidelis, cuiuscumque dignitatis, in ipso verbo Jesu Christi salvatoris nostri fundata est, dicens Simonî Petro: Si te non audieris, dic ecclesia. Si ecclesiam non audieris, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: Quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in calo: & quaecumque solveritis super terram, erunt soluta & in calo.

Subdens post pauca: Ubi duo vel tres congregati

Max. Synodus 1454. Eugenius IV. 1454.

Ferrariensis Synodus legitime convocata per Leonem papam convocata est, & illa concilio alio translati.

Matth. 18. Qui non audierit ecclesiam non audiet.

ANNO CHRISTI 1431

ANNO CHRISTI 1431

gati sunt in nomine meo, ubi ego sum in medio
 eorum. Ex quibus divinis verbis auctoritatem
 esse attributam ecclesie congregatae & univer-
 sali concilio super quemcumque fidelem, cu-
 juscumque dignitatis, ostenditur: ad cujus ec-
 clesie iudicium etiam Petrus, & in eo quem-
 libet successorem Romanum pontificem, Chri-
 stus recurrere jubet, atque illum acquiescere
 iudicio, quod & doctorum ac sanctorum do-
 ctrinae declarationisque sacrorum conciliorum
 plene affirmant. Et dum his novissimis tem-
 poribus ex doctrinis male intellectis nonnulli
 argumenta & dubia adversus auctoritatem ipso-
 rum universalium conciliorum asserere con-
 tantur, frequenter ea que de Romano pon-
 tifice erga singulos dispersos scripta erant, ad
 universalem concilio congregationem applican-
 tes, celeberrimum Constantiense concilium du-
 bitationum talium habitationem a mentibus
 fidelium sustulit, & viam futuris preclusit er-
 roribus. Sed neque a principio nascentis ec-
 clesie usque in hoc tempus auditum est quem-
 piam Romanorum pontificum hoc attentare,
 ut concilium ecclesie quod universale reputa-
 ret contra consentium ipsius de loco ad locum
 ducere, aut ipsum dissolvere presumeret. Num-
 quid beatissimus Petrus apostolorum & disci-
 pulorum domini congregationem, dum cele-
 braretur, voluit aliquando ipsis invitis dis-
 solve, aut in aliam mutare regionem? Num-
 quid aliquis aliorum id ipsum agere visus est.
 utique quo advenit ipse dominus Eugenius, qui
 hanc sanctam synodum Basiliensem legitime
 congregatam in Spiritu sancto paulo post eius
 prima exordia dissolvere, & in aliud tempus
 prorogare, atque in civitatem Bononiensem
 transferre tenuit: dicens se ob causam re-
 ductionis Græcorum id agere, sicuti ex tenore
 litterarum suarum super huiusmodi dissolu-
 tione factarum apparuit? Sed continuo fuit
 ei declarata supradicta veritas, quod concilium
 congregatum dissolvere, prorogare, aut
 transferre non poterat sine consensu ipsius: &
 in secunda sessione ejusdem sancte synodi po-
 sita est eadem declaratio, ubi post recitatio-
 nem duarum declarationum Constantiensis con-
 cilio, hæc verba ponuntur: Præmissis igitur,
 & nonnullis aliis Constantiensis concilii atten-
 tis, præfatum capitulum quod incipit, Frequens,
 prælibata synodus Basiliensis decernit & de-
 clarat, quod ipsa pro hæresum extirpatione
 ac morum generali reformatione in capite &
 in membris, nec non pace inter Christianos
 procuranda, ut præmittitur in Spiritu sancto
 legitime congregata, per nullum quavis au-
 thoritate, etiam papali dignitate præfulgeat,
 dissolvi aut ad alium locum transferri, seu
 ad aliud tempus prorogari debuit aut potuit,
 debet aut potest, debuit aut poterat in futu-
 rum, absque ejusdem synodi Basiliensis deli-
 beratione & consensu. Hæc habentur in præ-
 fata sessione. Deinceps autem verbis illis uti-
 tamur, que in decreto duodecime sessionis
 huius sancte synodi, in qua etiam septem sa-
 cro-sanctæ Romanæ ecclesie cardinales præsen-
 tes erant, legatusque sedis apostolice præside-
 bat, posita sunt: Dominus Eugenius ad nos
 quatuor oratores transmisit, non ut emenda-
 rent sed errata defenderent: nosque increpa-
 rent, quod nos sue præsentie non paruisse-
 mus dissolutioni. Quibus per responsiones hu-
 jus facti concilii veritas tam juris divini &

humani, quod sine consensu concilii ipsum
 dissolvere nequiverat, quæ facti, quod causæ
 præsentis dissolutionis veræ non fuerant,
 extitit luce clarius patefacta. Hæc illico tunc
 diximus, commemorantes illam esse veritatem
 juris divini & humani, quod sine consensu
 concilii ipsum dissolvere nequiverat, prout la-
 tius in quadam responsione nostra, incipien-
 te, Cogitanti, &c. fuerat declaratum. Sed &
 quantum nobis cordi esset hanc juris divini
 & humani veritatem, prout tenebamur, de-
 fendere, & errori contrario resistere, in altera
 nostra responsione, que incipit, Spera-
 vit, &c. data oratoribus ipsius domini Euge-
 nii in nostra congregatione generali, in qua
 & ipsi cardinales numero septem & legatus
 apostolicus præsentem aderant, aperte ostendi-
 mus; hæc verba inter cetera proferentes: Cas-
 setur ergo concilium Constantiense, & decre-
 ta sanctorum patrum, que declarant in his
 que universalem ecclesie statum concernunt,
 papam nihil posse immutare. Frustra enim
 membranas occupant, si unico verbo papa
 potest illa mutare; & quod deterius est, au-
 thoritate ecclesie talia posse videretur, si post
 huiusmodi contradictionem, inter concilium
 & papam ortam, concilium quasi victum liti
 cederet, & ipsum & alios Romanos pontifi-
 ces in possessionem dissolvendi concilia pone-
 ret. Et post pauca sequitur. Mori malimus,
 quam tanto errori per ignaviam cedere. De-
 inde subiungitur ibidem: Hic articulus, de
 quo disceptamus, fidem concernit, qui sine
 interitu salutis negligi non potest. Si domi-
 nus Eugenius ecclesiam sanctam non audierit,
 quam hoc sacrum concilium repræsentat, o-
 portebit tandem haberi ut ethnicum & publi-
 canum. Si ecclesiam amplius offendere non
 vult, recognoscere necesse habet hoc verum
 fuisse & esse concilium, ipsumque dissolvere
 nequiverit. Hæc sunt verba responsionis il-
 lius, que hic inferenda duximus, valentes
 antiqua repetere, quam nova proferre. Insu-
 per declaratum est in octava sessione, si Ro-
 manus pontifex aliud concilium erigeret, du-
 rante isto, non fore concilium, sed schisma-
 ticorum conventiculum. Deinde duodecima
 sessione generaliter adversus Romanos pontifi-
 ces, concilia generalia dissolvere, prorogare,
 aut de loco ad locum mutare volentes sine
 consensu ipsorum conciliorum, pœne suspensio-
 nis & depositionis decreta sunt. Demum
 autem cum jam ultra annum & dimidium ipse
 dominus Eugenius adversus præfatam verita-
 tem repugnasset, præcepit sibi & mandavit
 hæc sancta synodus per præfatum decretum
 duodecime sessionis, ut dissolutionem per eum
 attentatam revocaret, & hoc sacrum Basileen-
 se concilium legitime inchoatum declararet,
 a tempore huiusmodi inchoationis continua-
 tum fuisse & esse, prosecutionemque semper
 habuisse, continuarique, ac prosecutionem ha-
 bere debere: quod si non faceret, infra ter-
 minum 60. dierum, extunc adveniente termi-
 no, esset ab omni administratione papali sus-
 pensus. Tandem huic monitioni paruit, & in
 forma sibi per hoc sacrum concilium in deci-
 maquarta sessione ipsius designata, revocatio-
 nem fecit per suas litteras more Romane cu-
 ræ bullatas, decernens & declarans de con-
 silio & assensu cardinalium sibi tunc assisten-
 tium, generale Basileense concilium a tempo-
 re

Ad ipse
...
Basiliensis

Tota ecclesia
...
Basiliensis

Ad scribit
...
Basiliensis

ANNO
CHRISTI
1448.ANNO
CHRISTI
1448.

re predicta inchoationis sum legitime continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari & prosecutionem habere debere ad predicta & pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset: declarans eam prædictam dissolutionem irritam & inanem, revocans insuper, cassans & irritans duas literas suas in palatio apostolico promulgatas, & tertias incipientes, Deus novit, & quidquid suo nomine in præjudicium aut derogationem prædicti sacri Basileensis concilii, seu contra ejus auctoritatem factum, attentatum seu assertum erat, eadem nulla & irrita fuisse declarando, addens quod a novitatibus & gravaminibus, seu præjudiciis inferendis ipsi sacro concilio, vel suppositis ejus & adherentibus eidem, realiter & cum effectu desisteret. Quibus per dominum Eugenium sic solemniter decretatis & declaratis, arbitrati sunt eundem jam illi veritati mentis integra, prout tenebatur, adherere, quod concilium universale dissolvere non poterat sine consensu ipsius, dum illam dissolutionem quam ultra duos annos sustinuerat, & translationem in Bononiam, quamque per totum orbem publicaverat, quam etiam propter causam reductionis Græcorum factam esse dicebat, irritam & inanem esse decrevit, dicens, illa non obstante, sacrum Basileense concilium a tempore inchoationis sum legitime continuatum fuisse: quod quidem nullatenus legitime continuatum esse poterat, si potestatem dissolvendi & transferendi sine consensu concilii ex causa quam necessariam arbitrabatur, haberat. Sic jam illam veritatem juris divini & humani, illum articulum qui fidem concernit, ut præmissimus, etiam dominus ipse Eugenius approbavit, totaque ecclesia & populus Christianus in hac veritate conquiescit. Sed, heu dolor vehementissimus rursus universam conturbat ecclesiam. Dum enim sacrum hoc Basileense concilium videns maximam esse dissolutionem, cujus reformationi & saluti gubernationi pro honore Dei & salute animarum jam multis questis laboribus, & toti populo Christiano desideratis, ipse dominus Eugenius multis annis obstiterat, qui ceteris omnibus viam salutis debuerat ostendere: videns etiam gravissimam scissuram quam dominus Eugenius in ecclesia excitaverat, galeas & oratores in Græciam transmittendo adversus legationem hujus sanctæ synodi ibidem destinatum cum multa impensa facultatum nostrarum, & earum que ex gratuitis subditiis fidelium populorum collectæ sunt, atque illa perturbando quem cum imperatore Romanorum & patriarcha Constantinopolitano eodem hæc sancta synodus concordaverat, quibus & ipsa ex integro satisfecit, ut sic ipse dominus Eugenius posset ad locum quem vellet, modis indebitis, universam perducere ecclesiam, ubi posset dicere qua sibi placerent, obedientiam hujus sanctæ synodi & reformationem subterfugiendo, decretaque concilii Constantiensis & istius ac veritates declaratas illudendo: qui & nunc Florentiam pro loco concilii habere volens, nunc illa relicta Bononiam aut Ferrariam vel locum alium pro libito sue voluntatis pro ipso concilio assignare, jam ad id manifeste redibat, quod concilia universalis de loco ad locum decere & mutare vellet, prout sibi videretur: videns sacrum concilium

Concil. General. Tom. XXIX.

hæc & alia plurima per dominum Eugenium in offensam divini majestatis & totius ecclesie de facto attentari, voluit (prout tenebatur) remedium apponere, & regimini ipsius ecclesie Dei provisionem querere salutarem. Tunc dominus Eugenius iterum de facto universale concilium sine consensu ejus dissolvere & in civitatem Ferrariensem transferre dicit, casu quo contra ipsum, aut aliquem oratorum suorum præsentium in concilio, procederetur, asserens se hoc facere ex auctoritate apostolica, ex certa scientia & plenitudine potestatis: iterum veritatem tantopere declaratam vehementius oppugnare aggressus est, prælixens etiam terminum triginta dierum, ultra quos hæc sanctam synodum in sacro Bohemorum quidquam agere prohibebat: & jurisdictionem supra concilium assumens in his que reformationem generalem ecclesie ac etiam fidem concernebant: atque illi veritati declarate expresse repugnans, que ipsum asserit teneri obediunt universali concilio in istis & pertinentibus ad ea. Adjectitque ipse dominus Eugenius poenas & censuras, si contra factum esset, totum decernens irritum & inane. Quis non videt hic veritatem conculcari, stabilitatem & firmitatem ecclesie prosterni, si non divina clementia ex alto provideret, atque servus in ejus nomine congregatis virtutem resistendi præstaret, opponendique se murum pro domo Israel, & ostendendi exemplo: scandalum in prælio in die domini? Quid ultra? dominus Eugenius se instigans exinde fieri fortiores in hac expugnatione veritatis, conventiculum apud Ferrariam sub nomine concilii generalis erexit, schisma gravissimum realiter inducendo: quod quidem fore conventiculum schismaticorum aperte fuerat declaratum. Ex his omnibus evidentius constare potest, considerantibus veritatis illius claritatem aperitissimam, quod papa universale concilium contra consensum ipsius concilii dissolvere non potest, aut de loco ad locum transmutare: quam omnes docti & indocti ex supradictis lucidissime conspiciere possunt. Quid igitur necesse est ut fundamenta ipsorum Ferrarie conventiculi conemur eludere, que in præsentia sua prima sessione posuerunt, allegantes decretum nostrum 19. sessionis per papam approbatum, cui manifestissime illius concilii erectio contradixit? Nam in eo decreto cavetur ut concilium Basileæ firmum remaneat, donec Græci ad portum applicuerint, qui portus similiter & locus futuri concilii non per papam, neque per aliquem alium, sed per concilium aut ejus oratores determinari debebant. Videant si hoc observaverint, & qualis ratio fundamentalis, sue præsentis sessionis fuerit advertant. Subjecerunt etiam de schedula, quam apud nos conclusam dicunt, & conventionalem appellant: quasi ex ea erectionis talis concilii velint aliquam apparentiam assumere. Sed si omnes schedulas hujus sacri concilii ab ipsius exordio legant & relegant, nunquam invenient ex verbis aut scriptis aut intentione ejusdem concilii processisse, ut domino Eugenio concederetur, quod sub quocumque colore posset pro transmutatione concilii nunc Florentiam, nunc Bononiam, nunc Ferrariam assignare, aut ipsum quando sibi videretur dissolvere. Quod si de schedula ipsa loqui voluit, in qua concludebatur, certum

V 2

ter-

* Anno 1448
tit.* Anno 1448
tit.* Anno 1448
tit.

terminum civibus Avinionensibus assignari, in A
tra quem pecuniarum expeditionem pro lega-
tione mittenda in Græciam facerent, & nobis
intimarent: alioquin universali ecclesie per al-
terius loci electionem provideretur: non fuit
illa conventio concilii cum aliquo, sed con-
clusio facta inter nos, ut Avinionenses ipsi
eam expeditionem non nimium protelarent,
cujus conclusionis interpretatio & declaratio
iuxta casus occurrentes, & omnimoda dispo-
sitione ad ipsum concilium pertinebat, nec po-
testatem circa hoc disponendi in aliquem vel
aliquos idem concilium transfudit. Dum au-
tem, pendente termino, supervenit protesta-
tio per prædites apostolicos, facta adversus
decretationem loci Avinionensis, in schedula B
ipsa cum aliis locis Basilee & Avinionis po-
sitam, quæ non parvam occasionem retrahen-
di animos Avinionensium ab expeditione pec-
uniarum præstabat, dum plurima impedimen-
ta per dominum Eugenium & suos in Avin-
ione huic expeditioni interim præstata sunt.
Dum etiam ita accidit, ut nostri oratores in
Avinionem applicantes non invenirent præci-
pua gubernatores civitatis, quorum durante
absentia res expediri non poterat: quibus il-
luc redeuntibus, tandem talis diligentia ap-
posita est, quod circa terminum assignatum
cives ipsi fidelissimi nobis intimarunt se con-
tentasse capitaneum galearum nostrarum de
3000. florenorum, & cautos ac securos fe-
cisse oratores nostros de toto residuo petita
pecunia, prout & ipsi oratores nostri eo tunc
suis literis intimarunt. Requirebantque Avin-
ionenses ipsi, ut ad decretationem electionis
loci jam facte procederet concilium. Visum
est autem ipsi concilio quod, attentis omni-
bus prædictis, præfati Avinionenses intencio-
ni ejusdem concilii satisfecerant, quodque præ-
fata decretatio fieri debebat. Nam & per hunc
modum melius providebatur universali eccle-
siae pro expeditione legationis in Græciam,
quam iterum intrando novas & magnas diffi-
cultates electionis alterius loci, dimittendo om-
nia quæ jam parata erant cum magnis sum-
ptibus, & frangendo conventionem cum ca-
pitaneo galearum in vitam per totum concilium,
cui & legatus apostolicus vexillum eccle-
siae & baculum peregrinationis manu prop-
ria tradiderat, qui etiam tanta summa pecu-
niæ jam fuerat assignata. Numquid ex hoc
fuit data potestas alicui vel aliquibus, ut con-
tra consensum duarum partium concilii & am-
plius possent se synodum generalem, repræ-
sentantem universalem ecclesiam, nominare,
& tradere totum concilium in manus papæ,
ut ipsum in Florentia, & deinde in Bono-
nia aut Ferraria poneret, vel in quocumque
loco, quem ipse tutum & sibi atque Græcis
accommodum judicaret, & pro quo galceas &
pecunias faceret expediri? Numquid enim au-
ditum est in aliquo legitimo universali concilio,
quod minor pars, nominans se generale
concilium, decretaret quæ ad universalem eccle-
siae statum pertinebant contra sententiam
plurimorum. Et si hoc permitteretur, via
periculosissima divisionum in conciliis univer-
salibus futurarum & totalis destructionis ipsorum
aperta videretur, utque exempli gratia
hoc dicamus, non solum simplicis conclusio-
ne, sed decreto solemniter firmatum est in un-
decima nostra sessione, ut summi pontifices

concilia universalis sine consensu ipsorum dis-
solventes, si infra quatuor menses non resis-
puerint, sint ipso facto suspensi. Et si suspen-
sionem hanc per duos menses sustinuerint, ad
eorum depositionem procedatur. Numquid in
eo casu, si majori parti ex bonis causis vi-
deatur, non statim ad talem depositionem pro-
cedendum, minor pars sibi auctoritatem pro-
cedendi ad eandem depositionem assumet?
Denique quis sapiens existimabit hanc inten-
tionem concilii unquam fuisse, ut paucis ali-
quibus potestatem dare vellet auferendi sibi
libertatem electionis loci, & cum pro pecu-
niis & galceis habendis iudicio domini Eugeni-
ii, attentis circumstantiis negotiorum eccle-
siae, subijcere: quam libertatem non sibi pro
quacumque auri vel rei temporalis compen-
satione tradidisset ecclesia? Et, si Avinionen-
ses defecissent, confidebat hæc sancta synodus
in domino, quod aliunde suæ ecclesie bene
providisset, auctoritatem universalium conciliorum
conservando, veritates declaratas man-
nutenendo, & reformationem ipsius ecclesie
atque illa sancta opera inchoata conservando.
Conspiciant igitur illi qui Ferrariæ conven-
erunt veritatem rerum, & de ipsa melius se
informent, ne suarum præsentiarum sessionum
in divisionem ecclesie tam inania jactant fun-
damenta, quæ nec ullum colorem talia faci-
endi sibi asserere potuerunt. Præterea adiece-
runt quod schisma venturum pertimescebant,
& impedimentum unionis Græcorum, O mi-
randam allegationem! schisma se timere di-
centes realiter schismo gravissimum perpetrarunt,
aliud concilium contra istud erigere
volentes, quasi altare contra altare ponentes;
actu etiam perturbando quæcumque cum Græcis
fuerant concordata. Sed quid trepidare
debebant timore, ubi non erat timor, dum
istud concilium videns ecclesiam undique tur-
bari per ea quæ dominus Eugenius tam in
Græcorum negotio quam in ceteris rebus (ut
præmissum est) attentaverat, debili querela
plurimos suorum defectuum commemorans,
vocabat ipsum dominum Eugenium, nec non
etiam sacrosanctæ Romanæ ecclesie cardinales
convocabat, ut in hanc civitatem Basileensem
omnibus securam cum aliis ecclesiis sibi
advenirent, salutem ecclesie in tanta necessitate
consulturi, & super omnibus agendis tam in
facto Græcorum, quam in aliis unanimiter
provisuri? Quod si factum fuisset, sicut sincere
intentione desiderabat hæc sancta synodus,
non jam tantis procellis ageretur Christiana
religio: omniaque sedari & pacificari potuis-
sent, poteratque hoc modo vera unitas &
tranquillitas ecclesie dari. Illi vero timentes,
ad schisma perpetrandum proruperunt. Illique
schisma faciunt, qui ab unitate ecclesie con-
gregata se segregant. Sed quid ultra in res-
pondendo illis quæ apud Ferrariam aguntur
insistimus? Licet enim ibi convenientes tra-
sient, loquantur adversus hanc sanctam synodum
ejusque supposita, & eas quas appellant
sessiones celebrare conentur; unico verbo omnia
solvuntur, omnia destruantur, ac unica
veritate declarata, velut uno sole lucente,
omnes factorum illorum & didorum rivuli
exsiccantur: Papa concilium Basileense sine
ipsius consensu dissolvere aut de loco ad lo-
cum mutare non potest. Hæc veritas fundata
est supra firmam petram, adversus quam do-
mi-

ANNO
CHRISTI
1431

ANNO
CHRISTI
1431

P. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)
S. de II. (1431)

Utrum hoc
in vos non
quid sit.

ANNO
CHRISTI
1438.

Non 28. 1438.

minus Eugenius tantis temporibus decerravit, cui & jam semel cedere aperte compulsus est: hæc omnes fulminationes poenarum, quæ adversus ipsum Basileense concilium, supposita ejus & adherentes eidem promulgantur, irritas facit: hæc illud conventiculum in conspectu Dei & hominum prostrernit; hæc cum ceteris aggravantibus ipsum dominum Eugenium suspensum esse fecit ab omni administratione papali; ad cujus suspensionis declarationem quam juste post monitiones & dilaciones congruas processerimus, ex aliis nostris decretis & epistolis evidentiùs constare potest: per quæ etiam omnibus satisfecimus quæ adversus hanc sanctam synodum & processus ipsius dominus Eugenius inducere conabatur. Verum adhuc ipse postquam ab omni administratione papali suspensus est, supposita hujus sanctæ synodi gravibus poenis, necnon etiam dilectos ecclesie filios cives Basileenses afficere nititur, si ipsam sanctam synodum diutius sustinuerint: victualiaque & alia necessaria ad usum hominum denegari jubet, quo ipsos viventes necare ausus est: ac denique aliqua portantes ad hoc concilium spoliari, & eorum spolia primo capientium occupari concedit. Et quid hæc omnia valent, etiamsi multo adjicerentur grandiora, dum ab illo sunt qui ab omni administratione papali suspensus est? ut quid frustra tam vehemens ictus illo gladio vibrare conatur, qui jam a suis manibus provide ereptus est? Post hæc tamen subicit omnia relaxari & pro infectis haberi vult, quoad illos qui infra terminum per eum assignatum obediens fuerint: omnia remitti vult, dummodo suæ voluntati hæc sancta synodus obediat. Fuissimus autem & nos parati suæ implere voluntati, si non repugnasset veritati. Sed non potest eadem sancta synodus illum deferere, qui est via, veritas, & vita, ut hominis mortui impleat voluntatem: non potest consentire, ut solidam veritatem ecclesie in vacillationem adducat, ut stabilitas & firmitas veritatum, quas ipsa ecclesia declaravit, victa reddatur: quibus prostratis, nec ordo, nec decor, in Christiana religione manerent. Et cum ante quadriennium adversus primam dissolutionem, præsentibus etiam hic (ut præmissum est) pluribus sanctæ Romanæ ecclesie cardinalibus & sedis Apostolicæ legato, diceremus: Malumus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere; hic articulus, de quo dæcepimus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest: non possumus nunc dicere: Faveamus errori, salutem nostram negligamus: non debemus esse homicidæ animarum nostrarum & aliorum fidelium, ut dominum Eugenium & successores suos ponamus in possessionem dissolvendi generalia concilia contra consensum ipsorum, & ipsis nullatenus obediendi. Nec id tolerandum est, ut sub umbra adducendi Græcos in Ferrariam & locum suæ voluntati deditum, aut per quascumque prædicas, auctoritatem universalium conciliorum conculcet, veritatem ac stabilitatem ecclesie prostrernat: & sub colore prosequendi modis excogitatis ea, quorum futuri eventus incerti sunt, ex nunc certam confusionem & gravissimam plagam universæ inducat ecclesie; fidem nostram lædat; reformatione ipsius ecclesie, quam tantis laboribus pro honore Dei creatoris nostri & animarum

Magnam periculum, & in re non male Pontifici obtemperare re solaverit.

salute tandiu quæsimus, forsitan supprime- retur. Cuius executioni si operam dare dominus Eugenius voluisset, nec in hoc tempus differre, neque locum alium pro benefacendo, & deformitates ab usum cum effectu tollendo, expetere oportebat. Profecta est hæc sancta synodus, & prosequitur, ut electiones prælatorum per singulas ecclesias canonice celebrentur, juxta dispositionem sacrorum canonum; per quos grex Dominicus dirigatur in salutem, ut dignitates ecclesiasticæ & beneficia sine interventu pecunie data vel promissa conferantur: ut sacrosanctæ Romanæ ecclesie cardinales, virtutibus & scientiis præcellentes, de singulis regionibus proportionabiliter assumantur, qui toti orbi salubriter consulere possint: electionisque summorum Pontificum ad universæ ecclesie salutem debite celebrentur, beneficia idoneis ministris per eos ad quos pertinent assignentur. In causis & litibus movendis unicuique sua servetur jurisdictio, & non confundatur ordo ecclesiasticus. Non vexentur homines injuste, nec persona destruantur. Non exhauriantur ultra modum regnorum & provinciarum pecunie, sed omnia ordine debito in ecclesia disponantur, ad honorem Dei & salutem animarum. Decretaque saluberrima super his & aliis plurimis rebus, super reformationem ecclesie Dei in capite & in membris, hæc sancta synodus edidit, quæ non potest sic permittere frustrari. Quantis vero exhortationibus & admonitionibus ipsum dominum Eugenium jam multis annis ad hoc excitaverimus, ut se & alios in viam salutis dirigeret, quidquid super hoc egerit, rerum evidentia monstravit. Designat igitur aut nos allicere blanditiis, aut comminationibus detertere, ut veritatem dederamus. Si seviet quævis persecutio, orabimus omnipotentem Deum, qui sanctis patribus nostris virtutem inspiravit omnia tolerandi pro defensione catholicæ veritatis, ut & nobis fortitudinem præbeat, ad ipsius veritatis & ecclesie suæ sanctæ conservationem, & usque ad animam & sanguinem resistendum, in quem firmiter & sine ulla cordium hæsitacione omnem nostram proiciamus fiduciam. Desistat ipse dominus Eugenius pro reverentia Dei & integritate fidei, quæ semper in Latina permanet ecclesia: desistat, sublatione perpetrati schismatis, ab intentatis conatibus, cui nec victualia nec necessaria tolli, nec quidquam quod suum sit eripi exquisivimus: sed ut acquiescerit veritati, & ecclesiam debite gubernari assentiret, & ea efficeret quæ essent pro ipsius & aliorum salute. Sed omnes ac singulos qui Ferrariæ conveniunt cum omni caritate reddimus attentos, ut ab inceptis, quæ forsitan sinistra informati, aut non satis omnia advertentes, attentaverunt, celeriter desistant: & ad veritates fidei defendendas pariter nobiscum in unitate spiritus conjungantur, nec ita complacere quærant voluntati cuiuscumque, ut velint offendere Deum creatorem cunctorum. Si qui vero in rebellionem persistierint, coget nos Christi caritas & zelus justitiæ ultra poenarum declarationem, adversus omnes illos convenientes & mutentes, quam dudum solemniter fecimus, etiam alia graviora in ipsos quæ digna fuerint exsequi. Omnes tandem vos Christi fideles, quibus hujus sanctæ synodi sinceram intentionem pro defensione

ANNO
CHRISTI
1438.

ANNO CHRISTI 1431.

ANNO CHRISTI 1431.

ne veritatis planis & simplicibus verbis aperire duximus, per viscera misericordie Jesu Christi requirimus, ut in conscientia pura & fide non facta ecclesiam matrem cunctorum, que nos regeneravit in spem vivam hereditatis eterne, adunare, & veritatem ipsius omni favore & auxilio defendere ac sustinere curetis, pro honore Dei & animarum vestrarum salute: ut vobis adjuvantibus, ipsa Petri navicula maturius in portum tranquillum perducat: ut non solum adversus eam contrarias tempestates prevalere non possint, prout eo adjuvante Domino poterunt, sed nec diutius eam valeant conturbare: orantes sine intermissione Patrem misericordiarum, ut gressus omnium dirigat in viam salutis, veritatis & pacis, qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Datum Basilee, in nostra generali congregatione, Idibus Martii, anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigésimo octavo.

XI.

Responsio synodalis ad schedulam protestationis contra processum Papa, facta per Franciscum de Barbavaria oratorem ducis Mediolani.

Sacro sancta, &c. ad perpetuam rei memoriam.

Legisti per hos dies coram deputationibus hujus sacri concilii schedulam quamdam, Franciscus de Barbavaria orator illustris principis ducis Mediolani, quam ex auditu ipso satis omnes intellexerunt, ex scientia aut deliberatione ejusdem ducis, aut sui magnifici concilii, minime processisse, cum de quadam citatione valvis majoris ecclesie Basileensis affixa pridie Kalendas Septembris, immediate sequentes tantum tres dies effluxerunt, quibus de Basilea in Mediolanum, & rursus de Mediolano in Basileam proficisci nequaquam possibile fuit. Nec preterea existimandum est, ipsum ducem illustrem, qui semper singulari devotione ac veneratione hanc sanctam synodum ac ejus auctoritatem colere curavit, omnia dici jussisse que in prefaeta schedula continentur: Ad ipsa tamen favente Domino respondere, ac de actis in hac sancta synodo reddere rationem parati sumus. Commemoramus in primis nos convenisse pro pace populi Christiani, pro tollendis heresibus & reformatione eorum que in orbe geruntur. Verum quidem hoc est: & quos labores jam his rebus per plures annos impenderimus, ut ipse nosti, & totus orbis conspiciere potuit. Quot enim legationes in Bohemiam, quot in Greciam transmiserimus, quanta legatio oratorum nostrorum ad pacificandos principes per Germaniam, Galliam, Italiam constitutos, transierit; quantos sumptus, quantas vexationes & a fatigas earum rerum gratia subierimus, non facile exprimi potest. Sed & quot salubria decreta, b que in orbe male geruntur, ediderimus; quantis instantius laboraverimus, ut in executionem deducerentur, & precipue apud Eugenium Papam IV. qui primus canones sacrorum conciliorum observare & exsequi habebat, ac ceteros ad eorum observantiam inducere, sanctitatique exemplum se

A cunctis ostendere, satis per orbem publicatum existit: & si fructum operatum non adhuc adepti fuimus, satis omnes conspiciunt quis hominum precipue huic rei impedimento sit. Subjicit preterea, Franciscus, velut dolendi deplendique casus graviorem querelam, dum ais non attendi preces principum petentium superfederi a processibus adversus Romanum Pontificem & illos qui apud eum constituti sunt inchoatis, quinimmo ipsos magis & magis in dies urgeri. Ex quibus depositionem ipsius Romani Pontificis & alterius electionem max secuturas esse dicis, atque exinde schisma grave & plurima discrimina populo Christiano imminere. Attende in primis, quanta benignitate hac sancta synodus precibus principum Christianorum in his negotiis hucusque condescenderit. Jam decimus quartus mensis ab eo die voluitur, quo citatio adversus ipsum Pontificem decreta est, ut ecclesie Dei oppressa maximis necessitatibus, propter reformationis contemptum, ac schismatis introductionem ex alterius pretenso concilio erectione per eundem Romanum Pontificem jam tunc disposita, provideretur: contemplatione inclyte memorie Sigismundi Imperatoris data fuit mense Octobris sexaginta dierum dilatio: quibus elapsis, rursus a processu per prefaeram citationem inchoato, tempore multo supersesum est. Advenit deinde tempus, quo suspensio ipsius Romani Pontificis ab omni administratione papali vigesimaquarta Januarii facta est, propter pretenfam dissolutionem & translationem hujus sacri concilii Basileensis in Ferrariam, casu quo contra ipsum aut aliquem presidentium oratorum suorum, qui in hoc concilio fuerant, procederetur, aut seret aliqua novitas, per eundem factam & declaratam decimo octava mensis Septembris; adeo aperte & enormiter contra decreta concilii Constantiensis & istius attentatam, ut nulla possit tergiversatione excusari. Atque etiam propter illam erectionem alterius pretenso concilii contra omnem formam predictorum decretorum de facto, nona die mensis Januarii inchoata, urgebat decretorum sanctio, ut si hanc suspensionem sustineret ipse dominus Eugenius animo indurato, ad depositionem ejus procederetur. Quid factum sit ab illo tempore contemplatione principum catholicorum, quanta dilatio habita sit in rebus, lucidissime constat. Deponendus venebat dominus Eugenius post vigesimaquartam Martii, juxta decretorum sanctionem. Jam sex fere menses exinde lapsi sunt, & adhuc perdurat expectatio. Non potes inficiari, quin extunc deponi poterat: non opus erat ulteriori processu, non examinatione testium, ex eo solo capite, quod suspensionem notorie sustinuerat per duos menses animo indurato. Ut quid putas hanc sanctam synodum tantis postea distulisse temporibus, nisi ut precibus principum catholicorum benigne faveret; ut etiam cuncti conspicerent, si pendens dilationibus dominus Eugenius reverteretur ad cor, si ad reformationem efficaciter capeffendam, & in realem executionem tam in curia ejus quam alibi deducendam, propter honorem Dei & salutem animarum, si ad tollendum schisma introductum ex alterius pretenso concilio erectione, si ad recognoscendam ecclesie congregatæ & sacrorum universalium conciliorum auctori-

a Pro indignitate.
b Parte, de qua que.

ANNO
CHRISTI
1418ANNO
CHRISTI
1418Nimis vos
elevatis Ro-
mani Pontifi-
cis auctorita-
tem, qui to-
tius ecclesie
pater est.

Auctoritatem suam inclinaret animum? Quid au-
 tem pendens istis dilationibus egerit, at-
 tente considera; & merito dices quod prin-
 cipium tui schedule ferebat: o dolendum, o
 gravissimum, o desolandum casum! Quis enim
 non ploret, quis non amarissimos proferat ge-
 mitus, dum tueret auctoritatem sacrorum ge-
 neralium conciliorum, que nequus est confer-
 vationis unitatis fidei, sacrorumque canonum
 & ecclesiasticæ disciplinæ, nunc per cuiuspiam
 mortalis hominis voluntatem miserabiliter pro-
 sterni & conculcari? Sed quo pacto arguere
 poteris sanctam synodum, Franciscæ, si dum
 eam Romanus Pontifex acerrime impugnat,
 ipsa in sui defensionem suos processus iusti-
 cat in manifestationem veritatis? Sugerunt
 auribus principum & aliorum optiores ipsius
 Romani Pontificis, falsas calumnias in cita-
 tione adversus eundem decreta fuisse consi-
 das. Examinari jubet testes sancta synodus
 plurimos super veritate & notorietate eorum
 que in ipsa citatione posita sunt in defensionem
 & justificationem sui. Numquid hoc re-
 prehendere vis; & potius diligis ut eadem
 sancta synodus se ubique injuste infamari &
 de calumnia accusari permittat. Neque ex his
 congeri debes ad depositionem festinari: cum
 & si festinare voluisset eadem sancta synodus,
 sine his dudum depositionem illam (ut præ-
 missimus) efficere potuisset. Quid vero mali
 est, si deputati hujus sanctæ synodi, aut ma-
 jor pars ipsorum, aut duo ex ipsis, sicut eis
 commissum est, dum in examinatione procedunt,
 quamdam citationem affixerunt ad recog-
 noscendum sigilla & instrumenta, stilum
 in hoc judiciale servare volentes, quem mi-
 nime servare tenebantur? Nossē etenim debes
 Romanum Pontificem in citatione adversus
 eum jamdudum decreta fuisse citatum ad om-
 nes & singulos actus, neque ulteriorem cita-
 tionem esse necessariam. Quid reprehendis, si
 ex abundanti hanc novissimam citationem fe-
 cere deputati? Quid terminum brevem assi-
 gnatum causeris, quasi in quolibet termino ci-
 tationem in longinquam & diurnam expec-
 tationem decernere opus esset, postquam ad
 omnes & singulos actus exiit? Siquē omnes
 illæ objectiones facile evacuantur, quas adver-
 sus hanc novissimam citationem exaggerasti.
 Objicis etiam, in die feriato esse factam: sed,
 si recte advertas, altero die facta est, qui non
 feriatas erat. Sed affixio opus idcirco die Do-
 minico facta est in valvis majoris ecclesiæ Ba-
 siliensis, ut in plurimorum notitiam deveni-
 ret. Unde patuit etiam non fuisse clandestinam,
 sicut in objectione altera dicere videbaris:
 & ipsa scripta tua edocent satis ipsam in
 eorum notitiam devenisse qui contradicere vo-
 luerunt. Nec præterea illi rumori respondere
 convenit, quem apud multos dices esse de de-
 putatis, quod suspecti sunt Romani Pontifici:
 cum ad eam rem viri probissimi electi sint,
 omni exceptione majores, adversus quos nul-
 la juxta causâ suspensionis allegata est. Nec in
 levi rumore fundamentum facere debuisti, pro-
 tali contradictione in synodum universalem
 suscitanda. Quomodo autem hanc materiam
 objicis non fuisse communicatam cum pluri-
 bus: qui scire potuisti longe ante pridie quam
 illa citatio ferret, fuisse per omnes deputatio-
 nes concilii concorditer conclusum, ut proces-
 sus concernens Romanum Pontificem ulterius

A continuaretur & perficeretur? Illa vero decla-
 ratio privationis existentium summum
 Pontificem, quam allegati sumus, amplius
 debatur & protequebatur, quantum ad priva-
 tionem dignitatum & beneficiorum attinet:
 que dudum in aliis decretis hujus sanctæ sy-
 nodi, & præsertim in decreto octavae sessio-
 nis incipiente. Sicut unica, jam ante quinque
 annos promulgato, ordinata fuerant. Cujus
 » decreti verba sunt hæc: Si qua vero perso-
 » na ecclesiastica, etiam si sanctæ Romanæ ec-
 » clesiæ cardinalis, aut alia quæcumque, cu-
 » jusvis status, gradus aut conditionis exi-
 » stat, Bononiam vel ad aliquem locum alium
 » sub nomine generalis concilii isto durante,
 » præsumat accedere, vel ibi manere, senten-
 » tiam excommunicationis & privationis om-
 » nium dignitatum, beneficiorum & officio-
 » rum, ac inhabitationis ad ipsa, incurret
 » ipso facto & de dignitatibus, beneficiis &
 » officiis talium, per eos, ad quos de iure
 » spectat, libere disponatur. Hæc in decreto
 » prædicto. « Quid plus operata est declara-
 » tio generalis quoad dispositionem libere de
 » beneficiis & officiis faciendam, quam ibi de-
 » cretum fuerat? Sed mansuetudine semper ut-
 » tens hæc sancta synodus, dum multi hujus-
 » modi beneficia impetrare conarentur, ordina-
 » vit ut a collatione talium uique ad quadra-
 » ginta dies supersederetur, quamquam jam lon-
 » go tempore post varias admonitiones expo-
 » sitati sunt. Sed que tu ipse dices attentius
 » considera. Subjungis in oratione tua, quod
 » quiddam citra depositionem fecerimus, in de-
 » bita veneratione & observatione semper habe-
 » bitur. Quomodo igitur ea, que citra deposi-
 » tionem facta sunt & fiunt ita reprehendere
 » conaris? Prædixisti insuper ventura esse in-
 » convenientia plurima, si Romani Pontificis
 » depositio fiat. Quæ autem futura sint Deus ipse
 » cognoscit: sed an fiet depositio, vel non fiet,
 » de præsentibus non agitur. Processus continuatur,
 » ut justitia hujus sanctæ synodi ad hominum
 » constantiam manifestetur. Dudum, ut diximus,
 » etiam aliquæ ulteriori deductione processus,
 » poterat fieri depositio. Videmus mala plurima
 » per conculcationem auctoritatis ecclesiæ & sa-
 » crorum conciliorum exoriri. Errores insur-
 » gunt, & adversus determinationes universalis
 » ecclesiæ in materiis fidei plures jam sua deg-
 » mata impune asserere audent: censuræ eccle-
 » siasticæ contemnuntur; decreta & canones vi-
 » lipenduntur, atque exinde vitia laxatis frontis
 » per orbem debacchantur: discordiæ, divi-
 » ones, schismata in immensum vigent, quelibet
 » fere vacans ecclesia duos patronos habet.
 » Unus eligitur: alteri per reservationem provi-
 » detur. Omnis inobedientia, omnis transgressio,
 » jam per orbem elevatur: quod sancta sy-
 » nodus ordinat, Romanus Pontifex inficit: quod
 » ipsa ligat, ille absolvit. Conscientiæ Christia-
 » norum in magnum labyrinthum præcipitum-
 » que ducuntur. Et quasi ubique excommuni-
 » cationum & censurarum vinculis jam anima-
 » rum copiosa multitudo alligatur, judicialaque
 » detrimenta Christianitas universa sustinet. Et,
 » dum nulla sit abusuum correctio, vitia dimi-
 » tuntur impunita. Sed & omnipotentis judicis
 » ira, quam peccatorum multitudo concitavit,
 » multis jam modis flagellare conspicitur popu-
 » lum suum, ut convertatur ad poenitentiam.
 » Et si hoc concilium tantis laboribus congregatum

Imo plurima
 mala, præ-
 ter elevatio
 auctoritatis
 Rom. Pontifi-
 cis, cui vos
 plus, satis de-
 rogatis.

ANNO
CHRISTI
1438.ANNO
CHRISTI
1438.

datum & continuatum absque aliarum rerum A dispositione per resistenciam Romani Pontificis aut quidquam aliud superveniens dissolvatur, quantam putas universæ ecclesiæ totique Christianitati desolationem & confusionem fore secuturam? Quid autem in hac perplexitate rerum agendum sit, quo pacto ecclesiæ providendum, non facile existimare potest humana consideratio: sed sperandum est in misericordia omnipotentis Dei, quod hanc sanctam synodum in suo nomine congregatam in eam partem diriget quæ magis placita erit suæ majestati: & quod synodus ipsa declaverit, cuius notoria est auctoritas id omnes amplexabuntur qui ecclesiæ filii obedientes esse volent. Quod si in ea re huic sanctæ synodo obediendum non arbitraris, quam tamen universalem ecclesiam repræsentare in ipsa schedula tua censēs, sed unumquemque principem adversus synodale iudicium proprio iudicio putas iurati debere: & qui ex alia parte dicit omnem potestatem adeptam esse summo Pontifici, & hoc tantum sibi relictum, quod nudum & inane Pontificis nomen habet, ita ut verius imago Pontificis quam Pontifex dici possit, adiciens quod omnis administratio ad hanc sanctam synodum devoluta est: ubi iam obedientiam ecclesiæ positam putabis, si nec synodo iudicanti nec Romano Pontifici obediendum arbitraris? Quæ deinceps erit sacrorum conciliorum auctoritas, si unusquisque illorum iudicis in reformatione capituli & membrorum obediat quando velit, quando non velit non obediat, aut priusquam aliquid iudicatum sit de non obediendo protestetur; nisi eo modo synodus & eo tempore iudicet, quo ipsa convenire arbitrabitur præsens iudicium suum iudicio universalis ecclesiæ in tantis tamque arduis rebus? Hæc quidem, Franciscæ, valde periculosa sunt in Christiana religione & ecclesiâ Dei, & quid in se importent alio tempore poterit latius aperiri. Nec credimus illustrem dominum tuum, qui ecclesiæ devotissimus & obedientissimus semper esse speratur, talia suo nomine dici aut fieri iobere. Potius te, o Franciscæ, humiliter sicut decet ecclesiæ filium, consilia tua & auxilia subministrare decet, & sine intermissione orare cum ceteris fidelibus, ut Christus hanc sanctam synodum & ecclesiam suam dirigat in agendis, quam adversus synodale iudicium protestari, quod an futurum sit, vel quale futurum sit, ignoras: atque præfigere modos universali concilio ex tua sententia; qui si non observentur, ut vis aut sentis, omnia iniusta, invalida, & nulla esse etiam protestaris, & impingis huic sanctæ synodo impetuofam Romani Pontificis depositionem: quæ an ad depositionem procedet, vel qualiter & quando, nondum ipse cognoscis. Ad pacem nos invitas, quam utinam post longævam adeo expectationem vel tua devotio vel alius quilibet attulisset. At etiam impræsentiarum videmus impugnationem continuam huius sacri concilii, & universæ ecclesiæ turbationem gravissimam, schismaticæ continuationem in alterius præsenſi concilii perduratione; pacem vero minime conspicimus, quam summopere desideramus: & pro cuius affectione sperata hucusque distulimus & differimus eam proferre sententiam, quam, velut superius præmissum est, ferre poteramus. Sed

neque dilationibus continuis in magnum gravamen universæ Christianitatis res istæ duci semper poterunt, sicut per dispendiosas: missiones processuum ad principes hinc inde dispersos & longinquas expectationes agendum tua insinuat oratio; quæ igitra se repugnantiam quamdam gerere videtur dum quis processus huius sanctæ synodi ad universos principes mitti, & nihilo minus ipsos compleri aut ulterius deduci non vult. Et quomodo fiet ut mitterentur, si non prius complerentur & perficerentur, ut in convenienti forma ostendi possent? Ut itaque sinem nostra responsio accipiat, neque pacem recusamus, neque de depositione fienda quidquam adhuc certum determinamus: neque ullatenus protestationem tuam per te factam aut similes ob superiores rationes admittere possumus, nec admittimus; quinimmo si in hac forma protestationis persistere voles, quod non speramus, oporteret nos pro deſensione ecclesiæ Dei & auctoritatis eius ad alia juris remedia recurrere. In rebus autem agendis sic favente Christi gratia procedet hæc sancta synodus, ut nec illustri princeps tuus, nec quisquam fidelium possit cum ratione conqueri.

Datum in congregatione nostra generali, decimo tertio Kalendas Octobris, anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octavo.

XII.

Responsio synodalis ad schedulam presentatam in deputacionibus per oratores principum super mutatione concilii in alterum ex tribus locis, etiam si Papa & Græci non consentirent.

Sacrosancta generalis, &c. ad futuram rei memoriam.

Audiat vestra caritas, venerabiles & circumspetti viri oratores serenissimorum regum Romanorum & Francorum atque etiam ceterorum regum & principum, qui per hos dies huic sanctæ synodo Basileensi præsentem adfueritis, ea quæ super rebus per vos propositis zelus domus Domini nos in auxilio ipsius divinæ pietatis confidentes respondere urget atque compellit. Commendamus quidem in primis & ipsorum principum vestrorum piam devotionem, & vestram ad bonum universalis ecclesiæ, in quod pariter universa nostra vota & desideria sedulo adspirant. Quid enim aliud hæc sancta synodus tantis tamque assiduis laboribus iam per octo fere annos continuatos efficere cupit, nisi ut ecclesia Christi & salubri dispositione regatur, & optima pace & tranquillitate refloreat? Sed ut nos & vos auxiliante pacis & salutis auctore Christo Jesu tandem id consequi valeamus, quod omnes communi consensu optamus, non supervacuum erit de necessitatibus & periculis, in quibus ipsa veritatur ecclesia, & quidquam dicere: quæ etsi aliis nostris decretis & epistolis magna ex parte commemorata sint, tamen his jam ad memoriam cunctorum recenter deductis & plenius intellectis, salutaria remedia facilius inveniri poterunt, & efficacius præstari. Non latet discretiones vestras, quanto conatu jam tribus conciliis generalibus, Constantiensi, Senensi, & hoc præsenſi Basileensi el-

*Pro, quid-
piam.*

ANNO
CHRISTI
1419

elaboratum sit pro pacifico & ordinato regimine ecclesie sub lege Domini & canonicis regulis disponendo; ut non per varios abusus assidue incrementos ipse status ecclesiasticus decolorari & in deteriora ruere sineretur, in offensam divinae majestatis, & periculationem, confusionem atque turbationem maximam universae Christianae religionis. Neque inficiari possumus id esse beneplacitum divinae voluntatis, ut haec restauratio decoris domus Dei, & reformatio salutis ageretur: pro qua efficienda jam haec tria generalia concilia in Spiritu sancto legitime congregata fuerunt, prout ipsi summi Pontifices & universi ecclesiae ministri, atque etiam reges & principes Christiani professi sunt, & omnis plebs catholica cognovit. Et ut dolorum praesentium originem aperto sermone dicamus; pro hac una causa reformationis ecclesiae in capite & in membris, quam cum aliis operibus extirpationem haereticum & pacificationem Christianorum principum concernentibus haec sancta synodus multa felicitudine & vehementi instantia prosequi coepit, tot & tanta perturbationum genera quae conspiciuntur adversus eam excitata sunt. Cum enim decreta salubria super celebrandis electionibus praetorum, tollendis quoque exactio- nibus, quae sub praetextu annatarum in collatione dignitatum & beneficiorum ac ecclesiarum provisione intervenire solebant; atque insuper de praetatis non transferendis invidis, de terris ecclesiae Romanae non alienandis, & alia quaedam edidisset sperans dominum Eugenium Papam IV. non solum ea amplecti & maxime exsequi, verum etiam ceteros verbo & exemplo ad observantiam sacrorum canonum inducere; praeterea visa adhaesione quam huic sacro concilio praestiterat, ubi expresse affirmabat ipsum concilium debere continuari & progressum habere ad reformationem ecclesiae in capite & in membris, ac pertinentia ad ea: idemque concilium pure, simpliciter, & cum effectu ac omni devotione prosequeretur, ut dicebat & intendebat prosequi, sicut in litteris suis patentibus more Romanae curiae bullatis, & per cardinales sanctae Romanae ecclesiae tunc apud eum consistentes subscriptis, atque in nostra synodali sessione solemniter praesentatis & publicatis, latius continetur. Vidit autem deinceps haec sancta synodus, quod quasi passim electionibus obstitabat, reservationibus contrariis utendo: exactio- nibusque pecuniarum in collationibus beneficiorum & dignitatum magis in dies crescebant, in illaqueationem animarum, depauperationem regnorum & provinciarum, violationem voluntariam sacrorum canonum, & parvipensionem auctoritatis concilii generalis, a quo canones ipsi editi erant, unde futurorum generalium conciliorum parvipensio & gravis contemptus imminere videbantur. Nec sic tamen cessavit sancta synodus a prosecutione inchoati sanctissimi operis reformationis ecclesiae, ut voluntati Domini Dei pro suis viribus obsequeretur. Promulgati sunt canones de numero & qualitate cardinalium, de restringendis supervacuis reservationibus beneficiorum, de sublatione multitudinis gratiarum expectatarum; & causis in partibus ubi oriuntur ordinate tractandis. Necnon & alia plura salutem & tranquillitatem totius ecclesiae concernentia, multoque ampliora & in

Videntur in
Bullam re-
formationis P.
II. qua Exec-
utio gravissi-
me defendi-
tur.

A breviori tempore pro publica salute edita fuissent, si non gravissima impedimenta obtulis- sent, quae huic sanctae synodo quasi assidue procurata fuerunt. Quantum vero & canones ipsos & auctoritatem condentis reveritus fue- rit ipse dominus Eugenius, facta, proh dolor! nimis in adversum multiplicata testan- tur. Admonitus est pluribus vicibus cum omni caritate, ut animum suum ad eorum ob- servationem inflecteret quae pro salute gregis Dominici statuta erant, nec potestatem sibi in aedificationem ecclesiae datam verteret in de- structionem. Et ne in quibusdam super minus sufficienti provisione temporalium aliquam pre- tenderet excusationem, obtulit ei sancta syno- dus, si indigeret, convenientem provisionem exhibere, dum animum suum ad observatio- nem decretorum synodaliu[m] videret benigne inclinatam. Ipso autem, quod dolenter refe- rimus, nimium dure in adversum obstuit: solvebatque insuper quos ligabat sancta syno- dus; & ligabat ipse quos haec solvebat. Qui- bus ex rebus plurima scandala, divisiones & schismata, tum in ecclesiis particularibus, tum in generali facto universalis ecclesiae exorta sunt. Visuque est in hoc unum vehementer aspirare, ut hoc concilium sic reformationi intentum abruptum & aliud in ea parte Ita- liae quae sibi magis placeret eligere posset, ut omnia magis ad suum libitum tractarentur: quod nec beneplacito divinae voluntatis consentaneum, nec salutis Dominici gregis, nec conservandae auctoritati sacrorum conciliorum accommodum, attentis praefati domini Euge- nii actibus, haec sancta synodus existimavit. Cum vero suum in ea re desiderium explere aliter non posset ipse dominus Eugenius cogitavit sub umbra Graecorum hoc tandem at- sequi. Qui quidem antea voluerat ut cum eis- dem Graecis in Constantinopoli conventio fieret. Jamque orator suus cum Imperatore Ro- manorum ita sciendum esse convenerat, si hoc sanctae synodo placuisset. Verum ipsa ex hoc grave periculum fidelis catholicae judicavit posse imminere, si in eo loco tam remoto ab ecclesia Latina in faucibus Turcarum consti- tuto res illae concludi & tractari haberent. Sed dum eadem sancta synodus in eo propo- sito perseveravit, ut Graecorum ipsorum in re- giones illas occidentales procuraretur adven- tus: locumque nominavit, in quo juxta con- ventiones cum ipsis habitas de ipsorum age- retur unione. (Nam & singulariter pro unio- ne Graecorum & orientium prosequenda ead- dem sancta synodus inter cetera fuit a prin- cipio congregata, ac insuper pro expensis necessariis subsidia exquisivit, tum ab universis populis fidelibus per indulgentiarum largitio- nem, tum singulariter a civibus Avinionensibus per mutationem pecuniae.) Novit Deus quanta impedimenta ex parte ipsius domini Eugenii & suorum in his praestita sunt, ut tandem, deficientibus pecuniis & subsidiis sa- cro concilio, in eam partem Italiae, quam idem dominus Eugenius desiderabat, transire cogeretur; sicque per medium auri & argenti, in quo prevalere sperabat, facta concilii & ecclesiae in suam redigeret voluntatem. Sed cum divina miseratio nec in his necessitatibus concilium desereret, subsidiaque tum ex mu- tuo Avinionensium, cum ex devotione popu- lorum suppeterent: quorum ope sancta syno- dus

ANNO
CHRISTI
1419

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.

dus suam legationem in Constantinopolim pro
 conductione Græcorum transmittat: nec se,
 proh dolor! cessavit idem dominus Eugenius
 aliud concilium, prout libitum erat, velle
 erigere, & Græcos perducere in locum
 qui sibi placebat nullatenus electum per hanc
 sanctam synodum, sicut ex conventionibus in-
 ter ipsam & eosdem Græcos habitis & per
 ipsum dominum Eugenium expresse approba-
 tis eligi & nominari debebat. Quodque singu-
 lariter advertendum est, non solum conven-
 tioni habendæ in loco per concilium nomi-
 nato obstitit, immo & eum locum qui per
 suos presidentes inter alia loca, licet nulliter
 & de facto, sicut in aliis nostris decretis &
 epistolis lucide ostendimus, nominatus erat,
 quique pecunias & galeas protunc parare co-
 natus, rejecti ac recusavit. Vidit autem
 hæc sancta synodus ex ea re schisma gravis-
 simum jam parturiri per alterius præsentis con-
 cilio contra hoc verum concilium, & altaris
 contra altare dispositam erectionem; ad quam
 perficiendam ipse dominus Eugenius jam de
 facto alias galeas aliosque oratores in Gra-
 ciam transmittat, in contrarium illorum qui
 ex parte concilii missi erant. Unde periculo-
 sissima gregi Dominico vastatio parabat &
 perplexitas animarum, irreparabilisque jactu-
 ra auctoritatis sacrorum conciliorum & cano-
 num synodaliū imminet; dum sic aut ec-
 clesiam scindere, aut ipsius ecclesie facta in
 sum libitum voluntatis redigere dominus ipse
 Eugenius conari videbatur. Non potuit diffi-
 mulare synodus, que multum patienter facta
 ejusdem domini Eugeni adversus ejus decre-
 ta & bonum regimen Ecclesie in spiritualibus
 & temporalibus longo tempore sustinuerat,
 quo minus ad ejus evocationem & citationem
 procederet; recepta etiam prius informatione
 summaria super his que de abusibus specieim
 simoniace labis habentibus, alienationeque &
 destructione plurimorum terrarum Romanæ ec-
 clesie, perjurio, ac aliis in nostris citatorio sy-
 nodali plenius designatis, fama publica fere-
 bat: ut priusquam vulnera illata ecclesie can-
 ciorum matri validioribus incrementis aggra-
 varentur super ipsius ecclesie regimine op-
 portuna quaereretur provisio. Quid autem ege-
 rit vocatus ad synodum, pro Deo attendite.
 Non solum non venit, immo nec minimum
 servulum mittere dignatus est: neque non
 mittere contentus fuit, verum insuper syno-
 dum ipsam auctoritate Apostolica, ex pleni-
 tudine potestatis ac ex certa scientia in Fer-
 rariam se transferre dixit, casu quo virtute
 citatorii synodalis in aliquo procederetur, aut
 fieret aliqua novitas contra eum & sacrosan-
 ctæ Romanæ ecclesie cardinales, aut contra
 aliquem presidentium oratorum suorum, qui
 in concilio fuerant; excepta causa Bohemo-
 rum, per triginta dies dumtaxat Basileam tra-
 ctanda: cum alter suorum presidentium pro-
 tunc archiepiscopus Tarentinus, quem in li-
 teris præmissæ translationis nominavit, ad ju-
 dicio synodale vocatus esset, occasione cer-
 tarum litterarum super quodam præsentis de-
 creto consecrarum, de quo in eadem transla-
 tione mentio habita est: quas tamen litteras
 falso & clandestine bullatas fuisse constitit,
 prout in decreto vigesima septima sessionis
 hujus sanctæ synodi extitit declaratum. Co-
 gnoscebat ipse dominus Eugenius esse verum

& legitimum concilium in Basilea: & expres-
 se tam ipse quam sui presidentes ipsam in
 eodem loco firmum persistere debere condi-
 xerant & firmaverant, saltem usque ad ad-
 ventum Imperatoris & patriarchæ Græcorum
 in ultimum portum circumarinarum. Et, si in-
 terim aliquis necessitas mutandi locum super-
 venisset, mutari debeat concilium in locum
 propinquorem ejusdem nationis juxta decre-
 tum concilii Constantiensis, quod incipit, Fre-
 quens, sicut in conventionibus firmatis cum
 Græcis expresse cautum erat. Sciebatque mul-
 tipliciter fuisse declaratum per hanc sanctam
 synodum, etiam ex tempore primæ dissolu-
 tionis per eum attentam, quod concilium per
 neminem cujuscumque dignitatis, etiam pa-
 palis, dissolvi, aut de loco ad locum muta-
 ri, sine ipsius consensu poterat: quam esse ve-
 ritatem juris divini & articulum qui fidem
 concernit, frequentius synodus ipsa ostende-
 rat. Unde nullatenus tolerare potuit eadem
 synodus hanc translationem præsentem, quam
 ipse dominus Eugenius, non obstantibus qui-
 buscumque decretis concilii Constantiensis &
 istius Basileensis, & conventionibus habitis
 cum Græcis, per ipsumque approbatis, & de-
 clarationibus factis in materia fidei, attentari
 se comperiebatur: quibus omnibus derogatum
 esse velle videtur ex eo solo capite, si pro-
 cederetur contra aliquem suorum presidentium
 oratorum. Minusque potest tantus error in
 summo Pontifice quam in quocumque viventi-
 um tolerari, quanto magis ipsum in fide
 orthodoxa eruditum esse, & recte sapere con-
 venit, ne (quod absit) totam corpus gra-
 vis morbus invadat, si languor non fuerit cu-
 ratus in capite. Videreque possunt clarissime
 omnes intellectus hominum, auctoritatem sa-
 crorum generalium conciliorum aut nullam
 aut minimam deinceps haberi respectu sum-
 morum Pontificum si permittentur ut con-
 cilio auctoritate Apostolica transferretur, ca-
 su quo procederetur contra ipsos aut aliquem
 suorum. Dicit veritas fidei in sacro Constanti-
 ensi concilio declarata, quod concilium ge-
 nerale universalem ecclesiam representans po-
 testatem a Christo immediate habet, cui etiam
 summus Pontifex obedire tenetur in his que
 pertinent ad generalem reformationem eccle-
 sie in capite & in membris. Ecce citatur ipse
 dominus Eugenius super non observantia de-
 cretorum synodaliū consentientium ipsam ge-
 neralem reformationem capitis & membrorum,
 aliisque ad eandem pertinentibus. Ipse au-
 tem precipit concilio ne ulterius in his pro-
 cedat: alioquin ipsum extrunc transferri in Fer-
 rariam: penas & censuras, licet tamen nul-
 liper & de facto, in omnes qui post actus
 conciliares Basileæ exercuerint, fulminat. Ad-
 didit etiam, ut factum Bohemorum, per quo
 tot millia hominum inaserrant, eo casu ul-
 tra triginta dies non tractaretur in Basilea,
 ubi oratores regni Bohemie eo tunc constituti
 erant; cum quibus sancta synodus, super
 declaratione articuli de communionis sub utra-
 que specie gravibus & maturis disputationi-
 bus ac discriminibus laborabat. Porro, o
 venerabiles oratores, hæc taliter attentatam
 dissolutionem & translationem hæc sancta sy-
 nodus tolerare, aut sub dissimulatione trans-
 ire: ubi per eam, dum prima ejus dissolutio
 longe minus gravis quam hæc secunda fuerat

Et cur non
 licet potest
 si alio trans-
 ferre syno-
 dum?

ANNO
CHRISTI
1430

Cardines
patriarche & Le-
gatus ipsi ve-
niam petunt
ab Eugenio
pontifice.

perpetrata, responsam exstitit oratoribus ipsius A summi Pontificis in responsione synodali, in qua septem cardinales aderant, & legatus Apostolicus praesidebat: « Hic articulus fidei » concessit, qui sine interitu salutis negligi » non potest. « Maluimus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere. Hæc verba ibidem dicta fuerunt, quæ nunc multo magis dicenda veniunt, ubi post declarationes super hoc factas per ecclesiam, post promissiones ipsius domini Eugenii quod abstinere in futuram a gravaminibus inferendis concilio & suppositis ejus, hæc præsentia novissima translatio sub talibus conditionibus, quæ nulla ratione colorari possunt, & tali tempore facta est. Quod si oportuit, ut primam dissolutionem, sine consensu ipsius concilii attentatam, declararet ipse dominus Eugenius nullam, irritam, & inanem; quanto magis de hac irreverentia attentata præsentia translatione hoc agere necesse est? Sed alteriora prosequamur. In vim hujus translationis novissimæ idem dominus Eugenius aliam congregationem sub nomine generalis concilii apud Ferrariam erexit, etiam ante adventum Imperatoris & patriarchæ Græcorum; declaratione præmissa, quod conditio posita in præfata translatione jam erat adimpleta, eo quod sua contumacia fuerat per synodum declarata, dum ad synodum ipsam (ut præfertur) nec unum servilem mittere dignatus est. Ecce fundamentum erectionis alterius præsentis concilii & altaris contra altare, immo contra universalem ecclesiam: non solum adversus decreta Constantiensis & hujus Basiliensis conciliorum, verum etiam expresse contra ea quæ per suos præfatos in præsentia decretatione sua nominationis locorum ordinata fuerant, & quæ in conventionibus Græcorum approbata (ut præfertur) per eundem dominum Eugenium habebantur. Considerate in vero iudicio, qualiter hoc factum a schismate excusari possit præsertim ubi jam dudum in octava sessione hujus sanctæ synodi, præsentis sedis Apostolica legato, etiam ante ipsius domini Eugenii adhesionem, « fuerat solemniter declaratum, quod sicut unica est Christi ecclesia, » sic non potest esse nisi unicum generale concilium ipsam representans. Et quod si contingeret aliam congregationem sub nomine generalis concilii, durante isto, erigi per quemcumque cujuscumque dignitatis, etiam si papalis; non foret concilium ecclesie catholice, sed schismaticorum conventiculum. » Hæc verba ibidem habentur. Conspectis præ Dei reverentia, si post hujusmodi perpetrationem causam legitimam, immo urgentissimam, habuit hæc sancta synodus decernendi & declarandi ipsam dominum Eugenium Papam fuisse suspensum ab omni administratione papali, lapsis quatuor mensibus a die præsentis dissolutionis seu translationis per eum (ut præfertur) attentatæ, præmissa monitione per solemne decretum, ut infra illud tempus quatuor mensium ipsam translationem revocare haberet, sub poena ipsius suspensionis ab administratione papali ipso facto incurrendæ, juxta formam quæ dudum in decreto undecimæ sessionis hujus sanctæ synodi ordinata fuerat. Potestne aliquis huic suspensioni contradicere, quæ facta est a legitimo generali concilio universalem ecclesiam repræ-

Concil. General. Tom. XIX.

sentans, & ex tam urgentissimis causis, post tantam contumaciam decretorum synodalem, contumaciorumque abusum & deformitarum; post tam gravem lesionem auctoritatis generalium conciliorum; quam fidem tenemus ex determinatione universalis ecclesie nobis tradita, quam quilibet Christianorum tenetur utque ad animam & sanguinem defendere: post schisma perpetratum, propter quod merito sibi obedientia subtrahenda erat, dum (ut verbis dicamus beati Cypriani) se separabat a collegio sacerdotum & vinculo ecclesie: quo casu de Novatiano dicit idem Cyprianus, quod episcopi potestatem non potest habere nec honorem, qui episcopatus nec habere voluit unitatem nec pacem: post manifestam contumaciam & apertam rebellionem, dum sic ipse dominus Eugenius notorie & incorrigibiliter ecclesiam Dei scandalizabat? Quæ etiam suspensio decreta & declarata fuit ante adventum imperatoris & patriarchæ Græcorum ad ultimum portum citrarinum. Nam supradictus terminus quatuor mensium effluxerat, quo tempore concilium ipsum adhuc durare in Basilea nullus, quovis quæsito colore, ambigere poterat. Quod autem post ipsorum Græcorum adventum in electione cujuslibet congregationis sub nomine generalis concilii efficere poterit, sive apud Ferrariam, sive ad quemlibet locum alterum, cum jam ab administratione papali legitime suspensus esset, vos præclari oratores lucide conspiciere potestis, etiam absque aliis necessariis rationibus, quas latius in aliis decretis & epistolis nostris deduximus. Et ut adhuc præsumper de hac suspensionis evidentia summam loquamur, determinationes præcedentes universalis ecclesie in hoc advertite. Olim Constantiense concilium in eo maxime decreto quod incipit, Frequens, pluribus in casibus decrevit summos Pontifices suspensioni ab administratione papali subjacere debere, propter bonum universalis ecclesie: & in ea sessione, quam super auctoritate conciliorum generalium celebravit, expresse statuit & declaravit, quod si quis, etiam summus Pontifex, « mandatis, statutis, » sive ordinationibus, aut præceptis cujuslibet concilii generalis universalem ecclesiam representantis obedire contumaciter contempserit in his quæ pertinent ad fidem ad extinctionem schismatis, & generalem reformationem ecclesie in capite & in membris, « nisi resipuerit, condigne poenitentia subiciatur, & debite puniatur, ad alia juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Deinde » in undecima sessione hujus sanctæ synodi statutum fuit, quod si summus Pontifex in futurum attentaret concilia generalia actu congregata dissolvere, aut de loco ad locum mutare sine consensu ipsorum, nisi resipisceret infra quatuor menses, suspensionem ab administratione papali incurreret ipso facto. Et si hanc sustineret per duos menses animo indurato, ad depositionem ipsius procederetur. Subsequently in duodecima sessione fuit monitus ipse præfatus summus Pontifex, ut dissolutionem concilii per eum tunc attentatam revocaret infra sexaginta dies: alioquin extunc prout extunc effectus suspensus ab omni administratione papali. Postquam hæc omnia præcesserant, ipse dominus Eugenius adhuc huic sacro concilio, dicens ipsam

ANNO
CHRISTI
1430

Eugenius con-
stituit hæc
indagari con-
stitutis potest
Novatiano
comparari.

Basilea IV.

ANNO CHRISTI 1439

ipsum legitime ab initio sui fuisse continuatum, non obstante præmissa dissolutione, quam expresse declaravit nullam, irritam & inane. Exinde oratores sui, ad præsidendum in concilio deputati, juraverunt expresse suis nominibus, decreta concilii Constantiensis super auctoritate generalium conciliorum edita, atque insuper decreta concilii Basileensis manutene- re & defendere. Quis post tanta tamque solida universalis ecclesie testimonia ambigere aut in dubium revocare potest, si præfata sus- pensio per hanc sanctam synodum decerni ac declarari poterit ac debuert? Quod non solum clarissimo conspicitur: verum etiam illud irrefragabile est, quod postquam suspensionem ipsam dominus Eugenius sustinuerat per duos menses animo indurato, ad ejus depositionem procedere incumberebat synodali iudicio. Sed quantam in ea re mansuetudinem observaverit sancta synodus, quam benigne supplica- tionibus vestrorum serenissimorum principum condescenderit, vos venerabiles oratores pro Deo attendite. Jam eandem suspensionem sum- mus Pontifex per annum integrum sustinuit animo indurato, & ecce depositionem ejus distulimus usque ad hoc tempus, processusque adversus eam inchoatos tardiori gressu dedu- ci & continuari fecimus: expectantes si for- san ad preces vestrorum principum, aut aliunde quomodolibet excitatus, reverteretur ad cor, & ad ea que sunt salutis, unionis, pa- cis & boni regiminis ecclesie in spiritualibus & temporalibus efficaciter converteretur: si tandem ecclesiam monentem & corripientem audiret, ne ipsum oporteret haberi, juxta verbum Christi, sicut ethnicum & publica- num. Quantas vero interim persecutiones ad- versus hanc sanctam synodum pro salute ip- sius laborantem excitavit, considerate: quan- tam in se erat, licet tamen nulliter & de facto, omnia supposita ipsius sancte synodi ex- communicare, privare, inhabilitare conatus est, nisi sue præsentis dissolutioni pareant. Interdictum in civitate Basileensi servandum statuit, nisi cives Basileenses concilium ipsum a civitate sua ejicerent. Victualia ad nos de- ferri prohibuit, & portantes eadem spoliari concessit, atque ipsorum spolia cedere occu- pantibus. Insuper quoque litteras suas more Romane curie bullatas mandavit, ut in ipsa supposita concilii fieret persecutio tamquam in hostes fidei Christiane, appellans hanc san- ctam synodum perfidam iniquorum synago- gam. Postque venerabilis episcopus Visensis, dilecti ecclesie filii Ludovicus de Urbe sedis Apostolicæ protonotarius, Dionysius de Sa- henrays sacre theologie professor, & Step- hanus Plonerii decretorum doctor, oratores nos- tri, realiter capti fuerunt, sumpta occasione per captivantes, uti accepimus, ex mandatis domini Eugenii. Sed Dominus in his omni- bus nobis adiutor fuit, pro cujus ecclesia per- secutiones pati non refugimus: scientes quoniam ipse Dominus ait: *Beati qui persecutio- nem patiuntur propter justitiam.* Et quamvis plu- rima temporalia damna, dispendia & pericu- la nobis afferat in hoc loco tam longi tem- poris expectatio, cum innumeris sumptibus & laboribus: tamen non possumus hanc in Deum nostrum offensam committere, ut ec- clesiam ejus rure, inceptamque restauratio- nem sanctissime legis sue in cordibus homi-

nam, & necessariam reformationem Christia- nis religionis a deserti atque abjici, nec veri- tatem & justitiam in diebus nostris miserabi- liter conculcari patiamur: sed misericordiam Salvatoris nostri juxta exorabimus, ut ipsam ecclesiam suam adversus persecutiones susci- tatas assidue tuitur; nobisque in eo propo- sito perseverare donet, ut nullus adversitatis impetus, nulla persecutionum magnitudo nos- tros animos dimoveat, quo minus sancta opera, propter que hæc universalis ecclesie synodus congregata est, in realem effectum deduci pro- curemus; & auctoritatem universalium conciliorum, per quam fidei integritas, & eccle- siasticæ disciplinæ vigor, omnisque regula Chris- tianæ vite conservari habet, sustineamus illi- batam, non querentes in ea re que nostra sunt, sed que Jesu Christi & salutis anima- rum. Alia quoque plura specialia de gestis tam per summum Pontificem, quam etiam per suos qui ad diversas regiones missi fue- runt, nequaquam per singula commemorare de præsentis volumus. Sed illam gravissimam offensam Dei nostri & ecclesie sue, atque etiam humane nature, nequaquam tacenda est in personam Heraldi illustris principis Pe- demontium perpetrata: quem ad Græciam præmiserant legati nostri: qui super una ga- lea oratorum summi Pontificis captivatus, & tortura expositus, nusquam comparet: & in mare projectum & demersum fuisse accepti- mus. Verum divinam exoramus clementiam, quatenus cor ipsius summi Pontificis ita con- vertere dignetur in viam veritatis, salutis & pacis, ut non ampliora de his loqui, aut scri- bere necesse sit: sed omnibus emendatis, ec- clesie cunctorum mater de ipsius probis acti- bus in Domino gaudeat. Jam vero, clarissi- mi oratores, ad ea venimus, que super mu- tatione loci pro celebratione concilii nomine vestrorum principum postulastis. Opportunum quidem fore proposuerunt discretionem vestram, ut locus alius huic sacro concilio tutus & ac- commodus eligeretur, in quo cum Græcis ha- beretur conventio, servata ex integro aucto- ritate generalium conciliorum, & hujus præ- sentis Basileensis concilii, quod universalem ecclesiam repræsentare devotis & fidelibus animis profitemini. Nos quoque pacis & uni- tatis amantissimi, ipsorum principum vestro- rum votis, quantum cum Deo possumus, con- descendere cupientes, aures benignas cunctis in ea re per vos proponendis accomodavimus. Petierunt autem deputati hujus sancte syno- di, inter quos cardinales, archiepiscopi, epis- copi, abbates & doctores insignes erant, ut media aperire velletis, quibus res istæ perfi- ci possent. Vos ad hæc respondistis, ut illi potius ea aperirent, qui de auctoritate conciliorum generalium & rebus eam concernen- tibus amplius informati erant, atque in his al- tra jam per septennium occupati. Ipsi vero suasioni vestrae morem gerentes huic negotio operam dederunt. Et cum plurima in ea re pericula cernerent subversionis ejusdem aucto- ritatis conciliorum generalium, atque deper- ditionis inchoatorum operum, reformationem ecclesie in capite & in membris concernen- tium, certa capitula conceperunt, per que his periculis obviare pro sua fidelitate con- bantur. Et si vere eadem capitula, dum a vobis audita fuerint, non a justitia & sancti- tate

ANNO CHRISTI 1439

Sed hæc omnia ecclesia postquam pro- fectum a multis respiciendi- tur: & sic omnia exempli non habet; præsertim vix- sum Concilium Basile- nse, necesse est re- sponsione.

b Peris, in- cendam pata- que it.

Certe Crisp- rium dicit e- ram non in- dem pætris- sionem et de- formidand- dam.

Sedus Archi- episcopi Card- inale Eug- enio, Episcopo- lictudinem.

Membr. 5.

IN
SIN
1577

ANNO
CHRISTI
1577

1) P
1577

In
1577

In
1577

que devitare arbitramini; tamen quoniam difficile fore existimabatis, summum Pontificem ad haec inducere, alia capitula concepit, quibus completis hanc fieri posse loci mutationem. Vos autem majorem partem vestram adhibere dicebatis: super ipsa quoque per vos avistis deinceps nostri deputati nonnulla quae addenda videbantur, & quaedam etiam subtrahenda, exinde annotaverunt: circa quae deinceps mutuum collationem habuistis.

Haec autem sancta synodus omnia maturo examinae ponderans, quae tam per deputatos suos, quam per devotiones vestras liberata fuerunt, jam impraesentiarum grandis pericula vestris devotionibus exponere duxit ex hac mutatione sibi ac toti ecclesiae evidenter imminentia: quibus non satis cautum esse per capitula quae a vobis concepta sunt vestrae discretionis facile possunt advertere. Primum quidem, de nullitate dissolutionis ac translationis praetense hujus sacri concilii in Ferrariam per summum Pontificem recognoscenda, nullam fecistis mentionem: quam nullatenus per ecclesiam tolerari posse superiores rationes ostenderunt: neque solis cessatio congregationis Ferrariensis, de qua factis mentionem, grave vulnus in hoc illatum ecclesiae quoquomodo sanaret. Secundo, tria loca per synodum nominanda proposuistis, ita ut alterius ipsorum optio per dominum papam & Graecos fieri haberet: cum tamen venerabiles & discreti oratores serenissimi regis Romanorum, & venerabilium ac illustrium principum electorum sacri Romani imperii, tam in propositionibus per vos factis, quam in petitionibus scripto tempore praesentatis, a principio dumtaxat locum alterum pro oecumenico concilio celebrando quaesieritis; & posset concilio periculum imminere, dum illum locum qui minus accommodus & securus nobis esset, Papa cum Graecis fortasse assumeret. Tertio, non expressistis quod dominus Eugenius in talem locum consentiret tamquam auctoritate hujus sacri concilii universalem ecclesiam representantis nominatum: neque aliquod verbum in vestris avisamentis percepimus, per quod ipse hoc Basileense concilium legitime continuatum recognoscere haberet: quod tamen necesse est, si summus ipse Pontifex cum hac sancta synodo, atque etiam cum religiosis principibus vestris unum sentiret, & pacem & unitatem confovere velit, ac futuris questionibus & controversiis obviare, quae in altero loco exoriri possent. Quarto, de observatione synodali decretorum & reformationis executione, pro qua haec sancta synodus gravissimos labores tanto tempore sustinuit, & quae intantum divinae legi beneplacita, salutique Domini gregis necessaria iudicata est, nullam mentionem expressam fecisse videmini: neque etiam super observatione gestorum in materia iustitia, gratis, seu indulti, in hac sancta synodo, per ipsa avisamenta vestra habetur provisio aut securitas: ex qua re, quamplurimas turbationes in diversis regionibus provenirent, nisi opportune provideretur. Quinto, de modo transferendi concilium ad locum alterum, & qualiter procedatur in illo loco, saltem ab initio nihil avisamenta vestra dixerunt, nisi tantum quod modus ille observabitur, quem concilium ibi existens determinabit. Dum vero ibi deventum esset, dicerent forense aliqui solos Pontifices vocem dissimulativam habere, &

Ab votis illorum concludere vellent: alii, abates, doctores & priores, & capitulorum procuratores, aliterque debite qualificatos infames viros, non excludi debere, & a majori parte omnium conclusiones habendas arbitrarentur. Rursum quidam per deputaciones, alii per nationes procedere conarentur: facileque esset concilium inter has dissensiones dissolvi, maxime attempto coactu quem praesens summus Pontifex ad ipsam dissolutionem haecenus exercere visus est: sequae tandem posset contingere, ut parvipendens decretis synodalibus, & quodammodo sepulta auctoritate generalium conciliorum, summi Pontifices pro libito voluntatis agere possent quicquid eis videretur: Sed dum adversus hoc concilium, cui incorporati fuerunt omnes reges Christiani, & quod tanta auctoritate fundatum existit ipsius tali dissolutione & elusione post tanta certamina praevaleret moderni domini Eugeni voluntas: quod quam esset perniciosum & damnosum toti ecclesiae atque Christiano populo, vos ipsi considerate. Quare necesse est, si concilium transferri debet, ut cum magna cautela his periculis obvietur, & de modo incipiendi progressum ipsius concilii in loco altero firma & stabilis conclusio ante translationem habeatur. Cum vero ibi solidatum & stabilium fuerit concilium, si alios modos tenere voluerit, hoc in sua libertate manebit. Sexto, suspensionem summi Pontificis ab administratione papali mox sublatam intelligi profertis, cum canones Constantiensis concilii professus erit, & in locum nominatum consenserit: quod nullatenus fieri posse, manentibus causis propter quas suspensio ipsa decretata est, vestrae discretionis clarissime conspiciere possunt: quae etiam ubi expurgata essent, & spes bona in spiritualibus & temporalibus in administratione posset concipi, talem sublationem cum magna consideratione per solemne decretum efficaci conveniret: neque de admissione praesidentium ex parte ipsius summi pontificis, de qua in vestris avisamentis agebatur, mentio est habenda, priusquam ipsa suspensio auferatur. Quod vero de censuris hinc & inde tollendis additum est, scitis ea quae adversus hoc legitimum generale concilium in his facta sunt nulla prorsus esse, irrita & inania, sicut etiam dudum in decreto duodecime sessionis hujus sanctae synodi extitit declaratum: & cum unica sit ecclesia, unicum est etiam generale concilium ipsam representans, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiam papalis, obedire tenetur. Nec in ecclesia contrariae sunt potestates, quibus contrariis censuris veraciter procedere possint, sicut & vos optime intelligere non dubitamus. Septimo, locum mutari queritis, esto quod nec papa neque Graeci venirent ad illum alterum locum, aut in eum consentirent. Quis autem necessitas vel quae utilitas id agere iudicet, non aperuistis. Nec videtur quo pacto dominus Eugenius ibidem audiri haberet, si cui tangere videmini, dum neque in illum locum consentire neque ad ipsum mittere vellet. Id ipsum vero nequaquam conveniens esset, synodum in loco securo ac quieto & pacifico consistentem periculis translationis exponere sine fructu aut spe alicujus utilitatis, vel urgente necessitate. Octavo, quoniam non dixistis quid agendum erit, si dominus Eugeni-

ANNO
CHRISTI
1431.ANNO
CHRISTI
1431.

nitas ea que petuntur facere naleris; poterit
musne semper in talibus dilationibus, in his
fluctuationibus ecclesiam periclitari permitte-
re; & non sibi de aliquo providere reme-
dio? Videtis quantas dilationes concessa sunt
que nullum fructum attulerunt: imo pendenti-
bus illis, ipse dominus Eugenius quampluri-
ma in prejudicium ecclesie innovavit. Pen-
dente quidem dilatione sexaginta dierum, post
citationem ejus concilium dissolvere & trans-
ferre attentavit. Subsequenter dilatione qua-
tuor mensium, post dissolutionem ipsam con-
gregationem Ferrariensem erexit. Deinde sub
tertia dilatione duorum mensium, post suspen-
sionem ipsius ab administratione papali, nos
prede & spoliationi, aliisque persecutionibus
antedictis exposuit, & Græcos ad se pro sui
munimento attraxit. Longioribus deinde dila-
tionibus ad rogamina principum per nos ob-
servatis, ipse interim nuntios per orbem tran-
smisit, qui suaderent corda multorum in viam
ejus. Rursum, dum his diebus super tractati-
bus pacis nobiscum occuparemur, ipse ne-
que nobis neque vobis consultis presentiam
translationem in civitatem Florentinam fecit:
& cum vos, venerabiles oratores, locum al-
terum in Germania expeteretis, ubi omnes
convenire possent, ipse ad longiores regio-
nes non parum accessu difficiliores se transtulit.
Videtis quod inter has dilationes scanda-
la continue crescunt: vilescit synodalis aucto-
ritas: totus fere grex dominicus ob defectum
pastoris provide regentis in precipitium ma-
lorum dilabitur, & in his nullam medelam
proferitis, nullam securitatem remediumum da-
tis, si summus pontifex huic sancte synodo
& vestris desideris condescendere recuserit.
Tandem designastis quod, dum sic ad alte-
rum locum devenit fuerit, civibus Avenio-
nensibus creditoribus ecclesie satisfecit. Nulla-
tenus autem possumus aut debemus usque in
id tempus sub eventu incerto satisfactionem
eis editam differre & prolongare, cum & pe-
cunia jam collecta pro ecclesia in diversis lo-
cis habeantur, que nullatenus nobis denega-
ri juste possunt, tenemurque pro viribus age-
re ut quantocius sine mora quod debet sancta
synodus restituat. Hæc itaque, clarissimi ora-
tores, ponderare velint vestre prudentie, &
pro reverentia Christi salvatoris nostri effica-
cem operam impendere, ut res universalis
ecclesie ad honorem Dei, salutem animarum,
& veram pacem cunctorum, feliciter disponi
possint. Vos omnes uno animo cum hac san-
cta synodo salutem ecclesie sancte Dei consu-
lere curetis, & cum in suis necessitatibus ef-
ficaciter adjuvare. Nos vero, si in præmissis
que necessaria sunt convenienter provisum
fuerit, pro bono pacis & contemplatione se-
renissimorum principum vestrorum, atque sin-
gulariter pro unione Græcorum prosequenda,
quam semper multo desiderio expetivimus, ad
translationem hujus sancte universalis synodi
in alterum locum securum, & rebus univer-
salis ecclesie gerendis accommodum, conde-
scendere parati erimus. Interim tamen non
omissuri ea, que ad progressum hujus sacri
concilii & operum per ipsum inchoatorum,
tam in reformatione ecclesie in capite & in
membris, quam in ceteris rebus, pertinere
videbuntur, pro honore Dei & salute univer-
salis ecclesie. Et nihilo minus totis viribus

semper operam dabitus ut pax optima &
beata tranquillitas per omnem ecclesiam vi-
geat, ad laudem & gloriam Spiritus paracle-
ti, qui cum Patre & Filio unus est Deus be-
nedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Basileæ in congregatione nostra ge-
nerali, decimo Kalendas Martii, anno a nati-
vitate domini millesimo quadringentesimo tri-
gesimo nono.

XIII.

*Responsio synodi ad schedulam oratorum princi-
pum de mutatione concilii in alium ex tribus
locis, ubi inchoandum esset omnino concilium
ad sex menses cum dimidio, nec interim con-
tra papam procedendum.*

Sacrofanctis, &c. ad futurum rei memoriam.

Rem gravissimam, quam ab hac sancta sy-
nodo quaeritis venerabiles ac circumspetti ora-
tores, attentis considerantes animis, Deum
nostrum, qui sua potenti dextera ecclesiam
plantavit in terris, supplices oravimus & ora-
mus, ut ea nobis loqui ac respondere donet,
que sint ad sue majestatis honorem & salu-
tem omnium credentium, quia apostolus suis
discipulis, ut in tempore necessitatis loquendi
fiduciam haberent, dixit: *Dabitur enim vobis* Matth. 10.
in illa hora quid loquamini. Mutationem hujus
sacri concilii in locum alterum, superiori tem-
pore per vos expetitam, iterum postulatis.
Spem quoque pacis ecclesie ex ea re concipi-
pere videmini; quam profecto pacem si per
hoc medium possemus adipisci, jamdudum ip-
sam mutationem avidis animis quævissemus,
quoniam summo desiderio cupimus cum bea-
tis pacificis filiationem Dei promerentibus o-
perari ad pacem, non quidem illam pacem
appellantes, qua, conciliorum auctoritate con-
tempta, quispiam summus pontifex possit de
tota ecclesia & animabus redemptis sanguine
Christi agere quicquid sibi libitum fuerit, ab-
jectaque salutifera reformatione, spreto sacris
canonibus & decretis, vitia & abusus pesti-
feri pacifice regnare permitterentur: aut, quod
omnibus gravius est, fide læsa & vulnerata,
quisquis fidem ipsam impugnans pacifice op-
primeret ecclesiam, & illi tacere cogentur
qui fidem ipsam sustinerent. Non quidem hoc
esset pacem agere, sed turbationem gravissi-
mam, non hoc esset moderi languoribus præ-
sentibus ecclesie, sed eam in miserabile dis-
crimen adducere. Quod quidem non esse no-
strum intentionis credimus. Sed ætus domus
Dei cogit nos in extremis ecclesie periculis
non tacere veritatem, ne tandem dicere o-
porteat in Dei judicio: *Va mihi, quia teci.* Galat. 6.
Sciunt discretiones vestre vitam ecclesie in
E fide & probis moribus præcipue consistere,
quibus capiti suo & fonti vitam Christo con-
jungitur, ac cum eo pacem habet, caritatem
& gaudium, que sunt fructus Spiritus: ut &
vos ipsi ex apostolo allegastis. Quam vero
pacem quaerunt beati pacifici, qui recipiunt
adoptionem filiorum Dei. Hæc est enim pax
Christi, de qua ipse ait: *Pacem meam do vo-
bis, pacem relinquo vobis: non quemodo man-
dus dat, ego do vobis.* Cum autem his novis-
simis temporibus deformitates, schismata &
errores plus solito coepissent infargere, con-
gre-

* forte
vobiscum.Papa Ferrar
ma lavit
corp. i. Euge-
nium transfer-
re synodum.Non hoc va-
bit Eugenius
qui nos multum
detrahit.

Galat. 6.

Galat. 2.

* vobis.

Joan. 16.

ANNO
CHRISTI
1449.ANNO
CHRISTI
1449.Petro dicitur
et. Pater con-
mone: illi ego
vos obedire
debetis.Certe Euge-
nio Latini &
Graeci in sy-
nodo Floren-
tina afferunt.o. Fove, cu. m.
H.Quis hoc un-
quam possi-
bit scire?

rogata in Spiritu sancto Constantiensis
synodus nobis fidem explicavit de potestate
immediate data ab ipso fidei auctore Christo
conciliis generalibus representantibus catholi-
cam militantem ecclesiam, quibus & summus
pontifex, & quilibet alius, obedire tenetur:
ut Christiani intelligerent, quod ipsi errori-
bus, schismatibus & deformatibus obviare
oporteret per conciliorum generalium aucto-
ritatem, sicut Christus ipse Deus noster ordi-
navit, ut sic frequens conciliorum celebra-
tio, que precipua agri dominici cultura est,
vepres & tribulos prædictorum malorum evel-
lat, prout in eadem Constantiensis synodo de-
claratum extitit, & pax optima cum sanctita-
te & iustitia omnibus diebus vigeant in ter-
ris. Unde vero languores, unde morbi, un-
de turbationes pacis & vexationes ecclesie
jam nunc potissime invalescunt, nisi ex eo
quod obedientia, quam Christus ipse impera-
vit, quam ecclesia declaravit, quam fides edo-
cet, non data est concilio generali (quod do-
lenter referimus) a domino Eugenio papa
moderno? imo gravissime contempta, & du-
rissime factis, verbis & scriptis usque in ho-
diernum diem impugnata, sicut magna ex par-
te in alia nostra responsione synodali præte-
rito mensis Februarii ad vestras priores peti-
tiones super mutatione huius sacri concilii por-
rectas explicavimus: unde divisiones & schis-
mata in ecclesiis particularibus, unde princi-
pum & prælatorum, atque etiam populorum
per orbem dispersorum, gravissima perturba-
tio. Nam, quemadmodum sæpe audistis, pri-
mitus hoc sacrum concilium congregatum au-
thoritate duorum præcedentium conciliorum,
& duorum summorum pontificum pro extir-
patione hæresum & reformatione ecclesie in
capite & in membris, quasi ab exordio at-
tentavit dominus Eugenus, licet nulliter &
de facto dissolvere sine ipsius concilii consen-
su. Deinceps cum plurima decreta salubria
edita fuissent pro reformatione ecclesie in ca-
pite & in membris, & per legationes plu-
res, per plures oratores admonitus esset,
ut animum suum ad eorum observationem
redderet benigne inclinatum; ita, prohi-
dolo!, ea parvipendit; ita contempsit, ut quasi
in nullo debitam obedientiam ipsi concilio
adhibere contempertus sit: ex quo gravissimo
contemptu non parva suspicio adversus eum
exorta est, quod de declaratione catholice fi-
dei facta in concilio Constantiensis non recte
sentiret, quodque non crederet se teneri obedi-
re concilio, prout ipsa fidei veritas asserit.
Quid amplius? Cum super hoc gravi contem-
ptu citaretur, mentem suam plenius adversus
ipsam veritatem declaravit, dissolvendo aucto-
ritative hoc sacrum concilium de facto sine
consensu ipsius, casu quo virtute decreti ci-
tatorii procederetur, aut fieret aliqua novitas
contra ipsam, aut contra aliquem suorum o-
ratorum præsentium, cui in concilio fuerant,
prohibendo etiam auctoritative, ne in eo ca-
su factum Bohemorum, quod actu tractabat
hac sancta synodus, ultra triginta dies age-
retur; ubi non solum iam obedientiam des-
gavit, sed se iudicem super concilium con-
stituit; non ei obediens, sed imperans in
his, in quibus eundem teneri obedire concilio
ex Christi ordinatione asserit ipsa traditio
fidei. Si vero jam hoc sacrum concilium dis-

solvatur, quod fidem ecclesie defendit: di-
mittaturque ille supra ecclesiam pro libito sua
voluntatis imperare, qui tanto tempore tam
graviter ipsam factis, operibus & verbis im-
pugnauit, imo auctoritate & potestate conatur
opprimere: numquid non ipsius ecclesie imminet
desolatio? Numquid non timendum est,
potius præsumendum, quod concilio dissolu-
to volet singulos per orbem dispersos cogere
ut idem sentiant quod ipse? Numquid non, si
absque debita correctione sic dimittatur, cum-
stis sive ecclesiasticis, sive secularibus, sive
prælati, sive principibus aut aliis quibuscum-
que imminet persecutio, qui fidem in sacro
Constantiensis concilio explicatam voluerint
proferri? Quid vero de illis faciet, qui de-
creta synodalia servare volent? quod cum
in præsentia videamus adhuc sedente concilio,
quomodo tales in pluribus ecclesiis faci-
ant tractari. An vero hæc erit appellanda
pax & tranquillitas ecclesie, vos præclari oratores,
pro Deo considerate. Quot erunt deinceps,
qui pro conciliorum auctoritate, pro
declarationibus per ecclesiam factis in expli-
catione fidei certabunt, si eas deprimi & hoc
concilium in earum defensionem de facto vi-
derit succumbere? Quis hæreticus non auden-
tius (quod cum amarissimo gemitu dicimus)
cornua eriget adversus sponsam Christi, si ipsa
concilia generalia, quibus supremum judi-
cium in materiis fidei decretum est, viderit
conculcari? Sed quis, o præclari oratores,
jam in alio concilio, quod futurum dicitis,
ad resistendum summo pontifici pro defensione
recte fidei veniret, dum ipse pontifex hoc
sacrum concilium de facto suppressisse, & in
nichilum redegit conspiceretur? Quale prætere-
rea exemplum relinqueretur summis pontificibus,
si perperam agere volent, schismata faci-
endi, concilium generale impugnandi & dis-
solvendi, ut quoties de ipsorum correctione
in fide aut in moribus agatur, perturbent,
ascendant & didant concilium, atque in aliud
concilium deveniri postulent? Et si in illo
non fieret quod voluerint, iterum aliud
querant: sicque fiet transmigratio de concilio
in concilium, & iudicia universalis ecclesie
sic semper in incerto vagabuntur, dum præ-
sens summus pontifex, postquam decretis,
præceptis & ordinationibus synodalibus tanta
obduratione obstitit, postquam ipsum his aucto-
ritative sine ejus consensu dissolvere atten-
tavit, & scissuram in ecclesia gravem jam per-
petravit, tandem nulla suscepta penitentia,
nulla penitus emendatione facta, obtineret ut
concilium mutari cogeretur: imo verisimiliter
in totum dispergeretur per hanc viam muta-
tionum & dilationum, quas asserri concepi-
mus, perseverante ipso moderno pontifice in
assidua ejusdem concilii & toties declarato
erratis impugnatione. Hoc equidem non es-
set schismati obviare, sed schismata fovere
& nutrire, dum pontifici volenti schisma fa-
cere, ut formidare videmini, si concilium ad
ejus correctionem procederet, talis favor præ-
beretur, ut ejus contemplatione ipsum con-
ciliium tali modo mutaretur, unde postea ad
schismata faciendam major pararetur audacia,
ut conciliorum enervaretur auctoritas, per
quorum supremum iudicium in terris schisma-
ta extirpari convenit: imo secundum hoc,
quia ecclesiam lacerare & scindere velle, ip-

ANNO
CHRISTI
1431.ANNO
CHRISTI
1431.

fa sibi tota opprimenda relinqueretur. Et ne partem gregis ad se traheret; totus in suis manibus dimitteretur. Unde forsitan volendo auferre ab eis fidem, quam in catholica ecclesia de auctoritate conciliorum didicerunt, & contemnendo leges pro salute omnium datas, ipse omnes in damnationem ducere moliretur. Non hic agitur, praclari oratores, de tali schismate, in quo duae personae contendunt de papatu, & in dubium vertitur cui eorum jus competat, ubi uterque contendendum in iudicium concilii generalis venire habet sententiam auditurus: sed agitur de pontifice, qui se voluntarie a concilio volente ipsum corripere separavit, quod reputabat legitimum universalem ecclesiam concilium, & ecclesiae pacem turbavit, schisma fecit; scandala suscitavit, dissolvendo concilium auctoritative, ut praemissum est, casu quo procederet contra ipsum aut aliquem oratorum suorum praesidentium. Et altare contra altare evertit, ut sic correctionem iudicis effugeret. Quomodo autem res illa locum sibi vindicare poterit sine enervatione auctoritatis conciliorum? ut post praedicta oporteat pontificem manere in possessione dissolvendi taliter concilium. Et quia sancta synodus dum vero iam requiritur, ut post ista concilium, quia officium iudicis egit pro exercitio iustitiae sibi divinitus commissio, cogatur loco iudicii cedere & mutari, suaeque iudicia differre, ac deferere, ac per talem mutari ut sibi praesententur tempora, loca, modi procedendi, & alia quae nunc requiruntur a nobis, quasi non sit libertas in concilio generali ad faciendum, quod pro republica expedientius iudicabitur sub directione ipsius Spiritus sancti, de cuius auxilio confidendum est, quod sive oporteat concilium manere in hoc loco sive mutari, sive conveniat procedere, sive quidquam aliud agere, & de modo, forma & tempore omnia peragendi suggeret ipsi concilio quod pro salute universalis ecclesiae fuerit necessarium. Sed dicitis quod concilium in alio loco praeter sui consensum indissolubile permaneat: verum si papa hoc privilegium habeat dissolvendi concilium sine eius consensu, quomodo vultis illud ab ipso tollere? Si autem non habeat, in hoc notorie erravit: quomodo id fieri quaeritur per quod in hac errandi possessione permaneat, & de mutatione concilii tali modo per ipsum dominum Eugenium facta possessio haberetur, quae trahatur ad consequentiam? Et si in talibus consentiret haec sancta synodus, iam auctoritate ecclesiae, talia fieri posse viderentur, quod nullatenus quaeri aut effici debet. Dicitis praeterea ipsum concilium mutari habere in alterum trium locorum in quem papa aut Graeci venire consenserint. Et esto, quod nec ipse nec illi consentiant, nihilo minus mutetur. In primo casu non est nobis facile existimare, attentis praeteritis operibus, quod papa veniat in illum locum personaliter, in quo speret se correctionem accepturum. In secundo casu, cum Graeci adveniant: & fiet novum concilium ex Latinis & Graecis, dantur induciae correctionis & emendationis domini Eugenii, donec per ipsos Graecos fuerit iudicatus: imo secundum hoc agitur, ut Graeci ipsi de actis synodalibus huius auctori concilii, catholicam ecclesiam representent

tis, & de operibus papae iudicare habeant, priusquam papa ipse corrigatur: quodque omnes quaestiones juris & facti agitatae in concilio erga dominum Eugenium, quarum etiam aliqua jus divinum & fidem concernunt, haberent in iudicium ipsorum Graecorum devenire, relicto huius sanctae synodi catholico iudicio: & quod ea, quae per ecclesiam in concernentibus fidem determinata sunt, in dubium revocentur, quasi notaretur ipsa ecclesia in his quae fidei sunt errare potuisse. Dicitur, quod ibidem dominus Eugenius legatos suos mittat, quod jurisdictionis est, ac si ipse ab administratione papali non esset suspensus, cum tamen ipsam suspensionem ex causis tam necessariis & tam urgentissimis, quas in alia responsione synodali exposuimus, constat esse factam. In tertio casu, si hoc sacrum concilium mutetur, quod fundatum est auctoritate duorum conciliorum praecedentium, & duorum summorum pontificum, cui fere omnes majores ecclesiae praesentati, cardinales, archiepiscopi, episcopi, omnesque reges orbis catholici, incorporati sunt; esto quod nec papa nec Graeci consentiant, id sequetur, quod ubi concilium existens in hoc loco fortiter impugnat dominus Eugenius, ipsum translatum in alium locum sine eius consensu fortius impugnare posse videatur septem mensium, vel circiter, dilationem obtineat, quibus nihil pro eius correctione agatur, quibus nullatenus fidei & salutis ecclesiae provideatur, sed potius supposita huius concilii per attritionem, aut alia incommoda dispergantur, & tandem nulli vel paucissimi ad illum alium locum accedendi habeant voluntatem, dum viderint huius concilii Basileensis tam miserabilem exitum, quod tantis laboribus congregatum, tot annis adversus impugnationes domini Eugenii confervatum fuit. Quid aliud ad haec respondere possumus, venerabiles oratores, nisi amarissimos edere gemitus super flebili ruina ecclesiae, si res ita procedant, & plorare die ac nocte super illa generalium conciliorum auctoritate tandem per nos defensata, quam in interitum perducimus, nisi Deus nosciter provideat? De qua auctoritate parum prodest verbo dicere, quod conservari habeat, si tale factum agatur, unde ipsa miserabiliter prostratur. Quis vero dabit capitibus nostrae fontem lacrymarum, ut in mœroribus & doloribus digne lugeamus lesionem fidei, contemptum synodorum & sacrorum canonum? Quibus conculcatis, omnia scelera, omnia vitia, omnium abusuum & deformitatum incrementa liberius regnabunt: pariter quoque amare flebunt diebus futuris principes & nationes orbis, dum quisquam Romanus pontifex eos injuste opprimere volet. Nam frustra deinceps ad concilia generalia recurrent, quorum erit sic prostrata auctoritas. Si enim concilium generale aliquid vellet de ipso Romano pontifice iudicare, illud dissolveret ac transferet, aliudque concilium fieri quaerit, ubi possit suum libitum consequi, siquae nulla stabilitas, nulla firmitas in iudiciis ipsorum conciliorum haberi poterit. Invaleret praeterea ille perniciosissimus error in populum Dei, ut unus homo ad summum pontificium assumptus possit de tota ecclesia & Christianitate agere ad suum libitum voluntatis, siquae per gene-

Imo concilium
haberi voluit
sed in illis
siquae non
se causa.Nunc non
habetur
pontificem.Sed tandem
paucissimi
Basileenses
adferunt.Certe Eugenius
synodum
non contem-
nit.Sed illi uni
concilio dicitur
est: Ergo non
regant, ut non
desinat ad
nos.

ANNO
CHRISTI
1527.

ANNO
CHRISTI
1527.

nerale concilium universalis ecclesie non va-
leat corrigi aut reformari. Sed & videmus
non solum statum ecclesiasticum & saluam
animarum ex ea re detrimenta pati. imo o-
mnem statum, omnem potestatem, omne regi-
men in spiritualibus & temporalibus perturbari.
Nam ecce postquam generale concilium
ecclesiam catholicam representans, immedia-
te habens potestatem a Christo, cui summus
pontifex & quilibet alius obedire tenetur in
his que pertinent ad fidem, extirpationem
schismatis reformationem ecclesie in capite &
in membris, cepit suum exercere iudicium
in domum Eugenium pro correptione ipsius,
contumaciter obedire contempnit: iam via in-
troducitur, ut qui concilio in his tenentur o-
bedire, non ipsum concilium repugnent ut ju-
dicem, sed ut partem cum domino Eugenio
contententem, & velint ipsum iudicem dire-
cte aut indirecte arctare vel compellere, lo-
ca & tempora eidem præfigere, ut sua iudi-
cia nequaquam proferat. imo ad instantiam
ejus qui reus est iudicium suum mutare cogat-
ur. Quod si hoc sit de summo iudice pote-
statem habente immediate a Christo, num-
quid non ex hoc datur exemplum subditis
quorumcumque iudicantium, ut ipsos iudices
temporales se spirituales per mutuas intelli-
gentias compelleret, ut illi a iudicando desi-
stant? sicque peribit iustitia in terris, & e-
veniet quod ait gloriosus Hieronymus: Dum
uni parcunt, universis ecclesie moliantur in-
teritum. Quæ est, inquit, ista misericordia
uni parcere, & universos in discrimen addu-
cere? Cumque pax (ut ait beatus Augustinus)
sit tranquillitas ordinis, iam abrupto ordi-
ne iudiciorum, omnis pax & hominum ad
Deum, & hominum inter se, turbabitur,
dum via conveniens ad pacem non queritur,
dum iustitia abjicitur, & veritas prostrernitur:
quas cum pace ipsa divina doctrina nobis o-
stendit oportere copulari, ait enim scriptura
quam mentiri non possit: *Misericordia & veri-
tas obviaverunt sibi: iustitia & pax osculata
sunt.* Et dominus per prophetam inquit: *Pa-
cem & veritatem diligite.* Rex quoque Eze-
chias dicebat: *Sit pax & veritas in diebus
meis.* Quid igitur potius in tanta rerum dif-
ficultate agendum est huic sanctæ synodo? an
quod recedat, a mala & omnia supradicta
permittat prevalere, an quod ex officio sibi
commissa a Christo, sub confidentia ipsius di-
vini auxilii, per defensionem veritatis & e-
xercitium iustitiæ in repellendis tantis malis
debitum suum agere curet coram Deo & ho-
minibus, adimplens illud quod per Sapien-
tem dictum est: *Certe pro iustitia usque ad
mortem?* Clarissime videre potestis, venerabi-
les oratores, quod ecclesiam matrem omnium
Christianorum in tanta desolatione miserere
non possimus, sed nobis & toti populo Chri-
stiano, avissima imminere damnatio, si saluti
ipsius ecclesie & vite suæ, quæ ex fide est,
providere negligamus. Expectavimus jam plu-
rimis annis, si præfatus dominus Eugenius
viam veritatis recognosceret, & contemplatio-
ne Christianorum principum, dilationes pluri-
mas benignissime observavit hæc sancta syno-
dus, ambascitoresque suos ad diversas regio-
nes transmisit, veritatem & iustitiam hujus
sacri concilii, ac necessitatem urgentissimam
providendi publicæ salutis ecclesie aperientes,
Concil. General. Tom. XXIX.

A ad duas quoque conventiones in Nuremberga
succesive habitas profecti sumus. & novissime
in civitate Moguntinensi non desierunt suf-
ficiendi potestate suffulti, ubi oratores summi
pontificis per triginta dies expectati nullatenus
comparere voluerunt, nisi post recessum
oratorum hujus sanctæ synodi, qui cum bo-
na licentia oratorum principum ibidem exi-
sistentium per plures antea dies abscesserant.
In omnibus autem his nunquam ex parte sum-
mi pontificis aliquid emendationis vel corre-
ctionis oblatum audivimus, ut per hoc paci
ecclesie consuleretur, quam ita turbavit: &
ne. (quod abest) totum corpus invaderet mor-
bus, & languor non esset curatus in capite.
B atque etiam ut divina majestas per ipsum gra-
vissime offensa placari posset: imo dumtaxat
petita est semper hujus concilii mutatio, &
talis mutatio, quæ ipsum concilium reforma-
tionem ecclesie querens enervaret, & domi-
num Eugenium durissime resistentem in sua
contumacia roboraret. Neque audivimus quod
vos aut alii oratores principum in his rebus
a papa impetraveritis, ut contemplatione eccle-
siae & populi Christiani quidquam emenda-
tionis aut meliorationis efficiat. Jam vero ju-
stissimam hujus sacri concilii prosecutionem
torus orbis conspiceret potuit, nec non patien-
tiam ac mansuetudinem nostram atque longis-
simam expectationem in hoc loco, in quo
non nos mundana solatia aut terrena affectio
detinent: imo relictis propriis regionibus, do-
mibus, & beneficiis, in quibus quiescere po-
teramus, varias hic persecutiones, injurias,
damna, opprobria passi sumus, & assidue pati-
mur, libenter omnia sufferentes pro votiva
consecutione reformationis ecclesie Dei, pro
qua jam tribus generalibus conciliis diuturno
tempore laboratum est, pro defensione fidei
orthodoxæ; quam in oculis nostris videmus
multipliciter impugnari. Et intantum præfa-
tis catholicis principibus expectando quæsi-
vimus complacere, ut post victualium penuriam
& alias clades quas pertulimus, etiam gra-
viora pericula imminerent, atque per varia re-
D drum discrimina hujus concilii dispersio, &
post tot annorum susceptos labores extrema
ecclesie desolatio in foribus esse videantur. ^{b) Parte,}
non celeriter occurratur. Unde jam aperte
conspicere possunt principes Christiani, nos
maxima necessitate compulsos, ut secluta am-
pliori dilatione pro honore Dei creatoris cum-
storum, regis regum, domini dominantium,
& pro salvatione animarum omnium, com-
muni saluti ipsius ecclesie providere curemus.
Et ne in tanta rerum necessitate de gravi ne-
gligentia coram omnipotentis Dei iudicio ar-
guamur, omnem nostram fiduciam projicien-
tes in salvatorem nostrum Jesum, in cujus
nomine congregati sumus, favente ipsius gra-
tia, ita intendimus agere, ut coram omnibus
principibus atque populis clarissima iustitia &
veritas hujus sanctæ synodi reluceant, cum
iustitia autem veniat intra ecclesiam soror ejus
pax, & sibi invicem gratissimo copulabuntur
osculo, nec quidquam aliud petimus, nisi ut
in his turbationibus rerum det nobis id age-
re quod beneplacitum fuerit suis divinis ma-
jestati: & speramus per manum ejus omnes
Christianos in viam veritatis & prosecutione
publicæ salutis unionem & pacem bonam
amplius: quod & nos maxime desideramus,
c) Parte descripta.

M. d. 11.

Zach. 2.

1. Reg. 10.

1. Parte, h. m. 11. B.

1. Teil. 4.

c) Parte descripta.

ANNO
CHRISTI
1431.ANNO
CHRISTI
1431.

ac laboribus cunctis prosequi volumus, ut omnes unanimiter in amore fraternitatis Deo serviant, & sint unum in veritate; nec aliquid de veritate hujus sanctæ synodi informatum credimus velle tandem huic favere errori, ut unus mortalis homo, qui ordinatus est ut sit fidelis minister in domo Dei, possit (ut præmissum est) ad libitum voluntatis suæ de tota ecclesia agere, & neque generalia concilia representantia ecclesiam universalem, neque canones synodales, neque postremo ipsas declarationes fidei per ecclesiam catholicam factas attendens, possit totum gregem domini cum tanto precio redemptum in præcipitium damnationis inducere: nec uni personæ mortali quis intantum humano favore affectus putari debet, ut propter illius temporale desiderium, quod sicut umbra pertransit, velit universalem ecclesiam destrui neque formidari nimium oportet, si justum ecclesiæ judicium in correptionem domini Eugenii proferretur in futurum pro necessitate totius ecclesiæ; & ipse, quod ablit, rebellando in adversum velit schisma facere, alios attrahendo, ut ab unitate ecclesiæ se separent, quod princeps aliquis catholicus, aut notabilium prælatorum quispiam, velit suo favere schismati, præsertim in lesionem catholicæ fidei & auctoritatis ecclesiæ. Numquid notorium non est, quanti principes orbis tam per se quam per suos concilio Constantiensi interfuerunt, ubi explicata fuit declaratio fidei de auctoritate conciliorum generalium super papam & quemlibet alterum, & in omnibus observata, nemine reclamante, nemine reprobante? Sed ubi dominus Eugenius jam bis vice voluit sua auctoritate hoc Basileense concilium sine eius consensu dissolvere, scitis quomodo principes orbis fere omnes, aut secunda dissolutionis tempore, suos oratores in hoc sacro concilio tenuerunt, firmiter credentes papam non posse dissolvere ipsum sacrum concilium, quod pro extirpatione hæresum & reformatione ecclesiæ in capite & in membris legitime congregatum erat, sine consensu ejus: cum ipse concilio non haberet in his imperare, sed teneretur obedire. Quid de prælati ecclesiæ dicemus? Numquid non in sacro Constantiensi concilio cardinales, archiepiscopi, episcopi, & ceteri de omni regione fuerunt? Nec illi defuit felix recordationis papa Martinus, qui etiam circa finem ipsius concilii per parentes litteras mandavit, eodem approbante concilio, universis archiepiscopis, episcopis, & inquisitoribus, ut singulos de hæresi Wicleffitarum suspectos diligenter interrogarent, utrum crederent quod illud, quod sacrum concilium Constantiense universalem ecclesiam representans & approbavit & approbat in favorem fidei & ad salutem animarum, ab universis Christi fidelibus esset approbandum & tenendum; cum non ignoraret papa ipse Martinus declarationem de auctoritate conciliorum data immediate a Christo antea per ipsum concilium factam fuisse; qui etiam in eisdem litteris posuit, quod error est dicere, non esse de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam esse supremam inter ecclesias; si per Romanam ecclesiam intelligatur universalis ecclesia, aut concilium generale, aut etiam pro quanto negaret primatum summi pontificis respe-

ctu ecclesiarum particularium. In hoc primæ Basileensi concilio, tempore attentatæ primæ dissolutionis, fuerunt septem de præstantioribus sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalibus, videlicet Julianus tituli sancti Angeli sedis apostolorum legatus A. Bononiensis, P. Portuensis vulgariter dictus Placentinus, cardinales episcopi, Joannes sancti Laurentii in Lucina, dictus Rothomagensis, Joannes sancti Petri ad Vincula, A. sancti Eustachii, & Dominicus sanctæ Mariæ in Via lata, dictus Firmianus, etiam cardinales, doctrinam ipsam catholicam & apostolicam de auctoritate conciliorum in Constantia declaratam virtuose defendentes, atque ostendentes, propter illam non potuisse acque in futurum posse fieri dissolutionem hujus concilii sine ipsius consensu, plurimaque solemniter super hoc decreta cum cæteris patribus condiderunt, & toti mundo publicaverunt: qui de hac re in responsione quadam synodali cum toto concilio magna auctoritate oratoribus domini Eugenii, dissolutionem ipsam manuteneri volentibus, responderunt: Malumus mori, quam tanto errori per ignaviam cedere. Hic articulus, de quo disceptamus, fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius ecclesiam audire non vult, oportet eum tandem haberi sicut ethnicum & publicanum. Hæc sunt verba concilii, in quibus illi præsentibus adfuerunt. Audistis & vos sæpius quomodo alii plures cardinales se subscripserunt, dum dominus Eugenius ad mandatum concilii illam præsumptam dissolutionem irritam & inanem declaravit: & ea non obstante dixit concilium legitime fuisse continuatum. Sed numquid non præterea omnes viderunt quam multi prælati, doctores divini & humani juris, ac ceteri ecclesiastici viri, ex diversis nationibus, regnis & provinciis successively, tam tempore primæ dissolutionis quam secundæ; in hac sancta synodo comparuerunt, dum ipse dominus Eugenius eam dissolutam reputabat, credentes hoc factum eisdem domini Eugenii advenit ipsius concilii auctoritatem nullatenus potuisse prevalere? Quo ab signatur putandum est, vel suspicandum, ut catholicus orbis fidem quam accepit, vellet propter quamcumque personam deserere, aut cuius personæ in adversum repugnand & schisma facere volenti favorem præstare? & quod ab hoc sacro concilio, quod fidem ipsorum prælatorum, fidem principum, æque omnium nationum orbis defendat, se separent, ut illi adhaerant, qui ipsam in pugna evellit? Credendum est potius, quod omnes providere volent, ne in futurum quisquam pontificum possit rebellando conciliis generalibus, immediate a Christo potestatem super eos habentibus, schisma facere, & pro sua voluntate, aut libidine dominandi, universum orbem hoc modo contrahere. Intelligentque tandem omnes unanimiter, illum pro pontifice haberi non debere, quem concilium universalis ecclesiæ pro non pontifice habendum judicaverit: ut sic non necesse sit jam dainops principes orbis hoc modo cum variis legationibus & magnis expensis in ea re vexari, simulque pax in ecclesia vigam possit, & auctoritas conciliorum illibata servari, quæ (ut ait B. Augustinus) in ipsi ecclesia saluberrima est. Non oportet univ-

Sed postea
Eugenio &
retraherunt.Illa tempo-
re schisma
erat. & non
mai pontifi-
ce, quod
non fuit in
Basileensi syno-
do.

ANNO
CHRISTI
1439ANNO
CHRISTI
1439.

fos Christianos idipsum sentire & sapere, si una fides & pax vera conservanda est, quod summi pontifices per concilium generale catholicam ecclesiam representans corrigi possunt, sicut veritas catholica diffinit: quodque ecclesia Dei in Spiritu sancto congregata non habet existimari sicut una profana communitas, cui papa ipse velut princeps secularis dominetur. Sic itaque cum Dei gratia per constantem fidei nostrae confessionem & ipsius probationem in opere pax optima & salutaris gubernatio ecclesiae reflorescit in terris. Summi pontifices, cognoscentes se posse corrigi (ut praefertur) per concilium universalis ecclesiae, curabunt vigilantius salutem gregis dominici quaerere, & in ministerio sibi credito operam Christo placentiam agere, ipsamque sedem apostolicam salutari gubernatione & decore virtutum reflorescere facient in oculis omnium populorum, atque omnium bonorum ubertate abundare, sicut prius illa solebat, cum bono & salutari regimine gubernaretur: ejus quidem sedis auctoritatem & honorem haec sancta synodus semper conservare curabit, ipsamque dignis honoribus per debitum sanctitatis cultum magis intendit amplificare & exaltare in futurum. Breviorque erit deinceps conciliorum generalium Juratio, dum illis debita praestabitur obedientia, & temporibus statutis omnes diligenter confluent, expedituri celerius quae pro salute Christianae religionis agenda videbuntur. Concilia provincialia & synodalia frequentabuntur; sacri canones pacifice observabuntur: sic erit pax & tranquillitas ecclesiarum, sanctitas morum, utilitas regnorum & provinciarum. Sic efficaciter desiderium principum vestrorum complebitur, praecleari oratores, qui pacem & salutem ecclesiae desiderant. Per ea vero quae in Moguntia concepisti, licet bona intentione vos fecisse sperandum sit, non assequerentur principes ipsi bonum verae pacis quod optant, ut ex superioribus factis liquere potest. Nos autem, favente domino, per viam salutarem & rectum ordinem a Christo datum, pacem ipsam prosequemur: & quantum sine Dei offensa poterimus, curabimus semper religiosissimis vestris principibus complacere, qui etiam (ut credendum est) divinae ordinationi obsequi volent: neque aliud agent, nisi quod cum Deo poterunt, quod juri divino consonum erit: & cum fideliter credant quod de jure divino tenentur obedire concilio, in his in quibus habet potestatem immediate a Christo, non subtrahent ab eodem concilio debitum obedientiam suae propter exercitium justitiae. Dum autem ipsi unanimiter in ipsa obedientia, quam debent sanctae synodo, & ipsi Christo, qui ei potestatem dedit, perseveraverint, amplectendo concorditer justitiam & veritatem, ipsi animas suas salvabunt, ipsi auctoritatem conciliorum sibi & toti orbi necessariam servabunt illibatam, salutemque & pacem bonam in Christiana religione vigere facient. Si autem obedientiam debitam subtraherent concilio per aliquam neutralitatem, aut alias quovis modo, plura mala contingerent in adversum, quae vos praecleari oratores ipsis orthodoxis principibus diligenter ac fideliter remonstrare habetis, quantum vos diligentiam eorum salutem & totius ecclesiae. Et non dubitamus, quod, cum erunt debite infor-

Concil. General. Tom. XXIX.

Amari, debitum suum erga Deum & ecclesiam semper facient. Et intellectus rationibus ac motibus hujus sanctae synodi, devotiones eorum apertissime conspicient, intentionem ipsius dirigi, sicut beatis pacificis convenit, ad quaerendas vias verae pacis, tranquillitatis & salutis ecclesiae ac totius orbis nunc & in futurum. Quod autem ad factum Graecorum attinet, scitis quanto desiderio unione eorum semper optaverimus & optemus, quantoque labores & sumptus in ejus rei prosecutionem impenderimus, & qualia nobis impedimenta obiecta sint, dudum quoque loca convenientia, videlicet Basileam, Avinionem, & Sabaudiam, pro ipsa tractanda unione, nominavimus. & adhuc, ut omnes conspiciant nostram perseverantem intentionem ad hujus unionis prosecutionem, si imperator Romanorum & patriarcha Constantinopolitanus, qui pro tempore fuerint, & ceteri ecclesiam orientalem representantes, cessante omni dolo & fraude, in aliquem locum securum, quem haec sancta synodus eligeret, advenire voluerint, haec sancta synodus illum eligere & in ipsum se transferre non recusabit: talemque locum eligeret, postquam intentionem Graecorum ipsorum plene cognoverit, de quo ipsi vestri principes & totus orbis merito debent contentari. Interim vero curabit eadem sancta synodus quaerere diligenter quae ecclesiae Dei profunt: & ita res ipsius nostrae catholicae ecclesiae disponere, ut salutifera gubernatione regantur, per quam Deus propitiatur populo suo, & placata ira ejus, quam peccata regnantia concitarunt, unionem ipsorum Graecorum & bonam pacem omnium Christianorum reflorescere videamus in terris: ad laudem & gloriam Spiritus paracliti, qui est Deus benedictus in saecula saeculorum. Amen.

Datum Basileae in congregatione nostra generali, Idibus Junii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo nono

XIV

Sententia synodalis in congregatione generali declarans sequentes curiam papa Eugenii panas contentas in decretis synodalibus incidisse.

Sacrosancta generalis, &c. ad futuram rei memoriam.

Quoniam dudum in decreto nostro octavae sessionis, quod dominus Eugenius papa IV. in sua solemniter adhaesione approbasse dignoscitur, inter cetera decrevimus, quod si aliqua persona ecclesiastica, etiam si sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, aut alia quaecumque, cujusvis status, gradus aut conditionis existat, Bononiam, vel ad aliquem alium locum, sub nomine generalis concilii, isto durante, praesumeret accedere, vel ibi manere, sententiam excommunicationis & privationis omnium dignitatum, beneficiorum & officiorum, ac inhabilitationis ad ipsa, incurreret ipso facto: & de dignitatibus, beneficiis & officiis talium, per eos ad quos de jure spectat, etiam si cathedrales, aut metropolitanae ecclesiae forent, libere disponatur. Et consequenter in alio decreto nostro vigesima sessionis, praecipit haec sancta synodus sub

Eugenius non sine ratione postea concilium alio transferre voluit.

ANNO
CHRISTI
1439.

eisdem poenis & censuris, quas contrafacien-
A ecclesie universalis manifestam laesionem, &
Romanae ecclesie cardinalibus, patriarchis,
archiepiscopis, episcopis, & aliis quibuscum-
que in curia dicti Eugenii pape IV. exulenti-
bus, eo casu quo ipse dominus Eugenius in
civitate Ferrariensi, sicuti preparare videba-
tur, vel alibi concilium isto durante erigere
incepisset vel inciperet in futurum, ab eju-
dem curia recedere, & qui synodis generali-
bus de jure vel consuetudine interesse tene-
bantur, ad hoc sacrum concilium Basileense,
ceteri vero ad loca beneficiorum, vel alibi
extra curiam ipsam se transferrent, deinde ve-
ra illo conventiculo Ferrariae erecto, & de-
clarata suspensione praefati Eugenii ab admini-
stratione papatus, in virtute sanctae obedi-
entiae, & sub poena privationis, quam ipso fa-
cto suo similiter incurrerent omnium suorum
beneficiorum, dignitatum, officiorum, com-
mandarum, pensionum, & gratiarum quarum-
cumque, etiam expectatarum, per decre-
tum nostrum trigesimae primae sessioni mandavit
eadem sancta synodus omnibus & singulis ec-
clesiasticis personis, ut supra qualificatus, et-
iam apostolicae sedis & curiae Romanae officia-
libus, quatenus infra quadraginta dies extunc
immediate secuturos post diem date ejusdem
nostrae sessionis, ab illa curia, quam dictus
Eugenius de facto tenebat & tenet, recede-
rent, & ad hoc sacrum concilium vel alia
loca, prout in praedicta trigesimae primae ses-
sione fuerunt admoniti, accederent. Deinceps
quoque per aliud decretum nostrum 32. ses-
sionis, omnes & singulos in eodem conven-
ticulo Ferrariensi aut dicta praetensa Eugenii
curia existentes, ac etiam eodem conventicu-
lo memoratis decretis nostris comprehensos,
qui eorundem decretorum monitionibus non
paruissent, citavit, ut trigesima die exnunc
immediate sequente in congregatione nostra
generali, si protunc eam celebrari continge-
ret, alioquin in proxima sequenti comparerent
coram eadem sancta synodo, visuri se in po-
enas praedictas incidisse declarari, aut justas
causas, si quas habeant, allegaturi. Quod qui-
dem termino adveniente, quamquam nonnul-
li per se, alii vero per procuratores, coram
nobis aut deputatis nostris comparuerint, licet
tamen ipsis peremptorie & una vice pro
omnibus duxisset ipsa sancta synodus assignan-
dum, & assignasset, decernens nihilo minus
contra non parentes ipsos procedendum & de-
clarandum, prout juris & rationis esset, so-
la nihilo minus pro observatione hujusmodi
termini contumacia non satisfacientium accu-
sata, ipsisque contumacibus reputatis, nonnul-
los praesentes patres deputavimus ad audien-
dum & examinandum quaecumque causas & E.
excusationes pro parte praedictorum citatorum,
qui se repraesentabant, si quas adduci & al-
legari contingeret: & in longanimitate manue-
tudo patienter expectavimus, ut vinceremus
in bono malum, & illi veritatem agnoscerent,
seque converterent in via salutis. Ne vero
hujusmodi vulnere gravissimo, tanquam vetu-
sto aut neglecto, callus obducatur, & eo in-
ferabile quo insensibile fiat, seque facilitate
pestiferae veniae praedictorum non parentium
indurentur corda, & peramplius firmetur pe-
riculosissimum hujusmodi schisma, in concul-
cationem fidei nostrae catholicae, auctoritatis

everfionem totius ecclesiasticae disciplinae, nec
non fomentum abusuum & perditionem ani-
marum, declarat praefata sancta synodus om-
nes & singulas personas ecclesiasticas, de qui-
bus supra sit mentio, cujusvis status gradus, aut
conditionis existant, quae Ferrariam sub no-
mine generalis concilii accedere, vel ibi ma-
nere praesumpserunt, aut illuc vel ad aliquem
alium locum simili praetextu, isto durante,
praesumpserint in futurum, & quae post di-
ctorum decretorum nostrorum promulgatio-
nem, infra terminos successive sibi (ut pra-
mittitur) assignatos, a dicta praetensa curia
praefati Eugenii non recefferint, nec ad hoc
B sacrum concilium vel alia loca, prout eis
praecipiebat haec sancta synodus, se transfule-
runt, quaeque citatas, & praedictorum decre-
torum nostrorum monitionibus non parentes,
contumaces reputavimus, ut praesertim, & pro
quibus cause justae & rationabiles non exti-
terunt legitime coram deputatis nostris alle-
gate, in poenas praedictas incidisse, & si for-
san contrafecerint, incidere, ita ut de digni-
tatis, beneficiis & officiis eorundem, per
eos ad quos de jure spectat, etiam si metro-
politane aut aliae cathedrales ecclesiae fuerint,
possit de cetero libere disponi, ipsisque &
eorum quemlibet ut tales denuntiat, ac ha-
beri, teneri & denuntari, nec non ab uni-
C versis Christi fidelibus evitari vult & mandat:
quorum omnium nomina & cognomina ha-
bet & haberi vult pro sufficienter expressis.
Decernit autem haec sancta synodus affixio-
nem praesentium in valvis ecclesiae majoris Ba-
sileensis vim habere legitime denuntiationis,
& perinde ad evitacionem & alia praemissa
arctari, & arctatos intelligi uniuersos, ac si
eadem praesentes ad personas singulorum exe-
cutae & particulariter intimatae fuissent. Pol-
licetur tamen sacra synodus, quae solite man-
suetudinis sanctae matris ecclesiae quam reprae-
sentat oblivisci nunquam potest, indemnitati
status illorum ex praedictis, qui infra quadra-
ginta dies a datis praesentium immediate com-
putandos praedictum conventiculum abjurave-
rint, & ad hoc sacrum concilium se sine frau-
de contulerint, gratiose consulere, & benig-
ne providere; decernens exnunc, quod de
dignitatibus, beneficiis & officiis talium inter-
rim non debeat per quempiam disponi.

Datum in generali congregatione nostra in
ecclesia majori Basileensi publice celebrata,
sexto Idus Augusti, anno a nativitate domi-
ni millesimo quadringentesimo trigesimo nono.

XV.

*Responso synodali ad invectivam Gabrielis quon-
dam pape Eugenii, publicatam in quadam
diffensione conventiculi Florentini.*

Aliter tracta
de Eugenio &
Florentino
concilio eccle-
siae.

Sacrofancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Beatus Hieronymus, cum lumen veritatis
salubri doctrina diffunderet, cogebatur fre-
quenter adversantium maledictis respondere:
& dum studeret depravata corrigere, errores
auferre, reprobabatur a malignis, qui adver-
sum se (ut inquit) ore rabido deserviebant,
sicut ipse in pluribus prologis suis in divinis
scripturae libros ostendit. Sic haec sancta sy-
no-

Et tamen re-
vera Ferraria
erat legitima
synodus, cui
Basileensis
poenis obtem-
perare debebat.

ANNO CHRISTI 1418.

ANNO CHRISTI 1418.

nodus defendendo veritatem catholicæ fidei & auctoritate sanctæ matris ecclesiæ, & generalium conciliorum, adversus impugnatio- nes Gabrielis olim dicti Eugenii papæ IV. & prosequendo constanter reformationem ecclesiæ in capite & in membris pro honore Dei & animarum salute, varias injurias, persecutio- nes, maledicta, opprobria sustinet ab ipso im- pugnatore veritatis: qui postquam longo tem- pore ipsorum conciliorum auctoritatem operibus, verbis & scriptis persecutus est, tandem in profundum malorum deductus, quod do- lentissime dicimus, ad hoc devenit, ut in quadam horrenda invektiva per eum post de- positionem ejus Florentiæ promulgata, defen- sores præfate auctoritatis & veritatis in cele- berrimo Constantiensi concilio declaratis, ac etiam aliarum veritatum ex ea necessario de- pendentium, vocaverit hæreticos, cum igno- rare non posset universam ecclesiæ catholi- cam, omnes prælatos orbis, omnes reges & principes orthodoxos, qui tam in præfato con- cilio Constantiensi quam in hoc Basileensi per se aut suos adfuerunt, in eadem via verita- tis, quam ille reprobat, resedisse. Sed per- missum credimus a domino, quod hoc face- ret Gabriel ipse, ut se coram omnibus mani- festaret hæreticum, qui universam conatur ec- clesiæ hæreticare: & intelligerent cuncti, quam necessarium fuerit talem hominem a pa- patu deponere, priusquam hæc sancta syno- dus dissolveretur, ne mundum insiceret erro- ribus, & post ejusdem synodi dissolutionem ubique catholicos persequeretur, qui auctori- tatem conciliorum defenderent. Cujus rei futu- ræ magna dudum præsumptio habita est, postquam in factis suis præfatus Gabriel ita passim contemnere videbatur decreta synoda- lia. Postquam insuper jam ante tres annos in hoc concilio auditum erat quod aliud concilium heret, ubi hæreticarentur decreta concilii Constantiensis & hujus Basileensis, ob quam causam maxime restitit hæc sancta synodus, ne Gabriel in alio loco pro sua voluntate con- ciliū erigeret, sicut ipse tam sub umbra Græ- corum quam aliis modis laboravit erigere. Et tandem cum hoc legitime facere non posset, nec obtinere consensum ecclesiæ, divina pro- videntia repugnantis malo jam præmeditato, ipse in schismate & divisione aliam congrega- tionem sub nomine generalis concilii primo Ferrariæ, deinde Florentiæ erexit: in qua tunc per præfatum invektivam suos errores, suum- que obduratum animum in persecutionem ec- clesiæ patefecit. Quomodo autem veritates ipsas fidei impugnet, audiamus & deinde ad cetera omnia respondeamus, ut omnes Christi fidelis in hoc turbulento tempore lumen as- piciant veritatis, per quod in portum salutis perducantur. Enervare quidem conatur veri- tatem in Constantiensi concilio declaratam, edicens eam declarationem ab una tantum obedi- entia Joannis XXIII. fuisse factam. Sed nun- quid negare vult, pro eo tempore verum fuisse conciliū, & declarationes in eo factas validas esse? Quid autem contradicere vult de obedientiis aliis? reclamavitne aliqua con- tra hujus veritatis declarationem? Numquid omnes unanimiter & depositionem Joannis lau- daverunt, & in privationem Benedicti ab om- ni jure, si quod habebat in papatu, con- senserunt: quæ vigore auctoritatis synodalis

declaratae per præfatum veritatem facta sunt? Numquid non omnes ad electionem felicitis re- cordationis Martini papæ V. processerunt ea- dem synodali auctoritate? Qui quidem Marti- nus deinceps, approbante concilio, definivit errorem esse, si quis diceret non esse de ne- cessitate salutis credere Romanam ecclesiæ esse supremam inter ecclesiæ si per Romanam ecclesiæ intelligatur universalis ecclesiæ, aut conciliū generale. Item ordinavit, eodem approbante concilio, ut quilibet de hæresi Wi- clesitarum suspectus interrogaretur, an cre- dat, teneat, & asserat, quod quodlibet con- ciliū generale, & etiam Constantiense, cat- holicam ecclesiæ representet. Item, utrum credat quod quicquid ipsum conciliū Con- stantiense dissolvit & approbavit in favorem fidei & salutem animarum, quod hoc sit ab omnibus fidelibus tenendum & approbandum: cum tamen non ignoraret prædictam declara- tionem in eodem concilio factam esse. Dein- de vero hoc in Basileensi concilio eadem de- claratio innovata fuit in publica sessione, ubi de nulla obedientiarum differentia sermo erat: ubi etiam quamplures cardinales, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, ceterique prælati & doctores insignes in multitudine copiosa præ- sentes erant, & legatus apostolicus præfiden- tiam exercebat. Ut quid ergo nunc allegatur quod hæc declaratio ab una tantum obedi- entia in concilio Constantiensi facta fuit? Sed au- diamus quomodo in probatione veritatum de- claratarum conatur Gabriel mundum involvere. Dicit ens se reprobare ad sensum Basileen- sem, quem, inquit, factis demonstrant: & non aperit quis ille sensus sit, nec etiam in quo sensu approbare velit ipsas: & super hoc pro voluntate sua, postquam per hæresim pro- batam & lucide manifestam judicialiter post maturam examinationem depositus est, nos appellat hæreticos, qui doctrinam ecclesiæ patefecimus, & veritates clarissimas sine ruga, sine duplicitate, sine quacumque involu- tione verborum, decreto synodali aperuimus ad edificationem populi Christiani. Nam & verba veritatum ipsarum plana & aperta sunt nec oportet nunc has involu- tiones querere ad deceptionem simplicium, ut dicat se reprobare veritates ad aliquem sensum, quem nequaquam explicat. Sic enim dudum oratoribus suis super hac materia responsum fuit in ea responsione quæ incipit, Cogitanti quod decreta Constantiensis synodi authentica sunt, & ita clara & intelligibilia, ut nulla egeant declaratione. Non querit profecto veritas fidei tales angulos, non tales involu- tiones affectat: sed quem sensum habuit, quem factis monstravit in his veritatibus Constantiense conciliū, cum Joannem propter simoniam & alia crimina ab administratione papali sus- pendit atque deposuit, & Benedictum (ut præmissum est) a jure, si quod sibi compe- tebat, privavit: quem sensum habuit concilium Constantiense, cum in capitulo, Fre- quens, statuit, ut dum plures essent conten- dentes de papatu, quilibet ad conciliū ve- nire teneretur sub pœna cadendi a jure papa- tus, si quod haberet: quodque uterque con- tendentium esset suspensus ab administratione papali, donec causa eorum esset definita per conciliū. Revocare autem nunc in dubium ipsa decreta concilii Constantiensis quid aliud esset,

Com. non est indubitate præfata, nisi sit hæreticus, qualis non fuit Eugenius: a concilio nec iudicari nec deponi potest.

Imo reclama- vit in 1409 Joannes XIII. & multi ejus obediunt, & de- clarat, ut ait Benedictus o- mnibus Co- stantiensibus.

ANNO CHRISTI 1449. Sic Interim Eugenium in ultimo elatione non erant scriptura, sed ipse Eugenium eligendo scriptura fecerunt.

ANNO CHRISTI 1449.

effect, quam in dubitationem veritate depositionem predictorum, electionem predicti papae Martini, & consequenter ipsius olim Eugenii, creationesque cardinalium, promotiones patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum & aliorum, ceteraque facta ecclesiae in horrendam confusionem deducere? Quem sensum praeterea in his habuerunt patres in hac sancta synodo constituti, legatus apostolicus, & alii sanctae Romanae ecclesiae cardinales, dum pariter cum universo concilio in undecima sessione huius sanctae synodi statuerunt decreto perpetuo, quod si unquam pontifex in futurum dissolveret concilium generale sine eius consensu, nisi resisteret infra quatuor menses: poenam suspensionis ab administratione papali ipso facto incurreret & deinde ad depositionem eius procederetur, si illam per duos menses sustineret animo indurato. Quem sensum etiam habuerunt, dum dixerunt in duodecima sessione hanc esse veritatem iuris divini & humani, quod papa concilium sine consensu eius dissolvere nequiverat, & ipsum admonerunt ut dissolutionem per eum attentatam evocaret infra sexaginta dies. Alioquin suspensionem auctoritate synodali decernebant esse faciendam, qui & in responsione synodali, quae incipit, Speravit, dixerunt de praedicta dissolutione, quam dicitur Gabriel, tunc Eugenius, sustinere volebat: Malumus mori, quam tantum errori per ignaviam cedere. Hic acutus fidem concernit, qui sine interitu salutis negligi non potest. Si dominus Eugenius, ecclesiam audire non vult, quam hoc sacrum concilium repraesentat, oportebit eum tandem haereticum sicut ethnicum & publicanum. Hae ibidem dicta sunt. Non profecto alium sensum nunc habere voluit nec vult in his veritatibus sancta synodus, nisi quem ipsa tunc habuit cum illi adessent. An dicit eos qui in concilio Constantiensis erant fuisse haereticos cum quibus ipse Gabriel se univit & coniunxit? An dicit legatum suum, cardinales, & alios, qui in hoc Basileensi concilio praedicta egerunt, fuisse haereticos? Sed quid de ipso dicitur qui eis adhaesit, & post monitionem synodalem confessus est dissolutionem illam quam fecerat, & multo tempore defensaverat, nullam fuisse: immo ea non obstante concilium legitime fuisse continuatum; revocans etiam literas, incipientes, Deus novit, & alias quascumque, & quidquid per ipsum aut suo nomine in praerudicium aut derogationem huius sacri concilii Basileensis seu contra eius auctoritatem factum & attentatum seu assertum erat? Recognovitque errorem suum quem in dissolvendo concilium sine consensu eius habuerat, fueruntque super hoc lectae literae eius solemniter in sessione publica, praesentibus inclite memoriae Sigismundo imperatore & praefatis cardinalibus, oratoribus regis Franciae, & aliorum quamplurimum principum, praetatis & aliis egregiis viris in multitudine copiosa. An dicit quod tota ecclesia cum eo in errore fuit, dum pariter omnes huic suae revocationi assenserunt? Quomodo audet nunc vocare existentes in hac sancta synodo haereticos, qui in eadem veritate, in eadem doctrina ecclesiae de auctoritate conciliorum generalium fideliter & constanter perseverant? Ipse qui in errorem semel revoca-

tum atque dimissum multo gravius per praesentem translationem in Ferrariam reincidit, ac deinceps adversus doctrinam ecclesiae & veritates fidei declaratas, quibus tunc resistere non potuit, magis se per induratum pertinaciam & haereticum obfirmavit. Qualiter autem hac doctrina ecclesiae de auctoritate conciliorum fundata sit, & in sacris scripturis, & in doctrinis sanctorum, saepenumero fuit dilucide declaratum & in responsione synodali quae incipit, Cogitanti, & in aliis multis scripturis, orationibus & sermonibus, quibus neque ipse Gabriel, neque sui, tam in hoc concilio quam in conspectu regum & principum, resistere potuerunt. Intellexeruntque Christiani, quanta esset ecclesiae ruina, si spreto concilio generalibus, abiectis sacris canonibus & debitis regulis, unus homo peccator posset de omnibus rebus ipsius ecclesiae pro libito suae voluntatis agere: & dum congregatum esset concilium pro reformatione eius & aliorum, posset illud in quemcumque locum vellet, ac in regionem quamcumque transferre sine eius consensu. Manifeste quoque constat, quantum illud falsum sit quod confingit ipse Gabriel, nos per declarationem veritatum praedictarum voluisse principes devotos sedis apostolicae iudicare haereticos. Notum est enim quomodo principes orbis has veritates semper tenuerint & difenserint, qui oratore suos in hoc concilio tenuerunt, & ipsam veritatem ex legitimum concilium reputaverunt illis senonibus quibus idem Gabriel ipsum dissolutum esse a urmabat. Sed & quomodo in hac sancta synodo perseverantes, schismaticos appellant ac et, qui in unitate qua a principio fuerant sine variatione permanerunt, dum ipse manifeste se ab eadem unitate separavit, & schisma perniciosissimum perpetravit, erigens aliam congregationem sub nomine generalis concilii, primo apud Ferrariam, deinde apud Florentiam, adversus hanc sanctam synodum, & altare sacrylegum contra altare legitimum, unde universum orbem in turbationem adduxit, & maledictionem in Core, Dathan & Abiron divinitus latam, atque poenas contra schismaticos a iure inditas promeruit, iuxta declarationem iam a septem annis factam in octava sessione huius sanctae synodi, qua dicitur: Quicumque, hoc sacro durante concilio, aliam congregationem sub nomine generalis concilii erigere aut facere presumpserit, non catholicis ecclesiae concilium, sed schismaticorum conventiculum facere convincitur. Idcirco hac sancta synodus omnes Christi fideles, cuiuscumque status aut dignitatis, etiam papalis, imperialis aut regalis existant, sub obtestatione divini iudicii, quod in Core, Dathan & Abiron auctoribus schismaticis scriptura sacra commemorat, admonet & hortatur, & in virtute sanctae obedientiae, & poenis contra schismaticos a iure indictis, districte praecipit atque mandat, ne, hoc sacro durante concilio, aliam congregationem sub nomine generalis concilii, quod revera non esset concilium, facere aut congregare, nec ad ipsum tamquam ad generale concilium, etiam pretextu cuiusvis promissionis aut iuramenti, accedere, aut interesse, vel recurrere quoquo modo, neque pro concilio generali habere, reputare, aut etiam nominare presumat. Hae in praefata sessione habentur

Sed in hoc concilio non erat scriptura, sed ipse Eugenium eligendo scriptura fecerunt.

Sed in hoc concilio non erat scriptura, sed ipse Eugenium eligendo scriptura fecerunt.

forte in qua

Abba

ANNO CHRISTI 1439

ANNO CHRISTI 1439

Non. 16

7. 3.

Albert de Eugenio Episcopo Romano

1. 1. 1. 1.

Ex quibus clarissime patet, quomodo male dictio illa schismaticorum super ipsum Gabrielem revertitur, quam in nos per pensatam investivam adducere conabatur: ita ut proprie de tabernaculo suo omnes admoneat recedere illa Moyses servi Dei locutio, qui dicit: *Recedite a tabernaculis hominum impiorum.* Et dum cum schismate hæresim adjunxit, in qua post plures correptiones & admonitiones obdurato magis semper animo perdurat, recte admonetur unusquisque Christianus ipsum evitare, per illam apostoli Pauli subvertendam doctrinam, qua dicit ad Titum: *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devota, sciens quæ subversus est qui existimandi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus.* Certissime enim se proprio iudicio condemnavit per illam investivam, dum obdurationem animi sui in schismate & hæresi adversus doctrinam ecclesie & veritates fidei declaratas offendit, ut jam omnes Christiani intelligant talem veritatis, justitie, fidei & ecclesie persecutorem nullatenus posse tolerari, sed in eo proprie verificari sententiam Cypriani in epistola ad Antonium, qua dicit de Novatiano contendente super episcopatu urbis Romæ: *Episcopatum tenere non posset, estiamis, ius episcopus factus, a coepiscoporum suorum corpore & ab ecclesie unitate discederet.* Et infra: *Qui ergo nec unitatem Spiritus nec conjunctionem pacis observat, & se ab ecclesie vinculo atque a sacerdotum collegio separat, episcopi nec potestatem potest habere nec honorem, qui episcopatus nec unitatem voluit habere nec pacem.* Quæ sententia ita clare verificatur in Gabriele, ut citius dici non possit, dum manifeste & per erectionem conventiculorum contra generale concilium, & per impugnationem auctoritatis conciliorum in scriptis, verbis & scriptis, quam coepiscopi sui & universum collegium sacerdotum tam in concilio Constantiensi, quam in isto Basileensi tenuerunt, & dispersa per orbem proficitur ecclesie, se a coepiscoporum corpore, ab unitate ecclesie separavit, & totum orbem in turbatione ac divisione posuit. Sic itaque dum depositionem suam enervare querit, magis eam approbat & confirmat: dumque alios hæreticos & schismaticos voluntarie appellat, quantum iuste pro schismate & hæresi depositus fuerit ipse demonstrat. De simonia autem, perjurio, dilapidatione, violatione assidua & contemptu canonum ac decretorum synodaliū, scandalizatione ecclesie, & nota incorrigibilitate, pro quibus pariter depositus est, nullam in prædicta investiva expurgationem adduxit, sed penitus obviavit. Verum, sicut rei & incorrigibiles facere solent in iudicem suum, convicia & contumelias in hanc sanctam synodum exaggerat, & relationem criminum agere conatur, dum suis ipsius justificationem proferre non potest. Dicit hanc sanctam synodum fuisse versam in tyrannidem, in qua semper omnibus summa libertas patuit, & hodie patet. Dicit plura supposita huius sancte synodi, antequam ad eius dissolutionem procederet, fuisse diversis sceleribus irrita, de quibus nullam unquam probationem iudicalem coram hac sancta synodo protulit, sed omnes qui se a corpore ecclesie separant ita se solent dicere iustos, & ceteros peccatores; atque in ipsa ecclesia multa atque in-

numera mala fieri: & non advertunt quot in eadem bona sunt, & quot sunt in ea meliores ipsi. Hi (ut inquit Augustinus) sunt falsi iustificatores, & veri peccatores. Et alio loco ipse ait: *Hæc consilia separationis inania sunt, pernicioſa, sacrilega, impia & superba: & longe graviore sunt trabes schismatis quas in oculis tales gerunt, quam peccata mentium in unitate ecclesie; que ipsi schismati comparata sicut festuca in oculis fratrum reputantur.* Peccata quidem si in aliis erant, illa eis, & forsitan aliis paucis, nocebant, peccatum autem Gabrielis & eius incorrigibilitas mundo nocuit universo. Unde nullam causam habuit se separandi Gabriel ab hoc sacro concilio, neque a tot episcopis, oratoribus principum, doctoribus, & ceteris bonis viris, qui pro majori parte concilii duplo unanimis erant in his que per ipsum sacrum concilium decernebantur. Nec debuit aliam congregationem erigere in conturbationem universi orbis adversus synodalem sententiam. Licet monopolia, conjurationes, conspirationes prout factas fuisse. Quomodo autem vocare prout conspirationes & conjurationes illa que palam a duabus partibus concilii & amplius facta sunt in deputationibus, congregationibus generalibus, & sessionibus publicis? Illa autem, que per factionem paucorum acta sunt, pre erigendo concilium contra istud legitimum concilium, qui inter se conclusiones suas conspirabant, qui illam divisionem confecerunt, ex quibus nunc totus orbis tanta patitur discrimina, reputat esse iuxta, appellans malum bonum, & bonum malum. Sed & ea non commemorat, que per aliquos ex suis facta sunt pro pervenendo ad erectionem illius conventiculi contra hoc concilium, in falsificatione literarum sub nomine huius sancte synodi, in captione & cruciatu Joannis Heraldii principis Pedemontium, quem nostri oratores ad Græciam præmisserunt, & in persecutione venerabilis Joannis de Raguso, nunc episcopi Argentinensis; ad Constantinopolim. Imputat autem superbiam manentibus in synodo, pro eo quod maxima necessitate compulsi, pro honore Dei & animarum salute veritatem, justitiam, fidem & ecclesiam sustinent, quos ipse per superbiam ejus semper ascendentes ita dire oppugnat: & filios appellat degeneres, qui sanctam matrem ecclesiam fideliter defenderunt, quam ille perditioni suo inutili & damnoſo regimine exponere molebatur. Dicit se pati persecutionem a vocatis Christianis, qui veros Christianos præde & gravissimis persecutionibus exposuit, dum fidelissime hoc concilium & ipsius atque aliorum conciliorum auctoritatem defenderunt, que ipse destruere volebat. Commemoratur insuper idolum abominationis nos velle erigere in templo Dei, cum potius omnium intentio huius sancte synodi fuerit ad illa idola abjicienda ex ipso templo, de quibus apostolus loquitur, dicens quod sarranis est idolorum servitus: & que abominatus est dominus, cum, facto flagello de funiculis, eiecit vendentes & ementes de templo. Nam ad hoc tendunt huius sancte synodi decreta & labor summus, ut simonia repellatur a templo domini, siantque omnia in collationibus dignitatum & beneficiorum, ac etiam ceteris rebus, prout lex divina & sanctorum patrum

colleg.

1. 1. 1.

ANNO
CHRISTII
1439
F. 7. m. 6.

ANNO
CHRISTII
1439

trum decreta infirmitate, ad salutem anima-
rum, non ad exhaustum pecuniarum. Nam,
ut inquit apostolus, *radix omnium malorum cupi-
ditas*, quam quidam appetentes erraverant
a fide, & inferuerunt se doloribus multis. si-
cut in Gabriele nunc impleram esse conspicitur.
Et dicit nos reformationem abhoruisse,
qui omnibus laboribus semper enititur, om-
niaque pericula sustinemus, & vitam nostram
& bona exponimus, ut ipsa reformatio rea-
lem & effectivam fortitatur executionem: quae
hucusque impedimentum maximum ex eo ha-
bit, quod ille, qui primus in ecclesia cano-
nes exequi habebat, & se omnibus praebere
exemplum virtutis & sanctitatis, agebat in
contrarium. Jam non quaeritur idolum, sed
pastor bonus, qui virtute, prudentia & bo-
nitate se exhibeat formam gregis, pascatque
subditos verbo ac exemplo, utens potestate
a Christo concessa in edificationem ecclesiae,
non in destructionem: & ejiciatur idolum ip-
sum cum abominationibus suis, quod contra
justitiam & voluntatem domini sedere conatur.
Sed conqueritur deinde Gabriel citatorium con-
tra eam factum fuisse; quod in perturbatio-
nem facti Graecorum cedebat, ut dicit. Ve-
rum si bene attendat, non illud fuit ad per-
turbandum factum Graecorum, sed ad consu-
lendum & providendum salutem ecclesiae nostrae
catholicae, quam impio schismate vulnerabat
Gabriel ipse, qui post execrandam illam di-
visionem in hoc sacro concilio per suos exci-
tatae illicite & nefarie, sicut in pluribus de-
cretis & epistolis offendimus, omnino deter-
minaverat conventiculum erigere sub nomine
alterius concilii generalis contra hanc sanctam
synodum, in loco pro libito sua voluntatis
assumendo, & jam galeas contra galeas ejus-
dem sanctae synodi propter hanc causam mit-
tebat in Constantinopolim. Considerabantur
scandala, quae ex hoc schismate concilii praes-
tanti contra verum concilium imminabant, &
quae jam, prohi dolor, in oculis omnium con-
spiciuntur, sicut le citatus, per quem tantum
scandalum exoriebatur, qui & reformationis
ac legis domini, & decretorum hujus sanctae
synodi contemptor erat, imo jam persequen-
tur illos qui decreta ipsa servare volebant,
atque eandem synodum & gesta ejus per ere-
clorium illius praesentis concilii confundere co-
nabatur: ut priusquam illud grande scandalum
eveniret, priusquam electio illius conventiculi
contra concilium, illa horrenda divisio, quae
jam parturiebatur, actualiter formata esset,
provideretur ecclesiae, & ejus scissurae pericu-
losissime obviaretur. Quod si tunc factum es-
set, jam nunc non sentiret ecclesia dolores
acerrimos, quos per collisionem fratrum in
utero suo ipsa praesentis. Numquid non omnis
amator unitatis, omnis verus filius ecclesiae,
debebat totis viribus insistere, ne hoc vulnus
matri suae inferretur, sed in tempore provi-
deretur, quod maxime expetebat praesentis
citarium? Et nihilo minus sancta synodus
omnem suam possibilitatem pro Graecorum con-
ductione suspendebat, mittens oratores suos
& galeas in Constantinopolim, ut Graecos ad-
ducerent, obtulitque ipsi Graecis per suos o-
ratores complere omnia quae eis promissa fue-
rant, si advenire voluissent, nec in aliquo de-
fecit ipsa sancta synodus, sperans semper ip-
sis Graecis venire debere ad locum nomina-

Atam per eandem synodum, sicut cum eis con-
ventum erat. Nec dubium esse debet cuiquam
Christiano, quod si juvare voluisset Gabriel,
tunc dictas Eugenius, ut venissent, sicut ipse
restitit & impedivit, quod fuissent adducti.
Sed maluit ecclesiam acindere, quam in hoc
consentire, ut sub umbra illa reformationem
evitare posset, & facta ipsius ecclesiae in suam
tyrannidem redigere. Dum veto citatus est,
scidit extase ecclesiam, quantum in ipso fuit;
imo & contra determinationem catholicam fidei
concilium hoc Basileense, licet nulliter, tran-
stulit & tunc in Ferrariam, casu quo proce-
deretur contra ipsum aut aliquem oratorum
suorum praesidentium, qui in concilio fuerant;
quorum unus de crimine falsi erat accusatus,
de quo fuit postmodum iusto iudicio conde-
mnatus. Et jam dicit se hoc fecisse propter
Graecos, quod propter se & praesidentem suum
fecit. Nam & contentus erat, non obstantibus
omnibus, ut concilium Basileae permane-
ret usque ad adventum Graecorum, dummo-
do ab ulterioribus processibus contra ipsum &
praesentem suum superederetur. Adde-
re autem de venerabilibus sanctae Roma-
nae ecclesiae cardinalibus, contra quos tamen
nihil concilium agebat, nisi quod eos evoca-
re ad providendum ecclesiae in tanto pericu-
lo. Sed quid attinet ad factum Graecorum,
quod oporteret dissolvi hoc concilium, si pro-
cederetur contra unum de praesidentibus ipsius
Gabrielis, olim Eugenii, ut propter hoc sibi
liceret transferre concilium in Ferrariam, im-
pediendo ex hoc solo capite factum Bohemo-
rum, quod tunc actu in Basilea tractabatur
cum oratoribus regni Bohemiae, & mandan-
do ne illud ultra triginta dies ageretur in ca-
su praedicto, excommunicandoque, privando,
inhabilitando omnes qui postea in Basilea a-
ctus conciliares exercerent, tam in facto fidei
quam reformationis generalis, in quibus ipse
juxta veritatem fidei catholicae tenebatur obe-
dire concilio? Quis tam subtilis, quis tam
acutus, qui hoc factum ab errore, a schisma-
te excusare posset, dum propter evitandam
justam punitionem unius falsarii, etiam om-
nibus aliis cessantibus, ipse olim Eugenius
omnia haec scandala perpetrabat? Dicit autem
suspensionem ejus ab administratione papali
fuisse factam, cum instaret adventus Graeco-
rum. Notorium vero est quomodo post illam
adeo scandalosam dissolutionem & translatio-
nem in Ferrariam monitus fuit ut eam revo-
caret sub poena suspensionis post 4. menses,
nisi respiceret, incurrendis: quod dum face-
re noluit, per propriam contumaciam hujus-
modi suspensionem incurrit. Neque adventus
Graecorum, qui diu post ipsam suspensionem
in portum Venetiarum advenerunt, in hoc
aliquid causavit. Adjungit quod ad depositio-
nem ejus processum est, cum immineret eo-
rundem Graecorum redemptio. Sed scit totus
orbis, quod licet ad depositionem ejus pro-
cedere potuisset sancta synodus juxta decreta
ipsius postquam praesentis Gabriel suspensio-
nem ipsam sustinuerat post duos menses ani-
mo indurato, tamen maxima utens patientia
& mansuetudine, adhuc postea per quindecim
menses hanc depositionem distulit, donec gra-
vissimis periculis imminentibus hoc sacrum
concilium in periculo totalis dispersionis po-
situm erat, post depositionem autem ipsius
per

Sed quo jure
non potest ex
tato partem
ecclesiae.

ANNO
CHRISTI
1434
Non ante
septem
mensibus
Gregorius ab
errore revo-
cavit.

ANNO
CHRISTI
1434

per aliquot dies publicavit quod Græci unionem acceperant. Sed numquid ideo in suis criminibus prævalere debet adversus catholicam ecclesiam, & eam ac judicium eius iusta confundere, auctoritatem conciliorum generalium prostrare, quia dixit se reduxisse Græcos, & omnia mala facta sua sub hoc pallio cooperire laborat? Videant pro Deo Christiani quomodo in ea re processerit: jamdudum anno domini 1434. dum venissent ad hanc sanctam synodum ejus expensis oratores ipsorum Græcorum, cum quibus tractabatur, ut anno sequenti imperator Romanorum & patriarcha Constantinopolitanus eum ceteris ex oriente venientibus ad aliquem locum per hanc sanctam synodum nominandum, præfatus Gabriel misit Christophorum Garabonum ad Constantinopolim, ut ibidem fieret conventio Latinorum & Græcorum, & non venirent citra mare. Unde multa retardatio in facto unionis Græcorum, quam hæc sancta synodus prosequeretur, subsequuta fuit. Tandem ipse olim Eugenius consensum præbuit, ut eadem sancta synodus prosequeretur conventa cum præfatis oratoribus Græcorum per eum modum quo cum eisdem ipsa concluderat. Et nihilo minus, dum post consensum prædictum oratores nostros ad prædicta exequendum misissemus in Græciam, qui pecunias pro congregandis orientalibus dederunt, ipse Gabriel iterum misit præfatum Garabonum, qui in contrarium ipsorum oratorum nostrorum laborabat. Cum vero res conclusa fuit, ut Græci ipsi citra mare venirent ad locum nominandum per hanc sanctam synodum, Deus novit quantis artibus Gabriel ipse impedivit, & impediri fecit, tam in Avinione quam alibi, ne hæc sancta synodus haberet pecunias pro conductione Græcorum: quantis modis laboravit, ut ipsos ad se traheret, ut sub umbra Græcorum sua compleret desideria: qui etiam suum saluum conductum pro eisdem Græcis conducendis huic sanctæ synodo requirenti dare recusavit, dum Sigismundus imperator Romanorum, & Albertus tunc dux Austriae, & nunc rex Romanorum, rex Francorum, atque alii reges, per quorum dominia venturi erant Græci præfati, nec non alii duces & principes, atque etiam Venetorum, Januensium, Florentinorum, ac Senensium communitates suos salvos conductus liberaliter concesserunt. Ea res quidem perpetua est deploranda sæculis: poterat fieri Græcorum unio cum bona pace, cum unione ecclesiae nostrae in vero universali concilio, ubi praelati orbis, ubi omnes principes catholici aut oratores eorum convenissent, ubi multo celerius, multo stabilius atque firmiter fuisset, favente domino, ipsa unio expleta. Maluit ipse Gabriel ecclesiam nostram catholicam scindere, factum ipsorum Græcorum perturbare, & eos ad conventiculum Ferrariense, ac deinde Florentinense perducere, ubi reges catholici videntes schisma ejus & illicitam erectionem altaris sacrilegi contra verum altare, videlicet hoc sacrum universalis ecclesiae concilium, abhorruerunt illuc suos mittere oratores. Si vero Græci ipsi aliquam professionem veritatis fecerint, in qua persistant, aut si quid boni in hoc facto reperit fuerit, rerum veritate comperta, gratias agemus divinæ pietati, quæ non sineret mala esse, nisi

Concil. General. Tom. XXIX.

potens esset ex illis elicere bona: & unionem ipsorum Græcorum semper optavimus, & optabimus. Sed non propter hoc mala ipsius Gabrielis sub hoc pallio cooperiri possunt. Quid enim sibi prodesset ceteros ad fidem convertere, si ipse in schismate & hæresi permanere vellet; si ceteros vellet unire, & se ab ecclesia catholica separare, qui etiam montes transferret, & caritatem non haberet erga ipsam catholicam ecclesiam, sicut nec habere potest, quamdiu schisma & hæresis obdurato animo retinet, nihil sibi prodest. Et licet laboret ut sub hoc colore Græcorum fideles Christiani suum conciliabulum Florentinum in schismate erectum approbent, eundemque Gabrielem depositum, privatum, condemnatum, & reprobatum, pro vero & summo pontifice venerentur, tamen Deus illis dedit intellectum ad discernendum bonum a malo, cognoscendum justitiam ac veritatem. Et frustra tale rete jacitur ante oculos penitatorum. Alii enim pontifices in veris conciliis generalibus, ut Innocentius III. in concilio Lateranensi, in quo duo patriarchae orientales personaliter adfuerunt, & Gregorius X. in concilio Lugdunensi, Græcos reduxerunt longe citra quingentos annos; imo etiam ipse Gregorius ibidem baptizari fecit oratores Tartarorum. Et nihilo minus si ecclesiam scandalizare voluissent illi pontifices, atque mala perpetrare quæ fecit olim ipse Eugenius, nequaquam hoc eis sub tali colore permisisset ecclesia. Deinde præfatus Gabriel comparat se beato Leoni, contra quem Dioscorus sententiam tulisse refertur in secunda Ephesina synodo, cui hanc sanctam synodum Basileensem assimilat. Longe certe est differentia inter Leonem sanctum & Gabrielem tot vitii & criminibus irretitum, atque etiam inter hanc sanctam legitimam synodum in plena libertate semper constitutam, & illam reprobam Ephesinam, in qua viri armati gladios tenentes in manibus compellunt homines ad diffiniendum quod placebat Dioscoro. Tandem ipse Gabriel depositionem damnat & reprobat, quod certe omnibus malis & perveris justè condemnatis accidere solet, ut semper sententiam in eos latam injustam esse reputent. Sed in causa propria non mirum si non recte judicat, qui in verbis injuriosis atque inflatis per totam suam invectivam reserpsit plene ostendit loqui se ex passione animi exacerbati, non ex judicio rationis, dum audet dicere demonia totius orbis in latrocinium Basileense confluisse videri: & alia horribilia verba, quæ nemo prudens, nemo justus, nemo diceret honestus. Sed dixerunt etiam Judæi Christo quod demonium habebat, & multoties ecclesia catholica a diversis hæreticis, ut Donatistis, Arianis, & aliis permultis, graves injurias audire solita est: qui, dum lepra hæresis infecti erant, alios omnes qui aliter ab eis sentiebant hæreticos reputabant, & ab ecclesia præcisos & schismaticos, sicut nunc Gabriel ab unitate ecclesie præcisus de his judicat qui in unitate permanserunt, qui doctrinam catholicam & apostolicam adhererunt, & constantissimis animis semper adhererunt, tam in concilio Constantiensi declaratae, quam dudum in hoc Basileensi, etiam pro eo tempore, sicut prædictum est, quo ipse Gabriel hoc sacrum concilium legitimum generale concilium esse recognovit, & quo legatus

Utremque
in veris non
quadrarent.

Græci redire
ad unionem,
& imperator
Friedericus III.
cum his
Germanis,
immo tota ecclesia
Latina
ad unionem
advenit.

ANNO
CHRISTI
1449

ANNO
CHRISTI
1449

stus eidem praesedit. Prospiciebatur etiam Anatur, ut devotioribus animis auxilium divi-
quanta desolatio ecclesiae sequeretur, si detra-
ceps concultatis conciliis generalibus, spretis
canonibus, abiectis determinationibus catho-
licae fidei, unus mortalis homo posset nego-
tia ecclesiae pro libito voluntatis agere. Quod
vero longam patientiam habuit sancta syno-
dus in tolerando Gabriele & facta ejus, ip-
se hoc impingere conatur, tamquam pro ha-
bendo papatum facta sit tam longa protractio,
cum e contrario manifestum sit, quod si hoc
quaesivisset sancta synodus, jamdudum ad dis-
positionem ejus processisset, attentis scandalis,
schismatibus, & malis fere innumeris quae per
ejus damnosum & inutile regimen accidebant.
Sed expectavit benigne haec sancta synodus o-
pus emendationem in multa patientia, & ip-
se per resistentias quas praestitit, per varia
impedimenta quae praebuit tam tempore pri-
mae praesentis dissolutionis, quam secunda,
quam alio medio tempore, fuit causa tam
diuturnae protractionis. Manifeste autem jam
omnes conspiciunt obduratam Gabrielis perti-
naciam per supradictam invektivam, & quo-
modo confundere conatur ecclesiam catholi-
cam veritatemque & justitiam, ut jam omnes
clarissime intelligere possint, quomodo sine ul-
teriori quacumque protelatione ipsum evitare,
ejusque venenatum consortium fugere, & quoe-
libet Christi fideles ab eodem efficaciter rece-
dere necesse sit, atque in doctrinae ecclesiae
catholicae permanere: dolere quidem omnes
debent, quod Gabriel ipse, qui benigne ab
assentiendo ecclesiae, & ambulando unanimi-
ter cum consensu in domo Dei, poterat fru-
ctus uberrimos in ecclesia efficere, & omni-
bus bonis spiritualibus & temporalibus abun-
dare, nunc superba separatione in tanta mala
se praecipitaverit, & ecclesiam ipsam tantis
perturbationibus afflixerit, ut concultata con-
ciliorum auctoritate ipsam suam voluntati sub-
jiceret. Jam vero ad talia verba ipsius Ga-
brielis, in quibus finis non inveniretur, ne-
quaquam ulterius attendere necesse est. Sed
orandus est Deus omnipotens, ut animam il-
lius humiliare dignetur, & non ipsum in da-
mnationem perpetuam corrumpere permittat;
dandaque est opera, sicut necessitas exposcit,
ut ecclesiae provideatur de bono & salutifero
regimine ad conservationem fidei, & salutem
Christianorum, in gloriam Dei omnipotentis,
qui est benedictus in saecula saeculorum.
Amen.

nam gratia imploretis. Et, quemadmodum
exhortatur apostolus, accipiat armaturam Dei,
ut possitis resistere in die malo; in omnibus su-
mentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela
hostis nequissimi ignem extinguere qui jam ve-
hementi tentatione fundamenta ecclesiae & re-
ligionis Christianae concutere quaerit, volens
conciliorum generalium auctoritatem evertere,
per quas fides orthodoxa, & omnis vitae at-
que actionis norma tradita est, & quorum vi-
gore eadem fides atque regula disciplinae Chri-
stianae sustentari habeat in terris, ut illis pro-
stratis, mala innumera super populum Chri-
stianum inducere possit. Sed ut eam rem lu-
cidius prospiciatis, & non permittatis vos ip-
sos miserabiliter deperire, ecclesiamque ma-
trem vestram tantis subijci ruinis, primum vos
considerare decet, quanta desolatio in foribus
est, quantaque periclitatio animarum imminet,
si nunc ruat & prostratur conciliorum aucto-
ritas. Deinde aperiemus quomodo ipsi gravif-
sime ruit, si illi favor & obedientia praesta-
tur, qui eandem conciliorum auctoritatem
suis, verbis & scriptis jam a multo tempore
conculcare non cessat. Postmodum obje-
ctiones contra illius justissimam suspensionem
ab administratione papali, & subsequentem
depositionem, nullius esse momenti clarissime
ostendemus: ut veritate plene composita quis-
que Christianus intelligat quid sibi agendum
est de necessitate salutis. Advertite in primis,
o Christicolae, & ante oculos vestros ponite
miserandum & sibiilem statum Christianae re-
ligionis, si eo redacta fuerit, ut quisque in
summo pontificio positus jam assecratus sit
quod nullam correctionem a conciliis genera-
libus deinceps habeat pertimescere, quantu-
cumque ecclesiam scandallaret, & ejus statum
perturbet ac decoloret: ita ut si omnes digni-
tates ecclesiasticas & beneficia venderet, si
praelatos quosque invitos transferret, & expel-
leret injuste pro libito voluntatis, etiam no-
torie ac injuste reges & principes deiceret,
moribus perniciosos animas hominum passim
perimere laboraret, crudelitates perpetraret
horrendas, legem Dei confunderet, quaeque
salubria instituta everteret, temporaria ecclie-
siae Romanae & ceterarum particularium ecclie-
siarum dissiparet atque alienaret, aliaque
innumera flagitia, scelera & crimina notoria
perpetraret, ac se incorrigibilem redderet,
omnis ecclesia in unum congregata nullatenus
illum a talibus coercere posset; quinimo libe-
rum esset ei quamlibet synodum eum reprimere
volentem illico transferre vel dissolvere,
persistentes in synodo contra voluntatem
ejus persequi, excommunicare, privare, in-
habilitare, contumelias ac injurias adferre, in-
vasiones corporales adversus eos excitare; ac
deinde quidquid synodus statueret, praecipere-
ret, diceret, ordinaret, penitus contemnere,
abdicere & reprobare. Conspicite pro Dei re-
verentia, qualis ex hac re daretur introitus
inimico humani generis ad subvertendum re-
ligionem Christianam, dum seducendo unum
hominem posset Christianitatem in desolatio-
nem maximam deicere, mores pervertere, ca-
nones & regulas quasque dissipare ecclesia-
sticas, regna & provincias conturbare, ac bo-
nis spiritualibus & temporalibus spoliare, vi-
tiorumque immanitatem inducere. Aperite o-

Datum Basileae in congregatione nostra ge-
nerali, Nonis Octobris, anno a nativitate do-
mini millesimo quadringentesimo quadrageti-
monono.

XVI.

Epistola synodalis ad universos Christi fideles, de E
obediendo concilio generalibus, & cavendo
ipsis inobedientes.

Sacrosancta, &c. universis Christi fidelibus
omnipotentis Dei benedictionem.

Grande periculum ac desolationem inaudi-
tam, quae jam ecclesiae Dei & vobis ipsis im-
minet, o Christi fideles, attendite, & aniqui
hostis jacula conspiciate, quibus gregem domi-
nicum magno precio redemptum perimere co-

ANNO
CHRISTI
1449

Eadem ut
que ad nau-
fram non si-
ne magno
periculo to-
tius reperun-
tur: atque
utram cau-
tius erigant
Basileenses.

Semper illi
vicarium
Christi con-
tempniti vo-
cant, non
hominem,
cum Chri-
sto dicit:
Qui vos co-
dit, me co-
dit, &c.

ANNO
MELI
1446

ANNO
CHRISTI
1506
Hic Eugenius papa
fuit.

Sed tibi
concordia
est
quod est
Romanus
pontifex
suis
potestatem
habere
non
potest.

Concilium
generale
fuit
per Romanum
pontificem
constitutum
potestatem
habere
non potest
et ab eo
tamquam
confirmari
potest.

oculos, & videre qualis ex hoc daretur ingressus Antichristo: Sed & considerate quomodo ea res fidem catholicam confunderet atque violaret, quæ est primum fundamentum ecclesiastici ædificii, quo everto, omnia corruunt, sine qua fide impossibile est placere Deo, aut aliquam salutem consequi. Notum est enim, quomodo sacra Constantiensis synodus ad extirpationem errorum tanta pericula universæ ecclesiæ afferentium diffinivit & declaravit, innitendo sacris scripturis, & doctrinis antiquiorum conciliorum, atque sanctorum doctorum, quod concilium generale universalem ecclesiam representans potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cuiuscumque status & dignitatis, etiam papæ, obedi-
 re tenetur in his quæ pertinent ad fidem, ad extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiæ in capite & in membris; quodque si quis status & mandatis cuiuscumque concilii generalis legitime congregati obedire contumaciter contempserit in prædictis & pertinentibus ad ea, condigne poenitentia subiciatur, & debite puniatur, ad alia etiam juris remedia, si opus fuerit, recurrendo. Deinceps felix recordationis Martinus papa V. approbante toto Constantiensi concilio, litteras suas universis episcopis & inquisitoribus mandavit, continentes. Quod est de necessitate salutis, credere generale concilium habere supremam auctoritatem in ecclesia, quodque quodlibet concilium generale, & etiam ipsum Constantiense, representat universalem ecclesiam; & quidquid approbavit & approbat in favorem fidei & salutis animarum, est ab universis fidelibus approbandum & tenendum; & quidquid condemnat esse fidei vel bonis moribus contrarium, ab universis fidelibus pro condemnato tenendum & asserendum: loquens etiam de illis quæ circa principium ipsius concilii Constantiensis diffinita & approbata sunt, sicut sue præfate litteræ indicant, quæ expressam mentionem faciunt de declaratione facta circa principium ipsius concilii super communione divinæ eucharistiæ sub utraque specie, & de condemnatione errorum & personarum eorundem Joannis Wicleff, & Joannis Hus. Fuit autem deinceps præmissa determinatio de conciliorum auctoritate in hoc sacro Basileensi concilio in pluribus sessionibus repetita, dum olim Eugenius concilium ipsum prima vice dissolvere attentaverat, atque in responsionibus synodalibus multipliciter declarata, & in universum orbem per epistolas aliasque litteras & synodales nuntios publicata. Ipse tunc Eugenius huic sacro concilio doctrinam hanc notorie tenenti, prædicanti & publicanti, adhæsit: & ipsum fuisse legitimum, ac legitime a principio sui continuatum, professus est; consentiens dissolutionem per eum factam irritam & inanem, quam tamen primo ex justis & necessariis causis factam esse publicaverat: ac etiam duas litteras suas in apostolico palatio contra hoc sacrum concilium & ejus decreta promulgatas, in quarum una dicebat quod ante adventum legatorum suorum existentium in synodo nulla erant sedis apostolicæ auctoritate sustulti: atque etiam designabat, quod ipso contradicente, generalis synodi non habebant potestatem, quodque multa & gravia disponere & statuere præsumperant contra decreta sanctorum patrum

in apostolicæ sedis grave præjudicium: testatque; incipientes, Deus novit, suo nomine factas, in quibus quæmplura contra auctoritatem conciliorum asserbantur: & quidquid per eum aut suo nomine in præjudicium aut derogationem sacri hujus concilii Basileensis, seu contra ejus auctoritatem, factum, attentatum, seu assertum erat, cassans, irritans & annullans, nullasque & irritas fuisse & esse declarans; adjiciens, quod de cetero a gravaminibus ipsi concilio inferendis, absterget. Deinceps quoque post ipsius adhæSIONEM in sessione publica, præsidente legato apostolico, assistentibus octo tantum Romanæ ecclesiæ cardinalibus, oratoribus regum & principum, prælatorumque & doctorum juris divini & humani copiosa multitudo, eadem declaratio Constantiensis concilii renovata extitit. Ubi autem hæc veritas concernens manifeste fidem & jus divinum, sicut olim lucide in celebri responsione incipiente, Cogitant, & aliis pluribus offensum fuit, expresse differens de auctoritate data immediate a Christo ecclesiæ congregatæ & conciliis generalibus, toties & tam solemni per universam ecclesiam declarata est, & per concilia generalia, quæ summi pontifices consistorialiter declaraverunt legitima, etiam pro eo tempore, quo hujusmodi declarationes ediderunt. Si nunc post hæc omnia ipsæ declarationes fidei & juris divini abiciantur, ac veluti erroneæ rejiciantur & conculcentur, impingaturque toti ecclesiæ error quæ talia declaravit, quis non videt alias hæreses per ecclesiam sopitas resuscitari, & novis suscitandis frena laxari, dum ex hoc via paratur, ut conciliis generalibus in declarationibus fidei & divini juris amplius non credatur: sed in qualibet regione, in quolibet loco, possint homines sectas & hæreses & quælibet malas doctrinas excitare, amplius non timentes suas adinventiones per generalium conciliorum auctoritatem confutari? Unde totus orbis in conturbationem maximam deveniret, & periclitabitur Christianitas, quæ & olim ante tempora Constantini, sicut testatur Lidorus, servente persecutione, in varias hæreses scissa est: quia non erat episcopi licentia conveniendi in unum, nisi tempore supradicti imperatoris: quod si tunc, non obstante quod essent summi pontifices vita & sanctitate præclari, propter defectum congregationis conciliorum generalium, hæreses ipsæ pullulabant, quanta nunc insurget hæresum vorago, si amplius conciliorum generalium diffinitionibus non credatur nec acquiescatur, atque illorum sic miserabiliter prosteratur auctoritas? O quanta Christianitas destructio! O quanta fidei desolatio! O quanta omnis religionis & pietatis abjectio! O quanta everio rerum publicarum, regnorum, & provinciarum: quantum naufragium animarum! Plorate jam & ingemiscite omnes invocantes nomen domini, majores cum minoribus, & apertis oculis inspicite turbationem venturam universo orbi, ruinamque vestram & desolationem previdete, si sic frangatur necessaria illa conciliorum auctoritas. Sed & serte super vos, si sic prosteratur, quod omnium Christianorum prælatorumque, religionum ac ceterorum Christianorum erat supremum refugium in terris: ad eorundem nempe auxilium sæpenumero confugerunt summi pon-

ANNO
CHRISTI
1449ANNO
CHRISTI
1449

pontifices, dum a tyrannis persecutionem patiebantur, quæ jam amplius nulli venerabuntur aut revereantur tyranni, si hoc tempore corruerint. Per ipsa concilia sedes apostolica robore sue dignitatis & auctoritatis conservabat, dum per eorundem conciliorum sententias cunctis hominibus formidandas, & venerandos canones, omnes adversarios fidei & sanctæ doctrinæ atque bonorum morum corruptores arcebant & reprimebant. Ipsi quoque pontifices per eadem concilia dirigebantur, ut ambularent ad veritatem evangelii, & potestate sibi data ad edificationem uterentur. Unde qui ipsorum conciliorum auctoritatem enervare querant, illi decorem, dignitatem, robur & auxilium apostolicæ dignitatis, si demque, salutem, & bonas actiones summorum pontificum manifeste confundere moliantur, atque in illam destructionem adducere, de qua loquitur beatus Gregorius, dum post enumerata universalia concilia, subdit: Cunctas quas veneranda concilia præfata personas respuunt respice; quas venerantur amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis præsumit. Absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt: quibus verbis idem Gregorius immediate subiungit: Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Ut vero de ceteris prelati ecclesiasticis & principibus secularibus, qui ad concilia refugium habuerunt, dicere omittamus, quoniam nimium prolixum esset singula enarrare, saltem illud homines conspiciant, quod per hujus sacri concilii labores regnum inclytum Bohemiz Sigismundo Romanorum regi restitutum fuit, quodque adversus nonnullos, qui temporalia cunctis ecclesiis eripere, religionesque tam mendicantium quam aliorum destruere conabantur, singulare præsidium tam in dicto Constantiensi, quam in hoc sacro concilio inventum est. Quid de schismatibus tollendis dicemus, si amplius conciliis generalibus non obediatur? si plures contenderint de papatu, quilibet, qui se verum papam putabit, dicet se superiorem concilio, quomodo poterunt judicari, quomodo coerceri aut reprimi, si viderint hoc modo prostratam ipsorum conciliorum auctoritatem? Quod si omnia inconvenientia enumerare vellemus, quæ secum afferret hujus auctoritatis rupturam, non nullis posset describi codicibus. Sed jam ad secundum explicandum transeamus. quomodo hæc profertur auctoritas; quomodo ruina gravissima ecclesiæ, & malorum ac turbationum inenarrabilis multitudo paratur, si ille sustineatur & fovetur qui hujus auctoritatis se contemptorem, impugnatorem, & notorium persecutorem ostendit. Quis negare potest, o Christiani, quod reformationi ecclesiæ in capite & in membris, quam totus orbis desiderabat, & pro qua jam plura concilia generalia congregata fuerunt, durissime restiterit (de quo omnis anima dolere debet) ille qui primus homines ad viam salutis inducere debuerat, olim Eugenius papa IV. nunc Gabriel nuncupatus, quodque illa quæ pro ipsa reformatione decreta & instituta erant per hanc sanctam synodum a se abjecerit & contempserit, ita ut nunquam unionem canonem synodalem concernentem reformationem ipsam in executionem efficacem deducere compertus sit, qui nullam penitus

emendationem in regimine curiæ sue propter quancumque admonitionem aut correctionem effecit, sed assidue graviores abusus adauxit, in perditionem animarum & detestabilis simoniacæ pestis fomentum? Quis negare potest quod, quantum in se est, auctoritatem omnium conciliorum generalium conculcavit, dum evocatus ad synodale iudicium, diffinit quod ex certa sua scientia, auctoritate apostolica, & ex plenitudine potestatis, transferbat hoc sacrum concilium, casu quo procederetur contra ipsum aut aliquem suorum oratorum præsentium qui in concilio fuerant, cum tamen eo tunc tempore ipsorum concilium generale verum ac legitimum reputaret? Quis dissimulare potest, quod etiam ipsi concilio auctoritative prohibuit, ne ultra dies triginta causam fidei, quæ cum Bohemis agebatur, tractaret; adjiciens quod omnes excommunicabat, privabat beneficiis, & inhabilitabat ad eadem, qui deinceps post terminum, quem ipse tunc præfixit, actus conciliares Basiliæ exercerent; volens etiam ex ea causa esse derogatum quibuscumque declarationibus, etiam sub nomine generalis concilii factis, & aliis in contrarium facientibus? Ex his profertur & abnegans manifeste prædictam declarationem catholicæ fidei, tam per sacrum Constantiense concilium factam, quam per hoc Basileense, ut præmittitur, dudum renovatam, & se superiorem in his omnibus concilio designans: vigore cuius præsentis dissolutionis schisma horrendum & gravissimam divisionem consequenter in orbe posuit, erigens congregationem Ferrariensem sub nomine alterius generalis concilii contra hanc sanctam synodum, postquam declaraverat conditiones in præfata dissolutione positas verificatas fuisse, studens hoc pacto inconsultum tunnicam Christi, & ecclesiam, quam in unitate repererat, gladio scissimæ divisionis & schismatis feriens; quod certe omnes debuerant abhorreere Christiani, quibus simile schisma nunquam compertum fuerat. Sed nec his contentus in hanc sanctam synodum varias persecutiones excitavit, mandans civibus Basiliensibus ut eandem a sua civitate expellerent. Alioquin se in civitatem interdictam, & in gubernatores ejus excommunicationem, proferre dicebat, inhibendo ne quis victualia deportaret ad eandem: & si qui portarent, spoliarentur, cederentque spolia occupantibus. Scripsit præterea ut in eos de concilio fieret persecutio, tamquam in hostes Christianæ fidei; vocans ipsam synodum iniquorum perfidam synagogam: quæ mandata adeo gravia fuerunt, ut vix filius perditionis adveniens graviora adversus ecclesiam mandata ferre posset, si eam sentiret pro sustinenda fide & lege domini in aliquo loco congregatam. Quæ vero & quanta scripserit diversis principibus, blasphemando eandem synodum, & decreta ejus, longum esset enarrare. Sed & quomodo patrimonium, terras, & dominia ecclesiæ, quæ in summa pace & prosperitate repererat, ipse tractaverit, quas alienationes fecerit, quas guerras commoverit, partialitates acceperit, quantæque crudelitates sub regimine suo in loca & subditos ecclesiæ perpetratae sint, quomodo juramenta sua solemniter in conclavi & post conclave præstita infregerit, sibile est dicere. Et præterea quæ un-

Papa II. longè
aliter scribit de
hoc Eugenio,
solum revo-
cans, quod e-
in hæc est ve-
litionem contra
Eugenium.

ANNO
CHRISTI
1446.ANNO
CHRISTI
1446.a) For
virescentibus.Floruit
concilium de
Sivri Romae
non pontifi-
cum nomine
Christi habet
in potestate
universalis ec-
clesiæ gubern-
tando.

unquam major incorrigibilitas, quæ major per-
tinacia in aliquo pontifice vel ministro eccle-
siastico apparuit, qui non solum in prædictis
suis excessibus, quibus divinam majestatem &
legem ejus ac fidem catholicam tam notorie
offendit, & ecclesiam Christi in spiritualibus
& temporalibus sic conturbavit, afflixit, da-
mificavit, divisit, & supra modum scandali-
zavit, obdurato permansit animo; verum etiam
vult, his non obstantibus, ab hominibus
innocens & justus reputari, nulla unquam e-
mendatione, nulla correctione ostensa, quasi
tantam cæcitate jam in populo Dei exci-
disse credat, ut tam gravia vitia velint pro
veritatibus venerari? Videns autem hæc sancta
synodus ad ipsius emendationem nec dul-
ces admonitiones sæpius & per plures lega-
tos & oratores transmissas, nec longam pa-
tientiam & benignam expectationem, nec cita-
tionem juridicam, nec suspensionem ab admi-
nistratione papali sententiam justissimam pro-
ficere, tandem expectatis decem & septem
mensibus post suspensionem prædictam, neces-
se habuit super depositione ipsius a papatu ju-
stum proferre judicium, prout eidem ex au-
thoritate data a Christo incumbat. Nunc vero
advertite, o Christi fideles, quæ deinceps
erit in orbe conciliorum auctoritas, si post
hæc omnia fovetur & sustinetur, qui non so-
lum in tantis malis se incorrigibilem præbuit,
verum etiam eandem conciliorum auctorita-
tem proferre laboravit, & laborare non
cessat, ut deinceps nec ipse, nec aliquis suc-
cessorum suorum, per judicium ecclesie corri-
giri valeat, sed possint pro libito voluntatis
omni agere absque ullo timore correctionis
fiende super terram: qui & adhuc post suam
depositionem graviora gravioribus addens tres
declarationes catholice fidei de auctoritate
conciliorum condemnare ausus est, cujus ora-
tores jam per orbem adversus eandem aucto-
ritatem aperte prædicant: & tam ipsi quam
nonnulli sibi faventes, disseminant libellos ac
tractatus ad hujus hæresis divulgationem, &
suppressionem declarationum catholicæ fidei
quas universa tenuit ecclesia. Potestis autem,
o cuncti Christiani hunc ignem, priusquam
amplius accendatur, extinguere, & fidei cat-
holicæ ac universæ ecclesie pacem reddere,
si sententiis justissimis hujus sanctæ synodi,
quam representare universalem ecclesiam re-
cognovistis, debitam præstiteritis obedientiam,
& viam veritatis ac justitiæ efficaciter ample-
xari curretis, in favorem fidei & salutis ec-
clesiæ universæ. Si vero id non fiat, sed diu-
tius præstetur obedientia ei qui omnium ho-
rum malorum caput est, si repulso ecclesie
judicio ille sustineatur qui juste condemnatus
est, si impugnatori notorio fidei & auctoritatis
conciliorum foveatur, si manifestus persecutor
congregationis synodalis sustineatur, si man-
data, statuta & præcepta concilii generalis ab-
jiciantur, & rebellanti atque contumaci & in-
corrigibili adhareatur, illoque post sententiam
depositionis in eum latam pro capite eccle-
siæ reputetur, qui se ab ipsius ecclesie uni-
tate & corpore per fidei læsionem, per
schismata in erectione prætensū alterius con-
cilii perpetrationem separavit, & cui jam nul-
lus color, nullus titulus papatus competere
potest: si denique non auditur ecclesia judi-
cans, & libellis illius qui condemnatus est,

blasphomias & enormes injurias in sanctam
synodum & existentes in ea continentibus,
aures præbentur, quis non videt dies illos
malos, horrendamque turbationem totius ec-
clesiæ, de qua superius differuimus, in pro-
ximo adesse? Quanti reperientur qui deinceps
in conciliis generalibus ad defensionem fidei,
ad extirpationem hæresum, ad reformationem
morum, ad tuitionem justitiæ & veritatis,
persistere vellent, si videant sibi privationes
beneficiorum, persecutiones corporum inju-
rias, opprobria, prætensas censure, & quas-
cumque adversitates imminere, illi autem,
qui hæc adversus synodum hanc perpetraverit,
obedientiam & favorem finaliter dari?
Sepelitur profecto, conculcatur & prosternitur,
si res ita procedant, ipsa conciliorum
auctoritas, & gravissimus dolor imminet om-
nibus Christianis. Verum confidimus in do-
mino, quod non sic ecclesiam suam in inte-
ritum ruere permittet: quinimmo excitabit
corda servorum suorum, ut misereantur ip-
sius ecclesie & animarum suarum, nec fidem
catholicam, veritatem & justitiam sic oppri-
mi patiantur. Sed neque hoc sustineri potest,
quod quidam obedientiæ neutralitatem consu-
lunt observandam, & sicut ei qui juste per
synodale judicium condemnatus est nequaquam
obediendum est, sic concilio judicanti obedi-
entiam subtrahendam putant. Quomodo enim
potest quisquis Christianus excusari, ut
ab omni judicio ecclesie se subtrahat, cum
de necessitate salutis ecclesiam audire teneatur,
sicut evangelica doctrina & omnis san-
ctorum traditio testatur? quod liceret: si quis-
quam se a judicio unius concilii subtrahere
posset, similiter & alteri concilio denegare
obedientiam, nec in eorum sententiis, sive
pro fide, sive pro quibuscumque rebus ani-
marum salutem aut ecclesie statum concer-
nentibus, ulla stabilitas ullave efficacia habe-
retur. Quilibet ad conciliorum examinare
vellet, ac de illis, prout ei videretur, judi-
care; aut post judicium unius concilii aliud
expetere; nullum interim obedientiæ debitum
reddens: sicque frustraretur conciliorum au-
thoritas & tandem neque summis pontificibus
legitimam administrationem habentibus obedi-
retur. Unde in totum confunderentur eccle-
siastica judicia, periclitareturque Christiana re-
ligio: nec deinceps concilia generalia que-
cumque mala reprimere laborarent, si eorum
sententiis non obediri conspicerent. Neque lo-
cus est suspensioni animorum in tam clara
justitia, in tanta obediendi necessitate, dum
per defectum obedientiæ præstandæ, fidei læ-
sio & veritatis oppressio assidue succrescat,
periclitantur animæ innumeræ, & exemplum
datur omnibus, ut deinceps nullis sententiis
prælatorum suorum, sicuti nec synodorum
obediant, sed animos suos per plura tempo-
ra suspendere velint, unde omnis jurisdictio
perire poterit, dum auctoritatem supremam
ecclesie omitti & negligi videbunt. Si itaque
communi bono ecclesie Dei consulere
queritis o Christi fideles, si præsentibus ma-
lis finem imponere, si pacem consequi, & fa-
licem statum totius Christianitatis intueri, da-
te operam ut cuncti unanimiter viam veritatis
sequantur, ut conciliis generalibus sua red-
datur auctoritas, ut nullus eam denegat sy-
nodo universali obedientiam, ad quam tene-
tur

Hoc aliquan-
do Germani
revertunt, sed
postea ad Za-
renium se
contulerunt.

tur de necessitate salutis, in his quae pertinent ad fidem, extirpationem schismatis, & reformationem ecclesiae in capite & in membris, & pertinentibus ad ea. Sic cessabunt schismata, sic haereses extinguentur, mores reformabuntur, vigeant concilia, sedes apostolica & virtutum dignitate & honore plurimo restoretur, repellentur conatus antiqui hostis, breviabuntur dies mali, & malorum grandium repellentur incurfus; quae, si secus fiat, super omnes Christianos jam imminere concipitur. Superest jam ut eas objectiones nullius ostendamus esse momenti, quae ad illaqueationem animarum & obfuscationem veritatis ac justitiae huius sanctae synodi, per nonnullos afferuntur. Allegant quidam hoc sacrum concilium de suo consensu fuisse translatum, pro eo quod concordaverat cum Graecis se transferre infra mensem, postquam advenissent ad ultimum portum citramarinum, eidem in Constantinopoli per oratores concilii nominandum pro celebrando oecumenico concilio, in eo loco quem hoc sacrum Basileense concilium elegerat. Verum quantum rejicienda sit haec obiectio vos Christi fideles advertite. Manifesta quidem nimis est veritas, quod Graeci praevaleantibus praedictis olim Eugenii persequenti synodo, non ad portum per oratores concilii eis nominatum venerunt, neque ad locum per concilium electum, sicut ipsi promiserant, venire voluerunt: imo contempserunt concilio per oratores eius in Constantinopolim missos, se propterea cum eis & eorum galeis non advenisse, quia tempus mittendarum ipsarum galearum transactum erat, sic absolventes se ab omni obligatione mutua, quae inter concilium & ipsos contracta erat, licet tamen alteri oratorum prius dixissent se de ulteriori expectatione contentos esse, impenduntaque concilio praestita essent manifesta, cum in conventionibus iniis cum eisdem expresse caveretur, omnia debere intelligi sine fraude & dolo, ac legitimo impedimento cessante. Quod si ad requestam ipsius olim Eugenii deinceps ire voluerunt Ferrariam contra consensum concilii, quis ratione utens dicere possit concilium ex ea re ad se transferendum fuisse obligatum? Dum vero quidam ulterius obijciunt, quod concilium quadam vice conclusit, casu quo Avinionenses certam pecuniae summam infra mensem non traderent in pecunia numerata, de hoc infra duodecim dies sequentes non certificaretur concilium quod tunc teneretur ipsum concilium ad electionem alterius loci procedere, & universali ecclesiae aliunde providere: quod dum adveniente tempore non fieret, praesidentes apostolici, & alii quidam secum minorem partem concilii facientes, tanquam ad ipsos devoluta potestate concilii, alium locum aliumque portum nominaverunt, & oratores ad Graecos miserunt. Saep ad huiusmodi objectiones per decreta & epistolae nostras responsum fecimus ostendimusque illas esse penitus inanes. Manifestum est enim, quod concilium in ea conclusione cum nullo contractum fecit aut conventionem, nullumque aderat eam quo huiusmodi contractum celebraret: nullique dubium est quemquam cum seipso contrahere non posse, cum interspondentem recipientemque sponsonem debeat esse distinctio personarum. Unde illarum omnium objectionum corrumpit fundamentum. Sed tantum illam conclusionem intra se cepit concilium, quam & interpretari & mutare poterat juxta casus occurrentes, si pro salute ecclesiae sibi ita agendum videbatur. Nec aliquis sibi legem imponit, a qua recedere non possit: neque dicebatur in conclusione ipsa, quod in casu praedicto minor pars haberet alium locum eligere, sed concilium. Et si aliquid dubium erat, quod interpretandum veniret, aut si quid in hoc agendum vel deliberandum aut mutandum, nullatenus iudicio minoris partis standum erat, sed plurimorum sententiae acquiescendum, sicut mos antiquorum conciliorum & omnia patrum instituta edocent. Unde & ex eo in univ. orbem turbatio gravissima excitata olim fuit, dum aliqui episcopi minorem partem concilii Niceni facientes, illis contradixerunt quae major pars, concluderat. Sed quid amplius illimet praesidentes apostolici, qui sub praetextu conclusionis illius alium locum eligere voluerunt, eidem conclusioni, cum fieri deberet, contradixerunt, protestantes se non consentire in decretatione loci Avinionensis, de quo expresse agebat dicta conclusio? Et ulterius, pendente termino praefixo, oratores olim Eugenii archiepiscopus Carthagenis & Jacobus de Rahaneto impediebant ne illis pecuniae darentur in Avinione, de quibus haec conclusio agebat. Scripserunt praeterea Avinionenses, quomodo abbas Bone vallis & Raimundus Taloni decretorum doctor, ad eos missi ex parte concilii, composuerant cum eis ea potestate eis data a toto concilio, quod haberent decretationem loci Avinionensis & impositionis decimarum, priusquam pecunias suas exolverent. Mandaveruntque ipsi Avinionenses quod, illis habitis pro cautione eorum pecunias expedirent, de quibus oratores concilii missos ad eosdem cautos & securos fecerunt. Judicavit concilium quod rationabiliter petebat, quodque attentis praedictis, quae supervenerunt ad notitiam ipsius concilii, & aliis pluribus ipsius momentibus, non erat procedendum ad electionem alterius loci, nec expediebat saluti ecclesiae & bono rerum agendarum. Quod autem aliqui paci ad electionem alterius loci temerarie procedere praesumpserunt, se dicentes decretum agere contra duplo majorem partem concilii & amplius, scindentes & dividentes, quantum in se fuit, ecclesiae unitatem, hoc prorsus illicitum & perniciosum fuit, sicut per solemne decretum sessionis nostrae trigesima secunda demonstravimus. Unde & conatibus eorum extunc resistens haec sancta synodus, decretationem loci in sessione publica super electione loci Avinionensis & aliorum sibi adjunctorum, omnem aliam electionem seu nominationem loci per quoscumque factam irritans. Deinceps quoque subsequuta est communis omnium nullo discrepante concordia, quod tres domini inter quos erat unus & primus legatorum apostolicorum, haberent sigillare literas de quibus agebatur, siue praesudicio alicujus, & oratores mittere. Ipsi autem sigillaverunt decretum concilii, mittentes ipsum per oratores in Avinione, illo praetexto rejecto, quod per minorem partem factum fuerat. Cumque sit omnino a veritate alienum, quod duo decreta contrarii tenoris, immo & sibi invicem contradicentia

ANNO CHRISTI 1409

ANNO CHRISTI 1409

aperte, uno & eodem tempore similia synodali iudicio emanaverint, quia Spiritus sanctus per os generalis synodi contrarie loqui non potest, eo ipso quod decretum concilii super electione de Basilea, Avinione & Sabaudia, consentientibus omnibus patribus qui in concilio erant, & ipsis legatis apostolicis, vera bulla plumbea synodali rite plumbatum est, manifestum est dictam schedulam legatorum nullatenus vim decreti habere potuisse. Dum vero quidam literas super eo quod per minorem partem factum fuerat, clandestine bulla sacri concilii de nocte surrepta sigillaverunt, doctarum est illas falso bullatas esse, & quod archiepiscopus olim Tarentinus, praesidens & orator ipsius olim Eugeni, qui se in hoc operam cum effectu dedisse confessus erat, tanquam falsarius iuste condemnatus extitit. Sic igitur in ea re nullas habitationis scrupulus est, quod penitus nullius momenti fuerit, quod per illos paucos contra iudicium concilii actum est. Sed nec de his disputare necesse est, cum etiam illud quod per illos paucos factum fuerat abrupit ipse olim Eugenius: qui, cum omnes patres existentes in concilio, tam sui legati quam alii, dicitissent ut concilium firmiter maneret Basileam usque ad adventum imperatoris & patriarchae Graecorum ad ultimum portum, nihilo minus ipse longe ante adventum praedictorum Graecorum plus quam per quatuor menses hoc concilium, quantum in se fuit, abrupit & dissolvit, ex eo capite quod procederet contra ipsum aut aliquem suorum, negans jurisdictionem immediate a Christo concilio datam, & se (ut antea praemisimus est) supra concilium erigens in factio reformationis & fidei. Quam praesentiam dissolutionem cum non revocasset infra quatuor menses, imo aliam congregationem sub nomine generalis concilii interim apud Ferrariam fecisset, gravissimum schisma perpetrans, insensus fuit ab administratione papali ante adventum praedictorum Graecorum, eo tempore quo etiam illi de minori parte praedictum concilium permanere debere in Basilea dixerunt. Postquam vero legitime suspensus fuit per concilium, quis Christianorum dubitat quoscumque actus per ipsum in administratione papali expletos, nullos, irritos & inanes extitisse? Sic itaque volentibus querere occasionem discedendi a sancta synodo nullus color cuiuscumque translationis potest ullatenus suffragari: quod satis intellexerunt prelati, principes, universitates, ac ceteri majoris partis orbis, qui nunquam ad conventionem Ferrariensem vel Florentinensem, iam fere a tribus annis erectam, accedere vel mittere voluerunt, sed illa reprobata, sanctam synodum Basileensem, sicut representantem universalem ecclesiam, & scriptis cognoverunt. Et cum eandem congregationem Ferrariensem erectam sub nomine generalis concilii, hoc durante concilio, non generale concilium, sed schismaticorum fuisse conventiculum, ex decreto nostrae vigesima nonae sessionis manifestissime constet, ipseque Gabriel, quia caput illius schismaticae conventionis, & quia a papato legitime suspensus erat, jurisdictionem papalem non poterat exercere, per accessum ipsorum Graecorum, qui iam a plurimis annis ab ecclesia catholica divisi erant, nullatenus dicta Ferrariensis conventio legit

ma facta est. Neque veraciter dici potuit ipsam esse generale concilium vel oecumenicum, prout ipse illam intulavit. Obiciunt deinde alii, quod in sancta synodo permanentes, pauci numero fuerunt ad exercendos actus iudicatos suspensionis ab administratione papali & depositionis olim Eugeni, ac subsequentis electionis sanctissimi domini Pelicis papae V. Quis quidem obiectio si illi debeat suffragari qui synodum persecutus est, qui omnibus modis homines ab ea subtrahere & separare laboraverit, & adversus illos militet qui tempore persecutionis permanserunt, qui omnes de ore ad succurrendum & providendum ecclesiae Dei per epistolam & oratores vocare integro fere biennio non cessaverunt, quis non videt ex hoc concilio auctoritatem proferri & confundi? Nam semper summus pontifex, dum synodum rumpere vult, aliquos exinde abstrahere poterit. Si autem alii permaneant, obijcietur eis paucitas: sicque videntes se nihil proficere posse, synodum in totum deserent, permitteturque agere cuilibet summo pontifici quidquid libuerit. Nec possibile erit, si quisquam eorum fidem offendant, schisma faciat, aut quibuscumque malis ecclesiam scandalizet, remedium per generale concilium exhiberi. Sed numquid illi qui non fugerunt, qui non deseruerunt synodum in necessitate, qui non fidem, veritatem & iustitiam conculari permiserunt, quique pro his sustinendis tribulationes & dolores, pestem, guerram, penuriam, & ceteras adversitates subierunt, propterea culpandi sunt? Numquid apostoli, qui in numero pauci cum Christo permanserunt in tentationibus suis, alius discedentibus, ideo male egerunt? Nonne satis elucidatum fuit in supra dicta synodali responsione, quae incipit, Cogitanti, consentiente in hoc & cooperante tunc legato apostolico, quomodo illi qui permanserunt in synodo usque ad finem operis sui commendandi essent: non autem illi qui discederent, aut qui se ab ea dividerent? Aliter legatum quomodo, dum Christus dixisset, *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, non pauci qui remanserunt cum Christo, sed illi qui recesserunt, reprehensionem meruerunt. Ibi quoque non omissum est, quomodo recedente Joanne XVIII a Constantinensi synodo, non illi desecerunt, sed commendati sunt qui cum ipso concilio perseverant usque in finem. Nec tamen ita pauci fuerunt in hac sancta synodo, ut quidam existimant, cum in decreto suspensionis ipsius olim Eugeni ab administratione papali valde multi adessent, & inter eos plures regum & principum ambasiatores. Decreta quoque de causis & de collatione beneficiorum in eadem sessione promulgata sunt, quae major pars recepit tamquam a generali synodo universalem ecclesiam representante. Unde nullus color, nulla excusatio aut tergiversatio potest cuiquam in divino iudicio suffragari quare illi suspensioni resistat, aut cur post eam illi qui suspensus fuit velit ex certo proposito in administratione papali obedire, & actus ejus tamquam non suspensi legitimos reputare. In acta quoque depositionis fere trecenti fuerunt. Et tempore subsequentis electionis grandis adhuc numerus erat, nec ulque in hodiernum diem divina providentia hanc sanctam synodum.

Inno octo pontificem Florentinum & Graecum convenit, & hoc omnia a Basileensibus abfuerunt.

Christus autem promittit Petrus.

Alto fuit tunc talis propter libertatem Joannes d.

Sed non est verum, quod a prope 17. centis a synodo abfuerunt.

ANNO
CHRISTI
1439.ANNO
CHRISTI
1439.

dum deseruit, quin competentem numerum A
prælatorum, doctorum, & aliorum notabilium
virorum habuerit, & adhuc hodie habeat.
Sed præterea hæc quæstio dudum definita &
determinata est, tam per synodum quam per
summum pontificem tunc existentem, consen-
tientibus in hoc cardinalibus sanctæ Romanæ
ecclesiæ, & omnibus Christianis. Nam cum
tempore primæ dissolutionis præterita pauci
prælati essent in concilio, non numerum qua-
tuordecim excedentes, neque medietas nume-
ri omnium suppositorum in concilio habere-
tur, quæ præmissis actibus interfuit, ipse quo-
que tunc summus pontifex objiciebat eidem
concilio numeri paucitatem per literas suas
divulgatas in orbem. Et nihilo minus deter-
minatum est per omnes quod, hoc non ob-
stante, sit protunc legitimum concilium &
legitime continuatum. Quod si in tali nume-
ro legitimum est concilium ex definitione ca-
tholica & apostolica, omnesque de necessitate
salutis legitimo concilio obedire tenentur,
tamquam habenti potestatem immediate a Chri-
sto, ut præmissum est, in pertinentibus ad fi-
dem, extirpationem schismatum, & reforma-
tionem ecclesiæ in capite & in membris, quis
potest jam sub colore paucitatis, vel alio quo-
cumque, occasionem querere non obediendi
concilio in actibus præfatis? Quod si deinceps
liberum sit unicuique de actibus synodalibus re-
cipere quæ volet, quæ nolet abjicere, reputa-
re concilium velut habens potestatem, cum
placuerit, cum non placuerit, non reputare:
non audire ecclesiam, nisi quando & quomo-
do voluerit; quis dubitat ex hoc omnem con-
ciliorum auctoritatem proferri, omnemque
obedientiam illis debitam frustrari? Clarum est
itaque has objectiones nulli Christiano suffra-
gari, quo minus iustis sententiis, per hanc
sanctam synodum pro necessitate fidei & uni-
versæ salutis ecclesiæ promulgatis, plene obe-
dire debeat, quæ fideliter dicimus, veritatem
manifestante ad omnem conscientiam homi-
num, ut videntes horrenda pericula, & cun-
ctis sæculis inaudita, quæ ex conculcatione
auctoritatis conciliorum & discessione a fide D
jam imminere, viam veritatis efficaciter am-
plectantur, fidem ipsam tueantur, & constan-
tibus animis iustitiam adhereant, per quam im-
pugnatores nimici repellantur, & omnia in
pacem, quietem, ac salutarem dispositionem
reduci valeant. Obsecramus itaque, vos Chri-
sti fideles per misericordiam Dei, ut dum ad-
huc tempus est, consulatis publicæ salutis: &
sicut adhæsitis huic sanctæ synodo, eiusque
auctoritatem recognovistis, & insuper verita-
tem fidei, quam defendi sustinistis, dum il-
le, qui & nunc eam persequitur, tentavit pri-
ma vice dissolvere, tenentes quod hoc facere
non poterat, sic & vos permaneat, & cum
veritate stetis usque in finem: sicque agatis, E
ut is qui tantis laboribus auctoritatem omnium
conciliorum proferre molitur, tandem ab
his desistat, & suæ salutis consulat. Nec tale
exemplum posteritati relinquatis, ut concilium
representans universalem ecclesiam, per vos
tanto tempore recognitum, & cui de necessi-
tate salutis tenemini obedire, patiamini in die-
bus vestris confundi & conculcari. Verum
quoque pastorem ecclesiæ catholicæ per eam-
dem synodum canonice electum colite & vene-
raramini: cujus assumptionem ad apostolatam

Non id est ut
Eugenium.

fuisse necessariam satis indicat ad veritatem
magnitudo, quæ adversus ecclesiam ita succre-
verunt, ut vix alius inventus fuisset qui hoc
tempore pondus hujus ministerii sustinere vale-
ret: sed eum donavit dominus, qui nunquam
ecclesiam derelinquit, ut ejus prudentia, pa-
tientia, & multiplici virtute cum auxilio hu-
jus sanctæ synodi, fides defenderetur, auctori-
tas conciliorum conservetur, justitia vigeat,
pax & tranquillitas ac bona omnis dispositio
in statu ecclesiastico & Christiana religione sub-
sequantur. Pro quibus, favente altissimi gra-
tia, omnes labores nostros usque in finem im-
pendemus, multa ad veritatem genera nobis
assidue irrogata patienter pro nomine Christi
sustinentes qui majora pro ecclesiæ suæ plan-
tatione subire dignatus est: pro qua & disci-
puli ejus gravissimas persecutiones pertulerunt,
omnemque operam nobis possibilem, de su-
perno consili auxilio, dabimus, ne sic eccle-
sia, quam tanto precio Christus ipse Deus nos-
ter acquisivit, diebus nostris confundatur, ne
in opprobrium & desolationem Christianæ re-
ligionis veritas fidei per Christianos ipsos agni-
ta, recepta & defensata, sic miserabiliter re-
linquatur & prostratur in terram, sed potius
inhabata servetur: utque hæc sancta synodus
tam solemniter inchoata, tantisque continuata
laboribus felicem exitum accipiat, ad salutem
universorum & gloriam Jesu Christi salvatoris
nostri, qui est benedictus in sæcula sæculor-
um. Amen.

Datum in congregatione nostra generali in
ecclesia majori Basileensi celebrata, sexto Idus
Novembris, anno a nativitate domini mille-
simo quadringentesimo quadragésimo.

XVII.

*Responsio synodalis facta omnibus regis Roma-
norum ac principum electorum de transferen-
do concilio.*

*Sacrosanctæ generalis synodus Basileensis, in Spi-
ritu sancto legitime congregata, universalem
ecclesiam representans, ad perpetuam rei me-
moriæ.*

Petitionem vestram audivit hæc sancta sy-
nodus, quam nomine carissimi ecclesiæ filii
Friderici regis Romanorum illustris & venera-
bilium archiepiscoporum ac nobilium virorum
principum electorum sacri Romani imperii,
vos venerabilis Silvester episcopus Chiementis,
& dilecti ejusdem ecclesiæ filii Erhade de Zel-
king baro, Thoma de Haselbach in theolo-
gia magister Joannes de Lufura decretorum
doctor, præpositus ecclesiæ beatæ Mariæ ad gra-
dus Moguntinensis, Joannes de Francordia of-
ficialis Consuetudinum, Henrice de Herpel præ-
positus sancti Severini Colonienensis, Joannes de
Lemberg etiam in theologia magister, præmis-
sis disertis orationibus porrexistis. Cujus qui-
dem petitionis tenor talis est: Dignentur ve-
stræ reverendissimæ paternitates ad exhortatio-
nem & devotam postulationem serenissimi do-
mini nostri Romanorum regis, &c. nec non
suorum principum electorum, sua vota con-
ferre, quatenus modis congruis ad generalis
concilii ab omnibus indubitati congregationem,
infra unius anni spatium, perveniatur loco
suæ majestati & suis principibus electoribus gra-

ANNO CHRISTI 1000.

ANNO CHRISTI 1000.

grato, & rebus gerendis accomodo. Vestras autem dominationes latere non putamus, quantum necesse sit, ut conciliorum generalium iudicia, que pro fide orthodoxa & salute animarum profertur, firma & stabili permanent: quodque iactura ipsius fidei & ecclesiastica disciplina imminuat, si illa nutare & vacillare, nec robur & stabilitatem habere permittantur. Hinc enim assidue perturbationi pacis datus occasio, hinc detrimenta salutis afferuntur innumera, hinc ad malorum audacem perpetracionem ingressus præbetur, hinc subterfugis perfidorum aditus aperitur. Sic quippe inducerentur perverii, ut nullatenus synodo iudicanti aut statuenti vel mandati obedirent, sed illico aliam synodum fieri exoptarent, cum & mos sit malorum litigatorum, sicut præclare beatus Augustinus ad Glorium, Eleusinum & alios Donatistas scripsit, ut dicant se malos iudices fuisse perpeffos, licet etiam firmiter manifestissima veritati superati: neque coercere posset cervices superborum & ecclesiasticam pacem perturbantium synodalis auctoritas, si celebrato concilio mox ipsum transferri, aut ad aliud oporteret deveniri. Quod papa Gelasius luculenter advertens, in epistola directa episcopis Dardanis agebat: Quæ majores nostri divina inspiratione cernentes, necessario præcaverunt, ut quod contra unamquamque heresim coacta semel synodus pro fide, communionem ac veritate promulgasset, non sincerent posthac novis retractationibus mutilari, ne pravus occasio præberetur. Et subdit eadem epistola: Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova concilia venire non sinit. Martianus quoque & Valentinianus imperatores firmum habere voluerunt quod per synodum Chalcedonensem fuerat definitum, causam illam subjungentes: Nam injuriam facit iusticio religiosissima synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere & publice disputare contendit: quod si permitteretur, nihil ferme in definitionibus fidei & iudiciis ecclesiæ apud mortales stabile haberetur, facileque rueret omnium futurorum conciliorum vigor, si hæc sancta synodus auctoritate duorum præcedentium conciliorum & duorum Romanorum pontificum congregata, cui etiam summus pontifex pro tempore existens cum omnibus cardinalibus, cunctisque prælati ecclesiastici inhaerent, cui omnes reges terræ, omnesque fere magni principes orbis incorporati sunt, & solemniter per suos oratores præstiterunt iuramenta, conculcarentur, aut in suis iudiciis, statutis, declarationibus & decretis contemneretur, & haberetur ludibrio. Non parvum itaque imminet periculum, si in alium locum synodus congreganda discernatur, quin robur ecclesiasticæ auctoritatis aliquid læsionis atque detrimenti patiat. Ubi tamen jam pluribus annis diligentiam nostram pro illibata stabilitate ipsius auctoritatis conciliorum conservanda, domino auxiliante, impendimus, & pro pace ecclesiæ præmissam petitionem postulatis adimpleri, quam si rejiceremus, plurima discrimina graviorque ipsius ecclesiæ Dei læsio sequi posset: nos de benigno Christi adjutorio assidue sperantes, qui ad ipsam ecclesiam ait, Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi, simulque de probitate serenitatis regis & in-

Synodus Chalcedonensis vel concilium de novis primatum romanorum pontificum auctoritatem, præterea a Leone suo decreto confirmata, & episcopis sententiam dicitur perhibuisse.

Man. 28.

Alcytorum principum vos mittentium confidentes, quod magnis viribus laborabunt, ut, si ve hic continuata fuerit, si ve in alium locum translata concilio synodalis, firmiterque inconcussa teneantur ab omnibus veritates in sacro Constantiensi concilio declarata, & per hanc sanctam synodum renovata, sicque stabilis & firma deinceps conciliorum generalium habeatur auctoritas, per quam fidei catholice robur ac nervus ecclesiasticæ disciplinae & status Christianorum conservetur in terra, sic eorumdem conciliorum statuta, ordinationes & iudicia pro ipsa fide, pro lege domini, & aduicatione animarum, ac bono regimine status universalis ecclesiæ, cuncti reverentur, quod nullius in adversum rebellio aut pertinax contraditio vel scandalosa dissensio prævalere permittatur, ut sic cum vigore iustitiae mala reprimi, & bona cum tranquillitate valeant promoveri, unanimisque obedientia ubilibet restorere possit. Præfata vestre petitioni respondendum duximus juxta seriem articulorum sequentium sub hac forma: Primo, sancta synodus commendat devotionem, & sinceram intentionem quam præstiti serenissimus Romanorum rex & illustres principes ad unionem & pacificationem ecclesiæ sanctæ Dei habent, & pridem per vos prædictos solemnes nuntios & oratores suos, cum eorum literis ad hoc sacrum concilium destinatis, in congregatione generali sacunde & prudenter explicarunt. Secundo, vobis præfatis oratoribus commemorat, quomodo in hac civitate Basileensi hæcenus fuerit & hodie sit generale concilium universale ecclesiæ representans, quod merito apud omnes Christianos multiplici ratione debet dici & reputari indubitatum & unicum, & quod sine maximis periculis, incommoditatibus, laboribus, sumptibus & difficultatibus, abhinc ad alium locum mutatio hujus sacri concilii fieri non poterit, prout res hæc se ipsam cunctis diligenter intuentibus indicat, & hæc ipsa sancta synodus sæpius per oratores suos in diversis ambasiatis, ac in isto loco verbo & scriptis orationibus regum & principum sæculi multifarie ostendit. Unde præmissis aliisque pluribus attente consideratus, videretur huic sanctæ synodo, quod hæc insignis civitas Basileensis, cujus idoneitas multiplici experientia diuturne comprobata extitit, esset locus aptus & rebus gerendis accommodus, ad quem, cooperantibus præfatis dominus serenissimo Romanorum rege & electoribus, non solum ex inclita natione Germanica, sed ex omni fidelium natione quæ sub celo est, convenire possent omnes, qui generalibus conciliis interesse debent & confuissent, ut una cum patribus, qui in hoc concilio constanter hæcenus perseveraverunt, pax & unio ecclesiæ desiderata dari posset. Præcipue cum hoc sacrum concilium inter alia sancta opera specialiter extitit congregatum ad pacem omnium Christianorum: Nihilominus his non obstantibus, ut prædicti serenissimus rex & principes electores, ceterique reges & principes, ac cuncti fideles clare percipiant rectam & puram intentionem, quam habet hoc sacrum concilium ad unitatem & pacem ecclesiæ, & hæcenus semper parati sunt reddere rationem omni poscenti de ea quæ in ipsis est fide, utique præfati serenif-

A a

renif-

ANNO
CHRISTI
1498.En qui ha
Brenno reuere
ruat Enge
uam legu
jam in nra
tiam Caesari
parati sunt
alio de trans
Arre.

renissimus rex & sui principes electores eui-
denter cognoscant, quod sacrum concilium
cupit votis eorumdem complacere pro paci-
ficatione universalis ecclesiae, divina favente cle-
mentia, consequenda. ipsa sancta synodus in
hac Basileensi civitate inclytæ nationis Ger-
manicæ in Spiritu sancto congregata, & us-
que in præsentem diem legitime continuata,
universalem ecclesiam representans, offert se
paratam in tempore, de quo infra fit men-
tio, ad locum ejusdem nationis rebus geren-
dis accommodum, & regie celsitudini gra-
tum, sua propria auctoritate modis congruis
seipsam ferre, securitatibus tamen ante hujus-
modi translationem decretandam & fiendam
in talibus præstari solitis, & aliis necessariis
dati & præstiti. Obsecrat autem præfata sancta
synodus eandem regiam celsitudinem, quatenus
dignetur rem hanc aliis regibus & principi-
bus intimare, eos toto ingenio & nisu indu-
cendo, ut illam ipsi amplectantur, veniantque
personaliter, aut suos solemnes oratores mit-
tant, ac prælatos & alios qui in generalibus
conciliis de jure vel consuetudine debent in-
teresse ditionis eorumdem, etiam ad venien-
dum inducant, ut pax & unio ecclesie san-
ctæ Dei dari possit. Securitates vero, & alia
quæ necessaria esse reputat & intendit hæc
sancta synodus, sunt ea quæ sequuntur: Pri-
mo, quod serenissimus ipse rex præstet suum
& sacri Romani imperii salvumconductum ipsi
sacro concilio ad aliam locum transferendo,
pro omnibus accedentibus ad ipsum, stantibus
& recedentibus in plena forma. Detque ope-
ram ut locus eligendus etiam habeat plenissi-
mam securitatem & salvumconductum cum
libertatibus circa jurisdictionem, ac etiam su-
per habitationibus, victualibus, & aliis requi-
sitis. Similiterque dabit operam, quod princi-
pes ecclesiastici & seculares, ac loca ipsi con-
cilio vicina, dent suos salvosconductus, quod-
que predicti salvosconductus serenissimus domi-
ni regis, loci concilii, aliorumque domini-
orum & locorum, sint irrevocabiles, durentque
continue usque ad quatuor menses post fini-
tum concilium. Exhortatur autem sancta sy-
nodus regiam celsitudinem, si quæ guerræ aut
discordiæ graves tunc inter illos aut illa ef-
sent, dignetur se interponere pro treuga aut
pace inter illos componenda. Item petit san-
cta synodus, quod serenissimus ipse dominus
rex Romanorum ipsi concilio intersit persona-
liter, cessante legitimo impedimento: quo ad-
veniente, aliquem potentem & magnæ aucto-
ritatis principem, sacro concilio gratum, in
ejus protectorem instituire habeat, polliceat-
urque sub verbo regio per suas literas paten-
tes, quod non faciet, nec fieri permittet, Deo
auctore, quantum in eo fuerit, quod sit vel
esse possit directe vel indirecte contra ipsius
concilii auctoritatem & libertatem. Item ne
inanis & frustratoria reddatur hujusmodi sacri
concilii translatio, quæ sine magis periculis
& difficultatibus fieri non potest, videtur per-
maxime necessarium, cum, juxta declaratio-
nem sanctæ & magnæ synodi Constantiensis,
quicumque fidelis teneatur obedire mandatis,
statutis, ordinationibus aut præceptis cujuslibet
generalis concilii, quod domini rex &
electores præfati per suas literas patentes hoc
sacrum concilium Basileense, ante ipsius trans-
lationem decretandam, certificent; quod con-

acilium, dum in illo loco fuerit, recognoscant
pro vero generali concilio & indubitato, ei-
que adhaerebunt cum effectu inconcusse, quam-
diu durabit & continuatum fuerit: statutisque,
ordinationibus, decretis & mandatis per il-
lud inibi fiendis acquiescent & obtemperabunt,
& quantum in eis erit, inviolabiliter facient
observari, etiam si adversarii ad illud non ve-
nerint. Loca vero quæ prædictæ translationi
& rebus gerendis videntur accommodata, & re-
gie celsitudini grata, nominabit sacrum con-
cilium quando ipsius serenitati videbitur ex-
pedire: quorum alterum, pro majori gratitudi-
ne, contentatur sacrum concilium quod ipse
dominus rex auctoritate hujus sacri concilii
eligat & assignet. Postquam autem dictæ se-
curitates sacro huic concilio fuerint præstitæ
cum effectu, ac per regiam serenitatem unus
ex locis eidem specificandis pro translatione
concilii nominatus, & de his aliisque præ-
missis sacrum concilium per suas literas regias
patentes fuerit certificatum, hæc sancta syno-
dus suam translationem in illum locum pu-
blice ac in solemnibus sessionibus decretabit fiendam
ad tempus quod eidem synodo ac dictæ re-
gie majestati, consideratis temporum circum-
stantiis & necessitate ecclesie, videbitur ex-
pedire. Videtis præclari oratores, quantum
pacem ecclesie hæc sancta synodus exoptet,
quanta libertate desiderii regie serenitatis &
aliorum illustrium dominorum vos mittentium
satisfacere desideret, nihil aliud querens, ni-
si ut publicæ salutis ecclesie convenienter &
efficaciter consulatur. Vestrum erit jam eorum-
dem principum animos inducere, ut matrem
suam ecclesiam, ex qua spiritualiter regenerati
sunt, virtuosis adjuvent auxiliis, quatenus
eorum ope sacri concilii Constantiensis, & hu-
jus Basileensis, ac universitatum almarum uni-
versalium synodorum illesa fervetur auctori-
tas, fides vigeat, sacris canonibus reverentia
debita exhibeatur, procureretur animarum sa-
lus, ad quæ semper summe hujus sanctæ sy-
nodi aspiravit intentio: quæ & si per imple-
tionem vestræ postulationis omitti aut negligi
contingeret, grave judicium a domino super
ipso principes inclytos & super vos pertimo-
scendum foret. Sed ita illorum piam devotio-
nem & vestram in cunctis agere speramus, ut
ex laboribus fructuosus a domino promereami-
ni præmia gloriosa.

Datum Basilea in nostra generali congrega-
tione secundo nonas Octobris, anno a nativi-
tate domini millesimo quadringentesimo qua-
dragesimosecundo.

XVIII.

*Copia literarum misarum papa ex parte regis
Anglia, super facto concilio per dominum epis-
copum Landensem, & dominum Rosallium
præceptorem ordinis sancti Joannis Hierosoly-
mitani, & magistrum Guidonem priorem præ-
dicatorem, &c.*

Beatissime pater, humillima recommenda-
tione præmissa, vestræ beatitudinis literis,
quas nuper per manus egregii viri domini
Petri de Mella nuntii apostolici cum ea qua
decurit reverentia suscepimus, una cum cre-
dencia per eundem nobis desuper seriose ex-
posita, intelleximus eandem sanctitatem ve-
stram.

ANNO
CHRISTI
1498.Et cur non
offio (vni pa-
pam eccle-
sæ hujus-
modi.Hactenus o-
pistio syno-
dalis ex MS.
Colonienſi a
P. Crispio o-
ditio. H.

firmis, certis ex causis vos moventibus, concilium Basileense dissolvendum fore decrevisse, ac aliud concilium Bononiæ exnunc ad annum cum dimidio celebrandum indixisse, nos tam in eisdem literis, quam in ejusdem sanctitatis vestre nuntii viva voce exhortando, ut cum tempus postulerit, ad ipsam Bononiensem synodum nostros oratores transmittere placeret, qui circa Christianæ religionis & sedis apostolicæ statum & honorem ea proponant & operentur quæ rege catholico digna sint. His itaque, pater beatissime, intellectis, non abs re mente turbata, eo permaxime fuimus suscepti, quod nullum convenientius præsidium inveniri putavimus, quo sancta mater ecclesia sese ab extremis horrendisque periculis jam undique imminentibus tueretur, quo celerius hæreticorum conatus opprimi, aut catholicorum mores in melius reformari valerent, quam ut per præfixum concilium generalis cœtum adunatum, præmissis & aliis instantibus periculis sine ulterioris prorogationis dispendio succurratur. Cernimus quippe de præsentis, & ante hæc tempora animo perspicaci intuebamur, nedum progenitorum nostrorum, sed & nostris, heu, quomodo temporibus fides catholica statuique ecclesiasticus & laicalis ubique jam fluctet, & procellis magnis agitur, adeo quod reparandis reformandisque præter præmissa exorbitantius quamplurimis, quas ad gregis Christi turbationem non modicam in dies ingruere conspiciamus, mora nociva existit, & multa gignit dilatio pericula, quæ nihilo minus fidelium animarum salutem, cui celeriter succurrendum est, periculosiora (proh dolor!) comminantur. His propterea, pater beatissime, aliisque motivis incitati, Basileensis civitatis locum pro universali synodo celebranda, auctoritate sufficienti alias limitatum, tamquam in Christiani orbis medio positum, ab hæreticis Bohemisque, per Dei gratiam ad sanctæ matris ecclesiæ unitatem reducendus, haud longe distantem, satis commodum & congruum reputantes, ad sanctissimæ memoriæ Martinum papam V. prædecessorem vestrum nostros oratores dum in humani agebat, pro anticipacione ipsius concilii Basileensis destinasse meminimus. Cujus reverentia sicut & tunc, sic & nunc pro procuracione favores impendere regios nos debere, Dei ecclesiæ, cuius in ipso negotia prosperari speramus, expediens fore non credimus: quinimo considerantes, ut veraciter informamur, quod multi de notabilioribus Christianæ religionis principibus ad prælibatum concilium Basileense jam suos ambassatores destinarunt, ipsumque concilium tam prælatorum quam doctorum ac aliorum probatissimorum illuc assidue confluentium numero non modico in dies excrevit, in his quæ fidelium pacem, fidei nutrimentum, & ecclesiæ statum & honorem, ac animarum salutem respiciunt, & aliis quæ in ipsa sacra synodo generali tractari & expediri debeant, nos eis conformare intendimus, prout decet. Vestram itaque beatitudinem filiali affectione attentius exoramus & adhortamur in domino Iesu Christo, quatenus præmissis attentis, ad dicti concilii, quod universalis ecclesiæ profectibus tam necessarium tamque opportunum arbitramur, progressionem, & ipsius usque ad finale complementum tractandorum in eodem con-

Concil. General. Tom. XXIX.

tinuationem, paternos favores & assensum benignam adhibere dignemini, firmissime (si placet vestre sanctitati) in mente tenentes, quod si non omnia in concilio apud Basileam congregato expediri queant, quæ pro bono universalis ecclesiæ occurrerint, concilio apud Bononiam seu alibi congregando (si opus fuerit) nostros illuc oratores, cum postulaverit, ad vestre sanctitatis complacentiam animo paratissimo transmittemus. Ceterum, pater beatissime, corde sincero supplicamus, quatenus memorati circumspici viri domini Petri vestre sanctitatis nuntii moram in regno nostro Angliæ diuturniorem excusam habere dignetur vestra beatitudinis clementia, quod non sui desidia, sed variis circa progressum seu non progressum dicti concilii Basileensis occurrentibus novis, secundum varietatem occurrentium, novas deinceps deliberationes haberi, & nova oportuit consilia preparari. Beatitudinem vestram, &c. Datum, &c.

XIX.

Littera regis Angliæ illustris, directâ concilio per eosdem ambassatores.

Sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu sancti legitime congregata, universalem ecclesiam representanti, Henricus Dei gratia rex Angliæ & Franciæ ac dominus Hiberniæ, sui ipsius recommendationem, & ad universalem ecclesiam bonum feliciter prosperari.

Vestre sacratissime congregationis litera nobis jam vice gemina præsentata, primis videlicet ante adventum reverendi patris domini domini episcopi Laudensis nobilitate & magnifici militis domini Rafalli de Auro de Bononia, præceptoris S. Joannis Hierosolymitani Januensis, nec non egregii viri fratris Guidonis prioris conventus Chambericensis de Sabaudia ordinis prædicatorum, sacre pagine professoris, legatorum vestrorum, ad nostram præsentiam transmissorum: secundis vero, per eosdem in ipsorum ad nos accessu credentiaque pro parte nobis per ipsos in conspectu trium statuum regni nostri disertissimo sermone seriolius exposita, postquam piissimum sanctæ vestre congregationis propositum ad hoc tendens, ut tam fidei orthodoxæ, hæreticorum versutis & variis erroribus nunc temporis multipliciter impugnata, celerius succurratur, quam ut depravati mores omnium statuum in melius, quantum altissimum concesserit, reformentur, discordiæque regnum & principum, quibus Christianitas miserabiliter atteritur, posse tenus sopiantur, nobis elegantissime declaratum est pro parte celeberrimæ congregationis vestre, quæ sequuntur a vobis concepimus postulari. Quorum primo, videlicet ut nostri oratores & legati ad præfatam synodum destinentur, annuimus animo perlibenti, ipsorumque Dei opitulante gratia, adventum modo possibiliori maturabimus, ut optatur. In secundo autem per oratores eodem a nobis postulato, quod videlicet pacem inter nos & adversarios nostros, præsertim in regno nostro Franciæ concernit, ineundam, scire dignetur vestra concio sacrosancta, quod in hoc pacis negotio instantis & hortamentis reverendissimi patris domini cardinalis fan-

ANNO
CHRISTI
1449.

Ad Crucis condescendimus firmo cum propo-
sito, per quascunque vias rationabiles, ipsius
tractui pacis cum ipsis adversariis nostris ef-
ficaciter intendendi, sperantes in domino,
quod dicti reverendissimi patris labor in ea
parte frustrari non debeat, sed fructuosum
& gratum sortietur effectum. Veruntamen
si ex suorum laborum & meditationis indu-
stria fructus in ea parte speratus (quod ab-
sit) non sequatur, ambascatores nostri ad
vestrum coetum destinandi circa ipsius pacis
inveniam progressum ulteriorem venient sic
instruendi, ut cunctis per eos luculentius ap-
parere debeat, quod ab omni tempore fui-
mus, sumus, & erimus, favente altissi-
mo, dispositi & inclinati ad ipsius pacis bo-
num per quascunque media rationabilia &
convenientia intendere, prout congruit prin-
cipi Christiano. Ceterum in Spiritu sancto
adunata synodus gloriosa literas securitatis &
salviconductus, qui per concilium generale
volentibus adire per vestros oratores predi-
ctos petebantur, animo libenti concessimus,
exhortationemque prelatorum regni nostri de
accedendo ad concilium memoratum per nos
fiendam, ut vestri etiam pro parte est peti-
tum libenter exequentes, quos tamen ad o-
pus hoc aggrediendum urgere non oportet,
ad quod pro viribus absque stimulo volunta-
rie se disponunt. Ceterum vestrum sacrosan-
ctum coetum ad operis inchoati consumma-

re potuistis. Et ecce, propter rerum agenda-
rum progressum, modo ad hanc civitatem
Viterbiensem intravimus, continuatur iter
nostrum versus urbem Romanam, ad visitan-
dum sanctitatem ipsius domini nostri, quam
septimana proxima sine dilatione annuente
domino convenire speramus. Et quoniam
prater bullam admissionum sacri Basileensis
concilii, quam, ut certi reddimur, dudum
habuistis per legatos & oratores sue sancti-
tatis, reperimus eandem bene dispositam ad
favores sacri concilii, & eorum maxime,
pro quibus ipsum sacrum concilium congre-
gatum existit; & nos quoque una cum san-
ctitate sua illa & alia bona opera favorisare
intendimus. Quae sanctitas sua jam suos pre-
sidentes & legatos misisset dudum aprom-
ptuatos, nisi legitima impedimenta, prout
percepimus, obtulissent. Intendit autem sua
sanctitas, prout nobis dici fecit, illos quan-
tocius expedire. Nihilominus ne sacrum
concilium ex huiusmodi dilatione patia-
tur discrimen, eandem sanctitas sua pronun-
tiavit nonnullos alios presidentes, prout ex
bullis suis apostolicis clarius colligere poterit-
is. Adhortamur igitur vestras paternitates
majori affectione qua possumus, quatenus eof-
dem benigne velitis suscipere, nihilque in-
terim admittere quod possit cedere in pertur-
bationem sanctitatis sue & patris universalis
ecclesiae; quoniam nobis convenientibus bre-
vissimis (ut praediximus) his diebus una
cum sanctitate sua, solemnes nostros orato-
res super singulis ad vestras paternitates mit-
temus, sperantes in domino quod omnia pro
bono reipublicae Christianae bene manebunt
composita, & ad id omni studio intendemus,
qui scandala in ecclesia Dei (ipse novit) mo-
lesse ferremus.

ANNO
CHRISTI
1449.

X X.

*Epistola Sigismundi Caesaris ex Italia ad patres
in concilio Basilea congregatos missa.*

Reverendissimi in Christo patres ac vene-
rabiles, grates & sincere nobis dilecti, trans-
lapis diebus, geminatis nostris literis ve-
stris paternitatibus notificavimus concordiam
inter sanctissimum dominum nostrum papam
ac majestatem nostram secutam, quemadmo-
dum, non ambigimus, jam limpide cognosce-

Datum Viterbii die nona mensis Maii,
regnorum nostrorum anno Hungariae, &c.
quadrigesimo septimo, Romanorum vigesimo-
tertio, Bohemiae vero decimotertio, &c.

*Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper
Augustus, ac Hungariae Bohemorumque, &c.
rex.*

Ad mandatum domini regis Caspar Slick.

In editione
Anno 17.
Craibis Ord.
Min. cui to-
ta hoc appen-
dis debentur.

VARIARUM RERUM, EPISTOLARUM,

Actionum, sententiarum, decretorum, orationumque diversarum,
ad concilium Basileense seu ejus materiam spectantium.

FARRAGO sive APPENDIX.

Articuli quidam seu statuta, deliberata seu acta, pronuntiata seu definita concilii Basileensis seorsum hic congesta, & secundum datas ipsorum, quantum ex ipsis conici potuit, digesta: insertis avisamentis cleri Gallicani in Gallia pro synodo Basileensi factis, & articulis Bohemorum ipsi concilio Basileensi oblatis.

* In hac edi-
tione nume-
ros adscrip-
tione, ut in
posteriori fu-
erit quare
allegari.

I. *

Articuli de modo procedendi in sacro concilio legitimi & approbati seu conclusi in generali congregatione die Veneris 26. Septembris 1439.

Primo sint quatuor deputationes, sicut sunt, inter quas omnes de concilio distribuuntur æqualiter, quantum commode fieri poterit. Et sint in qualibet deputatione de quolibet statu, scilicet dominorum cardinalium, patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, doctorum, religiosorum, exemptorum, & non exemptorum, & aliorum, & in qualibet de omnibus nationibus distribuuntur in quatuor æquales partes supposita singularum nationum. Et ad distribuendum supposita concilii, eligantur quatuor, scilicet unus ex qualibet deputatione: qui quidem quatuor mensibus singulis eligantur de novo.

Item in quahbet deputatione eligatur unus præfidentis singulis mensibus per vota singulorum. Et in qualibet earum deputetur unus promotor, notarius, & unus cursor.

Item omnes deputationes congregabuntur ter in septimana regulariter, videlicet die Lunæ, die Mercurii, & die sabbati de mane hora consueta. Et si in prædictis diebus festum aliquod occurrerit præcipuum, poterunt in sequenti die congregati, vel in die præcedenti, si per præfidentem fuerit intimatum.

Item quod nulla deputatio adstringat se quibuscumque juramentis ad tenendum secreta materiam que tractabuntur in eadem: sed sit licitum singulis suppositis deputationum conferre cum singulis a de concilio, tantum de rebus de quibus agetur.

* In fine
de concilio
tenentur, de
de. II.

Item quolibet mense deputentur tres de qualibet deputatione, qui duodecim pari modo ter in septimana vel pluries, prout eis videbitur expedire, certis horis & loco, non tamen illis horis quibus deputationes congregantur, convenient ad videndum materias eis datas deputationibus distribuendas ad tractandum. Sic tamen, quod in fine cujuslibet mensis eligendo novos deputatos, de qualibet deputatione maneat unus de præcedentibus deputatis, ille videlicet quem ipsi duodecim elegerint: sic tamen quod ille qui eligetur pro mense secundo, non eligatur pro mense tertio: qui quatuor habeant de novo venientes

A informare de agitatis in illo mense finito. Et sic successive de singulis mensibus. Et illi duodecim eligant unum ex eis pro præfidente, qui pro toto mense sit eorum præfidentis, ad cujus mandatum ceteri deputati tenebuntur in loco per eos eligendo convenire.

Item si aliqua deputatio vel aliqua particularis persona habeat aliquam materiam præmanibus, quod illam possit eidem deputatis proponere, qui sub juramento præfinito tradentem (nisi sibi placuerit) non revelabunt.

Item quod deputationes, præcipue in rebus arduis, & maxime si non exigant celeritatem, non statim super propositis, dum primo proponuntur, deliberabunt: sed ad sequentem congregationem differant proposita, ut unusquisque habeat tempus cogitandi & mature deliberandi super propositis. Et si res proposita gravis fuerit, poterit bis vel ter secundum exigentiam sui gravitatis super ea deliberari, ut maturius concludatur quod fuerit multiplici deliberatione recensitum: sit tamen quod quilibet, juxta proposita per præfidentem, respondeat pertinentem, & non per materias extravagantes, ita quod non inducat aliam materiam, quam illam que per præfidentem fuerit introducta. Et si contingeret aliquem vel aliquos introducere materias alias, dominus præfidentis non faciat super illis deliberare protum, sed in alia prima congregatione, nisi forte materia talis fuerit, que urgentem exigat celeritatem.

Item quando in una deputatione aliqua materia fuerit agitata & deliberata, si in una sententia omnes conveniant, appunctuamentum suum per duos ad alias deputationes deferant cum motivis & persuasionibus ejusdem deputationis. Si vero non fuerit omnium concors sententia, & quantumcumque una pars numero excedat aliam, nihilo minus de qualibet parte sumatur unus, & ambo ad alias deputationes transmittantur, ut diversitas cum motivis & rationibus utriusque sententiarum omnibus innotescat, & sic alie deputationes, perceptis rationibus & motivis, clarius valeant deliberare.

Item quilibet deputatio in deferendo votum suum seu appunctuamentum ad alias deputationes servabit ordinem rerum de quibus agitatur, utpote si res ad fidem pertineat, primo ad deputationem fidei deferatur, & deinde ad alias. Et similiter, si res exigat ce-

terem expeditionem, indilate deferatur ad communem deputationem, & similiter in aliis. Communis vero deputatio tenebit eundem ordinem in deferendo communia ad alias deputationes.

Item prædicti duodecim deputati semper in die præcedenti ad congregationem generalem conveniant cum præfidente concilii, cum appunctamentis & avifamentis & agitatibus deputationum, ut præfidentis concilii sit plene informatus de singulis quæ habebit in generali congregatione proponere cum motivis & rationibus. Nihil autem ardui proponat præfidentis in congregatione generali ad deliberandum seu concludendum, nisi prius fuerit propositum in singulis deputationibus, & agitur: nisi casus esset repentinus & talis, cuius mora esset nociva, tunc posset proponi. Quicumque vero in deputationibus agitata fuerint, si omnes convenerint, si non, proponet, dummodo saltem per duas deputationes ad proponendum fuerit requisitus.

Item si in feria sexta festum aliquod vel aliud impedimentum occurrerit, quod in die sabbati fiat congregatio generalis, non in die Jovis, nisi per præfidentem aliter intimatum fuerit. Et ita fiat, quod nunquam in septimana generalis congregatio omittatur.

Item quod dominus præfidentis in qualibet congregatione habet rotulum suum, in quo ponantur materiæ proponendæ. Et litteris missivis lectis, semper incipiat a gravioribus: ita tamen quod omnia puncta, super quibus est præterea declarandum, in principio explicentur.

Item exhortentur supposita deputationum, & etiam in congregatione generali per præfidentem, quod si in deputationibus vel congregationibus sint duas vel tres opiniones, quicumque voluerint adhærere alicui illarum, non debeant reiterare quod jam dictum fuerit, nisi velint aliquid addere vel diminueret: sed poterunt illam quam voluerint partem brevi verbo eligere, vel novam dicere, juxta eorum voluntatem.

Item si in deputationibus sint supposita non deliberantia propter arduam materiarum, & dicant se velle cum libris vel alias deliberare, non concludatur, donec in sequenti deputatione, in qua, si dicere velint, audiantur.

Item ne tempus inutiliter occupetur & labatur in vanum, ordinetur quod deinceps super causis & rebus tractandis & exponendis in hoc sacro concilio, ac in generali congregatione per dominum præfidentem ipsi concilio proponendis, propriis singularum deputationum præfidentis, vel notarii referant avifata, deliberata seu conclusa in eisdem. Et si contingat majorem partem, hoc est tres deputationes esse concordantes, illico quarta deputatione, imo quodlibet suppositum hujus sacri concilii, diligenter & ad plenum audiatur benigne cum suis rationibus & motivis: quæ si forsitan hæsitacionem aliquam seu difficultatem afferant, remittatur articulus, super quo difficultas fuerit exorta, ad deputationes singulas latius & maturius digerendus. Si vero rationes talium & motiva dubietatem probabilem sufficientemque non adducant, concludatur quod approbatum extiterit & mature digestum per tres deputationes.

Item quod omnes incorporati, & qui in posterum incorporabuntur ipsi concilio, prout sunt deputati, singulis diebus ordinatis intrent ipsas deputationes ad avifandum & practicandum causas & materias occurrentes, ne quis prætereundum possit ignorantiam de proponendis in generali congregatione, & quod per vota omnium singula expediantur. Et qui non intraverint absque rationabili causa, seu qui non significaverint hora debita se non posse intrare, & qui ante dissolutionem recesserint sine licentia præfidentis, ipsius præfidentis arbitrio puniantur.

Item omnia supposita concilii teneantur venire & stare in congregatione generali in sessionibus, in missis solemnibus & processionibus, quemadmodum supradictum est de deputationibus.

Item antequam dissolvatur congregatio generalis, aut singularum deputationum, per notarios congregationis generalis, & etiam singularum deputationum, legantur appunctuata & ordinata in eisdem, ut si per dictos notarios, aliquis defectus in scribendo fuerit commissus, corrigatur.

Item de qualibet deputatione eligatur unus, qui quatuor provideant de sermonibus ad clerum singulis diebus solemnibus fiendis, quos ipsi personis idoneis ad hoc distribuant: & antequam sermo hujusmodi per eum cui assignatus est publicetur, prius per eisdem quatuor, vel alterum ipsorum, videatur ne error contingat, aut scandalum aliquod exinde oriri. Et iste ordo a festo sancti Michaelis inantea semper continetur.

Item ad expediendum aliquid, dentur aliqui deputati: qui dum conveniunt, ille qui dignior & primus est, inter eos proponat materiam tractandam, & dirigat illam, & vota aliorum exquirat. Et si aliquis vel aliqui de concilio, non deputati, volunt interesse ad avifandum super materia de qua est tractandum, possint avifare deputatos de motivis suis, & si placet deputatis quod intersint, poterunt remanere.

Nomina quatuor deputationum in concilio, videlicet,

Pro communibus,	Reformatorii,
	Fidei,
	& Pacis.

II.

Sequuntur instructiones deferenda ambasciatoribus concilii, continentes modos, quibus se debent habere cum ambasciatoribus domini nostri papa.

ET primo dicti ambasciatores sacri concilii deputati cum uno ex parte domini protectoris, ibunt ob tam præfatis dominis oratoribus, & suscipient eos benigne & gratiose, ut inter alia dicant eis qualiter dominus Petrus * Ponitem requisivit dominum cardinalem legatum ex parte ipsorum, ut procuraret eis tres salvoconductus: & cum ipse dominus legatus inferret dominis de concilio, valde ipsi sunt admirati de hujusmodi petitione salvoconductus, nec non & proprias causas in salvoconductu expressas.

Item exhortentur eos qui velint libere huc venire sine salvoconductu, quia revera non est opus, & super his dicam quantum eis videtur, inducendo eos ut desistant, nec curent.

rent de hujusmodi salvoconductibus. Si tamen omnino ipsi insistant habere, tunc dicant nostri ambasciatores, qualiter predictus dominus Petrus porrexit dicto domino legato certam formam, & cureat scire ab eis, utrum illam dederint. Et si dicant quod sic, tunc ambasciatores nostri requirant notarios & testes, & dicant quod licet non esset necessarium eis dare salvoconductum nostrum, nihilo minus ad satisfaciendum eis ostendant ei salvoconductum nostrum, qui conceptus est in plena forma, &c. Et si causarentur de aliquibus clausulis omissis, videlicet de eundo ulterius, & de mittendis & recipiendis nuntiis, & quod ^o trahatur data salvoconductus ratio, exprimant justas causas. Prædicta verba sunt omnia, prout circumspectiones ipsorum scient eis clare declarare secundum mentem sacri concilii. Et curent ipsi ambasciatores nostri, quod in prædictis omnibus adsint notarii & testes, & etiam cives vel optandi majores loci, ubi dictos ambasciatores reperient. Si autem nolent dicti oratores esse contenti de salvoconductu nostro, tunc ambasciatores nostri protestentur coram notariis & testibus, &c. quod per sacrum concilium non staret, quia ipsi veniant vel possint venire: admoneant etiam eos, quod in redeundo non dicant vel faciant aliquid, quod sit in derogationem vel lesionem concilii, quia timent, ne forte alii egre ferentes hoc facerent sibi aliquam displicentiam: & etiam admoneant quod propter suspicionem exortam non remaneant in Alemanis, sed quam citius possint revegantur. Si forte nostri ambasciatores senserint eos aliquid commisisse verbo vel facto contra honorem sacri concilii, tunc ambasciatores nostri dicant, quod secundum decreta sacri concilii possent procedi contra eos: nihilo minus ob reverentiam sedis apostolicæ, & quia concilium vult procedere cum omni mansuetudine & pietate, sunt contenti nostri ambasciatores, quod ipsi in pace possint recedere, sed caveant de futuro. Et de hoc aviseatur ille qui mittetur nomine domini ducis protectoris.

III.

Declaratio salvoconductus.

Licet salvoconductus per vos petitus ad hanc civitatem Basileensem veniendi non necessarius fuisset, ex causis in aliis litteris nostris & per oratores nostros expressis, nihilo minus nos volentes vestre postulationi, quantum cum Deo & honestate fieri potuit, satisfacere, ipsum salvoconductum in forma plena & sufficienti per dictos oratores ad vos transmivimus. Verum quia dubitare videmini, ubi dubitandum non est, & in re clara scrupulum queritis, difficultatem in aliquibus clausulis non necessariam facientes, ideo ut cognoscatis hanc sanctam synodum in spiritu lenitatis & mansuetudinis procedere, & ne vester accessus conventui fructuosus sic impediatur ex parte ipsius synodi videatur, prædictas clausulas dicti nostri salvoconductus hoc modo ex superabundanti duximus declarandas, videlicet ut privata collocutio quoad res familiares & privatas, & non concernentes negotia hujus sacri generalis concilii Basileen-

sis in lesionem ipsius sacri concilii, nullatenus interdicta vobis intelligatur: quodque verba illa, Vult etiam hæc sancta synodus, ut postquam ad vestra proposita & explicata responsum dederit, vel vos requisierit, &c. intelligantur, ut terminus octo dierum referatur ita ad responsum dandum, sicut ad requisitionem hendam. Item quod verbum illud, per viam rectam, intelligatur, per eam qua venistis, vel aliam vobis gratam & securam, versus partes Italie sine dolo & fraude tendendo, &c.

IV.

Reformationes de suppositis hujus sacri concilii.

Admonet hæc sancta synodus omnes sacrum concilium celebrantes, ut omnem gravitatem & honestatem, quæ viros ecclesiasticos decet, diligenter observent, vitam & conversationem exemplarem ducant: & cum ad dandam toti ^o orbi convenerint, ipsi prius in se legem suscepisse demonstrant. Sint eorum mores sine macula & ruga. Exhibeant se tamquam speculum mundum, in quo alii speculantes normam & exemplum sanctimonis accipiant. Meminerint se esse sal terræ, in quo opus est ut nunc sanetur mundus. Sint tales, juxta præceptum domini, ut lumen eorum luceat coram hominibus, ut videant bona opera ipsorum, & glorificent Patrem nostrum qui in caelis est. Ipsi inquit apostolus in persona Timothei: *Esse exemplum fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate.* ^o Intima & bona conscientia propter seipso, bona fama propter proximos.

Et quantum ad conscientiam attinet, unusquisque eam sepe examinet & mundet, quantum fieri potest, ab his omnibus quæ divinam majestatem offendunt. Qui sacerdotes sunt sepe celebrent, alii vero sepe confiteantur: hoc plurimum valebit ad gratiam domini impetrandam. Alioquin si iniquitatem conspexerit in cordibus eorum, non exaudiet dominus, & oratio peccatoris fiet ei in peccatum.

Et quoniam opera quæ hoc sacrum concilium consequitur nimis grandia sunt, quæ quidem viribus humanis nullatenus effici possunt, necessario ad dominum recurrendum orationibus, elemosynis, jejuniis. Quilibet igitur de concilio, singulis diebus aliquam saltem brevem orationem ad Deum porrigat pro successu hujus sacri concilii. Mandat etiam hæc sancta synodus, ut singulis feriis quintis, quamdiu durat tractatus Bohemorum, in majori ecclesia celebretur missa de Spiritu sancto cum orationibus ad hoc institutis, in qua omnes de concilio interfint. Ea autem die, nec non diebus dominicis, & aliis diebus solemnibus, quibus præsentem concilio missæ celebrantur, quilibet de concilio offerat in gazophylacio saltem unum nummum, hoc modo, quod duo cursores cum pyxidibus, unus ab uno latere chori, alius ab alio, intra missarum solemnias recipiant quicquid a suppositis concilii offertur. Post missam promotores concilii distribuant hujusmodi oblationes pauperibus, de quibus ipsi videbitur. Eandem

missam de Spiritu sancto, quinta feria, sancta synodus mandat solemniter celebrari in qualibet ecclesia collegiata & conventuali huius civitatis.

Mandat etiam tam suppositis concilii celebrantibus, quam aliis sacerdotibus in hac civitate existentibus, ut in missis suis dicant aliquam orationem pro pace & unitate ecclesie.

Ut negotia quæ in deputationibus concilii aguntur, Deus oculo pietatis aspiciat, & prosperari faciat, expedit ut hi qui illa tractant, ad ipsas deputationes devoti accedant: propterea quilibet deputatus, antequam negotium incipiat, audiat in communi missam in loco quem ordinaverit prope ipsam deputationem. Ibidem omnes de deputatione curent interesse, nisi forsitan aliqui sint per se celebrantes.

Tempore divinorum non fiant invicem colloquutiones. Sed quilibet vel oret, vel contempletur quæ aguntur vel dicuntur in missa.

Et quoniam (ut inquit Tobias) bona est oratio cum eleemosyna & jejuniis, quilibet semel in hebdomade feria sexta vel alia jejundet. Et sicut Moses antequam legem mereretur fumere jejunavit, ita & nos legem reformationis a domino accepturi, & tradituri mundo, facere curemus: qui autem jejunare non potest, det eleemosynam.

His autem diebus quilibet in mensa sua servet moderationem sobrietatemque ciborum: etiam si hospites adsint, non multitudine ac reprehensibili varietate cerculorum, sed modesta & competenti retensione honorentur.

Prelati in mentis suis studeant servare decretum Toletanum, quod tale est: Pro reverentia Dei & sacerdotum id univiersa constituit synodus. Et quia solent crebro mensis ociosa fabula interponi, in omni sacerdotali convivio divinarum scripturarum lectio miscatur: per hæc enim & animæ edificantur ad bonum, & fabulæ non necessarie prohibentur.

Quilibet etiam ecclesiastica persona, antequam cibumumat, benedicat: & post refectorem orationes ab ecclesia institutas dicere non negligat.

Caveant supposita concilii, ad tollendas tentationes & murmuraciones, ne convivia vel suspecta commercia cum mulieribus habeant.

Supposita concilii a verbis detractoriis, contentiosis, vel scurrilibus & male edificantibus quibuslibet accurate caveant, ne factis aut verbis proximum scandalizent.

In via quilibet incedat pudicis oculis cum modestia & gravitate: ad loca minus honesta non vadat, nec ad spectacula publica, choreas, ludos, hastiludia, torneamenta, & alia huiusmodi. Vestimentis utantur, prout sacri canones statuerunt; abstineant a coloribus rubeis & viridibus excessive: vestimenta deferant talia, & tam retro quam a lateribus & ante clausa, & sine manicis ad cubitum pendentibus, & absque foderaturis ultra oras excedentibus & infixuris. Nihilus portet anulum, nisi cui competit ex officio dignitatis, & unum dumtaxat: nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec caligas solatas, nec mitras, sineas aut birreta longa, sed parva aut honesta caputia: tonsuras

deferant suis ordinibus congruentes, & capillos ita tonsos, quod aures pateant.

Non portent in frenis, sellis, aut pectoralibus equorum, aurum, vel argentum, aut ornamenta metalli depicti, aut figurati, aut mappas sericeas, seu alia huiusmodi superfluitatum: & quod huiusmodi ornamenta equorum sint unius coloris, non rubei vel viridis: nec calcaribus deauratis utantur.

Ut prelati non in multitudine sed honestate familie gloriari videantur, incedendo per viam pedites, aut equites, quanto pauciores possunt præmittent familiares: cardinales decem, patriarchæ octo, archiepiscopi sex ante se.

Et quia qualis paterfamilias, tales & domestici ejus: curandum est ut non solum patres de concilio, sed & eorum familiares decentem honestatem servent. Quilibet igitur familiares suos sæpe admoneat, ne quid reprehensibile aut scandalosum publice vel occulte perpetrare audeant: huiusmodi familiarum vestes non sint breviores genu, nec diversorum colorum, nec cum scissuris, frappis, vel brodaturis, vel alia ornamenta aurea vel argentea, nec cincturas excessive sumptuosas. Sint eorum caligæ unius coloris, similiter & caputia, nec dagas seu cultellos ultra longitudinem unius palmæ deferant.

Nemo de suppositis concilii ludat, aut familiares suos ad taxillos vel alios ludos inhonestos ludere patiatur. Non permittant a familiaribus suis per civitatem cum avibus se associari.

Familiares dominorum de concilio, beneficiati, vel in sacris constituti, taliter incedant, & non laicaliter tamquam scutiferi.

Omnes religiosi existentes in hoc loco sacri concilii portent habitus suarum religionum in colore, valore, longitudine, amplitudine. Cum incedunt per civitatem, vestes deferant superiores, juxta institutiones suorum ordinum: & canonici regulares pro veste superiori portent croceam, mantellum, vel redavidellum.

Ne in hoc loco sacri concilii religiosi sine causa vagari præsumant, teneantur statim post primam diem adventus sui præsentare se superioribus suis, vel eorum vicariis aut procuratoribus: & qui hic non habuerint superiores vel eorum vicarios, representent se generali præsidenti: & si sine legitima causa huc advenerunt, revertantur ad monasteria eorum, quod si, ut prædictum est, representare se aut ad monasteria reverti contempserint, de mandato prædictorum superiorum suorum vel præsidentis per soldanum carceri mancipentur.

In congregatione generali deputationum servetur debita modestia. In loquendo nullus alium maledicti aut contumeliosus lacestat, Unusquisque de alio reverenter & honeste loquitur, præsertim minores de majoribus. Nemo alium loquentem interrumpat. Uno loquente, ceteri silentium servent. Quilibet proferat libere votum suum, ad neminem nisi solum Deum respectum habens. Nemo humana affectione seu passione moveatur.

Animadvertant patres de concilio verba illa quæ scribuntur in Paralipomenon: *Fidete quid faciat, non enim hominis exercetis iudicium, sed domini & quodcumque judicaveritis,*

Tol.

Dei.

Par.

11.

Par.

11.

Par.

11.

Par.

11.

Par.

11.

Par.

11.

in vobis redundabit. Sit timor domini vobiscum & cum diligentia cuncta facite. Meminerit ergo quilibet juramenti in receptione sua ad sacrum concilium præstiti, videlicet quod salubre consilium dabit secundum Deum & conscientiam suam. In hoc loco, ubi de communi totius Christiani populi salute agitur, omnis minima culpa maxima est in districto Dei judicio severitate plectenda. Studeant supposita concilii pacem & unitatem, quam mundo & ecclesie dare procurant, inter se prius custodire. Sint unum in domino, idipsum sentientes omnes. Non sint inter eos schismata, contentiones & emulationes. Servent super omnia fraternam concordiam, quia, ut inquit dominus, *omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum ruet.* Nemo eorum suscitet odiorum & rancorum fomenta, quin potius extinguat. Alter alteri, si forte is offensum putat, ignoscat: & hoc est alicuius alterius onera portare, & adimplere legem Christi. Nemo juxta juramentum suum vota singulorum revelet, unde nemini verisimiliter odium sequi possit.

Hujusmodi ordinationes & exhortationes quilibet prædens per supposita sua deputationis observari faciat, inquirendo diligenter, an quisquam transgrediatur. Transgressorem autem caritative corrigat, & si se non emendet, adhibeat cum consilio aliorum de majoribus sue deputationis efficacem & opportunum remedium: promotores etiam concilii solcite hujusmodi transgressores inquirent, & sue deputationis deferant prædenti.

Quilibet prædens deputationum in principio sue prædientis prædicta in sua deputatione legi faciat, ut supervenientibus innoventur.

Prædens autem concilii deputet aliquos qui sollicitent cives, ut ea quæ pro honestate civitatis instituta sunt executioni demandentur, & debite custodiantur.

Admoneantur Basileensis episcopus & officialis suus, ut prædicta clero suo intiment, & inviolabiliter observari faciant.

V.

Articuli oblati concilio ex parte regni Bohemie & marchionatus Moraviae, &c. anno domini 1433. in festo sancti Tiburtii, post Laurentii.

Horviticorum sunt hæc.

HOS articulos paternitatibus vestris offerimus, quatenus intuitu optandæ concilii mortalibus pacis & unitatis, veluti ipsi in hac forma subscripta vestrum præbere consensum, ut libere teneantur, doceantur, & irrevocabiliter observentur in regno Bohemie & marchionatu Moraviae, ac locis eis adherentibus in hac parte.

Primo, ut communio divinissime eucharistie utilis & salubris sub utraque specie, scilicet panis & vini, unversis Christi fidelibus in regno Bohemie, marchionatu Moraviae, ac locis eis in hac parte adherentibus constitutis, per sacerdotes libere ministraretur.

Secundo, ut omnia peccata mortalia, & præsertim publica, per eos, quorum interest, rationabiliter & secundum legem Dei cohibeantur, corripiantur, & eliminentur.

Tertio, ut verbum Dei a sacerdotibus do-

Concil. General. Tom. XXIX.

Amini & Levitis idoneis libere ac fideliter prædicetur.

Quarto, quod non licet clero tempore legis gratiæ, super bonis temporalibus sæculariter dominari.

Ipsi autem, quam utrimque diutine optavimus, unionis tenorem offerimus in hac forma: Parati sumus uniri & esse unum, modo quo omnes Christiani fideles uniri secundum legem Dei obligantur, & adherere & obedire quibuscumque nobis legitime periculis in omnibus ecclesiasticis, quæcumque nobis secundum legem Dei mandaverint: quod si quidquam concilium papa aut prælati, quod a domino prohibendum est, determinaverint faciendum, aut facere jusserint, vel quod in canone biblia scriptum est præterierint, aut præterire mandaverint, cum canones tales dicantur execrabiles, & anathema obedire, non obligamur, nec obediemus. Hæc vobis offerimus inter nos & vos, ut supponimus, concludenda, expediens nostris quatuor articulis secundum judicem parte ex utraque concordatum, cupis sententiam & iudicium etiam in futuris emergentibus volumus ab omnibus acceptari.

Præterea istud per ambaxiatores nostros tandem pro finali unione facienda mittendos, volumus exigente & urgente æquitate, propter observationem & confirmationem pacis & unitatis obtinere, ut, unione facta, concilium suis patentibus litteris præcipiat omnibus primatibus, archiepiscopis, episcopis, regibus, & principibus, & universis utriusque status sibi subiectis, quatenus non & nobis in hac parte adherentes, & adherere volentes, amplius palam vel occulte hæreticare, aut quovis modo infamare, aut etiam hostiliter invadere non præsumant, propter aliquem prædictorum articulorum, & præsertim propter primum, quem asserimus & asserere proponimus, dominico cadere sub præcepto, usque ad discussionem finalem, mutam & concordem, per concilium ad nos secundum sententiam judicis in Egra conducti, circa difficultates prædictorum articulorum, si quæ occurrerint, standum. Nam illius æquissimi judicis legibus & decretis optamus, in domini dispositione, in concilio sedentes incorporari fideliter ad reformationem totius ecclesie in capitibus, artibus & membris. Quam quidem sententiam ut veridico didicimus relatu, uti proposuit concilium circa reformationem ecclesie æque spondit, &c.

Insuper, ut litium & jurgiorum inter nos & coimcolas nostros materia radicitus evellatur, circa unionem inter nos & concilium celebrandam, istud volumus per nuntios nostros ad concilium mittendos obtinere, ut facta unione, concilium modis & hortamentis congruis scribat, inducat, & efficiat, quantum in eo est, quatenus omnes & singuli sacerdotes, cujuscumque præminentie aut dignitatis existant, in eisdem regno & marchionatu, præsertim qui ipsos articulos nondum in effectu observarunt, queant cum honoris sui conservatione, & valeant libere ac fideliter exequi & amabiliter observare & docere. Nam sic in sancta veritate uniti erimus, nunc gratiæ divinæ participes, & in futuro visionis ipsius jucundæ consortes. Amen.

Quinto, quod non licet clero tempore legis gratiæ, super bonis temporalibus sæculariter dominari.

Concil. General. Tom. XXIX.

B b

m-

Instructio a Concilio data Legatis suis ad Bohemos missis Ambaxiatores Concilii sunt missi ad Bohemia per modum sequentem.

IN nomine Domini nostri Jesu Christi, qui pacis, & unitatis est doctor sequuntur Instructiones pro parte hujus sacri Concilii Basiliensis factae, & traditae venerabilibus, & dilectis Ecclesiae filijs Philippo episcopo Constantiensi, & Petro episcopo Augustensi, & Collegis eorum Legatis ad partes Bohemiae destinatis super agendis per eos omnes, vel majorem partem si alios contigerit impediri.

Primo cum Deo propitio ad Nurembergam pervenerint, loquentur cum Consulatu, & exponunt seriose quid & qualiter per hoc sacrum concilium actum sit cum Ambaxiatoribus Bohemiae, & de certis causis eos debite informabunt pro eorum consolatione, & conformabunt, dicentes insuper quod pro felici conclusione tractatum unionis, & pacis sint ad partes Bohemiae destinati in mandatis habent petere ab eis, qui vicini sunt, & multam rerum provinciam habent, & sunt viri prudentes avasamenta, & consilia opportuna & quod pro reverentia Dei, & fidei catholicae assilant eis consiliis, & auxiliis; rogando eos ex parte concilii, quod pro efficaciori rerum expeditione velint destinare aliquos industres viros una cum nostris ambaxiatoribus.

Item eodem modo agent cum illustrissimo Principe Friderico Marchione Brandenburgensi, Joanne Duce Bavariae Consulatu Egrae, & aliis Principibus, Baronibus, Communitatibus, de quibus eis visum fuerit fieri debere.

Item cum Deo propitio pervenerint Pragam in Congregatione generali proprio sito (sic) verba Dei explicabunt qualiter hoc sacrum Concilium Basiliense generale in Spiritu Sancto legitime congregatum procurare cum Dei auxilio intendens pacem & tranquillitatem universo populo Christiano ad regnum illud valde specialiter oculos suae considerationis direxit, & commemoratis studiis, & diligentis ad hoc adhibitis offerant viam unionis huc jam eorum ambaxiatoribus oblatam, & eam multiplicibus suadeant rationibus tanquam promptiorem, honestam, & honorificam valde, & quod semper in Christiano populo sub ortis altercationibus de his, quae ad fidem pertinent, sive fuerint inter episcopos, sive inter diversas provincias, flagitatum est. S. Sancti judicium per sententiam concilii generalis & reliqua ad hoc persuadendum pertinentia si Spiritus Sancti gratia concesserit, quod hanc viam saluberrimam amplectantur. Et de omnibus hujus sacri Generalis Concilii determinatione, & judicio se submittant, habeant dicti legati omnes, vel major pars ut praedictum plenam, & liberam facultatem eorum unionem, & submissionem admittendi, & eorum incorporationem juxta morem Concilii recipiendum tollendique omnes censuras ecclesiasticas, poenas & sententias absolutionemque plenariam faciendi regnum & marchionatum, & omnes eorum incolas, & habitatores ipsius adhaerentes honori, statui formae, & in omnibus, & per omnia in integrum restituendi; ecclesias quoque, altaria, cimiteria, & omnia sacra solo verbo reconciliandi, clericisque omnes ordinum restituendi, habitandi, & in omnibus inte-

gro statui, & honori plenario, & in integro restituendi, Pronunciabunt quoque pacem cum universo populo Christiano, & per confinia literis suis principibus, & communitatibus intimabunt.

Spondebunt autem quod in determinatione hoc sacrum concilium cum magna gravitate, & maturitate procedit, magna discussione & digesta deliberatione, dimissis necnon jejuniis, orationibus, & aliis sanctificationibus in talibus a SS. Patribus solitis observari.

Ubi autem praedicta via non acceptetur, omnino intendant agere, quod ambaxiatores ipsius regni, & Marchionatus ad sacrum concilium destinentur, cum pleno mandato ipsam unionem, & incorporationem pure, & simpliciter faciendi.

Si autem nec hoc efficere queant saltem intendant quod ambaxiatores habeant potestatem faciendi unionem, & incorporationem si eis visum (fuerit) expedire.

Si nec hoc obtinere possint, ne hujusmodi tractatus interrumpatur, labore quod aliquos mittant huc ad tractandum, & persuadendo eis, quod sic tractando, & non desiccando Deus dignabitur aperire aliquod medium opportunum: in rebus enim sanctis sine intermissione laborandum est.

Nota. His casibus habeant facultatem concordandi super modo audientiae ipsius Ambaxiatoribus concedendam, prout videbitur faciendum, & super hoc cum eis tractandi, & concordandi, concedendique salvos conductus, & omnia alia faciendi quae necessaria fuerint, vel etiam opportuna.

Poterunt quoque si habito consilio Principum, & communitatum circumvicinarum eis visum fuerit expedire, treguas generales tractare, inire firmare, indicere, & eas ab omnibus fidelibus observari mandare sub sententiis, & poenis apponi in talibus consuetis.

Et quoniam omnia quae circa tam magna negotia agenda occurrunt provideri non possunt, idcirco in praemissis, & circa ea cum omnibus incidentibus, dependentibus, & annexis, cum omni sollicitudine, & studio curabunt fideliter agere omnia quae Dei timore proposito, fide, & honore ecclesiae semper salvis pro felice, & votiva conclusione negotiorum videbitur expedire.

Laborabunt etiam dicti nostri ambaxiatores cum omni diligentia pro statu, & honore serenissimi Principis domini Regis Romanorum, ut ubicumque poterunt cum omni sollicitudine contentur promovere suam Majestatis honorem, & utilitatem.

Concedit sacrum concilium Ambaxiatoribus ad partes Bohemiae profecturis, & unicuique eorum facultatem celebrandi in altari viatico in locis etiam suppositis interdicto infra regnum Bohemiae, & ubicumque pervenerint, excommunicatis tamen, & interdictis exclusis; necnon ipsius, & omnibus de ipsorum familia, & comitiva eligendi confessorem cum ea plena potestate, & in quibusvis ecclesiis etiam Religiosorum, ac etiam in domibus propriis celebrando, celebrari faciendi, suscipiendi sacrum Eucharistiae sacramentum.

Item communicandi cum omnibus Bohemis, & Moravis in omnibus praeterquam in divinis, ad quae nullatenus eos admittant, nisi forte facta unione juxta modum, & formam

nam in instructionibus contentam. Veruntamen si aliqui eorum causa videndi, ut inde possent aliquid negociis accommodum electioni, vellent interdum intrare illorum Ecclesias, dum sua divina peragunt, hoc eis liceat ipsorum conscientie remittendo, prout expedire cognoverint.

Item concedit eisdem tribus, & duobus eorum, & etiam cuilibet cum consensu aliorum facultatem reconciliandi in hæresim lapsos, absolvendi, dispensandi, & habilitandi, & in pristinum statum restituendi. Absolvendi etiam illos, qui eis commercia contra prohibitionem ecclesie exercuerint in forma ecclesie.

VI.

Instrumentum fultæ pacis inter regem Francia & ducem Burgundia per legatos concilii.

In nomine domini. Amen.

Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat evidenter, & sit notum, quod anno a nativitate ejusdem 1431. indictione XIII. die vero sabbati quinta mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Eugeni divina providentia pape IV. anno quinto, reverendissimi in Christo patris ac domini domini Juliano tituli sancte Sabine, sancte sedis apostolice in Germania legato, Ludovico tituli sancte Cecilie Arelatensis presbyteris, Prospero sancti Georgii Ad velym aureum diacono de Columna, sancte Romane ecclesie cardinalibus vulgari ter nuncupatis, Joanne archiepiscopo Tarentino, Petro episcopo Paduano, Joanne Antiocheno, Ludovico Aquilejensi patriarcha, Amedeo Lugdunensi, Henrico Bituricensi Francie, reverendis patribus domini Bernardo Aqueensi Anglie, Alvaro Conchensi: Alphonso Burgensi Castellæ & Legionis, Nicolao Vexionensi Daciae, &c. Petro Dignensi Sicilie, &c. venerabili vero domino Nicolao præposito Cracoviensi Poloniae regum serenissimorum, domini Joanne Nivernensi Burgundia, Matthæo Albinganensi episcopo Mediolani ducum illustrissimorum, Joanne Cisterciensi, Alexandro Virziliensi, ordinis sancti Benedicti Cabilonenis & Eduensis dioceseon monasteriorum abbatibus, Joanne Pulcripatris, Dionysio Sambrenays in sacra pagina doctoribus alma universitatis studii Parisiensis, in sacro Basileensi concilio nuntiis & ambaxiatoribus aliisque reverendissimis & reverendis patribus & domini domini archiepiscopis, episcopis, abbatibus, doctoribus, & magistris in magna multitudine & numero copioso sacrum Basileense concilium representantibus & celebrantibus, in generali congregatione de mane in majore ecclesia Basileensi more solito congregatis præfatis reverendissimis patribus domini, cardinali legato, archiepiscopo Tarentino, & episcopo Paduano, pro & nomine sanctissimi domini nostri pape presidentibus in eadem, in dominorum, testium, & nostrorum notariorum publicorum infrascriptorum presentia, lectis primis deliberationibus sacrarum deputacionum pro dicta generali congregatione hac die de mane celebranda, ad audiendum reverendissimi patris domini Hugonis episcopi Prædestini cardinalis de Cypro, legati cum potestate

Concil. Gener. Tom. XXIX.

de latere, ac reverendorum patrum & venerabilium virorum dominorum Nicolai Vexionensis, Matthæi Albinganensis, episcoporum, Nicolai præpositi Cracoviensis, & Guilielmi Hugonis archidiaconi Metensis, sacri concilii ambaxiatorum, missorum ad conventionem Atrebatensem, pro pace Christianissimi regni Francie tractanda, & de eadem conventionem redeuntium, de gestis per eos circa hujusmodi pacem relationem faciendam. Conclusioque per reverendissimum dominum cardinalem legatum, alterum dictorum presidentium, nomine & auctoritate sacri concilii super hujusmodi generali congregatione celebranda, præfati domini legatus & ambaxiatores accesserunt ad dictam generalem congregationem pro hujusmodi sua relatione faciendam. Et sedentibus ipsis domini legato & ambaxiatoribus in altiori banca, in qua reverendissimi patres domini cardinales & presidentes sanctissimi domini nostri pape in generalibus congregationibus sedere consueverunt, requisitusque & exhortatis domini & patribus de sacro concilio per eundem reverendissimum dominum cardinalem de Cypro legatum, ut ipsi haberent eundem dominum cardinalem & alios dominos ambaxiatores in hujusmodi sua relatione facienda patienter & benigne audire. Deinde facta prius per dictum dominum episcopum Vexionensem solemnem collationem sub

thematate, *Gaudium & letitia invenientur in ea, gratiarum alio & vox laudis*, &c. præfatus venerabilis & circumspexus vir dominus archidiaconus Metensis dixit eorum instructiones fuisse tripartitas. Primo instruebantur episcopi partes contententes exhortari tam in genere quam in specie ad pacem & concordiam per omnia media possibilis. Secundo eis committebatur pacis & concordie præfate specialis prosecutio facto & opere. Tertio eis dabatur facultas singula bene gesta interpretandi, roborandi, ac potius & censuris validandi, dicebatque quod ex harum instructionum directione, quantum fieri potuit, eis commissa fideliter peregerunt: ipsaque gesta per

Deos secundum ordinem instructionum suarum, specificis & articulatim recitavit: Primo juxta primam partem earum declaravit, qualiter post adventum partium in civitate Atrebatensi coram illustrissimo domino Burgundia proposuit solemniter dominus Nicolaus de Polonia, persuadendo sibi pacem & concordiam. Deinde ad idem coram ambaxiatoribus Christianissimi domini regis Francie dominus episcopus Albinganensis: postremo dominus Vexionensis coram ambaxiatoribus serenissimi domini regis Anglie, ipsos ad pacem mediis & viis possibilibus inducendo. Recitavit ulterius dictus dominus archidiaconus quomodo tractarum ipsius pacis & concordie specialiter fuerunt prosecuti. Juxta secundam partem suarum instructionum, aperiendo & declarando articulatim & successive omnes oblationes factas hinc inde inter Gallicos & Anglicos, quarum ultimæ finales, & in quibus partes ipse immutabiliter persistebant, fuerunt hæ: Pro parte ambaxiatorum Christianissimi regis Francie oblatum est Anglicis omne dominium quod tenent & occupant in ducatu Aquitanie, nec non totus ducatus Normannie, modo & forma contentis in quadam litera sigillis omnium dictorum ambaxiatorum sigillata, & illustri-

Illustrissimo domino duci Burgundie tradita. Pro parte Anglicorum fuit oblatum regi Christianissimo Francie totum id quod tenet & possidet in Francia tam citra Ligerim quam ultra: hoc adjecto, quod terras, dominia & oppida unius obedientie, incluse seu inclusa in dominiis alterius obedientie, commutabuntur ad alias terras & alia oppida, sita seu inclavata inter dominia alterius obedientie; secundum commodiosorem usum alterutrius partium. Item hoc mediante, offerebant matrimonio sui regis sine alio onere dotis, etiam liberationem domini ducis Aurelianensis mediante finantia competenti. Narravit postmodum, quod finaliter legati & oratores sacri concilii & sedis apostolicæ, dixerunt dominis ambaxiatoribus Angliæ, attento quod pater moderni regis Francie Christianissimi, avus, proavus, & alii sui prædecessores, a tanto tempore, & per tantum tempus, cujus principii memoria non existit, fuerint in possessione quietæ & pacificæ coronæ Francie, & tales habiti, ac etiam per sacra concilia generalia, summos pontifices, imperatores, & alios omnes principes orbis sic nominati verbo & litteris. Certe propterea eis videbatur, quod ipsius regis oblationes erant rationabiles pro pace & concordia, & nullo modo per Anglicos refutandæ, sed omnino acceptandæ. Et casu quo eas non acceptarent, volebant adire præfatum dominum ducem Burgundie, ipsum exhortando, ut regno Francie, quantum in eo erat, daret pacem & tranquillitatem, pacem cum rege faciendo, prout etiam in mandatis haberent. Deinde dixit idem dominus archidiaconus, quod quia ipsi domini ambaxiatores Angliæ recesserant absque conclusione vel acceptatione oblationum Gallicorum, que (ut supra) eidem dominis legatis rationabiles quamplurimum videbantur, adiverunt realiter præfatum dominum ducem Burgundie, ipsumque tam auctoritate sacri concilii, quam sanctissimi domini nostri papæ exhortati sunt, & requisierunt omnibus melioribus modis & viis quibus poterunt, ad huiusmodi pacem & concordiam cum Christianissimo domino rege Francie, de qua domo ipse dominus dux & sui progenitores traxerunt originem, iniendam & faciendam. Tandem datus & oblati per dominos ambaxiatores domini Francorum regis certis oblationibus, quæ iustæ & rationabiles videbantur, dicto domino duci Burgundie pro suo interesse, ipse dominus dux volens parere exhortationibus, requisitionibus, immo verius mandatis sacri concilii & sanctissimi domini nostri papæ, declarato prius per præfatos dominos legatos & ambaxiatores, auctoritate qua supra, quod licite & sine nota seu iactura honoris ipsius domini ducis præfatus illustrissimus dominus dux, non obstantibus præsentis conventionibus, per eundem dominum ducem, alias divæ memoriæ progenitori moderni regis Angliæ, & regi Angliæ moderno initis & factis, poterat & debebat pacem & concordiam cum rege Francie facere & inire. Respondit se velle parere & obedire. De qua quidem declaratione & aliis præmissis prælibati domini legati & ambaxiatores, auctoritate qua supra, literas opportunas coram sigillis sigillatas præfato illustrissimo domino duci illas postulanti dederunt & obtulerunt.

A Qua quidem relatione sic (ut præfatur) facta, præfati domini legatus ambaxiatores per organum ipsius domini archidiaconi petierunt & requisierunt a sacro concilio, quatenus dignaretur omnia acta & gesta per eos circa huiusmodi tractatum pacis habere rata & grata, ac illa approbare, defectusque, si in huiusmodi tractatu intervenissent, supplere. Hoc idem venerabiles viri magistri Aimarus de Roussillone, Hugo Barardi, & Bartholomeus de Fraxino, promotores sacri concilii, nomine promotorio ejusdem petierunt & requisierunt, & quilibet eorum petiit & requisivit. Super quo per sacrum concilium & dominos & patres ipsius sacri concilii, nemine disceptante, responsum extitit per verbum. Placet. Quibus sic actis, reverendissimus pater dominus cardinalis legatus & præsidens nomine & auctoritate sacri concilii, de huiusmodi sanctissima pace inter præfatos dominos regem Francie & ducem Burgundie reformata, dedit laudes sanctissimæ Trinitati, regratando sanctissimo domino nostro summo pontifici, præfatis dominis legatis & ambaxiatoribus, de laboribus per eos in huiusmodi sancto negotio assumptis. Exhortatusque est dominos de sacro concilio, ut huiusmodi paci generali velint operam dare usque ad consummationem ejusdem. Adjiciens contra detrahentes sacro concilio, quod si concilium durasset per viginti annos, & non fuisset aliud agitatum, nisi de illa benedicta pace Francie, adhuc non deberent sacrum concilium diffamare, imo illud laudare & benedicere. De & super quibus omnibus singulis præmissis præfati domini promotores, nomine promotorio quo supra, petierunt, & quilibet eorum petiit a nobis notariis publicis & sacri concilii scribis infra scriptis, sibi & omnibus quorum interest fieri atque tradi unum vel plura, publicum & publica, instrumentum & instrumenta. Acta fuerunt hæc Basileæ in dicta generali congregatione, sub anno, indictione, die, mense & pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem venerabilibus & circumspicendis viris dominis & magistris Joanne Pulcris, Dionysio Sambrenays, Radulpho de Porta, in sacra pagina doctoribus, & Guidone de Vercellis magistro in artibus Parisiensis, una cum pluribus aliis testibus ad præmissa adstantibus.

VII.

*Copia tractatus Atrebatensis celebrati inter regem
Francia & ducem Burgundia.*

Primo rex dicit, vel per suos sufficienti potestate fulcitos dicere faciet ducem Burgundie, quod mors quondam sui patris, cui Deus parcat, fuit iniqua & malitiose facta per illos qui perpetrarunt dictum scelus, & ex malo consilio, & semper sibi displicuit, & de præsentis displicet ex toto corde suo: & si scivisset dictum casum, & fuisset in tali etate & discretionem intellectus, in quo est de præsentis, ipse obviasset toti suo posse. Sed ipse erat bene juvenis, & habebat illo tempore parvam notitiam, & non fuit ita adviduus, quod in hoc provideret: & rogavit dictum dominum Burgundie, quod omnem rancorem & odium, quæ potest habere contra ipsum occa-

occasione praeceptorum, tollat de corde suo & quod inter eos sit bona pax & dilectio & de hoc fiat expressa mentio in litteris quae fient de concordia & tractatu ipsorum.

Item quod omnes illi qui perpetrarunt dictum scelus, & consentientes fuerunt, reponet perditioni, & faciet diligentiam possibilem capiendi & apprehendendi ipsos, in quocumque loco reperiri poterunt, ad puniendum eos in corpore & in bonis: & si apprehendi non poterunt, eosdem banniet, & banniri faciet sine gratia seu revocatione de regno & Delphinatu, eorum omnia bona confiscando, & remanebunt extra omnem concordiam.

Item non patietur rex aliquem eorum recipi, aut sibi aliquem favorem dari in suo dominio: imo faciet proclamari per omnia loca regni & Delphinatus, quod nullus eos receperit, aut favorizet, sub poena confiscationis corporis & bonorum.

Item incontinenti post concordiam dictus dux Burgundiae nominabit eos, de quibus est vel erit informatus, ipsos perpetrasse dictum scelus, vel consensum praeuisse, ut incontinenti diligenter procedatur contra eos. Sed quia dictus dux Burgundiae nondum potuit habere veram notitiam de omnibus illis qui perpetrarunt dictum scelus, aut consentientes fuerunt, omni tempore quo debite fuerit informatus de aliquibus aliis, eos poterit nominare & significare per suas literas patentes aut alias sufficienter regi, qui in hoc casu tenetur procedere contra eosdem statim modo supra designatis.

Item pro anima defuncti ducis Burgundiae, & defuncti Archambaut de Foys domini de Novalia secum interfecti, & omnium aliorum interfectorum occasione dictarum guerrarum istius regni, fiet in ecclesia de Montereau, in qua fuit praefepulchrum funus dicti defuncti ducis Burgundiae, & ante plateam, in qua fuit sepultus, fundabitur una capellania perpetua unius bassae missae de requie singulis diebus, quae reddituabitur ad summam sexaginta librarum Parisiensium annuatim, & aptabitur calicibus & ornamentis ad expensas regis, & collatio spectabit ad ducem Burgundiae & successores in perpetuum.

Item in dicta villa de Montereau, vel propinquiori loco, constructur per regem & suis expensis unum monasterium duodecim Carthusiensium cum uno priore, una cum claustrum de illis, & ceteris monachis, qui dotabuntur per regem octingentarum librarum Parisiensium redditualium, juxta ordinationem cardinalis sanctae Crucis.

Item in loco ubi fuit perpetratum dictum scelus edificabitur una Crux expensis regis, talis factura, prout advisabitur per dictum cardinalem sanctae Crucis.

Item in ecclesia Carthusiensis prope Divionem, in qua requiescit corpus defuncti ducis Burgundiae, fundabitur expensis regis una missa alta de requie, singulis diebus in perpetuum dicenda in magno altari, quod fundabitur de centum libris Parisiensibus redditualibus, & munitur calicibus, ornamentis, &c. ut supra.

Item dictae missae inchoabuntur incontinenti post concordiam habitam, & aedificia agenda in villa de Montereau inchoabuntur statim infra menses tres, postquam eadem villa

A fuerit reducta ad obedientiam regis, & infra quinque annos erunt omnia expedita sine intermissione operis. Et quoad fundationes, statim post concordiam factam, fiet & expedietur fundatio altae missae celebrandae a Carthusiensibus cum omnibus appendentiis. Et ibidem expensis regis celebrabitur missa bassa, quae debet fundari in ecclesia de Montereau, donec villa de Montereau reducta fuerit ad obedientiam regis. Et quantum ad fundationem & aedificia quae debent fieri in dicta villa de Montereau, postquam reducta fuerit ad obedientiam, deponatur in manibus ducis Burgundiae certa summa pecuniae, ad complendum redditus dictarum octingentarum propinquius de loco Montereau quod fieri poterit, non comprehendendo illas centum libras reddituales, quae debent assignari pro fundatione dictae missae altae in Carthusia Divionensi celebrandae.

Item in recompensationem jocalium & ceterorum mobilium, quae habebat defunctus dux tempore sui obitus, quae tunc captae & perdita fuerant, rex solvet duci Burgundiae summam quinquaginta millium veterum scutorum, sexagintaquatuor pro marca, & vigintitrium caratz cum dimidio, aut aliam monetam consimilem in tali valore. Et una cum hoc reservabitur duci Burgundiae actio, quam praetendit pro pulchro collarum defuncti patris sui, contra omnes qui illud habent vel habuerunt.

Item pro parte regis transportabitur dicto duci Burgundiae pro se & suis heredibus in recta linea, sive masculi sive feminae fuerint, civitas & comitatus Matisconensis, una cum omnibus villis, villagiis, terris, censibus, redditibus, & emolumentis quibuscumque spectantibus ad regem & coronam Franciae, & per baillivatum regalem Matisconensem & sancti Gengulphi, & in metis suis, una cum omnibus pertinentiis comitatus Matisconensis, & aliis dominiis quae tenet & tenere debet rex per totum baillivatum Matisconensem, & sancti Gengulphi, in omnibus feudorum & vassallorum juribus, confiscationibus, patronagiis ecclesiasticis, collationibus beneficiorum, & aliis juribus & emolumentis quibuscumque, sine quacumque reservatione pro parte regis facienda de illo quod concernere potest dominium & jurisdictionem ordinariam comitatus & locorum supradictorum. Est tamen reservatum regi feudum & homagium bonorum & jurium praedictorum, resortum, & supremum dominium, una cum custodia & suprema ecclesiarum, & subditorum ipsarum, quae sunt de fundatione regali, sitarum in metis dictorum baillivatum & inclavorum in eisdem. Salvo etiam jure regali, ubi locum habere potest, & etiam aliis juribus regalibus ab antiquo spectantibus ad coronam Franciae in praedictis baillivatis, de quo comitatu gaudebit praefatus dux & sui heredes in feudum & homagium a rege, sicut pares Franciae sub sorte regis & curiae parlamenti, sicut ceteri pares regis Franciae.

Item pro parte regis transportabuntur dicto duci Burgundiae, & illi de suis heredibus legitimis, de suo corpore procreatis, cui dimittet custoditum suum dictum comitatum Matisconensem, omnes utilitates & emolumenta supremi domini spectantis ad regem in di-

dis baillivibus, sive hoc sit occasione gar-
dia & suprematis ecclesiarum, quæ sunt de
fundatione regali & subjectorum jurium rega-
lium, aut alias quovis modo, & etiam in
confiscationibus pro quocumque casu, pœnis
& emendis & exercitio justitiæ, commoditas
& emolumentum monetæ cum aliis utilitati-
bus quibuscumque, de quibus omnibus gau-
debit dictus dominus dux & suus heres ad
vitem superviventis tantum, modo & forma
quæ sequuntur, videlicet quod ad nominatio-
nem dicti domini Burgundis & sui heredis
post eum, rex comitet illum, qui erat bail-
livus pro dicto domino Burgundis, judicem
regalem & commissarium sui ex parte, ad
cogitandum de omnibus casibus regalibus &
aliis occurrentibus in dictis patris, locis &
inclavaturis supradictis & formis, quibus con-
sueverunt baillivi regales Matisconenses, quæ
temporibus præteritis ibidem fuerunt, & simi-
li modo committentur per regem ad nomina-
tionem dicti ducis & sui heredis, omnes alii
officarii necessarii pro exercitio jurisdictionum
& jurium regalium, sive sint castellani, præ-
positi, clientes, receptores, &c.

Item similiter transportabuntur dicto domi-
no Burgundis & suo heredi post eum omnes
utilitates subsidiorum granariorum pro sale,
gabella vinorum venditorum ad debitolum,
pedagium, seu vestigale omnium mercantia-
rum, talliæ, foagia, & quæcumque subven-
tiones impostæ & imponendæ in partibus Ma-
tisconensium, Cablorensi, Eduensi, & Lingo-
nensi, quantum ad dicta territoria se exten-
dere possunt per ducatum Burgundis, comita-
tum ad Charolois, & comitatum ad patriam
Matisconensem, & in villis ac terris quibus-
cumque inclavatis in dictis ducatu, comitatu
& aliis locis & ad dictum ducem & suum here-
dem spectabit nominatio officiariorum ad præmi-
sa necessariorum, & institutio ad regem, ut supra.

Item per regem transportabitur dicto domi-
no Burgundis in perpetuum pro se & suis
heredibus, sive masculis sive feminis, in di-
recta linea procreatis, civitas & comitatus
Autisiodorensis una cum omnibus & singulis
pertinentiis in justitia regali feudorum, sub
feudis, patronagiis ecclesiarum, collationibus
beneficiorum, sive alias quovis modo ad ten-
endum illa a rege sub fide, homagio & pa-
ritate Franciæ, sub resortio regis & curis pa-
lamentis sine medio sicut alii pares.

Item transportabuntur per regem dicto do-
mino Burgundis, & illi de suis heredibus,
cui dimittet post obitum dictum comitatum,
omnia & singula emolumenta quæ eveniunt
in dictis civitate & comitatu, & in omnibus
villis inclavatis in dicto comitatu, quæ tamen
non sunt de eodem, sive spectent ecclesiis,
aut aliis ad causam jurium regalium etiam
quocumque modo & regalibus confiscationi-
bus, pœnis & emendis ac exercitiis justitiæ,
aut alias quomodolibet, quibus dominus dux
& suus heres pro tempore, vita alterius su-
perviventis dumtaxat durante, gaudebunt, &
per modum supra declaratum, videlicet quod
ad dominationem, &c.

Item ulterius pro parte regis erunt transpor-
tati dicto domino duci & suo heredi omnes
proventus subventionis granariorum, salis, ga-
bellæ, vinorum venditorum, & cetera, ut
supra, pro se & suo herede, &c.

Item per regem transportabuntur prefato
domino duci Burgundis & suis heredibus in
recta linea, sive masculis sive feminis, ca-
strum, villa & castellaria de Barro super Se-
quanam, cum omnibus appenditiis vel regi-
mine, justitia, feudo, patronatu, collatione
beneficiorum, tenendo in fide homagio & pa-
ritate, ut supra.

Item transportabuntur prefato duci & suo
heredi omnes proventus granariorum, salis,
gabellæ, & cetera, ut supra.

Item transportabitur a rege ipso duci pro
se & suis heredibus comitibus burgundis per-
petue & hereditariæ gardia, custodia, seu
protectio abbatias de Lexu, ac omnia jura,
proventus & emolumenta quæcumque attinen-
tia gardiæ prædictæ, quam rex ad causam co-
mitatus Campaniæ dicit sibi attinere; quamvis
comites Burgundiæ inantea prætenderunt &
querularunt in contrarium, pro eo quod illa
abbatia erat extra regnum.

Item per regem transportabuntur dicto do-
mino duci, pro se & suis heredibus in recta
linea masculis tantum, castra, villa, castel-
laris, præposituræ forenses Perone, Mont-di-
dier, & Roye, cum omnibus suis attinen-
tiis, &c. patronatu, & collatione beneficiorum,
tenendo in homagio & paritate, resor-
to, ut supra.

Item transportabit rex dicto domino duci
& suo heredi masculo, cui post suum decessum
deputabit dictas villas Perone, Mont-di-
dier, & Roye, omnia emolumenta ex illis
villis, castellariis & præposituris forensibus,
& in villis, terris subjectis, & resortis ipsius
villis, castellariis & præposituris, causa jurium
regalium quomodocumque fuerit, tam in con-
fiscationibus, emendis, exercitiis justitiæ, quam
aliter, ad gaudendum per ipsum ducem &
suum heredem dumtaxat per modum supra
declaratum, scilicet quod ad monitionem du-
cis, vel sui heredis, rex instituet, &c.

Item transportabuntur eidem duci & suo
heredi omnes proventus subventionis grana-
riorum, salis, gabellæ, &c. ut supra.

Item a parte regis dimittetur dicto duci,
& illi de suis heredibus cui dimittet comita-
tum Arthesii, compositiones aradarum dicti
comitatus, resortita & inclavamenta, ascen-
dentia pronunc ad trigintaquatuor millia an-
quatim vel circiter, sine hoc quod ipse vel
sui heredes sint adstricti inde habendi aliud
donum vel oblationem. Et nominabunt di-
ctus dux & suus heres tales officarios, &c.
quos rex terris instituet, &c. & ipsius super
hoc faciet deliberare.

Item rex transportabit domino Burgundis
pro se, suis heredibus, & habentibus causam
seu interesse perpetuo omnes civitates, villas,
fortalicia, terras & dominia attinentia coro-
næ Franciæ, de & super fluvio de Somme,
de uno latere, & de alio sicut sanctus Quin-
tinus, Corbia, Ambianis, Abbatis villa, &
alia pariter totius comitatus de Pontieu, ci-
tra & ultra dictum flumen de Somme, Dour-
lens, sanctus Richarius, Crepicordiam, Meux,
Mortagne, cum suis attinentiis & appendi-
ciis quibuscumque, & omnes alias terras,
quæ possunt pertinere coronæ Franciæ circa
flumen de Somme inclusive versus Arthesiam,
Flandriam & Hannoniam, tam de regno quam
de imperio, comprehendendo etiam in respec-
tu

An villarum sitarum supra dictum flumen de
 Somme, de latere versus Franciam; bailliva-
 gus & scabinatus ipsarum villarum possidendos
 per dictum dominum Burgundiam, dictos suos
 heredes, & habentes causam perpetuo de di-
 ctis villis, civitatibus, fortaliis, terris & do-
 miniis, in omnibus commodis reddituum *
 tam inordinatorum pro guerris, & etiam tal-
 liarum, & aliorum emolumentorum quorum-
 cumque, & non retinendo ex parte regis,
 præterquam homagium, resortum & supromi-
 tatem: quæ transportatio fiet per regem, me-
 diante reemptione summa quadringentorum
 millium scutorum aureorum antiquorum, sex-
 xaginta quatuor in marca de octo unciis pro
 marca, & d' alloy ad viginti quatuor caratz 1.
 arm de remode, vel alterius monete aureæ
 currentis ad valorem: de qua reemptione per
 dominum Burgundiam tradentur bonæ literæ &
 sufficientes, per quas ipse promittet pro se &
 suis: & toties placebit regi vel suis facere di-
 ctam reemptionem, dominus Burgundiam &
 sui tenebuntur, recipiendo dictam summam
 auream, reddere regi vel suis omnes dictas
 civitates, villas, fortalitia, terras & dominia
 comprehensa in isto articulo tantum, & * si-
 ve tangendo aliquas alias, de quibus supra
 facta est mentio, & * alterius contentabitur
 dictus dux Burgundiam recipere solutionem di-
 ctorum quadringentorum millium scutorum ad
 duas vices, scilicet qualibet vice medietatem,
 proviso quod non tenebitur dictas civitates,
 villas, fortalitia, terras, & dominia, nec ali-
 quas ipsarum, quousque tota solutio sit com-
 pleta, & tempore pendente faciet dominus
 Burgundiam fructus suos omnium dictarum ci-
 vitatum, villarum, & * de domanio, quam
 de * aidis sine ulla deductione principalis
 summa.

Et est sciendum, quod in isto transportu
 non comprehendetur civitas Tornacensis, ne-
 que baillivatus Tornacensis & sancti Amandi,
 sed remanebunt in manibus regis, excepto
 Mortaigne, quæ remanebit domino Burgun-
 dia: nihilo minus est reservatum domino Bur-
 gundiam, pecunia sibi concordata ab illis de
 civitate Tornacensi pro certo tractatu, quem
 habet cum ipsis durante usque ad certum tem-
 pus, quam pecuniam Tornacenses solvant in-
 tegre domino Burgundiam. Et est sciendum de
 omnibus officariis, qui erunt respectu domi-
 nii, quod dominus Burgundiam constituet eos:
 & respectu jurium regalium, aydarum & tal-
 liarum, nominatio spectabit ad dominum du-
 cem, & institutio ad regem.

Item quia dominus Burgundiam præterdit
 jus in comitatu Verdoniensi supra mare, quem
 tenet & possidet, ille sibi remanebit pro se
 & suis heredibus masculis ex suo corpore tan-
 tum, & tenebitur rex pacificare illos, qui jus
 præterdunt in illo comitatu, taliter quod
 nullam habeant querelam adversus dictum do-
 minum Burgundiam.

Item castrum, villa & comitatus * Gyemyr
 supra Ligerim, quæ dicuntur transportata cum
 comitatu Stampiz & Dordani per ducem Bi-
 turicensem, defuncto Joanne duce Burgun-
 dia, ponentur ex parte regis in manibus du-
 cis Borbonii statim post passatam concordiam,
 tenenda per spatium unius anni, infra quod
 tempus Joannes Burgundiam nunc omnes Stam-
 parum, vel dux Burgundiam pro eo monstra-

bit regi & suo consilio literas doni facti Joan-
 ni defuncto duci per dominum ducem Biri-
 ricensem: quæ si visæ fuerint sufficientes &
 validæ, dux Borbonii tenebitur tradere præ-
 fato comiti absque hoc, quod ex parte re-
 gis possit allegari antiqua præscriptio, aut
 lapsus temporis. Quod si qui sunt alii, qui
 præterdant jus, illis remanebit actio contra
 comitem.

Item per regem restituetur comitibus Ni-
 vernensi & Stamparum summa triginta duo-
 rum millium octingentorum scutorum aureo-
 rum, quæ quondam rex Carolus ultimo de-
 functus, fecit deprehendi in ecclesia Rotho-
 inagensi, ubi fuerant deposita pro matrimonio
 Bdonæ Bonæ Arthesii matris ipsorum comi-
 tum, casu quo probabunt quod ista summa
 fuit in computo & profectu dicti regis Caro-
 li ad solvendum illam summam 31800. ad
 tales terminos, qui erant advisati post solu-
 tionem factam & completam quinquaginta mil-
 lium domino Burgundiam, de quibus supra.
 Et respectu debitorum quæ dominus Burgun-
 dia dicit sibi deberi per quondam regem Car-
 olem, tam causa donorum & pensionum,
 quam aliter, ascendentium ad magnas sum-
 mas, suum jus quod habet & debet habere
 pro recuperatione ipsorum debitorum, sibi re-
 manebit saluum.

Item quod dictus dominus Burgundiam non
 tenebitur facere aliquod homagium vel servi-
 tium regi de terris & dominiis quæ de præ-
 senti tenet in regno, nec de illis quæ debe-
 ret habere per præsentem tractatum, nec de
 illis quæ sibi evenire potuerint per successio-
 nem, sed remanebit exemptus in sua perso-
 na in omnibus casibus subjectionis, resorti,
 suprematis, & aliorum, durante vita ipsius.
 Sed post ipsius regis obitum, dominus Bur-
 gundiam faciet filio suo & successori in coro-
 na homagia, fidelitatem & servitia quæ re-
 quirentur. Et etiam dictus dux Burgun-
 dia decederet ante regem, heredes sui, &
 causam habentes, facient regi dicta homa-
 gia, &c.

Item in respectu feudatariorum & subiecto-
 rum ducis Burgundiam, quæ habet & debet
 habere per præsentem tractatum, & quæ sibi
 potuerint evenire per successionem durante vi-
 ta regis & sua, ipsi non erunt adstricti se
 armare ad mandatum regis & suorum officia-
 riorum, supposito quod teneat cum hoc a
 rege aliquas terras vel dominia. Sed est rex
 contentus, quod omni vice qua placebit do-
 mino Burgundiam mandare suos subditos seu
 feudatarios & subiectos pro suis guerris, sive
 in regno sive extra, ipsi tenebuntur & con-
 stringentur ibidem & illuc ire, sine posse aut
 debere venire ad mandatum regis, si etiam
 rex mandaret. Et similiter fiet respectu servi-
 torum ducis Burgundiam, qui sunt sui familia-
 res & de sua domo, supposito quod non sint
 sui subiecti.

Item si eveniat quod Anglici aut sui con-
 federati faciant in posterum guerram domino
 Burgundiam, aut suis pueris, sive per mare
 sive per terram, occasione præsentis tractatus,
 vel alias, rex tenebitur juvare, sicut in facto
 proprio.

Item quod dominus Burgundiam & sui feu-
 datarii & subiecti, & alii, qui prius porta-
 verunt in armis crucem sancti Andree, non ad-

* f. iam vel
etiam ordina-
torum.

* An

* aliter

* f. rre rre

* Glemende

adstringentur portare aliud interſignium in quacumque armata in regno vel extra, & in præſentia regis aut ſuorum conſtabulariorum aut mareſcallorum, prout ſunt ſuis ſtipendiis vel alias.

Item & quod rex faciet reſtitui, & ſine damno de ſuis perditis rationabilibus. & etiam de ſuis p̄ ſancoribus illis qui fuerint capti in die mortis quondam ducis Joannis, & illis qui ibi perdidit ſua bona, & fuerunt poſiti ad magnam redemptionem.

Item & quod de ceteris abſolito generalis ſit facta de omnibus caſibus, eventis, & de omnibus cauſis, rebus, dictis, factis & paſſatis occasione diſiſionis iſtius regni: excepto reſpectu illorum qui perpetrarunt dictum malum caſum, vel fuerint conſentientes de morte quondam ducis Burgundie: qui erunt & remanebunt extra omnem concordie tractatum: & quod de ceteris quilibet de uno & alio latere revertatur, ſcilicet eccleſiaſtici ad ſuas eccleſias & beneficia, & ſeculares ad ſuas terras, redditus, & hereditagia, poſſeſſiones, & bona immobilia, in ſtatu in quo erunt, reſervato reſpectu terrarum & dominorum exiſtentium in comitatu Burgundie, quas dux Burgundie & quondam ſuus pater habuerunt & retinuerunt, vel aliis dederunt tanquam conſecratas ſibi cauſa dictarum guerrarum, que erunt & remanebunt, non obſtante dicta abſolutione & concordia, illis qui ipſas tenent & poſſident. Sed alibi ubique quilibet redibit ad ſuas poſſeſſiones & terras, & hereditagia, ſine hoc quod pro demolitione, deterioratione cuſtodiarum, locorum, aut reparatione qualicumque aliquid poſſit exigere unus ab alio: & quilibet tenebitur conviclus omnium reddituum eventorum de tempore quo non poſſidebat ſuas terras & hereditagia. Sed in reſpectu mobilium captorum aut habitorum de uno latere aut de alio, nunquam poterit fieri aliqua querela, aut actio de uno aut de alio.

Item per ſolum tractatum extinguantur & aboleantur omnes injurie, rancores tam verborum & factorum, quam aliter eventorum perantea occasione dictarum diſiſionum, partialitatum. Et tam de una parte quam de alia: abſque hoc quod aliquis poſſit exigere vel facere quaſtionem, vel proſecutionem, vel proceſſus, vel aliter reprobari vel ſcandalizari de tenendo aliquam partem. Et dicentes vel facientes contrarium punientur ſicut tranſgreſſores pacis ſecundum exigentiam delicti.

Item in iſto tractatu comprehenduntur expreſſe ex parte ducis Burgundie omnes partes eccleſiaſtice, villæ nobiles, & alii, cujuſcumque ſtatus ſunt, qui tenuerunt ſuam partem, & quondam ſui patris, tam in regno, quam in Delphinatu, proviſo quod acceptabunt præſentem tractatum, & inde a volunt gaudere.

Item renuntiabit res conſiderationi quam fecit cum imperatore contra ducem Burgundie, & omnibus aliis conſiderationibus per ipſum factis cum quibuſcumque perſonis, principibus, aut dominis in contrarium dicti ducis. Proviſo quod dominus dux faciet ſimiliter, & promittet rex dicto duci ipſum ſuſtinere & adjuvare contra omnes qui vellent ipſum gravare, vel damnum impendere per

guerram, & aliter. Et ſimiliter promittet dux, ſilva ſemper exemptione ſue perſonæ ad vitam.

Item tradet rex ſuas literas: quod ſi contingat in poſterum quod ex ſua parte infringatur iſte tractatus, ſui vaſſalli, feudales, ſubjecti, & ſervitores, præſentes & futuri, non tenebuntur ſibi plus obedire nec ſervire, ſed tenebuntur extunc ſervire domino Burgundie & ſuis ſucceſſoribus contra ipſum, & quod in dicto caſu omnes ſui feudales, ſubjecti, & ſervitores, ſint abſoluti & quieti de omnibus juramentis, fidelitatibus, promiſſionibus, obligationibus ſervitiorum in quibus ipſi poſſent teneri perantea verſus regem, abſque hoc quod in tempore futuro ipſis poſſit imputari ad onus aut opprobrium, aut quod ab ipſis poſſit inde aliquid exigi. Et quod ex nunc, prout extunc, rex præcipiat ipſis ita facere, & quiete & exoneret ab omnibus obligationibus, & juramentis in caſu prædicto, & quod ſimiliter fiat & conſentiat de latere ducis Burgundie reſpectu ſuorum vaſſalorum, feudatariorum, & ſubjectorum, & ſervitorum.

Item quod ex parte regis ſient promiſſiones, obligationes, & ſubmiſſiones tangentes intentionem præſentis tractatus in manibus cardinalis ſanctæ Crucis legati papæ, & de Cypro legati concilii, ampliores quæ poterint Caſiſari, & ſub præmis excommunicationis, aggravationis, reaggravationis, interdicti in terris ius & dominus, & aliter ulteriores, ad quas cenſuræ eccleſiaſtice ſe poterint extendere, ſecundum poteſtatem quam habent dicti domini a papa concilio, proviſo quod ſimiliter faciat ex parte ſua dux Burgundie.

Item & cum hoc faciet rex cum ſuo ſigillo tradi dicto duci Burgundie ſigilla principum & dominorum ſui ſanguinis & obedientie, ſcilicet ducis Andegavenſium, Caroli ſui matris, ducis Borbonii, ducis Alenconii, Comitum Richemondie, comitis Vendome, comitis de Fuco, comitis Armignaci, comitis Perdiaci, & aliorum qui adviſabantur, in quibus ſigillis incorporabitur ſigillum regis, & promittent tenere ex ſua parte contenta ſigillatorum. Et ſi infringentur ex parte regis, deberent in iſto caſu adjuvare & confortare dictum ducem Burgundie & ſuos contra regem. Et ſimiliter fiet ex parte ducis Burgundie.

Item & quod ſimiliter rex faciet tradi ſigilla virorum eccleſiaſticorum, & aliorum nobilium, & villarum de regno de ſua obedientia, quos dictus dux voluerit nominare, cum ſecuritatibus pœnarum corporalium & pecuniarum, & aliarum ſecuritatum, quas dicti cardinales & alii prælati huc miſſi ex parte papæ & concilii adviſabunt pertinere,

VIII.

Adversamenta prolocuta per dominos pralatos, & alios clerum regni Francia & Delphinatus representantes, qui Bituris convenerunt ad mandatum domini nostri regis, die XXVI. Februarii, MCCCXXXI. prefati domini nostri regis & sui magni concilii beneplacito, voluntate & correctione in omnibus semper salvis.

IN primis, quod attentis hæresibus Bohemorum & eorum insultationibus, guerrarum calamitatibus, & morum in clero & populo undique deformitatibus, conventionisque Basileæ triplici auctoritate apostolica legitime facta, quæ per annum duravit & ultra, & ad quam de universis fere mundi partibus plures convenerunt, Spiritu sancto duce meliora & viciniore salutis sperantes, & mandati sunt iidem Bohemi, qui sæpius per universa mundi climata divulgaverunt se a catholicis non potuisse audiri, & generalis concilii determinationi stare velle, quibus nihil omnino respondere utile non esse videretur, ne forte existiment catholicos responsionis penuria declinare certamen, & fides lædatur non intelligendum mentes ipsorum: nonque pastorum, sed mercenariorum personas gerere videantur prælati majores & minores, terga silentio præbendo, qui libere veritatem pronuntiare, & eandem populi defendere tenentur, ubi honor Deo debitus & proximorum salus admittitur, exireque cito, & oberrantes introducere infra ecclesias jubentur. Ideo nedum honestum & utile, sed & necessarium est concilium Basileense celebrari, & pro posse ad Dei laudem & intentos fines stabilitum exaltari.

Item quia naturaliter homo homini subesse aut tributa solvere abhorret, & cum error Bohemorum spiritualem & temporalem præsentiam, aut tributa decimarum, oblationum, & quævis alia ecclesiastica, nec non & temporalia aboleat & excretur, ideo hic cancer lenius serpit: Si enim ex Alexandria Arii scintilla, nihil naturale habens, in magnam excreverit orbis flammam, quanto magis hic error per meatus naturales veniens, & avaritiæ se commiscens facilius multos inflammabit? Vindex est enim error iste dissimulantium, aut conniventium eum tam ecclesiasticorum quam sæcularium: quia enim ecclesiastici, qui pastorum more se pro ovibus & veritate opponere debebant, & non fugere ante faciem, fidem persequentis dissimularunt; ideo ubique in Bohemia templa Dei incendiarunt, sacerdotes Dei spoliaverunt, & variis cruciatibus trucidarunt, novis & inauditis tormentorum generibus adinventis, sacramenta ecclesiastica pro nihilo reputarunt, & in tam varios errores deciderunt, ut catholice ecclesie doctrina, ibi in paucissimis & latentibus hominibus confitens, in nullo ab aliis audiat. Ex idcirco nedum honestum aut utile, sed & necessarium est generale concilium absque dilatione celebrari: quia non est expectandus Antiochus, qui templum Dei totaliter spoliaret, vasa argentea auferat pariter & aurea, coinquinet sancta, fideles occidat, infidelis & incircumcisus trucidat circumcisos: sed preveniendum est, ne videamus mala gentis nostræ & sanctorum.

Concil. General. Tom. XXIX.

A Item quia rex Bohemie, & alii principes & nobiles qui gladium portant ad laudem honorum vindictamque malorum, patientius tolerarunt fidem vacillari, templa & petiomas ecclesiasticas (ut præmittitur) lanari, illum postea seminarunt errorem, dominum temporalem in peccato publico mortali non posse populo præesse, & quolibet peccatum publicum & mortale pro suo arbitrio reputantes, fugarunt, regem, principes & nobiles: & quos habere potuerunt, membratim conciderunt, seu uxoribus & filiabus, virginibus, sanctimonialibus, & aliis quibuscumque sine reverentia violatis, castella in urum diruerunt, & omne dominium a se penitus abjecerunt sine alia cognitione judiciaria: nec fuit possibile, ecclesia tacente, & demum fugata, nobilibus resistere: populus enim multus est, & dominus unus suis subditis præpositus, nec facile est unum dominum adversari populo multo.

Item præfati Bohemi venenum per epistolas plurimas divulgaverunt per universas mundi partes, & plurimos interecerunt, & ut Bohemiam prætereamus remotam, domini nostri regis infectas partes non sileamus. Nonne in baillivia Matisconensi & comitatu Forensi visus est a paucis annis citra populus in nobiles dominos suos insurgere, & impias manus in eos injicere, non nobilitati, non sexui, non etati aut conditioni parentes, libros censuales sive terreria concremantes, castella invadentes, & dominos suos suis mobilibus spoliantes? ausique sunt dicere, quod in tota patria sufficerent duo sacerdotes, & quod omnes nobiles ad laborem proprium manuum tenebantur, ex sententia divina in genus humanum & personam Adæ, *In sudore* videlicet *vultus tui vesceris pane tuo*, prolata. Ex quo inferebant tributa deminis temporalibus non debere solvi, & quantum deviet, aut conjungatur error iste Bohemis, judicet sapiens quisque. Et nisi exterminatus fuisset proventia domini baillivi regii Matisconensis una cum nobilibus patriæ dum nasceretur error ille, multorum supplicii & patibulis, jam divulgabatur in plurimos populos.

Item nonne etiam in Delphinatu est quedam portio inter montes inclusa, quæ erroribus adhærens prædictis Bohemorum, jam tributum imposuit, levavit & misit eidem Bohemis, in quibus fautoria manifesta hæresis prædictæ debet judicari? & novit Deus si multorum popularium latentia corda leviter detegerentur, sublevata amplius Bohemorum malitia, & ab eisdem seminareretur, concilium generale aufugisse, non valens respondere rationibus Bohemorum prædictorum, hoc præsertim in tempore, cum populus ex guerrarum malitiis laceratus, depauperatum se sæpius vidit, & in partibus multis videtur fureri, & ex popularibus multi docti sunt ad prælia. Eapropter cito, immo citissime obvian- dum est per dominum nostrum regem, nec non & per ecclesiam catholicam; quæ tamen alias occurrere non potest, nisi principum & nobilium fortitudine, vel jurium & clericorum ratione.

Item si principum & nobilium sortitudine occurrendum est, quod licet, cum fero abijcienda sint vulnera quæ medelam non sentiunt: quia enim gens illa numerosa valde &

indomita, ac in suis erroribus indurata, vinciri non potest, nisi maxima catholicorum ad hoc unitorum multitudine, & cum expensarum grandi mole, principum autem & catholicorum multitudo hos hereticos expugnandum haberi non potest sine pacificatione regum & principum adinvicem ubique terrarum concordantium; & ideo moris fuit ecclesiam catholicam volentis principem in subsidium terre sanctae aut contra infideles commovere, prius ipsos per media conciliorum pacificare, aut saltem longas & fidas treugas inter ipsos inire, & fideliter in facie ecclesiae firmare, ac uno agmine ad fidem defendendam inducere: & ad hunc finem Basileense concilium convocatum est, nec ecclesiae, quae in fide defendenda a facultatum contributione se excusare non debent, vel possunt, contributio imponi alias potest: nec patere se tributariam fieri, quam ex ordinatione concilii generalis, ut patet ex constitutione Constantiensis, nec obeditum est domino Martino, contra Bohemos subsidia imponere volenti. Ex quibus inferitur, necessario concilium generale celebrandum, cum principum & nobilium iuvamine postulandum vel onus ecclesiae imponendum fuerit, sine quibus hac in re ad bella procedi non potest.

Item si occurrendum est iurium & clericorum ratione, quae via videtur accommodata, quia Spiritus sanctus in unum congregatos in nomine eius dirigit, & per generalia concilia frequentius hereses sunt extinctae, sicut haec haeresis Bohemica speratur extinguere in concilio Basileensi, ad quod vocati sunt duchi Bohemi cum magna caritate, & qui literas ejusdem concilii acceperunt. Et si venerint ad concilium generale praesatum, expedit ecclesiam catholicam in unum convenire: quia quod a pluribus queritur, facilius invenitur: salubriusque est fidei, & papae consultius, causam fidei unam committere, quam uni: & sic omnino assistendum est & sublevandum generale concilium, & non differendum, maxime cum ubique universitates studiorum ob guerras & rerum inopias sint multum depopulatae, nec sit expectandum, ut ex toto senescat vel morte pereat literatorum antiquorum copia. Si vero Bohemi non venerint ad concilium sic solemniter mandati, tunc haec sua obmutescet guerrula, quod non poterint audiri: tunc convocata erit ecclesia universalis: & principes, & Christi fideles poterunt ad pugnam animari: tunc ecclesiae tributa & subventiones iuste imponi: immo gratius & benignissime ferent sibi sua voluntate imposita, & in posterum hac de causa imponenda.

Item licet iuste indici possit bellum contra hereticos damnatos, sapius tamen reprobata videtur in hac causa a Deo, qui aufert corda principum, fortitudo: cum catholici iteratis vicibus fugerint, nemine persequente: inscrutabiliaque Dei iudicia, licet nullus hominum valeat discernere aut iudicare: suaderi athen potest, quod monstruosos mores in clero & populo voluit purgari, sicut contra hostes fides congregari, ne caecus caeco ducatum praeberet, aut gestans trabem in oculo, festucam de oculo proximi erueret. Ne etiam divisi principes, hereticos ab ecclesia divisos exterminare conentur: quibus pacem consulen-

do prius sciendum est: *Medice cura te ipse sum.* Quis enim nesciat a Viennensi concilio anno 1312. celebrato, circa morum deformitatem nullum fuisse celebratum generale concilium & varii in varios ex vetusta corruptela, quam pro jure consuetudinis vendicant, deciderunt deformitatum mores? Quis nesciat confictas causas & dissugia, post assignata generalia concilia, ne celebrentur eadem, adinventra? Et meminisse divinam sententiam decet: *Jerusalem, Jerusalem, quoties volui te congregare, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, & non habuisti? Ecce relinquitur domus vestra deserta.* Vivat quoque jam fere ubique terrarum dominus plebem suam in gladio, fame & peste, & si dictos corruptos mores, quibus vehementer Deus offenditur, insequi & ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis patientiam provocamus. Nec tamen dicti corrupti mores extra concilium generale, cum de omni statu agatur, honeste vel breviter possunt emendari, aut reges & principes ad pacem & treugam induci.

Item ponderandum est, quod post tempora apostolorum, cum persecutiones contra ecclesiam fervere cepissent, non habuit facultatem ecclesia conveniendi in unum usque ad tempora Constantini magni. Si igitur multiplicatis vitiis in clero & populo, multipliciter & dominus flagella contra religionem Christianam, se adversus Deum rebellantem, & Pharaonis more induratum: non est credibile quod ecclesia tunc ad Deum confugiens leviter audiat ad conventionem conciliorum, sed redibit ad praedicta persecutionem tempora, libertatem non habens congregandi. Hoc ipse dominus regio ore professus est: *Multiplicata sunt, inquit, infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea.*

Item quod visis sanctissimae domini nostri Eugenii papae dissolutionis ejusdem concilii causis, nec non & rationibus contrariis in quibusdam instructionibus per sacrum concilium generale Basileense ad eundem dominum nostrum papam directis, ut dissidia cessent, quae favor zizaniae ingerere posset, per clerum ecclesiae Gallicanae consulendum est, & consulit, humiliterque supplicat domino nostro regi, ut progenitorum suorum more schismata extinguentium, & ecclesiam depressam sublevantium, his occurrat, ut prius extinctum quam natum malum hujusmodi inextinguibile videatur: per haec enim Deum sibi placabit, ecclesiam per amplius obligabit, vestigiis praedecessoris inaitetur, & fama ejus in omnem terram divulgabitur.

Item quod praesatus dominus noster rex, re & titulo Christianissimus, a patris non declinando traditionibus, & vestigiis praemis affurgens pro se & ecclesia Gallicana, notabilem dirigat ad praesatum sanctissimum dominum nostrum papam ambaxiatam, exorando ut pro fidei necessitate, proque religionis Christianae universali utilitate, mandet continuari & celebrari idem generale concilium Basileense, obstruendo ora in fidem orthodoxam suamque sanctitatem clementissimam malignantium.

Item quod praesati ambaxiatores inveniunt apud reverendissimos patres dominos cardinales

a. Perre. de
luc. vel. p.
v. H.

a. f. guerrula
suo guerrula
suo guerrula.

les & forum collegium, de promissa eos red-
dentes solertius attentos, ut ecclesiam incom-
moda præcaverent, devotius exortant eundem
dominum nostrum, & in singulari, & per
modum collegii, ut celebrationi concilii, qua
sua sanctitatis honori accedit, & ecclesie plu-
rimam utilitati, intendere velit, mandando con-
tinuari idem concilium, & prælatos absentes,
quatenus opus est, arctius convocando.

Item hoc sacrum concilium, pro extirpa-
tione hæresum aliisque causis jamdudum assigna-
tum, non debet dici cum Bohemis jam
damnatis inhiberetur, sed pro eorum totali ex-
tirpatione, & fidei defensione, superque di-
ctis causis legitime convocatum; licet & in
eodem concilio, si dicti Bohemi venerint,
possint doceri, & caritative instrui & tra-
ctari, nec non, si possibile est, reduci. Suaeque
attenta multitudo, qua fere domari sine
sanguinis humani multa effusione non potest,
severitati disciplina detrahi valet & potest;
& ubi reperiantur contumaces, catholici in
concilio præfentes, & divulgata fama ab-
sentes, audentiores & firmiores reddentur: Im-
mo sperandum est de Dei misericordia, quod
Deus pugnet pro illis, quia veritas vincit.

Item quod placeat domino nostro regi suas
dirigere literas imperatori, & dominis ducibus
Sabaudis & Mediolanensibus, quod velint
suo more cum caritate plena favere concilio
ipsius imperatoris grandi instantia & in ejus
ditione convocato. Faveant etiam omnibus
euntibus, stantibus & redeuntibus ad idem,
& in singulari prælatis, & aliis quibuscum-
que de regno Francie domino nostro regi
subditis. Nihilque a quibuscumque permittant
attentari contra sanctissimum dominum no-
strum papam, curiam Romanam, urbem vel
patrimonium eorumdem, unde papa & col-
legium occasionem indignationis, dilationis,
suspensionis aut mutationis concilii assument;
quia exinde fructus speratus concilii deperde-
retur, hæreses augmentarentur, & mores sor-
didi in amplius sordescerent in Dei offensam
& populi Christiani corruptelam.

Item quod clerus regni Francie in concilio
Bituricensi ad mandatum domini nostri
regis (ut præmittitur) congregatus pro præ-
fata ambasiata dirigenda ad sacritatem domini
nostri papæ, elegit concorditer reverendissi-
mum in Christo patrem dominum archiepiscopum
Lugdunensem ex parte ecclesie Galli-
cane ambasiatorem & legatum, tamquam vi-
rum in quo est zelus Domus Dei, & in ju-
re eximium professorem, qui fiet totis viri-
bus recitendo præfata ambasiatam omnimo-
do reculari, precibus tamen victus, licet in-
victus, onus præfate ambasiatæ pro necessitate
periter & honore ecclesie suscipit: quem si
dominus noster rex pro se & ex parte sua
dirigat ad præfatum dominum nostrum papam
ambasiatorem & legatum, sancta ut una fiat
ambasiata ex parte dicti domini nostri regis
& ecclesie Gallicane, ambasiata erit majoris
auctoritatis, efficacis & virtutis, quoniam fu-
niculus duplex non aequè facile rumpitur ut
simplex, sæpeque ambasiata cum minori expen-
sa. Et ut ita fiat, humiliter clerus supplicat
domino nostro regi,

Item ne tardio affectum ex longa mora &
pluri expensâ sacrum generale concilium vi-
deatur, ut assument pennas, volent, & non
Concil. General. Tom. XXIX.

deficiant; usque præfatus dominus noster rex
alios præveniat in benedictionibus hujus dul-
cedinis, quod ad dictum concilium aliquos
suos præmittat oratores, nuntiantes intentio-
nem regiam, & ecclesie Gallicane sanctam,
pro qua missa est solemnis ambasiata ad pa-
pam: patiaturque prælatos sub censuris eccle-
siasticis & religione juramenti adstrictos, &
ab eodem concilio auctoritate apostolica vo-
catos, ut ad idem concilium vadant, prout
suis conscientiis prædicta vocatione & rei ne-
cessitate videbitur expedire.

Item quod pro expensâ præmissorum, & in
usus præfatos convertendorum, & non alias,
vel alio modo, consentiant levari quartam
partem unius decimæ super clero regni & Del-
phinatus: ita tamen, quod cum de jure com-
muni, etiam ex beneficio concilii Constantien-
sis, papæ non liceat imponere decimam aut
partem ejusdem clero universaliter vel parti-
culariter, nisi sacro generali approbante con-
cilio, aut de consensu cleri ejusdem, quod
dominus noster rex non parietur clerum re-
gni aut Delphinatus gravari auctoritate apo-
stolica alia decima aut parte ejusdem, maxi-
me cum clerus sit oppressus ex guerris & mo-
netis, & amplius gravabuntur prælati ex ac-
cessu ad concilium generale.

IX.

*Copia mandati nuntiorum concilii existentium
in Nuremberga ad tractandum cum Bo-
hemis.*

Acrosancta generalis synodus Basileensis,
in Spiritu sancto legitime congregata, uni-
versalem ecclesiam representans, pacem &
unitatem Christi fidelium & ecclesie * pro-
pinq. . . . eo modo quo præmittitur, congrega-
ti voluit, procurare, integritatemque pacis
inchoare, præsertim cum regni Bohemie in-
colis, prosequi, & ad optatum usque finem
perducere desiderans, volensque ipsorum pro-
curatoribus, nuntiis, & ambasiatoribus pro-
pterea hucusque destinandis, de plena securi-
tate pro suo accessu, mora & recessu usque
ad propria sua loca, & salvo conductu petito
& oblato providere, & alia quæ dictæ pacis
& unitatis uberiori ac celeriori * prosecutio-
ne deserviant, cum ipsi præcederent, pertra-
ctare: eadem sancta synodus meliori modo &
forma, via & jure, quibus efficacius potuit
& debuit, potest & debet, fecit, constituit
& ordinavit, ac facit, constituit, & solemni-
ter ordinat suos veros & legitimos ac indu-
bitatos procuratores, negotiorum suorum ge-
stores, ac nuntios speciales & ambasiatores,
videlicet venerabiles & egregios viros domi-
num Henricum abbatem sancti Egidii in Nu-
remberga, & fratrem Joannem Nider sacrum
theologiarum professorem, & priorem domus præ-
dicatorum Basileensium, dominum Henricum
canonicum Magdeburgensem, & in sacra pa-
gina professorem, dominum Fredericum de
Parsperch decanum Ratisponensem, licentia-
tum in decretis, magistrum Albertum pleba-
num sancti Sebaldi in Nuremberga, & fra-
trem Joannem monachum Cisterciensis ordinis
monasterii de Mullenbrun, & ex illis quæsi-
bet duos in solidum, ita tamen quod duorum
occupantium non sit melior conditio: sed
quod

quod duo ex eis inceperint, omnes prae-nominati, aut saltem duo ex eisdem, prosequi valeant & finire. Dans & concedens praemissis omnibus, & singulis duobus, plenam, liberam ac omnimodam potestatem cum procuratoribus seu nuntius dictorum incolarum regni Bohemiae in Egra vel alibi, ubicumque necesse fuerit, conveniendi, colloquendi, aversandi, nec non de salvoconductibus opportune eis praestandis, dandis, procurandis & ordinandis, ac modo seu modis ac forma & tempore accessus & recessus ipsorum, & numero accedere volentium, tractandi, concordandi, concludendi, pacisque quibuslibet, promissionibus, & obligationibus, etiam juramento, si opus fuerit, per ipsos utrumque concorditer concludendi, firmandi & roborandi; & nihilo minus quoscumque episcopos, praelatos, principes, comites, nobiles, nec non civitates, magistratus, scabinos, consules, ac quavis alias personas ecclesiasticas ac saeculares, quovis nomine nuncupentur, de quibus videbitur, & communitates, quatenus huic sacro concilio dictisque procuratoribus in hac parte suo nomine favorem, consilium & auxilium, ac assistentiam, supradictisque procuratoribus, nuntius & ambasiatoribus huc accedere volentibus salvoconductus dent, praesentent & impendant, petendi, rogandi, exhortandi, & requirendi, ubi & quoties procuratoribus praedictis videbitur opportunum; omniaque alia & singula faciendi, agendi, exercendi, & ordinandi, quae pro praemissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiam si, majora forent superius expressis, ac magdatum exigere magis speciale: promittens se ratum, gratum & firmum perpetuo habiturum, quidquid per nominatos suos procuratores omnes, aut duos ex ipsis, actum, gestum, seu procuratum fuerit quomodolibet in praemissis, seu a quolibet praemissorum. Acta fuerunt haec in congregatione nostra generali, praesentibus dictis nostris sanctae synodi Basileensis notariis & scribis inscribitis, sub sigillo reverendi in Christo patris domini episcopi Constantiensis, provinciae Rotomagensis, quo ad praesens utimur, die Veneris 28. mensis Martii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

X.

Taxatio notariorum in concilio Basileensi facta & limitata, anno nativitate domini 1432. die 24. mensis Octobris.

Ita habetur in protocollo magistri Petri Bruneti notarii concilii Basileensis.

Pro citatione ad partes in causis beneficiabilibus simplicibus, & aliis causis civilibus, si officiales dictae curiae monebuntur a Romana curia recedere, ad jus commune censentur reductae: nullusque ex familiaribus, & officialibus & aliis praedictis vigore quarumcumque praerogatarum in affectatione beneficiorum, canonicatum, & praebendarum, ac dignitatum, personatum, administrationum, vel beneficiorum alteri praeratur, sed jus commune inter ipsos hinc inde servetur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Si vero sine inhibitione, 8. blappard.

Item in causis ecclesiarum cathedralium, flor. 1. Item pro inhibitione simplici sine citatione, 8. blappard.

Item pro compulsoria, 8. blappard.

Item pro monitorio cum citatione, flor. 1.

Item pro sequestratione fructuum, flor. 1.

Item pro simplicibus mandatis contra praesentes, 1. blappard.

Blappard
quod si argu-
tur equivo-
cis sine alio-
tatione aut ho-
mo Bebeuri-
co ipse est
Basileensis &
vicinis coram
maximo so-
miliario.

Item pro folio regum, dummodo fiat in quolibet parte folii 30. lineas, & in qualibet linea 8. dictiones, 15. folia pro uno flor. Rhensensi.

Item pro 30. foliis copiae de singuli forma scripturae, 1. flor.

Item pro examine testium, ubi est numerus articularum infra decem, quarta pars flor.

Si ultra quantumcumque, semper pro decem addatur & salvatur quarta pars flor.

Item pro nota sententiae, 2. flor.

Item pro instrumento sententiae, 2. flor.

Item pro executione sententiae sub sigillo iudicium, prout supra de monitorio: tamen inspiciendum est, si est magna quantitas scripturae, tunc superaddatur alter dimidius florenus.

Item pro instrumento privato alicujus actus concilii, 8. blappard.

Si vero scriptura duplicabitur, etiam duplicabitur salarium: aut alias ad quantitatem scripturae habeatur respectus.

Item a pauperibus non valentibus solvere, recepto prius ab eis juramento, nil recipiatur.

Item cursor praesentans supplicationem, sive commissionem, non recipiat ultra duos blappard.

Item pro actu citationis, 1. blappard.

Item pro executione citationis in valvis, 1. blappard. &c.

XI.

Quoddam concessum concilii extra sessionem publicam pro suppositis ipsius concilii sequitur factum anno domini MCCCCXXXIII. octava Maii, in concilio Basileensi.

PRO incremento hujus sacri concilii, & tuitione personarum ad illud confluentium, & ut decreta ipsius inconculse observentur, & stabilita permaneant, vult haec sancta synodus, statuitque pariter & ordinat & declarat, quod omnes & singula antelationum praerogativa, per sanctissimum dominum Eugenium papam IV. sub quacumque verborum forma familiaribus suis, continuis commensalibus, ipsiusque & sedis apostolicae officialibus, nec non curtisanis Romanam curiam sequentibus, concessae & concedendae, quoad affectationem beneficiorum ecclesiasticorum, canonicatum, praebendarum, ac dignitatum, personatum, administrationum vel officiorum, quae vigore gratiarum expectatarum expectabant, expectant, ac inanes expectabunt, tam quoad praesentes in hoc sacro concilio, quam familiares, officiales & praesentes in dicta curia, ac quoslibet alios a tempore publicationis decreti, quo curiales & officiales dictae curiae monebuntur a Romana curia recedere, ad jus commune censentur reductae: nullusque ex familiaribus, & officialibus & aliis praedictis vigore quarumcumque praerogatarum in affectatione beneficiorum, canonicatum, & praebendarum, ac dignitatum, personatum, administrationum, vel beneficiorum alteri praeratur, sed jus commune inter ipsos hinc inde servetur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

XII.

XII.

Juramentum ambafatorum domini pape, quod profiterunt in plena congregatione habita in uno die sabbati, & die Luna immediate fequenti celebrabatur.

S E S S I O XVII.

ANno domini 1434^o octava mensis Aprilis, videlicet die sabbati, in plena congregatione sacri concilii, ambafatores sanctissimi domini nostri pape moderni fuerunt recepti in sacro concilio, & juraverunt secundum scedulam que sequitur, propriis nominibus, scilicet fideliter laborare pro statu & honore concilii Basileensis, & ejus decreta fendere & manutene, & specialiter de decretum concilii Constantiensis, cujus tenor sequitur, & est talis: Primo, quod generalis synodus Constantiensis nec non quacumque alia synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, ecclesiam militantem representans, potestatem a Christo immediate habet, cui quilibet, cujuscumque status & dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in his que pertinent ad fidem, extirpationem dicti schismatis, & ad generalem reformationem ecclesie Dei capite & in membris.

Vide de electione concilii Florentini, & de illius reformatione, tit. II.

Autem in concilio deo in fidei primis & secundis iudicium.

Item declarat, quod quicumque, cujuscumque status & dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis, seu ordinationibus, aut preceptis hujus sancte synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super premissis, seu ad ea pertinentibus, factis vel fiendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne poenitentiae subjiciatur, & debite puniatur, etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo.

Item dare sanum & salubre consilium secundum Deum & conscientias suas, & non revelare vota singulorum, in quantum ex hujusmodi revelatione verisimiliter possit oriri aliquod odium vel scandalum, & non recedere a loco hujus concilii sine licentia obtenta a deputatis ejusdem.

XIII.

Concordata deputationum.

Concordant tres deputationes, quod omnes appellationes ab hoc sacro concilio emanata, & quacumque inde secuta & sequenda, cassentur, irritentur, & annullentur. Et tam iudices, quam commissarii, partes, procuratores & notarii, qui circa premissa culpabiles reperti fuerint, moneantur etiam per edictum, & debite puniantur. Et ad hoc dati sunt executores in deputatione reformatorii, vicarius Frisingensis, in deputatione pro communibus, magister Guilielmus de Constantia; in deputatione pacis dominus episcopus Lectorensis, quarta vero de fide concordat cum eisdem deputationibus, dum tamen excipiat persona domini ducis Sabaudie, & pro eadem deputatione fidei datus deputatus dominus prepositus Gueznenus. Quodque

ex parte sacri concilii scribatur eidem duci super materia hujusmodi Lautanenst. Quodque concilium paratum est sibi & cuicumque de suppositis concilii querulanti justitiam ministrare. Et, si opus sit, eidem transmittentur viri notabiles pro tractatu hujusmodi.

Item concordant quatuor deputationes, quod contra appellantes ad hoc sacro concilio, seu a iudicibus & commissariis ab eodem concilio deputatis extra hoc sacrum concilium intumantes hujusmodi appellationes, ac illis deferentes, ac notarios inde instrumenta recipientes, nec non contra illos qui litteras quascumque tam a Romana curia quam aliunde extra locum sacri concilii emanatas contra incorporatos huic sacro concilio exequantur, & procurant exequi. Et ad procedendum contra hujusmodi appellantes, intumantes, & alios predictos, qui fuerunt deputati pro deputatione pacis, dominus episcopus Lectorensis; pro deputatione reformatorii, vicarius Frisingensis; pro deputatione fidei, prepositus Gueznenus; pro deputatione de communibus, dominus patriarcha Aquilegensis, qui contra predictos procedant cum potestate citandi in loco hujus sacri concilii, extra & ad partes etiam personaliter & per edictum, illosque puniendi & castigandi usque ad privationem officiorum & beneficiorum, atque ad in futurum obtinenda inhabilitandi, prout justitia & criminis qualitas postulant & requirunt, ac eis videbitur expedire: ita tamen quod coram altero ex eis in causis hujusmodi possit procedi usque ad sententiam exclusive, que tunc consensu majoris partis intervenientis possit promulgari, & procedendi simpliciter, summarie, & de plano, sine strepitu & figura iudicii, omni juris & styli solemnitate atque terminorum observatione semotis, sola tamen facti veritate inspecta.

Item concordarunt domini de duodecim, die Jovis decimoquinto Septembris, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

Die Veneris decimosexto mensis Septembris, anno millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, in generali congregatione, presidente in eadem reverendissimo domino cardinali legato, lectis concordatis dominorum de duodecim, inter que concordata suprascripta fuerunt, reverendissimus dominus cardinalis legatus nomine & auctoritate sacri concilii juxta concordata dictorum dominorum de duodecim, more solito conclusit.

XIV.

Prærogativa graduatorum incorporatorum in sacro concilio Basileensi expedita 11. Decembris, MCCCCXXXV.

Sacrofancta, &c. ad futuram rei memoriam.

Plasmatoris omnium, qui gradus & formas humani generis per hæc spiritualia & temporalia bona disponens, quosdam divini sui muneris beneficio ad presugas ignorantie tenebras perspicue veritatis arcanarum rerum sic illuminat dogmatibus, ut velut splendor firmamenti, & stellæ in perpetuum

eter-

ternitates, in ecclesia Dei fulgentes, tam publica quam privata eruditionis & justitiae assidue commoda procurant, quantum possumus, & permittit, insequendo vestigia, ipsorum praesertim qui vineam domini sedulo colunt, peculiaribus favoribus digno compensationis munere duximus confovere. Sane dudum dominus Eugenius papa IV. nonnullos Romanam curiam pro tempore sequentes, & quosdam alios specialibus favoribus & variis antelationem gratiarum prosequens praerogativis, quibus eos voluit anteferri dilectis ecclesiae filii in theologia magistris, & in altero jurium doctoribus, ac cum rigore examinis, licentiatas, & in theologia, ac altero jurium hujusmodi baccalaureis, in vinea domini nobiscum quotidie laborantibus, in affectione beneficiorum, quae vigore gratiarum expectandarum eis per dictum dominum Eugenium concessarum expectant, grave praerogativam generavit. Nos itaque licet dudum, quod dicta antelationem praerogativae nostrae congregationi incorporatis, sive eorum familiaribus obsequiis ipsorum insistentibus, nullum praerogativam generare possent aut deberent, sub cunctis modo & forma statuissimus atque ordinassimus; tamen circa statum & commodum dictorum magistrorum, licentiatorum, & baccalaureorum praedictorum, qui pro tractandis universalis ecclesiae negotiis pervigiles in vinea domini nobiscum sollicitudines impendunt, ne ipsi denario ex dicta vinea fraudarentur, uberiori providere cupientes, aequa librata consideratione hujusmodi promotorum, auctoritate universalis ecclesiae tenore praesentium statuimus, decernimus, volumus, atque ordinamus, quod doctores, licentiatas & baccalaurei supradicti, illi videlicet, qui nobiscum pro universalis ecclesiae negotiis exsequendis per annum in eadem vinea laboraverunt, in affectione beneficiorum suorum ecclesiasticorum, cum cura vel sine cura, etiam si canonicatus & praebendae, dignitates, personatus, vel officia, integre vel dimidia portiones, praestimonias, & praestimoniales portiones, seu administrationes, in metropolitans aut cathedralibus vel collegiatis ecclesiis fuerint, quae ex nunc vacantia & inante vacatura, vigore earundem gratiarum rite acceptaverint, & de illis sibi provideri fecerint, omnibus & singulis aliis doctoribus similibus, magistris, licentiatas & baccalaureis ac aliis quibuscumque antelationum gratiarum hujusmodi praerogativis, aut quibusvis aliis gratiis eis a domino Eugenio etiam motu proprio, seu quacumque alia verborum forma etiam priore datis & concessis, hujusmodi beneficia expectantibus, etiam si vigore dictarum gratiarum in canonicos sint recepti, & diligentiores in processibus existant, sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus & veris sine fraude receptis familiaribus, continuis commensalibus ejusdem Eugenii papae, & dictis incorporatis doctoribus, magistris, licentiatas & baccalaureis aequaliter graduatis, & similibus apostolicae sedis officialibus, & his qui earundem gratiarum praetextu beneficia praedicta assecuti existunt dumtaxat exceptis, in affectione beneficiorum hujusmodi praerogativae. Et insuper graduatos incorporatos praedictos talem ordinem volumus observari, quod magis graduatius minus graduato in affectione beneficiorum praerogativae

dictorum praerogativae, & inter aequales eorundem jus commune conservetur, non obstantibus omnibus supradictis, ac voluntate, statuto, atque decreto Eugenii papae: quos quosdam incorporatos graduatos per annum nobiscum laborantes, hujusmodi, ut praerogativae, volumus haberi pro infectis, nulliusque existere roboris vel momenti, ac constitutionibus, ordinationibus, indulgentiis, nominationibus, facultatibus & concessionibus apostolicis quibuscumque, regibus, principibus, ducibus, praelatis, personis & universitatibus concessis, aut in posterum quomodolibet concedendis, atque nostris, de quibus eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda esset in nostris litteris mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo, &c.

Datum Basilea tertio Nonas Augusti, anno 1435. &c.

XV.

Responsio facta ambasciatoribus domini imperatoris super factis Bohemorum in generali congregatione, die sabbati xxix. Octob. MCCCXXXV.

Haec sancta synodus, matrem universorum Christi fidelium, sanctam videlicet universam ecclesiam representans, materna pietate sollicita, operans multis animarum & corporum periculis obviare, atque regnum Bohemiae & marchionatus Moraviae ad pacis tranquillitatem & ecclesiasticam unitatem, sine quibus nec salus est animarum, nec prosperitas rerum, reducere; imperialis etiam serenitas, quae tam per illustrem principem Guilelmum ducem Bavariae, cujus anima Deo vivat, quae protectoris ejusdem synodi officium ipsius vice gerebat, quam per alios oratores pluribus vicibus eandem synodum deprecata est, quatenus propter effectus praedictos, quantum salva fide & ecclesiae honestate fieri posset, haec sancta synodus benigne condescendere dignaretur; cum multa benignitate & pietate materna condescendit ad hoc, quod ipsi Bohemis & Moravia suscipientibus ecclesiasticam unitatem & pacem realiter & cum effectu, in omnibus aliis, quam in actu communionis utriusque speciei, fidei & ritui universalis ecclesiae conformibus, illi & illis qui talem habent, communicarent sub utraque specie, &c. prout in capitulis super pace & unitate, inter hujus sacrae synodi legatos & generalem congregationem dictorum regni & marchionatus concordatis & formatis, latius continetur. Per quos quidem capitula sic concordata & formata sperabatur, assistente divina gratia, perfici pax & ecclesiastica unitas propterea, si ipsa capitula fuissent ad debitam executionem deducta, prout hoc sacrum concilium per se promptum exhibuit, & ipsos Bohemos repetitis vicibus requisivit. Sed pro parte ipsorum Bohemorum usque ad praesens factis a tempore concordatis & reformationis dictorum capitalium fere biennio, adjectionibus his qui pro ipsi Bohemis negotia gerunt difficultates plurimas, & petentibus plurima quae non solum ultra compactata, sed eisdem compactatis sane & sincere intellectis adversa. Et nunc novissime in dicta Brunnis habita, postquam ab ambasciatoribus hujus sacri concilii nonnulla postula-

* f. un 12

verant etiam congrua, etiam ab imperiali se-
rentate poterant, quod sua firmitate perso-
naliter cum eis in percipiione communionis
sub utraque specie convenerat, ac cappella-
nos haberet qui sic populo ministrarent. Et
quod nullus esset in consilio ejusdem et nego-
tiis dicti regni, qui sic non communicaret.
Et quod religiosi monachi et moniales sine
consensu archiepiscopi et domini communis
loci non admittantur. Et quod ipsi habeant
sibi eligere archiepiscopum, qui sic electus ha-
beat confirmare: et non nulla alia, que non
solum vergant in derogationem ecclesiastici
ordinis et auctoritatis, sed etiam contra sin-
ceram intelligentiam dictorum compactatorum
indultum libertationis et communionis sub u-
traque specie, inconstitiam convertendo, et
declinando a confirmate, quam in reliquis
habere debent cum reliquo populo Christia-
no. Et talia et taliter locutus qui pro eis
loquebatur, non videbatur multum speran-
dum de stabili reductione ipsorum. Unde li-
cet existimetur hæc non procedere de commu-
ni voluntate baronum, nobilium et procerum,
sed immixti vel submixti ab aliquibus contra
pacem publicam propter privata commoda ma-
chinantibus, ne tamen his modis tractatus in-
utiliter differatur, hæc sancta synodus cupiens
non tegere vulnus, sed sanare, ante omnia
vult certificari, an dicti Bohemi velint stare
pure et simpliciter in compactate, et ea sine
ulteriori dilatione ad executionem deducere,
et a predictis petitionibus et aliis hujusmodi
penitus abstinere, et certa effici, quod ces-
set omnis species predicta vel alia similia,
que ad ecclesie dispositionem pertinent, ab
aliqua seculari potestate ipsos posse obtinere,
et quod ad communionem sub utraque spe-
cie nullus modo aliquo directe vel indirecte
compellatur.

Si autem de his, que ad ecclesie disposi-
tionem pertinent, pro utilitate dictorum re-
gni et marchionatus aliqua voluerint postula-
re, que compactatis non obviat supradictis,
ab hac sacra synodo possunt postulare, que
tamquam pia mater, quantum pro salute et
utilitate ipsorum iudicaverit expedire, provi-
debit. Et quantum ad difficultatem illam,
que orta est super ultima particula quarti ar-
ticuli, ubi sic scriptum erat: In declaratione
ab hac sacra synodo facta, ipsam bona ec-
clesie ab aliis quam ab his quibus admini-
stratio canonice est commissa, usurpari sine
sacrilegi restu non possunt, licet hæc verita-
tem, quam non nunc noviter hæc sancta syn-
odus protulit, sed sancti doctores, Ambro-
sius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius,
et alii plures sancti doctores, et antiquorum
sanctorum conciliorum et sanctorum patrum
insistat repetitis vicibus protulerunt, creden-
dum non sit quod ipsi Bohemi respondere ve-
liant, Quia tamen dicunt cum ambasciatoribus
hujus sacri concilii super mutationem verborum
aliter conventisse, legatis hujus sacri concilii
certum modum ponentibus, et ipsi Bohemis
vel suis aliis afferentibus, hæc sancta synodus
ambasciatoribus suis contulit potestatem, quoc-
habita certificatione de premissis, propter hæc
aut rupturæ tractatum, aut dilacionis occa-
sio nulla erit.

*Originale, ex quo hæc excerpta sunt, nihil
amplius habuit.*

XVI.

Sententia domini patriarcha Aquilegensis.

Christi nomine invocato, de cujus vultu
omne procedit iudicium, per hanc no-
stram sententiam, quam pro tribunali seden-
tes ferimus in his scriptis, pronuntiamus, de-
cernimus, et declaramus dictos duces, con-
siliarios, procuratores, advocatos, nobiles,
culpabiles, locatentes, et quoscumque al-
ios, quomodolibet obnoxios anathematis et
excommunicationis, communitatemque inter-
dicti, contentas penas, et sententias incidisse,
pro et ex eo quod civitatem, castrum,
terras, villas, loca, jura, jurisdictiones et do-
minia, ac alia spoliata, et occupata et de-
tenta, ad ecclesiam Aquilegensis (ut præ-
fertur) spectantia, juxta monitorii tenorem,
dicto Ludovico patriarcha non restituerint,
neque causam seu causas rationabiles, cur mo-
nitorio nostro parere non deberent, allegan-
tes docuerint, et pro talibus habendos, de-
nuntiandos, reputandos, vitandos, et tractan-
dos fore, tandem et quousque dux, commu-
nitas, consiliarii, procuratores, advocati, no-
biles, locatentes, et alii obnoxii predicti,
civitatem, castrum, terras, villas, loca, ju-
ra, jurisdictiones, et dominia, ac alia spo-
liata, occupata sua detentis, ad ipsam sanctam
Aquilegensis (ut predictum) spectantia, præ-
sente Ludovico patriarcha absque dolo
et fraude, seu aliquis excusationis inter-
ventione, omnino una cum fructibus perce-
ptis et qui percipi poterint, restituerint libe-
re cum effectu. Ipsumque Ludovicum patriar-
cham integre restitutum ecclesie Aquilegensis
in spiritualibus et temporalibus pacifice sanam
possessione gaudere, et ad gremium sanctam
matris ecclesie revertentes, absolutionis me-
ruerint beneficium obtinere; nec non ipsos
duces, communitatem, consiliarios, procura-
tores, advocatos, nobiles, locatentes, et
alios obnoxios predictos, in expensis in ipsa
causa factis condemnandos fore, et condem-
namus; ipsarum expensarum taxationem no-
bis in posterum reservantes, suppletes om-
nes defectus qui in hujusmodi intervenissent
processu.

Datum Basiles in congregatione generali,
vigesimo secundo die mensis Decembris anno
1435.

XVII.

*MCCCCXXXVI. Die Martii tertia
Julii ferebatur præfens sententia
definitiva.*

Sacro sancta generalis synodus Basileensis,
in Spiritu sancto legitime congregata, u-
niversalem ecclesiam representans, invocato
Christi nomine, de cuius vultu omne iudi-
cium procedit, ex actis, habitis, et proces-
sibus factis, in causa Trajectensis ecclesie, per
hanc sententiam definitivam in his scriptis dif-
finit, decernit et declarat, Rodolpho de
Diepholt nullum jus in ecclesia Trajectensi præ-
fata

fata vel ad eam competiisse. neque competere. postulationemque de persona nobilis viri Walrami de Moria factam ad dictam ecclesiam Trajectensem auctoritate universalis ecclesie admittit & recipit, supplendo ex certa scientia omnes defectus, si qui forsitan circa eandem aut processum causis quemodolibet intervenissent, vel intervenisse allegari potuissent: mandando eundem Walramum in possessionem dictae Trajectensis ecclesie juriumque & pertinentiarum omnium ejusdem induci, recipit & admitti, ac inducit, recipit & admittit, ipsum eidem ecclesie Trajectensi præficiendo in episcopum & pastorem, dictumque Rodolphum de Diepholt ab occupatione & detentione eorundem amovendo, quem per præsentem amovet sub censuris & aliis quibuscumque pœnis, processus desuper decerni mandando opportunos.

XVIII.

MCCCCXXVI. Die sabbati tertia Novembris, fuerunt in congregatione generali publicata maxime infra scripta.

Concordant tres deputationes, quia a nonnullis asseritur, quod dominus noster papa concessit prærogativas in præjudicium incorporatorum seu incorporandorum, enervativas prærogativarum eisdem incorporatis & incorporandis concessarum ad manutentionem & defensionem suppositorum concilli, quod tales, si quæ per papam factæ sint aut fuerint in futurum contra incorporatos. cassentur & annullentur cum clausulis opportunis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Deputatio de communibus requisita, non deliberavit.

Epistola Concilii Basileensis seorsim hic collectæ, & secundum datas earum, quantum licuit, ordinatæ.

XIX.

Epistola sacri concilii Basileensis missa ad Bohemos.

Sacro sancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, militantem ecclesiam representans, universis & singulis sacerdotibus, nobilibus, consulibus, clientibus, ceterisque regni Bohemia incolis, unionem, concordiam, caritatem, & pacem in domino nostro Jesu Christo.

Um eminentissimam redemptoris nostri dilectionem, qua pro nostra salute non dubitavit manibus tradi nocentium, & ignominiosissime mortis subire tormentum, (qui præcepit nobis alterum alterius onera portare, ac mutuam ante omnia caritatem habere) attentius consideramus, cum maxima cordium nostrorum amaritudine vestram a nobis conspicimus disensionem. Quamobrem ex intimis affectionibus nostris cupimus, tam gravem & noxiam divisionem ad concordiam revocare, ut omnium nostrum sub uno pastore Christo, quemadmodum paulo ante fuerat, sit eadem credulitas & caritativa dilectio, & ejusdem spiritualibus pabulis in caulis refici

Amaremur dominicis, prout latius ex epistola nostra, a vobis reverenter, ut certificati sumus, recepta, lucide potuistis agnoscere. Quod & confirmaverunt oratores nostri Nurembergæ consistentes suis literis vestris discretionibus noviter transmissis. Ex quibus grandem mutui unionis spem concepimus. Testificamur enim coram Deo magnam tristitiam & dolorem assiduum cordibus nostris inesse de tam diuturna & merito deservenda divisione: super omnia autem pacem, concordiam, & in credendis salubrem unionem, ex intimis affectionibus desideramus, quantum Deus annuerit, perficere. Nec ab hac synodali congregatione quovis modo intendimus discedere, donec omnia nobis possibile pro votiva & optata nostrum adinvicem unionem peregerimus; in domino sperantes, qui præsto adest omnibus invocantibus se in veritate, quique neminem vult perire, sed omnes viam veritatis agnoscere quod piorum intercessionibus exoratus, & diligentia humanis ad hoc, ut decet, adhibitis, Spiritus sancti illustrati gratia, mutuam concordiam & affectuosissime hujusmodi desideratam unionem consequemur. In hoc autem amplius confidimus, quod potissima medicina, talibus disensionibus subvenire solita, parata est, sacra scilicet præfens synodus, cujus director est Spiritus sanctus, eam desicere aut quoquo modo deviare non permittens, in his præsertim quæ salutem animarum concernunt. Neque enim fieri potuit quod Christi oratio, qua Patrem exoravit ut ecclesie fides non deficeret, non fuerit exaudita. Est itaque certa regula, indeficiens mensura, cunctos fideles rectissime regulans, quæ credenda aut agenda sunt saluberrime demonstrans. Adhortamur igitur vos in visceribus Christi, & in illa salute quam a justo iudice Christo speratis, quatenus omnes vestros conatus ad tam sanctum & divinum unionis & concordie opus apponentes, viros timoratos in lege Christi exercitatos, communem salutem & pacem, non particularia commoda affectantes, de quibus vobis alias scripsimus, ad hoc sacrum concilium placeat quantocius destinare, quibus plenam & omnimodam securitatem accedendi, standi & redeundi, promptis & non fictis dabimus animis, atque apud quoscumque de quibus necessarium fuerit, seu etiam opportunum, procurare non omittemus, nec in aliquo deficiemus (quantum vires nostræ suppeteat) tam salutiferam & Deo gratæ operationi. Super autem salvificis conductibus ad hoc necessariis, scribimus Illustribus principibus, dominis marchioni Brandenburgensi, Alberto Austriæ, & Joanni Bavariæ, ducibus, nobili baroni Ulrico de Rosenbergo, ac etiam consulibus Nurembergensibus & Egrensis, nec non ambaxiatoribus nostris in locis vobis vicinis persistentibus. Accingimini itaque sacro fidei baptismate insigniti operas vestras efficaces apponere ad regni vestri cum ceteris firmam pacem, concordiam & unionem. Tædeat vos, quantumvis cladum bellicarum, & hinc inde tam horridorum flagitiorum perpetratorum, ac viribus totis communem animarum & corporum salutem procurare satagite. In his siquidem, Deo auctore, vobis coassistemus fideles cooperatores: hoc tamen quantocius fieri rogamus, quatenus merum omnium statuum e-

mendationi latius & efficacius intendere valeamus ad Dei honorem, & sum immaculata sponſa eccleſiæ. Pax autem Chriſti exuperans omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras, voſque ad divitias gloriæ & agnitionem veritatis deificæ perducere dignetur.

XX.

Copie ſalvoconductus Collati a concilio Bohemis.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, in Spiritu ſancto legitime congregata, univerſalem eccleſiam repreſentans, univerſis viris eccleſiaſticis, nobilibus, & toti populo regni Bohemia, unitatem & pacem in Chriſto Jeſu domino noſtro.

DUdum hæc ſancta ſynodus, inter alia ſanctitatis opera, quæ propoſuit & proponit hoc principaliter cordi gerens, ut præclarum Bohemiæ regnum in eadem unitate cum aliis Chriſti fidelibus conjungatur, vos per ſuas literas ſincera caritate requiſivit, ut ad ſacrum concilium nuntios deſtinaretis, liberam eis offerens audientiam ſalvumque conductum: quod ſanctum opus ut eo maturius expediretur, venerabiles & religioſos viros fratres Joannem Nider, priorem domus prædicatorum Baſileenſium in ſacra pagina profeſſorem, & Joannem monachum Ciſterciensis ordinis conventus de Mullenbrun, nuntios pro hac re ſolicitanda ad civitatem Nurembergensem deſtinavit. Qui (ut nobis pridie reſcripſerunt) literis exhortatoriis ad vos ſuper hoc tranſmiſſis, veſtras poſtmodum a vobis oblatæ pacis deſideria amplectentibus acceperunt, in quibus inter alia continetur, ut prædicti noſtri nuntii ad Egram pro finali conſeſſione adventus veſtri ſe tranſferant. In primis creatori noſtro gratias agimus, qui taliter hujus rei diſponit initia, ut ſinis optatus verifimiliter ſequi ſperetur. Deinde, ut res iſta, quæ divino potius quam humano conſilio cepta eſſe videtur, debitum ſortiatuſ effectum. Et ut tam regnum veſtrum, quam totus mundus, evidenter agnoſcat ſincerum purumque hujus ſanctæ ſynodi deſiderium. ecce quod polliciti ſumus per primas literas jam nunc efficaciter exequi properamus. Omnibus igitur illis perſonæ, cujuſcumque dignitatis, præminentie, conditionis vel ſtatus exiſtant, eccleſiaſtici vel ſecularis, quas ad hoc ſacrum concilium deſtinare volueritis in eo numero, & pro eo tempore, & ſub his modis & conditionibus, tam in ſtando, veniendo & redeundo, quam in audientia præbenda, de quibus prædicti noſtri ambaxiatores vobiscum aut veſtris nuntiis in Egra vel alibi convenierint, tenore præſentium pleniffimum ac liberiffimum ſalvoconductum, veriffimamque ſecuritatam veniendi ad hanc civitatem Baſileenſem, ibidemque manendi, & deinde ad præſatam regnum Bohemiæ redeundi pura fide & integro corde concedimus, & veraciter impartimur. In hocque ſalvoconductu omnes quaſcumque clauſulas incluſi & contineri volumus, quæ pro plena & efficaci ſecuritate eorum in veniendo, ſtando & redeundo, neceſſariæ ſunt & opportuna, & quæ de jure vel conſuetudine in

Concil. General. Tom. XXIX.

A ſalvoconductibus apponi debent aut ſolite ſunt. Univerſos autem & ſingulos Chriſti fideles, reverendos patres, archiepiſcopos, epicoſ, abbates, prælatos & clericos, nec non illuſtres principes, reges, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites, univerſitates, ac communitates civitatum, caſtrorum & villarum, earumque conſules, ſcabinos & officiales, & alios cujuſcumque conditionis & ſtatus, eccleſiaſtici vel ſecularis, quocumque nomine cenſeantur, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri exhortamur & obſecramus, eiſque nihilo minus in virtute ſanctæ obedientie auctoritate a Deo univerſali eccleſiæ conceſſa diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus prædictos nuntios & ambaxiatores regni Bohemiæ huc venturos cum omni caritate, benignitate & manſuetudine, veniendo, ſtando, redeundo pertractent: nec eis vel familiaribus eorum inferant, nec per aliquem inferri quoquo modo permittant, quæcumque offenſam, læſionem, aut injuriam: alioquin adverſus contrarium facientes, tamquam turbatores pacis & unitatis, ad debitas poenas, tam per cenſuram eccleſiaſticam, quam brachium ſeculare, ſeveritèr procedetur. Ceterum quod in primis literis vos rogavimus, nunc ad memoriam veſtram reducimus, ut tales viros mittere huc velitis, ſuper quos Spiritus domini requieſcere ſperetur, mites videlicet, timoratos, humiles corde, pacem optantes, & non quæ ſua ſunt quaerentes, ſed quæ Jeſu Chriſti; qui nobis, vobis, & toti populo Chriſtiano hic pacem, & in futuro ſeculo vitam æternam donare dignetur; qui vivit benedictus in ſecula. Amen.

Acta fuerunt hæc in congregatione generalis noſtræ, præſentibus dictæ noſtræ ſanctæ ſynodi Baſileenſis notariis & ſcribis ſubſcriptis, ſub ſigillo reverendi in Chriſto patris domini epicoſi Conſtantienſis provinciæ Rothomagenſis, quo ad præſens utimur, die Veneris vigintiſimo octava menſis Martii, anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo trigefimo ſecundo.

XXI.

Littera niſſa regi Francia.

Sacroſancta generalis ſynodus Baſileenſis, &c. Chriſtianiſſimo principi & ſereniſſimo domino domino regi Francia ſalutem & omnipotentis Dei benedictionem.

PRO quam plis & populo Chriſtiano neceſſariis cauſis hoc ſacrum concilium congregatum ſit, jamdiu literis ac nuntiis veſtra ſerenitati ſignificavimus: aliud enim hæc ſancta ſynodus non intendit, quam ut hæreſes, bella, ac vitia de populo Chriſtiano extirpentur: & quamquam in omnibus regnis ac provinciis, ubi bella vigent, pacem & concordiam firmare deſideremus, ad veſtrum tamen præclariffimum regnum pacificandum propenſus oculos noſtros dirigimus. Hæc igitur tam ſanctæ cauſæ, ac memoria eorum quæ veſtri præclariffimi majores pro exaltatione fidei, & conſervatione eccleſiæ catholicæ, ſemper egerrunt, firmam nobis ſpem præbent, quod ſerenitas veſtra huic ſacro concilio, ex quo tot bona provenire ſperantur, omnem favorem

D d & au-

& auxilium imponet, atque omnia faciet, A per que hæc sancta opera que proponimus optatum consequentur effectum. Sed & hæc nostram spem, quam de vestra serenitate concepimus, jam ad effectum Dei gratia perduci videmus. Audivimus enim ecclesiam Gallicanæ prelatos in civitate Bituricensi opera vestra convenisse, ubique Spiritu sancto illuminatos conclusisse sacrum hoc concilium Basileense fore non solum legitime congregatum, quinimmo hoc tempore permaxime necessarium: ut in hoc loco, ubi conceptum est, sine dilatione aut mutatione continueretur atque compleatur: & pro subveniendo universalis ecclesie necessitatibus, expedit ut ad id omnes, præsertim regni Franciæ, proficiscantur: hinc B equidem magnam lætitiã non immerito suscepimus, tum quod Spiritus sanctus non patitur veritatis lumen latere sub modio; tum quod ex ea deliberatione fidei & ecclesie magna incrementa successura speramus: pro qua se ipsi Spiritui sancto in primis, cuius dono hoc factum est, deinde vestræ serenitati gratias agimus, & eam dignis laudibus commendamus, que ad tam sanctum opus diligentiam præbuit. Ampliusque ipsam commendaturi sumus, cum hæc saluberrimam conclusionem executioni mandari sentiemus. Quapropter eandem serenitatem, quanto efficacius possumus, deprecamur & obsecramus, ut quemadmodum inter reges Christianos antecessores vestri semper primi fuerunt ad auxilium fidei & ecclesie, propter quod Christianissimi vocari meruerunt, ita majorum vestrorum imitando vestigia, id ipsum pro viribus & omni studio agere dignemini, omnemque operam dare, ut prædicta deliberatio tam laudibilis, & vestræ serenitati ac regno vestro honorifica, per celerem adventum prelatorum vestrorum simul cum insigni vestra ambaxiata ad hoc sacrum concilium per rei executionem toti mundo illucescat. Ex quo & apud omnipotentem Deum meritum immortale, & apud homines summam laudem ubique consequemini, & ipsam tandem universalem ecclesiam * vobis quidem, carissime princeps D agendorum urgens necessitas omnem dilationem exposulat amputari, eo permaxime, quoniam, ut ab ambaxiatoribus nostris ad hæc tractanda transmissis, nobis insinuatum est, adventus Bohemorum ad hoc concilium de proximo prestolatur: qua in re regnum vestrum inter ceteras Christianitatis partes magna literaturæ resurgat, ipsorumque prelatorum vestræque ambaxiatis præsentia, dante altissimo, sit fructuosa.

Datum Basileæ die nono Maii, Millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

XXII,

Ad consiliarios regis Franciæ.

Sacrosanctæ generalis synodus Basileensis, &c., reverendis in Christo patribus, & illustribus ac magnificis dominis consiliariis Christianissimi regis Franciæ salutem, &c.,

Destinamus præfato Christianissimo regi Franciæ litteras infra scripti tenoris.

Hic litteræ fuisse intelliguntur epistola præcedens ad regem Franciæ missa, eoque his eodem descripti loco epistolam transcriptoribus fuisse visum: atque ideo omittitur. B la fac.

Cum autem hæc omnium Christianorum negotia communia sint, & vestra sicut nostra interfir, ut salutis Christianæ reipublice consulatur, vestra paternitates & dominationes rogamus & exhortamur, ut pro honore & debito vestro apud præfatum Christianissimum principem efficaciter laborare velit, quatenus tam prælati Gallicanæ ecclesie, quam ipsius Christianissimi regis insignis ambaxiata, prout tantum principem decet, huc ad communem Christianæ religionis utilitatem sine mora accedant.

Datum Basileæ, ut supra.

XXIII.

Ad magnificum dominum de Tremollia, &c.

Sacrosanctæ, &c. magnifico domino N. de Tremollia, &c.

Cum divino munere vobis concessum sit, ut gratiam in oculis Christianissimi regis Franciæ inveniat, & apud eum locum & auctoritatem inter primos habeatis; merito die nocteque cogitare debetis, ut ipse Deus hæc gratiam vobis conservet & ampliet. Quod nullo modo melius consequi potestis, quam si fidei & ecclesie defensionem totis viribus procuretis, Certi sumus ad notitiam vestram diu pervenisse, quemadmodum pro hæresibus, bellis ac vitis ex populo Christiano extirpandis hoc sacrum generale concilium apud Basileam congregatum legitime sit, quibus rebus cum nihil Deo gratius & Christianitati utilius fieri possit, merito sperare poteritis gratiam Dei & hominum vobiscum permanuram, si huic sacro concilio favorem vobis possibilem præstiteritis. Itaque curare, quantum in vobis est, debetis, ut hoc concilium a Spiritu sancto inceptum vestra opera & diligentia crescat, & humana obstacula, que illud quoquo modo impedire possent, pro viribus tollere & amovere. Qui enim adversus hoc concilium aliquid agit, causa esse videtur ut hæreses, bella & peccata in Christianitate perdurent. Qui vero illi faver, est protector fidei, procurator pacis ac sanctæ reformationis. Audimus prelatos ecclesie Gallicanæ apud civitatem Bituricensem convenientes inter se conclusisse ad hoc sacrum concilium proficisci: que res non solum præfato Christianissimo regi ac regno suo honorem & utilitatem maximam allatura est, sed toti Christianitati profectum; propterea vos efficaciter rogamus & hortamur, ut apud ipsum dominum regem dili-

diligenter intercedere velitis, ut prædicta concilio per adventum prælatorum ad ipsum concilium simul cum ambasciata executioni demandetur. Ex quo (ut prædiximus) procul dubio gratiam Dei & hominum vobis & vestra posteritati comperabit, & universalem ecclesiam ad omnia vestrum statum & honorem concernentia, exinde obligatam efficietis. Basilea ut supra.

XXIV.

Ad archiepiscopum Rhemansem cancellarium Francie.

Sacrofancta, &c. reverendo in Christo patri domino archiepiscopo Rhemensi, &c.

Rescripit nobis venerabilis vir prior conventus Chamberiaci ordinis Prædicatorum, ambasciator noster, quante zelo huic sacro concilio officiamini, ejusque profectum desideretis, & cum diligentia quærat: pro qua re, quia causa Dei agitis, ipse vobis in hoc & in alio sæculo digne retribuatur. Ecclesia vero pro hujusmodi favore, quem sibi impenditis, suarum orationum & meritorum apud Deum participem faciet, & ad omnia vestrum honorem & statum concernentia obligatam se vobis merito proficitur. In hac re, quæ vestram paternitatem tamquam Christianum & antistitem non minus tangit quam nos, nil aliud dicendum videtur: nisi ut solida diligentia opus hoc divinum prosequamini, ex quo, cum extirpatio hæresum, pacificatio populi Christiani, eradicatio vitiatorum sequi speretur, quantum apud Deum meritum, & apud homines laudem accepturi sitis, optime intelligitis. Scribimus Christianissimo regi Francie, & suo consilio, & quibusdam particularibus apud eum potentibus, prout idem prior ex vestro concilio nos advisavit, & literarum copias hic interclusas mittimus. Si quid illud ad prosecutionem istius rei, nec non ad pacem præclarissimi regni Francie, ad quam toto corde aspiramus, faciendum videtur, vos maxime deprecamur ut nobis lignificare velitis.

XXV.

Ad archiepiscopum Lugdunensem.

Sacrofancta, &c. reverendo in Christo patri domino archiepiscopo Lugdunensi salutem, &c.

Cum magna jucunditate & exultatione avidimus literas quas ad nos & reverendum in Christo fratrem dominum episcopum Laufanensem cum advisamentis ecclesie Gallicane destinastis. Intelleximus ex his & aliorum relatu, quanta prudentia & sollicitudine in congregatione prælatorum apud Bituris in favorem hujus sancte synodi, imò fortius Christianitatis, laboraveritis, & quid per ædium vestre sapientie ac diligentie Spiritus sanctus ibidem concludi fecerit. Hinc læte claritas perpendimus hoc sacrum concilium ita stabilium, ut jam modicum de humanis obstaculis timeri possit. Hoc tam magnum ac felix novum quilibet vestre adscribit circumpectioni, & quod ibi conclusum est, vestra o-

Council. General. Tom. XXIX.

pera contigisse existimat. Pro qua re ipse omnipotens Deus, cujus causam tam laboriose viriliterque defendistis, reddet vobis in cælis præmiorum mensuram bonam, conferat, coagitatam, & supereffluentem. Nos omnes quicumque in hoc sacro concilio sumus, auditis his literis, mira in vos ferimur dilectione, & nomen vestrum ac laudes in ore omnium passim resonant: vos patrem, defensorem ac protectorem sacri concilii omnes appellant. Agite igitur, optime antistes, quemadmodum cœpistis, & opus tam laudabile, vestra virtute in ecclesia Gallicana inchosatum, enitimi ad finem perducere, & conclusio illa per celerem adventum prælatorum bre ipsa compleatur: præsertim ut paternitas vestra, sicut auctrix fuit hujusmodi deliberationis, ita prima sit in exequendo. Nam cum alii vos huc proficisci viderint, mox sequentur. Adventus vester ad nos iudicio omnium multo utilior reputatur, quam progressus ad Urbem. Timemus ne absentia vestra aut diuturna mora sacro concilio sit damnosa, & accessus ad Urbem in nihilo fructuosus. Ex his quæ a fide dignis percepimus, qui concilio adversantur ita fixi in sua opinione videntur, ut in persuasionibus humanis modica spes haberi possit. Spiritui sancto & nobis visum est, ut omisso accessu ad Urbem, ad hanc sacram synodum, quam a Spiritu sancto regi non dubitamus, quanto citius properetis: verum si in congregatione prælatorum apud Lugdunum putaveritis aliquamdiu pro utilitate concilii immorandum, hoc vestre sapientie committimus. Valete feliciter. Scriptum Basilea, ut supra, & datum.

XXVI.

Ad regem Polonia & alios.

Sacrofancta, &c. congregata, serenissimo domino principi domino Vladislao Polonia regi, &c. regia dignitatis prosperum augmentum, ac omnipotentis Dei benedictionem.

Non ambigimus satis diuque divulgatum esse apud vestram serenitatem, sacrosanctam hanc synodum in hac civitate Basileensi rite congregatam existere, pro rebus ecclesie & omnium orthodoxorum promovendis & bene gerendis, pro veprium hæreticarum de finibus fidelium extirpatione, morum deformium in cunctis statibus emendatione, proque bellicarum claudium, quæ pro dolor, his temporibus populum Dei circumdant, sedatione: quibus nil dignius, & fideli populo salubrius sub caelo valet afferri. Unde si quis zelum Dei in corde gerat, si quisquam principum salutem subiectorum atque communem profectum & utilitatem, prout ad hoc tenetur, quaerat, mox sacrum hoc concilium dignificare, favorizare & promoveri tenetur, ejus sanctissimis determinationibus firmiter inhaerendo. Contraria veto & præjudicialia sibi possentius impedire, & ut auferantur de medio totis viribus in Dei obsequium debet aspirare. Quamobrem vestram dominationem ac regiam celsitudinem, ut principem catholicum, & fidei Christi fidelem, propugnatores, obsecramus & exhortamur per viscera misericordiae Dei nostri, quatenus ad tam

necessarium & accommodatum opus expediendum, & Deo duce perficiendum in populo fidei, placeat aliquos doctos & peritos, divinarum, & humanarum rerum experientia imbutos ad hanc nostram congregationem quantum socius destinare: nec non reverendos patres archiepiscopos, episcopos, abbates, ceterosque: qui de jure vel consuetudine sacris conciliis generalibus interesse tenentur, sub vestra dignitate jurisdictione & protectione temporali-ter constitutos, per literas vestra serenitatis sollicitare, & modis aliis congruis inducere, ut non postponant ad conveniendum illico nobiscum: & prout preclara fama de vestra celsitudine volat per orbem universum, qualiter, ut principem catholicam decet, contra B per fides brachia potentie vestra viriliter expanditis; sic exhortamur vestram serenitatem & devotionem, ut in exaltationem sacre fidei ferventi animositate, ad eorundem inimicorum reductionem in unionem fidei catholice, operam continuo dare velitis, Christi fideles ad hoc viis ac modis convenientibus inducendo & confortando, &, si opus fuerit, etiam manu armata pugnando & resistendo, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, fidei catholice incrementum, & ecclesie sacrosanctae continuam prosperitatem: quod utique ad principem vestri honoris titulum codis pariter & decorem. Nec moveat vestram dominationem rumor de dissolutione hujus sacri concilii, si C quis ad presentiam vestra serenitatis forsitan delatus est, qui ex levitate & sinistra suggestione haud dubium processit. Quoniam nostrae intentionis est ad conservationem fidei catholice, & cunctorum fidelium consolationem, in laudem creatoris nostri firmiter perseverare, cunctis Christianis nobis assistentibus in vinculo caritatis, usque ad ejusdem sacri concilii felicem consummationem, ne increduli dicant in cordibus suis: *Trepidaverunt timore ubi non erat timor*, & gloriantur in malitia sua, putantes nos sacre fidei certamen declinasse. Confidimus etenim, quod considerata in hac sanctissima re nostra rectissima intentione, celsitudo vestra ardenti desiderio nobiscum in unum concurrat. Pro quibus omnibus plenius explicandis reverendum in Christo patrem fratrem Agidium episcopum * Rosensem, ordinis fratrum Carmelitarum, exhibitorem presentium, ad vestram serenitatem curavimus destinare, cujus relatus in praemissis placeat fidem credulam propensius adhibere. Spiritus sanctus sacri concilii auctor dirigat vestram illustrem celsitudinem in causis agendis ad utilitatem ecclesie sancte cum votiva prosperitate.

Datum Basilee, &c.

XXVII.

Copia solviconductus concessi per concilium ambasciatoribus domini nostri papa.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, venerabilibus Joanni & Andrea Darentino & Colossensi archiepiscopis, ac Bertrando episcopo Magalonenfi, nec non dilecto ecclesie filio Antonio de fratre Pio utriusque juris doctore, & apostolici palatii causarum auditori, a se sanctissimi domini Eugenii papa ambasciatoribus, salutem & omnipotentis Dei benedictionem,

Quamvis plenissima libertas & securitas omnibus ad hanc sacram synodum venientibus, & stantibus in ea, & ab eadem recedentibus, juxta ipsius synodi decreta alias publicata, & solviconductus plenissimus carissimae ecclesie filii Sigismundi Romanorum regis semper augusti, ac civium civitatis Basiliensis, notorie vigeant, & propterea non opus esset vobis ad hunc locum proficisci volentibus solviconductum petere, principum cum pro utilitate & necessitate universalis ecclesie, ac pro honore sanctae sedis apostolice hoc sacrum concilium sit congregatum: nihilominus eadem sancta synodus vestrae postulationi, quantum cum Deo & honestate potest, satisfacere volens, tenore presentium dat & concedit vobis, & vestrum cuilibet, cum omnibus & singulis familiaribus, ac equis, & rebus omnibus vestris, liberam, plenum ac sufficientem solviconductum, veramque securitatem ad hanc civitatem Basiliensem veniendi, ibidemque standi & morandi, & ad sanctissimum dominum Eugenium papam IV. redeundi, & specialiter in publica congregatione hujus sacri concilii, seu privatim coram ad hoc deputatis vel deputandis ab eodem concilio, omnia quaecumque & qualiacumque nomine & ex parte ipsius sanctissimi domini Eugenii papa proponendi, explicandi, loquendi, ac tractandi, & conferendi, ceteraque agendi, mediandi, & finiendi, quam veri oratores seu ambasciatores dicere & agere de jure vel consuetudine possunt & debent. Vultque ipsa sancta synodus hunc solviconductum esse plenum ac plenissimum, in eoque includi omnes clausulas necessarias & opportunas, quas de jure vel consuetudine in solviconductibus apponi seu intelligi consueverunt, ac easdem pro inclusis habet & apponit, ita ut plena securitate & libertate tam vos, quam vestri familiares, in personis & rebus uti possitis, sine ulla gravamine aut offensione, damno vel injuria, tam personali, quam reali, & etiam, verbali, in veniendo, stando, & ad praedictum sanctissimum dominum papam redeundo; cum hac tamen conditione adjecta, quod nec hic nec extra aliquid attentetis conjunctim vel divisim, per viam executionis aliquorum processuum, litterarum vel mandatorum, per vos vel alios, in honorem hujus sacri concilii, aut suppositorum ejus; nec hoc accipiat, quasi aliquid hujusmodi de jure fieri possit, hanc sancta synodus habuit, cum veritas sit, & in secunda sessione declaratum existat, quid-

quodlibet in prejudicium hujus sacri concilii attentetur, id fore nullius roboris vel momenti. Sed ad evitandum scandala que contra talia tentantes contingere possent, vult etiam hæc sancta synodus, ut postquam ad vestra propoſita & explicata responsionem, dederit, vel vos requisierit, ut ad præſentem sanctissimum dominum papam, relaturi que vidistis & audistis, revertamini a dicta civitate infra octo dies a die requisitionis computandos, in nomine domini iter vestrum versus ipsum sanctissimum dominum papam per viam rectam arripere debeatis, ipsum saltem usque ad metas Italie inclusive sine fraude & dolo continuando. Exhortatur insuper eadem sancta synodus omnes & singulos Christi fideles, cuiuscumque dignitatis, gradus, status aut præeminentia existant, spirituales & temporales, etiamſi regali, ducali, archiepiscopali, episcopali, vel alia quavis præfulgeant dignitate, universitates, & communitates, ceterosque quibus præſentes literæ exhibitæ fuerint, eisdemque in virtute sanctæ obedientiæ mandat, ut si per eorum dominia, terras, territoria, civitates, oppida, castra, stratas, villas, castella, aut alia loca vos & quemlibet vestrum transire contingat, sub pomis, sententiis, & censuris tam in Constantiensi & Senensi, quam hujus sanctæ synodi sacris decretis contentis & fulminatis, districte injungendo, quatenus vos & vestrum quemlibet iam comitiva hujusmodi securos, liberos & tutos, cum rebus & bonis vestris universis ire, stare, & redire, sine molestia & impedimento permittant, de securitate & conductu a nobis requisiti, quoties opus fuerit, favorabiliter providendo.

Datum Basilea in congregatione generalis dictæ sanctæ synodi, die Veneris decimo octavo mensis Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo.

XVIII.

Bulla per concilium Basileense missa ad sacri imperii electores.

Sacrosancta, &c. venerabilibus archiepiscopis, & dilectis ecclesie filijs nobilibus viris, ducibus illustribus, sacri Romani imperii electoribus, saltem, &c.

DEus pius & misericors reges & principes in terra constituit, ut sanctuaria templaque sua defenderent, & veluti quadrigæ quondam arcem ecclesie sanctissimam deportarent. Sunt ergo agri dominici custodes, pones, arces, & divins humanaque legis vehicula atque portus: quamobrem si commissa eis curam intelligerent, nihil magis se debere existimabunt, quam ut ecclesiam sanctam, pro qua Christus ne periret in cruce oravit, tueantur. Quod ubi fecerint, tunc recte reges seu principes appellari poterunt, & Dei, qui eos supra homines constituit, judicia ministrabant. Porro in eo nunc tempore sumus, ut ipsorum suffragia & auxilia eandem ecclesiam impiorare oporteat, ut suam pietatem ostendere necesse sit, cuius favoribus freti huc convenimus, dum re-

medium nullum melius visum sit ad hujusmodi flagitia submovenda, quam ut sacre synodi generalis accersitio haberetur, per cuius auctoritatem dissidia abusufque abſecti tolli possent: talis enim sacer coetus sæpe antiquitates ecclesie sustulit. Testes sunt Ariani, Nestoriani, Sabelliani, alique hæresiarcho, qui cum philosophorum scholis expugari non potuere, sacrorum conciliorum sententia everſi sunt. Denique quanta semper fuit ipsorum sacrorum generalium conciliorum auctoritas, canonica scriptura, quam universalis recipit & dogmatizat ecclesia, demonstrat, dum quatuor synodos ut sacra evangelia recipi docet, velu-

tu quæ columnæ & bases quædam sint in firmamentum Christiane religionis positæ: per eas enim catholica fides quadam claritate conſeruat, & hæreticorum impietas conculcatur. Alias etiam synodos sacris ritibus & legibus sacerdotum radiantes ut candelabra & specula militantis ecclesie coli amplectique suadet. Quamobrem dudum catholici principes, cernentes populum Christianum variis occurſibus indies magis ac magis deprimi & labefactari, præterita tempora, quibus evenerunt familia recolentes, summopere ad celebrationem generalis concilii intenderunt. Itaque sacra Constantiensis synodus inde profecta est, qua consultiſſime sancitum fuit, ut de cetero generalia concilia certis statutis temporibus tenerentur, quasi ea præcipua semita videretur, per quam ad mores reſormandos & pacem recuperandam effet ascensus. Denique & ad hoc devenimus, etiam auctoritate domini Eugenii papæ moderni, ut tandem extirpatis hæresibus, flagitiis & deformitatibus submotis, ac animis pacis dulcedine recreatis, quandoque sacer ordo reſoreat, & leges ac mores diu perditos reviviscant: eaque acta jam feliciter extitissent, nisi dicti domini Eugenii papæ impedimenta notoria obstitissent. Nihil enim adeo cavavit, quam ut præſentia sua liſſolutio hujus synodi effectu mandaretur, nunc nuntiis, nunc liberis ſigmentis variis refertis, cunctis animos excitando, ut rei tam execrabilis annueretur. Sed veritas, que dum plene defenditur raro vincitur, invicta remansit; atque amotis errorum & nubibus eam indies prosperaturam minime dubitamus. Proinde ingenti admiratione detinemur, cur tam animi vestri eripi tantoque ardore obſcurari videntur, cum obſecrare exhortarique non desinat, ut in processu adversus eundem dominum Eugenium incepto superſedere; imo id stupendum magis extitit, ut monitorium suspensionis poenam continens relaxare ac alterare deberemus. An non cogitatis, quid idem dominus Eugenius patravit, quid indies indurato animo molitur, jactata scilicet fundamenta recuperanda quandoque pacis, & motum reſormationis, evertere, dum sacratissimum hoc concilium tam legitime inchoatum nititur annullare? An non videtis, si sue sententiæ pareatur, ut non solum hanc synodum evanescere oporteat, sed ne de cetero alie ſiant facile eventurum? Profecto in id sua pergere videtur intentio, ut quod pro totius orbis salute vestra & aliorum principum consilio auxiliisque effectum est, momento excidat aboleaturque. Arbitramini ergo, quantum, quale, quid ex humeris nostris pendeat, quid sit

Vide bullam Pii II. que defenditur Eugenium.

notibus

infu-

insuper quod rogatur, & a quibus id tam e-
 nixè rogatum sit: nempe Christianus populus,
 pacem esuriens, disciplinamque perditam
 petens, ex nobis justitiam expectat si quis
 talia damnabiliter impedire vellet. Nos autem
 universalis consuetudo ecclesie judicatos mali-
 gnantium impietatem, vindicatosque eandem
 in dextera virtutis suæ: quod ergo nostrum
 non est, a nobis non exoptate, carissimi filii.
 Id pium est rogare quod decet, & licet ro-
 gator sacre. Nostra siquidem cura ea præci-
 pua esse debet, ne universalis ecclesie aucto-
 ritas contemnatur: atque ut potestas, quæ si-
 bi a Deo tributa est, illibata permaneat; quam
 violare idem dominus Eugenius notorie visus
 est, dum hanc synodum præcipiti zelo dissol-
 vere tentavit & quod est gravius, obstinate
 perseverare non desinit. Quomodo ergo rem
 hanc tam ecclesie periculosam dissimulare pos-
 sereque possimus, nisi tanti excessus par-
 ticipes esse velimus? Denique, si imponis &
 inexpugnatus excessus hujusmodi relinquatur,
 quis unquam Romano pontifici, quanquam
 improbitissimo, contradicet? Quis in generalis
 concilii auctoritate confidet? Cedat ergo uni
 hominum unus homo? cunctane ejus arbi-
 trio committantur? obviuamur Christum sæ-
 pe (ut evangelica doctrina testatur) potesta-
 tem clavium apostolis, in quibus representa-
 batur ecclesia, tradidisset & non in hæde, quæ
 omnes catholicos complectitur, sed in solo Pe-
 tro, ecclesiam fundavisse fateamur? Etiam Con-
 stantiense concillium illuxisse hominibus con-
 stitiamur, dum synodum generalem immédia-
 te a Christo potestatem habuisse, etiam supra
 papam, in his quæ pertinent ad extirpationem
 hæresum, ac generalem reformationem in
 capite & in membris, declaravit, non hæc
 sunt quæ conniventibus oculis transire debeamus,
 sed b securitate opus est dum levia argu-
 menta non profunt, debuissimos quidem ci-
 tius his rebus præscribere, & hujusmodi do-
 mini Eugenii jacula resellere. Sed nunc dum
 ulterior expectatio onusta undique est pericu-
 lis, mutandum non erit. Quod ergo pridem
 vestre literæ in generali sacra nostra con-
 gregatione recitate requirebant, ut ab ulterio-
 ri processu adversus papam abstinere, & mo-
 nitorium decretum relaxare dignaremur, li-
 benter impleverimus, nisi in ea re paratum dis-
 crimine universalis ecclesie appareret. Toties o-
 nim dilaciones repetitas fomenta malorum, &
 præcipue contemptum ecclesie peperisse, ex-
 ploratissimum est. Ignorasse autem vos viderimus,
 dum eas literas decrevistis, novissime
 instantissimis precibus carissimi ecclesie filii Si-
 gismundi Romanorum imperatoris illustrissimi,
 & ejusdem ecclesie advocati, nos ad dies tri-
 ginta eidem domino Eugenio terminum pro-
 rogasse: præfato enim Sigismundo ob tam in-
 gentia merita inexplicabilesque labores, quos
 hæcenus pro universali sustinuit ecclesia, nunc
 que impræcipientiarum sustinet, id negare mini-
 me potuimus. Sed cum nullam de cetero di-
 lationem expectare, & decretis nostris libere
 acquiescere pollicitus solemniter extiterit, pro-
 ut in prorogationis decreto insertum est, &
 diximus & constituimus solemniter in sessione,
 nullum alium de cetero ad cuiuscumque in-
 stantiam terminum præbituros. Minime au-
 tem dubitamus, si hæc vobis innotuissent,
 quod preces hujusmodi porrectæ non fuissent.

Neque ambigui sitis, si quid sit quod sine
 Christiani populi discrimine & animarum pe-
 riculo fieri possit, non oblii ingentium meri-
 torum vestrorum, & nec ignari quanta & qua-
 lita universalis ecclesie commoda indices effi-
 cere valeatis, quam libenter vestram in com-
 placentiam ageremus, faciemusque Deo dan-
 te, dum ad talia se facultas obrulerit. Sinite
 ergo, carissimi filii, nos in justitie dextera
 hujusmodi excessus propellere, & vineam do-
 mini sub veritatis clypeo reformare. Invitami-
 ni, obsecramus, Christianissimum ac pientif-
 simum illum Romanorum imperatorem Caro-
 lum Magnum, qui cum Romæ synodo con-
 gregata, ut adversus Symmachum papam ac-
 culatorum audiri deberent, interrogaretur quam
 in partem iudicium suum penderet, Deo in-
 spirante, respondit, synodalis esse arbitrii in
 tanto negotio sequenda præscribere & statue-
 re, nec aliquid ad se præter reverentiam de
 ecclesiasticis negotiis pertinere. Id quidem si
 facietis, ut certissimi pene sumus, apud Deum
 immortalæ gratiam & apud homines laudes
 amplissimas consequemini.
 Datum Basileæ, &c.

In hac syno-
 do quædam
 canonum
 Carolo
 Magni
 auctoritate
 iudicari de
 beo: apud
 autem non
 de Synodo
 Carolo III.

* f. omnia
 Curia Petro
 qui dicitur
 Petrus
 Nemo
 Joan. 10.
 a Petro, il-
 lus & h.
 b Petro, in-
 mat. 11.
 * mutandum

XXIX.

*Licentia exercendi officium procuratoris causa-
 rum fori Basileensii durante concilio.*

*Sacrofancta, &c. dilecto ecclesie filio magistro
 Joanni Crey, rethori parochialis ecclesie san-
 ctæ Columbe Coloniensis ac literarum apostoli-
 carum scriptori & abbreviatori salutem, &c.*

Vltæ ac morum honestas, aliaque virtutis
 opera, quibus splendere dignosceris, nos
 inducunt ut te specialibus favoribus & gratiis
 prosequamur. Hinc est quod nos tuis suppli-
 cationibus inclinati, tecum qui in sacerdotio
 constitutus ac rector ecclesie parochialis tan-
 ctæ Columbe Coloniensis, nec non literarum
 apostolicarum scriptor & abbreviator, ac huic
 sacro concilio incorporatus existis, ut in qui-
 buscumque causis beneficiis, profanis, civi-
 vilibus, matrimonialibus, criminalibus, civi-
 liter intentatis, seu mixtis, durante hoc sacro
 concilio, seu quousque ipsum sacrum concilium
 super hoc aliter duxerit ordinandum seu
 providendum, inibi officium procuratoris cau-
 sarum, quemadmodum in Romana curia au-
 thoritate apostolica, ac in sacro Pisano & Con-
 stantiensi conciliis hæcenus exercere consuevi-
 sti, libere & licite exercere & procurare in
 eisdem causis valeas, felices recordationis Joa-
 nis XXIII. & Martini V. ac aliorum Roma-
 norum pontificum constitutionibus & ordina-
 tionibus, etiam juramentis per te super hoc
 forsan præstitis, ceterisque contrariis nequa-
 Equam obstantibus, auctoritate nostra tenore
 præsentium de specialis dono gratiæ dispensa-
 mus. Volumus autem quod ecclesia hujusmo-
 di & alia beneficia ecclesiastica, quæ obtines,
 propterea non fraudentur eorum debitis obse-
 quiis, sed animarum cura in ecclesia, & one-
 ra in beneficiis ipsius incumbentia congrue ex-
 erceantur: decernentes insuper irritum & inane,
 si secus super his per quoscumque quavis
 auctoritate scienter vel ignoranter contigerit
 attentari.
 Datum Basileæ Nonis Novembris, anno a
 na-

XXX.

XXXI.

Carolina sub latiori forma.

Executoria presbyteri Lyrensis super sententia definitiva in curia Romana dudum cum invocatione auxilii brachi secularis.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, venerabili episcopo Adriensi in hoc sacro generali concilio ad presens commoranti, & dilectis ecclesie filiis sancti Petri Turnouensis & sancti Petri Anderlechtensis Cameracensis diocesis ecclesiarum decanis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, venerabili episcopo Adriensi & dilectis ecclesie filiis sancti Leuini Ziensensis, ac sancti Servatii Trajectensis superius Mosum, Trajectensis & Leodiensis diocesis ecclesiarum decanis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem.

*Dilectis
venerabilibus
sancti
Leuini
Ziensensis
sancti
Servatii
Trajectensis
superius
Mosum
Trajectensis
& Leodiensis
diocesis
ecclesiarum
decanis
salutem
& omnipotentis
Dei benedictionem.*

AD compescendos conatus nefarios perverforum, qui personas & loca ecclesiastica super bonis & iuribus suis offendere, ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per nos decet generale concilium de opportuno remedio providere, quanto per amplius turbationes huiusmodi & molestias in divine maiestatis offensam, nec non ecclesiasticam libertatis dispendium, redundare dignoscuntur. Dudum sequidem cum in diversis mundi partibus consules civitatum, rectores, nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent ecclesiis, ut deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videretur, quam sub Pharaone fuisset qui legis divine notitiam non habebat, quique, omnibus aliis servituti subactis, sacerdotes & possessiones eorum in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministravit. In concilio Lateranensi ecclesie immunitati providendo sub anathematis distinctione prohibitum extitit, ne consules, rectores, aut alii predicti, ecclesiis & viros ecclesiasticos talliis, seu collectis, aut exactionibus aliis agravare presumerent, transgressores & fautores eorum precipiendo anathematis sententiam subiacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et etiam deinde in generali concilio editum fuit, quod si episcopi forte simul cum clericis, etiam si tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad revelandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per ecclesias laicis ducerent concedenda, minime super hoc consulto Romano pontifice, concessionem & sententiam; quae a talibus vel de ipsorum mandato forent promulgatae, essent irritae & inanes, nullo unquam tempore valiturae. Ac etiam in ipso generali concilio decretum extitit, illum, qui infra tempus sui regiminis, propter fractionem constitutionum vel sanctionum, huiusmodi sustineret anathema, tanquam post illud non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec ipsius successorem, qui non satisfaceret infra mensem, manere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter, cum succederet in honore, qui substitueretur in honore. Postmodum vero felicis recondationis Honorius papa III. attente considerans, quod quondam Fridericus II. olim Romanorum imperator, tunc sub obedientia & devotione sanctae Romanae ecclesiae persistens, ad laudem eiusdem ecclesiae, & sacri decus Romani imperii, cupiens ut, expurgatis quorundam erroribus & iniquis statutis penitus destitutis, de cetero ecclesiae & eccle-

SUA nobis dilectus ecclesiae filius Arnoldus Multoris, rector parochialis sancti Gummarii Lyrensis, plebanus nuncupatus, Cameracensis diocesis, petitione monstravit, quod olim orta inter ipsum ex una, & dilectum ecclesiae filium Davidem Pyers de Lyra presbyterum dictae diocesis super eadem parochiali ecclesia, & eius occasione partibus ex altera, coram certo palatii apostolici causarum auditore ex commissione apostolica materiae questionis, idem auditor rite & iuris ordine servato procedens, diffinitivam (per quam inter cetera dictum Arnoldum ab impetitione ipsius Davidis absolvit, ac ipsum Davidem in expensis coram eo factis condemnavit, expensarum earundem taxatione sibi in posterum reservata) sententiam promulgavit: quae quidem sententia, nulla provocatione suspensa, in rem transiit iudicatum. Idem vero auditor expensas ipsas ad certam florenorum auri summam taxavit, procuratoris ipsius Arnoldi juramento, ut moris est, subsecuto. Quare pro parte dicti Arnoldi nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus super executione dictae sententiae, & alias sibi in praemissis opportune providere de benignitate singulari dignaremur. Nos de praemissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretionis vestrae per haec nostra scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios, si ita est, sententiam ipsam, sicut rite & canonice lata est, debite executioni per censuram ecclesiasticam & alia iuris remedia demandetis, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; contraditores per censuram solemnem, appellatione postposita, compescendo.

Datum Basileae XVI. Kalendas Decembris, anno a nativitate domini 1433.

Die 21. sabbati Novembris dicti anni fuit decretum processus per dominum Jacobum episcopum Adriensem, rogato ad haec G. Martini de Turnout notario.

ecclesiastica persona plena vigerent quiete, ac secura libertate gauderent: ac pie & iuste attendens, quod quorundam perverforum iniquitas adeo abundaverat, ut non dubitarent contra ecclesiasticam disciplinam & sacros canones statuta sua infringere adversus ecclesiasticas personas & ecclesiasticam libertatem eisdem lege huiusmodi statuta iniqua irritaverat, & præceperat irrita nuntiari; & omnia statuta & consuetudines, quæ civitates & loca, potestates & consules, aut quæcumque alie personæ, contra libertatem ecclesiæ, vel personas ecclesiasticas, ac bona huiusmodi, eedere aut servare tentarent, contra canonicas vel imperiales sanctiones, de ipsorum capitularibus infra duos menses post ipsius legis publicationem penitus aboleri facerent; & si de cetero talia attentarent, illa ipso iure decrevit esse nulla, & eos sua jurisdictione privatos. Nec non locum, ubi talia deinceps præsumpta fuissent, banno mille marcarum auri, sicut imperiali præceperat subjacere. Potestates vero, consules, statuarii, & scriptores statutorum prædictorum, nec non consiliiarii locorum ipsorum, qui secundum statuta & consuetudines memorata iudicarent, extunc essent ipso iure infames, quorum sententias & actus legitimos statuerat aliquantulum non tenere. Quodque si per annum præfatarum constitutionum inventi forent contemptores, bona eorum per totum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, falsis nihilo minus aliis penis, contra tales in eisdem generalibus conciliis promulgatis. Et insuper voluit idem tunc imperator, quod nulla communitas vel persona publica vel privata, collectas, seu exactiones, angarias, vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis huiusmodi imponere, seu invadere ecclesiastica bona præsumerent: quod si secus facerent, & requisiti ab ecclesiâ vel imperio huiusmodi emendare contemnerent, tripliciter refundent: & nihilo minus banno imperiali subjacerent, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur. Statuerat insuper, quod quæcumque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesiæ violatam persisteret, ipso iure similiter dicto banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab ecclesiâ beneficio absolutionis obtento. Et insuper ordina-verat, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili ad iudicium sæculare trahere præsumeret, contra eandem canonicas sanctiones & constitutiones imperiales: quod si secus faceret, actor a suo iure caderet, & iudicatum non teneret, & iudex foret extunc iudicandi auctoritate privatus: quodque iudices temporales, qui clericis & personis ecclesiasticis iustitiam denegare præsumerent, tertio requisiti suam jurisdictionem amitterent, constitutionem ipsam, de consilio etiam fratrum suorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans & confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari: nec non statuarios & scriptores ac violatores prædictos excommunicatos eadem auctoritate nuntiari. Et deinde ad audientiam divæ memoriæ Caroli IV. etiam Romanorum imperatoris semper Augusti deducto, quod nonnullæ sæculares personæ in potestatibus & officiis publicis constitutæ, vi-

delicti duces, marchiones, comites, barones, & alii domini temporales, nec non consules civitatum, oppidorum, villarum, & locorum rectores, in diversis provinciis ejusdem imperii, Dei timore postposito, statuta singularia & iniquas ordinationes mota proprio de facto contra ipsas personas ecclesiasticas, & ecclesiarum libertates, ac eorum privilegia considerant, illisque de facto & publice utebantur contra canonicas & legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferrentur, & ne clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum & testificandum in civilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admitterentur: quodque excommunicati laici, & publice denunciati, in civili foro minime repellerentur. Et insuper prædicti domini temporales, consules & rectores, qui per sæcularem potestatem bona clericorum occuparent, arrestarent, & oblationes Christi fidelium minuerent atque restringerent, exactiones & tallias indebitas de bonis & redditibus ecclesiarum exigerent & extorquerent, possessiones ecclesiarum & personarum earundem devastarent incendiis & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros civitatum, villarum, & locorum prædictorum, inscribere & sigillare recusarent, donataque & legata ad fabricas ecclesiarum & structuras, contra prælatorum voluntatem & aliorum quorum interesset, temere usurpare præsumerent, ac in fraudem & odium clericorum de bonis etiam & rebus eorumdem clericorum, quæ non causa negotiationum, sed & pro eorum propriis usibus per eorum terras duebant seu duci faciebant, telonium exigere & recipere non vergebantur: & confugientes ad ecclesiam & eorum cœmeteria, & deinde extrahere contra canonicas & imperiales sanctiones huiusmodi præsumperant & præsumebant. Idem Carolus imperator, tamquam Christianissimus princeps, volens in præmissis providere de remedio salutari, etiam de quorundam ducum, principum, comitum, baronum, militum, fideliumque aliorum sacri imperii sæpediti consilio, auctoritate imperiali, quæcumque statuta & consuetudines prædicta, tamquam per canonicas & civiles sanctiones expresse reprobata, cassavit, irritavit & annullavit, ac cassa & irrita, nulliusque esse voluit roboris vel momenti; præcipiens sub imperiali banni pena universis & singulis principibus & dominis temporalibus, consulibus, potestatibus, & aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus extunc eorum statuta & ordinationes, sicut in præjudicium ecclesiasticæ libertatis edita fuerant, omnino revocarent, & de luce tollerent: quodque secundum ea non iudicarent amplius, nec sententias dicerent, aut de eisdem in iudicio vel extra iudicium quomodolibet pro se & contra eandem ecclesiasticam libertatem potirentur. Pronuntiavit insuper & eadem decrevit auctoritate, quod quicumque laicus cuiuscumque status aut conditionis existeret, ausu sacrilego & propriæ temeritatis audacia sacerdotem aut clericum sæcularem vel religiosum diffidaret, proferberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret, aut in carcere detineret, vel huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret, vel eis favorem præstaret, præter penas a sacris canonibus & legalibus sanctionibus in tales infli-

indictis, eo ipso redderetur infamis, & omni honore privatus, nec ad placita vel consilia nobilitum admittetur quovis modo, hortans insuper in domino & requirens ecclesiasticos profanos, in illis partibus in quibus committerentur talia constitutos, ut legem imperialem huiusmodi per eorum ecclesias & synodos publicarent, ne transgressores huiusmodi per similitudinem ignorantiam, suam valerent in hac parte malitiam excusare, prout in constitutionibus & sanctionibus conciliorum & Honorii predictorum ac imperialibus prefatis plenius continetur.

o Littere abbas
rum, quibus
supra & infra
plene.

Cum autem, sicut lamentabili querela dilectorum ecclesiarum filiorum abbatum & conventuum monasterii sanctorum Cornelii & Cypriani Ninivensis, Præmonstratensis ordinis, Cameracensis diocesis, decani & provisoris, singulorumque beneficiariorum cum cura & sine cura, decanatus ruralis Walacris Trajectensis diocesis, nuper accepimus, quod nonnulli principes, duces, comites, barones, milites, communitates, & alii secularis potestates, eorundem constitutionum, & sanctionum canonicarum & legalium forsitan ignari, contra ipsas a decano & provisorio singulisque beneficiariis predictis, ab abbate, monachis & conventu monasterii predicti, eorundemque subditis, communiter vel divisim, forsitan tallias & gabellas, ac alias exactiones illicitas hæcenus extorserunt, & adhuc extorquere nituntur, ac etiam bona ipsorum communiter vel divisim decani vel provisoris, singulorum beneficiariorum predictorum invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint, & suis usibus applicaverint, nec non occupare, invadere, arrestare, detinere, ac etiam eisdem suis usibus applicare similiter de facto presumant in animarum suarum periculum, nec non decani & provisoris, singulorumque beneficiariorum predictorum, abbatum & conventuum monasterii predicti, eorundemque subditorum huiusmodi conjunctim & divisim, non modicum præjudicium atque damnum: nos in præmissis decano & provisorio, singulisque beneficiariis predictis, abbati, monachis & conventui monasterii predicti, eorundemque subditis, presentibus & futuris communiter & divisim, de opportuno remedio providere volentes, discretioni vestre tenore presentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus vos vel duo vel unus vestrum per vos vel alium seu alios, decano & provisorio, singulisque beneficiariis predictis, abbati, monachis & conventui monasterii predicti, eorundemque subditis predictis, contra quoscumque transgressores & violatores constitutionum & sanctionum eorundem, cujuscumque status, dignitatis & excellentiæ fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes, non permittatis eos contra canonicas & legales sanctiones & constitutiones huiusmodi indebite molestari. Nec non easdem constitutiones & sanctiones, ubi & quando expedit videritis, solemniter publicantes, faciatis transgressores & violatores huiusmodi, prout justum fuerit, ac ubi & quoties expedierit, tamdiu execratos & anathematizatos publice nuntiari, donec ab eorundem talliarum, collectarum, impositionum, & quarumlibet extortionum, nec non honorum decani & provisoris, singulorumque beneficiariorum predictorum, abbatum,

Concil. Generol. Tom. XXIX.

monachorum, & conventuum monasterii predicti, ac eorum subditorum invasione, arrestatione, occupatione, detentione & applicatione omnino desistant. Nec non etiam efficaciter restituant eisdem decano & provisorio, singulisque beneficiariis predictis, abbati, monachis & conventui, eorundemque subditis monasterii predicti occasione præmissorum per eos communiter vel divisim inijs seu gravatis, tallias, gabellas: & exactiones ipsas, ac etiam bona ipsorum decani & provisoris, singulorumque beneficiariorum predictorum arrestata, occupata, detenta & applicata, communiter & divisim: ipsi autem quæ per se vel alios illo prætextu quomodolibet receperint, tam veritas temere & illicite usurpaverint, a se liberare omnino relaxent, ac in manibus vestris juraverint quod de cetero talia non committent, & ea committentibus non præstent auxilium, consilium vel favorem, contradictores per censuram ecclesiasticam & alia juris opportuna remedia compescendo, invocato, ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum si forsitan huiusmodi transgressorum, aut violatorum, vel ea fieri mandantium, ipsique consentientium seu dantium in illis per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, presentia præmonitionibus & requisitionibus per vos de ipsiis scendis tute, secure vel commode haberi asquiret, nos vobis monitiones & requisitiones huiusmodi ac citationes quaslibet per edicta publica in locis assignanda publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam dictorum citatorum & monitorum huiusmodi pervenire valeant, faciendi plenam & liberam concedimus tenore presentium facultatem: volentes quod monitiones, requisitiones & citationes huiusmodi perinde ipsos citatos, requisitos & monitos (ut præmittitur) ardeant, ac si eis factis, insinuatæ præsentialiter & personaliter extitissent: non obstantibus statutis pijs memoris Bonifacii pape VIII. quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam distantiam a sine sua diocesi ad iudicium evocetur: seu ne iudices extra civitatem & diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii vel alius vices suas committere, seu aliquos ultra unam distantiam a sine diocesi eorundem trahere presumant: dummodo ultra duas distas aliquis auctoritate presentium non trahatur, ac de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis, quam aliis constitutionibus apostolicis contrariis quibuscumque: aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat: quod interdicti, suspendi, vel execrari, vel extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Basileæ duodecimo Kalendas Maii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto.

XXXII.

Bulle prerogatiuarum concessarum incorporatis concilio, expedita pro domino archidiacono Mosenf.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, uniuersalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam,

Quanto personae ecclesiasticae uniuersali ecclesiae seruitutem exhibent, tanto pluribus eos conuenit sermionibus & praedictis communire, ut per hos ab indemnitate & oppressionibus expediti, ad ea quae ad ipsius ecclesiae salutem & saluam statum complectendum pertractanda habentur, nobiscum animos valeant liberius applicare. Unde illis, per quos status ipsorum postergari simul & perturbari posset, ope nostra est consulitum occurrendum. Sane dudum sanctissimus dominus Eugenius papa IV. intendens Romanam curiam pro tempore sequentes specialibus favoribus & antelationum prosequi prerogatiuis, voluit, statuit atque decreuit, quod omnes & singuli, qui tempore vacationis beneficiorum sub expectatiuis, quas eis ipse dominus Eugenius papa concessit, gratis comprehensorum in dicta curia praesentes & antea per sex proxime praeteritos menses illam continuo secuti forent, in affectuione quorumlibet huiusmodi beneficiorum, qua tunc vacantia rite acceptarent, & de quibus provideri eis facerent, omnibus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, vel ordinis, etiam in processibus desuper habitis diligentiores & in canonicos recepti essent, sub pari vel minori data gratias expectatiuas habentibus, & tunc a dicta curia absentibus, praeterquam praesentibus domini Eugenii papae familiaribus, continuis commendabilibus, in cancellaria apostolica descriptis omnino praerentur, & alia diversis privilegia & antelationum clausulas concessit, gratias expectatiuas ab eo obtinentibus. Nos itaque ad multiplicia labores & studia eorum qui nobiscum in vinea domini pro haeresibus extirpandis, pace procuranda fidelibus, ac reformatione ecclesiastici status solliciti obsequio fortiantur & perferunt, nostra considerationis conuertentes intuitum, dignumque ceusentes ex hoc personas ipsorum, meritis fructuosisque laboribus pensatis aequo libramine, condignis fore favoribus prosequendas, horum consideratione inducti, volumus & auctoritate uniuersalis ecclesiae praesentium tenore statuimus, decernimus pariter & ordinamus, quod praefati solliciti, & nostrae congregationi incorporati, nec non ipsorum familiares, eorundem obsequiis insistentes, quamdiu corporati nobiscum actualiter, & familiares in obsequiis huiusmodi persisterint, in affectuione beneficiorum quorumcumque, quae ipsi expectatiuarum eis a sede apostolica concessarum gratiarum vigore legitime acceptauerint, & de quibus sibi provideri fecerint, omnibus & singulis, ac illis similibus antelationibus & praerogatiuis, quibus praedicti in eadem curia praesentes, illamque sequentes, ut praeretur, admittuntibus eis voluntate atque ipsius domini Eugenii statuto & decreto praedictis, quomo-

adolibet potuerunt & gaudent, uti valent praeriter & gaudere: quodque etiam inserim sollicitis, incorporatis, & familiaribus praesentibus nullum praeriter per huiusmodi voluntatem, statum atque decretum dicti domini Eugenii papae, ut praeretur, edita, nec non privilegia seu antelationum clausulas quibusvis, praerquam suis familiaribus continuis commendabilibus concessa, praerudicium generari possit, aut debeat, quo minus ipsi iuris communis infecto tramite beneficia ipsa dictarum suarum vigore gratiarum assequi possint & etiam obtinere. Super quo iuris eiusdem in iudicio & extra volumus fieri iudicio & dictari, illudque inter sollicitos, incorporatos, & familiares, nec non praesentes & sequentes praedictos, & quoscumque alios hincinde penitus observari, non obstantibus praedictis & aliis voluntate, statuto, privilegio, clausulis, atque decreto ipsius domini Eugenii papae, etiam de illis praesentibus habenda forent mentio specialis, quae quoad sollicitos, incorporatos & eorum familiares, ac alios praedictos, quoadusque persisterint, ut praeretur, volumus haberi pro factis, nulliusque roboris vel momenti, ac constitutionibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, & ordinatiouis huiusmodi infringere, aut ei ausu temerario contrariare. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei & uniuersalis ecclesiae se noverit incursum.

Datum Basilee, decimo octavo Kalendas Februarii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

E. Bunscothen,

XXXIII.

Epistola synodalis concilii, qua instituntur indulgentiae in venerationem sacramenti corporis Christi.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, uniuersalem ecclesiam representans.

Plasmatori omnium simul & redemptori Deo omnipotenti laudes debitas, & pro immensis ipsius singulis impensis beneficiis gratiarum actiones a suis fidelibus tunc digne illi exigere credimus, si vota reliquamus, eisdem, quae ad ipsorum concessa sunt salutem animarum, ut exinde fideles ipsi & corde & animo exultantes, ipsorumque in humilitatis spiritu mentibus praeparatis, participes fieri mereantur aeternae felicitatis. Hinc est, quod nos quarundam literarum per sanctissimum dominum Eugenium papam IV. super veneratione sanctissimi corporis domini nostri Jesu Christi, & adiectione dierum totidem diebus fidelibus cunctis de iniunctis eis penitentis per felices recordationis Martinum Papam V. praedecefforem ipsius sub certis modo & forma relaxatis concessarum, tenorem ad dilecti ecclesiae filii, &c. supplicantis instantiam, de originalibus ipsius Eugenii literis transfusi, & praesentibus annotari fecimus, qui sequitur in haec verba

Euge.

*Eugenius episcopus servus servorum Dei
ad perpetuam rei memoriam.*

Excellentissimum corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi sacramentum, quod, appropinquante passionis ejus hora, dominus ipse signo præcipui, quo nos dilexit, amoris salubriter instituit, ejusque commemorationem sacratissimam menti exultationem contemplantis, ad hoc inter singulos hujusmodi meritos sanguine spiritualia dispensare munera votis exposcimus, ut illi condignis assurgentes laudibus sua frequentius ad ipsos venerationem sacramenti corda dirigant, & eo quo habetur corporalis præsentia salvatoris victico, fructus vite complectentes æternæ, caelestia descendant, ipsum, qui se nobis in edulium tribuit, perpetuo conspecturi. Sane dudum piæ memoriæ Urbanus papa IV. prædecessor noster, ad orthodoxæ fidei corroboratorem & exultationem digne & laudabiliter struens, ut de tanto sacramento, præter illam quæ dietim in ecclesia fieret, annuatim memoria solemnior & specialior haberetur, & ad celebrandum ejus tam excelsum tamque gloriosum festum, quintam post octavam pentecostes feriam designans, ac Christi fideles quoslibet ad colendum illud donis spiritualibus animare volens, omnibus vere penitentibus & confessis, qui in matutinali officio festi ejusdem in ecclesia, in qua illud celebraretur, interessent, centum; qui vero missæ, totidem; & qui in primis ipsius festi vespertis, similiter centum; qui autem in secundis, totidem; illis vero qui primæ tertie, sextæ, nonæ, & completorii horarum officiis, pro qualibet ipsarum, quadraginta; eis autem qui per octavas ipsius festi matutinalibus, vespertinis, missæ, ac prædictarum horarum officiis interessent, singulis octavarum ipsarum diebus similiter centum. Et subsequenter felicis recordationis Martinus papa quintus etiam prædecessor noster, fideles eosdem ad impertientia pro veneratione sacramenti hujusmodi portiora reverentiæ & devotionis exercitiis firmare cupiens, singulis ex eis vere penitentibus & confessis, qui & quoties in ipsius sacramenti pro festo jejunium, vel loco illius aliud pium juxta suorum consilia confessorum opus facerent, etiam centum; & qui præmissis in ecclesiis, in quibus illa celebrari contingeret, officiis interessent; nec non episcopis, & aliis prælatis superioribus, qui dictis officiis libenter interessent, sed quo minus eis in ipsis ecclesiis interesse possent, pro conservandis suarum dignitatum juribus, & alias tunc legitime impeditis, pro matutinali ducentos, & pro missæ officiis totidem, ac pro qualibet vespertinarum etiam ducentos, reliquarum vero videlicet primæ, tertie, sextæ, nonæ & completorii festi, octoginta: rursus autem in quibuslibet octavarum diebus pro singulis matutinalium, missarum, & vespertinarum, similiter centum; nec non reliquarum horarum officiorum hujusmodi, quadraginta: illis præterea, qui processiones, in quibus ipsum vivificum sacramentum dicto festo juxta præfatarum ritus ecclesiarum deferretur, continuo secuti forent, ac quibuslibet in festo & octavarum diebus hujusmodi pro pace & tranquillitate ecclesiæ missas devote celebrantibus, pro singulis

Concil. General. Tom. XXIX.

illis ipsarum, nec non aliis in eodem festo eucharistiam sacramentum devote inventibus, etiam centum singulis annis. Profecto vice qualibet eis, qui dum corpus dominicum, communicandis deferretur infirmis, illud cum incenso luminari procedendo vel sequendo venerarentur, similiter centum. Et qui tunc illud alias a devoti secuti forent, quinquaginta dies de injunctis eis penitentis misericorditer relaxarunt. Ac etiam ipse Martinus prædecessor, quod in festo & diebus octavarum hujusmodi in terris & locis ecclesiastico quavis auctoritate suppositis interdictione pulsatis campanis, januis apertis, & alta voce excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictionis, ut citius reconciliari studerent, admissis, & illis qui causam vel occasionem hujusmodi interdictione dedissent altari tunc nullatenus appropinquantibus, missæ & officia præmissa licite celebrari possent, auctoritate apostolica duxit concedendum. Nos vero, quos interim ad summi apostolatus apicem divina clementia provexit, etiam pro frequentiori veneratione sacramenti, summis gestientes affectibus nostri partes ministerii salubriter impartiri, nec non relaxationes & concessiones, prædictas apostolice roboris muniminis notioni ipsorum fidelium committentes, præmissis per eundem Martinum prædecessorem, ut præfertur, relaxatis diebus, alios totidem dies pariformiter ab ipsis fidelibus consequendos adjicimus per presentes. Et insuper universos patriarchas, archiepiscopos, episcopos, & alios ecclesiarum prelatos monemus & exhortamur in domino, ac eis per apostolica scripta in virtute sanctæ obedientie districte præcipiendo mandamus, & in remissionem peccaminum injungimus, ut per se vel alios eorum subditos per singulas suarum civitatum & diocesium ecclesias in dominica feriam & festum prædicta proximo precedente, salutaribus ad venerationem potissimum sacramenti hujusmodi monitis & exhortationibus presentium, quarum etiam tenor inter matutinales festi, nec non dierum octavarum hujusmodi lectiones recitetur, litterarum contentiam & effectum publicare & insinuare procurent, ut ejusdem sacramenti suffragante mysterio subditi & fideles ipsi spiritualium gratiarum uberiori fulciantur augmento, & ab illo, qui se pro ipsis immolavit hostiam, post hujus vite cursum ad gloriam perducantur æternam. Verum, quia difficile foret hujusmodi literas singulis exhiberi, volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum transumpto, manu publica & sigillo alicujus episcopalis vel superioris ecclesiasticæ curiæ munito, tamquam præfatis (si originales exhiberentur) literis plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si originales literæ forent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigésimo tertio, septimo Kalendas Junii, pontificatus nostri anno tertio.

Nos igitur volumus, & auctoritate universalis ecclesiæ decernimus, quod tenori hujusmodi ubicumque exhibitus fuerit vel ostensus, & presentibus in omnibus stetur firmiter, & adhibeatur plena fides, sicut eisdem literis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ notificationis &

E e 1 com-

componitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesie se noverit incursurum.

Datum Basilee quinto Nonas Julii, anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto,

XXIV.

Contra collectores camera apostolica,

Sacrosanctis, etc. dilectis ecclesie filijs, universis & singulis collectoribus & subcollectoribus fructuum & proventuum camera apostolica, aut universalis ecclesie debitorum per Germanicam nationem, sive apostolica sive nostra auctoritatibus hinc inde constitutis, tam presentibus quam prateritis & futuris, conjunctim & divisim, salutem & omnipotentis Dei benedictionem,

Quoniam ab initio congregationis nostrae praecipua vobis cura est recens pro dolor! illud Bohemorum antiquumque Graecorum dissidium prorsus extinguere; (quo autem ordine ad utraque haec tamquam fortissima efficaes manus jam miserimus, liquido constat universis) sed cum ad ea Spiritus sancti gratia salubriter peragenda diversa & inevitabilia subire oporteat onera expensarum, quae procul dubio ariarii nostri jam sere evacuatis facultatibus soli supportare nequimus, hinc desuper maturae considerationis intrinsecus scrutinio, nedum aurum quodcumque habet ecclesia, sed & cujuslibet catholici corpus & animam pro tanto reductionis bono censuimus exponenda. Cum itaque pridem inter alia synodica nostra decreta salubriter statuerimus, de cetero occasione annatarum communium, & minorum servitorum, primorum fructuum, deportum, aut sub quocumque alio titulo, colore vel nomine tam in Romana curia quam alibi, pro ecclesiarum, dignitatum, officiorum & beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque abiectione, ante vel post, exigi nihil penitus debere aut promitti, quemadmodum in nostro decreto desuper confecto plenius continetur: & nunc solum superest, ut haec istius occasione exacta ad Dei laudem pro ecclesiae universalis supportandis expensis & oneribus praedictis utiliter expendantur. Idcirco vobis omnibus & singulis conjunctim & divisim in virtute sanctae obedientiae & sub excommunicationis sententiae poena, quam, nisi mandatis nostris hujusmodi parueritis, ferimus in his scriptis, districte praecipiendo mandamus, quatenus infra viginti dies post praesentationem praesentium vobis conjunctim & divisim, publicae vel occultae factam, immediate sequentes, quilibet vestrum ita per se vel alium ad hoc specialiter constitutum ad nos veniendi iter arripiat, & inceptum continuet sine fraude cum quaterno quem de gestis, receptis & expensis per eum in sua collectura aut subcollectura officio, toto ejusdem officii tempore conscripserit, dilectis ecclesiae filijs deputatis aucto nostro desuper per nationem Germanicam calculum, computum & rationem de gestis, receptis & expensis hujusmodi redditurus, soluturusque & praesentaturus fideliter cum effectu eisdem deputatis pecuniam omnem tempore praesentationis

praesentium collectam & restatam in hujusmodi officio & deinde congruentibus terminis apud eundem acceptandis in eodem officio colligendam pecuniam, de qua a jam obligata colligenda etiam sub dicta poena disponat per se vel alios nihilo minus diligenter. Ut autem in his exequendis vobis collectoribus & subcollectoribus praedictis conjunctim & divisim nulli prorsus praestetur impedimentum, universis & singulis personis spiritualibus & secularibus, cujuscumque, etiam regalis, cardinalatus, vel pontificalis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, sub dicta excommunicationis latae sententiae, collegiis vero & universitatibus quibuscumque, sub interdicti ecclesiastici, quod etiam in contrarietate ferimus in his scriptis, poenis, districte praecipiendo mandamus, quatenus omnem pecuniam pro dicta camera apostolica aut domino papa sive nobis collectam, apud eos aut eorum alterum seu alios sui mandato forsan depositam, vel alias quomodolibet existentem & deponendam, postquam deposita fuerit, vel alias apud eos extiterit, quam, si quavis etiam apostolica sive dicti domini papae auctoritate apud eos aut vos sive aliquem vestrum forsan nunc aut in futurum de jure vel de facto arrestata foret, praesentibus omnia & singula mandata, inhibitiones & processus, quascumque censuras sive poenas ecclesiasticas aut seculares continentia, in contrarium forsan facta vel fienda, cassando, tollendo, irritando & revocando dearestamus: vobis collectoribus & subcollectoribus, conjunctim & divisim, intra trium dierum spatium a tempore notitis praesentium immediate sequentium, tradant & assignent, ac ad nos per dictos deputatos, ut praemittitur, fideliter deferri permittant & adjuvent, nec impedimentum, quodcumque sive qualecumque circa hoc, vel etiam ut nondum collecta pecunia hujusmodi colligatur, & ut praemittitur, deferatur, quomodolibet praesent, aut praesentari procurent, quovis quavis colore, directe vel indirecte, publice vel occulte. At vero si (quod absit) vos aut quisquam praedictorum hujusmodi nostris mandatis non parueritis, vel non paruerit cum effectu, hunc & omnes in contrarium facientes praesentium tenore peremptorie citamus, & absque alterius adminiculo executionis citatum habere volumus, quatenus quadragesima die post notificationem praesentium sibi publice vel occulte factam, de qua ad hoc jurati nuncii nostri relatione simplici stare debere decrevimus, si dies ipsa juridica fuerit: alioquin prima juridica extunc immediate sequenti coram auditore curiae camerae nostrae aut ejus locumtenente, cui desuper & etiam contra obligatos; & non solventes, exemptos & non exemptos, quoscumque, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis, ut praemittitur, existant, specialem praesentibus tradimus potestatem, Basileam in iudicio compareant, ad videndum & audiendum se poenas supra dictas incidisse, per eundem auditorem vel ejus locumtenentem declarari, & alias contra se ad fiscalis procuratoris nostri instantiam, ad graviores poenas & censuras, etiam usque ad privationem beneficiorum & privilegiorum omnium, quae forsan conjunctim vel divisim obtinent, inclusive absque citatione procedi,

in contrarium facientibus non obstantibus quibuslibetque.

Datum Basile in congregatione nostra generali, viii. Idus Augusti, anno a nativitate domini 1435.

AMBAXIATORUM

Concilii Basileensis Epistola ad diversos scripta, tractatusque cum Bohemis ac Græcis habiti.

XXXV.

Epistola missa Bohemis per ambaxiatores seu legatos concilii.

Universis viris ecclesiasticis & toti populo regni Bohemiae frater Joannes Nider, prior domus Prædicatorum Basileensium, & frater Joannes de Mulbrun, ordinis Cisterciensis, sancta synodi Basileensis pro certis suis & præsertim infra scriptis negotiis humiles nuntii, pacem quam secundum Deum optatis.

ET si capitis rei quæque expectatio aliquid ex mora posse contineat, differentius tamen, & potissimum in ea que in periculo versatur salutis, multum anxietatis habere videtur admixtum. Cum igitur dicta sancta & ioclyta congregatio exortum inter nos diffiduum in noxam animarum Christi sanguine redemptarum vergere dolenter conspiciat, & tantam justitiam cum innumeris aliis inde provenientibus damnis & incommodis velut pia mater deplangat, salutemque vestram omni ardenti desiderio (prout ex ipsius digito Dei compositis literis perpendere potestis) expectat & expectet, modicum sibi hætenus fecisse videtur, eo quod universitati vestre trias ejusdem continentis literas transmisit, nisi quadruplicatis cisternis nos binos cum eis nuntios pro rerum gerendarum expeditioni prosecutione, hæc quod tam avidè desiderat præsertim longius procrastinetur, emitteret. Oblatam ergo a tam piis & paciæcis mentibus viam & gratiam, futuri mox in Christo carissimi, ne parvipendatis, sed tamquam ab angelo pacis calitus annunciatam reverenter cum presentibus (quossumus) accipiat, & ad componendum ea que unitatis & pacis sunt oculos oratores instruite, nuntios confestim dirigite ad nos bona & pura fide. Juxta consilium ac etiam consilium, auxilium, & favorem eorum, de quibus indubiam gerere poteritis fidem, vestris mittendis de tam sufficienti & rationabili securitate veniendi, standi, redeundi, & singula sibi a vobis rationabiliter imposita agendi & prosequendi, nomine & mandato dicti sacri concilii providebitur, quod merito poteritis & debetis manere hac parte contenti. Et si adhuc cautius & citius providendum ac provide tractandum mittere ad nos hæc aliquos decreveritis, cum eis super hoc medio pacificorum in omni mansuetudine & securitate agemus, & ipsorum adventum (si nos de hoc citius certificare curaveritis, usquequo dicti patres & domini nostri de concilio indulgebunt) libenter præstolabimur. Rogamus tamen affectione qua possumus, & hortamur in domino, quatenus pro vestrorum cavenda securitate, pro nostra adinvicem redintegranda in benevolentia so-

cietate, tales & tam rationabiles vias & modos concipere & offerre, & hujusmodi ex adverso oblatos recipere & admittere studeatis, ut evidenter appareat quod ea que veritatis sunt bono & decenti ordine queritis. Absit ut, cum de concordia fidei & simplici intentione intendimus, quocumque involuto aut contextu verborum que juste & rationabiliter expecti, aut secundum honestatem reddi de facili non possint, exigere, aut pacem simulare, bonaque & sanguinem nostrorum aliquatenus amodo sitire, videamur: sed rationabilibus & parabilibus in lenitate contenti ad inveniendum & dandum requiem animabus mutuo conveniamus. Quotocius etiam fieri poterit, saltem quos miseri estis, ne pro nimia dilatione sanctum & necessarium reformationis opus, de quo inter reliqua principaliter & efficaciter missa ad aratrum manu nunc agitur, aliquatenus retardetur. Melius enim est, & haud dubium salubrius, viriliter se in communi contra vitia, quibus expugnatur, erigere, sedus cum virtutibus & proximis pacifici, quam sanguinem fundentes, & animas periclitantes, crudeliter se in altorum armare. Exurgamus adhuc, & que retro sunt, quantum cum domino possumus, injuriarum & offensarum obliti, Deo reconciliari in ea que antea sunt pacis fœdera toto nisu concurre: nec quemquam detineat ad res caducas inordinata quæque affectio, aut deterreat ex præteritis, qualitercumque gestis, inacta forsitan & non parata passio. Si ipsi condicenda inter nos pacta bona fide servaveritis, non erit qui ex vobis quemquam injuste aliquatenus offendat, cum omnes, qui in Christianismo sunt, securitatem, quam in verbo præfati concilii pollicentur, indubitanter præstabunt. Confidenter ergo venire in domino, nihil hæsitantes, confidimus, quoniam si secundum depositionem, qua concilium sumpsit in rectis & simplicibus viris, & ordinato procedendi modo exordium, vestra cooperatione, si opportune veneritis (relictis sive concordatis reliquis, quibus a nobis utrimque discrepare videmini) formationem disciplinæ ac morum, in nimium, prohi dolor!

in populo Dei collapsorum, cum bonæ voluntatis hominibus, pura & simplici intentione promovere curaveritis, mundus de fructu gloriosorum hujusmodi laborum lætabundus prosperabitur, & votivum in virtutibus & donis gratias sumet incrementum, ac in pace tandem bona pectoris & tempore, æternæ pacis auctorem concordie & jubilæ voce laudabit: quia malis personalibus, quibus nos, ne flamma vitiorum exuberet & erumpat, clementer hucusque pungi permisit, & profectum nostrum, sicut novit, dignanter promovit, ac cum tentatione proventum salutarem efficit, ut seminantes in lacrymis, meritorum manipulos proferentes, præmia gloriæ in patria metamus gaudentes. Præstet homo natus & datus nobis parvulus Jesus Christus dominus noster, qui ut nos unanimes & gloriosos in domo sua efficeret, seipsum usque ad infamiam carnis nostræ & ignominiam crucis exinanivit, suæque tanta & inaudita a sæculis humilitate nomen, quod est super omne nomen, in quo & nos salvos fieri oportet, promeruit. Humiliemus & nos, mitis præceptoris vestigia imitantes, animas nostras, non alta sapientes, sed

sed simplicibus consentientes, ac ea, quae re-
 cta, quaeque vera & sancta sunt, sine invidia
 alteri alteri communicemus, & iucundam pro-
 culdubio (prout in via datur) vitam age-
 mus, quam vitæ iucunditatem nulla usquam
 partium rei quamlibet lata possessio poterit re-
 compensare. Speramus, sicutoramus & opta-
 mus, quia novus agnus, immo novus ipse
 omnis laudata novitatis promotor, novum vo-
 bis spiritum, pro sua laude, vestra salute, &
 fidelis populi nova vie vestra ad se in pace
 accessione letitia, misericorditer inspirabit, ut
 sic bonis & donis ejus exhilarati & infusi,
 gratum nobis super præmissis, sicut desidera-
 mus, & anbeli expectamus, responsum pro
 vestra urbanitate quantocius demandetis.

Datum Nurembergis, sub impressione sigil-
 li nostri fratris Joannis prioris memorati, quo
 & ego frater Joannes Mulbrun in testimonium
 præmissorum secum utor ad præsens, die quin-
 ta Januarii, anno a nativitate domini milles-
 imo quadringentesimo trigessimosecundo.

XXXVI.

*Epistola legatorum concilii Basileensis in
 Nuremberga existentium ad Bohemos
 directæ.*

Ampliorem, spectabiles viri, redintegran-
 de inter nos pacis spem vestris e literis
 concepimus; supplices proinde dominum ro-
 gantes, quatenus quod salubre in vobis utrim-
 que pro sua laude, & nostra adinvicem re-
 novanda in sinceritate fidelis dilectionis unani-
 mitate, incepti, ipse, qui vinculum est &
 oculum pacis, perficiat, perfectumque insolu-
 biliter firmet. Et ut flagranti, qui in nobis
 est hac parte, affectui qualicumque pro viri-
 bus effectu respondeamus, parati sumus (ut
 repetitis) caritativum vestrum & finale (ut
 verbis vestris utamur) in destinatum diem non
 modo patienter, sed & gaudenter præsolari
 responsum; nihil dubitantes quin & hæc sa-
 crosancta Basileensis synodus, digesto vestro-
 rum scriptorum audito tenore, laudabit & pro-
 babit eum, vestramque excusationem, tam-
 quam rationabilem, favorabiliter admitter,
 & promissum responsum equanimiter expecta-
 bit. De procuranda vero vestrarum literarum
 bajulis ac nuntius securitate circumspicit &
 providis viris consulatus Egreusis, tamquam
 viris reconciliationis, & fidei hac parte me-
 diatoribus, confidenter pro parte dicti sacri
 concilii scripsimus, supplicantes, quatenus hu-
 jusmodi singulares & simplices vestros ad nos
 dirigendos nuntios eo quo requisierint, aut
 opus fuerit loco favorabiliter & pacifice reci-
 piant, & salvos ad nos usque perducant.
 Nobiscum autem, quamdiu commissa negotia
 flagitabant, inoffensi manere poterunt, & li-
 centiati deinde ad vos salvi, ut indubitanter
 speramus, redire. Si quid amplius hujusmodi
 portitorum assicuratio deponat, apud dictos
 dominos de Egra requirat. Et credimus quod
 in hoc vestra providentia ac vestris non de-
 ficient, etiam si in se onus ad literas vestras
 præsentandas ipsi assumere non deberent. Post-
 quam autem insignes & celebriores ad dictum
 concilium ad nos mittere decreveritis orato-
 res, tunc juxta consilium & auxilium poten-
 tum & principum, qui se ad hoc hæcenus

nobis, ex parte memorati concilii requiren-
 tibus, benevolos & obsequiosos obtulerunt,
 & a modo (ut confidimus) exhibebunt, taliter
 providere conabimur, ut secundum condican-
 da inter nos pacta, & humanam consuetu-
 ram, merito remanere debeatis hac parte
 contenti; hoc solum caritate non ficta nec sub-
 dola suasionem commomentes, ut salutis acco-
 ptabile tempus fructuosis mutuo & expeditis
 tractatibus redimamus. Sicque nos ad absten-
 tium non fronte minaci vultuque torvo, sed
 placatis & placidis animis exhibeamus, ut
 non in vanum nobis hoc fero (quod abest)
 plangamus dilapsam.

Datum Nurembergis, xii. Februarii, an-
 no 1432.

XXXVII.

*Sequuntur certe promissiones factæ per ambasciatores
 sacri concilii.*

Nos, &c. sacrosancta generalis synodi Ba-
 sileensis in Spiritu sancto legitime con-
 gregata, universalem ecclesiam representantis,
 ad serenissimum imperatorem Romanorum &
 reverendissimum patriarcham Constantinopolit-
 anam ambasciatores & nuntii, ad ea quæ in
 dicta sancta synodo pro unione ecclesiarum
 Christi perficienda conclusa sunt exequendum
 specialiter destinati, ejusdem sanctæ synodi ad
 ea quæ pacis sunt & unitatis, firmum propo-
 situm cognoscendum vice & nomine ejusdem,
 tenore præsentium literarum, promittimus da-
 re & cum effectu exhibere, quam citius fieri
 poterit, vel saltem per galeas, quæ venturas
 sunt, pro recipiendo ad concilium venientes
 serenissimum imperatorem & reverendissimum
 patriarcham, præfata capitula, quæ in eadem
 Basileensi synodo pro pace & unione ecclesia-
 rum Christi hinc inde conclusa sunt & firmata
 sub bulla plumbea consuetæ dictæ sanctæ sy-
 nodi, & sub tenore de verbo ad verbum,
 qui sequitur & est talis: Sacrosancta, &c.
 Quia ambasciatores nostri, &c.

Item promittimus nomine ut supra dare præ-
 fatus serenissimo imperatori & reverendissimo
 patriarchæ quam citius poterimus, vel saltem
 per præfatas galeas salvumconductum sub bul-
 la (ut præmittitur) & sub tenore de verbo
 ad verbum, qui sequitur: Sacrosancta, &c.
 Quia auctore domino, &c.

Item promittimus, quod dicta sancta syno-
 dus procurabit salvosconductus similiter per ga-
 leas destinando præfatus serenissimo imperatori
 & reverendissimo patriarchæ a dominis civita-
 tis & patriæ, in quibus futura universalis &
 œcumenica synodus Deo auctore celebrabitur.
 Et similiter ab omnibus dominis & territoriis
 obedientis ecclesiæ nostræ occidentalis, per
 quem sive eundo sive redeundo transiri sunt,
 munitos & roboratos modo consueto patriar-
 rum & dominiorum, firmiori modo quo fieri
 poterit, tenoris qui sequitur, & est ta-
 lis, &c.

Item promittimus, quod dicta sancta syno-
 dus Basileensis sub bulla sive in bulla sal-
 viconductus, dandi (ut præmittitur) per
 eandem sanctam synodum, declarabit decem
 capitulis contentum in decreto, ubi dicitur,
 Item quod in omnem eventum prædicta om-
 nia unque adimpleantur, debere intelligi, vel

vel intelligendum fore, siue unio sequatur, A
siue non, in dicta sancta synodo œcumeni-
ca, &c. In quorum omnium, &c.

Datum Constantinopoli in monasterio sancti
Georgii protunc habitations nostræ, xxv. No-
vembrii, anno a nativitate domini 1433.

XXXVIII.

Copia promissionis eorumdem ambasciatorum.

NOt frater Joannes de Raguso, ordinis
fratrum prædicatorum, professor, & in
sacra pagina magister, Henricus Mengel de-
cretorum doctor, canonicus Constantiensis u-
nus ex ambasciatoribus sacrosancti generalis B
concilii Basileensis, & Simon Fleron in sacra
theologia baccalaureus, canonicus Aurelianen-
sis, circa proœmium dicimus, quod nunquam
fuit de intentione sacri concilii per aliqua
verba in dicto proœmio posita diminuere ho-
nozem ecclesiæ orientalis aliquo modo: nec
ex aliquibus verbis in eo positis debet aliquis
scandalizari. Dicimus ulterius, quod si amba-
sciatores ipsorum vel ante promulgationem de-
creti vel post, aut in recessu eorum fecissent
aliquam mentionem de dicto proœmio, vel
de aliquibus in eo contentis, per sacrum con-
cilium debitum fuisset appositum remedium.
Verumtamen quia non placuit dictum proœ-
mium, nec placet dominis ecclesiæ orientalis, C
nus cognoscentes ferventissimum desiderium
& promptissimam voluntatem, sanctamque in-
tentionem dictæ sanctæ synodi ad unionem &
pacem ecclesiarum Christi, contenti sumus &
promittimus, capitula in eadem sancta synodo
conclusa dare & exhibere sub bulla plumbea
sacri concilii, & sub tenore, prout in lute-
ris nostræ promissionis continetur

*Ego Joannes de Raguso, Sc. subscripsi me
manu propria, &c.*

*Ego Henricus Mengel, Sc. subscripsi me ma-
nu propria, &c.*

*Ego Simon Fleron, Sc. subscripsi me manu
propria, &c.*

XXXIX.

*Proposito ambasciatorum concilio Basileensis facta
Constantinopoli oram serenissima imperatore
Græcorum.*

PRIMA PARS.

MAjestas vestra, serenissime imperator, li-
cet omnium virtutum officii dedita sit,
& totius honestatis uoribus adornata, nihil
tamen, regali dignitati vestræ decentius est,
nihil imperiali vestræ majestati amplius con-
venit quam procurare pacem ecclesiæ sanctæ E
catholicæ. Neque enim (ut egregius doctor
Augustinus ait) Christianos reges vel imperato-
res felices esse dicimus, quia diutius impe-
rant, vel quia filios suos regnantes & impe-
rantes placida morte relinquunt, vel quia ho-
stes reipublicæ potenter domant: quoniam
hec & alia hujus vitæ ærumosæ munera si-
ve solatia gentiles & infideles principes a Deo
frequenter obtinent, qui tamen non pertinent

ad regnum Dei, quo tendere debent princi-
pes catholici. Sed felices reges & imperato-
res Christianos esse dicimus, si juste impe-
rant, si Deum timent, si Deum colunt, si
Deum diligunt, si potestatem eis a Deo da-
tam ad dilatandum cultum Dei divinæ maje-
stati servire faciunt. Felicem vero non immerito
dixerim animam genitoris vestri patris &
recolendæ memoriæ, qui pro fide catholica
& pace ecclesiæ diebus suis plurimum labo-
ravit, Italiam, Franciam, Angliam, & plu-
rima alia Christianitatis regna pro sancta unio-
ne ecclesiæ occidentalis & orientalis laborio-
sissime peragravit. Et licet diebus suis illam
videre non potuit, tamen desideriorum suo-
rum meritum laborum præmium suorum non
perdidit apud Deum. Felix etiam non immerito
dici potest majestas vestra imperialis, fe-
lix (inquam) nunc spe futuræ beatitudinis,
postea per gratiam Dei re ipsa futura; pro
eo quod zelum Dei habet ad pacem ecclesiæ
Dei catholicæ. Scimus enim quod majestas
vestra summos pontifices nostros, præsertim
dominum Martinum bonæ memoriæ, nec non
sanctissimum dominum modernum sollicitavit,
& per plures ambasatas requisivit, ut hoc ne-
fundum schisma inter ecclesiæ occidentalem
& orientalem de medio tollerent, per quod
fides catholica tantam jacturam patitur, quod
infideles totam pene terram Christianorum
occupare videntur. Sed ubi fructus laborum
vestrorum, serenissime imperator? Cur caris-
simus genitor vester pacem ecclesiæ videre
non potuit, qui pro ea (sicut prædictum est)
tot labores sustinuit? Certe ratio fundamenta-
liq; omnium per nos dicendorum hæc est,
quoniam materia dissidii inter Græcos & La-
tinos non potest tolli, nisi per viam genera-
lis & universalis concilii. Et quoniam summi
pontifices nostri tollere illud ex seipsis sine
concilio generali conati sunt, ideo ad pacem
ecclesiæ proficere non potuerunt. Petierunt
ob hanc causam prudentissime & quasi Spiritu
Dei loquentes in sacro concilio Basileensi
oratores insignes majestatis vestræ, videlicet
dominus Demetrius, Isidorus abbas monasterii
sancti Demetrii, & Joannes a Dissipato, si-
Dri concilium œcumenicum, id est universale,
ex utraque ecclesiæ occidentali & orientali
congregatum, duo coram patribus præfati
concilii constanter affirmantes: Primum, quod
absque tali concilio œcumenico non posset tol-
li dissidium. Secundum, quod si fieret, ipsa
unio, ut sperabant, votivum fortiretur effe-
ctum. Quoniam quidquid per utramque eccle-
siam ibidem congregatam esset Deo inspirante
diffinitum, firmiter crederetur, & usque in
futura semper sæcula integre & inviolabiliter
teneretur. Narraverunt etiam devotionem gran-
dem, quam majestas vestra imperialis sem-
per habuit ad pacem ecclesiæ. Retulerunt et-
iam ferventissimum zelum, quem reverendis-
simus in Christo pater dominus patriarcha
Constantinopolitanus gerit pro sancta unione;
cujus devotionis non parva indicia dedistis,
quando rogati per dominum episcopum Sude-
nsensem & magistrum Albertum de Crispis am-
basciatores sacri concilii, ut oratores vestros
ad præfatum destinaretis concilium, libenter
assentientes, vos viros insignes ad hoc san-
ctum opus unionis consuevendum designastis,
quibus honorifice receptis, &c. & in concilio

*Pro Disby
prie.*

modis, pro eo quod hæc sancta unio sine practica fieri non poterat, statim per sacrum concilium deputati sunt ex majoribus cardinales præfidentes sedis apostolicæ, archiepiscopi, episcopi, abbates, doctores & magistri in numero competentis, qui una cum prædictis oratoribus multis diebus convenientes, & rem istam mature tractantes, devenerunt ad certa capitula, quæ secundum morem ipsius præfati concilii Basiliensis fuerunt per quatuor deputaciones concordata, postea in generali congregatione conclusa, deinde in solemnitate & publica sessione, missa de Spiritu sancto in majori ecclesia celebrata, statuto si-ve decreto ad perpetuam rei memoriam roborata & firmata: ibique coram altari, in præsentia totius concilii, propozitis sacris evangelis & Cruce dominica, ipso domino Ildoro eum stola jurante, eadem capitula per ipsos oratores vestros iurejurando fuerunt approbata. O felix dies in qua arrham futuræ unionis & vobis dedimus, & a vobis suscepimus! Decrevit enim sacrum concilium, juxta desiderium vestrum, inter cetera capitula fieri concilium œcumenicum, id est ex utraque ecclesia congregatum, in quo unio & pax votivum fortiri possit effectum. Susceperunt etiam patres sacri Basiliensis concilii loca nominata per oratores vestros pro celebratione hujusmodi concilii œcumenici, ita tamen ut optio loci ex illis nominatis maneat in beneplacito præfati concilii Basiliensis, sicut patet clare & dilucide ex lege & tenore decreti. Porro intelligitur summus pontifex implicitè decretis sacri concilii consentire, quando sacro concilio adhæsit, & ipsum auctoritate apostolica approbavit. Sed non fuit contentum concilium sacrum, nisi juxta petitionem ambasciatorum vestrorum ipsa sanctissimus dominus noster explicitum præberet sui sanctitatis assensum, licet insuper præfidentes sedis apostolicæ sessioni interfuerint, in qua hoc saluberrimum decretum fuit publicatum, decretationique consenserint, vigore quoque mandati sui, quidquid ipsi egerunt, actum censeri debeat ab ipso summo pontifice. Nihilominus, prout in decreto fuerat præmissum, superaddidit sacrum concilium dominum Simonem Preiron consocium nostrum transmittere ad ipsum summum pontificem, & offerre sui sanctitati decretum, & petere sui sanctitatis consensum, quatenus res eum majori concordia fieret, & ad pacem, quam nos & vos desideramus, magis proficeret. Utinam, serenissime imperator, ipsum sanctissimum dominum nostrum æque digne possemus commendare, quantum commendabilis est pro sua devotione quam gerit erga pacem ecclesiæ. Videns enim quod sacrum concilium manus apponeret efficaces ad hoc sacrum negotium, audiens etiam per organum domini Simonis, quid in se contineret decretum, ignorans quid orator suus dominus Christophorus in Constantinopoli concluderet, & quid etiam conclusisset, determinationi sacri concilii subjiciens approbavit decretum, de consensu reverendissimorum patrum sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium. Reversus est itaque dominus Simon cum benedictione apostolica, deportans ad sacrum concilium literas apostolicas, expressum summi pontificis continens assensum. Et ecce quæ facta sunt inter concilium sacrum ex una

parte, & oratores vestros ex altera, circa decretum & in materia decreti. Et hæc est prima pars orationis: Dominus Henricus meditabitur.

Secunda pars illius propositionis.

AUdivistis, serenissime imperator, per organum domini mei præloquentis, quod materia dissidii inter ecclesiam occidentalem & orientalem non potest tolli nisi per viam sacri & universalis concilii: scit etiam majestas vestra imperialis, oratores vestros insignes petivisse semper œcumenicum fieri concilium, in quo pax ecclesiæ votivum fortiretur effectum. Nunc igitur habeo declarare imperiali majestati vestræ, quare sacrum concilium viam secundam, quæ hic in Constantinopoli fuerat conclusa, noluit acceptare. Certe ratio fundamentalis hæc est, quoniam concilium œcumenicum non indicitur per capitula in illa via practicata, sed solum particulare & regionale: Dicitur enim in illis capitulis inter cetera: Fiat synodus generalis ex latere ecclesiæ orientalis ex omnibus nationibus ipsi ecclesiæ orientali adherentibus & subiectis. Item secundum practicam illius viæ legatus sedis apostolicæ venturus erat Constantinopolim, disputaturus de differentia Latinorum & Græcorum. Manifestum est autem quod unus legatus sedis apostolicæ non potest representare synodum œcumenicam ex latere ecclesiæ orientalis. Quare practica illius viæ excludit œcumenicum & universale concilium nostrum. Tamen (ut prædictum est) pro perficienda sancta unione amplius illa via secunda, si habuisset locum, & novæ divisionis erat fomentum, & majoris discordiæ præbisset incentivam. Potassent Græci synodum quæ per ista indicebatur capitula universalem fore debuisse, nos vero particularem & regionalem. Quis fructus sequi poterat unionis quam optamus, si de ipsa synodo, quæ fundamentum pacis & unionis esse debuisset, varia & diversa sentiamus? Certe non modo non sequebatur pax & unio, sed major quam unquam fuerat surgebat scissura atque divisio. Græci octavam synodum particularem & regionalem esse dicunt, nos illam quasi universalem reputamus. Quid opus est discordiam discordiæ addere, & scissuram novam antiquis divisionibus accumulare? Non sit inter nos discordia de synodo futura: si ad unionem tendimus, in fundamento concordemus. Si pacem querimus, opus est ut fundamentum pacis jeciamus. Hæc omnia intelligentes ambasciatores majestatis vestræ, tam primi quam secundi, dirmissa secunda via, acquieverunt primæ viæ, & requirentes instantes sacrum concilium, ut, perquam secunda via non placebat, primam persequeretur, & decretum ad executionem deduceret. Et quoniam sacrum concilium dubitavit, an propter conclusa hic in Constantinopoli majestas vestra vellet primæ viæ acquiescere, præfati ambasciatores exhibuerunt quoddam breve imperialis majestatis vestræ, per quod majestas vestra plenam eis concessit potestatem. Quod si prædictam viam non possent a sacro concilio obtinere, insisterent totaliter primæ viæ. Afferuntque publice dominus Georgius reverendissimus dominum patriarcham Constantinopolitanum sibi dixisse

inter cetera, quod si sacrum concilium non
 let secunda via. quae hic fuerat conclusa, an-
 nuere, uellet persistere in prima via conclu-
 sa in Basilea; si opus esset, faceret se deser-
 ri in humeris, & propter mandatam datum
 primis ambasiatoribus, & jurandum, non
 discederet a promissa & conclusa. Sed & do-
 minus Christophorus Garatonus orator sanctis-
 simi domini nostri, qui illis diebus Basileam
 venerat, deportavit literas apostolicas ad sa-
 crum concilium, in quibus sanctissimus domi-
 nus noster totum hoc sacrum negotium concilii
 remittabat: cujus optioni commisit, ut
 quam uellet uiam eligeret, uel conclusam
 primo in Basilea, uel aliam hic in Constanti-
 nopoli conclusam: & quidquid in his per
 sacrum concilium deliberaretur ipsi approba-
 ret. Tandem igitur ipsum sacrum concilium,
 & ipsi oratores maiestatis uestrae primam uiam
 iterum firmaverunt, & determinauerunt illam
 prosequi, donec, Deo auctore pacis largiente,
 per istam uiam pax reddatur ecclesiae sanctae.
 O felix hora, qua dici poterit Graecorum &
 Latinorum ecclesia una! O beatos oculos,
 quibus dominus dabit statim uidere unionem!
 Sperant patres in sacro Basileensi concilio con-
 gregati diebus suis uidere pacem ecclesiae, pro
 qua orant sine intermissione. Quoniam uos &
 nos magno zelum pacis habuisse ostendimus,
 quid superest, nisi ut bonam uoluntatem per
 operis euentum ad consummationem usque-
 quaque perducamus? Maius quod in hac re
 sit bona uoluntas est; hanc utraque pars se
 habere asserit, & signis euentibus compro-
 bavit. Apponamus iam manus ad executionem
 operis, intentio enim sacri concilii Basileensis
 est, ut ex parte sua non pereat unus apex
 uel unum iota de lege sui decreti. Quare et-
 iam maiestas uestra debet manus apponere ad
 hoc opus sanctissimum persequendum, cum iam
 tempus habet opportunum: *ne forte, iuxta
 uerbum saluatoris, ueniat nox, in qua nemo
 possit operari.* Timendum est enim ualde quod,
 si noherimus hoc bonum operari dum tem-
 pus habemus & possumus, illud alio tem-
 pore non possumus cum uoluerimus. Turcis, Tar-
 taris, Saracenis, & aliis infidelibus iusto Dei
 iudicio occulte Christianos ita prementibus,
 ut etiam ad inchoandum hoc opus aspirare
 sua non sit. Ex quibus omnibus maiestas ue-
 stra imperialis potest pendere, quod ex ius-
 ta causa & rationabili sacrum concilium di-
 misit secundam uiam quae fuerat conclusa hic
 in Constantinopoli, intenditque primam uiam
 prosequi ad honorem omnipotentis Dei. Et
 haec est secunda pars orationis nostrae. Do-
 minus Simon consummabit.

Tertia pars epistolae propositionis.

Meministis, (ut opinor) serenissime im-
 perator, uerbi quod ex ore imperiali
 processit. Promisistis in animam genitoris ue-
 stri bonam memoriam, & in animam uestram,
 nec non per fidem, quam princeps catholi-
 cus tenere debet & seruare, gratum ratumque
 habere quidquid oratores uestri pro sanctae
 unionis ecclesiarum Christi cum sacro Basi-
 leensi concilio concluderent, sicut patet ex
 tenore chrysobuli uestri. Quapropter uestram
 exhortamur in domino imperialem maiesta-
 tem, & petimus, quatenus max. us uestra,
Council. General. Tom. XXIX.

& etiam reuerendissimus dominus patriarcha,
 uelitis in personis propriis iurejurando & per
 hultas auream & plumbeam more solito rati-
 ficare, & quantum in uobis est, executional
 demandare ea omnia quae per oratores uestrae
 plenissimo mandato sustulit in publica sessio-
 ne cum ipsa sancta synodo unanimiter uos ipsi
 conclusistis, & in altari celebrata missa de
 Spiritu sancto, super sanctis euangelis solem-
 niter firmastis. Secundo petimus, cum tempus
 in decreto statutum effluerit, ne circumstan-
 tiis rerum impediunt hoc tam sanctissimum
 negotium, quatenus debitum tempus statuatur
 pro executione conclusorum, in quo maiestas
 uestra possit exequi quod iurauit, & ecclesia
 uestra operari quod promisit, praesertim quia
 si tempus effluerit, culpa uestra nulla fuit.
 Quoniam firmiter credimus, quod si uestra
 maiestas noticiam habuisset eorum quae in Basilea
 facta fuerunt, nullo modo aliam uiam atten-
 tasset. Et ex alio capite maiestas uestra totali-
 ter immunis est a culpa, quia putauit quod sa-
 crum concilium consentiret in secunda uia.
 Similiter neque fuit culpa sanctissimi domini
 nostri, quia licet sanctitas sua misisset huc
 dominum Christophorum ad tractandam pa-
 cem occidentalis & orientalis ecclesiarum,
 tamen hoc totum negotium remisit ad sacrum
 concilium. Sed nec ipsa sacra synodus pecca-
 uit, quia ad exequendum decretum suum
 semper parata est, & erit. Pro cuius etiam
 executione nos oratores suos huc transmisit.
 Quid ergo? Zelus domus Dei hoc fecit, ut
 eodem tempore plures concurrerent sequentes
 doctrinam euangelicam: *Simile est regnum ca-
 lorum homini querenti bonas margaritas: inuen-
 ta autem una pretiosa, uendit omnia quae pos-
 sedit, & comparauit eam.* Postremo, serenissi-
 me imperator, sicut in mandatis habemus,
 petimus locum opportunam ad celebrandum
 concilium oecumenicum, in quo pax ecclesiae
 uotiuum sortiatur effectum. Et dicimus quod
 secundum dispositionem Christianitatis, prout
 his diebus, pro dolor!, disposita esse con-
 nitur, non est locus aptior ad celebrandum
 huiusmodi concilium oecumenicum, quam ci-
 uitas Basileensis. Utinam rationes congruen-
 tia possent maiestati uestrae lingua Graeca ex-
 primere, quoniam apud uos melius resona-
 rent, quam in Latino sermone. Sed lingua
 deficit, regio uerax, parentes minime docue-
 runt: uerum si lingua deficit, caritas magis
 inardescit. Quemadmodum enim sol, cum
 nube tegitur, exterius non lucet super ter-
 ram, sed interius ardet in caelo; sic cum ma-
 jori loquimur caritate, quanto magis lingua
 nescit uti Graeco idiomate. Ceterum plures
 occurrere possent circa materiam loci oppor-
 tunitates, quas longum esset enarrare: sed
 ex multis quinque colligimus, quas imperiali
 maiestati uestrae proponere uolumus. Prima
 sumitur ex quiete loci, quoniam illa regio est
 pacifica, & quieta & tranquilla, & per con-
 sequens aptissima ad tractandam pacem eccle-
 siae, sicut scriptum est, *In pace factus est lo-
 cus eius,* propterea concilium oecumenicum,
 cui Spiritum sanctum oportet assistere, omnino
 fieri in huiusmodi loco tranquillitatis & pacis.
 De ceteris uero partibus Christianitatis, quod
 doleat referimus, omnes fere guerris laceran-
 tur, atque etiam consumuntur, &c. Sola illa
 ciuitas & regiones circumstantes, quae super

liberum fluvium protendatur, tranquillitas
gaudent & pace: quare civitas illa locus est
aptissimus ad celebrandum concilium œcumenicum pro consequenda unione ecclesie. Secunda ratio fundatur in libertate, quæ debet in concilio œcumenico esse: penitus per oratores vestros ut concilium vestrum futurum sit liberum, ita quod unicuique liceat dicere votum suum sine rixosa contentione. Quanta autem ibi sit libertas loquendi, consulendi, deliberandi, concludendi, sciunt ambasciatores majestatis vestre, qui in civitate Basiliensi longo tempore steterunt, si civitas illa est civium concordia & unitas. Basilea enim inter ceteras civitates civitas proprie appellatur, quia a se regitur, & cives nulla partialitate dividuntur. Amicitia principis ibidem dominantis neminem allicit, neminem opprimit timore, tantaque est ibi libertas, quod etiam inimici ecclesie, quando ibi accesserunt, maximam potiti sunt libertatem. Accedit tertia ratio, quoniam congruum est ut, ubi hoc sanctissimum negotium accepit initium, ibi perficiatur: exhibitio eadem rerum præteritarum indicium est futurarum. Et ideo si in loco illo set concilium œcumenicum ubi tractatus pacis habuerunt exordium, sperandum est magis quod unio ecclesiarum Christi votivum sortietur effectum. Quarta ratio respicit fertilitatem patrie: quoniam ubicumque celebrabitur concilium œcumenicum oportet ibidem maximam multitudinem gentium convenire: convenient enim ibi summus pontifex, cardinales, patriarcha, archiepiscopi, episcopi, abbates, & prelati ceteri ecclesie nostre occidentalis; convenient reges, & principes, & ambasciatores absentium principum; conveniet etiam serenitas vestra cum patriarchis & prelatibus, regibus & principibus ecclesie orientalis. Quomodo posset hæc multitudo vivere, nisi locus abundaret maxima fertilitate? Tanta est autem fertilitas patrie & Basiliensis regionis, quod concilium generale ex ltere totius ecclesie nostre jam per quinquenarium sustinuit. Unde sicut Basilea est in medio totis obedientie nostre, sic vere præ ceteris fertillior locus est de se, & ad illum tamquam ad centrum confluunt bona undique ab omni alia regione.

Ultimo amenitas loci non parum videtur ad rem pertinere, quoniam in præfata civitate Basiliensi tanta est serenitas aeris, quod nunquam aut raro subjicitur pestilentia. Quæ cum sit contagiosa infirmitas, solet concilia generalia & regionalia sine fructu dissolvere. Petimus igitur, serenissime imperator, quatenus majestas vestra illum velit eligere locum, ut absque omni impedimento celebrari possit concilium œcumenicum. Et ecce nos offerimus pro parte sacri concilii ad executionem decreti, donec, largiente domino, pax reddatur ecclesie Dei, præstante domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Proœmium decreti, quod non placuit imperatori dicto.

SICUT pia mater pro filiorum salute semper anxia est, nec unquam quiescit, donec, si qua inter ipsos dissensio sit, sopita fuerit: sic multo amplius sancta mater eccle-

si, quæ filios ad perpetuam vitam regerit, omni conatu laborare consuevit, ut omnes qui Christiano nomine censentur, subleto omni dissidio, eandem fidei unitatem, sine qua salus esse non potest, fratres caritate custodiant. Quamobrem hæc sancta synodi ab initio sua congregationis præcipua cura fuit recens illud Bohemorum antiquumque Græcorum dissidium profertim extirpare, & eos nobiscum in eodem fidei & caritatis vinculo perpetuo copulare.

Articuli ambasciatorum concilii Basiliensis.

PRIMUS punctus est de ratificatione eorum quæ gesta sunt, quod videlicet serenissimus imperator & reverendissimus dominus patriarcha velint propriis in personis iurejurando, & per bullas auream & plumbeam, more solito ratificare solemniter, & executioni demandare, quantum in ipsa est, ea quæ ipsi in sancta synodo Basiliensi per suos solemnes oratores plenissimo mandato sulcitos in publica sessione cum ipsa sancta synodo unanimiter concluderunt, & in altari, celebrata missa de Spiritu sancto, super sanctis evangelis & Cruce dominica iurejurando solemniter firmaverunt.

Secundus punctus est de tempore: quia cum tempus in decreto statutum & expressum, non defectu sacri concilii, aut ipsorum dominorum imperatoris & patriarchæ, seu ambasciatorum eorumdem, sed aliis ex causis jam effluxerit, necesse est ut pro executione conclusionum tempus debitum & competens per utramque partem statuatur.

Tertius punctus est de loco Basiliensi, quod videlicet præfati serenissimus imperator & reverendissimus patriarcha multis ex causis dignentur & velint assentire, quod concilium universale & œcumenicum, quod conditum est celebrari, in civitate Basiliensi celebretur.

Quartus punctus est de executione decreti, quod videlicet missi sumus ad præsentandum præfatis serenissimo imperatori & reverendissimo patriarchæ decretum conclusorum in publica forma cum plumbea bulla præfati sacri concilii Basiliensis, & quantum attinet ad dictum sacrum concilium, ad inchoandum executionem decreti ejusdem, & conclusorum contentorum in eodem decreto.

Alii articuli imperatoris Constantinopolitani.

PRIMO dicimus & volumus ut proœmium decreti alias lectum & intellectum totaliter tollatur, vel ad minus corrigatur tali modo, ut possimus remanere in hoc contenti, & omnis mala & scandalosa suspicio removeatur, quæ poterit per illud proœmium in animis quorundam exoriri.

Secundo, si (quod absit) unio & concordia ecclesiarum Christi non sortietur effectum, sed recedamus ex illis partibus discordes & divisi, sicut non sumus, quod non afferatur nobis propter hoc aliquod impedimentum, damnum, vel aliquod hostile quovis modo ex parte sanctæ Romanæ ecclesie, imo ut fiat reditus noster ad hæc partes cum iisdem honoribus, dispositionibus, favoribus, cum quibus illic accessuri sumus. Et faciat nobis pars sanctæ Romanæ ecclesie omnia quæ

que pertinent ad reversionem nostram in tali A
etiam casu, sicut si foremus concordis & uni-
ti, ut in Deo speramus.

Tertio, si contigerit aliquos dominos reges
& principes non adfuisse tali synodo, nec ve-
re nec representative, propter aliquas causas,
tam ex partibus nostris quam occidentalibus,
quod hoc non intelligatur, nec habeatur pro
defectu aut reversione conventuum & con-
cilioforum, vel ipsius rei, & sollicitudo san-
ctissimæ unionis.

Quarto, quod in civitate vel regione, in
quibus debeat, Deo auctore, dictum oecum-
enicum concilium celebrari, & in aliis ci-
vitatibus ac regionibus Romanæ ecclesiæ sub-
jectis, veniendo, stando, redeundo, nos B
& omnes nostri nullum habeamus impedi-
mentum, gravamen, nocumentum, vel quod-
cumque malum ab aliqua persona, tam ec-
clesiastica, quam seculari, proprie vel com-
muniter, palam vel occulte ex quacumque
occasione.

Quinto & ultimo, quod si aliquis vel ali-
qui de quacumque natione, & cujuscumque
fortuna & qualitate, ex illis qui ex parte
nostræ ecclesiæ ibidem accessuri sunt, in ali-
quo peccaret, iudicium illius peccati spectet
ad nos & nostram partem, & poena etiam
illius determinetur nostra discretionis; & non
habeat super hoc, nec possit aliquid facere
pars occidentalis ecclesiæ subditorum nostro-
rum.

*Alii articuli responsorum ambasciatorum
concilii.*

AD primum dicimus, quod nunquam
fuit de intentione per proœmium de-
creti injuriam aliquo modo ecclesiæ orien-
tali, nec ex ipso sane intellecto (ut declara-
tum est) potest vel debet aliquis iuste scan-
dalizari.

Item dicimus, quod si ambasciatores ipso-
rum vel ante promulgationem decreti, vel
post, aut in recessu ipsorum fecissent ali-
quam difficultatem de dicto proœmio, per
sacrum concilium debitum fuisset appositum
remedium.

Dicimus ulterius, quod non est in potesta-
te nostra, dictum proœmium tollere, aut cor-
rigere, sive mutare, aut aliud facere, tum quia
non habemus sigillum aut plumbum concilii,
tum quia illius est tollere, corrigere sive mutare,
cujus est condere. Postremo, quoad hunc pri-
mum articulum dicimus, quod propter præ-
dictum proœmium nullo modo tantum bonum
est omittendum, aut aliquo modo differen-
dum. Et offerimus nos ad omnia remedia ra-
tionabilia nobis possibilia.

Ad secundum dicimus, quod si loquatur
articulus de expensis honestis, clarum est ex
tertio & decimo capitulis ipsius decreti. Et
si ampliori declaratione indiget, parati sumus
ad declarandum, &c. Si autem de securitate
loquatur, providebitur per salvumconductum.

Ad tertium, quod de regibus, principibus
ac dominis, & principalibus ecclesiæ præla-
tis, consentire non possumus, quin saltem
interfuit representative, ut patet ex primo
capitulo decreti, & ex declaratione: Quid
est synodus universalis & oecumenica. Nam
inter alia dicitur in primo capitulo: Similiter
Concil. General. Tom. XXIX.

venient ex omnibus regibus & dominis, qui
subiunguntur ecclesiæ Græcorum, cum plena
potestate & mandato vallato juramento &
aliis clausulis opportunis, tam ex parte sa-
cularium dominorum, quam prælatorum.

ORATIONES ALIQUOT IN, SEU PRO
IPSA BASILEENSI SYNODO,
CONTRAQUE, VEL AD
IPSAM HABITE.

X L

*Collatio eximii decretorum doctoris magistri Joan-
nis de Beckenstern facta coram domino nostro
sanctissimo in Florentia.*

BEATISSIME pater, exigeret presentia
vestræ beatitudinis in primo dicendos
alloquio orationem ornate compositam
matureque digestam, que sanctitatis vestræ
dignitatem, clementiam, aliasque virtutes &
dotes summas in medium adduceret, & rem
ipsam Deo gratissimam, & hominibus saluti-
feram, de qua paulo post dicturus sum, pe-
roraret. Quis autem eloquentis princeps aut
Tullianæ sapientiæ præfularum supremæ vicari-
rii Jesu Christi modico & inculto sermone
ad plenum explicare poterit? Profecto mearum
virium, sed & sublimioris ingenii, tran-
scendit facultatem. Rem insuper illico subji-
ciendam veritatis nitore submissam video, ra-
tusque non sum eam verborum lenocinio in-
digere. Canon mihi locupletissimus testis est,
eum supervacuis laborare impendiis qui so-
lem cœrat facibus adjuvare. Quoniam igitur
gratiæ plenitudo adjunctione non indiget, nec
ulla requirit commendationis argumenta, im-
morari in ea re verborum fucatis coloribus
amplius non putamus. Ne autem usque ad
fastidium necessitatem mea se extendat præsa-
tio, ad conceptam materiam orationem con-
verto, non tamen de propria virtute, sed
de munere largitoris illius qui dat omnibus
affluenter, & non improperat, confidens. Ve-
rum, pater beatissime, cum parens noster
ille solus & unus Deus gloriosus fingeret
animal rationale, ipsum ex humo subleva-
tum ad contemplationem sui artificis erexit,
& solus homo est qui res cœlestes accipit,
spectare eum Deus cœlum voluit, ut reli-
gionem ibi querat. Apparet non esse rationis
humanæ, postpositis divinis ac humanis præ-
ceptis, opes terrenas, que plerumque cur-
vant animal rationale, venerari. Cum au-
tem, pater beatissime, gloriosissimi pontifices
antecessores vestræ beatitudinis magni, justii,
in cœlestibus rebus experti, summa religione
Deum adorabant, justitiæ cultum colebant,
in omnibus Deum presentem esse putabant,
E decreta sacrorum conciliorum in summa reve-
rentia ac veneratione habere solebant, & a
subditis observari faciebant; adeo etiam ut
beatus Gregorius tantæ beatitudinis ac scientiæ
pontifex quatuor concilia generalia uni-
versalia sicut quatuor libros evangelii profes-
sus fuerit, scilicet Nicænum, Constantinopo-
litanum, Ephesinum, & Chalcedonense. Ra-
tio: Quia in his, velut in quadrato lapide,
sanctæ fidei structura confurgit, & cujuscumque
vitiæ atque communis actionis norma existit.
Et cum universali sint consensu constituta,
Ff 2 se

se & non illa destruis, quisquis presumpserit absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvant. Clarum autem est, juxta Gelasii papae sententiam, quod eadem veneratione & decreta aliorum conciliorum custodienda & recipienda sunt. Nedom autem dicta quatuor generalia concilia, cum suis sequentibus, solummodo quoad fidem beatus Gregorius se venerari fatetur, sed etiam quoad reformationem, quando subjungit, dicens: Quia in his cujuslibet vite atque communis actionis norma existit, Constat autem, & luce clarius apparere potest, quod juxta sacri concilii Constantiensis decretum, quemlibet, etiam si papali praeferat dignitate, decretis sacrorum conciliorum obedire debere in his quae pertinent ad fidem, schismatis extirpationem, & reformationem ecclesiae in capite & in membris, & pertinentium ad ea. Et si gloriosissimi pontifices ea destruerent, quae antecessores sui statuerunt, erubuerunt; multo magis decet & expedit, quinimo necessarium foret, sanctitatem vestram eorum vestigiis inharendo, decreta sacrorum conciliorum summa cum veneratione observare, & observari facere, & custodire. Sicque, pater beatissime, si praefectorum sacrorum pontificum magnifica opera sanctitatis vestra attendit, summo studio conabitur gloriam suam triumphalem suis posteris & universo orbi relinquere profuturam. Neque sanctitatem vestram retrahat levis occasio: quinimo divina necessitudini satisfaciet, si grato studio suo adminicula misericorditer petenda ecclesiae Dei feliciter condonabit. Non injustum petimus, non sanctitatem vestram maximis praestis & certaminibus configere rogamus, non insuperabiles montes transitura, non ampla terrarum spatia vasti orbis lustrare, sed ut sancta catholica ecclesia favoribus benignis participata, bonos felicitatis suae conventus in perpetuum memorialia conquirat gloriose. Nunc autem, pater beatissime, de vestrae sanctitatis benedictione ad rem specialius descendam, alia injuncta posteris temporibus explicaturus.

Considerans itaque sancta catholica ecclesia, per sacram synodum Basileensem representata, reformationem ecclesiae Dei in capite & in membris universo orbi summe esse necessariam, & ad eam perficiendam creberrimis literis sanctitatem vestram magna cum caritate & solertia propulsatam fuisse, in nomine Spiritus sancti paracliti, magnis ac variis impedimentis intervenientibus, sua saluberrima promulgavit decreta. Cum autem, pater beatissime, ob eorundem transgressionem magna scandala in ecclesia Dei praeteritis temporibus exorta sint, & nisi accuratius provideatur, timendum foret majora scandala intolerabilia ac schismata graviora suboriri, maximum quidem quam fuerit aliud noviter extinguitum. Illud namque dividebat ecclesiam in duas partes. Sed si sanctitas vestra non servaret decretum de electionibus per sacrum concilium promulgatum, timendum foret quod infra decem aut quindecim annos sancta ecclesia catholica divisa reperiretur in tot partes,

quae sunt dioeceses. Proximis insuper diebus, cum ambasciatores sacri concilii Francfordis in solemni conventionem sacri Romani imperii principum Alemanniae & electorum essent constituti, audiverunt gravissimas querelas maximaque scandala exinde evenire. At statim vero expositi Colonienfis & Moguntinensis archiepiscopi querulosas literas de novo sacro concilio transmisserunt, postulantes humiliter & devote, quatenus sacrum concilium super observantia decreti de electionibus ante sui dissolutionem dignaretur apponere remedium opportunum. Quamvis autem, pater beatissime, superioribus temporibus sacrum concilium per honorabilem dominum Babbatem sancti Justini, & deum per duos reverendissimos sanctae Romanae ecclesiae cardinales, pro observantia decretis editis & edendis sanctitatem vestram requisiverunt, nunc vero per duos humiles dictae sacrosanctae synodi oratores rogat, petit, hortatur, & per viscera domini nostri Jesu Christi obsecrat & amplius requirit, quatenus sanctitas vestra deinceps cum effectu servare & servari facere velit decreta edita & edenda per sacrum concilium Basileense, & in contrarium attentata revocare. Alioquin, pater sanctissime, dicta sacra synodus multiplicibus jurgiorum ac scandalorum crebris propulsata opprobriis intendit dare operam efficacem, per quam decreta sua ab omnibus inviolabiliter observentur, etiam quacumque praesulgeant dignitate, prout possibile erit. Unde jam tot scandala & schismata in populo Christiano suborta existunt, & peramplius sequi verisimiliter timeantur; quod sacro concilio non expedit convenientibus oculis pertransire. Et si sacrum concilium non foret congregatum ad obvian- dum dictis scandalis, de novo deberet congregari. Nunquam autem sacrum concilium patietur se dissolvi, nisi primitus adhibito sufficienti remedio modo possibili pro observantia decretis ejusdem. Quid namque prodesset condere decreta & leges, si non manerentur? Qualis insuper futuris temporibus spes generalia concilia congregandi haberi poterit, si decreta sacri concilii Basileensis tot laboribus & expensis condita & promulgata, tam de facili violari, ac etiam retractari & irritari a quocumque tolerarentur? Et profecto, nisi diligentius provideatur super observantia decretorum, paucis temporibus elapsis, omnis auctoritas sacrorum conciliorum enervabitur, & disciplina ecclesiastica peribit. Vulgaris namque inolevit vox populi, si durante concilio haec sunt in viridi, quid eo dissoluto sperandum foret in arido? Praeterea, pater beatissime, ad dictam observantiam decretorum ex suscepti regiminis officio sanctitas vestra adstricta est. Unde, juxta * Juliani papae sententiam, officii nostri considerationem non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus major cunctis Christianae religionis zelus incumbit, & per consequens serventiori desiderio ea quae sunt Christianae religionis decreta Romanos pontifices servare oportet. Neque aliquam aliam sententiam, secundum Gelasium, uniuscujusque synodi constitutam, quod universalis ecclesiae probavit assensus, magis exequi praeter ceteris oportet quam primam, quae unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, & continua moderatione custodit. Nedom

* Julium papam non esse.

dem unum verbo & scripto ea amplecti, sed etiam usque ad animam & sanguinem ea que Spiritu sancto dictantes patres discernunt precipue virtute defendere & servare, ab aliis observari facere & custodire: quod si sanctitas vestra fecerit, consequetur profecto sancta ecclesia catholica immensam gloriam, honoremque suscipiet pariter & decorem: sacrum quoque concilium Basileense in Spiritu sancto legitime congregatum, & sanctitas vestra vinculo caritatis indissolubili erunt unum, sicut & nos unum sumus.

Insuper, pater beatissime, que & qualia scandala prateritis temporibus provenirent ex eo quod sententia etiam tres conformes lata in sacro concilio, in curia Romana restantur, retractantur & revocantur, ad plene explicandum non sufficeret dies neque mensis. Patres autem sacri concilii, & etiam cuncti principes seculi, de hac re non solum admirantur, sed & gravissime scandalizantur, cum hoc cedat in maximum scandalum & perturbationem ecclesie universalis; sunt namque diversi processus in diversis partibus: unus excommunicat, alius vero absolvit; unus obedit, alter contemnit. Quanta autem mala & contumptus ecclesiastici status hinc proveniant, lingua nostra mortalis ad plenum explicare non poterit. Et, quod gravius est, sunt processus in curia Romana, per quos moventur supposita concilii, signanter scilicet scriptares & abbreviatores; cum tamen ita necessaria negotia ibidem tractentur, quod non solum deberent a vocari, quinimo & alii rati. Ea propter, pater beatissime, dicta sacra synodus sanctitatem vestram rogat, petit, hortatur, & insuper per viscera misericordie domini nostri Jesu Christi obsecrat & requirit, quatenus sanctitas vestra deinceps taliter velit obedire, quod ista aut consilia de cetero non fiant. Et presertim mandare domino patriarche Hierosolymitano, a quo dicitur illud monitorium emanatum, ut illud revocet, & de cetero consilia non attentet.

Per amplius autem sanctitas vestra dignetur parere & habere recommitta supposita sacri concilii, prout in decreto adhesionis pollicita fuit sanctitas vestra facere velle. In omnibus autem sanctitas vestra velit sic agere, quatenus patres in sacro concilio concipere valeant sanctitatem vestram manutenere sacrum concilium, & non per indirectum dissolvere. Quod si sanctitas vestra fecerit, totus insuper orbis universus exinde magnam suscipiet consolationem & quietem: sacrum insuper concilium & sanctitas vestra erunt unum, sicut & nos unum sumus.

Postremo, pater beatissime, sacrum concilium volens ea significare sanctitati vestre que proximis diebus in sacrosancto opere reformationis dudum universo orbi per suas literas promisso fecit & ordinavit, impresentiarum, in signum participationum tot & tantorum bonorum operum, transmittit sanctitati vestre decretum de annatis, vacantibus, & communibus servitiis tollendis, prout in ipso decreto statim presentando clarius continetur; Et dicta sacra synodus hortatur & requirit sanctitatem vestram quatenus velit ipsum decretum in sua curia servari, & alibi observari facere & custodire, quoniam ipsum est conforme legi divini & canonibus sanctorum patrum: &

dignetur, ipsum benigne suscipere, tamquam opus quod principaliter reformandum erat. Quamvis autem, pater beatissime, ista annata introducta fuerunt ex causa passagii terrarum sanctarum, nunc autem cessante causa cessare poterit & effectus. Etiam dicta annata hactenus sublevata non sunt conversi in eum usum & finem, propter quem annata adinventum fuerunt. Maxime autem quoniam superioribus temporibus in sublevationem distarum annatarum tantus rigor, tantaque exorbitantia, & tot insuper destructiones & orbationes ingenium ecclesiarum provenerunt, adeo etiam quod in multis ecclesiis cultus divinus nedum diminutus, sed etiam in totum in collapsum redactus existit. Multi enim notabiles prelati, ob non solutionem annatarum, in odatis censuris ecclesiasticis, multis annis a divinis abstinentes. & tandem plurimi in ipsis sic mortui, in terra profana inhumati sunt. Alii vero coacti sunt vendere libros, calices, capsis reliquiarum, & ornamenta ecclesiarum. Alia autem innumerabilia mala, que exinde subsoluta sunt, in longum enarrare de presenti superfluum. Quibus singulis attentis, per amplius non expediebat sacro concilio convenientibus oculis pertransire. Unde, pater beatissime, si Alexander sanctus Romanus ecclesie & apostolicæ sedis episcopus, scribens Lucensi ecclesie, constituitur & decreverit,

quod nullus, cujuscumque gradus, clericus pro ecclesiastico beneficio audeat aliquid conferre, etiam si fabricæ ecclesie vel in denariis seu etiam in usus pauperum donatum tribuendum foret, multo magis decuit sacrum concilium, quod est speculum & norma cujuslibet vite atque communis actionis, decretare & ordinare. quatenus per amplius in collatione beneficiorum, confirmationum, electionum, admissionum, postulationum, tam in curia Romana, quam alibi, nil penitus ante vel post exigatur, directe vel indirecte, pretextu etiam cujuscumque consuetudinis, privilegii vel statuti, aut alias quacumque recepta occasione. Sacrum namque concilium nil novi fecisse videtur, sed antiquissima jura sanctorum Romanorum pontificum innovavit. Nihilominus, pater beatissime, sacrum concilium omnino dispositum est, & jam laborat per aliquem alium modum honestiorem sanctitati vestre & dominis cardinalibus talem facere provisionem, de qua sanctitas vestra dominique cardinales merito poterunt contentari. Presertim autem si sacrum concilium informatum fuerit realiter & cum effectu, sanctitatem vestram decreta sacri concilii Basileensis servare, & ab aliis observari facere & custodire, prout & sanctitas vestra in bulla sua adhesionis pollicita est ea servare. Has preces, pater beatissime, pro hac vice nos humiles & tantilli dictæ sacrosanctæ synodi oratores, sanctitati vestre magna cum instantia offerimus, rogantes sanctitatem vestram humiliter & devote, quod si nobis injuncta non tam mature aut eleganti stylo quo debuissimus exposuimus, id non sacro concilio, sed nostre imperitiae sanctitas vestra adscribere dignetur. Finaliter, pater beatissime, optat ipsa sacra synodus, ut Deus gloriosus vota & agenda sanctitatis vestre feliciter dirigat, & cœlesti dono proficiatur, ut per hæc & alia, que domino inspirante, sanctitas vestra in posterum

a For. non
vocari, sed,
non revocari.
H. R.

o totus orbis
universus.

secera, immarcescibilem vitam sacras coronam A
& triumphalem gloriam consequi mereatur,
quam sanctitatis vestrae & nobis omnibus con-
cedat Jesus Christus benedictus in saecula. A-
men.

XLI.

Responso domini Eugenii papae ad praedicta
proposita per ambasciatores concilii.

SANCTISSIMUS dominus noster papa venerabi-
libus viris oratoribus sacri Basilensis concilii
super propositis & petitis per eos respon-
sum requirentibus haec modo respondit:

Quod mens & intentio ac omne studium
suum semper fuit, intendere & vigilare ad
ea quae honorem Dei, salutem animarum, ac
bonum totius ecclesiae ac republicae Christia-
nae concernent, signanter ad extirpationem
haeresum, reformationem morum, ac pacem
populi Christiani; & specialiter ad reductio-
nem Graecorum & ecclesiae orientalis ad ve-
ram & catholicam fidem. In qua re quan-
tum laboraverit, primum Constantiae, deinde
Romae tempore felicitis recordationis domini
Martini papae V. praedecessoris sui, dum esset
in minoribus, postremo postquam ad apicem
apostolatus assumptus fuit, fere omnibus no-
tum est, ita ut non otiose existimet quod,
si in ea re sibi credulitas fuisset adhibita, jam
ad optimum finem perventum fuisset, aut sal-
tem huiusmodi reductio magnum principium
haberet.

Quantum autem ad negotium indulgentia-
rum, electionum, annatarum, causarum, &
vocationum, scriptorum & abbreviatorum Ro-
mana curiae, respondit: Quia materiae gran-
des sunt, & discussione, ac declaratione indi-
gent, se una cum fratribus suis sanctae Roma-
nae ecclesiae cardinalibus decrevisse respondere
per suos * sacro concilio: quod quamprimum
facere intendit, sperans responsiones suas ta-
les esse debere, quae iustitiae & honestati con-
veniant, ipsique sacro concilio & omnibus pie
sentientibus ad Dei honorem, caritatem &
pacem, ac bonum universalis ecclesiae, gratia
ac accepta merito sint futurae.

P O G G I U S .

Ego Poggius, domini nostri papae secreta-
rius, superscriptam responsionem de mandato
suae sanctitatis scripti manu propria & sub-
scripti.

Auscultatum cum originali scripto in sche-
dula papyrea. Et concordat. Et interfui, quan-
do duodecimo die mensis Augusti millesimo
quadragesimo tricesimo quinto praefatus Pog-
gius in camera sanctissimi domini nostri papae
coram multitudine praetorum, doctorum, &
aliorum virorum, respondit dictam schedulam
scripsisse, & dominis Joanni de Bachenstein
decretorum doctori, & Matthaeo Meshaige in
sacra pagina baccalaureo, oratoribus sacri Ba-
silensis concilii praefatis, ex parte ipsius san-
ctissimi domini nostri papae praesentasse.

Ita est. D. Barard. notarius publicus.
C. Rouffelli.

XLII.

Sequuntur responsiones factae per dominum Anto-
nium auditorem nomine fratris Ambrosii prio-
ris generalis & sui, pro parte sanctissimi in
Christo patris & domini nostri domini Euge-
nii divina providentia papae IV. in generali
congregatione ad petitiones factas per oratores
sacri concilii MCCCXXXV. die VII. Octo-
bris.

Nuntii & oratores a sacro hoc generali
destinati concilio ad sanctissimum in Chri-
sto patrem & dominum nostrum dominum
Eugenium divina providentia papam quar-
tum, venerabiles scilicet & doctissimi viri ma-
gistri Mathaeus Nervae, sacrae professor theo-
logiae, & Joannes Bachenstein decretorum do-
ctor, inunctum eis prosequentes officium, re-
verendissimi reverendique in Christo patres &
domini, ceterisque vos patres & viri electissi-
mi, plura diversis orationibus ipsius domini
nostri beatitudini exposuerunt, eorumque
adplacuit corroborantes exhortatorias suas pe-
titiones audientibus, tum rationibus, tum
quoque persuasionibus, ornate sane atque dif-
crete: quae cum omnia reverendissimis petri-
bus & dominationibus vestris nota fore con-
spicimus, ad uniuscuiusque exhortatorie petiti-
onem descendere congruentius iudica-
mus, quam eorumdem dominorum oratorum
singula repetamus proposita, verum non de-
clinantes ab ordine per eos ipsos egregie cu-
stodito, vice & nomine ipsius sanctissimi do-
mini nostri, cujus sumus nuntii & oratores
immeriti, frater Ambrosius prior generalis, &
ego Antonius auditor, respondebimus singulis
eorum petitionibus, conclusivae tamen, ne ver-
bis immorari videamur. Ex qua tamen respon-
sione satis aperte colligi poterit, quid eorum
quisque dixerit petieritve.

Ad primum igitur, reverendissimi patres,
vosque viri elegantissimi, per ipsum magi-
strum Mathaeum primo propositum atque pe-
tendum, dicimus quod sanctissimus dominus no-
ster inter omnes alias res, quantumcumque
graves, reductionem Graecorum & ecclesiae o-
rientalis ad veram & catholicam fidem, sem-
per sibi praecipuam fecit. In qua quidem re,
quantum laboris curae sumperit, primum
Constantiae, deinde Romae tempore felicitis re-
cordationis domini Martini papae V. postremo
postquam ad apicem apostolatus assumptus
fuit, multis notum est, praesertim plerisque
ex vobis, reverendissimi reverendique patres:
sicque materiam illam omni quo melius potest
studio una cum hoc ipso sacro concilio para-
tus est prosequi, gaudetque plurimum quod
haec Graecorum reductio vobis patribus & do-
minis reverendissimis facilis videatur, quam
quidem primum per sanctitatem suam promo-
tam aliqui phylacteriam antiquam & cantile-
nam vocabant. Et haec quoad primum.

Quo vero ad secundam, hoc est, ad mate-
riam indulgentiarum, sic breviter responde-
mus: Modus iste habendi pecunias, reveren-
dissimi patres, gravis est, eo quod ex quaestu
proveniat, qui in similibus superiori tempore
multa mala attulit exempla Christiano popu-
lo. Item adventus Graecorum, cujus gratia
hoc quaeritur, omnino incertus est, quamquam
eo-

* Aucto ad hoc
placuit oratio
corroboran-
tium.

eorum errores aliquid certi conclusisse videantur. Nam & alias multa polliciti sunt, quae tamen aut rerum vel temporis necessitate vel alia causa mutato consilio non servarunt. Nemo in rem incertam aliquid conferre disponet, sed suspicabitur potius gratia turpis questus & lucri id fieri. Regnum Cyprum & insula Rhodi, terrarum Christianorum fortissima propugnacula, ex hoc & scandalum & iacturam gravem patientur: similiter & multa pia opera, quae ad indulgentias huiusmodi promoveantur, si contingat hos Graecos non venire tam & plane arbitrabitur quisquam nos illuisse & praedam quamdam hac scissione questivisse, & dicit: Ecce qui in multitudine divitiarum gloriantur, & prevalere voluerunt in vanitate sua: sed quae quod proprietate quantum erit ad impietatem adscribitur; quod omnino cavendum videtur, apud eos maxime qui ad sancta opera convenisse se protestentur. Quare concludimus, reverendissimi patres, quod omnino ante omnia expectandum sit imperatoris & patriarchae finale responsum, & habenda certitudo de adventu eorum; qua habita, sive per viam indulgentiarum, sive alio modo qui melior & convenientior forsitan esse videatur, sanctissimus dominus noster se paratum offert ad concurrendum cum hoc sacro concilio, & omnes possibiles favores impendendum. Et haec quoad secundum.

Ad tertium brevissime dicimus, Quod ipse sanctissimus dominus noster tunc etiam paratus est cardinales & praelatos, & alias literatas personas, ad tam plenum opus & locum electum mittere: immo & si contingat eligi locum, ad quem sanctitas sua commode possit accedere, personaliter interesse curabit. Interim autem deputabit viros aliquos doctissimos, qui super differentiis Latinorum & Graecorum plene conferant & disputent, quamquam ista materia reperitur plene discussa. Et haec quoad proposita per venerabilem virum magistrum Matthaeum.

Accedimus modo ad petitiones venerabilis decretorum doctoris domini Joannis de Bachenseia. Et primo, quoad conservantiam decretorum huius sacri concilii, sic brevissime respondemus, Quod sanctissimus dominus noster quantum potuit decreta huius sacri concilii amplexus est, & servari voluit, & in futurum se paratissimum offert: & si in praeteritum aliquo particulari casu aliter factum esse videatur, id ex iustis & necessariis causis, si diligenter res investigetur, factum fuisse comperietur: & idem in decreto de electionibus servatum esse videbitur. Quo vero ad articulum causarum, hoc damus responsum, Quod sanctissimus dominus noster non intendit ex causis quae in curia recipiuntur scandalum aliquod facere; sed cum mos sedis apostolicae sit, ut norunt dominationes vestrae, ut

sed mirantur multi, & non dolere non possunt, quod sacrum hoc generale concilium, quod pro rebus maximis & universale bonum concernentibus congregatum se esse protestetur, ad innumerabiles privatarum & minimarum rerum causas occupetur, & quotquot pro ea re venientes indifferenter admittat, & causas in curia Romana coepta ad se retrahat. Quo fit ut multi se incorporari procurent, non ut communi utilitati consulant, sed privatis eorum commodis, & saepe cum alterius partis gravamine, & signanter officialium curiae Romanae, qui sub eo praetextu huc saepe trahuntur: quod plurimi ex vobis reverendissimi reverendique patres circumspicientes dixerunt pluries, & proclamaverunt, huiusmodi particulares causas, & alia privata negotia, per sacrum hoc concilium non esse admittenda; & magister Simon Freiron, alias orator huius sacrosanctae synodi, ad ipsum sanctissimum dominum nostrum accedens, dixit sacrum concilium ad ea velle providere, & a se omnino abdicare. Et hoc quoad articulum causarum.

Quo autem ad scriptores & abbreviatores, qui de hoc sacro concilio dicuntur ad curiam vocati, dicimus illos qui tempore mandati in hoc sacro generali concilio erant incorporati, fuisse in ipso mandato & esse exceptos: sicque ex eo mandato nihil contra huius sacri concilii supposita esse innovatum. Si qui autem postea & iam mandato praeventi in fraudem & illusionem mandati se incorporari curaverunt, illisimant reverendissima paternitates vestrae an iure fecerint. Et hoc brevissime quoad scriptores & abbreviatores.

Quo vero ad decretum annatarum, &c. licet alias per me multa dicta sint, tamen utile & non superfluum fore putavimus, si iterum ad id pauca quaedam subjiciamus, ut in omnibus satisfecisse videamur uno sermone. Brevissime itaque sic respondemus, quod nemo satis admiratur, quod in re tam grandi, irrequisite & inscisi sanctissimo domino nostro atque sacro collegio, & aliis quorum interest, tam cito & insperate conclusum fuerit: quod si unquam faciendum fuit, hoc praecipue tempore omittendum videbatur, quo Romana ecclesia & multa alia pro malignitate temporis innumerabilia damna sunt passa. Si qui in his praetendebantur abusus, his providendum erat sine privatione substantiae: aut saltem provisio debita simul facienda erat, ut sic iustitia & pax obviarent sibi. Unde, reverendissimi patres dominique praestantissimi, interim vivent qui haecenus inde vitae sustentationem ducebant? unde ecclesiarum suarum onera supportabunt, cum praeter Romanam ecclesiam multi praelati sint, qui ex possessionibus aut decimis parum vel nihil recipiant? Unde sedes apostolica impensas faciet, providendo necessitatibus & utilitati universalis ecclesiae pro his quae pertinent ad pacem & extirpationem haeresum & errorum, & ad alia concernentia bonum publicum totius populi Christiani? Jure igitur, reverendissimi patres, manutenenda erant ista, saltem donec aliter fieret sufficiens provisio: de qua provisione sufficienti facienda per sacrum hoc concilium sanctissimus dominus noster vult esse bene contentus; juxta desiderium huius sacri concilii, a provisione quod

Legi pro
vicio. H.

Et

Et hæc quoad ultimum, ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

XLIII.

Oratio Gerardi Landriani episcopi Laudensis oratoris Basileensis concilii ad regem Angliæ & reliquos patres conscriptos regni.

Facite quod Dei est, & ipse faciet quod vestrum est, ex sacris literis apud Gregorium epistola octava. Paucis his antea proxime institutoque majorum permixtis, credimus, serenissime & Christianissime rex, reverendissimi patres, & illustres domini, vos jamjam pro summa prudentia vestra plane intelligere debuisse, omnia nos justa, utilia, & nimium toti orbi necessaria, hodierno die serenissimam majestatem vestram nomine sacri Basileensis concilii rogaturos fore. Quapropter si qui nunc sunt hoc in sanctissimo ac celeberrimo patrum & procerum ordine, quos forte offendi contingeret, qui cum apud maximum & gloriosissimum omnium regem, totque sapientissimos & præstantissimos viros verba facimus, non eam dicendi artem aut elegantiam asseramus, quam eloquentissimi ipsi viri vel expectassent, vel pro summo splendore hujusce loci dignam fore judicassent: Hoc tales oramus & obsecramus, ut potius rationem & summam æquitatem cause, de qua paulo post agemus, considerare velint, quam tarditatem aliquam in dicendo nostram accusare: neque tantum quo ornatu verborum, quam quid & qua fide dicatur, advertant; diximus enim in principio orationis nostræ: Facite quod Dei est. Quis unquam ullo tempore pro justiore aut sanctiore causa quemquam in orbe regem aut principem adivit? Quis pro tam salubri & honesto negotio nuntius ad regem, regis præcipue virtutibus insignem, nulla etiam elegantia adhibita, non ea quæ exoptet omnia impetrare posse confidat? Annadvertite diligenter (quæso) ipsam missionis nostræ causam, non minus certe necessariam quam honestam. Missi sumus a sanctissimo Basileensi concilio ad regem, & quidem in toto orbe terrarum fidelissimum & catholicum, ne fides ipsa, quam fluxam satis & quassam habemus, turpiter pereat, præsidium advocatur. Missi sumus ad Christianissimum regem, ne rempublicam Christianam, misere quidem afflictam, vitis prævidue moribus debilitatam & deformem, ac nunc quidem in summo discrimine positam, cum subvenire maxime possitis, periclitari non patiamini. Missi sumus ad regem natura mitem, justum, mansuetum, pacis amatorem, ut per ipsum pacem, otium, tranquillitatem, concordiam ipsi, suis omnibus & universo orbi terrarum pariamus. Missi sumus tandem ad regem clarissimum animo atque genere illustri præter ceteros natum, ut ad tam præclara & salubria Dei opera comitem se & participem ad sacrosanctam synodum jungere velit: synodum dico in Spiritu sancto & in omni bono opere legitime congregatam, universalem summam & immortalis Dei ecclesiam representantem, ac non minori stabilitati juris firmitatem, quam in unum rerum necessitate vocatam. Queritis in ea edificationis & ordinationis sue solemne ac legitimum exordium?

1) Falso, obilitatem. H.

At hæc in celeberrimo omnium Constantiensis concilio decreta & constituta sunt, in quo certe divinarum humanarumque literarum ex omni parte nobis sapientissimi homines conveniant, in quo inclita hæc, hæc inquam doctissima natio vestra summo honore interfuit: in quo sapientie lumina & cuncta ferme mundi ornamenta collecta fuerunt. Queritis summam in ea auctoritatem? At hæc eadem synodus patrum, sacerdotum, regum, principum, ducum, nationum, & communi omnium consensu, tanta frequentia hominum, quantam unquam fuisse constat, una voce, uno ore decreta, statuta, diffinita, declarata, promulgata sunt. Queritis in ea summorum pontificum consensum? At hæc sanctissimorum quondam Martini, & nunc domini nostri Eugenii plurimis literarum monumentis obfirmata, stabilita est & convocata, & adiecit ad hæc omnia simul non mediocrem concilium Senense auctoritatem. Nonne omnes in eo patres hoc Basileense concilium pro statu sanctæ ecclesie Dei, pro communi omnium salute, ad hoc tempus necessario celebrandum esse censuerunt? Itaque si diligenter omnia in unum colligere volumus, nullum unquam concilium tot decretorum monumentis, tot diversis (ut ita dicam) auctoritatibus ædificatum, vallatum, congregatumque, vel vidisse, vel audisse, vel etiam legisse fatebimur. At quam nunc hæc sacrosancta synodus non opportuna modo, sed & si nullo unquam tempore statuta fuisset, maxime necessaria sit, pacis attendat, & recognoscite sanctissimæ fidei & republicæ Christianæ vulnera. Primum an dissimulare possumus, nisi foedissime quidem, & non mediocri etiam totius nominis Christiani periculo, in omni ferme regione orbis exortas atque excrecentes indies magis nefarias & hæreticas factiones, venenatamque illam in primis & pestiferam Bohemorum lulem? Bone Jesu, quam longe lateque jam fines extendit! Quis enim non acerbè doleat, clarissimum olim populi Christiani regnum alienum, aversumque a fide & religione nostra factum? Quis præterea non miserebitur, tot innumerabiles animas, illorum fæta pestiferaque doctrina pellectas, igni & suppliciis æternis quotidie deperire? Neque est animus nunc commemorare hoc loco, quantas strages, cædes & incendia populo Christiano hæc pestis hominum attulerit, quod sanctissima Dei templa, aras, reliquias martyrum pollutis sacrilegisque manibus profanarit. Non enim omnia singulariter sine lacrymis, Christianis præcipue hominibus, enumerari possunt. Sed nec his se finibus continet hæc contagiosa pestis. Serpit enim indies magis & magis hoc exitiale malum: atque sceleratissimæ ac superstitionis gentis vesana temeritatis parum facinoris in eo esse videtur, dum turpia & teterrima omnia in ecclesiam Dei, in religionem, in fidem, disciplinam sanctorum patrum flagitiosissime moliantur, nisi civilem etiam universi orbis politiam funditus evertant: tantumque illis superest odii & hostilitatis in rempublicam Christianam, ut non solum adversus christos domini, sed etiam adversus reges & principes, divino atque jure constitutos, plebis & multitudinis imperite tumultuaria odia concitare conentur; pro concione publica prædicantes omnes homines inter se pa-

res esse, neque alium alio superiore fore. A negantes præterea vestigalia & tribus principibus dari oportere: quo fit ut multi non modo homines, sed populi, ut rerum novarum semper cupidi sunt, cum a vera & catholica ecclesia, tum a principibus etiam suis, aut re ipsa & animis & voluntate certe deficiant. Itaque hodierno tempore cum hoc superstitiosum & maleficum genus hominum, magna nunc reductionis eorum oblata spe, ad sacrum concilium venire, obtulerit, si hæc rex neglectus forte haberi volet, vel si cum ipsos armis vincere non potuimus, carpitur esse cogitari a facie eorum cadem, extollent se insolenter, & conflagrabit profecto intantum incendium & vis morbi, ut frustra postea desperata rei subvenire cupiamus: operemur igitur (ab apostolo instituti) bonum, dum tempus habemus, nec tanti ac tam sperati boni occasionem nobis oblatam præterire sinamus.

Atque ut intelligatis ex omni parte orbis congregandi concilii summam imminere necessitatem, convertite nunc oculos ad sanctam ecclesiam Dei jacentem & afflictam, ac longa perturbationum assiduitate pene prostratam. Bone Deus, quantum ab antiquis honoribus, & a præfata majorum nostrorum dignitate, quibus Christianæ reipublicæ status diutina sacrorum conciliorum intermissione decidit! Videtisne, dum discordiis nimium pertinaciter inter nos decertamus, quidquid opum, opulentiarum, splendoris, ornamentum ac sanctimoniam in florentissimo olim populo Christiano a majoribus nostri summa industria & vigilantia patrum fuit, id omne nos dissensionibus & simulacris nostris totum ferme perdidisse? Videtis propterea universum ferme orbem ardere bello, inter principes populosque Christianos terribis concitata odia. O cæcitate incredibilem, omnia effundi, omnia exhausta, ad arma, ad furentissimos exercitus, in strages non hæreticorum (ut debuit) comparandos, sed in perniciem totius populi Christiani! Recogitate nunc tot nobilissimos exercitus, tot illustres proceres caecos, tantum sparium sanguinis Christiani, tot florentissimas urbes everfas, tot pulcherrimas patrias igni ferroque absumptas, ut nulla certe pro his tantis malis satis unquam digna inveniri præmia possent. Recogitate nullam ferme plagam orbis calamitarum vel dissensionum vacuum esse, nullam vacare bello. Quid igitur? hisne, inquam, turbulentissimis temporibus nostris, frigiditate indies magis caritate, hujus concilii celebrationem supervacuum, an summopere nobis necessariam fore putabimus; solam certe viam & unicam spem calamitatum nostrarum opprimendarum? Etenim cum multa a majoribus nostris divinitus instituta sunt, salubria quidem & utilia, nihil tamen gravius nihil commodius, quam quod sacra concilia in orbe Christiano celebrari voluerunt: quibus solis fidem Christianam, pacem, otium, tranquillitatem, concordiam sapientissimi illi homines vel dari vel posse conservari crediderunt, facileque ubi hæc fieri desiderant, in adversum omnia ire & precipitari poterant, atque ita esse, longo usque, non sine tamen ingenti lætula rerum nostrarum, experti sumus; quidquid enim hæreticam, quidquid de locum, quidquid discordiarum, dissensionum: calamitarum,

Concil. General. Tom. XXIX.

A quibus misere nimium nunc populus Christianus premitur, omnia, inquam, per intermissionem conciliorum exorta sunt. Atque olim sancti patres, ut quidquam parum honeste, parum verecunde, parum moderate fieri conspiciabant, concilia statim, nullo intervallo facto, cohebant in unum, neque morbos per negligentiam aut desidiam excrescere sinebant, nullo sane alio sanctiori instituto aut documento utilius communi omnium salutis æque posteritati sue consulere posse putantes. Nos igitur tantorum patrum soboles, sedendo stantes & otiosi adspicere poterimus tam exitiosas & indies magis excrescentia mala gentis nostræ, præsertim cum ita saluberrimum ad omnes morbos medicamentum nobis relictum sit, quo nihil certe convenientius, nihil prædentius, nihil ad omnes gentes communius fieri potest? Est enim concilium omnium patrum, regum, principum, gentium, & publicum totius orbis concilium; in quo ex omni parte sacri humanique juris doctissimi viri conveniunt: in quo Spiritus sanctus assistit, & idem Spiritus paraclæti, qui nos docebit omnia, qui nos complexus est, nec errare, nec decipi, nec falli sinit: quæ omnia ideo brevioribus verbis prosequimur, quoniam pro summa prudentia & zelo religionis qui in vobis est a sanctissima majestate regia & a vobis sapientissimis viris jamdiu profecta & cognita fuerunt. Memini enim paucis ante annis exactis majestatem vestram, ut summe quidem omnium Christianissima est, honorificam omni dignitate legationem ad sanctissimum quondam Martinum pontificem destinasse, ut pro summis necessitatibus & periculis reipublicæ Christianæ, quæ invalecentibus quotidie malis in summo discrimine esset, diem futuri tunc concilii anticipare vellet; tantum fidei & populo Christiano majestas religiosissima vestra subventum iri cupiebat. Itaque, serenissime rex, illustres principes, & amplissimi domini, jamjam exoptata & tantopere vobis expectata dies illuxit, jam sanctissimis patribus frequens congregatum omni jure & firmitate concilium est, & idipsum jam sanctissimis patribus frequens. Illa, inquam, dies illuxit, in qua iustissime voluntati & divino ardori vestro fidei & reipublicæ subvenire cupienti satisfacere possitis: in qua quantum virtutis, quantum regii animi, quantum benevolentie erga sanctissimam religionem & publicam salutem habuistis habitisque, tantum hodierno die in universo populo Christiano declarare queatis: non enim agitur nunc de cæremoniis, de solemnibus, de diebus profectis, de ornatu templorum, de splendore urbium: sed cum res Christiana discordiis, bellis de hæreticis factionibus jamdiu multiplicata sit & labores, agitur de salute religionis & sacratissime legis Jesu Christi: agitur de conservatione regum, principum, totiusque populi Christiani: agitur, ne unica humanæ salutis institutio, a majoribus nostris nobis relicta, omnia scilicet in futurum sacra concilia penitus sublata perpetuo disperant. Agitur consequenter, ne orbis terrarum, ne nos omnes perpetuo pereamus. Itaque, serenissime rex, præstantissimi patres, & illustres domini, ut pro ingenio vestro & antiqua consuetudine sacris institutis & religioni Dei nostri dediti estis, sequimini veterem impetum animi & diutini desiderii nostri. Sequimini

G g

ni

ni sanctum & antiquum morem clarissimum & religiosissimum patrie vestre, & ecclesiam ac republicam a nobis auxilium deprecantibus subvenire non tardetis. Etenim cum praecipuo quodam loco dignitatis, summa etiam gloria inter omnes orbis reges evecti sitis, cum vel virtute, vel religione, vel genere, vel claritate patrie, vel gloria rerum nemini cedatis: cum haec inclita natio tanta frequentia prudentissimorum eloquentissimorumque virorum effluat: ita ut antiquiori fama palma sapientiae tam divinarum quam humanarum literarum sine controversia apud vos sit; nihil sanctissima majestas vestra regio nomine dignus vel sanctissimorum majorum vestrorum virtute proprius facere potest, quam quod pacem Christianam (ut rex & viri certe martyra vestra pacifici estis) & dare omnibus & suscipere velit: neque ulla alia de virtutibus vestris, nisi innumerabiles & maximae sunt, magis proximos aut similes Deo vos facere potest. Fator summas esse laudes, & vere regias, aliquid fortiter, iuste, clementer, magnifice, liberaliter agere: aut patrocinium divinae legis sanctissimae pacis recipere; ne fides, ne religio, ne res sacrae, ne status Christianus, ne haec omnia funditus pereant, viribus atque animo fortiter incumbere: quis pro hoc tam illustri negotio, non divinos magis honores, quam humanos deprecandos esse putaverit? Sed nimis multa de his ad honestam laudis & certae veraeque gloriae cupidos: haud enim clarissima virtus vestra suavitate ad bene recteque operandum egere videtur. Ut igitur finem faciam, cum hoc sacrosanctum concilium rite fundatum, congregatum, & rebus nostris necessarium sit, sacram majestatem vestram deprecatur & orat, imo potius Spiritus sanctus paracletus in eo existens, cuius felicissimis auspiciis oleo letitiae praesentibus vestris unctus rex estis & consecratus: primum ut vestris ex praclarissimis regibus lectissimos quosdam & sapientissimos viros, quorum magna sane & infinita pene apud vos multitudo est, deligatis, & pro summa dignitate regiae majestatis ac celeberrima in toto orbe terrarum catholici nominis fama, qua semper sanctissimi majores vestri ac vos praecleari fuistis, legationem omnium auctoritate insignem atque dignissimam ad sacrosanctum Basileense concilium mittatis, & cum ceteris principibus Christianis, quorum magna sane pars egregias iam & magnificas legationes per hoc communi incendio extinguendo ad idem concilium misit, & ceteri quoque missuri videntur, de extirpatione haeresum, de virtute, de conservanda religione, de pace, de sanctimonia morum in melius constituenda, honestissimo certamine contentatis. Proximum est, quod omnibus animi sensibus a sacra majestate vestra sacrum idem concilium petat, ut cum hostibus vestris, ad quos nomine sacri concilii haec de causis decreta legatio est, pacem, caritatem, concordiam, opus certe a natura vestra non abhorrens, inire velit: pace confecta, jamquam salutis universae iactis fundamentis, non dubitemus omnem populum Christianum, jacentem diu quidem & oppressum, ad pristinae dignitatis suae recuperandam spem erigere se, & reviviscere debere. Agite igitur, orantes omnes per sanctissimam memoriam pas-

sonis Jesu Christi qui pacis sunt: condonate immortalis Deo ac creatori vestro acceptas injurias: excerrite odia, querite pacem, frumini tam singulari & excellenti bono, quod nobis Redemptor noster ultimo testamento relinquit, cum excessurus ex hac vita mortali dixit: *Pacem meam relinquo vobis*: dulce enim nomen est pacis: res vero ipsa cum jucunda, tum salutatis: nam nec sacram legem, nec fidem, nec societatem humanam, nec rempublicam curam habere videtur, quem discordia, quem bella delectant. Nostis illud tritum quod dici solet: Concordia res parvae crescunt, discordia maximae dilabuntur. Nos igitur auctoritate & nomine sacri Basileensis concilii, si quid huic tam salutiferi & necessarii rei a nobis praestari posse videritis, omnia non solum forti animo, sed & libenti animo subire praesto sumus: omnia patienter, nihil subterfugemus, modo hinc omnibus mortalibus summe desideratae paci, dirigente Deo nostro, vel satisfacere vel proficere possimus. Postremum est, ut ex ditione regnorum vestrorum reverendissimos reverendisque patres, qui ad sacrum concilium juxta sanctiones antiquas venire tenentur, id ut faciant adhortari velit: ut ecclesiae & communi omnium salutis, & praestandi prudentia & auctoritate, quemadmodum in concilio olim Constantiensi ingenti praeter ceteros scientiam ac religionis laude fecerunt, consulere & proficere queant: quae omnia si ut optamus & confidimus a vobis confecta erunt, facietis certe, ut primo dictum est, quod Dei est, & ipse altissimus & immortalis omnium pater, dignitatem, gloriam ac amplitudinem nominis vestri sugendo, faciet quod vestrum est: & tandem in numero beatorum relati certum & definitum in caelo locum obtinebitis, ad laudem & gloriam omnipotentis aeterni Dei, & totius curiae triumphantis. Amen.

XLIV.

Oratio magistri Andreae de Petra archiepiscopi Colossensis, quarti ambasciatoris domini Eugenii papa, facta in congregatione generali XIII. Augusti MCCCXXXII.

Maximam mihi dicendi fiduciam praestat, reverendissimi patres, ceterique vos viri lectissimi, hic vester conventus amplissimus ac spectatissimus. Cum enim plurimos apud vos istuc videam, quorum singularissima sapientia atque humanitas longa mihi familiaritate perspecta & cognita sit, alios vero omnium virtute & optima artibus ornatos esse confidam, omnes autem vos ad Christianae religionis conservationem & amplitudinem comparandam adventasse intelligam, dubitare non possum, quo minus pro sapientia aequo animo me dicentem audiat: praesertim cum illud a me dicendum sit, quod ad omnium vestrum salutem & immortalem gloriam attinet: omnibus enim hominibus natura inest, ut ea quae ad se pertinent libenter audiant: & cum hanc vestram curam & studium ad hoc solum contulisse videamini, ut scilicet haereses extinguantur, ecclesiastica iura & caeremoniae repetantur, Christiani sine

pacis restituantur; pro quibus omnibus apud vos mihi sermo habendus est, non major debet esse in me cura dicendi, quam in vobis audiendi voluptas. Sed antequam ad eam disputationem veniamus, necessarium fore existimo, ut quid doctor gentium Paulus dicat, audiamus. *Non sit, inquit, schisma in corpore.* Ita enim quondam idem veritatis constantissimus prædicator Corinthiis dissidentibus dixerat, sicut prima epistola 11. cap. scriptum est. Hujus apostolicæ præceptionis intelligentia, patres, cogitu facilis fiet, si, prius ille Spiritus, qui quondam igneo splendore descendens rudium illorum & trepidantium hominum animos & glutino caritatis conjunxit, & summa sapientia illustravit, suo ardore corda nostra inflammet: quod ut facere dignetur, ad ipsum mentes nostras cogitationeque vertamus. Hoc modo ejus suffragio postulato, ad propositi iussionis perceptionem revertamur.

Inter ea dissidentia genera, patres optimi, que membra corporis mystici agitant aque perturbant, nullum eo deterius quod schisma nominatur, est enim totius discordiæ caput atque principium, admittitque corporis ecclesiastici unitatem, cujus perniciem idem doctor prospiciens, in capite prædictæ epistolæ eosdem Corinthios summa obtestatione precatus est ut illam pestem diffugerent. *Obsecro, inquit, vos, fratres, per nomen domini Jesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: suis autem perfecti in eadem sensu & in eadem scientia.* Quid autem nomine schismatis intelligi debeat, patres doctissimi, neminem vestrum dubitare existimo. Græcus enim, a quo in primis illi voci significatio data est, per illud nomen scissuram quamdam ac divisionem intelligit, non illam certe qua quisque peccator a Deo dividitur, de qua olim Isaias loquens dixerat:

Ipsa 51.

Peccata vestra diviserunt inter vos & Deum. Nec rursus illam divisionem intelligo, qua ab unitate fidei quispiam segregatur. Illa enim in aliud impletatis genus transcendit, quod idem Græcus rectius hæresim nominavit. Sed de illa scissura nobis præfens disputatio est, cum quis eodem religionis cultu servato ecclesie præcipienti parere contemnit. Cujus definitionem, licet aliis verbis, eadem tamen sententia, beatissimus pater Augustinus, cum adversus Faustum scriberet, aperte ostendit. Schisma, inquit, est eadem opinantem, atque eodem ritu colentem quo ceteri, solo congregationis delectati dissidio. Ex quo & illud sequi necesse est, ut ab unitate quam Spiritus sanctus in Dei ecclesiam inducit & servat, voluntarie recedatur, sicut beato doctore 1. 2. quæst. 29. artic. 1. visum est. Plurima dissidiorum genera membris ecclesiastici corporis accedunt, discordia scilicet, contentio, rixa, seditio, bellum, hæresis, & omnis animi indignatio, quam beatus Paulus Galatis scribens enumerat. Ex his omnibus, patres reverendissimi, nihil est quod tantam perniciem corpori mystico inferat, quemadmodum dissidentia schismatis. Cetera namque animorum adversa studia, aliis atque aliis proprietatibus: hoc detestabile facinus soli unitati ecclesiasticæ objectatur. Nam & si discordia concordia opponatur, cum quis suam alterius sententiam præferat, id tamen eo

Concil. General. Tom XXIX.

modo fieri potest, ut discordantium quilibet bonum dicat & cupiat, quamquam in modo rei efficiendæ dissentiat, sicut Paulo & Barnaba in assumptione Marci discipuli legimus, ut est actuum 15. Contentio etiam, licet ex ipso dicendi modo animorum contrarietatem significet, honeste tamen fieri potest, cum aliquis pro dignitate, hominis atque negotii acrimonia debita usus, ad veritatis defensionem accedit. Unde & catholici adversus fidei hostes contentiones commovent, ubi prius ad certamen vocantur, sicut glossa testatur 1. Reg. 4. capit. Rixa insuper, est a peccato immunis esse non possit, ut B. doctor diffinit, (nam qui rixatur, & ad contradicendum paratus est, ut placet Isidoro, & de ipsa contentione letatur, alios quoque ad contradicendum inducit) privatim nihilominus malum est, & inter paucos accidit, habet enim privati belli naturam, nulla publica auctoritate firmati: seditionem vero esse aliquid crimen & ipsa ratio persuadet, & beatus Paulus testis est: qui cum quedam peccata gravia prohibuisset Corinthiis, seditionem etiam enumeraverat, sicut secundæ epistolæ duodecimo capitulo legitur. Est enim malum, quod soli societati civium adversatur. Per ipsum autem bellum etiam maximas urbes diruptas, plurimas respublicas everfas, florentissima regna depopulata legamus, nonnulla tamen bella juste fieri posse nemo sapiens dubitabit. Cujus sententiæ B. Augustinus testis est in eo sermone, quem pro puero Centurionis habuerat. Et hæc quidem animorum adversitas illi unitati objicitur, que ad mysticorum membrorum conjunctionem attinet. Quod si ad ordinem illum animum verteris, qui ad caput hujus ecclesiastici corporis spectat, aliquid quoddam pestiferum divisionis genus invenies: quod etiam bipartitum Beatus Thomas intelligit, si quidem ea sentiri ac prædicari a quoquam contigerit cum omni dura & improba pertinacia que fidei veritatem & majestatem offendat; is, quisquis fuerit ille, hæreticorum numero aggregatur, quod aliis accommodationibus verbis beatissimus doctor Augustinus adversus Manichæos declarat. Qui in ecclesia, inquit, Christi morbidum aliquid pravumque quid sapiunt, si correcti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter, suaque pestifera dogmata emendare nolunt, sed defendere perstant, hæretici sunt. Hoc infidelitatis genere inter scissuras ecclesiasticas esse quidquam deterius nullus doctor affirmat: facta enim fidei fundamenta sua opinione evertit, tenditque ad primæ veritatis injuriam. Quanta autem Christianæ religioni publica damna intulerit, facile sciet qui volet, si a Simone Samaritano, a quo omnis hæresis initium sumpsit, usque ad Joannem E. Hus, nostræ ætatis eximium hæresiarum, annales ecclesie repetere statuet. Ultimum contententium genus scissuræ nomen accepit, quod accommodatius Græco vocabulo vos patres Latini schisma nominatis. Hoc intestinum malum etiam majestati ac veritati mystici capituli non adversatur, cum in primis neque insolitum dogma prædicet, nec veterem corruptelam defendet: habet tamen quamdam proprietatem pestiferam, que Christianis paci & unitati vehementissime officit. Qui enim ecclesie principi subesse renuit, & membris ecclesie

Paulus ipse
apud August.
1. 2. c. 29.

Galat. 5.

elefiz ipsi subjectis communicare recusat, quem admodum beatus doctor ostendit, is in unitate mystici corporis manere non potest. Unde & schismaticus iure nominatur: ex ipso etiam, tamquam ex fonte quodam iniquitatis, omnes illae superiores animi indignationes facile fluunt. Schismaticus enim absque discordia esse non potest, cum se meliora & sanctiora dicere & profiteri gloriatur. Conventiones etiam in ipso schismate nutrire necesse est, cum ea quae prave schismatici sentierunt improba temeritate defensent. Rixae schismatico minime defunt; est enim ad contradicendum semper paratus, ne minus recte fecisse iudicetur. Seditiores populi Christiani ex ipso schismate maxime accidunt. Scinditur enim in adversa studia vulgus, & populus velut greges post terga pastorum sequitur, & quia ratione vulgo constare non potest, quod prave semel acceperat, id ferro & sanguine probare molitur, unde & bella publica surgunt. Quod si paulo longius schisma perstiterit, haeresim parit: configit aliquam sibi haeresim schismaticus, ut recte ab ecclesia recessisse videatur, sicut beatus Hieronymus dicit. Cumque ex contemptu illius qui auctoritatem & locum mystici capitis tenet hoc detestabile malum proficisci videatur, idcirco schismaticus ecclesiasticum ordinem non medioeriter turbat: & quia reliquorum membrorum communionem respuit. Spiritum Dei non habet, sicut Pelagius papa testatur, ut est 24. dist. quest. 1. Schisma insuper, quia schismaticus in unitate unum non est, sicut idem pontifex dicit, quantum ex ipso suo maleficio ecclesiasticam unitatem & pacem penitus dirimit, pro qua instituta & conservanda Filius Dei paulo minus minoratus ab angelis in terram descenderat, pro qua summam invidiam varioque labores perpeffus est, sanguinem proprium fudit, mortem subiit, nihilque eorum abhorruit quae suae maiestati adversarentur, si modo illud ad constitutionem huius sacratissimi corporis conducere videretur. Cum itaque tantorum praeclarissimorum atque admirabilium operum munus, hoc unum perniciosissimum schismatis facinus admittit atque corrumpit, iustissime veritatis doctor ipsum a Christiana religione depellit, dicens: *Non sit schisma in corpore.*

Non sit schisma in corpore, patres, si cupitis haeresim zizania extirpare. Non sit schisma in corpore, si queritis vitam ecclesiasticam reformare. Non sit schisma in corpore, si desideratis infensos animos principum mitigare.

Quantum igitur ad primum attinet, patres, etsi Spiritus sanctus istam corporis ecclesiastici magnitudinem dirigat atque informet, totosque (ut sic dixerim) insusus per artus hanc agit molem, & magno se corpori misceat, sicut ille poeta dixit, id tamen huic corpori accidere videmus, quod & naturali evenire physici dicunt, ut anima scilicet incorrupta & integra, membra saepe aliquo morbo laborent. Quod ex triplici aegritudinum genere accidere medici disputant. Omnis enim humani corporis languor aut est membrorum consimilium, aut officialium, aut ex utriusque constitutorum. Constare autem culibet vestrum arbitror, patres doctissimi, quid nomine consimilium aut officialium membro-

rum intelligi debeat. Illa consimilium membra sunt, in quibus toti & partibus eadem denominatio datur, ut si quis carnem, nervum, os, & huiusmodi dixerit. In officialibus autem, toti & partibus una eademque denominatio specialis non competit: ut oculus, pes, manus, & eorum similia. Aegritudinem itaque consimilium membrorum illam dicunt medici esse, cum variata proportione calidi, frigidi, siccii, humidi qualitatum primarum, adversa dispositio inducitur. Cum vero officialibus membris languor aliquis accidit, hunc aut in forma, aut in numero, quantitate, aut in impositione evenisse contendunt. Ex his quae diximus, quid & de membris mixtis intelligi debeat, non erit difficile cognitum. Hinc omnia translata quadam significatione mystico corpori convenire invenio. Habuit corpus hoc membra consimilia, habuit officialia, habet ex utriusque composita. Eo enim tempore quo Dei ecclesia prima rudimenta Christianae religionis acceperat, consimilium membrorum formam praeferebat, cum esset credentium cor unum & anima una in domino: nec diceretur eis aliquid proprium, sed essent eis omnia communia, sicut actorum quarto capitulo scribitur. Officialia vero membra tunc ecclesia habuit, cum auctoritate & operibus crescere coepit, aut cum potestatis, ordinis & jurisdictionis usum auctoritate publica receperat, quod a Silvestro ad posteros quoque Romanos pontifices processit, sicut historiae produnt, & in canone ponitur, 23. dist. q. 8. Tributum. His mysticis membris varia diversa morborum genera contigerunt. Morbum autem hic non aliud, juxta beati Augustini sententiam, quam haereticam pravitatem intelligo. Idem beatus Hieronymus sensisse videtur, qui haereticum hominem putridae carni comparavit. Enumerare autem, propriis nominibus omnia illa vobis, patres, exponere esset quidem jucundum, si ratio temporis non haberetur. Beatus Augustinus in libro quem de haeresibus accuratissime scripsit, nec a Deo, nec ab alio quoquam numerum omnis haereseos satis exploratum fuisse existimat, quamquam Philaster Brixionensis episcopus centum & viginti octo genera haeresium usque ad illam suam aetatem contigisse commemoraret. Cogitare itaque facile poteritis, patres reverendissimi, quot errorum genera in agro dominico disseminata postea fuerint, si Philaster centum & vigintiocto haeresium nomina recensuerit, quem beatus Augustinus sequens librum de haeresibus scripserat. Haec immensa, ut sic dixerim, errorum silva, etsi a beatis apostolis sanctisque patribus ac sacris conciliis concalcata dissipataque dicitur, penitus tamen succidi non potuit. Nam beatus Isidorus, posteaquam quinquaginta septem haeresium capita numeraverat, illas omnes dicit a sanctis apostolis sanctisque patribus ac sacris conciliis fuisse condemnatas. Quod qui volet, facile sciet, si rerum temporumque successiones & ordinem repetat. Nam Menandri ac Saturnini, magni digni diaboli laquei, cum Simone mago principe illius haereseos a beatissimo Petro apostolo condemnati sunt, qui eundem Simonem & ejus pecuniam in perditionem abjecerat. Qui vero humanitatis officio satisfactum iri arbitrantur, si quis-

Per. in
posterior. H.

si quisque rem solam privatam curaret, quod a dictis hereticis attribuitur, hi Ananias & Saphira horrendo interitu condemnantur, quos ambos idem Petrus subita morte mulclaverat, sicut actuum quinto capite scriptum est. Nicolaitarum vero impudenciam lasciviam Joannes in Apocalypsi, cum ad Ephesinam ecclesiam scriberet, reprobavit. Nam est priorum caritatem in illa ecclesia amissam conqueratur, in hoc tamen illam dignam commendatione dixerat, quod Nicolaitarum impudicitiam fugerit. *Hoc habes, inquit, quod odisti factis Nicolaitarum.* Illi vero qui conuubiis detrahunt, & omnem legitimum torum turpitudinem putant, qui etiam apostolicos se vocare presumpserant, beati Pauli apostoli sententiam condemnantur, qui ad Colossenses scribens, precepta, quibus conjuges omni reprehensione carerent, tradiderat. *Mulieres, inquit, viris subdita estote, sicut oportet in domino.* Et alibi: *Viri, diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam.* Et haec quidem in prima etate ecclesiae contigisse invenio. Cum autem eadem membra officialia esse coeperunt, alius pestilens morbus irrepsit. Arius siquidem Alexandrinus, cum de forma ecclesiastici capitis, hoc est de plena essentia Filii Dei (secundum Augustinum) inique sanxerat & predicaverat, dicens eum esse alterius naturae a Patre, maximam ubique pestem effudit. Macedonius vero de numero divinitatis iniquam sententiam ferens, dicensque Spiritum sanctum servum Patris ac Filii, multos corruperat. Nestorius quantitatem maiestatemque huius mystici capitis vehementer opinio-
ne prava minuit, cum salvatorem nostrum summum quidem virum & Deo dignum esse affirmasset, sed eundem Deum omnino negaverat. Eutyches vero atque Dioscorus ipsam positionem humanitatis Christi inique transulerat affirmans eandem divinitatis potentiam exhaustam fuisse atque absorptam, propterea & perpetuum morbum in membra mystica sparsit. Contra quos velut adversus publicam pestem erecti quondam Romani pontifices synodos sacras convocarunt. Nam & Silvester aetate & dignitate Romanus, trecentorum & octodecim patrum consensu, quos in Nicæna congregaverat, Arium hereticum declaravit. Damasus vero vita & eloquentia clarus, in secunda synodo centum & quinquaginta patrum conventu Constantinopoli coacto, Macedonium blasphemum deiecit. Nestorianam vero heresim Caelestinus Romanus ducentorum patrum in Epheso convenientium auctoritate reprobavit. Ita & Loone pontifice praecipiente Chalcedonensis synodus quingentorum & triginta patrum praesentia Eutyches atque Dioscorus anathemati aeterno subiecti sunt. Sic & aliae universales synodi auctoritate Romanorum pontificum congregatae ad morbum aliquem depellendum conveniant, licet illae priores, quas paulo ante enumeravi, dignitate quadam ceteris aliis praestare videantur, quemadmodum distinctione decima quinta canonum positum est. Ipse enim totam fidem Christianam complexae, quemadmodum Gregorius dixit, quasi quatuor paradisi fluvii totum orbem irrigaverant. Quod vero sanctorum patrum doctrina errores depulerit, testes sunt Anastasius, Basilius, Cyrillus, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus,

Christianae religionis clarissima lamma, qui adversus omnis heresis genus invictissime scripserant. Sed nec apostolorum summa in terris potestas, nec sacrorum conciliorum auctoritas, nec sanctorum patrum admirabilis illa & pene divina sapientia efficere potuerunt, quominus multiplex heresum pestis, quae semel infederat per totum orbem effusa, infinitam hominum multitudinem ad infernum deducat, qui de orbis dimensionibus disparent, praeter eam participationem quam in septem climata dividunt, aliam quamdam vulgariorum addunt, qua totum, quod ab homine colitur, in Orientalem, Occidentalem, Septentrionalem, Meridionalemque plagam distinguunt. Primam partem in decem provincias dividi dicunt; in Indiam scilicet, Ispaniam, Sidoniam Phoenicem, Syriam, Palaestinam, & reliquas, quas a quadraginta & tribus gentibus habitatas affirmant. Occidentalis portio in sex & triginta provincias distincta est, quae quinquaginta & quatuor gentium homines continet. Septentrionalis autem regio in duodecim provincias porrigitur, quarum gentes triginta unam esse affirmant. Meridionalis & ipsa in duodecim partes distincta est, quarum gentes ob intersecentia deserti spatia certo numero comprehendi non possunt. Per has igitur vastissimas regiones ac varios gentium mores, omnia illa heresum genera, quae vel ab Epiphano Cyprio, aut Philastrio, aut Augustino, sive Iudoro numerantur, reserpta atque effusa sunt. Nec est quod si veterum heresum principes de medio sublatis fuerint, desinant qui eorum errores & sapiant & deservent. Primam habitantium regionem Ariana heresis vehementer invasit. Macedoniani facile numerari non possunt. Hi quos Armenos appellamus, gens certe amplissima, & frugalitate praecipua, Eutyches atque Dioscori perverfam eruditionem sequuntur. In Hesperia vero plaga Sadduceos, qui resurrectionem negant, & animas cum corporibus simul interire affirmant, plures invenies Cerdonianos, qui duo principia ponunt; Tertullianos, qui animas per translationem esse accipere arbitrantur; Cataphryges, qui sacramenta ecclesiastica negant. Insistere tamen ad humanam salutem ajunt, si infantis anniculi sanguis, quem inmanibus punctioibus (ut Augustinus ait) a corpore innocentis extorquent, mixtus farinae, panem a se sumendum conficiat. Pars insuper, quae Septentrioni subiecta est, plurimos habet qui catholice fidei adversantur. Sunt qui negant Romanam sedem esse matrem ac principem reliquarum, quod an heresim sapiat, testis est Nicolaus papa 22. distinctione, cap. Omnes. Praeterea sunt nonnulli, qui ajunt animas exutas corporibus nondum ad sua loca receptas. Alii purgatorii poenas figmenta existimant. Sinistra autem orbis positio, quam Meridionalem dicunt, heresibus plena est. Illic Nestorianorum nomen & genus amplissime patet, Sabellianorum heresis latissime praedicatur, Valentianiani, Apellitae, Archontiani, Carminiani, Ebionitae, numero facile comprehendi non possunt. Nequeo, patres reverendissimi, vobis enumerare infinitam, ut sic dixerim, heresum multitudinem, quae tot gentium animos dudum corruperat, quod unde proveniat, aut quo auctore procedat.

* Athanasium

* Athanasium

* Archontiani
one de Car-
pocratano
intelligit.

cedat, dignoscere certe facile non est, nisi A (ut placet sanctis doctoribus) ideo illud Deus fieri passus est, ut credentium fides probetur, & ne fidelium ingenia tranquilla credulitate contorpeant. Fieri etiam potest, Deum tot hostes suae fidei esse pati, ut tirores Christianae religionis habeant quos vincere possint. Tantam igitur zizaniorum varietatem ab agro dominico non solum divellere, sed nec excerpere quidem humana ingenia suppetunt. Satis igitur est, si de his dumtaxat potestas ecclesiastica propulsus euret, quibus vel beneficium reddendum est, aut si tales sint hostes, aut religioni magis ac magis officiant. Sunt autem (ni fallor) duo genera hominum, qui fidei catholicae adversantur, Graeci scilicet atque Hussitas, de quibus provideri oportet: Et illis quidem, ut pro susceptis beneficiis gratia digne reddantur, istis vero, ne contagione pestifera totum corpus ecclesiasticum laedant. Neminem vestrum patres praeterire arbitror, Graecorum gentem sic optimis artibus floruisse, ut omnium gentium nationes incredibili quadam virtute superaverit. Taceo de variis disciplinis, quas omnes a fontibus Graecorum profectas, omnes uno ore fatentur; quidquid Dei ecclesia docet & praedicit, id ipsum etiam suis nominibus a Graecis in Latinum translatum est. Quod si parentibus maximum debeamus, quia genuerunt ac educaverunt: si praceptoribus plurimum, quod erudierint: certe satis aperte significari non potest, quantum vos patres Latini Graecorum generi debeatis, a quibus illud vobis collatum est, quo nihil praestantius ab homine conferri potest. Hi ergo, quos memoro, Graeci ad unionem ecclesiam venire contendunt, non eo pacto quo quidam eos fallendi gratia dicunt accedere, sed aperte & absque aliqua simulatione. Pontifex siquidem maximus Martinus felicitis memoriae papa V. sic sua sapientia atque humanitate Graecos ad opus unionis attraxit, ut de tanta opinionum & postulationum diversitate ad unam & solam differentiam concesserint, quis scilicet locus ille sit, qui pro convocanda synodo utriusque generis patres apte suscipere possent. Habeo hujus rei testes gravissimos, qui huic vestrae clarissimae speculationi adfuerunt, & quae diebus in praesenti audiunt: nec audita vobis patres pronuntio, sed quae vidi, & quae praecipto ejusdem praesulis ipse contrectavi, & publica stipulatione concluderam. Quorum Graecorum propositum & tu, Eugene papa sanctissime, pro tua religione eximita & animi amplitudine, nuper ampliora & certiora te ipsis facturum spondendo confirmasti. Nec credi potest ut Christianorum quispiam his tuis sanctissimis desideris atque conatibus contraire possent. Ad hoc enim opus tam salutiferum nemo Christianorum quidquam suorum excipere debet. Non enim parum fructus habet ad fidei catholicae incrementum Graecorum conversio. Illa siquidem Constantinopolitana sedes habet in Asia, Africa, & Europa vastissimas provincias atque amplissima regna, plurima genera hominum linguis & moribus longe disparia, qui omnes ad fidei catholicae obedientiam atque religionem convolarent, si praesul Constantinopolitanus, ut quondam facere solebat, honorem & debita jura Romano pontifici redderet. Illud autem,

patres optimi, facile fiet, si non sit schisma in corpore. In novam enim ecclesiam scissuram dilabi, & inveteratos schismaticos ad unionem ecclesiam reducere velle, illud quo pacto fieri possit non satis intelligo. Quomodo enim Graecus tantum in hoc nostro ecclesiastico corpore dissidium audiens, eidem se conjungere vellet? Aut cum Romanorum pontificem tam facile a suis contempti viderit, eidem honores debitos reddat? Nonne ridebit? Nonne utrosque leves & longe a Christiana caritate sejunctos judicabit? Nonne postulanti ut ad gremium ecclesiae redeat, mox evangelicam respondebit sententiam: *Frater, vade, eras prius trabem de oculo tuo, & tunc videbitur tibi* Breves scissuram de oculo fratris tui. Cum superiori tempore nullus indubitatus pontifex haberetur, neminem Graecorum aliquis audivit qui de unionem ecclesiae tractaret; at ubi omnium dissidentium vota ad unum pastorem convenerant, mox legati Graecorum pontificem adierunt, & coram gloriosissimo ac invictissimo Romanorum rege domino Sigismundo semper Augusto, pro unionis negotio, imperatoris & patriarchae Constantinopolitani voluntatem & vota trigintasex articulis patefecerunt. Scio quocumque verum loquor, & quod haec manus literas illas obsignatas explicuerunt, & quae illic continebantur ex Graecis Latina feceram. Unde cum honestissime Graecorum petitiones principibus nostrae religionis visum fuerant, mox dominus Joannes episcopus cardinalis tituli Sancti Sixti, vir omnium suae aetatis religionis & sapientiae spectatissimus, legatus in Graeciam declaratus est: quem illic properantem si mors e medio non sustulisset, plurimi nunc populi ac nationes ritu & religione essent vobis simillimi, quorum nullum impraesentiarum habetis. Nec certe credendum est Graecos ab illa sua honesta opinione recessisse. Eadem est gentis illius ad reconciliationis opus intentio, idem omnino desiderium, eadem postulatio; nisi quod filius, qui nuper imperio successit, ad unionis negotium longe ardentior sit, quam unquam fuerit pater: quo fit ut ad reconciliandam gentem illam catholicae fidei via paratior modo sit. Quod si locus aliquis ad convocandum utramque gentem opportunum daretur, videretis, patres reverendissimi, plurima de Graecis facta fuisse judicia, quae omnino stare non possent. Hos igitur fructus uberrimos de Graecis vos, patres praestantissimi, referetis, si non sit schisma in corpore. Alterum perditissimorum hominum genus, de quibus ob summam perniciem generali omnium patrum institutione consulendum est, Hussitas intelligo gens profecto pestilentissima, & velut exitiale virus per corpus ecclesiasticum repens. Nec unum, sed multiplex ac atrocissimum malum, hujus haereseos morbus est. Nam si quis illorum hominum perverfas sententias, quas gravissimis Christianorum cladibus amplificare voluerunt, recensere voluerit, veterum haeresum irritamenta quaedam fuisse fatebitur. Cogitant enim hanc novellam corruptionem, e vestigio Nicolaitae, Gnostici, Cerdoptiani, atque Marcionitae occurrent, Adit quoque, Catharitas, ac Apostolici, huic haeresi non defuerunt, & Achardiz, Ariani, atque Jovianiani quamplurimi, quos omnes Epiphanius Cyprius, vir omnium orientalium patrum sapien-

Mans.

• Item Ad-
m. Am-
chardiz, Ari-
ani, Jovianiani,
Cerdoptiani,
Marcionitae,
Cyprius, H.
m. n.

plencia & sanctitate insignis, inter nominatissimos hæreticos scripsit: nec solum multiplex hæresis hæc, sed & funestissima Christiano populo extitit. Plurima damna ab Arianis, Nestorianis, Monothelitis, Iconomachis, ecclesia Dei perpeffa est, sed nulla fuit tanta hæretica pestis quæ huic cladi comparari possit. Hæc enim omnia jura humana atque divina pervertens, nulla pietate in ætatem vel sexum, amplissimas & opulentissimas patrias igni & ferro subiecit. Patent ejus immanissimæ strages in Bohemia, Moravia, Sicilia, Marchia, Austria, Hungaria, ac ceteris circumfinitimis adjacentibus nationibus. Quod si hoc captiosissimum ac fallacissimum hominum genus ab illa sua immani consuetudine ac funestissima rabie contempuerit, velisque inter salutis & reconciliationis ingredi, nulla sit mora, patres præstantissimi, quo pontifex maximus ac tota concio patrum operam suam ac studium conferant, ut lupos rabidos in oves convertant. Nihil hoc opere salubrius, nihil certentilius. Sed cum inter vos patres ecclesiasticos sint adversæ sententiæ, hoc fieri minime poterit. Nam totum Hussitarum studium in eo positum est, ut clericorum insolentias, voluptates, avaritiam, superbiam atque ambitionem, quibus hunc vestrum statum ecclesiasticum & amplitudinem despiciant atque prosterant, vulgo continuo prædicent. Illud autem quantum quibusdam maximis viris placeat, & populis rationi constantem videatur, aperte ostenderem, si hæc omnia vobis clarius non parent. Igitur qui cupit Hussitas ad unionem ecclesiasticam revocare, illud prius efficere studeat, ut novella zizania evellantur, ut nulla mentis affectio, nulla in rebus gerendis perturbatio, sed timor Dei, caritas proximi, zelus ecclesiasticæ pacis, opera vestra proficiat: Illud etiam summo studio agendum est, ut debitum honor ac reverentia pontifici maximo, quem unicum loco Dei in terris suspicimus, tribuatur. Quod omnino faciendum quisque hominum judicabit, si de hujus patris sanctissimi ac beatissimi vitæ integritate & innocentia noverit. Ad hæresum extirpationem ac fideliæ expugnationem nemo Christianorum illo flagrantior. Taceo alia ipsius sanctissimi præsulis ornamenta virtutum: illa enim aliud tempus desiderant. Cum privatim negotii operam daret, contra infidelium ac hæreticorum errores & impetus plurima egregia & memoratu digna cogitaverat atque instituerat, reverendissimorum patrum cardinalium numero aggregatus, mox quæ privatim excogitaverat publica auctoritate perficere conatus est. Propterea & legationem in Epirum, Macedoniam, Thraciam, Proponidem, Asiam, Ciliciam, Syriam, atque Egyptum, ubi veræ fidei jura & dignitas in spretum maximum veniunt, paratissimo animo suscepisset. Propterea & conscribi jusserat, quibus artibus illæ nationes potestati ecclesiæ addi possent. Quod si ipsi pro magnitudine animi & zelo fidei parem potestatem & auctoritatem consiteri contigisset, nihil est quod vexillum sanctissimæ crucis inter remotissimas gentes cum summa gloria nostræ religionis non sgeretur. Adscitus sanctissimi Romani pontificis dignitati, quæ jam tot labentibus annis excogitaverat in effectum omnino deduxisset, si intestinæ discordiæ atque vicina bella sancto ejus proposito

impedimento non extitissent: non tamen destitit, quo minus adversus Hussitarum rabiem extinguendam diversis studiis vigilaret: quod aperta ratione probabitur, cum necessitas postulaverit. Secretarium imperatoris Græcorum nuper ad se venientem ita grate remisit, ut idem imperator statuerit legationem amplissimam ad summum pontificem dare, ut de loco aliquo idoneo pro congreganda synodo videatur. Hoc jam factum fuisse credendum est, nisi aliquis inexpectatus vel alias insperatus casus impedimento fuisset. Sub tali igitur nostre religionis patre & præfule & veterum & recentium hæresum resperfa zizania facile evellentur, si vos reliqui patres ejus præcepta justissima tamquam devotissimi filii suscipere statuas. Ad quod pium & necessarium opus, & totius ecclesiæ diuturna consuetudo, & veterum conciliorum, auctoritas, & sanctorum patrum sententiæ vos hortantur. Quare, patres, per immortalē Deum, per intemeratam fidem, cujus vos defensionem suscepisse videmini, per illud districtum horrendumque judicium, quod nos omnes volentes nolentes detrahemur, in hæc rerum maximarum consultatione & moderatione animi uti velitis, ne, cum exterarum gentium hæreses purgare queritis, novellos errores domi nutriatis. Sed de hæresum extirpatione hæcenus dixisse sufficiat: amodo de reformatione pauca dicam. Hoc mysticum corpus, de quo hæcenus memoriam feci, alia etiam appellatione domus nomen accepit, sententiam illius qui ad Hebræos scribens dixerat: *Christus tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos.* In hoc sanctissimo templo nemo aliud fundamentum ponere potest, præter illud quod positum est, Christus scilicet Jesus, sicut primus ad Corinthios tertio capite dicitur: Hanc structuram mirabilem ille sapientissimus architectus, non simplici, sed varia quadam compositione erexit. *Ipsæ enim dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi,* sicut quarto ad Ephesios scribitur. Hæc est illa varietas, quam in Spiritu David quondam prospiciens dixerat: *Adstitit, inquit, regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.* Varietatem autem non illam intelligo, quæ ex ebore, auro, variorumque colorum genere parietes in regis principum ornari solent, sed apostolorum doctrinam, confessionem martyrum; ut glossa testatur, puritatem virginum, lamenta penitentium. Id autem optima ratione fuisse facile quisque judicabit, si hujus corporis mystici aut domus ecclesiasticæ naturam ordinemque perspexerit. Nam cum gratia hujus fundamenti vel capitis plene tota in partibus extare non possit, ut dicit doctor beatus, ideo vario modo singulis distributa est. Propterea & quidam apostoli, alii vero prophete dati dicuntur. Cumque id fieri nequeat, patres reverendissimi, ut quispiam se solo æque officiis pluribus satisfacere possit, unde & membra corporis singulis actionibus occupantur, idcirco ecclesia circumamicta varietate describitur. Et quia officium sponsum simul & nomen accepit, ideo ipsam decoram ornataque prodire oportet, quod in varietate maxime constat, sicut sapientibus placet, & ipso experimento ostenditur. Nam & regina Saba, præter

ter illam admirabilem sapientiam quam argu-
mento in Salomone cognoverat. perspecto ser-
vorum habitaculo & ordine ministrantium,
maxime admirata, spiritu ipso defecerat, si-
cut 3. Reg. 10. capite scribitur. Hujus ita-
que structura mirificæ etiam fundamentum soli-
tum inconcussumque peristat, ornatus tamen
ac ceterarum partium ordo labefactari judi-
cantur. Na. loco apostolorum eos hodie
cernimus de quibus Paulus Corinthiis scripse-
rat: *Pleni apostoli*, inquit, *operari, subdoli,*
transfigurantes se in apostolos Christi. Nec alios
puto, patres, optimi, hodiernos prophetas
existere, nisi eos dumtaxat de quibus Eze-
chiel in Spiritu videns dixerat: *Va*, inquit,
propheta insipientibus, qui sequuntur spiritum
lutum, & nihil vident: Quasi vulpes in deser-
tis propheta tui Israel. Nequeo, patres reve-
rendissimi, crimina & casus gravissimos eor-
um hominum vobis exponere, qui dignitate
& auctoritate velut in quadam specula con-
stituti, magistri debent esse publicæ disciplinæ.
Omnes enim declinaverunt, & ab officio re-
cedentes inutiles facti sunt, sicut propheta te-
stratur. Apertissime descripsit Isaias clericorum
ignominiam, sucordiam, lasciviam, segni-
tatem, immunditiam, turpitudinem, ambitio-
nem, avaritiam. *Speculatores ejus*, inquit,
cæci omnes, nescierunt universi: canes multi non
valentes latrare, videntes vana, dormientes, &
amantes somnia: canes impudentissimi: nescie-
runt saturitatem: ipsi pastores ignoraverunt in-
telligentiam: omnes in viam suam declinave-
runt, unusquisque ad avaritiam suam usque ad
nostrimum. Cum igitur ex eorum criminibus
ac vitæ corruptione, qui virtutem ac discipli-
nam profecti sunt, hujus mystici templi stru-
ctura gravissimum lapsum atque ruinam mi-
retur, optime ecclesiasticæ salutis consultis,
patres ut redintegratio fiat, quam vos vulgo
reformationem nominatis. Ceterorum vero ho-
minum vitia, privatam clericorum vero sce-
lera, publicam perniciem inferunt. Nam cum
populi omnes in sacerdotem atque pontifi-
cem, tamquam in præceptorem virtutum, su-
spiciant, id indubitata fide putant a se factum
in, quod ipse faciendum delegerit. Sed hanc
rem perdifficilem plenamque laboris eâ ratio-
ne efficere poteritis, si non sit schisma in cor-
pore. Nam cum in ipsa spiritali structura sit
unitatis multiplicitas, tamen inter ceteras illa
præcipua judicatur, quam ille cælestis ac in-
dividuus Spiritus efficit. Hæc autem omnia
dixit Apostolus: *Operatur unus atque idem Spi-*
ritus, dividens singulis prout vult, sicut 1. ad
Corinthios 12. cap. scribitur. Fieri autem mi-
nimè potes, ut hi qui adversa de bonis mo-
ribus sentiunt, & qui manifestam ruinam eccle-
siæ parant, Spiritu Dei ducantur. Eo etiam
evenit ut præceptis majorum ad vitæ innocen-
tiam atque religionem velle quempiam ducere,
perdifficile sit nisi eum Spiritus Dei prius
induxerit. Pleni sunt libri omnes Christiano-
rum sanctissimis exhortationibus, pleni præ-
ceptis saluberrimis, pleni exemplis admirabili-
bus. Quidquid de vita & honestate clericor-
um decerni & præcipi potest, id totum am-
plissimis literis & maximis codicibus contine-
tur & tamen nemo facit legem, sicut dicit sal-
vator. Prius itaque Spiritus ille regandus est,
ut doceat & inspiret quo pacto impleri de-
beant suæ justificationes, sicut propheta

Aprecur. Ceterum impossibile quidem vide-
tur de principatu ecclesiæ ac de moribus
disputare simul atque decernere. Nam cum
de capite ac principe senatus ecclesiasticus oc-
cupatus, ornatus publicæ honestatis satis apre-
vacare non potest. Extant gentilium atque
Christianorum monumenta amplissima, quæ
huic rei gravissimum testimonium afferunt.
Unum solum impresentiarum sufficiat. Cum
per Oniam pontificem solum res Judæorum
agitarentur, civitas sancta in omni pace ha-
bitabatur, legesque optime custodiebantur, si-
cut 2. Machabeor. 3. cap. scribitur. Sed postea
quam per ambitionem Jasonis fratris colatio
summi pontificii ad Antiochum transla-
ta est, mox gymnasia & ephebie in civitate
Dei fuerant institutæ, horrendum certe scel-
lus, & omnibus sæculis inauditum facinus.
Contracto itaque atque colliso ecclesiastico cor-
pore, integritas honestatis atque religionis
constare minime potest. Præterea quem vos
patres ecclesiasticis institutis coercere poteritis,
qui mox alios quesiturus non sit, a qui-
bus grate susceptus, prioris vitæ corruptelam
non teneat? Et inde huc venientem nemo
corrumpere audebit, ne suo exemplo alii secuti-
ri teneantur. Itaque, patres sapientissimi, mo-
res ecclesiasticos ea ratione poteritis compo-
nere, si non sit schisma in corpore. Hortatur
vos ad hoc opus perneccesarium dignitas
beatissimi patris nostri Eugenii pontificis ma-
ximi, qui Petri sedem tenet & fidem, sine
cujus auctoritate nulla lex aut decreta satis
roboris habere possunt, ut est dist. 22. Sa-
cro sancta. Cujus sententiæ beatus Thomas se-
cunda secundæ quæst. 1. artic. 10. fidelissimus
testis est. Hortatur vos ad hanc ecclesiasti-
cam disciplinam hujus sanctissimi patris inte-
gritas, qui cum a puero usque ad hanc con-
fectam ætatem vitam præclarissimis virtutum
muneribus exornaverit, adeo ut in ipso cor-
rigendum abradendumque nihil omnino videat-
ur, tamen ut optimi præsulis morem gerat,
hanc quam vos patres reformationem nomi-
natis a seipso incipere cupit, sic huic publi-
cæ actioni debitus ordo tribuatur. O vere pon-
tificem, o pastorem gregis dominici maritissi-
mum! Quem superiorum pontificum, obse-
cro patres, vestra tenetis memoria qui ista
protulerit, qui in tanta rerum tempestate in-
fracto animo manserit? Ite igitur, patres le-
cissimi, & hujus piissimi patris atque ponti-
ficis meritissimi justissima vota & desideria im-
pleatis si vultis mores ecclesiasticos integri-
tati pristinæ restituere. Sed de reformatione
quid sentiam, jam patres audistis: amodo &
de pace pro extrema orationis particula pau-
cissimis utar. Cum plurima sint exercitationum
genera, patres lectissimi, quæ ad sacerdotis
atque pontificis officium attinet, tamen illud
præcipuum est quod in conciliandis pacandis-
que populis constat: siquidem sacerdotis pro-
pria actio dicitur, cum inter Deum hominem-
que medius quasi conciliator accedit, ut pla-
cet sancto Thomæ 3. parte q. 29. art. 1. Pro-
pterea & sacerdos a Deo legem & sacramen-
ta recipit, quo populis voluntatem divinam
significet, conciliarique volentibus paramenta
debita tribuat. Et rursus acceptas ab homini-
bus oblationes & sacrificia domino offert, ut
divinam majestatem hominis vitio vehemen-
ter infensam placet atque conciliet. Hoc acu-
te

no prospexit qui ait: *Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis*, ad Hebræos 5. cap. Hoc autem munera tunc placationis efficaciam habent, cum homines, excussa odiis ac similitudinibus, ad offerendum, emissionem revocantur. Quod quanto studio agendum sit, salvatoris præcepto ostenditur. *Si offers, inquit, manus tuas ad altare, & ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversus te.* Sic. Et iterum: *Si non dimiseritis fratribus vestris.* In quibus omnibus ostenditur humanas oblationes & munera nullam prorsus habere efficaciam, nisi homo se prius inimico conciliet. Hoc autem inter cædes & bella fieri posse non video. Quomodo enim inter eos vis caritatis & amicitia aut servari aut incipere poterit, qui mutuis irruptionibus exuvias & spolia quarunt, quorum alter in alterius effundendum sanguinem jurat, qui liberos a parentum evulsos amplexibus impudice abducit? Quis omnino cum in bellorum congressibus fieri videamus, difficillimum est humanitatis, caritatis ac pietatis quidpiam in illis hominibus reperiri qui bella sequuntur. Præcipuum itaque sacerdotum atque pontificum officium agitis, patres reverendissimi, si inflatos atque tumentes animos principum placare curatis, eo præsertim tempore quo nullum Christianorum regnum, nulla provincia, nulla prorsus ratio que ferro & sanguine vacet. Sed illud prius summa cura agendum est, patres, reverendissimi, ut non sit schisma in corpore. Quis enim ad alienas discordias sopiendas sufficiet, qui ad maxima & intestina bella parari cogetur? aut quis aliquem medicorum vel etiam peritissimum summo morbo laborantem vidit, qui aliis ægrotis pharma porrigat? Oportet igitur prius domesticam pestem purgare, & inde aliorum languores extinguere. Quod optime facturi estis, patres sapientissimi, si pacis, qua nihil utilius desiderari potest, vim & naturam servabitis. Pacis enim bonum non in eo solo consistit, quod unionem diversarum optantium faciat; hoc enim & D concordie datur: immo, ut sancto doctore videtur, id concordie proprium est: sed id maximum pacis officium est, ut renitentem varium appetitum in unum consensum debito ordine adigat. Propterea & B. August. cum 19. de civitate Dei multa genera pacis enumerasset, id tanquam proprium pacis adiecit, quod sit scilicet tranquillitas ordinis, qui in parium dispariumque rerum ac hominum debita distributione consistit. Hoc & si vos, patres reverendissimi, ad pontificem maximum patrem & præfulem omnium servare curabitis, naviculam Petri a dehiscentibus fluctibus tranquillam reddetis, principum animos cædes spirantes pacabitis, hæreticos reluctantes ad jugum ecclesiasticum subducentis, infidelium impetus, qui tota rabie diem Christiano sanguine debacchantur, invictissima potestate deprimetis. Illud etiam cum summa omnium vestrum gloria fiet, ut apertissima ratione probetur, nulla unquam ambitione, nulla iniquitate, sed solius religionis amplificandæ gratia hos varios & diuturnos labores vos constantissime suscepisse. Quod nobis omnibus ille concedat qui sine fine vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Concil. General. Tom. XXIIX.

XLV.

Alia oratio archiepiscopi Tarentini habita ad patres concilii Basiliensis pro Eugenio quarto.

In nomine Jesu Christi. Amen.

Humanissimam & sanctissimam domini nostri dignissimi summi pontificis domini Eugenii papæ IV. intentionem, quam ex iuncto legationis officio, communi horum patrum & dominorum meorum consensu & iussione, impresentiarum explicaturus sum vobis, reverendissimi in Christo patres & domini, si quæra decet dignitates vestras caritate & animorum moderatione intellexeritis, populo Christi sanguine redempto unionem, pacem & vite novitatem, vestris vero animabus salutem, & multarum curarum requiem allaturam esse, in Spiritu paraclito, & hujus tam pii propositi motore & direttore, plene confidimus. Sed ut stabilius & certius in hujus rei narratione fundamentum constituamus, exordium in primis præcincta editione arbitramur ab ipsius apostolici supremæ potestatis & jurisdictionis origine & derivatione. Deus igitur ideo magnus dominus & rex magnus super omnes deos spiritu habitus est prophético, reverendissimi patres, quoniam curam habens facturæ suæ, non repellit dominus plebem suam: habere certe divinitatem ab excelso solio pervigilem humani generis curam, omnis ferme, & quæ bene instituta humanitatis, & quæ desursum mentibus illabitur, disciplina testatur. Hinc gaudere eam optimo eique cognatissimo viro in ethicis Aristoteles arbitrat: & quod divinum est in nobis, hoc est intellectum diligentes, & honorantes rebeneficiare. Hinc illud ad Timotheum apostoli dogma, quo eos, quibus quarumcumque publicarum rerum tutela committitur, divino nutu ad hujusmodi officii functionem assumptos edocet, emanasse putat pura & omni divinitatis essentia totius entis perfectione abunde repleta, quæ omnium entium esse per prius atque perfectius in se complectitur. Quamobrem eam, quæ tantarum formarum capax extat naturam communi omnium vocabulo Deum quandoque veteres nuncupaverunt, quandoque omnium entium primum, quandoque archetypum, quasi rerum omnium exemplare simularium. Cumque ex ejus perfectionis & bonitatis redundantia, atque omnipotentia interminata & ineffabili, nulla exteriori violentia coarctante, nulla impellente necessitate, sed mera ac libera voluntate, ejus esse existentie universa creatura secundum accommodatas specierum perfectiones sortita sit, operatorium principium Plato, primam causam Aristoteles, dominum dominantium scriptura, magnum dominum (tamquam omnium a voluntate proficiscentium libera dominus opifex constituatur) naturam illam appellavit propheta. Sed cum splendor ineffabilis providentie ejus inter mundi semina, interque varias rerum species, & unius & ejusdem rei potentias, atque dispartes rerum cultus, ordo quidam regiminis atque lex & ritus naturalis innascatur, rectorem olympi gentiles, regem regum scriptura, magnum regem super omnes

Hh

omnes

omnes deos, hoc est angelicos spiritus, seu A motrices orbium intelligentias, illam ipsam nuncupavit propheta David. Et illa itaque divinae naturae bonitate & omnipotentia tantarum illa rerum apud Genesim conscripta emanatio effluxit. Inde rerum inter se tanta tamque admirabilis propagatio excrevit. Ex hac vero ad humanum genus caritate, providentia, studio atque cura, illas legis traditione & tabularum digito Dei conscriptio ortum traxere. Hinc morum, sacrificiorum, ceremoniarumque directio: hinc illa ineffabilis coeterni & coessentialis Patri & Spiritui sancto Verbi incarnatio: hinc passio; hinc resurrectio; hinc apostolorum missio: & cum esset mundum praesentia sua corporali incarnatum B illud Verbum relicturnum, illa mirabilis sacramenti constitutio, atque vicarij ejus electio, illiusque cum suprema auctoritate & potestate sublimitatio & inthronizatio, cui data est super universo populo Christiano plena potestas atque jurisdictio. Quamquam enim populus ipse per diversas dioceses sit distinctus, tamen sicut una est ecclesia ab unico fundatore & capite Christo Jesu, ita unum oportet constituisse populum Christianum: & velut in uno speciali populo unius ecclesiae, unus antistitis praesidentia exigitur, qui sit totius illius ecclesiae caput, sic & in universali populo Christiano expedit unum esse totius ecclesiae universalis caput. Haec est ratio beati C doctoris Thomae atque sententia, quarto contra gentiles, capitulo septuagesimo sexto: & canonum sacrorum instituta concordant caput hujusmodi episcopum almae Urbis esse & Petri successorem, & principatum ecclesiae universalis in ecclesia Romana praesidere, 11. dist. cap. Nolite. Et hac potestas, & praesulatus auctoritas, Petro tributa fuit, non ab hominibus, sed ab ipso redemptore & salvatore nostro, & ab apostolis cum maxima veneratione custodita? non enim quilibet terrena sententia, ut est textus 21. dist. cap. Omnis, sed illud Verbum, quo constructum est caelum & terra, per quod condita sunt omnia elementa, Romanam fundavit ecclesiam. Idem expressius innuitur 11. dist. cap. In novo, & cap. sequenti, cujus initium est: Quamvis universa per orbem catholicae ecclesiae constituta unus Christi thalamus sint, sancta tamen Romana ecclesia nullis synodicalibus constitutionibus ceteris ecclesiis praelata est, sed evangelica voce domini & salvatoris nostri primatum obtinuit: Tu es, inquit, Petrus, &c. Et paulo infra concludit: Ita in his omnibus quanto celsior gradus, tanto major auctoritas invenitur: in majoribus siquidem regendi & jubendi est potestas, in minoribus obsequendi necessitas. Congruum etiam est & expediens ad ecclesiae unitatem, ut fideles in fide convenient: cumque contingat frequenter circa illa quae fidei sunt quaestiones moveri, & dissonas sententias promulgari, ex quibus scissura in ecclesia saepenumero exorta, expeditur (ut beatus doctor concludit) quod in unitate per unius viri sententiam ecclesia conservaretur. Cum igitur caput & fundator ecclesiae Christus in necessariis non defecerit, quam ita dilexit, ut pro eius sanguine suum fuderit: cum etiam de synagoga ab Isaia dicatur: *Quid populi facere videris meae, & non feci?* non est dubitandum,

quin & Christus ordinatione unius totae & universalis ecclesiae praesit, cujus iudicio atque sententia dissonantes circa fidem & gravissimae quaestiones tollantur & terminentur: quod clare innuitur 17. dist. cap. Multis, ubi ad litteram ita dicitur: *Majores vero & difficiliores quaestiones, ut sancta synodus statuit, & ut beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur.* Hujus beatus doctor egregiam loco superiori rationem assignat, Quoniam cum pax & unitas sit finis regentis & gubernantis, & unitatis congruentior causa sit unus quam multi, videtur quod omnis subditorum diversitates ab uno in bene disposita politia debeant extirpari. Propterea Aristoteles in politicis monarchiam democraticam & aristocratiam praefere videtur. Id etiam regiminis genus universis mundi partes naturali quodam desiderio appetere videntur. Quamobrem in extrema physiorum Aristotelis parte scriptum est: *Entia nolunt male disponi, unicus ergo princeps.* Christum igitur, P. 1. per quem reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, opimum dedisse ecclesiae suae regimen nulquam est ambigendum; quod quidem adinstar regiminis triumphantis ecclesiae ordinavit. Hinc Joannes in Apocalypsi aiebat: *vidi dominum descendentem de caelo,* Apr. 18. & alibi: *Vidi civitatem sanctam Jerusalem novam descendentem de caelo, a Deo paratam, sicut sponsam ornatum viro suo, & Moysa dictum est, quod omnia faceret quemadmodum sibi in monte monstratum fuerat, & Joelis primo dictum est: Congregabuntur filii Juda, Rom. 11. & filii Israel pariter, & ponent sibi caput unum, & dominus dixit: Fiat unum vas & unus pastor, cui soli potestatem plenissimam & absolutam tradidit ad omnia fidei mysteria exequendum, ut ad eum principaliter gregis salute & directione, ac fidei unitate ac integritate, dispositio, iudicium ac sententia spectarent, & ut per eum ad alios hujusmodi mysteriorum usus & auctoritas diffunderetur. Hinc primo pastori ante ascensionem suam dominus dixit: *Pasce oves meas.* & ante passionem suam: *Tu iterum conversus confirma fratres tuos.* & illi soli promisit, *Tibi dabo claves regni caelorum,* ut ostenderetur (ut inquit beatus doctor) quod potestas clavium per eum esset ad alios diffundenda usque ad saeculi finem, juxta illud Isaiae: *Super solium David, & super regnum eius sedebis, ut confirmes istud & corroboret in iudicio & iustitia a modo & usque in sempiternum.* & Matthaei ultimo dominus aiebat: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi: nec obstat quod plerique dicunt verba illa dicta fuisse Petro in persona totius ecclesiae: textus enim illud declarat 1x. quaestione 3. Aliorum hominum. vericulo illo. Replica- E bo, Uni dictum est: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & quaecumque solveris super terram, erunt soluta & in caelis.* Haec magna ex parte ex dictis beati doctoris loco superiore habentur, qui in fine hujus capituli ita concludit ad litteram: Et per hoc excluditur quorundam presumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia & subiectione Petri, successorem ejus Romanum pontificem universalis ecclesiae pastorem non recognoscentes. Secundum tamen canonica decreta de ip-
sus**

Numb. 18.

1. Pet. 2.

summi pontificis suprema potestatis amplissima certissima doctrina traditur. Hinc enim dicitur quod solus in plenitudinem potestatis vocatus est, alii autem in partem sollicitudinis, in cap. Ad honorem, de auctoritate & usu pallii; & solus sedes in illa sede quam dominus in persona beati Petri sibi specialiter elegit, ut in cap. Per venerabilem. §. Sane qui illi sunt legitimi, & solus iudicat & disponit, ut sibi placet 1x. quest. 3. cap. Cuncta per mundum. Ipse enim habet arbitrium caeleste, codice de summo Trinitate, leg. 1. & ei concessa sunt iura caelestis & terreni imperii a domino redemptore nostro, 22. dist. cap. Omnis, ubi est textus ad litteram. Illam vero solus ipse fundavit, de Romana ecclesia loquens, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro aeternae vici clavigero terreni simul & caelestis imperii iura commisit. Facit ad idem capitulum sequens, Sacrosancta: & principes ac omnes homines ei obedire tenentur, de majoritate & obedientia cap. Omnes principes, & cap. Solus, cui nec quisquam dicere potest: Cur ita facis? 19. dist. cap. In memoriam: ac ei sit pro ratione voluntas, & quod ei placet legis habet auctoritatem, instit. de iure naturali, §. Sed & quod principi. Per huius auctoritatis vires frequenter emergentibus mundo difformitibus atque diffidiis opportuna divina providentia occurrit. Sed cum nimium collapsa esset novissimis temporibus, ac per devia praecipua rueret libertas humana, misericors & miserator dominus, qui non est usquequaque, juxta praesumptam prophetae sententiam, plebem suam relicturus, virum optimum, omnium decore virtutum, iustitia, prudentia, temperantia, modestia, sanctimonia, atque, quod praesentium temporum acerbitas, tempestatique, & tantis Petri naviculae fluctibus accomodatissimum videtur, magno animo, robore, patientia, constantia & longanimitate redimitum, clementem tamen, piium, caritatem; & omni heroica virtute refertum, in ea ipsa sede locavit, quo praesentium temporum horrendis ecclesiae suae scandalis, aliisque universi populi sui malis, succurreret atque obviaret. Huius igitur auctoritatis nos, unius huius potestatis, huius sanctimoniae nuntii & oratores, quamquam immeriti, ad vos sumus missi, patres optimi.

Nunc autem ad institutum domini nostri intentionis explanationem proficiscamur. Si prius tamen pauca ad rem ipsam pertinentia de gestis praeteritorum temporum ad memoriam reduxerimus, plurimum causae nostrae favoris ac vestrae intelligentiae commoditatis conferemus. Sanctissimus dominus noster dignissimus summus pontifex, verus, indubitatus atque unicus Dei & domini nostri Jesu Christi vicarius, cui soli convenit in altum res ducere, hoc est, in profundum disputationum & difficultatum sese immiscere, 14. quest. 1. Non turbatur, rarus haesibus inveteratis, & iis quae impraesentiarum incrementa videntur habere, ac intestinis per totam Christianitatem odii, dissensionibus, & hostilibus armis, amisso etiam & ferre caute totius ecclesiae libertatis privilegio, ac multiformibus cleri & Christiani populi deformitatibus, sine sanctorum

Concil. General. Tom. XXIX.

patrum atque illustrissimorum principum assentientia, favore, ope & opera facile & opportune obviare non posse; concilium Basileae ex bone & recolenda memoriae domini Martini papae VII. auctoritate per Senense concilium promulgatum, atque ejusdem domini Martini iussione stabilitum, post ipsius obitum & sanctitatis suae assumptionem, robur habere voluit & prosecutionem, ratum & gratum per apostolicas suas bullas gerens, quidquid potestatis in ea re reverendissimo in Christo petri & domino domino nostro singularissimo, dignissimo cardinali sancti Angeli, apostolicae sedis legato, per praedecessorem suum collatum fuisset. Cuius amplificationem illius synodi, ut optasset, & rerum magnitudini expedivisset, non intueretur: quin etiam per oratorem eorum paucorum praesentium, qui tunc Basileae praesentes erant, de ipsius concilii debilitate & parvitate certitudinem accepisset, effectum cum instantia requisitus, ut talia faceret quae novam convocationem praetendere viderentur; illud, abinde dissolvit, & ad civitatem Bononiensem una cum literis dissolutionis convocavit, per interjectionem tam modici temporis, ut non nisi continuasse dici possit, ita ut illa dissolutio nil aliud in effectu, nec ex suae sanctitatis mente, voto & intentione, quam loci mutationem importare videretur. Quod sane, patres reverendissimi, non absque gravitate summa, atque multa circumspectione, ac sincera ad Deum & ecclesiam sanctam suam caritate factum esse existimare debetis. Intuebatur, etenim ille pontifex sanctissimus tantarum rerum expeditionem non esse sibi optatum habituram, nisi sua sanctitas concilio adesset atque praesent, & cum reverendissimorum patrum & dominorum metrum sacri collegii, aliorumque magnorum principum, & totius Christianitatis orthodoxorum praesulum consultatione, favore atque praesidio, tanta tamque ardua negotia dirigeret atque disponeret: quod in hac ipsa civitate propter notoriam sanctitatis suae invaliditatem, & quoniam plerique illustrissimi principes ad eum locum convenire denegabant, nullatenus fieri potuisset. Accedat insuper ad hoc, quod locus iste nimium vicinus videbatur potentis Haesiarum: & magno imprudentiae tributum fuisset, maxime post agitationem periculi, quod non parum formidabile esse orator ipse referebat, universalem ecclesiam tanto supponere discrimini: quin insuper neque eo quo facta est modo haereticorum vocationem sine offensa, vel saltem tacita detractioe damnationis de ea haeresi in sacro concilio Constantiensi facta, sua sanctitas sustinere potuisset, cum per vocationem illam, non ad disputationem solum, sed ad Spiritus sancti commune iudicium, ecclesia nostra & haeretici haequaliter invitarentur. Illius etiam vocationis verba, ut cum pace vestra dicam, haec sunt: Ecce jam locus ac facultas plenae audientiae praebetur; jam invitamini: non coram paucis, sed universis audiemini quantum libet; audietis & nos ipsos respondentes; sanctus adstabat medius Spiritus iudex & arbiter quid in ecclesia tenendum & agendum sit. Erimus simul in oratione perseverantes, & tamdiu ferventer suam pietatem

Exponit hic orator de auctoritate defendit.

Sunt haec verba in oratione synodi ipsius Basileensis, quae est superius expressa in synodo.

jejunis, gemitibus, precibus, obsecrationibus ac sanctis operibus interpellabimus, ut quo ipse caritatis auctor & veritatis doctor corda universi populi illustrabit ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis sententiam. Hoc quod per haec verba non ad recognoscendum damnatum errorem Hufstis vocatur, sed ad submittendum se pariter cum ecclesia catholica investigationi veritatis, quod certe Hufstis favorum & auctoritatis majorem, fidelibus vero ambiguitatem & perplexitatem praeferre videbatur: Sed quando illis fuisset, ut convincerentur, & ad recognoscendum damnatum errorem, audientia praestanda, locus ipse ad id deputari non debuisset, attento quod secundum relationem oratoris illius certis civitates circumadjacentes illo pestifero morbo labefacti conperant. Itaque de hujusmodi haereticis non erat tutum neque securum in Germania publice tractatum fore: tum quia per hujusmodi contentiones corruptis major commoditas & occasio tributa fuisset alio corruptendi, tum quia Bohemis ipsi majorem favorem praestari quam alibi suspicari poterat. sicut in duobus tantum hujus haereticis capitibus initio nascentis mali experientia visum est. Quid igitur censendum poterat, patres optimi, si in tanta multitudine adhaerentia infestatione, & post tributas nobis nescio quo occasione Dei iudicio tantas strages, ibidem & publice reciperentur? Non erat etiam ille locus Graecis ad unionem tam pie tamque ferventer adspirantibus accommodatus: plures etiam alii casus, & multo graviores, illius commutationis deliberationem auxerunt: quarum expressio posset majora quam sint scandala excitare, & quarum investigationem facile ingredi posset, quisquis praeteritorum temporum non nimis vetustam habet memoriam, & praesentium dispositiones libero animo & absque passione metitur, hujusmodi sanctitatis suae deliberationem, ac Bononiensis concilii novam convocationem omnibus mundi praesulibus atque principibus intimavit: intimavit etiam illis ex vobis, patres optimi, qui pro tempore hic residebant: optima spe fretus, ne hujusmodi sanctitatis suae mandatis orthodoxis quisquam vestrum contraret. Sed heu, reverendissimi patres, nedom mandata sanctitatis suae spreta sunt, sed quidam ex vobis, qui ante dissolutionem segnes & ad veniendum remissi videbantur, post dissolutionem solertissimi atque perpetes facti sunt. Quidam, qui hic aderant cum aliqua displicentia, post dissolutionem laeti & immobiles permanserunt: quod certe nisi ex impressione aut timore, qui caderet in constantes viros, factum sit, quam sit ab obedientia & humanitate vestra alienum, vos ipsi dijudicate. Spectat etiam ad summum Romanum pontificem, non solum generales synodos convocare, sed & sua sententia roborare concilia convocata: alias in irritum labitur quicquid praeter ejus auctoritatem statuitur: & non proprie concilia, sed conciliabula nuncupantur, textus est eadem dist. cap. Multis. Insuper quoties aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo quod non intelligitur rationem, aut sponte hi qui salutem animae suae desiderant, ad apostolicam sedem pro percipienda ratione con-

veniant, aut si forte, sicut de talibus scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit, iam obstinati & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab eisdem sedibus apostolicis aut strahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut, ne alterum perditio possit esse, secundum canones per singulares opprimi convenit populos, textus est eadem dist. cap. Nec licuit. Quam sit ignis periculosum in hac ipsa re mandata transgredi apostolica, cap. illud inspicite, patres optimi, Nulli fas est, in distinctione cuius ego seriem, ne aures & dignitates vestras tam graviter offenderem, sub silentio praeteriendum esse statui. Grave quidem igitur & periculosum esse ab omnibus confetur, reverendissimi patres, hoc quod paulo ante diximus: sed majore est cum admiratione dignum existimatum, quod Romanum pontificem citare praesumpseritis, cum dist. 9. quest. 3. scriptum sit: Nemo iudex judicabit primam sedem, justitiam temperare desiderantem: neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo iudex iudicatur; & glossa super verbo, Omni clero, habet ita argumentum: Quod concilium non potest papam iudicare, ut extraxit de electionibus, Significasti: unde si totus mundus sententiaret in aliquo negotio contra papam, videretur quod papa sententia standum esset, ut 24. quest. 1. Haec est fides. Nec obstat argumentum glossae in contrarium: Quod orbis major est Urbe, 39. dist. Legimus, quia illud intelligitur, cum papa dissentiret a tota ecclesia in articulis fidei, 15. dist. Sic sancti: ubi est glossa ad hoc notabilissima super verbo, Praesumpserit, & illa glossa satis sufficienter sovit objectionem quae fieri posset per cap. Illud frequens, editum in sacro concilio Constantiensi: quod certe non ita arctat papam, quin possit ex suprema sua auctoritate super loco & tempore celebrandi concilii dispensare. Quam quidem auctoritatem nimis impta vult praesumptione violare, quisquis ejus potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, & id quod accepit a veteribus non sequendo, ut est textus, 19. dist. Ita dominus. Moraliter etiam hujusmodi legum circumstantias semper in auctoritate & prudentia principis reservatae sunt; unctis enim illis, frequenter non solum dispensationem, sed abrogationem leges passim sunt, Ellici possunt haec ex sententiis Aristotelis in fine 10. ethicorum, alias esset nimis inhumana hujusmodi constitutio. Posset enim locus ad concilium deputatus funditus infra illud decennium everti, in quo nullo unquam tempore praetorum congregatio fieri posset, neque alicui, si soli summo pontifici constitutionis illius dispensatio non tribueretur. Posset etiam constitutio illa ex tempore, nisi in talibus dispensatio locum haberet, effici inutilis & capiosa: quod ab omni lege alienum esse debet, 4. dist. Erit enim lex. Formae enim legis est causa, persona, loca & tempora metiri, dist. 28. Sciendum, & cap. Necesse. Neque propterea cap. Illud frequens, & alia edita in sacro concilio Constantiensi, causa & invalida reputari debent; quoties enim in positivis, etiam sine causa, nedom cum gravi causa infit, ut est doctorum communis sententia, papa dispensat, eaque ipsa penitus

solit, legibus in sua soliditate remanentibus. A illud processu, patres optimi, quam sit ab omni Christiana religione alienam domini nostri Jesu Christi vicarium ad instantiam & pro interesse unius viri, etiam quatuordecimque dignitate predicti, vestro decreto impedi & molestari. Scio quoniam scriptis, reverendissimi patres, & frequentius me videlicet caput illud, Alorum hominum, cujus ego superius mentionem feci; illius tamen recentem memoriam vobis ingratam, loquitur; Alorum hominum casus Deus vult per homines terminari: sed sedis istius praeiudicium suo sine quaestione reservavit arbitrio. Vult B. Petri apostoli successores capto tantam debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagari in violationem habere conscientiam. Nolite estimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus propter ceteris suo reservavit examini. Scitis insuper, patres, quanta cum humanitate Marcellinum episcopum alius Urbis, suo ore etiam de idololatria convictum, concilium rite congregatum colligere in sinu suo causam suam exhortatum est, tamquam non liceret a quoquam primam sedem iudicari, s. distinctione. Nunc autem. Facit ad hoc caput. Sequens, & cap. la tantum. Illud insuper silentio praeterendum esse statui, patres reverendissimi, quam fuerit a vestra sapientia & caritate remouum, post illam loci mutationem, contra libertatem, auctoritatem & potestatem summi Romani pontificis conatos vos esse, imo verius praesumpisse, pluries statuta & edita promulgare: nolitis quam formidabiles esse huiusmodi transgressiones sanctorum patrum decreta declarent. Unde non dubium est, ut est textus s. distinctione, capitulo, Omnes, quod pluries allegavimus: quis quisquis cuiuslibet ecclesiae jus suum detrahit, iniustitiam facit: qui autem Romanam ecclesiam privilegium detrahit, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in haeresim labitur: & cum ille vocetur iniustus, hic est dicendus haereticus: sedem quippe violat, qui adversus illam agit quam mater est fidei: & ille consummax invenitur, qui eam cunctis ecclesiae non praesulisse cognoscitur. Sed si neque poena formido, neque conscientiae vermiculus, reprimere vos potuit, patres optimi, saltem commune quod habent membra cum capite depresso discrimen continere vos debuit: finis enim illius mentionem fecimus, talis est: Rursus: patet sanctorum voce pontificum, dignitatem sedis eius factam esse toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur: de hoc enim per prophetam dictum videtur: Si hoc humiliatur, ad cuius confugietis auxilium? & ubi relinquetis gloriam vestram? Multa ad hac reprimenda longe lateque in toto juris & canonum ambitu conscripta sunt, quae praetercunda esse censuimus, ut celerius ad legationis nostrae fructum ingrediamur. Nemo profecto est, patres optimi, qui de rebus gravibus aequo & moderato animo iudicet, qui non plurimum admittatur huiusmodi progressus vestros, optineturque gravia illis, & graviora quam sint scandala, in ecclesia Dei passuros; quibus, quantum ex alto permittitur, & quanta cum

clementia & caritate potest, sanctissimus dominus noster summus pontifex obviare proponeas, caritates vestras humanissime deprecatur, hortatur, monet, requirit, & obtestatur, per eam qua sedis apostolicae obligamini obedientiam, per integritatem fidei vestrae, per salutem animarum vestrarum, per unionem ecclesiastici corporis Christi sanguine complantati, per ipsam Jesum Christum Deum & dominum nostrum, ut ab huiusmodi progressibus abstinentes ad pacem & unionem, ad reformationem cleri & fidelium, ac internam suam libertatis ecclesiasticae instaurationem, modo potestis meliori cum sanctitate sua conveniatis. Et quoniam concilii desiderium sanctitati suae & vobis commune esse videtur, suam tamen tanto serventis, quanto plus sua interest, utpote qui in eo praesens habet, debet, & vult, decrevit, & deliberavit, & vult ut omnino concilium generale celebretur, in quo sua sanctitas non solum adeste & praesens vult, sed ut membra condignam reformationem humiliter & mansueto animo tolerent, staret ut in primis reformatio a persona sua sanctitatis inchoetur, non solum a tempore quo ad summum apostolatus apicem assumptus est, sed tenere juventutis, protendaturque ad reliqua totius Romanae curiae membra: demum alios mundi principes atque praefatos secundum gradus tangat & pungat, quo totus Christianae professionis populus correptionis fructum salutemque percipiat, statuens sacrum illud concilium ita protegere, ut nullo unquam tempore illud dissolvi patitur, nisi prius (quantum possibile Deus permittent) vepres, haereses & discrimina ab agro dominico procul pellantur, quo Christi populus unus & pacificus factus, atque evangelicae vitae puritate renovatus, ac Christi caritate & devotione accensus, Christi Crucem, atque Christiani populi sanguine madsa facta mucrones, in hostes Crucis, domus & terrae sanctae occupatores, convertere possit. Quam diem si Deus dederit ut oculis propriis sua sanctitas intueatur, nihil in hac vita fructuosius, nihil desideratius, nihil iucundius se se consecuturam spe aret. Hic erit, Deo rem & causam suam promovente & protegente, patres optimi, sacri illius concilii finis, hic terminus. hic fructus. Vult igitur sua sanctitas concilium, vult omne bonum. Duabus igitur tantum in rebus seu circumstantiis a sanctitatis suae decreto dissecare videmini. Altera deputatum per sanctitatem suam locum detestatur, altera interpositi temporis dilationem: utriusque pro pace & consolatione vestra, & ne membra a capite separentur, ex innata humanitate sua sanctitas providere dignatur. Ad primam enim diffusionem tollendam, quemcumque alium in Italia ecclesiam immediate subiectum locum offert: cujus dominio pro tempore celebrandi concilii sese expoliare decrevit, & sub concilii potestate ponere, cum conditione, quod post finem concilii, ecclesiam & sui sanctitati restitatur. Ad secundam, illam temporis dilationem tollere, & sese ad locum per vos eligendum & deputandum modo praedicto personaliter & absque intermedio conferre. Ad quem primo congressu magnam praefatorum multitudinem secum ducet, alios cum celeritate ex omnibus mundi partibus venire

p. q. p. Alorum hominum

Et hic Augustinus... concilium... ad... concilium... quod... concilium... concilium...

U. p. m.

compellet. Ad quem etiam locum plerique A
saundi principes venturos, plerisque saltem
ambasatores & procuratores missuros certo
comedit. Nos etiam iussu sui sanctitatis vo-
bitum illuc, si nunc venire placet, ne quid-
quam temporis interponatur, properare spon-
demus, & vobis, & cuilibet vestrum, om-
nium praeceptorum perpetuis temporibus vali-
duram plenariam remissionem pollicentes, ac
omnimodam libertatem & securitatem. Quod
si forsitan Germaniae reformationem reductio-
nemque Bohemorum commodius in Germa-
nia fieri arbitraremini, sua sanctitas est al-
terius longe sententia, ut praemissum est,
praesertim quia auctoritas praesentis sanctita-
tis suae ad tantarum rerum expeditionem plu-
rimam necessaria videtur, & an ultra Italiam
limites sese, propter notoriam invaliditatem,
conferre possit, qui etiam quinquaginta pas-
suum progressu lassatur, vos ipsi diiudicare:
neque existimare debetis, patres optimi, Bo-
hemos, si eorum intentio pia & recta foret,
ab eorum salute, ab unione fidelium, ab a-
moenissima pace, propter loci distantiam re-
tardari: neque propter ipsorum haereticorum
reductionem, quam tamen credere, conside-
ratis multis, mens refugit, postponenda est
orientalis ecclesiae revocatio, quae tantis pa-
tribus incredibili sapientia & sanctissima re-
fertis abundavit, unde sibi doctrinae fidei glori-
am merito est tributa, cuius inclinationem
nusquam hactenus promptiorem vidimus, ne-
que stricto & iusto Dei iudicio eis magis ne-
cessariam, neque a tam pio & catholico prin-
cipe oblatam: pereunt sane in tarditate redu-
ctionis decedentium Hussitarum animae pereunt
orientalium schismaticorum, & absque dubio
longe plurimum. Modus est igitur, ut absque
intermedio utriusque invitentur, ne cum illis
simul pereamus & nos, & ut, si illi obstina-
tione ad gehennam aedificent, liberemur &
nos. Possunt certe uno eodemque consensu ad
unitatem ecclesiae hi duo populi revocari,
possunt & debent, maxime cum ab altero
invitemur & nos. Tamen si in ea opinione
vestra persistitis, placet suae sanctitati, ne pro-
pterea ab eius unitate recedatis, quod in am-
barum harum rerum expeditionem reverendis-
simus dominus meus legatus intendat. Placet
insuper quod vos eidem adjumento sitis, si
hoc fructuosius, quam sine intermedio ad con-
cilium proficisci, existimatis. Quod si com-
plementum rerum huiusmodi per dominum
legatum & vos fieri non possit, reliquum,
quod ad perfectionem extabit, supplebitur in
concilio generali. Germaniae tamen reformatio
plus antiquorum canonum observatione,
in qua modesta coactio necessaria esse vide-
tur, quam novarum constitutionum editione
indiget. Qua in re per dominum legatum po-
testate & favore circumfultum dari poterit ap-
tissimus modus, praesertim cum clerus huius
patriae hactenus Deo devotissimus extiterit,
& ad obedientiam fere ex natura paratissimus:
facile itaque ad decorem pristinum reducen-
tur. Haec est sanctissimi domini nostri pia in-
tentio, patres hoc desiderium, hoc votum at-
que decretum. Incipiat igitur, reverendis-
simi patres, insitum vobis verbum quantum cum
oportet caritate & humilitate, ne qui vido-
mini pacis, unionis & reformationis amato-
res, novorum schismatum, dissensionum &

deformitatum capita reputemini. Amplissimi
ni amore Jesu Christi caritatem non habent:
ea est de qua apostolus ad Corinthios ait:
Caritas pateriens est, benigna est; caritas non a-
mulatur, non agit perperam, non inflatur, non
est ambitiosa, non querit quae sua sunt, non ir-
ritatur, non cogitat malum, non gaudet super
iniquitate, congaudet autem veritati. Es qui
summo opere appetere videremini, patres opti-
mi, profecto magna & ardua sunt, & fons-
tem praese honesti & boni ferunt, quorum
tamen appetitus humilitatis freno continendus
est: cogitans enim magnam fabricam construc-
re celsitudinis, de fundamento prius cogita
humilitatis, ut Aurelius ille Augustinus ait.
Efficiendum est igitur, prout ille nobis Ar-
pinas (gentilis tamen, sed moralissimus) Ci-
cero in officiis inquit: Ut appetitus rationi
obediant, eam neque praecurrant, neque pro-
pter pigritiam aut ignaviam deserant, sicutque
tranquilli, atque omni animi perturbatione care-
ant: ex quo elucebit omnis constantia, om-
nisque moderatio: nam qui appetitus lon-
gius evagantur, & tamquam exultantes, sive
cupiendo, sive fugiendo, non satis a ratione
retineantur, sine dubio finem & modum tran-
seunt, & relinquunt, atque abiciunt obedi-
entiam, cui subiecti sunt lege naturae. Bene
igitur Augustinus aiebat quod mensura humi-
litas cuique ex mensura ipsius magnitudinis
data est. Bonum est igitur querere dignos jus-
titiae fructus, patres, si tamen humilitatis fre-
na non relaxetis: quod Chrysolomus ille Grae-
cus inquit: Si iustitiae conjunxeris humilita-
tem, quo non ibit? Assistet ipsi tribunali di-
vino in medio angelorum. Pensata igitur re-
rum, quas agitis, magnitudine, patres, com-
mensurate dignitates vestras, & ita omnia
ponderate, ut opera vestra divinae voluntati
conformentur. *Hac est igitur voluntas Dei, ut*
cum apostolo concludamus, ab omni specie
mali abstinere vos. Ipse autem dominus pacis
sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus ve-
strae & anima & corpus sine querela in adventu
domini Jesu Christi servetur. Amen.

D Ego Jacobus Adfericus presbyter Tarenti-
nus, publicus apostolica auctoritate notarius,
& reverendissimi in Christo patris domini
Joannis archiepiscopi Tarentini, &c.

XLVI.

*Oratio luculenta praesidentis, habita in concilio
Basiliensi nomine ecclesiae catholicae ad con-
vertendum Bohemos.*

Jesu Christe. Amen.

L Ocuturus pro publica populi Christiani u-
tilitate, opus mihi esse arbitror ut per-
sonam privatam exuam, & induam publi-
cam; & tam publicam: ut omnes a compre-
hendant, & nemo ab eius jurisdictione exi-
matur. Haec est illa sancta catholica ecclesia,
sponsa Christi, & Christianorum omnium ma-
ter. Haec, inquam, quae nos omnes ad hunc
locum divinae benedictionis vocavit, & ad
nuptiale invitavit convivium, antequam ea
pro quibus convenimus tractare incipiamus.

*Non tamen
Bohemus
pauca
sunt
notata
neque
dumtaxat
in illa
dicata
provo-
cantur
& vi-
dentur
de a-
liquo
suo
parto,
ut in-
ferat.
Nun-
quam.*

*o Fere com-
prehendat.
H.*

pau-

panes nobiscum ex visceribus caritatis loqui decrevit. Itaque jam non me quasi meipsum loquentem audiat, sed tanquam matrem & alienam communem sanctam Dei ecclesiam. Ego dum—at ministerium praebeo, & eadem linguam, qua ut instrumento utatur, & tantum accomodo. Ipse autem est qui concipit, diciturque sententias. Nec vos admiratio teneat, quod hac tam grandis & circumspecta domina, ex hac magna congregatione, in qua plurimi sunt & sancti & literati viri, me solum elegerit indoctum & peccatorem. Habet enim apud Deum nescio quid privilegii officium publicum, quo divina potentia virtutes suas crebro exercere consuevit. Cum itaque praesidens sui temporis huius in hoc sacro concilio, quamquam supra modum indignus, elegit me sponsa Christi, non vite merito, sed auctoritate officii, per quem animi sui conceptum explicaret. Quod si forsan (uti vereor) ex ore meo aliquid ineptum effluerit, non imputetis quae so huic sapientissimae mulieri, qui in nulla re errare consuevit, sed tantum in circumstantiis pollutisque labiis meis; quemadmodum nec imputandum foret magistro in arte musica peritissimo, si instrumentum rubiginosum aut contractum, in quo psallit, raucam & non bene sonoram emitat vocem. Vos autem obsecro, ut interim, me loquentem, tacite in cordibus vestris oretis, quatenus pro honore sanctae matris ecclesiae ac nostrae edificatione Spiritus sanctus igniculo illo, quo labia Isaiae purificavit, saltem per horam purificare dignetur & mea. Deinceps igitur magna cum devotione & reverentia matrem nostram loquentem audiamus omnes, & attente consideremus divina exordii verba quibus nos allocutura est, quae sumpta sunt ex beato apostolo Paulo ad Philippenses: *Si qua consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordiae, implete gaudium meum: ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate.* In primis nolo existimetis ad aliquos tantum ex vobis me verbum facere. Ad universos, prout cuique opus est, meus sermo dirigitur: totam ergo hanc congregationem, non partem, alloquor; omnium enim vestrum aequalis mihi cura est: nam omnes filii mei estis, & in utero meo non sine magno labore concepti. Ego enim sum sponsa ejus, in quo secundum apostolum ad Colossenses, *Non est masculus & femina, Gentilis & Judaeus, circumcisio & praeputium, barbarus & Scytha, servus & liber, sed omnia in omnibus Christus.* Auscultate igitur diligenter omnes qui hic adestis, & in cordibus vestris recondite in Spiritu lenitatis quae dictura sum & pro viribus enitimini implere gaudium meum. Naturali jure & divina lege, filii mei, constringimur credere consiliis meis, & praeceptis meis obtemperare. Natura ipsa filio suadet, cum se a matre genitum esse sciat, & ab ea super omnes se amari cognoscat, ut eam similiter diligit, honoret & consoletur, & ejus omnibus acquiescat consiliis. Ita Tobias senior moriens admonerat filium suum: *Honorem exhibebis matri tuae omnibus diebus vitae tuae: memor enim esse debes quae & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Lex etiam digito Dei

scripta, inter praecepta quae ad humanam societatem pertinent, hoc primum jubet ut parentes a filiis honorentur, propter quod apostolus instruit Colossenses: *Filii, obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est domino.* Quantum meriti filius honorando matrem, quantumve supplicii eam contemnendo expectet, scriptura divina insinuat, dicens: *Sicut qui thesaurizat, ita & qui honorat matrem: & rursus: Fili mi, ne dimittas legem matris tuae, ut adhaeratur gratis capiti tuo: Contra: Maledictus a Deo qui exasperat matrem.* Accedit praeterea quod consiliis meis sine ulla hesitatione parere debetis, quia non sum sicut una de stultis mulieribus hujus saeculi, sed in omni virtute & sapientia ab omnipotente Deo plenissime imbuta: propter quod certi esse debetis, praecepta mea, tamquam ex sapientia fonte manantia, non posse esse nisi salubria: nec illud omittendum est, quod quidquid vobis consulero ac jussero, facillimum est, & supra modum delectabile. Quae cura mihi sit de salute vestra, hinc facile perspicere potestis, quod gaudium meum impleri non potest, nisi & vobis bene sit. Gaudium meum ex vestra pendet utilitate: non possunt esse laeta, nisi & vos laetos atque unanimes intuear. Carpuntur viscera mea, si quem de filiis meis vel modicum laedi videro. Crucior tota, si quid accidat eis infortunii. Madescent tunc praesertim genae meae lacrymis, cum inter filios meos dissidii aliquid ortum sentio. Et licet aliqui interdum matres repertae sint, quae dimissa filios ad novos maritos seu procos se transfulerunt, & voluntatibus propriis satisfacere cupientes, filiorum suorum oblitae sunt; ego autem de numero illarum computari debeo, prout experientia manifestat, de quibus Isaiae scribit: *Numquid obliviscit mater infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui?* Quamquam etiam quidam sint patres aut domini, qui filiorum culpae misericordiae non moventur, dicentes: Satis mihi est quod bene ago, & mihi bene sit: de cetero neque iniquitas mea, neque delictum meum. Ego autem non sic: licet enim nihil mihi conscia sim, hoc me non consolatur, nisi & idem filii meis adesse videam. Nec mihi satis est semel admonuisse, nisi iterum atque iterum & sine intermissione usque in finem sedulo eos commonefaciam. Dilectissimi mei, ita vos omnes affectu quodam inexplicabili diligo, ut nulla tam gravia esse possint discrimina, quibus libens pro salute vestra me ultro non objicerem. Quot martyria, tormenta, persecutiones a saevis imperatoribus & tyrannis in primitiva adolescentiae meae aetate pertulerim pro salute eorum qui tunc erant filiorum, & qui postea successerunt & successuri sunt, quis unquam posset enarrare? Inundaverunt plateae civitatum sanguine membrorum meorum, ut fides catholica in filiis meis illibata persisteret. Ita quidem vos omnes in praecordiis meis infixi estis, ut non nisi de vestris commodis cogitare queam, pro quibus non solum alligari, sed & mori in membris meis pro unoquoque vestrum omni tempore parata sum. Sequor in hoc vestigia sponsae mei, qui ita me & corpus meum dilexit, ut pro ea animam suam ponere non dubitaverit. Vidi ipsum saepe numero lacrymantem ac dolentem pro membris meis. Audi-

Phil. 2.

Colos. 3.

Tob. 4.

Mat. 23.

Colos. 3.

Prov. 1.

Mat. 23.

Prov. 12. 10.

Isa. 49.

Lev. 25.

Philip. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

divi ipsum laser maximos cruciatus clamantem: *Pater ignosce illi*; licet undique dilectus manaret sanguine, & atrocissimis tormentis undique ageretur, nihil tamen aliud quam salutem filiorum meorum sciebat. Sic & me sponsam ac discipulam suam facere docet, & memoriam continuam vestri habere, ac die noctuque gemitibus inenarrabilibus clamare & interpellare ad Deum pro vobis, ut nemo pereat ex his quos tradidit mihi. Propterea sic anxia ac sollicita postulo ut impleatis gaudium meum. Quanto mentis affectu, quantaque anxietate & vehementia deprecationem hanc meam ad vos porrigam, ex verbis apostolicis modo propositis animadvertite; *Si quis consolatio est in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas Spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum.* Quid est dicere, *si qua consolatio est in Christo*, nisi quia maxima est? quam si habere vultis, opus est ut impleatis desiderium meum. Immoremur, si placet, paululum in hoc Christi nomine; non enim docet memoriam sponsi mei sic perfunditioris transire. *Ejus quippe amore langueo, & liquefacta est anima, ut primum nomen dilecti mei infunderet auribus meis.* Quid (quæso) majus dici potest quam consolatio in Christo, qui est *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra?* Fallitur qui putat aliis in rebus consolationem posse reperire. Ad ipsum dumtaxat pro consolatione accedere oportet, quoniam *per Christum*, ut inquit apostolus, *obveniat consolatio nostra.* Ipse solus est qui dicit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos; & invenietis requiem animabus vestris;* & rursus: *Qui sitit, veniat ad me, & bibat.* Possidete quod vultis, aurum, argentum, regna, civitates, scientiam, & eloquentiam, & quidquid sub caelo est, siue Christus molestiam potius quam consolationem experiemini. Solus Christus est consolatio, pax, quies & tranquillitas: quod & ipse, transfurus ex hoc mundo, discipulis suis predixit: *In mundo pressuram habebitis, in me autem pacem.* Si igitur filii mei, consolationem in Christo obtinere speratis, necesse est ut impleatis gaudium. Non enim aliter dominus meus vos consolabitur, nisi & vos unicam sponsam suam consolemini, quam ut animam suam & pupillam oculi sui diligit. Sequitur: *Si quod solatium caritatis*, hoc est, si caritatem habere vultis, & ex caritate solatium, implete desiderium meum. Caritas dilectio est, ubi dilectio, ibi delectatio; ubi delectatio, ibi solatium & gaudium, ubi caritas est, ibi Deus est, quia *Deus caritas est.* Contra ubi caritas non est, ibi nec Deus, nec quidem boni aliquid esse potest. Si igitur caritatem, & Deum, & omne bonum cum Deo desideratis, votis meis satisfacere vos oportet. Si præceptum primum causâ caritatis est, ut diligatis Deum, diligendo me, diligitis profecto Deum, quia Christus Deus & ego una mystica persona sumus, cujus ipse est caput; duo enim sumus in carne una: & hoc est illud magnum sacramentum de quo inquit apostolus, *In Christo & ecclesia.* Si recte ex caritate diligendus est proximus, quis vobis proximior est quam ego mater vestra, & talis mater, quæ non semel, ut alie matres sed & præter sacri baptismi generationem,

continuo in verbo predicationis & exhortationis vos pario? Ita in persona mea inquit apostolus: *Filii mei, quos iterum paravero, donec formetur in vobis Christus.* Iterum & tertio: *Si quis societas Spiritus sancti, implete gaudium meum.* Quid hoc significat, nisi quod si vultis habere unionem quam fecit Spiritus sanctus in omnibus fidelibus, si vultis esse participes Spiritus sancti, & ejus societatem habere; si vultis ut Spiritus sanctus habitet in vobis, iustificata matrem vestram ecclesiam. O vehemens admirationis genus, quam ignotus est hic sermo & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad compagem animæ, spiritus, ac medullarum! Sed non tam prope Spiritus sancti memoriam percurramus. Nam ineffabile quoddam in ore meo, dum ipsum recensito, ratio suspiratis nectat. Et quia multa hic Spiritus paracletus mihi beneficia contulit, multum equidem, ne ingrata sim, diligere ipsum debeo: sum enim custodia dimissa sum, ne videar orphana. Ipse me protegit, ne portæ inferi prævaleant adversus me, fovet, dirigit, & gubernat. Ipse primum induit me adolefcentulam virtutem ex alto, & in me refedit per linguam, ut caritate arderem & in lingua, ut linguis omnium loquens omnes docere possem. Ipse adstat semper auribus meis, & quidquid dixerit Christus, ipse suggerit mihi docetque mihi omnem veritatem Spiritus ipse veritatis, nec me unquam errare passus est, neque, ut spero, usque ad consummationem sæculi patietur. Hic mihi abunde largitus est septem ejus sacratissima munera, Spiritum videlicet sapientiam & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiam, pietatis & timoris: dona ipsius Spiritus sancti habeo, ut per sapientiam sim matura, per intellectum provida, per consilium cauta, per fortitudinem animosa, per scientiam discreta, per pietatem misericors, per timorem humilis. Multa nimis de Spiritu sancto dicenda forent: sed quis ad lucem quam inhabitat inaccessibilem accederet poterit? Nunc autem duo hæc de doctore meo referre satis sit, unusquisque Christianus cognoscat quantum amare & revereri ipsum debeat, Spiritus paracletus hic est, de quo conceptus & incarnatus est Redemptor generis humani Jesus Christus Deus meus & Deus vester, dominus meus & dominus vester. Ipse etiam est, de quo, inquit apostolus, *nemo potest dicere, Christus Jesus, nisi in Spiritu sancto.* Si igitur hujus Spiritus sancti, qui tam mirabilem est patrorum operum, societatem habere vultis, implete gaudium meum. Tandem & quarto vos oblectro per viscera miserationis, si qua in vobis sunt, ut impleatis gaudium meum. Omnis summa Christianam disciplinam in pietate & misericordia consistit. Quantum misericordiam & pietatis opus Deo sit cordi, hinc constat, quod in extremo mundi iudicio de misericordia solum ratio exigatur. *Pietas seu misericordia ad omnia est utilis, promissionem habens vitæ quæ nunc est & futura, secundum apostolum:* hic enim divitias & gloriam, in futuro vitam eternam consequitur. De hac dictum esse videtur quod scribitur in libro Sapientiam: *In dextera ejus anni vitæ, in sinistra ejus divitiæ & honor.* Si ergo promissionem hujus vitæ & eternæ optatis, misereamini matris vestræ, quæ tamdiu de filiorum suorum diffidio vehementer affli-

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Cor. 2.

1. Tim. 4.

1. Tim. 4.

497
 affligitur, per viscera misericordiam Dei nostri
 vos oro, ut in vestra me unicus consolamini.
 Non violentam aliquid a vobis exigo, sed
 ipsam naturalem affectionem, qui ad misericor-
 diam vos merito inclinare debet, tum ad om-
 nes homines, tum praesertim ad matrem ve-
 stram & membra vestra. Inquit apostolus: *Is*
idipsum sollicitus fuit membris; & si quid paritur
unum membrum, compatitur & cetera. Cum
 sitis membra corporis mei, naturali pietas
 tam matris vestrae, quam ceterorum membro-
 rum ex vestro dissidio se affligentium, miseri
 ac compati debetis. Si ut primum Joseph vi-
 dit Benjamin fratrem suum parvulum in Egyp-
 tum deductum, commota sunt viscera ejus,
 nec se cohibere poterat, quia lacrymae ex o-
 culis erumpere, quanto magis viscera ve-
 stra commoveri debent ad pietatem, & oculi
 erumpere ad lacrymas, visa matre vestra &
 genitrice tot fratrum vestrorum diuturno me-
 more tabefacta? Sic igitur, filii mei, conte-
 stor & adjuro vos per consolationem Chri-
 sti, per solatium caritatis, per societatem Spi-
 ritus sancti, per viscera miserationis, ut gau-
 dium, quod de vobis concepti, hoc in lo-
 co complectatur. Intelligitis, puto, cum dix-
 erim. Implete gaudium meum; hoc signifi-
 cat aliquid gaudii conceptum esse, aliquid au-
 tem restare ut impleatur. Conceptum est gau-
 dium in corde meo, cum tempus hujus sa-
 cri concilii celebrandi adventit, per quod spes
 mihi non parva erat, ut filii mei undique
 colligendi infirmitatibus corporis mei, qui
 prohi dolor, gravissimas sunt, opportune pro-
 viderent, & fidem orthodoxam, quam ipsa
 profiteor, viriliter ab impugnantibus tuere-
 tur, pacemque ubique exultantem intra fines
 meos reducerent, ac virtutes multis in locis
 ac personis fere extinctas resuscitarent, quem-
 admodum haec omnia in aliis sacris generali-
 bus conciliis per Spiritus sancti gratiam sa-
 penumero facta sunt, hujusmodi autem gau-
 dium tunc actum est, cum per piissimas hu-
 jus sacri concilii literas Bohemii populus ad
 hanc sanctam synodum magna cum caritate
 convocatus est, & ei libera audientia obla-
 ta. Sed tunc praesertim exultavit animus meus,
 cum convenientibus hujus sacri concilii &
 Bohemorum ambaxiatoribus in oppido Egrae,
 unanimiter concluso est, ut vos Bohemi ad
 hunc locum proficisceremini: quod, Deo dis-
 ponente, jam oculis meis factum video.
 Nunc autem spes futuri gaudii magis ac ma-
 gis appropinquat, quando filios meos ante
 haec tempora invidia diaboli inter se divisos,
 nec se respicere audentes, nunc insimul mo-
 deste confedere, pacifice loqui, & mansuete
 invicem conversari aspicio. Et quo magis cor-
 pora conjunguntur, eo major spes est conci-
 liandorum animorum. Multum quidem efflu-
 xit temporis, quo lautorem diem quam istum
 experta non sum, quandoquidem verisimilia
 futura unionis fundamenta ex tam felici ini-
 tio inter filios meos facta esse videntur. Agite
 igitur, filii mei, implete gaudium meum date
 operam ut quod tam laudabiliter inchoastis
 optato sine terminis. Gaudium conceptum est,
 restat ut consummetur. In manu vestra est con-
 summare illud & consolari matrem vestram,
 neque omnem exhibere populum Christianum,
 qui magno cum desiderio finem conventionis
 vestrae praesolatur. Facite, obsecro, ne frustra
 Concil. General. Tom. XXIX.

A huc venisse videamini. Sic agite, ut tot la-
 bores jam ultra annum incassum non dispe-
 reant, & gentes tam grandi de vobis spe con-
 cepta non frustrantur. Quis tam duri cordis
 filios est, qui tam vehementer obsecratus au-
 dat contraire matris precibus? Quis tara
 inhumanus atque impius reperiri potest, qui
 sic efficaciter a matre adjuratos mox non ac-
 quiescat, & cum Salomone dicat: *Pete mater*
mea, neque enim fas est ut avem faciem tuam.
 Sub hac igitur spe, filii mei, explicabo vo-
 bis desiderium meum, & confidenter aperiam
 quod illud sit gaudium, quod tantopere per
 vos impleri efflagito. Sed hoc, filii mei, sci-
 tote, nihil difficile aut laboriosum me petite-
 ram. Dulcissimum erit & utilissimum, & quo
 magis contrectabitur, eo dulcius atque utilius
 fiet. Hoc est, inquam, gaudium, quod im-
 pleri postulo: Primum, ut idem sapiatis om-
 nes: deinde, ut eandem caritatem habeatis.
 Quid de hac duplici petitiuncula vobis vide-
 tur, filii? Numquid praecipio vobis ut trans-
 fretis maria, per orbem peregrinemini, cum
 hostibus pugnetis? Non jubeo ut contemnatis
 divitias, ut corpora vestra maceratis jejuniis,
 ut martyria & tormenta subeatis. Nihil hor-
 rum, ut audistis: quamquam etsi ista praeci-
 perem, contemnenda non essent. Nam & fra-
 tres vestri, qui vos praecesserunt, jussu meo
 haec & majora forti animo saepenumero fa-
 citarunt. Sed hoc dumtaxat hortor, hoc mo-
 neo, ut idipsum credatis, & alter alterum
 diligit. Credere facillimum est, amare dulcis-
 simum, utrumque vero utilissimum. His duo-
 bus praecipis conficiendis re nulla extrinse-
 cus opus est. Credite, & amate invicem in
 cordibus vestris, & satisfacitis desiderio meo.
 In momento, in istu oculi hoc agere pote-
 stis. Velitis, & factum est. Primum est igitur
 ut idem sapiatis. Quid est, idem sapiatis,
 nisi ut non diversa alter ab altero de fi-
 de domini nostri Jesu Christi sentiat? A fi-
 de incepti, quoniam fides Christiana religio-
 nis & omnis salutis janua est. Haec est fun-
 damentum & radix omnis aedificationis qua
 crescit in domo mea. *Aliud autem fundamen-*
tum, secundum apostolum, nemo potest pone-
re, quam quod positum est, quod est Christus
Jesus: Hoc autem fidei fundamentum quam
 firmiter sustentet aedificium quod superim-
 nitur, quantaque illud virtute ac gratia com-
 munit, & haec radix quam saluberrimos su-
 vissimosque ex se producat fructus, quo alio
 probationis genere uti opus est, nisi hoc so-
 lo testimonio, quod Christus Jesus, per quem
 facta sunt omnia, hujus aedificii basis ac fun-
 damentum fieri dignatus est? Huic ergo tam
 stabili fundamento si quis corde puro & con-
 scientia non solum inhaerit, primum ab im-
 munditiis, si quas habet, purificabitur, ut in
 Actibus apostolorum scriptum est: *Fide puri-*
ficans corda eorum, purificatus vero mox in
domino justificabitur, ut inquit apostolus: Ar-
bitramur hominem justificari per fidem. Sic au-
 tem anima per fidem purificata ac justifica-
 ta merebitur desponsari a domino ut ipse per
 Oseam inquit: *Desponsabo te mihi in fide: Ose 2.*
 Quicumque vero sic desponsatus fuerit, fortis
 fiet, ut illi magno adversario nostro leoni ru-
 gienti posse resistere: cui (inquit Petrus) *re-*
sistite fortes in fide. Huic qui resistere poterit,
 ejusdem fidei virtute facillime vincet &
 I i sape-

Con. 12.

Par. 45.

Reg. 3.

1. Cov. 2.

11. 15.

Ar. Rom. 3.

Ose 2.

1. Pet. 5.

superabit mundum. *Hac est victoria*, inquit A Joannes, *qua vincit mundum, fides nostra*. Mundo autem devicto, benedictionem accipiet per eandem fidem a domino: quia *qui ex fide sunt*, secundum apostolum, *benedicentur a Domino cum filiis Abraham*. Sed & hæc amplius, quia Christus in corde fidelis animæ habitaculum faciet. *Habitare*, inquit apostolus, *Christum per fidem in cordibus vestris*: nec solum habitabit, quinimo per fidem in filium adoptivum assumet. *Omnes enim*, inquit apostolus, *filius Dei estis per fidem*, postquam autem fidei merito tantum muneris a domino consecuti fueritis, ut ejus filii efficiamini, confidenter, a Patre nostro omnia postulare poteritis, & respondebit vobis sicut olim centurioni: *Fiat tibi sicut credidisti*: & quemadmodum Chananaea: *Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*. Tam preciosa est hujus fidei radix & semen ejus, quod si modicum quid ex ea habueritis, (quid autem minus dici potest quam granum sinapis?) *dicetis huic monti: Transfer te & transfert se*. Quamquam autem non semper eo modo, quo verba petentis sonant, quis exaudiat, obtinetur tamen per fidem id quod magis petenti prodest, ad vitam præsertim æternam, in qua omne desiderium includitur: cujus vitæ æternæ per fidem hic promissionem consequimur. Inquit Tobias: *Filii sanctorum sumus & vitam expetamus quam Deus daturus est his qui nunquam mutant fidem*. Quid plura? Sine hac ambulare non potestis, quia *per fidem ambulamus*, inquit apostolus. Sine hac nec etiam vivere, quia *justus ex fide vivit*. Sine hac, ut idem attestatur apostolus, *impossibile est placere Deo*. Sine hac quilibet in abyssum errorum mergitur, sicut in profundum maris mergi incipiebat Petrus, cui dictum est a domino: *Modica fidei cur dubitasti?* Videat igitur unusquisque, quantum stabilitatis ac firmamenti ex hoc fundamento, quam preciosos fructus ex hac radice, quantæque cælestia bona ex hac fidei professione assequi possit. Quid ergo illa preciosus? Recte inquit Petrus: *Probatio fidei preciosior est auro quod per ignem probatur*. Sed ad veram adipiscendam fidem, filioli mei, primum nosse oportet sub qua domo hujusmodi (quod ante dixi) fundamentum jactum sit, & quemadmodum ad eam perveniatur. Super hoc fundamento domus mea a Domino ædificata est, ipso dicente: *Super hanc petram, videlicet fidei, ædificabo ecclesiam meam*. Videte quis est hic ædificator & architector, Is cujus manus facti sunt cæli & terra, & cujus ordinatione perseverant dies, & omnia serviunt sibi. Hic noster fabricator tam solide huic fundamento domum meam superimposuit, ut quamquam potestas fatans tanta sit, ut, secundum Job, nulla sit ei similis in terris, quam ipsa Veritas principem hujus mundi appellat, tamen adversus hanc meam domum privilegio Christi nihil prævalere possit. Scrutamini scripturas, & nullam domum sic fundatam, nec tale ei munus indultum invenietis. Hanc domum perflare venti possunt, concutere non possunt, fulguraque ac turbines aeri illam tangere, sed non evertere, quia hæc est domus domini firmiter ædificata, bene fundata super firmam petram: non super arenam, aut trabes putridas, seu saxa mortua, fundata est hæc sacrosancta mea domus, sed super lapides preciosos jaspidis & sapphiri & aliorum decem, quos in apocalypsi nominatim Joannes enumerat: sed quod omnibus preciosis lapidibus preciosius est, super petram Christi vivam. Nec etiam mortali manu hominum facta est, sed nova descendit de celo a Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo. Nemini, ut hanc domum demoliat, ingredi fas est, quam 12. angeli (ut in eadem apocalypsi scribitur) in portis custodiunt. Sed qualem intus putatis hanc esse domum? an caliginosam, an forte ad depellendum tenebras lumen ibi esse ex oleo aut cera compositum: aut, quod plus est, Solem aut Lunam in illa lucere? Majus aliquid habet, & longe majus. Sed quod illud esse potest Sole & Luna majus lumen? Audite Joannem in apocalypsi dicentem: *Et civitas* (quam paulo superius novam descendentem de celo, & uxorem agni dixerat) *non eget Sole neque Luna, ut luceant in ea*. Nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus est agnus, & ambulabunt gentes in lumine ejus. Et ut supremum omnium testimonium adducamus, Christus, qui mentiri non potest, pollicitus est manere cum ea usque ad consummationem sæculi. Si qui in hac domo in nomine Jesu Christi congregantur, ibi ipse est in medio eorum, & Spiritus sanctus lumine claritatis totam replet, ubi filii mei manent in unitate sedentes. Sed & hoc memorie perpetuo fixum tenete, quod Apostolus ad Timotheum scribit: *Hac tibi scribo, fili mi Timothee, sperans me ad te venire cito*. Si autem tardavero, ut scias quomodo oportet te in domo Dei conversari, qua est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Intret igitur omnis homo securus tam lucidam & tam firmiter constructam domum, que nec obtinere potest, talem ac tantam Dei Patris & agni & Spiritus paraclæti fulgorem habens, nec corruere, talibus superinnixa basibus. Et qui ingreditur, maneat, & nunquam exeat; & qui exivit, redire non differat, redeuntem autem neminem ejicio. Extra hanc domum omnia sunt caligo & tenebræ. Extra istam nec est nec esse potest vera fides nec salus hominibus. Et velut qui in arca Noe reperti non sunt diluvium aquarum absorbit, ita & qui in hac sacra æde non permanserint, caligine errorum obrui & tandem perire necesse est. Sed nec ad hanc domum iter cuiquam parere potest, nisi illud ipsa docuero: quam nisi a me doctrinam fidei accipiatis, nec fidem rectam nec ecclesiæ unitatem habere poteritis. *Fides*, ut scitis, *ex auditu est*. Quomodo audietis sine prædicante? Sed prædicari quid potest in quo sit salus, nisi evangelium Christi? Quod autem verum foret Christi evangelium quomodo scire possentis, nisi illud vobis patefecissem? Audistis nonnullos etiam ex apostolis scripsisse evangelia: sed quoniam quatuor dumtaxat approbavi, illa ut evangelia venerantur, alia respuuntur. Neque etiam, posteaquam ad hanc domum iter vobis ostensum fuerit, ingredi poteritis, nisi ego, cui claves hujus domus a domino traditæ sunt, meis manibus adaperiam, vosque introducam. Sine his clavibus ad secretos thesauros cælestis regis sponsi mei in domo mea reclusos nemini licet introire. Et si alienis clavibus intrare contenderit, poterit videri intrare, sed non recte intrare. Restet igitur, & jam liqui-

liquido intollerentis, quod pervenire ad fidem & perseverare in ea, nisi per me & mecum non potestis. Quamobrem sine mora, relicto omnibus, me unusquisque sequatur, & mecum habitet, & veritas fidei habitet cum eo. Liber, in quo fides catholica descripta est, non incongrue illo libro comparari posset signato septem signaculis, quem, ut apocalypsis Joannis testatur, nemo neque in celo, neque in terra, neque sub terra, solvere potest, nisi solus agnus qui occisus est. Ita quidem & hunc librum fidei ac doctrinam ejus, nulli creature neque in celo, neque in terra, neque sub terra aliter intelligere fas est, quam ego catholica ecclesia intelligo. ipsius veri agni vera sponsa, cui ipse sponsus, ut ex evangelio Joannis saepe lege audistis, omnia quae audivit a Patre nota fecit. Neque enim angelis, aut hominibus, quantumcumque prae-dictis potestate, contra meam doctrinam quidquam credendum foret. Ita ad Galatas scribit apostolus, per cujus os loquebatur Christus: *Licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis praterquam quod evangelizavimus, anathema sit.* Hoc nihil aliud significare videtur, nisi quod angelos de celo contra veritatem evangelii quidquam dicere impossibile est, me vero adhuc impossibilius. De hominibus autem quis gloriari potest, ut sibi contra ecclesiae auctoritatem credatur, cum apostolus seipsum velit esse anathema, si aliud evangelizet, quam quod prius secundum ecclesiae doctrinam evangelizaverat. His autem, qui sub terra sunt, nihil quoquomodo fore credendum quis dubitet, cum satanas & angeli ejus in veritate non steterint, sed mendaces sint, & mendacii patres? Si Arius, Manichaeus, Nestorius, Faustus, Donatus, & cetera hujusmodi monstra, meis tantum clavibus, & non propriis & adulterinis, hunc fidei librum aperire voluissent, nunc in inferno cum patre mendacii non cruciarentur. Si hi pertinaces & obstinati homines meis parvisse praeceptis, multarum gentium catervas ad locum sulfuris & ignis perpetui secum non praecipitassent. Initium salutis hominis est nolle propriae ininitiae prudentiae: sed seipsum ad suscipiendam majorum suorum disciplinam accommodare, illorum scilicet, quos diutina approbatio authenticos fecit, quorumque doctrinae, sanctitas vitae, ac manifesta miracula, certum perhibent veritatis testimonium. Quis nos sanctos patres & doctores per multa saecula a me ubique approbatos, quorum tanta fuit integritas & veritatis zelus, ut prius mortem & omnia supplicia pati voluissent, quam levissimum proferre mendacium, potius quam seipsum, rudis forte ingenii seu non exercitati, merito sequi debeat? Quis interpretationi excellentissimorum pene innumerabilium doctorum, ex omnibus mundi partibus in eadem convenientium sententia, qui ita in sacris scripturis studiosi fuerunt, ut omni vitae tempus in his exposuerint, non potius acquiescat, quam duobus aut tribus, seu paucissimis hominibus, noviter scripturas legentibus, nullo fretis doctore, nisi proprio ingenio? Quis non advertat quam sit ecclesiae Dei perniciosus hic morbus nullo pacto ferendus? Si enim cuique fas est suo sensu exponere & interpretari scripturas, nihil certi erit: omnia confusa & ininvicem adversa fiunt; novum redibit chaos; erunt

Concil. General. Tom. XXIX.

tot sententiae quot capita. Quis ille erit ita hebes, cui non suppetat audacia novam fabricare interpretationem? Melius ergo leges humanas conditas esse fateri oportebit. Ipsae postquam vel a principe vel communitate latae sunt, nemini fas est contraire, quod si forte aliquid ambiguitatis contineant, privatis non licet interpretari personis, sed ad legilatorem, seu illum qui judicando praestit, habetur recursus. Si forsitan vestrum aliquis ratione non movetur, exemplo populi Dei moveatur. Scriptum est in Nehemia, quod congregati sunt principes familiarum, universi populi, sacerdotes & Levitae ad Esdrum scribam, ut interpretaretur verba legis. Et quia vitio naturae corruptae homines frequenter errant, frequenterque inter se discrepant, necessario dominus noster Jesus Christus fidelibus suis providit, me sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam in terris relinquens, atque assentia sua ac Spiritus sancti usque ad consummationem saeculi & in aeternum corroborans, ut in his quae ad salutem pertinent errare non possem, & ad me omnes tamquam ad infallibilem regulam aspicerent. Si una sancta catholica & apostolica ecclesia toto orbe terrarum semper vocata & credita sum, nemo ab unitate mea se scindat: nemo quod sanctum est erroneum putet: nullus iudicium proprium aut paucorum universali determinationi anteponat. Catholicum enim Graecum est, quod Latine universale interpretatur. Si apostolica vocor, ut certe sum, credat unusquisque indubius, quod sicut apostoli Spiritu sancto inspirati locuti sunt, ita loquor & ego. Neque enim solum pro tempore apostolorum Christus per se & per Spiritum sanctum assistere promissit, sed, quod saepe pro vestro profecto repetendum est, usque ad consummationem saeculi, & in aeternum: nec pro illis tantum oravit dominus, sed dixit in evangelio: *Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et ego pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me; ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipsi nobis unum sint, & mundus credat quod tu me misisti. Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus.* Hinc aperte cognosci potest, quod sicut Pater & Filius in unitate & veritate non discordant, sed unum sunt: ita omnis ecclesia & apostolorum, & eorum qui per eos credituri sunt usque in finem, unius est caritatis & unitatis. Hinc est quod in apocalypsi dicitur, murum civitatis descendens de caelo, quae est ecclesia, habere fundamenta duodecim apostolorum & agni, & apostolus inquit: *Jam non estis hospites & advena, sed Epistolae civis sanctorum, & domestici Dei, superedificati super fundamentum apostolorum & prophetarum.* Quis jam non videat quam turpiter seipsum confundit, tot habens divinum veritatis testimonia, qui de mea doctrina ac fide aliquatenus dubitaverit? Stultum profus se comprobatur, ut inquit proverbium Salomon, *qui despicit matrem.* Jam igitur qui me audit, Christum se audire credit: & qui me spernit,

li 2 Chri-

Christum spernere non dubitet, ut ipse attestatur. Sacrilegus est, ac nomine Christiano indignus. Christum enim mendacem facit, qui in mea doctrina aliquid suspicatur falsitatis. Cave te ergo, filii mei, ne unquam in hanc incidatis tentationem, ut scripturas proprio sensu non aliter intelligere velitis quam ego intelligam. Nolite usurpare privilegium hoc quod mihi soli concessit dominus. Vos, cum errare possitis, iudicium vestrum humiliter more patrum vestrorum semper mihi submitte, quam experientia recte constat errare non posse, me dispensatricem mysteriorum suorum reliquit dominus, constituitque super omnem familiam suam, ut det in tempore tritici mensuram. Multa in scripturis sacris esse scietur quae expositione indigent: quae si cortice tenus intelligantur, facile in errorum legentis pertrahent. Si quid in eis legere vos contingat, quod non tam plane, ut velletis, intelligitis, agite in hoc discipulorum Christi, qui parabolam a domino dictam, non intelligentes, ipsum domini interrogant: *Domine adfere nobis parabolas quae nos docent.* Discipuli parabolam domini non tentarent proprio sensu intelligere, neque ad scribas & phariseos, ut eis exponerent, sed ad magistrum veritatis profecti sunt. Vos ergo ad alium nolite accedere, pergite ad me discipulam Christi matrem & magistram vestram, aperiatis vobis & haec clarius manifestabo sensus & arcanam scripturarum: & incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabor vobis in omnibus scripturis quae de Christo sunt. Venite filii, audite me, & instruem vos in via hac qua gradiamini. Nullus per me unquam deceptus est, neque in aeternam damnatus. An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus? Ipse caput meum, & Spiritus sanctus doctor meus, quomodo me quemquam fallere permittent? Vultis, filii mei, viam vobis ostendam infallibilem, qua si recto calle incedatis, nunquam errare poteritis? Respicite semper ad me, considerate vestigia mea, & pedentem me sequimini, non declinantes neque ad dexteram neque ad sinistram. Et si forsitan strictum callem aut durum iter, seu asperum monticulum, offenderitis, clamate ad me, & porrigam vobis dexteram, & sustentans vos, convertam spera in vias planas, vosque illesos & sine labore ad montem qui Christus est perducam. Recurrite ad me audacter ac confidenter, & nunquam vobis in necessitate deero. Non sum superba, nec fastidiosa mater, benigna sum & pia sum, & caritate ardeo: omnes sive venientes sive redeuntes ad me hilares in gremio suscipio; omnes doceo, instruo & conforto: & vena aquarum viventium de ventre meo sicut in sudentium ora. Memorabile hoc perenne superponite, filii mei, in frontibus, alligate in digitis, & super limina domorum affigite. Creditis videlicet quod ego credo, profitemini quod ipse profiteor: & tunc nulla caligo erroris, nullaque tenebra falsitatis vobis appropinquare poterunt. O sanctum documentum, o felicem semitam, o omni tempore imitanda vestigia! Quid certius ac securius viatoribus hujus saeculi relinquere poterat, quam quod talis via exhiberetur, qua incedentes deficere nullatenus possent? Nolite abduci carnis ac peregrinis doctrinis, nec sequimini magistros prurientes auribus: nec propinatam, suspectam habetote-

mensuram enim est, virus habens epidemice infansibile: incorruptionum & expostionum novitates crevit, sumus insolentes singularibus sententias fugire, doctores, qui in mea schola probati non sunt, tamquam serpentes declinat. Nam, ut inquit apostolus, *si autem nullus pedagogorum habentis in Christo, sed nos multos patres, non in Jesu Christo per evangelium ego vos genui. Ipsi ergo mei imitatores, sicut & ego Christi.* Nec filii mei, oportet omnium quae a me audieritis pollicere ex humano ingenio rationem. Fides enim non habet meritum, cui humana ratio probat experimentum. A Christo fides est, quam per me vobis infuso. Certiores de fide & doctrina mea estote, quam si quid proprio conspectu oculis. Humani enim oculi, non licet propinquam videntes, nonnunquam falluntur, putantes aliud esse quam sit. Deus autem non falli a quoquam, nec fallere quemquam potest. Doctrina autem mea non est mea, sed ejus qui desponsavit me. Sustinete igitur paululum, si forte omnia capere non poteritis, ut quoquo ad locum, ubi ego in calis triumpho, vos perduxerim: ubi sine ullo velamine rationem, quam modo fide creditis, oculis invenibimini, manibusque palpabitis: nunc videtis per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Exposui vobis, filii mei, quid sit idem sapere. Caetera quae sequuntur ad caritatem pertinent: & quoniam fides sola ad salutem non sufficit, nisi vestita sit & comitata caritate; nam, ut inquit apostolus: *Esti habere omnem fidem, ita ut montes transferas, caritatem autem non habeam, nihil sum: ideo post fidem preceptum caritatis iraditum est.* Non expectetis ut ego omnes laudes caritatis hoc uno sermone complectar: ipsi quidem tam magna est, ut si linguis hominum loquar & angelorum, vix mediocriter eam explicare possem, utique cum tanta dignitate sit, ut inter virtutes ipsa sola Deus appellatur. *Deus enim caritas est.* Tanta etiam est auctoritatis, ut (cum gaudio reserum, more humano loquens) de omnipotentis Deo triumphare visa sit, dum eum de caelo solo amore traxit ad terram, & in cruce pro salute nostra affixit, & usque ad ima terra pro redemptione filiorum Israel migrare coegit. Quid digne de hac virtute dici unquam poterit, quae in caelo & in terra dominetur & regnat, & cum vult usque ad abyssum penetrat? Haec est illa excellentior via quam demonstrat apostolus. Nam & prophetare, demonia ejicere, virtutes ac miracula facere, sine caritate nominem gratum Deo efficiunt: talia enim facientibus tandem Christus diciturus est: *Recedite a me operarii iniquitatis, non ego vos.* Et habentibus scientiam dominus improperat: *Vos clavem scientiae habetis, sed nec intratis in regnum caelorum, nec alios intrare sinitis.* Dare omnia sua pauperibus, & seipsum martyrio, sine hac nihil prodesse affirmat apostolus. Caritas preceptum preceptorum est, in quo omne preceptum concluditur. Nam, ut inquit apostolus, *finitis precepti est caritas.* Et rursum: *Plenitudo legis dilectio. Caritas patiens est, benigna est, non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quae sua sunt, & cetera omnia continet quae (ut scribit) B. Paulus late commemorat. Caritas sens est proprius & singularis honor, cui non communicat alienus: quae ut oleum non potest premi-*

Mark. 11.

1. Cor. 9.

1. Cor. 13.

1. Jan. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Jan. 4.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Mark. 12.

1. Cor. 13.

in uno, sed separavit. Si desit, frustra ha-
 beatur coena: si adsit, coena non desinat. *Non*
 ne hac coena virtus, etiam ipsa fides, ut in-
 quit B. Jacobus, morus est. Ipsa etiam no-
 minis appellatio rem quamdam caram esse de-
 monstrat. Ampleximini igitur, filii mei, hanc
 tam excellentem et divinam virtutem: appre-
 hendite tam singulare spiritus sancti munus
 per ipsam coenam, ut inquit apostolus, caritas
 in cordibus vestris diffunditur. Inclumini hanc
 vestram passivam; qua induti, securi discen-
 beris in mensi regia: nec timebitis ut dice-
 tur vobis: Cur hac intratis, non habentes
 vestram septuaginta? Hac veste induti, pellicis
 a vobis frigus quo frigidat Petrus calcificans
 se ad prunas Caiphas: hac veste circumdati,
 quae omni armatura est furoris, increpiti &
 illius canos hostium pertransibitis. Et, ut
 uno verbo omnia complectar, si vultis per-
 fecti esse, super omnia caritatem habete,
 qua secundum apostolum vinculum est perfe-
 ctionis. Sed quemadmodum paulo ante do-
 cumentum tradidi quo ad rectam fidei regu-
 lam perveniri possit, ita & nunc vos erodiam
 quam facillime a caritate nunquam excidatis.
 Respiciite semper ad me, considerantes me es-
 se matrem, & vos filios. Recognoscite in visce-
 ribus meis vos esse conceptos, & eodem la-
 cte nutritos: tunc fratres vos esse invicem re-
 cognoscetis: & ex eadem carne quidem car-
 nem vos nasci non poteritis. Quis ergo un-
 quam carnem suam odio habere poterit? At-
 tendite etiam quam tenerissime vos semper di-
 legerim, & quanta unicuique filiorum meo-
 rum caritatem exhibeam, quoque labores &
 angustias in omni mea aetate pro vobis ubique
 terrarum perpessa sum, & a me exemplum ca-
 pitantes diligatis vos invicem sicut dilexi vos.
 Sed & si patrem superiorem dignioremque
 mei corpus, caput videlicet, aspexeritis,
 quod est Christus, efficacius caritatis magiste-
 rium cordibus vestris inanimetur. Cogitantes
 namque quod, cum mundus nihil meruerit,
 imo propter sua facinora morte dignus esset,
 ipse Iesus Christus sola caritate tot tantaque
 in corpore suo pro salute hominum tormenta
 pertulit, utque beneficia conferre dignatus
 est, quot lingua humana exprimere nunquam
 posset: mox omnem compellemini rancorem
 deponere, & indissolubili caritatis vinculo
 confoderari, in fraternumque amorem redi-
 re. Dicite mihi, numquid vos extraneos aut
 alienigenas esse putatis, filii mei? Si hoc pu-
 tatis, mihi injuriam facitis. Nonne in hoc
 vos utero tanto cum labore concepti & por-
 tavi? Nonne his lactavi uberibus, & his ma-
 nibus cibum potumque tanto tempore praebui?
 Cum ergo fratres germani sitis, ex eadem
 carne gaudetis, & talia exempla dilectionis a
 capite & toto meo corpore habeatis, debetis
 alter alterum fraterna caritate diligere, & cum
 omni sinceritate invicem reconciliari. O ossa
 de ossibus meis, o membra de membris
 meis, o viscera de visceribus meis! Quis
 vos ab invicem separavit? Quis inimicus ho-
 mo inter vos seminavit zizaniam? Quis se-
 ductor ille antiquus, accusator fratrum flo-
 rum, vos ad tantas inimicitias perduxit? So-
 lebatis ideam sperare, invicem vos amare, so-
 vere concordiam, infimal cum pace & cari-
 tate conversari. Nunc mutatus est per omnia
 color optimus: nam unitas in disensionem,

caritas in odium, pax in bellum, fraternitas
 in hostilitatem, perversa sunt. Cur sic labu-
 maniter filii mei consurgunt? cur gladiis &
 igne decertant? cur tam crudeli bello & odio
 tam detestabili alter alterum persequitur? Sunt-
 ne ista jura fraternitatis? Suntne hac co-
 gnationis & proximitatis indicia? Erubescite
 referens: vix barbari & infideles hinc inser-
 su tam atrociter facere audent. Convertite
 jam gladios in vaginas: quis enim qui gla-
 dio feris, gladio peribit. Remittite truces
 vultus, abijcite minas, deponite arma, pre-
 jice tela manus sanguis meus. Abolite peni-
 tas ex cordibus vestris omnia discordiarum
 odiorumque fomenta. Osculamini, obsecro,
 vos in praesentia matris vestrae osculo pacis.
 Ampleximini vos tenerissime: date invicem
 dexteras. Congratulamini simul, epulamini in
 mensa mea cibos deliciarum mearum, pacis
 & caritatis. Celebrate solemniter hunc diem
 festum, consolamini, consolamini, filii mei,
 matrem vestram, qua hunc diem tanto cum
 desiderio praesolata est. Amate vos invi-
 cem, ut fratres docet, & contenta sum,
 impletum est gaudium meum, & nihil ampli-
 us postulo. Sequitur in verbis apostoli:
Unanimes, id ipsum sentientes: hoc est, ut in
 diversis corporibus idem sit animus eadem-
 que voluntas. Sic hic populus meus quasi vir
 unus. Non scindamini in varias sententias:
 sed quod voluerit unus in Christo, alter si-
 milliter velit. Imitatores estote patrum vestro-
 rum, quorum in primitiva aetate cor erat unum
 & anima una. Nihil unitatis praestantius: qua
 quam sit Christianis necessaria, Christus ipse
 ostendit, qui pro eis oravit, non ut ef-
 ficerentur divites aut sapientes hujus saeculi,
 sed ut unus essent, sicut sunt ipse Pater &
 Filius. Quid utilius reipublicae Christianorum
 esse potest quam unitas? Hoc modo Christia-
 na crevit religio, & ego propter unanimi-
 tatem filiorum meorum toto orbe terrarum dif-
 fusa sui. Cavete modis omnibus discordias, &
 timeae quod comminatur dominus: *Omne regnum in se divisum desolabitur, & domus su-
 pra domum ruet*. Scitis vulgare illud dictum:
 Concordia res parum crescunt, discordia au-
 tem maxime dilabuntur. Si vultis pertinere
 ad Christum, pacem inter vos perpetuam
 contrahite, qua nihil esse Deo acceptabilius
 hominibusque expedientius: ex hoc facile in-
 telligetis, si memineritis Christum de caelo
 descendente in terram pacem per angelos
 suos annuntiasse hominibus, de terraque in
 caelum redeunte eandem pacem duntaxat
 discipulis in testamento reliquisse. *Denique
 id ipsum inter vos*, hoc est, ut bona mala-
 que singulorum per caritatem sunt omnium.
 Hoc proprium caritatis est flere cum flentibus,
 gaudere cum gaudentibus. Nisi membra in-
 vicem conjungantur, & suo ordine connexa
 persistant, & unum alteri opem in necessita-
 te praestent, desicere corpus necesse est. *Unum
 enim corpus sumus in Christo; singuli autem
 alter alterius membra in Christo Iesu domino no-
 stro*, ut inquit apostolus. Subdit deinde apo-
 stolus: *Nihil per contentionem & inanem
 gloriam, sed in humilitate superiores sibi in-
 vicem arbitrantur*. Superioribus contentantia
 sunt hac & valde accomoda: cum enim
 ad hunc locum causa fidei & caritatis ve-
 neritis, non decet ut tam sanctum opus

J. n. 1.

Rom. 1.

Rom. 12.

Rom. 15.

Rom. 16.

Rom. 17.

Rom. 18.

Rom. 19.

Rom. 20.

contentiosus verbis agitis, sed cum omni potius mansuetudine & lenitate. Contentio animos irritat, mentem perturbat, & odia accendit. Non possum pati in domo mea & inter filios meos fieri questiones pugnaeque verborum: *ex his enim*, inquit apostolus ad Timotheum, *oriuntur, invidia, contentiones, blasphemias, & suspiciones, & rursus: His qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, ira, indignatio, tribulatio & angustia.* Cum contentiosus & per contentionem nihil tractare unquam consuevi. Ita de me inquit apostolus. *Si quis autem videtur contentiosus esse; nos talem consuetudinem non habemus, neque ecclesiae Dei.* Sed nec per inanem gloriam in hoc sacro loco quidquam agitis. Inanis gloria cuiusque boni operis fermentum est, infideliatrixque virtutum, ut fructum, quem bene operando acquirerent, per elationem evacuet. Inane est captare hominum laudes, qui, cum secundum oculos iudicent, saepe falluntur. Momentanea est ista gloria ex fastu & cupiditate procedens: & quia inanis est, consistat esse vanam ac vacuum meritoque contemnendam. Ex eo quod inane est quem fructum referre poteritis? Quinimo satagite placere Patri vestro caelesti, qui videt in abscondito: hoc est querere non inanem, sed aeternam gloriam. Quidquid facitis, in gloriam Dei facite. Nolite fieri similes scribis & Pharisaeis, qui (ut inquit dominus) *omnis sua faciunt ut videantur ad hominibus, & vocentur rabbi.* Imitamini potius illa sancta quatuor Eccehielis animalia, habentia facies extentas desuper, & pennas extentas desuper: hoc est cogitationes vestras, quae significantur per facies, ad Deum semper referre. Si quis inter vos sapiens esse videtur, *Non gloriatur* (ut inquit Ieremias) *in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec dives in divitiis suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum dominus.* Vereamini quod monatur psalmista: *dominus dissipat ossa eorum qui hominibus placent. Absit vobis gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi.* Si gloriari vultis, in domino gloriemini, & haec sit gloria vestra, *testimonium conscientiae vestrae.* Huiusmodi inanis gloriae appetitus in intelligendis scripturis sacris supra modum obest. Dum enim humanis laudibus aucupandis animus intentus est primo sensu insolitos novaque opiniones quaerit: deinde quae ipse adinvenerit nimis tenaciter defendit. Unde fit, ut cum redigere intellectum in captivitatem recuset, quod necessarium est secundum apostolum, aliter scripturas intelligat, quam Spiritus sanctus efflagitet: & dum de singularitate sententiae gloriatur, seipsum nolens corrigere, in errore perseveret. Et quia inanis gloria filia est superbiae, quae non considerans imbecillitatem ingenii humani, effert se supra se, & apostatate hominem facit a Deo, sicut & olim multos ex angelis: ideo confestim apostolus in remedium huius vitii subjicit humilitatis virtutem, *Hortor ergo vos, filii mei, ut res vestras in humilitate agatis.* Nihil, dilectissimi mei, citius ad eandem fidei unitatem & caritatem adducere vos poterit, quam humilitatis spiritus: nihil vero inagis dirimere, quam superbiae tumor. Nam sicut nutrix est dilectionis humilitas, ira mater odii superbia. Si gratiam Dei appetitis, humiles esto-

ate: quia Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et ne forsitan humilitatis perfusio gravis cuiquam videatur, beatus Paulus, postquam praecepit, *Nihil per contentionem & imperem gloriam, sed in humilitate, &c. concinno subicit: Hoc enim sentite in vobis quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens: quod majus humilitatis exemplum tradi aut cogitari potuisset, quam quod dominum & creator omnium se exinaniverit, & servilem conditionem accepit?* Quis tam elatus esse potest, qui ista cogitans non compellatur fieri humillimus? Huiusmodi exinanitio, & servilia formae acceptio, estis satis foret ad persuadendum omne genus humilitatis, quia tamen acta sponsi mei nimis mihi suave est recensere, ideo morem mihi in auscultando gerite. Noane tota ejus vita formam redeolet humilitatem? Nascitur ex humillima matre, humili nutricio commendatur, in humili tugurio & inter humilia animalia reponitur, humiles piscatores in discipulos eligit, humiles parvulos amplexatur, predicando nihil sibi attribuit, sed dicit: *Sermonem quem audistis, non est meus, & rursus: Doctrina mea non est mea, sed ejus qui misit me.* Faciendo miracula, dicit discipulis: *Videte nemini dispertit in honorem hanc.* Leproso mandato: *Vide nemini dixeris.* Abluit, in documentum humilitatis, pedes discipulorum, & ut impleat omnem humilitatem, permittit se a servo baptizari: humiliter omnes audit, humiliterque respondet, etiam caesus. Taceo quam humiliter passionem & crucem tulerit, ne forte fluxus lacrymarum me reliqua dicere & vos audire impediat. Desideret me quippe dies, si omnia Christi humilitatis gesta & documenta referre vellem. Quid ergo intumescis, o homo? O pellis morticina, quid tenderis? O sanies foetida, quid insularis? Princeps tuus humilis, & tu superbus: caput humile, & membrum superbam. Discite igitur filii a Christo, quia michi est & humilis corde. Sed si vultis, filii mei, in hoc sacro unitatis negotio, quod tractari cecis, vitare contentionem, inanem gloriam, & omnia in humilitate agere, si vultis, celesiter & sine difficultate idipsum sapere, & caritatem mutuum habere, accipite hoc salutare praecipuum quod vobis trado, quo nihil consultius nihil efficacius esse potest. In omni controversia sedanda primum quaeritur iudex peritus, & qui non sit acceptor partium (nam sine iudice litigantes raro inger se convenire consueverunt) ecce huiusmodi vobis demonstro iudicem. Ipsa ego sum, sancta Dei ecclesia mater vestra. Compromittite in me: eligite me iudicem & arbitram. De sapientia mea cui E relinquitur dubitandi locus, cum Spiritus sanctus omne me doceat veritatem? Si evangelia & omnis sacra scriptura a me fidei auctoritatem susceperunt, si nihil catholicum dici potest quod per me non fuerit approbatum, si omnes doctores ac magistri suas sententias meo semper iudicio submiserunt, dicentes: Non crederemus evangelio, nisi ecclesiae catholicae auctoritas nos commoveret; quis de cetero ambigat, an cuiuslibet controversiae diffiniendae competens ego iudex sum? De acceptione personarum supervacuum est quidquam dice-

dicere, cum leges humane prohibeant patres a filiis, in quibus par constat affectus, iudicem recitari. Quis major vobis honor contingere potest, quam quod sponsa Christi & regina aditas a dextris ejus iudices inter vos? Quis major caritudo veritatis, quam quod discipula Spiritus sancti sententiam pronuntiet? Quom unquam fideliorum iudicem invenire poteritis, quam amantissimam matrem vestram? Nolite ergo disputando laborare, nec contendendo verbis alter alterum lacessere. Quid vos multitudine librorum oneratis? cur diversorum magistrorum sententias in medium affertis? Cur intelligentias vestras humanis inquisitionibus ac subtilitatibus defatigatis? Ecce in medio vestri adest magistra vestra, cui Spiritus domini sensus mysteria & arcana aperit scripturarum. Non mihi opus est iudicando ut legisperitos advocem, aut bibliothecas persequer. Nullius hominis consilio opus habeo, cui consultit Deus. Claritas domini mecum semper intellectum illustrat, & agnus meus Jesus Christus ante me lucernam defert, ne errum, ut paulo ante ex apocalypsi Joannis recitatum audistis. Et quia ego, cum sim toto orbe terrarum diffusus, in uno loco tota esse non possum, soleo pro necessitatibus Christianam religionis nonnunquam urbem aliquam insignem eligere, & ad eam ex omnibus finibus meae ditionis episcopos & sacerdotes, & alios Levitici generis, & quos voluero de populo Christiano advocare, quibus in Spiritu sancto legitime congregatis ego ipsa representor, & ibi tribunal meum erigens, quidquid per hujusmodi congregationem quam universalem synodum seu generale concilium voco, iudicatum statutumque fuerit, perinde ratum habeo, ac si ego ipsa ore proprio iudicarem ac statuissem: idque ab omnibus jubebis sub anathemate ubique observari. Hoc autem tempore nusquam melius quam in hac civitate Basileensi hujusmodi generalem synodum visum est posse indicere. Huic ergo sacro concilio, quod in Spiritu sancto legitime congregatum fateor, omnem meam auctoritatem potestatemque impartior, & ambas Diverſi populi per sententiam hujus sacri concilii illustrat & ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis semitam. Hora exigit ut jam finem dicendi faciam. Audistis ergo, dilectissimi mei, consilia & praecepta mea, quam sancta & utilia sunt: ostendi tandem viam qua hoc facillime exequi possitis. Apprehendite queso illam, qua certe nulla salubrior inveniri potest. Moneat vos honor Dei, qui supra modum ex vestra diffensione laeditur. Fides etiam catholica ab infidelibus blasphematur, inhonoratur, & irridetur: nec veram esse credunt, quam per tot sectas hincinde lacerari inspiciunt. Moneat vos honor matris vestrae, quam hostes nominis Christiani propter dissidia vestra ubique contemnunt. Moneant vos acerbissimas lacrymas, quas pro vobis quotidie fundo, & assiduus dolor, qui me pro vestra discordia excruciat, Vere dicere illud possum quod scribitur in Canticis: *Invenimus me custodes, qui circumierunt civitatem, percuſerunt me, & vulneraverunt me: tulerunt mihi pallium meum custodem marorum.* Nisi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis vestigio declinare, misereri vos decet tot arumnarum ac calamitatum mearum. Siccate, cum possitis, hi,

Atque: *venioſque ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit in illo tempore: quareſque ab eis qui indicabunt tibi iudicii veritatem: & facies quacumque dixerint qui praesentem in loco quem elegit dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam eorum: non declinabis ad dexteram vel ad sinistram.* Sed & hoc generale concilium locus est, quem elegit Dominus, in quo sponsa sua sanctum tribunal erexit. Et hi qui in eo congregantur, in locum sacerdoti Levitici generis successerunt, imo & plusquam Levites sunt, majoremque procul dubio scientis potestatisque copiam a domino perceperunt: utique cum illi umbræ ministri fuerint, hi vero sint veritatis: illi sanguinis & carnis iudices, hi autem spiritus & animæ. Merito ergo ad verbum hujus concilii vestrum omne negotium pendeat: & quidquid sanctum aut profanum judicaverit, id sine hæſitatione sanctum profanumque habetore; ne veniat super vos iudicium mortis, quod inobedientibus comminatur dominus. In hoc apparebit humilitas & obedientia vestra, si quemadmodum Christus venit facere voluntatem Patris, & ita vos veneritis facere voluntatem matris vestrae. Acquiescite tandem, obsecro, monitionibus meis, neque innitami prudentia vestra. Accipite jussu Dei & meo in iudicem hanc sanctam synodum: de cujus gremio quilibet esse potest, qui ejus iudicio stare voluerit. Polliceor vobis quod non aliud iudicabit, quam Spiritus sanctus dux & rector illius disclaverit. Ipse adstabit medius iudex & arbiter, perfecte illuminaturus corda omnium, ut viam ambulent veritatis & pacis. Sed ut ipse Spiritus paracletus in cordibus vestris efficacius habitet, & idipsum sapere, & eandem caritatem vobis largiri dignetur, cui humilium & mansuetorum semper deprecatio placuit, sitis in oratione perseverantes, & tamdiu ac tam ferventer suam pietatem jejuniis, gemitibus, obsecrationibus, ac sanctis operibus interpellabitis, usquequo ipse veritatis doctor & caritatis auctor corda universi populi per sententiam hujus sacri concilii illustrat & ad cognoscendam amplectendamque veritatis & unitatis semitam. Hora exigit ut jam finem dicendi faciam. Audistis ergo, dilectissimi mei, consilia & praecepta mea, quam sancta & utilia sunt: ostendi tandem viam qua hoc facillime exequi possitis. Apprehendite queso illam, qua certe nulla salubrior inveniri potest. Moneat vos honor Dei, qui supra modum ex vestra diffensione laeditur. Fides etiam catholica ab infidelibus blasphematur, inhonoratur, & irridetur: nec veram esse credunt, quam per tot sectas hincinde lacerari inspiciunt. Moneat vos honor matris vestrae, quam hostes nominis Christiani propter dissidia vestra ubique contemnunt. Moneant vos acerbissimas lacrymas, quas pro vobis quotidie fundo, & assiduus dolor, qui me pro vestra discordia excruciat, Vere dicere illud possum quod scribitur in Canticis: *Invenimus me custodes, qui circumierunt civitatem, percuſerunt me, & vulneraverunt me: tulerunt mihi pallium meum custodem marorum.* Nisi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis vestigio declinare, misereri vos decet tot arumnarum ac calamitatum mearum. Siccate, cum possitis, hi,

Apoc. 12.

* Pn iudici.
M.

Dant. 17.

* Moneat:
* Moneat:
* Moneat:
* Moneat.

Cant. 5.

lli, lacrymas meas: sanate vulnera, restitue mihi pallium meum, quod abalauerunt mihi custodes murosam, idololatras videlicet & gentiles, & qui in rebus mortuis hujus seculi spem ponunt. Induit me vestem deauratam, circumdatam varietate; deauratam quidem caritatem membrorum, variatam autem copiosa filiorum multitudine. Sed & publica movere vos debet calamitas. Circumspicite undique quomodo plebe Christiana a Turcis, Saracenis, Tartaris ac barbaris conculcatur ac devoratur. Cur non compatimini tot millibus fratrum vestrorum, qui singulis annis in durissimam infidelium servitutem rediguntur. O si audiretis, cum raptores pradam dividant Christianorum, quanta sunt illa lamenta ac suspiria, cum uxor cedit in fortem uni, vir alteri; uni pater, alii filius; uni frater, alii alius! Quasi sunt illi gemitus, quantique sanguis miserabilium filiorum meorum, cum invicem disjunguntur, nunquam se amplius revifuri! Quis tunc vestrum abstinere possit a lacrymis? Desideretis tunc forsitan bellis invicem decertare. Sed quod lacrymabilis est, quam multis ex his qui captivi ducuntur, non valentes tam diram ferre servitutem, fidem catholicam abnegant, & ad nefandam Mahometi sectam pervertuntur. Quot deinde regna, provincias, urbes, opida, quotidie capiuntur & depopulantur? Jam vos pene ad angulum occidentis reduxerunt. Modicum restat ut tandem de sinibus terre vos ejiciant. Heu mihi, cur tantam matris vestra fratrumque vestrorum afflictionem non recogitatis? Cur ista audientes in vobis bellum tam crudele convertitis, & Christianam ac fraternam sanguinem sine ulla misericordia guttis effunditis? Harum omnium calamitatum dissidia Christianorum sunt causa. Si idem sperent, eandemque caritatem haberent, hujusmodi persecutio mox finem acciperet: neque enim ullo pacto ferre possent adversarios meos sanctuarium domini polluere, & in populum catholicum amplius deservire: imo qui infideles nunc catholicis faciunt, facere possent hæc eadem catholici infidelibus. Moveat denique vos regni Bohemæ ac regionum finitimarum miseranda calamitas. Quanta in his partibus singularis Christiani effusio, quot strages, cædes, confictus, bella, ruinae, incendia, devastationes, depopulationes, quantaque in personis & rebus desolatio ex hoc recenti dissidio jamdudum secuta sunt, sequique verisimiliter formidetur in dies, nisi vera unitas inter vos fiat, pro dolor, toti orbi plusquam manifestum est. Profecto lacrymandum potius super hoc quam loquendum foret. Vix inter Christianos alicujus scissura memoria est, unde ecclesia Dei tantam jacturam perpeffa sit, & tanto cruore resperfa. Sed si meo acquieveritis consilio, quemadmodum spero, id ipsum sapientes, & mutuum caritatem habentes, hæc omnia repente cessabunt. Novus tunc Sol super vos quietis & tranquillitatis orietur. Restorebit in pace vestra catholicus populus Christianus: orbis totus renovari videbitur. Implebitis cælum terramque, angelos & homines, inenarrabili lætitia, júbilo & exultatione. Tanto deinde inter vos benevolentia nexu conjungemini, quod præteritorum penitus obliviscentes, vos ipsos sicut fratres amabitis, & invicem pro amore certantes, al-

ter alterum caritate superare studebitis. Benedicite semper diem istum, & innumeris Deo omnipotenti gratias referetis, qui in eadem vos unitas & caritas devinxit. Quid plura? Succedat tandem vobis, quemadmodum succedit & Christo, quantum humana conditio capere potest. Postquam enim beatus Paulus superius commemoravit quod Christus exinanivit se, formam servi accipiens, humiliavitque se, factus obediens usque ad mortem, in præmium hujus humiliationis & obedientie subdit: *Propter quod exaltravit illum Deus, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flexatur caelestium, terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur quia Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* Sic quidem si vos humiliaveritis, & mihi obediens fueritis, exaltabit vos Deus super terram, & magnificavit super filios hominum, & dabit vobis nomen quod est super omne nomen, hoc est nomen regium Christianum, quo nullum inter gentes est gloriosius. Tunc enim digne Christiani eritis & vocabimini. Nam hoc nomen nisi caritatem habentibus non recte congruit. Atque in hoc vestro Christianitatis nomine, si vere Christianum fuerit, id est, si spiritualem caritatis actionem habueritis, omne genu flexatur. Nam inferi videntes vos eadem fide & caritate unitos, vobis subjicientur, & tamquam victi & genuflexi contremiscentes, nihil adversus vos prevalere poterunt. Homines vos reverentur, & meo Christiano populo, si unanimes fuerit totus orbis quasi genuflexus servire cogetur. Angeli vero & cives caelestes genus caritatis sectantes vos honorificabunt, & una nobiscum genuflexi presentabunt vos cum júbilo coram Jesu Christo sponso meo, ut in æterna beatitudine vivatis, & regnetis cum ipso. Tunc omnis lingua confitebitur quia meus populus catholicus in gloria est Dei Patris: ad quam gloriam ipse Jesus Christus vos omnes & alios filios meos ubique existentes perducere dignatur; qui vivit cum Deo Patre & Spiritu sancto benedictus in secula seculorum. Amen.

XLVII.

OPUSCULUM

JOANNIS PATRIARCHÆ

ANTIŌCHENI,

De superioritate inter concilium & papam.

In sequens opusculum notatiuncula.

Præter opusculum compositum curis per reverendum patrem dominicum Joannem patriarcham Antiochenum in concilio Basiliensi anno 1434 ac sic præter opusculum omnibus scribis volentibus publice presentari in conventum Fratrum minorum in quibusdam magis studiis, videlicet immediate post festum epiphaniæ domini vel circiter, vestras de dignitate vel superioritate inter concilium generale legitime congregatum, &c. & papam, ut puta, utrum concilium, &c. sit supra papam, vel etiam quis eorum dignior, &c. Lege & considera.

Etia quonia
aliqui qui
causam p...
11m 1770
quas.

quam non convenientem statui ecclesiis, reprobavit, & deinde Linum & Clerum ordines successivo in Romanos pontifices elegit: quod non fecisset, si super Petrum potestatem non habuisset; considerato quod si non habuisset potestatem reprobandi dictam electionem, eadem ratione nec habuisset potestatem eligendi Linum; nec subsequenter Clerum. Nec obstat quod aliqui dicunt in dicti. cap. Si Petrus, quod ecclesia tunc non erat congregata quoniam licet tunc publice non congregaretur propter metum infidelium, secreta tamen congregabatur, ut patet in epistola, in qua dicitur quod oratio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo, Act. 12. cap. Et facit pro premissa sententia, quod quando Samaria recepit verbum Dei, Act. 8. capite, concilium generale apostolorum misit ad eos Petrum & Joannem. In quo denotatur quod concilium generale apostolorum erat supra Petrum, arguendo a majoritate mittentis ad minoritatem missi, de quo habetur Luca 7. ubi dum dicitur: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites; & dico huic: Vade; & alii: & alii: Veni; & venit: & servo meo, Fac hoc; & facit.* secundum sententiam magistrj sententiarum in dist. 11. & 15. ubi dicit: In mittente notari auctoritatem, & in missio subauctoritatem. Nec obstat quod aliqui dicunt Petrum ibi missum potius consilio, quam auctoritate: quoniam in quantum Petrus non fuit missus solus, non fundatur illorum intentio, & communis sententia theologorum est contra eos in hoc passu.

Tertio hoc etiam probatur per Ambrosium in capite Quae dignior, 24. quest. 9. ibi dum dicebat, quod non est dignior domus apostolicae predicationis ingressu, quam sancta ecclesia. Igitur ecclesia est dignior, & consequenter major papa, & quocumque alio, ut sonat illud verbum Dignior.

Quarto hoc etiam probatur, quoniam papa est minister Christi & ecclesiae sponsus suus, ut patet per Augustinum in capite, Quodcumque, 24. quest. 7. ibi dum dicebat, quod quando Christus Petro tradidit claves, Petrus ecclesiam sanctam significavit: quo verbum exponit ibi Archidiaconus in Rosario sic dicens: Significavit, id est, sub signo & nomine ecclesiae accepit. Unde in quantum Petrus claves recepit ut minister Christi & ecclesiae, & sub signo & nomine ecclesiae, patet quod ecclesia ut domina major est Petro, ut ministro suo, secundum iura vulgata, dicentia dominum esse majorem ministro suo. Hoc etiam Christus attestabatur, dum dicebat illum qui recumbebat, etiam majorem eo qui ministrabat Luca 22. Et ex quo ecclesia est domina recumbens, & papa est ejus minister, sequitur quod quando papa male ministrat in offensam Christi & ecclesiae suae sponsae, ecclesia, tamquam domina major ministro suo, illum compescere potest, & per modum reformationis corrigere & punire, secundum iura dicentia, majorem ministrum inferiorem, quando male agit, corrigere posse & punire, & maxime quia potestas data fuit Petro ad aedificationem, & non ad dissipationem, cap. Remittuntur, 23. quest. 5. cum ibi notatis per Archidiaconum in Rosario, ibi dum dicit, quod illa ver-

Metib. 16.

ba, *Quodcumque ligaveris*, exponitur frequentius, sic, scilicet iuste, clave non errante: & quod ecclesia a Christo claves accepit ac potestatem ligandi & solvendi, patet secundum Hieronymum in cap. Omnibus 24. qu. 7.

Item pro hac parte facit sententia Gregorii in capite Sicut sancti, 15. dist. ubi dicit, venerari sacra illa concilia generalia sicut evangelium, quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit quisquis praesumat absolvere quos ligant, aut ligare quos absolvunt.

Hoc Concilio Romanum praesentis auctoritatem agnoscit.

Item facit etiam cap. Si duo contra fas, 25. dist. cap. Ubique, quod si fiat duo contentiones de papato, definitio pertinet ad concilium generale, secundum glossam ibidem, & hoc etiam aperit textus, cum dicit, quod si duo contra fas fuerint electi, nullus eorum debet recipi, sed ille quem universalis consensus elegit.

Item ad hoc propositum dicit Joannes Andreas in cap. de renuntiatione lib. 6. in Novella, quod si papa in consistorio secreto coram cardinalibus renuntiet papatu, sine praesentia aliorum testium, & postea dicat se non renuntiasse, concilium generale erit iudex; quod non esset, si non esset supra papam.

Item nota glossam in cap. Si papa, 40. dist. quod nedom in causa haeresis, sed etiam in quocumque alio casu, in quo papa committit excessum ecclesiam scandalizantem, si sit incorrigibilis, potest accusari & puniri: quod est intelligendum per concilium generale, juxta jam dicta supra.

Item quod concilium generale sit supra papam patet, quia papa peccare potest, 21. dist. Nunc autem: ecclesia autem universalis per concilium representata peccare non potest, ut patet in cap. A recta, 24. quest. 1. cum ibi notatis per glossam & doctores: & notant Ostiensis & Joannes Andreas in cap. A nobis in magno, de sententia excommunicationis super verbo Ecclesiae, quod illud, quod dicitur de ecclesia universali, dici debet de concilio generali illam representante, arguendo a natura seu qualitate representantis & representati, de qua in precedentibus dictum est.

Præterea hoc etiam probatur, arguendo ab absurditate vitanda, & per exemplum similitudinis, quo Christus utebatur inter suos discipulos, dicendo similitudinem hanc. Veniat igitur primo argumentum ab absurditate vitanda, & ponamus quod aliquis papa per sua mala opera dissiparet generalem statum ecclesiae, & ipsam ecclesiam & populum Christianum notorie scandalizaret: si dicamus concilium generale non habere potestatem compescendi eum, esset in potestate unius hominis destruere ecclesiam sine remedio, quod esset absurdum: sed quod exemplum similitudinis ponamus, quod aliquis dominus rex volens ire ad sanctum Sepulcrum, dat potestatem gubernandi regnum in ejus absentia dominæ reginae sponsae suae, adjiciens quod qui non convenit honestati suae muliebri discurre per regnum quotidie, quando casus necessitatis occurrerint, ordinat sibi unum ministrum generalem, qui nomine ipsius regis & dictae reginae habeat potestatem gubernandi dictum regnum: quo facto, vadit rex ad viagium suum.

Dein-

Prohibetur
non ab hominibus
sed a Christo
non de se
sed de se
excludam
suum.

a Petro, dicitur
deus. II.
Locum ob-
scuro.

Deinde iste gubernat in absentia regis ita male iustitiam & fecta regis, quod cedit in scandalum, aut prejudicium, seu offensam regis & reginae, ac totius regni, & non est in regno qui sibi dicere possit: Tu male facis. Quiritur namquid regina in isto casu poterit uti potestate sibi data a rege, & illum compescere ac punire, & de alio bene gubernatore providere usque ad regressum regis? Videtur quod non, quia licet rex dederit potestatem praedictam reginae, nihilo minus dedit potestatem dicto gubernatori gubernandi regnum, ut non deberet reginam discurrere per regnum: & sic videtur voluisse, quod gubernator uteretur exercitio dictae potestatis, & non regina. Contrarium tamen est de veritate juris dicendum, ad evitandam absurditatem quae ex contrario sequeretur, & etiam quia non est verisimile regem regnum suum in tali casu sine remedio voluisse dimittere, & in tali casu debemus in dubio amplecti. Hic potest verisimiliss regula inspicere de regulis juris libro 6. cum aliis concordantis ad hoc vulgatis: & ita videmus in simili, quod quando Christus dedit claves Petro, est verisimile quod sub nomine Petri intellexerit successores, licet de illis in datione clavium nullam mentionem fecerit, quia non est verisimile, quod mortuo Petro, Christus voluerit ecclesiam esse sine Petri successore, secundum ea quae habentur in cap. Pro humani de homicidio libro 6. cum ibi notatis per Joannem Andream in glossa super verbo, Desereret, quae pro tanto possunt ad propositum applicari, quoniam quando Christus assignavit ad eos dedit potestatem Petro & successoribus, & ministris ejus, & ecclesiam sponsam suam, non est verisimile intellexisse quod in casu, in quo aliquis ex successoribus Petri male regendo scandalizaret ecclesiam sponsam suam, ipsa non deberet uti potestate clavium contra talem, sed sine remedio ruinam fidei catholicae & bonae politicae ipsius ecclesiam haberet tolerare, quod est absurdum: & sic arguendo ab evitacione absurditatis, & a simili, est concludendum ecclesiam in tali casu contra papam potestatem habere, & pro ista parte facit decretum generalis concilii Constantiensis, tenoris qui sequitur:

In nomine sanctae & indivisae Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

In principio
quintae
sententiae.

Hac sancta synodus Constantiensis, generale concilium faciens, pro extirpacione schismatis, ac unione & reformatione ecclesiae Dei in capite & in membris fienda ad laudem, &c. Et primo declarat, quod ipsa in Spiritu sancto legitime congregata, generale concilium faciens, & ecclesiam catholicam representans potestatem a Christo immediate habet, cuiuslibet, cujuscumque status vel dignitatis, etiam papalis existat, obedire tenetur in his quae pertinent ad fidem, & extirpationem schismatis, & reformationem dictae ecclesiae in capite & in membris. Item declarat, quod quicumque, cujuscumque conditionis, status, dignitatis, etiam papalis existat, qui mandatis, statutis, ordinationibus, seu preceptis hujus sacrae synodi, & cujuscumque alterius concilii generalis legitime congregati, super praemissis, seu ad ea Concil. General. Tom. XXIX.

ita a pertinentibus, factis vel fiendis, obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condignas poenitentiae subiciatur, & debite puniatur. etiam ad alia juris subsidia, si opus fuerit, recurrendo.

Nunc autem restat respondere ad ea quae in contrarium allegantur.

ET primo, ad primum dum dicitur, quod in quantum concilia generalia recipiunt auctoritatem a papa, & non econtra, ut habetur in capitulo, Significasti, de electionibus, apparet quod papa est supra concilia generalia, & non econtra. Respondetur quod textus ille debeat intelligi de auctoritate relata ad hoc, quod concilia generalia non possint esse legitime congregata sine papae auctoritate, nisi quando immineret necessitas congregandi illud pro interesse universalis ecclesiae, & papa nollet congregare, de qua auctoritate habetur 17. dist. Portatum. Sed postquam concilia generalia auctoritate papae, vel alias legitime sunt congregata, potestas eorum non procedit a papa, sed a Christo immediate, ut patet in decreto concilii Constantiensis, & per jam dicta supra. Et cum obijciendo quaeritur, quomodo stabunt potestas ecclesiae & potestas Petri, cum ambae a Christo immediate procedant, & sic tamquam pares, una non videtur habere vim super aliam, cap. Innotuit, de electione. Respondetur quod in quantum potestas clavium est situata in Petro, ut in ministro ecclesiae, sicut supra deductum est sequitur quod potestas Petri, ut ministri, subijcitur potestati ecclesiae, tamquam potestati domine. Et licet ab eodem fonte procedant, diversimode tamen diversitates qualitatatum ministri & domine procedunt. Et sic etiam videmus, quod licet potestas presbyteri & potestas diaconi ab eodem procedant, quia tamen potestas diaconi inferior est ut ministri presbyteri, est potestas ipsius presbyteri major, & potestas diaconi inferior, secundum ea quae habentur in cap. si. 93. dist. Et ad hujus sententiae propositum dicebat sanctus Thomas in secunda secunda, quest. 4. articulo 1. quod sicut obtinet in naturalibus ut superiora moveant inferiora ad suas actiones per excellentiam naturalis virtutis collatae divinitus, sic oportet in rebus humanis quod superiores moveant inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis divinitus collatae.

Ergo etiam
Christus est
verus minister
sive subiectus
ecclesiae.

Potestas ergo
regis super illam
est potestas
ecclesiae.

Item obijciatur de his quae habentur in cap. Licet de vitanda, de electione in fine. Sed respondetur quod Alexander III. ibi loquitur habendo respectum ad tempus, in quo vacante ecclesia Romana, concilium generale non erat congregatum, nec sperabatur congregari: alias illo congregato posset ad illud haberi recursus super difficultatibus emergentibus erga electionem Romani pontificis, argumento capituli Si duo, 69. dist. cum ibi notatis in glossa, & per Joannem Andream in cap. 1. de renuntiatione, lib. 6. in Novella. Item dicebatur quod ex quo dominus noster Jesus Christus munus potestatis clavium ita ad omnium apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne infunderet, ut habetur in cap. Ita

Ita dominus. 19. dist. apparet quod nec concilium generale, nec quicumque persona aliquid potest habere de jurisdictione ecclesiastica, nisi in quantum a papa sibi conceditur: & per consequens, quod papa est supra concilium generale, & non e contra. Ad quod respondetur, quod licet potestas jurisdictionis a Christo tradita fuerit beato Petro ut ministro Christi, & ecclesie per concilium representate, considerato quod in traditione hujusmodi per Petrum ecclesia fuit designata, quodque ipse sub signo & nomine ecclesie potestatem recipit secundum Augustinum in dist. cap. Quodcumque, 24. dist. quest. 1. cum ibi notatis per Archidiaconum, & ad edificationem membrorum ecclesie, & non ad ad dissipationem, cap. Sunt quidam 24. quest. 1. & sic cum onere quod Petrus & ejus successores ut ministri ecclesie illi subjiuntur, quando male regendo ecclesiam scandalizarent, & quantum in eis esset dissiparent, ut patet per jam dicta.

Quibus attentis, constat verba dicti cap. Ita dominus, non fundare papam non esse submissum potestati ecclesie per concilium generale representate. Et cum subjiuntur, quomodo potest hoc esse, cum concilium generale nihil possit habere de jurisdictione ecclesiastica, nisi in quantum sibi concedatur a papa, ut in argumento dicebatur. Respondetur, quod si traditio clavium Petro tantum facta fuisset, & nomine suo, militaret argumentum. Sed quidquid dicat Leo papa in dict. cap. Ita dominus, veritas est quod in traditione clavium per Petrum ecclesia fuit designata. Et Petrus claves recepit sub signo & nomine ecclesie, ut supra dictum est, & sic cum onere quod, quando non edificaret, sed dissiparet, corrigi posset per ecclesiam, ut patet per jam dicta. Nec legitur quod Petrus receperit potestatem super ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale illam representans, sed supra singularia membra ecclesie, secundum communem theologorum opinionem. Et probatur per Gelasium in cap. Quamvis, 27. dist. & per Gregorium in cap. Ecce, 99. distinctione.

Quibus attentis, constat verba dicti cap. Ita dominus, non fundare papam non esse submissum potestati ecclesie. Possuntque premissa ratione naturali fortificari, quoniam supponendo quod papa sit caput ministeriale ecclesie, & membrorum singularium ipsius ecclesie videmus quod licet caput in corpore humano sit ordinatum ad directionem & gubernationem membrorum, sitque non licitum membra a capite (id est ab obedientia capituli) recedere, cap. Cum non liceat, de prescriptionibus: si tamen caput in corpore humano efficiatur languidum seu infirmum licitum erit membris illud ligare & cauterizare, ne totum (quod abest) corpus morbus invadat, si languor non fuerit curatus, in cap. Sic, inquit, 2. quest. 3. Sicque etiam videmus, quod si papa efficeretur furiosus & habens ensem, in manu, exiens palatium quos sibi obviam reperiret occideret; utique liceret subditis inferioribus eum capere & ligare: & si hoc liceret pro salvatione corporis, multo magis licere debet concilio generali ecclesiam representanti pro salute animarum,

quando papa male regendo, & ecclesiam ipsam scandalizando, animas subditorum ad viam damnationis induceret. Nec obstat premissis cap. Si papa, 40. dist. ibi dum dicitur, quod etiam si animas subditorum catervatim ad inferos deduceret, nullos mortalium posset eum judicare, nisi deprehendatur a fide devius, &c. quoniam secundum Laudunum in sacramentali de baptismo textus ille debet intelligi de peccatis papae occultis quas Dei iudicio reliquantur, 6. quest. 1. Si omnia, & etiam de publicis, quando papa est corrigibilis. Ego autem dico quod textus ibi dicit, mortalium, nullus, denegando iudicium singulis mortalium; non autem ecclesie universali, nec concilio generali illam representanti.

Item opponitur de his que debentur in cap. Nemo, 9. quest. 3. Ubi dicitur, quod nemo iudicabit primam sedem. Et sequitur ibidem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque a regibus, neque a populo, iudex iudicabitur. Sed respondetur illud esse intelligendum, quando sedes prima, id est papa, in illa sedens bona opera facit, ut sonant verba ibi posita, Iustitiam temperare desiderantem. Sed quando papa facit opera male ecclesiam notorie scandalizantia, est secus, quoniam tunc potest iudicari, & puniri per concilium universalem ecclesiam representans, si sit incorrigibilis, ut patet per jam dicta supra. Et ad hoc propositum dicebat glossa in dist. cap. Nemo, super verbo Nemo, quod cum papa peccat, potest peccatum ejus ecclesie denuntari, secundum admonitionem evangelii. Adjiciens quod hoc determinavit in cap. Si papa, 40. dist. Nec obstant premissis notata per Osiensem in cap. Proposui, de concessione prebende, ubi videtur dicere, quod etiam procedendo secundum admonitionem evangelicam ecclesia non potest iudicare papam, quoniam, salva sui pace, mandatum illud evangelii, Si peccaverit, omnibus fuit directum, & contra omnes peccantes, etiam contra papam, sicut contra alios, quando papa peccat notorie in scandalum universalis ecclesie, ut patet per jam dicta supra, sicque practicum fuit in concilio generali Constantiensis contra dominum Joannem papam XXIII. & simili modo potest responderi ad cap. Aliorum, & ad capitulum, Facta, 9. quest. 3. & ad omnia alia jura, dicentia facta papae non posse iudicari ab alio quam a Deo, & facit pro auctoritate conciliorum quod habetur 17. dist. Hinc etiam ibi dum dicitur, Sciens quia ejus sedi primum Petri apostoli meritum, deinde, secuta iussione domini, conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in ecclesiis tradidit potestatem: quamvis glossa ibidem hoc dictum moderetur, dicens quod ecclesia Romana potestatem principaliter habet a domino, & secundario a concilio: cujus sententiae concordat glossa in cap. Dudum, 3. quest. 6. Sed quamvis ita sit, hoc non infert papam non subijci concilio quando notorie ecclesiam scandalizaret, considerato quod Petrus potestatem recepit a Christo, ut minister Christi & ecclesie, & sic cum onere quod esset submissus potestati ecclesie dominus suae, quando notorie illam scandalizaret, ut supra ostensum est. Et si dicatur quod iste casus scandali

Dist. 19. de Petro: Papa, ubi regit, ubi regit, ubi regit

Constitutum de morte Laudun.

Et sic videtur Leonis san. dist. 19. de ministerio. Quia premissum.

14. post. de ministerio loquuntur.

O argumentum.

Hic iura omnia que faciunt auctoritate pro pontifice, ut vult interpretator.

Ubi postea de doctor ecclesie dicente Christo: Confirma fratres mei.

dali notori non est de expressis in decreto concilii Constantiensis; respondetur quod quando papa notorie scandalizat ecclesiam, casus iste est de pertinentibus ad casum generalis reformationis ecclesie, qui est expressus in dicto decreto concilii Constantiensis.

Item opponatur de his que habentur in glossa dicti cap. Nemo, super verbo, Ab omni clero, ibi dum dicitur quod concilium non potest judicare papam, cap. Significasti, de electione. Sed ad dictum caput fuit in precedentibus responsum, & sequitur in eadem glossa, Quod si totus mundus sentiret in aliquo contra papam, videtur quod sententia papae standum esset, 24. quest. 1. Hec est fides. Sed ad dictum cap. Hec est fides, respondetur, quod loquitur, quando agitur de fide, & in casu in quo concilium generale ecclesiam universalem representans nec est congregatum, nec in aliquo casu fidei habet opinionem determinatam contra papam, nec papa contra concilium. Præterea glossa ibi loquitur argumentative, & non decisive, arguens ibi pro & contra, sine decidendo: & quidquid in hoc passu hæcenus per glossas & doctores interdum affirmative & interdum negative fuerit opinatum, standum est hodie definitioni factæ per concilium generale Constantiensis, quoad casus in decreto illius expressos, videlicet cum agitur de fide, & de extirpatione schismatis, & de generali reformatione ecclesie in capite & in membris, & de pertinentibus ad casus præmissos: & si quis in contrarium potestatem dicti concilii in præmissis negans assereret pertinaciter, absque dubio hæreticus esset censendus, argumento eorum que habentur in cap. Omnes, 22. dist. Immo potest ultra præmissa considerari, quod licet Christus potestatem tradiderit Petro supra singularia membra ecclesie, juxta illud, *Pascite oves meas*, non legitur tamen quod potestatem sibi tradiderit supra universalem ecclesiam, cujus Christus caput est, nec supra consilium generale illam representans: imo potius de contrario ut patet per jam dicta supra in principio, & per consequens, ecclesia, cujus nomine Petrus potestatem recepit, & concilium generale illam representans, potestatem habent supra papam, ut supra ministrum & membrum suum, necdum in casibus in dicto decreto Constantiensis expressis, sed etiam in omnibus aliis, arguendo a plenitudine potestatis, quam Petrus nomine ecclesie recepit.

Nec obstant præmissis notata per Joannem Andream in dicto cap. Nemo, 9. quest. 3. ibi dum dicit, Quod licet orbis sit major Urbe, quantum ad circuitum, non tamen quantum ad auctoritatem: quoniam si sumamus orbem pro universali ecclesia in toto orbe consistente, sicut Hieronymus in cap. Legimus, 93. dist. sumebat, dicta glossa Joannis modicum immo nihil facit ad propositum suum.

Item opponatur contra potestatem concilii de his que habentur in cap. Nunc autem, 21. dist. ibi dum dicitur declaratum fuisse per concilium se non habere potestatem proferendi sententiam contra Marcellinum papam, de hæresi, quia thurificaverat idolis, imperitum, quamvis idem Marcellinus thurificationem hujusmodi confiteretur: sed ad hoc respondetur, quod verba ibi posita non sunt

verba concilii, sed Nicolai papæ ad Michaelem imperatorem: & quidquid ibi dicat dictus Nicolaus, veritas est quod concilium non omisit ibi condemnare Marcellinum de hæresi propter defectum potestatis, sed quia idem Marcellinus per metum coactus fuerat thurificare idolis, & erat corrigibilis, & per consequens non debebat deponi, 24. qu. 3. Dicit apost. ut glossa in dicto capitulo Nunc autem, dicit. Et quod contra papam de hæresi possit agi, patet in dicto cap. Si papa ibi dum dicit: Nisi deprehendatur a fide devius. Et quod isto casu, videlicet quando agitur de hæresi contra papam, concilium generale sit judex, patet ex notatis per Joannem Andream & Archidiaconum in cap. In fidei, de hæreticis lib. 6. immo potest etiam considerari quod, in quantum Petrus potestatem recepit a Christo tantum supra singularia membra ecclesie, juxta illud, *Pascite oves meas*, & non supra corpus universalem ecclesiam, cujus Christus caput est, quandocumque ecclesia est legitime congregata, seu concilium generale illam representans, Petrus illi concilio, de quocumque casu in eodem agatur, auctoritative præsidere non potest; quia non decet subditum superiori suo præsidere, 21. dist. per totum cap. Cum inferior, de majoritate & obedientia.

Nec obstant notata per Joannem Andream in cap. Grave, de præbendis, super verbo, Nuntiando. Quoniam loquitur secundum tempora, in quibus ipse & alii doctores in terris ecclesie Romanæ residentes respiciebant ad potestatem papæ cum duobus oculis, & ad potestatem ecclesie & generalium conciliorum cum nunc oculo tantum. Nec obstant jura per eundem ibidem allegata, quia ad illa patet responsio per jam dicta.

Item opponatur de hoc quod apostoli voluerunt Petrum esse principem eorum, ut habetur in dicto cap. In novo. Sed respondetur, quod apostoli non intendebant sibi dare novam potestatem, sed datam sibi a Christo approbare, ut patet ex notatis per glossam in dicto §. Hinc etiam, 17. dist. cujus glossæ sententia communiter approbatur per doctores. Sed non legitur quod Christus dedit Petro potestatem supra universalem ecclesiam, sed supra singularia membra ejusdem. Igitur dicta apostolorum voluntas, de qua habetur in dicto c. In novo, relata ad potestatem quam Christus dedit Petro, non probat apostolos dedisse potestatem Petro supra universalem ecclesiam, nec per consequens supra concilium generale illam representans.

Item opponatur de juribus, dicentibus quod papa est caput ecclesie, ut habetur in capite Fundamenta, de electione lib. 6. cum aliis concordantiis. Sed respondetur, quod illa jura debent intelligi de capite ministeriali, quod non recepit potestatem supra universalem ecclesiam, cujus Christus caput est: nec etiam supra concilium generale illam representans, sed supra singularia membra ipsius ecclesie.

Item opponatur, quod papa habuit præsidendam in multis conciliis generalibus, ut patet in cap. In nomine domini, 24. dist. & in pluribus aliis juribus, & maxime in cap. Ad apostolicæ, de re judicata, lib. 6. cum ibi notatis per Joannem Andream in glossa

En quo ibi probabatur.

Sed idem tunc concilium potest contra papam quia cum hæreticus est, debeat esse papa.

Joan. 21.

Joan. 21. O incipiam argumentum.

Paulo ante dixi decretum intelligi de expressis in glo.

Qui dicit, Papa est caput ecclesie, non nisi in nomine utique recepit Christum.

1 Sed

Quomodo
de concilio

1. Sed ad hoc responderetur, quod in pluribus antiquis conciliis papa non fuit praesidens, ut patet in illis in quibus Romani pontifices non faciebant definitiones, sed concilium, dicendo, Placuit concilio, de quibus habetur in cap. Quae recipiunt, Placuit, quae habentur de consecratione dist. 1. & in pluribus aliis. Ad cuius sententiam robur, notandum quod concilium apostolorum, de quo Actuum 6. Petrus solus non congregavit, sed duodecim apostoli simul, ut patet ibi, dum dicitur quod convocaverunt duodecim multitudinem discipulorum.

Act. 6.
1. Petrus licet
2. tamen pronuntiavit,
3. sed Jacobus sub his verbis,
4. Placuit apostolis & senioribus & omni ecclesia, & ibi decretalem epistolam ordinaverunt, non Petri nomine, sed apostolorum & seniorum, & declarando istum passum, potest considerari, quod in quantum Petrus non recepit potestatem supra ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale illam representans, ut supra dictum est, constat papam non posse habere praesidentiam auctoritativam in conciliis generalibus, nisi in quantum illa per concilium, in quo esset, sibi concederetur: quo casu non haberet usum huiusmodi potestatis nomine & auctoritate sua, sed dicti concilii. Nec obstant jura probantia quod Romani pontifices aliam praesidentiam habuerunt in conciliis generalibus: quoniam illa jura sunt intelligenda de honoraria ad beneplacitum conciliorum in eis data. Facit dictum cap. In nomine domini, 23. dist. ibi dum dicebat Nicolaus papa, Si placet fraternitati vestrae. Et si dicatur quod papa habuit praesidentiam in conciliis generalibus, ut in dicto cap. Ad apostolicam, &c. responderetur illud fuisse ex concessione illorum conciliorum, seu ex permissione illorum habentium vim dictae concessionis, aut ex tolerantia patientis & multa per patientiam tolerantur, quae si deducta essent in iudicio, non tolerarentur; de praebendis, cum jam dudum. Quibus attentis, constat papam in concilio generali non habere praesidentiam auctoritativam, neque honorariam, nisi in quantum a concilio sibi concederetur aut permetteretur.

A. Ch. de ob.
sub. 11. 12.
Per.

Item est etiam notandum, quod in illo concilio de quo habetur Act. 15. Petrus licet ibi fuerit praesens, sententiam tamen pronuntiavit, sed Jacobus sub his verbis, Placuit apostolis & senioribus & omni ecclesia, & ibi decretalem epistolam ordinaverunt, non Petri nomine, sed apostolorum & seniorum, & declarando istum passum, potest considerari, quod in quantum Petrus non recepit potestatem supra ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale illam representans, ut supra dictum est, constat papam non posse habere praesidentiam auctoritativam in conciliis generalibus, nisi in quantum illa per concilium, in quo esset, sibi concederetur: quo casu non haberet usum huiusmodi potestatis nomine & auctoritate sua, sed dicti concilii. Nec obstant jura probantia quod Romani pontifices aliam praesidentiam habuerunt in conciliis generalibus: quoniam illa jura sunt intelligenda de honoraria ad beneplacitum conciliorum in eis data. Facit dictum cap. In nomine domini, 23. dist. ibi dum dicebat Nicolaus papa, Si placet fraternitati vestrae. Et si dicatur quod papa habuit praesidentiam in conciliis generalibus, ut in dicto cap. Ad apostolicam, &c. responderetur illud fuisse ex concessione illorum conciliorum, seu ex permissione illorum habentium vim dictae concessionis, aut ex tolerantia patientis & multa per patientiam tolerantur, quae si deducta essent in iudicio, non tolerarentur; de praebendis, cum jam dudum. Quibus attentis, constat papam in concilio generali non habere praesidentiam auctoritativam, neque honorariam, nisi in quantum a concilio sibi concederetur aut permetteretur.

Item opponeretur dictum capit. Statutum, de rescripto, lib. 6. ubi papa constitutionem concilii generalis de duabus diastis reducit ad unam diastam. Sed responderetur quod papa illud fecit pro bono communis iustitiae, ut minister ecclesiae, ipsiusque auctoritate; & non sua, & in casu quo concilium generale ecclesiam representans non erat congregatum. Nec est prohibitus id facere sine consensu ipsius concilii, ut patet in constitutione concilii generalis Constantiensis, quae incipit, Frequens. Quibus attentis, patet illud capit. Statutum non probare papam esse supra concilium.

Per. 11.

Item opponeretur dictum capit. Statutum, de rescripto, lib. 6. ubi papa constitutionem concilii generalis de duabus diastis reducit ad unam diastam. Sed responderetur quod papa illud fecit pro bono communis iustitiae, ut minister ecclesiae, ipsiusque auctoritate; & non sua, & in casu quo concilium generale ecclesiam representans non erat congregatum. Nec est prohibitus id facere sine consensu ipsius concilii, ut patet in constitutione concilii generalis Constantiensis, quae incipit, Frequens. Quibus attentis, patet illud capit. Statutum non probare papam esse supra concilium.

Item opponeretur de verbis dicti cap. Significasti, importantibus, quod in statutis conciliorum generalium aperte intelligitur auctoritas Romanae ecclesiae excepta. Sed responderetur, quod ex quo auctoritas universalis ecclesiae, & consequenter conciliorum, est major, & auctoritas Romanae ecclesiae minor, ut supra in precedentibus est ostensum, necessarium est dicere quod auctoritas ecclesiae Romanae, de qua habetur in dicto c. Significasti, ministerialis est ecclesiae universalis, quoad ecclesias particulares, sicut de Petro dicitur, quod est minister ecclesiae sponsae Christi, respectu ecclesiarum particularium, quibus ecclesia Romana praesaluta est, 21. dist. Quamvis; quodque ipsa auctoritas, ut ministerialis ecclesiae universalis, auctoritate illius ecclesiae Romanae in statutis conciliorum generalium intelligitur excepta, ad declarandum, interpretandum & moderandum dicta statuta secundum varietatem temporum pro bono reipublicae, quandoque conciliis generalibus non congregatis ecclesiae Romanae pro bono reipublicae videtur faciendum: & vocatur dicta ecclesia Romana auctoritas excepta apud doctores & magistros. Quibus attentis, constat verba dicti cap. Significasti, non fundare auctoritatem ecclesiae Romanae esse majorem auctoritate ecclesiae universalis, nec per consequens conciliorum generalium ipsam representantium. Et per praemissa patet responsio ad cap. Statutum, &c. constitutio, de elect. lib. 6. In quibus Romanus pontifex sine concilio generali interpretatur & declarat statuta conciliorum generalium: & ad capit. Dudum, 3. quest. 6. & ad alia jura similia, dicentia ecclesiam Romanam esse caput aliarum ecclesiarum.

Item opponeretur de verbis dicti cap. Significasti, importantibus, quod in statutis conciliorum generalium aperte intelligitur auctoritas Romanae ecclesiae excepta. Sed responderetur, quod ex quo auctoritas universalis ecclesiae, & consequenter conciliorum, est major, & auctoritas Romanae ecclesiae minor, ut supra in precedentibus est ostensum, necessarium est dicere quod auctoritas ecclesiae Romanae, de qua habetur in dicto c. Significasti, ministerialis est ecclesiae universalis, quoad ecclesias particulares, sicut de Petro dicitur, quod est minister ecclesiae sponsae Christi, respectu ecclesiarum particularium, quibus ecclesia Romana praesaluta est, 21. dist. Quamvis; quodque ipsa auctoritas, ut ministerialis ecclesiae universalis, auctoritate illius ecclesiae Romanae in statutis conciliorum generalium intelligitur excepta, ad declarandum, interpretandum & moderandum dicta statuta secundum varietatem temporum pro bono reipublicae, quandoque conciliis generalibus non congregatis ecclesiae Romanae pro bono reipublicae videtur faciendum: & vocatur dicta ecclesia Romana auctoritas excepta apud doctores & magistros. Quibus attentis, constat verba dicti cap. Significasti, non fundare auctoritatem ecclesiae Romanae esse majorem auctoritate ecclesiae universalis, nec per consequens conciliorum generalium ipsam representantium. Et per praemissa patet responsio ad cap. Statutum, &c. constitutio, de elect. lib. 6. In quibus Romanus pontifex sine concilio generali interpretatur & declarat statuta conciliorum generalium: & ad capit. Dudum, 3. quest. 6. & ad alia jura similia, dicentia ecclesiam Romanam esse caput aliarum ecclesiarum.

Et si dicatur, quod ex quo dicta concessa est papa auctoritate ecclesiae universalis, & consequenter conciliorum generalium, potuit papa vigore dictae concessionis derogare dictae constitutioni, Frequens, & illam interpretari ac moderari, ac concilium dissolvere, & ad alium locum mutare; responderetur, quod praemissa per papam fieri non potuerunt vigore concessionis dictae, attento quod in concessione illius auctoritas prohibitiva ecclesiae universalis, & consequenter conciliorum generalium, tamquam auctoritas superioris, fuit excepta: & non est licitum inferiori adversus prohibitionem superioris, maxime pro bono universalis ecclesiae, ut in casu dictae constitutionis, Frequens, factam venire: alias si contrarium diceremus, sequeretur absurdum, videlicet

Item & Ger.
de favor.
Romanae
auctoritatis
concedit
concilio
universali
priusquam
a
monachum.

Vide And.
Thomam
delicet

Christus non
est in corpore
ecclesie nisi
in seipso
quod est
sicut dicitur
in scripturis
papa, &c.

delicit quod vigore dictæ assertionis est in potestate papa derogare omnibus constitutionibus sanctorum generalium conciliorum, & omnem bonam politicam ecclesie evertere, absque eo quod sibi posset dici: Tu male facis; quod non est dicendum.

Nec obstat præmissis illa quorundam assertio, habens quod papa est caput & pastor, ædium ecclesiarum particularium, sed etiam ecclesie universalis, quoniam si papa esset caput & pastor universalis ecclesie, universalis esset, episcopusque universalis ecclesie appellari posset, ut patet ad sensum. Sed nec est universalis, nec episcopus universalis ecclesie appellari debet, ut patet per beatum Gregorium in c. Ecce, 99. dist. supra in principio allegato. Igitur dicta assertio est falsa.

Præterea si papa esset pastor & caput ecclesie universalis, sequeretur absurdum, videlicet quod ipse esset caput & pastor corporis mystici ecclesie, secundum quod caput in corpore humano est caput & rector illius: quod non est, nec esse potest, cum Christus sit caput, gubernator & rector ecclesie universalis, ut corporis mystici consideratur, esseque duo capita in eodem corpore, monstrum existat: igitur arguendo ab absurditate evitanda, constat dictam assertionem esse falsam.

Item ecclesia Romana non est universa, sed est de universalitate corporis mystici ecclesie, & sic est membrum dicti corporis mystici, ut patet per beatum Gregorium in dicto capitulo. Ecce, cum ibi notatis per glossam. Igitur ex quo est membrum dicti corporis, non est nec esse potest caput illius, cum differentia sit inter caput & membra, cap. Cum non liceat, de prescriptionibus.

Item si papa esset papa ecclesie universalis, sequeretur absurdum, videlicet quod Petrus homo peccabilis recepisset potestatem ligandi & solvendi supra sponsam Christi, id est corpus mysticum ecclesie, quod nunquam peccavit, nec peccare potest, secundum ea que habentur in capitulo A recta, 24. quæstio 1. cum ibi notatis in glossa; quod non est dicendum.

Item si papa esset caput universalis ecclesie, esset prælatus a Christo universis catholicis ecclesie per orbem insutus, que, inclusa ecclesia Romana, unus thalamus Christi sunt, recte Gelasio in c. Quamvis universæ, 2. dist. Sed non est sic, quia non sunt prælati nisi ceteris ecclesiis a Romana distinctis, ut patet in dicto capitulo Quamvis.

Item Petrus potestatem ligandi & solvendi recepit, non nomine suo, sed nomine ecclesie, ut minister illius. Patet per Augustinum in cap. Quodcumque 24. quæstio 1. cum ibi notatis per Archidiaconum in Resario. Igitur ex quo ut minister hanc potestatem recepit, non est nec esse potest caput dominæ suæ, sicut videmus in corpore cuiusvis ecclesie, quod licet œconomus vel syndicus gerat vices dicti corporis, & in hoc sit ejus minister, non est per hoc ille caput dicti corporis. Et si dicatur quod licet Petrus non sit caput principale ecclesie, nec esse possit, est tamen caput ministeriale. Respondetur id esse falsum, considerato quod esse caput denotat præminentiam & superioritatem, quam minister non habet, nec habere potest supra

Christus non est in corpore ecclesie nisi in seipso quod est sicut dicitur in scripturis papa, &c.

Christus non est in corpore ecclesie nisi in seipso quod est sicut dicitur in scripturis papa, &c.

Id est pro-

Ergo Christus, qui se ipse dicitur vocari, non est supra ecclesiam.

dominum & dominam, cum sit sub eis, & sit inferior: & in hoc confutatur opinio illorum qui dicunt Petrum fuisse caput ministeriale ecclesie universalis: quoniam inquam præminentiam non habuit nec superioritatem supra ecclesiam universalem, ut corpus mysticum consideratur, non potest ratione ministerii sibi commissi supra ecclesias particulares a Romana distinctas dici caput ministeriale ipsius corporis mystici, licet respectu ecclesiarum particularium, que sunt membra dicti corporis mystici, ecclesia Romana & papa possunt dici caput ministeriale illarum, eo quod ratione ministerii Petro commissi ipse præminentiam & superioritatem habuerit circa ipsas ecclesias particulares, ut attestatur Gelasius papa in capitulo Quamvis universæ, 21. dist. ibi dum dicebat, quod quamvis universæ per orbem catholice ecclesie instituta unus thalamus Christi sint, tamen sancta Romana ecclesia catholica & apostolica nullis synodis constituta ceteris ecclesiis prælata est. In quo est notandum, quod non dicitur quod ecclesia Romana sit prælata universali ecclesie, que est Christi thalamus, sed ceteris ecclesiis particulariter consideratis, ab eadem Romana distinctis.

Nunc restat respondere ad iura prædicta pro dicta falsa assertionem allegata, & primo allegatur Gregorius in capitulo Considerandum, 2. dist. ibi dum dicitur de Petro, quod Christus eum cum cunctis ecclesiis præferre disposuerat. Sed respondetur illa verba debere exponi, id est, cunctis ecclesiis particularibus, quoniam illis tantum Christus Petrum prætulit, & non ecclesie universali, ut denotat verbum, Ceteris, positum in dicto c. Quamvis. Etque dicta expositio necessaria propter dictum verbum, Ceteris, & etiam propter ea que habentur secundum Gregorium in dicto capitulo. Ecce: & ut verba in sensu, in quo valere possint, & non perire, recipiantur, c. Abbate, de verborum significatione, cum aliis concordantiis.

Item allegatur pro dicta falsa assertionem capitulo præcedens dictum capitulo Considerandum, quod incipit, Hi qui. Sed, salva pace allegantis, in dicto capitulo nihil est quod faciat ad propositum suum, §. Tamen, sed exceptio præcedens dictum capitulo Considerandum, bene habet quod Petrus, post trinam Christi negationem, non solum in gradu sui episcopatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesie, exponi debent, id est omnium ecclesiarum particularium, exordium ab ipso habendum, & a Romana distinctarum: quibus tantum Romana prælata est, ut patet in dicto c. Quamvis, ut verba ipsa in sensu in quo valere possunt, & non perire, recipiantur, juxta dicta supra in responsione facta ad c. Considerandum.

Item allegatur pro dicta falsa assertionem capitulo Petrus, 2. quæstio 7. ubi dicitur quod Petrus potestatem regni acceperat. Sed respondetur id verum esse quoad particulares ecclesias, non autem quoad corpus universalis ecclesie, que est corpus mysticum, cuius Christus caput est. Et quod non receperit potestatem regni supra corpus universalis ecclesie, patet per Gelasium in dicto capitulo Quamvis, & per Gregorium in dicto capitulo. Ecce, ut supra in præcedentibus fuit ostensum.

Adde quod ibi sequitur: Sed evangelice voce prælata non dicitur prælata ob-

Id est pro-

Sed non est ecclesia particularis, sed ecclesia universalis.

Id. ubi ob
dat. quia om
nia referunt
ad Petrum

Nec obstant notata per Joannem Andream in Clementina Ad nostram, de hereticis & ibi dum dicit, quod sicut in ecclesia triumphantem est unum caput supremum, ita in ecclesia militante est unum caput, scilicet papa: quoniam illud quod ibi dicit Joannes Andream de papa, intelligi debet respectu ecclesiarum particularium, non autem respectu universalis ecclesie, ut supra ostensum est.

March 24

Item allegatur capitulum Fideiussor, 50. dist. ubi dicit Ambrosius, quod Petrus tamquam bonus pastor tuendum gregem accepit, postquam fidem perdidisse deserverat: quodque ipse Petrus pastor factus erat, ut ceteros fidei stabilitate fundaret. Et subdit ibi, quod Petrus, pro subditate devotionis, ecclesie petra dicitur, sicut ait dominus, Tu es Petrus, &c. Ad quae respondetur, quod ibi non dicitur Petrus dici petra, ad denotandum quod ecclesia fuerit fundata super eum, quoniam fundata fuit supra Christum, juxta illud: Petra autem erat Christus. Sed fuit Petrus dicitur petra, ad denotandum quod primus in nationibus fidei fundamenta per suam praedicationem posuerit, ut in eodem textu dicitur & sic praemissa ex dicto textu allegata sunt referenda ad regimen & gubernationem ecclesiarum particularium, non autem ad regimen ecclesie universalis, quae est corpus mysticum ecclesie: quod nunquam indignum neque indiget officio pastoralis Petri, cum illud sit impeccabile, non habens maculam neque rugam, secundum ea quae habentur in dicto cap. A recta, 24. questio 1. cum ibi notatis in glossa. Et ad hujus sententiae propositionem dicebant Othonis & Joannes Andream in cap. A nobis in magno, de sententia excommunicationis, super verbo ecclesiam, quod ille textus debet intelligi de ecclesia militante specialiter, vel Romana, quoniam generalis militans congregata non potest errare, 24. questio 1. A recta fide.

Yndra ordo
Cuius Petrus
compositus
est

Nec obstant alia verba ibi in fine posita, videlicet. Et tamquam saxum immobile totius corporis Christiani compagem molemque obtineat: quoniam illa verba sunt referenda ad effectum praedicationis, quae in Petro fuit fundamentum fidei in nationibus, ut ibi dicitur: estque necessarium dicta verba sic intelligere, ut recipiantur in sensu, in quo valere possunt, & non perire: & nisi sic intelligantur, perirent, propter ea quae habentur in dicto cap. Ecce, & in cap. Quamvis universae, supra allegatis.

Certe etiam
Certe etiam
Certe etiam

Item allegatur cap. Beati, 2. questio 7. ubi dicitur quod mortis apostolorum Petri & Pauli Roma principatum & caput obtinuit nationum. Ad quod respondetur, quod si Roma ibi sumatur pro Romana ecclesia, respondetur quod illud, quod ibi dicitur de principatu & capite nationum, referri debet ad ecclesias particulares in toto orbe constitutas, non autem ad ecclesiam universalem, quae est corpus mysticum ecclesie, supra quod ecclesia Romana nullum unquam obtinuit principatum, ut patet per jam dicta supra.

March 17

Item allegatur cap. Est aliud, 24. questio 1. ubi dicitur, Est aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari dominus jubet, dicens: Mitta hamum, & cum piscem qui primo ascensus tolle. Ad quod respondetur, quod verba illius textus referri debent

ad piscaturam faciendam supra caenas ecclesias, supra quas Romana fuit posita. Non autem ad piscaturam faciendam supra ecclesiam universalem, prout est corpus mysticum, quoniam illud est sine peccato, & sic non indiget piscatura Petri.

Item allegatur cap. Puto, 2. questio 7. ubi dicitur quod Petrus & Cyprianus fuerunt pares meritis. Sed Petrus fuit in potestate major illo, & quocumque alio episcopo, eo quod sua potestas per statuta universalis ecclesie est armata. Sed respondetur ut supra, quod illa, quae ibi dicuntur de potestate Petri, referri debent quoad ecclesias particulares, non autem quoad ecclesiam universalem: ut verba illius capituli recipiantur in eo sensu, in quo valere possunt, & non perire, sicut supra in precedentibus dictum est. Et licet textus ibi habeat, quod potestas Petri sit firmata per statuta universalis ecclesie, per hoc tamen non habetur ex illo, quod Petrus habuerit potestatem supra corpus universalis ecclesie, quae est corpus mysticum, cuius Christus caput est.

Item allegatur cap. Haec est fides, 24. questio 1. ubi dicitur quod papa tenet & sedem Petri. Ad quod respondetur, quod qui impugnat professionem fidei quam papa comprobavit, non catholicum sed haeticum se comprobabit: quodque sancta Romana ecclesia, quae semper immaculata permanit, domino providente, &c. in futuro manebit sine ulla hereticorum insultatione, atque firma & immobilis omni tempore persistit. Sed respondetur, quod illud quod ibi dicitur de ecclesia Romana, quod semper immaculata permanit & permanebit, intelligi debet verum, quamdiu ligabit & solvet iuste, clave non errante, ut supra in precedentibus est dictum: & sic intelligendo, non probant illa verba, nec etiam alia ibi posita, quod ecclesia Romana sit universalis ecclesia, quae est corpus mysticum, cuius Christus caput est, faciunt notata per glossam in dicto cap. A recta, 24. questio 1. nec quod ecclesia Romana receperit potestatem supra corpus universalis ecclesie: nec etiam quod papa ratione Romanae ecclesie possit dici caput & pastor universalis ecclesie.

Ecce glossam
sed Petrus de
Rom. 14. Ego
pro te rogavi,
ut non desinas
fidei 120.

Item allegatur cap. In istis, 80. dist. ubi dicitur quod inter ipsos apostolos non fuit par institutio, sed unus praefuit omnibus. Sed respondetur quod illa verba, Unus praefuit omnibus, debent intelligi referendo ad ministerium ecclesiarum particularium, non autem ad universalem ecclesiam, quae est corpus mysticum, cuius Christus caput, est ut patet per jam dicta supra.

Item ad probandum quod ecclesia Romana est caput universalis ecclesie, allegatur capitulum, Non licet, 12. dist. ibi dum dicitur, Et sicut Filius venit facere voluntatem Patris, sic & vos voluntatem implete vestrae matris, quae est ecclesia, cuius caput (ut praedictum est) Romana existit ecclesia. Sed respondetur, quod ad illud verbum, Cujus, addi debet supplendo verbum Membrorum: & tunc est sensus, quod illi episcopi implere debent voluntatem matris ecclesie, cuius membrorum Romana ecclesia caput existit: & sic supplendo & intelligendo, non probat ille textus, quod ecclesia Romana sit caput universalis ecclesie. Et notandum quod Callistus auctor dicitur

Allegando po
nitur etiam
Dicitur quod
idem est.

Si cap. Non licet, dicit ecclesiam Romanam Agantem, in quantum habet quod Petrus instituit ecclesias particulares per univcrsum orbem; & non dicit quod ecclesia Romana sit caput univcrsalis ecclesie. Nec obstat quod in eodem cap. dicitur, quod alie ecclesie habuerunt initium a Romana: quoniam per hoc non inferitur quod ecclesia Romana sit caput univcrsalis ecclesie, licet possit dici caput aliarum ecclesiarum particularium ratione potestatis tradite Petro ut ministro ecclesie super dictis ecclesiis particularibus.

Item allegant ista glossam dicti cap. Quis nesciat, qui habet quod Petrus tribuit potestatem Paulo predicandi. Sed respondetur illud non inferre quod Petrus esset caput univcrsalis ecclesie ut corpus mysticum, cuius Christus caput est, considerata: & per hoc patet responsio ad notata per Archidiaconum in cap. Ita dominus, 19. dist. ibi dum dicebat Petrum alius apostolis dedisse potestatem predicandi.

Item mandant illi videri capitulum, Bene quidem, 96. dist. quod non facit ad propositum eorum, nisi respectum haberent ad illa verba ibi posita prope principium, que sunt ista: Nec adjectione indiget plenitudo: quasi vellet dicere, quod ex quo Petrus habuit plenitudinem potestatis, cap. Significasti, de electione, non potest habere aliquam potestatem supra se, nisi Deum. Et ad hoc respondetur, quod Petrus non habuit dictam potestatis plenitudinem nomine suo, sed vice & nomine ecclesie univcrsalis, cuius minister est, ut patet per Augustinum in cap. Quodcumque, 24. quest. 1. cum ibi notatis per Archidiaconum in Rosario, de quo supra in precedentibus dictum est.

Item etiam forsan habuerint respectum ad alia verba dicti cap. que habent, quod presul ecclesie Romane merito beati Petri apostoli per univcrsum orbem primatum obtinet sacerdoti: respondetur hoc esse intelligendum quod ecclesias particulares per univcrsum orbem constitutas, quas ipsa Romana ecclesia instituit, ut habetur in cap. Quis nesciat, 11. dist. Non autem quoad ecclesiam univcrsale: cui papa tanquam illius minister subicitur, ut supra in precedentibus deductum est. Nec obstant etiam alia verba dicti cap. Bene quidem, que habent quod papa statutis synodalibus conuevit tribuere firmitatem: quoniam si illa verba recipiantur pro statutis synodalibus conciliorum generalium, est hoc intelligendum per approbationem reuerentialem, de qua habetur in cap. Sicut sancti, 11. dist. per quem textum satis videtur confutari opinio predictorum: quoniam si auctoritas papae sic esset supra concilia generalia legitime congregata, quod illorum statuta non possent habere firmitatem sine papae auctoritate. Gregorius non fuisset locutus in dicto cap. Sicut sancti, de conciliis generalibus cum tanta reuerentia, cum quanta locutus est ibidem.

Item allegant cap. Rogamus, 24. quest. 1. ibi dum dicitur quod Petrus est caput totius ecclesie. Sed respondetur illud esse exponendum, id est omnium ecclesiarum que ab ipso exordium habuerunt, cap. Quis nesciat, 11. dist. quoniam quamvis univcrsae per orbem catholice ecclesie instituta: unus thalamus Christi sint, tamen ecclesia

18. occidit
sicut scribitur

Et quare Pe-
trus dicitur esse
principio
habetur

O laetantur
tam

Gregorius ibi
de apostolica
sede expressis
loquitur.

Item dicitur
caput eccle-
sie, que ubi-
que uno est
non potest ali-
ter quam de
univcrsa eccle-
si.

Certe Dama-
sus ad, nullis
enquam con-
cilio rata te-
gi, que non
sunt nisi a
pontifice au-
thoritate.

Item dicunt illi in dicto cap. Non decet, & sequenti, haberi, quod ecclesia univcrsalis est fundata super apostolicam petram, id est supra Petrum & successores. Sed hoc ibidem non probatur, ut patet per dicta in responsionibus factis ad illa capitula.

Item allegatur cap. Quis nesciat, 11. dist. Ad quod respondetur, quod facit contra alle-
Concil. General. Tom. XXIX.

Romana nullis synodiis ceteris ecclesiis præ-
lata est, teste Gelasio papa III. cap. Quamvis
universis, 21. dist. Et notandum, quod non
dicit quod sit prælata thalamo Christi, nec
ecclesie universali, quæ est Christi thalamus.
ut ibi: sed dicit, Ceteris ecclesiis prælata est:
ad denotandum quod omnes aliæ ecclesie a
Romana distincte non faciunt thalamum Chri-
sti: sed Romana & omnes aliæ cum ea fa-
ciunt Christi thalamum, & sic ecclesiam uni-
versalem. Unde in quantum ceteræ ecclesie
non faciunt ecclesiam universalem, & Roma-
na non est prælata nisi ceteris ab ea distin-
ctis, patet quod non est prælata ecclesie uni-
versali, & per consequens quod non est uni-
versa, sed de universitate corporis mystici ec-
clesiæ, ut dicebat Gregorius in dicto cap. Ec-
ce 99. dist.

Sed Petrus
est pastor Ro-
mæ eccle-
siæ, & om-
nium aliarum
ergo universæ
ecclesiæ.

Hoc modo fa-
ctum est in
hoc universis.

Item allegant cap. Cum beatissimus, 24.
quæst. 1. ubi dicitur quod beatus Petrus a do-
mino recepit principatum. Sed respondetur,
illud intelligendum quoad ceteras ecclesias,
quæ a Romana habuerunt exordium, sed
non quoad universalem ecclesiam, quæ
Christi thalamus est, ut patet per proxime
dicta.

Item allegant cap. Si Petrus, eadem cau-
sa, & 9. ubi habetur quod Petrus, & non
alius ex apostolis, abiecit aurem Machi: ad
denotandum quod ipse præ aliis habiturus er-
rat potestatem ligandi & solvendi. Sed re-
spondetur hoc esse intelligendum quoad parti-
culares ecclesias, quæ a Romana habuerunt
exordium: non autem quoad ecclesiam uni-
versalem, ut patet per jam dicta supra.

Item allegant cap. De Constantinopolitana,
22. dist. ubi dicitur: Si qua culpa in epis-
copis invenitur, nescio quis non sit papæ sub-
jectus. Sed respondetur, illud non probare
quod univ[er]sali ecclesia sit subiecta papæ, at-
tento quod ibi non sit sermo de univ[er]sali
ecclesia, sed de culpis singulorum episcopo-
rum ecclesiarum particularium, a Romana dis-
tinctarum, qui non faciunt ecclesiam uni-
versalem.

Item allegant cap. Antiqua, de privilegiis,
ubi dicitur quod Romana ecclesia est mater
univ[er]sorum Christi fidelium. Sed responde-
tur illud esse intelligendum verum respectu
ceterarum ecclesiarum, quibus Romana præla-
ta est: non autem respectu univ[er]sali eccle-
siæ, cui Romana non est prælata, ut patet per
jam dicta supra.

Si prælata est
ecclesia uni-
versalis per
hoc, quod non
est univ[er]sali
ecclesia.

Item allegant
cap. habet.

Item allegant cap. primum de renuntiatio-
ne, lib. 6. ubi dicitur * haberi potestatem re-
gere univ[er]salem ecclesiam, & illi prædere.
Sed respondetur, quod illa verba non sunt ibi
dispositive posita, sed narrative, narrando
verba quæ illi curiosi ultra modum dicebant
in questione, An esset illicitum papæ renun-
ciare papatu, quando agnoscebat se insuffi-
cientem ad regendam univ[er]salem ecclesiam.
Et sic cum non sint dispositiva, non fundant
intentionem allegantium.

Item allegant cap. primum, 22. dist. ubi
habetur quod ecclesia Romana est fidei ma-
ter. Sed respondetur, illud esse intelligendum
ratione prædicationis, quam Petrus primus
post Christum in populis exercuit, & ecclesia
Romana alias ecclesias imitavit, 22. dist. Quis
nesciat. Et sic illud non inferre quod ecclesia
Romana sit univ[er]sali: nec quod ecclesia Ro-

mana fuerit prælata univ[er]sali ecclesie. Et
per hoc etiam respondetur ad dictum Am-
brofii, in eodem cap. dicentis quod ipse pro-
fessus est se velle in cunctis sequi sanctam
Romanam ecclesiam, quoniam istud non probat
ecclesiam Romanam fuisse prælatam uni-
versali ecclesie.

Item allegant quod Christus fundavit eccle-
siam supra Petrum. Sed respondetur hoc esse
falsum, quoniam illa verba, *Et super hæc
petram*, non referuntur ad Petrum, sed
ad Christum, juxta id: *Petra autem erat Chris-
tus*.

Math. 16.
cor. 10.

Item allegant cap. Ita dominus, 19. dist.
cujus verba etiam pronuntur in cap. Funda-
menta, de electione lib. 6. Sed ad illud fuit
respondum in primis responsionibus supra scriptis.

Item allegant dicta Petrus, sed respondetur,
quod per illa Petrus non fuit prælatus univ[er]sali ecclesie, sed parti-
cularibus ecclesiis, ut supra fuit ostensum se-
cundum Gregorium & Gelasium.

Item allegant glossam cap. In novo, 21.
dist. quæ habet, quod apostoli fuerunt pares
in consecratione & ordine, non autem in ad-
ministracione, Sed respondetur, quod licet Pe-
trus fuit alius major in administracione, hoc
non infert: quod Petrus fuerit prælatus eccle-
siæ univ[er]sali, ut patet per jam dicta supra.

Gregorius &
Gelasius sunt
contra eos.

Item allegant, quod apostoli voluerunt Pe-
trum esse principem eorum. Ad quod respon-
detur, non reperiri, quod ipsi voluerunt
esse principem ecclesie univ[er]sali. Nec un-
quam talem principatum habuit a Christo, ut
patet per jam dicta supra, secundum Grego-
rium & Gelasium.

Nota scilicet

Item allegant cap. Sacrosancta, 22. dist. Sed
ad illud patet responsio per jam dicta supra.

Item allegant glossas & textus dicentes quod
papa non habet superiorem in terris. Sed re-
spondetur hoc esse verum, salvo jure thalami
Christi, quando concilium generale non est
congregatum. Sed quando est legitime con-
gregatum, superioritatem habet in papam, ut
supra in primis responsionibus ostensum est.
Et isto modo respondetur ad notata per Guil-
lelmum in Speculo, titulo de legatis. §. Nunc
ostendendum, versu 99. & per Baldum in leg.
rescriptis, &c.

Item allegant papam impune posse tollere
constitutionem concilii generalis, contra pro-
hibitionem ipsius concilii generalis, supponen-
tes papam esse pastorem univ[er]sali ecclesie.
Sed ipsorum suppositum est falsum, & conse-
quenter ipsorum assertio super illo fundata est
falsa, ut patet per jam dicta supra.

Nihil certius
quam papam
univ[er]sali ec-
clesie esse pa-
storem.

Item allegant cap. Ubi majus de electione
lib. 6. in §. Ceterum, ubi dicitur quod pa-
pa est rector univ[er]sali ecclesie. Sed respon-
detur quod illa verba, Univ[er]sali ecclesie,
exponi debent, id est omnium ecclesiarum
particularium, membra univ[er]sali ecclesie ex-
istentium, ut patet ex his quæ habentur in
cap. Ecce, 99. dist. & in cap. Quamvis, 21.
dist. Etque dicta expositio necessaria, ut pa-
tet per jam dicta supra. Præterea notandum
quod Gregorius X. dicta verba pronovit tem-
pore quo concilia generalia non frequentaban-
tur, & ad potestatem ecclesie univ[er]sali pau-
ca respiciebant: & isto modo potest respon-
deri ad illa jura, si qua allegentur ad proban-
dum, quod papa præsit ecclesie univ[er]sali: quo-

In pontif-
icis nihil
est pro
vobis.

quoniam exponenda sunt taliter, quod veritati declaratur per beatum Gregorium, in dicto cap. Ecce, & per Gelasium in dicto cap. Quamvis, non obviat, id est contradicant.

Item allegant dicta Augustini, Gregorii, sancti Thomae, Cyrilli & Rabani, & quorundam aliorum. Sed respondetur, quod fundantur super verbis dictis Petro a Christo, quae sane intellecta juxta jam dicta supra, non fundant papam praesidentiam habere supra corpus universalis ecclesiae. Nec obstant illa verba.

Joan. 21.

Pasce oves meas: quae si intelligantur de pasculo spirituali, illud est comprehensum sub potestate ligandi & solvendi, quae data est ecclesiae principaliter, ut supra ostensum: attento quod nullus debet praedicare, nisi mittatur ab ecclesia, vel a Petro nomine ecclesiae. Si

Petrus Car-
d. et vicar-
ius.

autem intelligantur de pasculo corporali, tunc, cum illud pertinet ad ecclesiam universalem, ut patet in Actibus apostolorum, ubi distribuebatur unicuique prout sibi opus erat, non censetur per hoc Petro amplior potestas data quam ecclesiae universali, & sic cessat argumentum.

Abbr. 4.

Nec obstat, si pro eis dicatur, quod papa praesidet ecclesiae Romanae, cap. Licet, de constitutionibus, lib. 6. & ceteris ecclesiis, quae faciunt universalem, ut in dicto cap.

Ecce ad cons-
titutionem
bonorum, dum
veritatem
prosequitur.

Quamvis, quoniam respondetur, quod ad hoc quod papa praesideret universali ecclesiae, requireretur quod ipse praesideret capitibus & membris omnium ecclesiarum per orbem institutarum, ut patet in dicto cap. Quamvis

Ecce ut patet
papa non esse
summum prin-
cipalem. Sed
hoc in concilio
temeritatis.

ibi dum dicitur, Universae. Sed papa non praesidet capiti ecclesiae Romanae, quia sibi ipsi praesidere non potest. Igitur non praesidet universalem facientibus.

Item allegant cap. Si summus, de sententia excommunicationis in Clementinis, ubi papa dicitur summus pontifex. Sed respondetur, quod non debemus respicere quid papa ibi fecit, sed quid facere debuit: & constat quod non debet se appellare summum, ut supra in principio fuit prohibitum. Igitur, &c. Et eodem modo potest responderi ad cap. Ubi manus, de electione, lib. 6. ubi papa nominatur rector universalis ecclesiae: & supposito, sine praedictio veritatis, quod posset se appellare summum, hoc esset referendum respectu ecclesiarum particularium, non autem respectu ecclesiae universalis, cui non praesidet, ut patet per jam dicta supra. Et de potestate ecclesiae dicit apostolus ad Ephesios, quod ecclesia est corpus Christi & plenitudo eius. Et Augustinus lib. de symbolo, tract. 4. dicit quod ecclesia est sponsa Christi, quodque totum possidet, & a viro suo accepit in dotem.

Epist. 1.

Quibus attentis, constat papam non esse supra ecclesiam universalem, nec per consequens supra concilium generale ipsam representans, quodque, praemissis attentis, non potuit dominus Eugenius IV. neque potest dissolvere hoc concilium generale sine consensu ipsius concilii; sed ei, juxta decretum concilii generalis Constantiensis & alia supra dicta, obedire tenetur.

Et hic est finis, atque sufficiens

NOTA SEVERINI BINII.

Nullum concilium, ex quacumque episcoporum multitudine constitutum, ei, quem constat esse pontificem Romanum, praeside, aut iudicium legitimum in illum (extra causam haereticis) exercere posse; ex eoque Basileense concilio, quod papam Eugenium deponere conatum est, illegitimum merito iudicandum esse, praeter cardialem de Turrecremata lib. 1. summae de ecclesia, & alios multos, probat luculenter Nicolaus Sanderus lib. 7. de vrbili monarchia ecclesiae.

Oratio Domini Ludovici Pontani Romani utriusque juris illuminatoris Excellentissimi, Apostolicae Sedis Prætoriarum & sacri Palatii Apostolici Auditoris benemeriti, habita in Concilio Basiliensi in primo eius adventu.

28

Inspexit (Alfonso) serenissimus atque gloriosissimus Rex noster Aragonum hanc sacrosanctam synodum, tametsi innuicis processibus variisque fluctuationibus agitatum, nihilominus inviolatam incommotamque constantissime permansisse, quinimmo in successibus dies felicibus auspiciis atque etiam incrementis invaluisse. Qua ex re tria arbitratus est.

Ex edito O-
peram Pon-
ti Romae sine
anno.

Primum animum Patrum omnium ad hanc universalis Ecclesiae Congregationem peragendam voluntarium accessisse non quovismodo coactum. Quicquid enim violenter fit, solvitur cito, quicquid voluntarie, firmum perseverat, dicit rex. De cons. dis. V. quicquid. Ceterum & in divina providentia ipsos fiduciam ponentes iniquos non extimasse ministros, memores canonis ad propositum dicentis, Quid tibi faciet minister malus ubi bonus est Dominus? Quid tibi impedit multoties graeco ubi benevolus est iudex? De conse. dis. VII. Baptismus. Secundum hoc in sacratissimo concilio nullam scissuram animorumque dissimilitudinem comperiri potuisse. Notissimum enim esse dicit canon scissos divisosque semper inter vicia servere incrementa habere non posse nec augere omne etiam quod licite agunt, sed statim cum prava sua emulatione defecere. VII. q. I. Novatian. & alibi. Omne regnum in se divisum & omnis scientia & lex adversus se divisa destruitur. XXV. q. II. si eas in se. & alibi. Spiritus Sanctus disciplinae fletum refugit ac divisum. I. q. III. salvator. Spiritus enim Sanctus in Sanctis habitat. Dicitur Tex. XI. q. III. illud. Memores extiterunt textus dicentis in persona Apostolorum. Erat multitudinis ardentium cor unum & anima una, omnes unum & idem in Christo. Unde & apud Platonem illa civitas legitur perfectissime ordinata, in qua quisque non proprios sed communes facit affectus. VIII. dis. disert. I. q. III. in principio VII. q. I. nihil. XII. q. I. dilectissimis. Tertium huic sacratissimo concilio rectum legitimumque principium assistisse. Quoniam bono enim peragi potuisset progressu si malo extitisset inchoatum principio. Quomodo enim boni operis superextitisset aedificium, si bonum eius non fuisset fundamentum, dicitur tex. I. q. I. in canone Principatus, & in canone Paulus. Quomodo de infecta vel de infructuosa radice tales talisque fructus tales ac quantos vidimus produci potuissent. Dicitur tex. Notabilis I. q. I. vulnerato.

Secundo principaliter inspexit ipsam sacrosanctam

sanctam synodum ad tria potissime existere congregatam. Primum ad reformationem Ecclesie Dei in capite & in membris; membra capio pro inferioribus plantis atque sacerdotibus. Horum autem reformationem maximum sanctissimumque opus esse ex pluribus demonstratur. Primum ut Pastorum recte viventium vita sit exemplo subjectis ut mandat canon. *II. q. VII. cum Pastoris*. Secundo ne contingat absurdum, sed ut cum ejus qui præsides vita despicitur, ejusdem etiam iusto contemnatur. *Dicitur tex. formalis III. q. VII. Porro. §. idem Gregorius*. Tertio ne qui positus est, ut aliorum corrigat errores, videatur etiam præ ceteris errorum magister, *dicit canon. II. q. VII. nos si incompetenter*. Quarto quia quod a plantis agitur facile trahitur ad subditos in exemplum de voto *c. magne*. Unde illud satiricum: Omne animi vitium tanto conspectus in se crimen habent, quanto qui peccat major habetur. Quamobrem dicuntur positi velut signum ad saggitam, *de accusat. c. qualiter & quando*. Quinto quia tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt *XI. q. III. præcipue*. Non ergo immerito dicitur. *maiori reatu delinquit qui potiori honore fruitur, & quia graviora facit iudicia peccatorum peccantium sublimitas, XXV. q. I. nullas. XL. di. homo Christianus*. Sexto, quia quis illum antilitem venerari posset, quem continuo jacentem atque delictis obsessum videt *LXI. di. in Sacerdotibus*. Septimo, quia qualis erit consilio quamquam abhominabilis. Si quod esse queritur in membris non reperitur in capite. *LXI. di. miramur*. Octavo quia capite vulnerato facile singula corporis membra debilitantur *VI. q. I. sunt plurimi §. verum*. Nono quia vulnerato Pastore quis curandis ovibus adhibeat medicinam. Aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui sese jaculis hostium feriendam exponit. Aut quem fructum de se producat, cuius gravi peste radix infecta est. *I. q. I. vulnerato*. Decimo, ne totum quod absit corpus morbus invadat si languor non fuerit curatus in capite. *II. q. VII. sicut inquit*. Undecimo, ne languentem pastorem grex, quod ablit, insidiatorum laniandus dentibus exponatur *VII. q. I. quamvis*. Duodecimo, quia nemo quippe in Ecclesia amplius nocet, quam qui perverse agens nomen vel ordinem primatus habet, delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpam vehementer ostenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur *LXXXVII. di. nemo quippe*. Decimotertio quia quæ esset ista bonitas, ut capiti prodesset & omnes in discrimen adduceret. *XLV. di. sed illud*. Expedit enim cavere, ne qui positus est ad gubernationem populorum efficiatur ruina multorum *XI. q. III. ut corpori*. Sine cautâ enim conatur quis ramos incidere, si venenosam radicem etiam non querat evellere, *dicitur tex. de panis. di. II. fidei veritas*. Decimo quarto quia pro demeritis subditorum plerumque depravatur vita rectorum *II. q. II. in can. non est a plebe. & c. si hæreticus VIII. q. I. audacter. VI. q. I. ex merito*. Sicut e contra pro demeritis Prælatorum damnatur plerumque vita subditorum, ut Prælati suis subditis consentientes ad malum, cum eis simul corrumpant *I. q. IV. Eccle-*

sa §. item populus. Unde non immerito dicitur canon: *Admonendi sunt subditi, ne plusquam expediatis suis subditis, ne cum student plusquam necesse est hominibus subditi, eorum vicia cogantur venerari II. q. VII. admonendi*. Decimo quinto, quia summi Sacerdotes sunt ipsi Episcopi, unde qui eos tangit, pupillam divini oculi tangit. Injuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. *II. q. VII. accusatio. & c. qualis*. Alibi vero habetur, quod eos in oculos sibi Deus elegit *VI. q. I. oves*. Alibi quod sanctissimi sunt Christi legati, & columnæ firmissimo comprobantur Ecclesie, de pœnis *olemen. Si quis suadente*. Alibi vero persone vocantur illustres de re *judi. c. 1. §. li. VI. Alibi secundum locum in Ecclesia tenentes dicuntur XI. di. ante omnia*. Alibi vero Christi nomine appellantur *XXVIII. q. III. quisquis*. Alibi vero nomine Dei & Angelorum *XI. q. I. Sacerdotibus de hæresi. e. cum ex injuncto*. Unde vilissimi computandi forent si alios non præcederet scientia & sanctitate, ex quo sunt honore præstantiores *I. q. I. vilissimos I. q. VII. convenientibus, & in auc. de san. Epi. §. Dand*. Nec enim sufficere eis arbitrari debet ad salutem, si turbis negligentium vel quorumlibet indoctorum, & fide & actibus adæquantur, quibus sacris literis unica est credendi pariter & vivendi regula perscripta. *VIII. q. I. nec sufficere*. Animadvertere enim debent quod nomen solum non faciunt Episcopum sed vita; nec enim facit ecclesiastica dignitas christianum *II. q. VII. his ita. & c. non facit*. Nec sanctorum filii sunt etiam sanctorum loca teneant, nisi & eorum opera exercent. *XL. di. non est facile*. Intueri debent se Apostolorum mores tenere *LXXVIII. di. quorum voces XII. q. I. Videntes XXI. di. in novo*. Ex quo igitur in eorum loco sunt, non solum eos sermone sed conversatione & abstinentia debent *XXXI. di. in can. Ecclesia Princeps*. Decimo sexto, quia Ecclesia in se regendi suscepit auctoritatem, unde filiorum crimina suscipere debet. Qui enim præsidet. Si sua delicta non dederit nec filiorum crimina correxerit, canis impudicus dicendus est. Magis quam Episcopus *II. q. VII. qui nec regimur. Et alibi dicitur tex.* Qui nec suorum maxime domesticorum curam non habet fidem in se esse negat, & est infideli deterior *XLVII. di. necesse*. Et alibi dicitur, quod sæpe pietas paterni nominis pro liberis consilium debet capere. *f. de adult. l. nec in ea*. Decimosextimo quia Episcopos si vellemus latine superintendentes dicere possumus *XXI. de cleris*. Unde intelligant se non esse Episcopos, qui præse dilexerint, non autem prodesse populo Dei *VIII. q. I. qui episcopatum*. Qui enim sunt in ecclesiis præpositi non dominum propter Dominum querentes, sed lucris de commodis temporalibus inhiantes, si mercenarii sunt, & inter Dei filios se non computant *VIII. q. I. sunt autem*. Decimo octavo quia debent magnopere providere, ut cunctum populum cui præsidet conversatione, disciplina sermone præstare. Vehementer enim Ecclesiam destruit, meliores esse laicos quam clericos *VIII. q. I. Qualis*. Ceterum debent magistri scientia & facundia alios præcellere. *D. profes. & me. l. magistros I. X. Et tales fore quod comparatione sui discipuli paleæ dicantur XXV. di.*

di. criminis. Unde merito dicitur tex. aliquid amplius magistris esse debere discipulorum paricia. in *prohemio for. in §. In quantum*. Docimopono quia ipsi sacerdotes pro populo Deum interpellant, populi peccata condemnant, quia precibus suis ea delent atque consumunt. Quid quanto digniores fuerint, tanto facilius in necessitatibus pro quibus clamant exaudiuntur. *I. q. I. ipsi sacerdotes*. Digniores autem intelligo non gradu dignitatis, sed recte vite integritate, quoniam qui major fuerit inter homines in honore ille apud Deum dignior est, sed qui fuerit iustior. *XL. di. multi ad fi.* Unde apud Deum non gradus elegantior, sed vite melioris actio comprobatur. *XXIII. q. IV. sicut excellentiam XVI. q. I. sunt nonnulli*. Et alibi, non divitiarum non generis nobilitas, sed boni mores atque virtutes gratum Deo & acceptum faciunt sacerdotem de preben. c. *Venerabilis XXXII. q. IV. §. is ita*. Et alibi: non loca vel nobilitates ordinis nos creatori nostro proximos faciunt, sed aut merita nostra bona conjungunt, aut mala disjungunt. *XL. di. c. non loca cum fis*. Certe profecto major est metuenda locis illa calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis intromittuntur qui Dei magis in se iracundiam provocant quam pro semetipsis placare debuerant. *I. q. I. vulneratio*. Quomodo enim proficere possunt quæ agunt aut impetrantur aliquibus illicitis conatibus, adeo qui contra Deum quod eis non licet moluntur. *I. q. I. Si quis inquit*. Et alibi: sollicitè formidandum est, ne qui posse creditur iram Dei ipse proprio reatu mereatur. Cuncti enim, si quid novimus, quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur. *XXIX. di. ecce. III. q. VII. in gravibus*. Unde alibi scriptum est *Vos, o Sacerdotes, fallitis nomen meum, cum offeritis ad altare meum panes pollutos; non est mihi voluntas aliqua in vobis LXXXI. di. oportet*. *XX. quia necesse est ut quod sacerdos præceptoris est populis, primum a se, deum a domesticis exigat. XLVII. di. necesse*. Ad viam enim positus aliorum ex se ipsis oportet ostendere, qualiter alios in domo domini oportet conversari de elect. c. cum in cunctis. Et alibi tunc ab omnibus custodiendi præpositi extiment, quando ipsi illis reverentiam præbent, iusti est eorum auctoritas si qua in populis prohibent sibi licere non patiantur. *IX. di. Imperatores*. Nisi audiant verbum illud Ambrosii dicentis in personam Prælatorum. Quid autem ego vos arguo, cum me possitis unico sermone convincere? Convincor autem, cum clericos magis nobis videam negligentes. Quomodo enim valeo corrigere filios, cum fratres emendare non possum, aut qua fiducia subcenseam laicis, cum propter confortes pudoris verecundia contumescam, *VIII. q. I. quid autem*. Unde alibi dicitur tex. nemo recte monitoris suscipit personam, nisi qui propriis actibus errata condemnat & errorem innocentiarum conversatione demonstrat, *LXXXI. di. nemo recte*. Et alibi: Judicet ille alterius peccata qui non habet in seipso quid corrigat. *III. q. V. Judicet*. Quare non immerito refert canon divinum verbum dicens, a Sanctis meis, id est Sacerdotibus incipite iudicium. *I. di. purgamur. XXI. Quia prius monendi sunt spirituales Pa-*

tres & arctandi bona agere, ut eorum auctoritate cetera multitudo irangatur. *XLIII. di. in c. commutationes*. Unde multum virtutibus splendore debet vita Pontificis, ut gradu conferat, decorem quem ab eo non accipit. Ex officio enim suscepto non licentiam peccandi sed necessitatem benevivendi se noverint atsecutos. *XL. di. oportet*. Bene enim vivendo & bene docendo populum instruit quomodo vivere debeat, bene autem docendo & male vivendo Deum instruit quomodo eum debeat condemnare. *XL. di. multi. XXII. quia Prælatorum sanctitas quantum ex vite merito adificat ecclesiam Christi tantum eidem nocet si destruentibus non resistat. II. q. VII. Sancta quippe. XXIII. quia nihil periculosius quam cum speculatores qui sunt Prælati vertuntur, in laqueum tortuosum ponentes in omnibus locis scandalum. XXIV. q. III. Transfrunt. XXVIII. quia quis locus quod causa esse poterit si venerandi Dei templi vicus expugnentur. Quem murum integritatis, aut vallum fidei venerabimus si veneranda Ecclesie Dei membra integritate deficiant, Quod denique cautum esse poterit aut tutum si sanctitas incorrupta corrumpatur. c. de Epi. & Cler. L. Si quemquam.*

Secundo principaliter ad extirpationem hæresum atque schismatum quod quidem omnium honorum operum est potissimum, & Ecclesie officio necessitatis incumbens, ut hæc demonstratur. Primum verbum Domipicæ veritatis & apud jus canonicum relatum dicentis: major est mihi consolatio super uno peccatore poenitentiam agente, quam super magna salvorum multitudine. *XXIII. q. IV. hoc autem sed ex his*. Secundo quia si juxta verbum Principis summi legislatoris: Nil felicius suæ reipublicæ accedere potest quam subjeclorum quo ad temporalia incrementum. *ff. de bon. dam. L. cum ratio §. si plures I. q. IV. c. ecclesia §. is ita*. In lata gente gloriæ Regis est in diminutione plebis, contristatio Principis ergo multo magis nil felicius universalis Ecclesie accedere potest quam subjeclorum quod Danamam augmentum. Quanto enim anima dignior est corpore & ceteris rebus præponenda est. *XXI. q. I. precipimus. De pan. & re. q. cum in merit. de Sacrosan. Eccl. L. Sancimus*. Tanto dignior illa felicitas est quæ ob ecclesiasticam qualitatem animæ infixæ nascitur pervenire. Tertio ex textu dicente potissimum bonum est perditionem querere, ut de inventis gaudere possimus. *XXIII. q. VII. quemadmodum*. Et alibi: sicut porriguntur in eo maxime negligentes pastores. Et alibi dicitur: errantem non revocatis, perditum non requisitis. *XXIII. q. III. c. displicet*. Alibi vero sic. Quid ad nos attinet, & conscientie jure convenit hoc est semper operam dare ne quis culpa nostra de ecclesia pereat. *XLVII. c. quid ad nos*. Quarto si perniciosum est in tranquillitate navim deferere quanto magis in fluctibus. Quia ex re errantem gregem, nobis qui præsidemus incumbit querere in unumquemque colligere. *VII. q. I. c. fescitans*. Quinto ex textu sic dicente oportet Sacerdotes quibus populus Domini commissus est magna cum instantia vigilare super dominicas oves, ne lupinis moribus id est diaboli stimulis lanientur. *VIII. di. oportet*. Hoc quidem gloriose & mirifice esset hæc S. Synodus, quæ Bohemiam

cam hæresim Deo adjutore delevit, tot innu-
 meras animas perditas ac errantes ad B. P.
 ovile reduxit. Hic extitit luculentissime de-
 monstratum clericorum arma quæ sunt Car-
 dinales, ad Deum. scilicet profusæ orationes,
 & lachrymæ XXIII. q. VIII. *convenior. c. &*
non vna §. de Episcopis militantibus valuisse.
 Quod etiam primo legis tempore constituisse
 attestatur Gratianus dicens: quid facit moyses
 ad bella vadit sed orat. dum orat vincit po-
 pulum ejus, dum orare desinit vincitur & fu-
 gatur XXXVI. di. Si quis vult XVI. q. III.
 porro. Hic extitit manifestissime verificatum
 canon dicens: scire debent Principes religio-
 nibus magis quam officiis & laboribus corpo-
 rum vel sudore eorum rem publicam conti-
 neri XXIII. q. VIII. *c. tribuni §. quamvis.*
 Non ergo immerito sumus legis interpretæ hæc
 verba effundit dicens: Deo auctori nostro quæ-
 strum gubernante imperium & bella feliciter
 peragimus & pacem decoramus & statum rei-
 publicæ sustentamus, & ita nostros animos ad
 Dei omnipotentis erigimus adjutorium, ut ne-
 que armis confidamus neque bellorum duci-
 bus neque nostro ingenio sed omnem spem
 ad solam eius reformo providentiam, unde &
 mundi totius elementa processerunt eorumque
 dispositio in orbe terrarum. *C. de ve. jur. enu.*
 Tertio principaliter ad unionem pacemque te-
 nendam inter fideles populi Christiani. Ea au-
 tem n. l. salubrius esse potest, ut primum de-
 monstratur ex verbo dominicæ veritatis apud
 jus Canonicon relatum, qui in ultimo ejus
 testamento discipulis suis pacem dedit ac re-
 liquit XXIII. q. I. *c. nisi bella.* Qua ratione
 jus dicit hæredes Christi non fore qui pacem
 non habet ejus testimonio relictam *de re jur.*
in c. apostolica di. VI. Secundo quia scriptum
 est: Princeps ad eam observandam maxime
 tenetur. Unde dicit canon. Qui contra pacem
 Ecclesiæ sunt, si dignitatem habent, ea nu-
 dentur XXIII. q. I. *qui contra pacem.* Tertio
 ex textu dicente, neque enim Dominum pla-
 catum habere poterit qui non studet paci in-
 ter fratres ponendæ sed zelo discordiæ XC.
 di. *neque enim.* Quarto ex textu dicente am-
 plectimur quippe voluntarios pro subditorum
 pace labores & noctes quandoque transimus
 insomnes, ut scandala reinoveamus ab ipsis.
 In ipsorum namque prosperitate nos utique
 prosperamus, ut in auc. ut divi jussiones in
 Prim. coll. VIII. & in auc. ut judi. sine quoquo
 facta. in prim. & in prohemio. VI. Ultimo ex
 text. dicente, Principis providentiæ illud est
 proprium ut omni tempore subditorum com-
 oditas ac quietas procuretur. *de nup. l. imperia-
 lis & in c. I. de prohi. seu. alie. in usi. seu.*
 Demum tertio principaliter intuetur Sere-
 nilimus Rex se ex debito regis majestatis a-
 strictum fore universali ecclesiæ quæ hoc sa-
 cratissimo collegio representatur omnia possibi-
 lia sibi incrementa possibiles quæ favores adi-
 cere, quod quidem demonstratur, primo ex
 c. ecce Princeps XXIII. q. V. sic dicente: Ec-
 ce Principes nonnunquam in terra Ecclesiarum
 potestatem adepti culmina tenent, ut per ean-
 dem disciplinari ecclesiasticam muniant, & quod
 non valeant Sacerdotes efficere per sermonem do-
 cturina hoc ipsi imperent per disciplina terrorem.
 Unde cognoscere debent Principes secuti se
 debere esse reddituros rationem. Deo propter
 ecclesiæ quam a Christo tenendam suscep-

runt. Nec mirum si hujusmodi labores eos
 pati necesse sit, cum magis religionibus quam
 officiis & laboribus corporum vel sudore sci-
 re debeant eorum rempublicam contineri di-
 cit text. XXIII. q. VIII. *c. tributum. §. quam-*
vis. Secundo ex text. in c. boni Principis. IX.
 di. *dicentis,* boni Principis ac religiosi est Ec-
 clesiæ contritas atque confusas restaurare. Ter-
 tio ex text. XXIII. q. IV. *Sicut excellentiam.*
 Dum dicit magis ergo profecto excellentiæ
 vir, gloria apud oratores proficit si per eam
 contritiæ Ecclesiæ possit societas restaurari.
 Cum enim largita mumerata ad nominis sui
 gloriam conspiciat revocari, tanto magis lar-
 giora tribuit, quanto magis religionem suam
 per ipsam Regiam dignitatem viderit amplia-
 ri. Quarto ex text. in c. si vero ex fidei XXIII.
 q. IV. *sic dicente.* Per orbem enim meritum
 nostrorum loquax discurrat opinio bella nos
 frequenter appetere non fundendi sanguinis
 gratia, sed dilatandæ causa reipublicæ in qua
 Deum coli inspicimus. Ceterum plura pro pa-
 scendis ovibus beati Petri apostolorum Princi-
 pis excellentiam nostram fecisse didicimus.
 Quæcumque igitur illis christianissima mente
 confertis horum retributionem in futuris secu-
 lis reperietis. Quinto ex text. *c. quando vult*
Deus XXIII. q. IV. sic dicente. Nec miretur
 quisquam quod moneantur Principes contra dis-
 sipatores detestandos Ecclesiæ, si enim admo-
 nentur, quomodo & rationem redderent de
 imperio suo Deo. Quid enim magis ad Re-
 ges populi pertinet christianos, quod ut tem-
 poribus suis pacatam esse definant eorum ma-
 trem ecclesiæ unde spiritualiter nati sunt.

Quarto principaliter insipexit literas sibi du-
 ctas ex hac sacratissima synodo, quibus hor-
 tatus extitit, ut ad eandem pro augmento
 universalis Ecclesiæ, ut decens erat suo no-
 mine destinaret. Hos autem hortatus, ut de-
 cens est, præceptorum loco suscepit; scriptum
 est superiorum rogatus ac hortatus vim præ-
 cepti obtinere, *de test. clem. I. in verbo Ex-*
hortamur ff. quod jussu L. I. §. in verbo Quem-
admodum. Parium autem vel inferiorum hor-
 tati liberam voluntatem excitare dicuntur.
Dicit text. IV. c. denique §. & si legibus. Vo-
 lens igitur tanti boni participationem conse-
 qui necessitati regis dignitati satisfacere, jussu-
 bus, sacræ synodi parere, sciens solam esse
 quæ fidei meritum possidet obedientiam sine
 qua infidelis quis fore convincitur, etiam si fi-
 delis esse nosceretur VIII. q. sciendum. Nos
 enim Oratores, quavis immerito, ad hanc sa-
 cratissimam synodum, quibus jussit primum,
 ut ipsum devotissimum Ecclesiæ filium huic
 sacro concilio commissum faceremus, prout
 & facimus. Memor fuit canonis dicentis. *Quid*
enim honorificentius potest contingere, quam quod
Princeps filius dicatur Ecclesiæ XXIII. q. VIII.
convenior. Demum ut suæ Regis celsitudinis
 nomine huic sacratissimo Concilio salutes red-
 deremus innumeras prout & reddimus. Hæc
 autem salutatio tria significat; primo quia o-
 stendit operum hujus sacratissimi concilii se
 velle fore participem. Qui enim ave dicit sa-
 lutato, in operibus communicare intelligitur
 XXIV. q. I. *c. omnes.* Secundo & de recte
 gestis & gerendis per eandem velle præstare
 consensum, cum & salutatio salutato præsta-
 tionem consensus attribuat, ut *de sen. excom.*
c. si aliquando to. tit. clemen. si summus.
 Ter-

Tertio dilectionis & amicitie est signum: ut enim ex eo quod quis alterum salutare denegat presumptio inimicitie generatur, ut *de off. dele. c. cum super*. Ita ex salutatione dilectionis & amicitie presumptio causetur, ut traditur LXIII. *di. cum Adrianus in glo.* Quarto iussit ut ejus Regiam serenitatem omnes conatus ejus Regna quocumque, potentatibusque suos offeremus obsequentissimos huic sacre synodo voluntati prout offerimus. Arbitratus quidem ipse est oblationem hanc, etsi ad effectum productam, esse quid minimum, memor jurisdictionis: Quid enim causetur Princeps, ne meliora det, cui Deus plurima dedit habere & multarum esse & facile dare maxime sanctissimæ Ecclesie, cui optima mensura est ei donatarum rerum immensitas, ut in *auc. de non alie. §. quinimo igitur*. Ceterum potissimum Principi conveniens est, ut sibi sit innata liberalitas. Hoc quidem his juribus demonstratur: primum ex *tex. dicente*, hanc sibi nobilitas legem imponit, & multo magis Regia dignitas, ut debere se quod sponte tribuit existimet; & nisi beneficiis suis creverit nihil se fecisse putet de *don. c. I. Secundo ex tex. dicente*, absurdum enim est & temerarium innatam liberalitatem non ad augmentum sed ad diminutionem convertere. *De pos. agen. in rebus L. f. LI. XII. ff. de dona. L. filiusfamilias & in c. grande de supplen. neg. Pral. LI. VI.* Tertio ex *tex. dicente*: nec enim proprium est Principis auferre concessa, sed augere, in *auc. de referenda. §. Præterea igitur*. Quarto ex eo quod per Senecam moraliter dictum refert *glo. de simo. c. & f. quæstiones*. Quod cum quidam Cynicus nomine peteret ab Antigono Rege talentum, respondit plus fore quam cynicus petere deberet. Cum vero denarium respondit minus quam Regem deceret id foret. Et sic turpissimam cavillationem invenit qua neutrum daret potissimum suis militibus veteranis, se liberalissimum debet exigere, ut docet *tex. in L. I. de vete. LI. XII.* dum dicit, magis atque magis veteranis meis debeo beatitudinem augere in nihilo vero diminueret. Quanto ut ipsi sacre synodo assisteremus, prout & pollicemur in his omnibus quæ concernunt reformationem Ecclesie, hæresum atque scismatum extirpationem, pacem populi Christiani, vota vero non private affectioni huius aut alterius consulerent, sed rationi utilitati prospicerent. Memor fuit multiplicis literis, quarum prima: cavete, ne in compressando vota, nullus vestrum neglecta utilitate communi tuo lucro private affectioni prospiciat, ne si quisquam propria commoda appetat, frivola extimatione fallatur. Nec enim libero arbitrio præferendam sibi sententiam communi utilitati faventem examinat mens, quam privata cupiditas ligat VIII. *q. II. Dilectissimi*. Perdit enim lingue recte operandæ memoriam menti terrenis obligata carceribus LXXXV. *di. Nihil illor.* Secundo. Si hominibus placere studeo ad communem utilitatem non anheo, Christi servus non sum. Verba sunt canonis referentis Apostolum XLII. *Quid ad nos*. Tertia dicens in præcipitium suos mergunt Auditores, quibus non quæ communi saluti prospiciant, sed quæ illis delectant erronea prædicant. Dicit *tex. II. q. V. Sepulu.* Quarta dicens si pro omnibus Christus mortuus est, & superest ut qui vivunt jam

sibi non vivant, sed ei qui pro ipsis passus est & resurrexit in Christo. Vivant igitur non private sed communi utilitati ad quam indolenter Christus anhelat VIII. *q. I. in scripturis*. Ultimo literæ dicentis, nil deterius quam cum mentem inordinatus captivat affectus, *de elec. ubi periculum §. ceterum. LI. VI.* Injunctum etiam ut non metu aliquo, non quavis etiam causa veritatem tacerem, quæ communi utilitati prospiceret, sententiæ memor primi canonis referentis Hieronymum dicentem. *Innocens absque sermone qui sano quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. XLIII. di. pudicus*. Secundi dicentis, sicut incauta locutio in errorem protrahit, ita indiscretum silentium eos qui exaudiri poterant delinquit XLIII. *di. si error*. Tertii dicentis: si quis metu cujuslibet potestatis veritatem occultet, iram Dei in se provocat, quia magis hominem timet quam Deum. Unde & quæ mendacium dicit, & qui veritatem occultat, uterque reus est. Aliter enim prodesse non vult, alter vero nocere desiderat XI. *q. III. quisquis de crim. fals. c. I.* Quarto auctoritate Inno. dicentis quemlibet de universitate tenere contradicere his quæ male aguntur in ea, sive per ea lædatur universitas sive alius quicumque, quoniam si non contradixit, eum tacite consentire videatur vel contradicere teneatur, involvetur peccato poena pariter cum consentientibus. Ita dicit singulariter in *c. de his qui si. a ma. per ca.* Cujus sententia ex his *tex. confirmatur. Primo ex c. error LXXXIII. di. Dicente*: Error cui non resistitur approbatur, veritas cum non defendatur opprimitur, negligere quippe cum possis perturbare perverios, non est aliud, quam favere. Ad idem II. *q. V. negligentia XXIII. q. VIII. c. præterea*. Secundo ex *c. consentire LXXXIII. di. dicente*: Consentire videtur erranti, qui ad rescandum quæ corripit debent non occurrat de homi. *c. Sicut de sen. exco. c. dilecti. LI. di.* Quid autem prodest tuo errore non polli, si consensus præstetur erranti LXXXIII. *di. quid prodest*. Quinto, dicentis: utilius permitti scandalum nasci, quam veritatem derelinqui. *de regul. juris c. qui scandalizaverit*. Potius enim quælibet mala tolleranda sunt, quam quod malo præstetur assensus XXXII. *q. V. ua ne. quod me. causa. c. sacrif.* Unde alibi dicit canon referens Gregorium: sanctius fore pro veritate supplicium pati quam pro adulatione beneficium consequi XI. *q. III. c. nemo*. Ultimo literæ dicentis, nil esse quod magis Prælato ex omnibus officiat, quam taciturnitas in bono XL. *di. Si Papa*. Ex quo *glo. XXVI. di. Si testimnis*, concludit, taciturnitatem in Prælato mortale peccatum fore. Quinimo ut nec aliorum defraudemus erroneas sententias, aut illis quomodolibet præstaremus assensum, sed prudentioribus credemus. Memor sui multiplex literæ quarum prima: qui aliorum defendit errores, is est errantibus dampnabilior, quia non solum ipse errat, sed etiam aliis offendicula erroris, præparat & confirmat. XXIII. *q. III. qui aliorum* Ad idem XI. *q. III. qui consentit*. Secundo sic qui alios cum potest ab errore non revocat seipsum errare demonstrat, de hæret. *c. II.* Tertio canonis sic dicentis. Quis iniquus est quam impia sapere, & prudentioribus, doctoribusque non credere XXIII. *q. IV. Quid autem.*

Quinto inlunxit nos expositorum, quod si aliquantulum moram traxerit in suorum oratorum demonstratione ad hunc locum sacratissimum. Nihilominus tamen epus regia voluntas & si abiens semper ea fuit, ut huc sacrosanctae synodo in favoribus, atque incrementis pro sua possibilitate assideret, valde admitteatur, si placat sacrosancta synodus omnipotentem Deum qui voluntatem remunerat & non opus de pe. d. 1. §. *item fecit auctoritas & exemplum*. Similiter & qui Abraham effectum quaesivit non factum exigit dicit *tex. XXII. q. II. si qualibet in fi.* Orator etiam quamvis ex hoc necessarium Regia maiestas non arbitretur ipsam sacrosanctam synodum ad prosecutionem horum laudabilium sanctorumque operum, bene fecit eam quadruplicis sententiae memorem, quarum prima illa est: indecens probatur oratio potius solvere militiae premium quam caeteri victori adversitas praehorum VII. q. I. *usuratur, de Renunc. c. I. in fi. LI. VI. c. de his qui non impletis stipendis I. II. LI. X.* Secundo nil creditur adlum fuisse ali- quid agendum superest. *c. de his, qui in in- dia. l. penul. in fi.* Tertio dicente quod frustra velociter currit qui priusquam ad metas perveniat desinat *le par. di. III. in cassum*. Ultimo dicente quod magis ille delinquit qui interruptam causam dimittit quam qui nunquam ad causam venit *in auten. de litig. §. unrem.*

Postremo quia iusti inibi gloriam suam non quaerunt, sed ductus, ex quo enim ministri sunt pro ductibus tantum nolunt, dicit *tex. formalis de conse. di. IV.* aliud enim igitur nos in hoc loco ministri ferocissimi Regis non vestrae voluntati consulimus sed gloriae voluntate nostrae Principis luculenter superius demonstratae sententiae facio imperitissimis verbis meis propter tria. Primum, ne in erroream iustiorum opinionem incidam qui nimiam paritatem auctoritatem putant, dicit *tex. XLVI. di. §. sequitur*. Est enim animi vitium nimia maxime secreta vulgare, & quod sit vel loquacitate incauta dum sine iudicio volat emissum semel irreversibile verbum, vel adulatione ut eis placeas, cui secreta revelas vel revelatione scientiae, ut plura scire videaris ut Ambrosium hoc dicentem formaliter refert Gratianus XIII. di. §. *Partes quoque*. Secundo ut adulationis vitium effugiam in quod quidem me incurrite indicaret si huius sacri Concilii laudatissima gesta dignis praeconiis extollerem, duplicis sententiae contra adulatores inemor, primo *tex. dicentis clericum adulationibus vacantem ab officio dignitateque deponendum fore XLV. di. clericus*. Secundo *tex. dicentis*, ut etiam veritate placendi adulatione causa hominibus enuncian- dum esse XXII. q. II. *primum genus*. Videtur enim in vanitate sensus & in obscuro- mentis egredi qui quaerit Principibus adulari, ut Hieronymum dicentem refert Gratianus XXVII. di. *nonne nobis*. Tertio *tex. dicentis* interminora peccata computari si majori personae aut ex voluntate aut ex necessitate adulari quis voluerit. XXIV. di. *Ergo credimus*. Profecto scio ipsam sacrosanctam synodum ob ea laudabilia quae egit, atque actura est non quaerere ab hominibus venerari aut gloria affectui, memor *tex. dicentis*: Vide quantum bonum est charitas, si ita martyrium putia-

mur, ut nostras velimus ab hominibus venerari reliquias; & si opinionem vulgi sectantes intrepidi sanguinem fundamus, & substantiam nostram utique ad mendicitatem proximo dedemus, huic operi non tam pretium quam poena debetur, & perferri magis tormenta sunt quam corona victoriae I. q. I. *vide*. Tertio ut ego detractores linguas effugiam si que in me converti possent dicentes: Plura hic effundit, ut plura scire videatur, tanquam mundanae gloriae cupidus, multiplicis sententiae contra eas memor, quarum prima est: quid enim aliud detractores faciunt, nisi quod in pulverem suffiant, & in oculos suos effundunt, ut unde plus detractiois profuant, inde minus veritatis videant XI. q. III. *inter verba*. Secundo, haec non cura nobis est, quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedens a tramite veritatis: & illius auctoritate consili, qui cum audivisset a discipulis: *Domine, nonne scis, quae Pharisaei auditio hoc scandalizati sunt*, respondit: *Sinite eos abire quia caeci sunt ipsi & eorum duces*. Quippe longe deterius est laudari a turpibus quam laudari ob turpia. *De voto. c. magna*. Tertia dicentis: Innocentiae geris adversus omnem calumniam & detractioem maximam securitatem certe sperare debuisti. *c. de his quibus ut indignis I.* Sororem. Quarta Augustini dicentis: senti de Augustino quid velis, o detractor? ubi me in oculis Domini conscientia non accuset. Refert hoc gratianus XI. q. III.

Permittit tamen plerumque omnipotens Deus malos in oburgationem detractioemque bonorum prorumpere, ut si quis elatio laudantium ex ore inlaudati corde nascatur, vituperantium ore suffocetur, dicit *tex. pulcer. VI. q. I. c.* Sunt plurimi. Plane nec iniquis si quis sunt his meis verbis displicuisse curavero, nec eorum ore laudari cupio, memor c. I. dicentis: nihil illo viro esse miserius qui iniquorum laudibus gloriatur, quibus si placere voluerit atque ab his amorem elegerit, erit sibi apud bonos homines in summam perniciem. LXXXIII. di. *nihil ille*. Secundo illius Poetici dicentis: quid curem, si me libet sceleretur ubique, si semper virtus invidiosa fuit. Curandum est semper placeat doctisque bonisque. Summa quidem laus est displicuisse malis.

Oratio Domini Iudovici de Roma habita in Concilio Basiliensi, explicit feliciter.

Eiusdem Pontani Sermo alter ad Patres Conc. Basiliensis habitus.

Vox estis Lux mundi.

PRO huius thestis declaratione duplicem lucem comperio principaliter, primum quidem lucem Ecclesiae universalis, facundissimo Cypriano sic attestante Spiritus vero Sanctus non de mensura datur sed super credentes totus infunditur; nam si dies omnibus aequaliter nascitur, & si sol super omnes par & aequali luce diffunditur; quanto magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua lumen pari aequalitate largitur? *De conse. di. IV. c. nequaquam*. Secundo vero alibi sic dicit, quomodo multi radii solis sunt, sed robur unum

unum tenaci radice fundatum, & quomodo de fonte unius, tibi quamplurimi defluunt, & numerositas, licet diffusa videatur, exundantis copia largitate, unitas, tamen servatur in origine; sic & Ecclesia Dei luce perfusa per totum orbem radios suos porrigit, unum tamen est quod ubique diffunditur XXIV. q. I. in c. *Loquitur*. Nec immerito lux universalis Ecclesie ascribi potest, ipsa enim in se Romanam habet Ecclesiam, quæ quidem specialiter luce comparatur, Stephano papa hoc attestante XIX. q. I. *Enimvero*, dum dicit in speculum & exemplum Romanum Pontificem, qui luci caelesti comparatur, Nicolao papa ita in inquirente, XXI. q. I. *Intantum* dum dicit Dyofcorum Alexandrinum antistitem idcirco super cetera potissimum sine ulla retributione damnatum, quia lingua eius transiit super terram ausus est ponere eos, in Leonem magnæ Romæ papam, excommunicationis sententiam distulit. Eadem in se continet S. R. E. reverendissimos Cardinales, quibus etiam lucam possumus attribuire; ipsi etenim vices tenent Apostolorum, ut proxime demonstrabitur, quibus Jesus Christus Dominus noster dixit: *vos estis sal terra, & lumen mundi*, ut refert Gratianus ex Hieronymo XXIV. q. I. in c. *quoniam vetus*. Quibus etiam dixit: *sint lucerna ardentes in manibus vestris, de panis. di. I. qui sentit*, de quibus etiam dicit Paulus: *Apostoli sunt: lux in Domino, de panis. di. IV. hanc societatem*. Cardinales autem vices Apostolorum tenere manifestissime demonstratur. Ipsi enim Apostoli tripliciter possunt considerari: primo ut Christo principaliter assuerunt ante eius ascensionem; quo quidem in statu omnes parces fuerunt, nec petrus eis præerat, sed omnes erant simplices sacerdotes, *tex. est di. I. e contra & quem ponit*, dum dicit Petrum, Joannem & ceteros apostolos vivente Domino Sacerdotes, fuerunt enim ordinati a Christo, dum eis dixit: *hoc facite in meam commemorationem*, vel cum dictum eis fuit: *ite, baptizate* &c. ut not. *Glo. ord. sup. y. pari XXI. di. in novo licet*. Paulus & Barnabas ex Spiritus Sancti præcepto ad Gentes missi ad evangelium prædicandum in Sacerdotes & Episcopos ab Apostolis aliis fuerunt ordinati LXXV. di. in can. *quod dicit*: Christus enim vivens inter homines solus præmissam in Ecclesia habuit potestatem, dicit *tex. XXIII. q. I. legatur*. Idem inter nos vivens prior Sacerdotum fuit, XXIII. q. VIII. *cum a Judæis*. Ipse vivens verus est solus pastor ovium & Pontifex assiduebat, *LVI. di. Dominus misit*, XV. di. *Romana Ecclesia*. Notandum tamen quod cum esset suorum ovium pastor, quas verbo & exemplo pascerebat, tamen quantum ad officiorum distributionem iis qui hodie in Ecclesia præfunt cura imminabat. Unde quidam Prælati, quidam substituti nuncupantur, qui in populo illo pastorale officium gerebant; missica enim & visibili unctio nec in regem nec in sacerdotem unctus erat, quæ sole duæ personæ in populo illo prælatuæ no-

men sibi vendicabant dicit *tex. formalis. II. q. VII. testes & suscit*. Secundo ut assuerunt Petro tamquam primo pastori ante apostolorum divisionem & separationem ab ipso. In quo quidem statu Petrus præerat. In novo enim testamento post Christum Dominum a Petro sacerdotalis cepit ordo, ipsiusque principio in Christi Ecclesia pontificatus est traditus XXI. di. in novo: per illa verba: *pascite oves meas. De elec. significasti. De ma. & obe solit. VIII. q. I. In scripturis. V. di. c. considerandum in glo. & in c. fidelium*. Ceterum & ipsi Apostoli ipsum eorum principem esse voluerunt, ut & reliquis omnibus præfret, & Cephas, id est caput & principium teneret apostolatus, eandemque formam suis successoribus & reliquis Episcopis tenendam tradiderunt, ut *d. c. in novo. XXII. di. sacrosancta III. q. VI. dudum*. In hoc quidem duplici statu Cardinales apostolos representant, in hoc quod assistunt Papæ, qui est Christi vicarius & Petri successor. Tertio, ut ex præcepto Christi postea a Petro separati per mundum se, prædicantes, dividerunt. In quo quidem statu apostolorum vices gerunt Episcopi, ut dicto *c. in novo XII. q. I. c. videntes LXXVII. di. quorum vices de conse. di. V. manus*. Et hoc notavit Paulus apostolus dicens: *alios dedit apostolos, alios pastores, alios doctores, alios prophetas &c.* cujus verba refert *tex. de heret. c. cum ex injuncto, & c. si tibi in uno*. Distinguit enim statum Episcopalem, cui incumbit cura animarum particularitate, a statu apostolico, ad quem spectat regimen & ordinatio totius Ecclesie regulariter. (a) Fuerunt enim omnes apostoli Episcopi, quod patet ex *tex. c. loquitur. XXVII. q. I. & ibi c. in novo dicente*: hoc erat utique ceteri apostoli quod Petrus fuit, pari consortio præditi honoris & potestatis, sic ergo Petrus Episcopus fuit ut dicto *c. in novo*. Igitur & apostoli ipsi quod pari honore & potestate præditi Episcopi enim Græce latine superintendentes dicuntur, dicit *tex. XXI. di. deus. VIII. q. I. qui Episcopatum*. Jure ergo vocabantur Episcopi quia una cum Petro universali Ecclesie superintendebant. Recte etiam appellabantur sacerdotes, quia universali Ecclesie ministrabant sacramenta, nec olim alius erat Episcopus quam & presbyter: quinimmo & ipsi presbyteri Episcopi appellabantur, unde Paulus in epistola dicit omnibus sanctis qui sunt Philippis cum episcopis id est presbyteris &c. refert Gratianus XCIII. di. *legimus*. Postquam autem unusquisque ad se trahere conabatur ecclesiam; quia Christi sic scissuram patiebatur in toto orbe, decretum est, ut scissuram semina tollerent, ut unus ceteris præponeretur quem Episcopum nominarent in excellentiori gradu collocatum; Noscant ergo Episcopi se magis consuetudine quam Dominicæ veritatis ceteris presbyteris esse majores, dicit *tex. notabil. XCV. di. olim*. Nec quisquam mirari debet ipsos apostolos secundum tres status consideratos, secundum quorum quemlibet per varios modernæ Ecclesie or-

(a) Felinus Sandeus ad quem Codex iste pertinebat, ad hæc omnia sua manu adnotationem sequentem adscripsit: *Consulsi & in eam Jurum romanorum ad ostendendum dignitatem ecclesiasticam pacis, & dignitatem ecclesiam, concilii & Cardinalium.*

ordines reputari intelliguntur. Eum & videamus clarissimum Gregorium dicentem secundum eum statum in quo apostoli propriorum renunciationem fecerunt monachos propriis renunciantes apostolorum vices tenere dicit *text. Singularis XVI. q. I. ex auctoritate*. Item quia videmus & ipsos simplices sacerdotes, prout in eis decreta parochia potestatem ligandi habent atque solvendi, vices tenere apostolorum, quibus Dominus hanc tribuit potestatem; propter quod Cyprianus papa apostolos idest presbyteros exponit hic, est expressum. *XCIII. di. in can. Dominus noster*. Tenent enim Sacerdotes vices apostolorum quoad Sacramentorum dispensationem, dicit *text. XIII. q. III. adfit* qua etiam ratione ipsi simplices sacerdotes dicantur vicarii Christi, qui solus primarius ligandi atque solvendi potestatem accepit *text. no. de peni. di. III. §. inter hactenus L. II. §. us auctoritatis*, prout tamen ipsi potestatem regulariter non habent christi frontem perungere & parochiam dare Spiritum quod pro solis Episcopis debetur, lectio Actuum apostolorum demonstrat *XXI. di. Veros de sac. unc. c. I. cum similibus*. Repraesentant vices *LXXII. Discipulorum*, quos apostoli elegerunt, videntes messem fore multam, operarios paucos. *XXI. di. in novo; & nec eisdem elegit ipsos Dominus. XXI. di. accersens*. Item videmus concilium congregatum apostolorum omnino vicem tenere dicit *text. II. q. III. Si quis presbyter*. Ubi Concilium Tribunen. loquens dicit: cum Dominus dicat discipulis suis quas vices non indigni in sancta gerimus Ecclesia. Ex iis autem luculentissime demonstratur non recte dixisse Archid. *in c. ubi periculum? de elec. II. VI. referentem ex chronica Martini*, qua Cardinales in iurium habuisse tempore Pontiani papae & Marcelli qui fuit anno *CCCIII. in urbe Romana constitutos propter baptismum & sepulturas mortuorum; nec etiam recte dixisse Oldra. Conf. suis, conf. LXII. tenentem*, quod cum Constantinus donationem Silvestro fecit, non erant Cardinales, quia nulla de eis mentio fit, sed tantum de Romanae Ecclesiae clericis, ut demonstratur ex *text. XCV. di. Constantinus*. Sed postea cum fecit generalem synodum Silvester iam fuisse Cardinales, ut demonstrat *text. eiusdem II. q. IV. Praesul. XCIII. di. a Subdiacono*. Si enim intellexerint de Cardinalibus, idest Romanae Ecclesiae Consiliariis & papae coadjutoribus in executione Pontificalis officii, illi semper fuerunt, licet non sub Cardinalium nomine, sed sub alio vocabulo duplici: primum enim tempore Veteris Testamenti vocabantur sacerdotes Levitici; hoc quidem monstratur in Deuterono, cum dicitur: *si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, recurre ad sacerdotes Levitici generis. & ad te iudicem qui fuerit illo tempore; ipsi enim iudicabunt tibi veritatem iudicii*. Sunt autem, dicit Papa, Sacerdotes Levitici generis, qui nobis iure Levitico in executione sacerdotalis officii coadjutores existunt; qui vero super eo sacerdos sive iudex existit, ille est, cui Dominus inquit in Petro: *quodcumque ligaveris &c.* Hic est textus singularis, qui si sint le. per venerabilem §. ransonibus. In novo autem Testamento priusquam Cardinalium nomine baptizati existissent, comperio, eos primum vocatos simpliciter consularios; ita eos in persona Theoderici viri eloquentissimi, quem eius consiliarium dicit Beatus Gregorius idem appellat in *c. Ecclesiasticis, XII. q. II.* ita etiam eosdem nuncupat Pelagius papa in *c. in Parochia XVI. q. I.* Ita etiam eosdem appellatos comperio in Concilio Meldensi cuius canon refertur *I. q. VII. convenientibus*. Ipsi autem Papae consiliarii hodie vocantur S. R. E. Cardinales, qui sibi in executione sacerdotalis officii coadjutores consistunt ut demonstratur de electi. *fundamenta in 6. dum dicit: Decet namque ipsi Ro. Pontifici per fructus suos S. R. Ecll. Cardinales qui sibi in executione sacerdotalis officii libera proveniunt consilia*. Igitur autem novissime Cardinales nuncupati. B quia dignitas ipsa Cardinalatus solum in R. E. reperitur, quae est caput & cardo aliarum, *XXI. q. I. §. I. c. de sum. in. l. inter claris XXII. di. sacrosancta* Unde eleganter dicit Archid. *XXII. q. omnes*, quod quamvis de dignitatibus per Romanam Ecclesiam institui possit Episcopus cum suo cappellano in sua Ecclesia constituere dignitatem, *de consue. cum olim de consi. cum accessissent*. Cardinalatum tamen non potest instituire sine auctoritate Romanae sedis, cum non sit per Rom. Ecll. ordinatum, Cardinalatus dignitatem in aliis Ecclesiis fore quam in eadem; sicut enim ostium per cardines regitur, sic Ecclesia per istos, haec notat. *Glo. de officii Archiepiscoporum c. II. & Archid. in dicto c. Sacrosancta*. Olim autem in quacumque Ecclesia principales Sacerdotes seu Episcopos Cardinales dicebant, idest principales, hoc demonstratur, *XXI. q. I. relatio VII. q. I. post. v. LXII. di. Fratritatem*, in fine *XXIII. di. Presbyteri*. Non ergo dedegenerat alii universalis Ecclesiae celeberrimi gradus Ecclesiastici Romanae Ecclesiae Cardinales fore Praelatos, hanc etiam praerogativam prius existere inferiora demonstrant. Primum quia quorum est prior institutio seu ordinatio, prior debet esse praerogativa. *XVIII. di. verum. & c. placuit XCIII. di. Dominus noster de ma. & obe. c. I.* Sed Cardinalium prior fuit institutio, ut superiora demonstrant: igitur &c. Secundo, quia quanto quis dignioribus praestitit atque curae oneris maioris, tanto ipse quoque dignior est primum dicit *text. in aut. de defen. civ. §. nos igitur de peni. di. I. principium* not. *Glo. concordant. de rescrip. statutum II. VI. super §. Canonici*. Secundum dicit *text. noscitur IX. q. III. per singulas*, dum dicit igitur, placuit metropolitanum Episcopos praecedere quamvis ipse cum eis eiusdem sit ordinis, quia curam sollicitudinemque totius provinciae suscipit, ubi Episcopus solum civitatis unius. Sed Romanae Ecclesiae Cardinales praesunt curae universalis Ecclesiae dicit *text. de postula. prala. c. bona*. Episcopi vero ceterique eminentiores eiusdem Ordinis Christi Vicarii eo in loco particulari, cuius onerosae curae praesunt dicit *XXXIII. q. V. mulier II. q. VII. accusat. XXV. di. in novo de peni. cle. si quis suadente, VII. q. I.* sicut vir, cum & ipse Christus verus extitit Pontifex *LXXI. di. Dominus. XV. di. sancta*; & quia Petrus vices Christi tenet in terris, dicuntur & ipsi Petri Vicarii. Unde Petri Vicarius Episcopus loquens sic dicit: Ipsa namque Romana Ecclesia quae prima est, ita reliquis vices suas credidit largiendas, ut in partem vocentur sollicitudinis non in plenitudi-

dinem potestatis II. q. VI. decreto. & c. qui A
 se fat II. q. VII. c. in santha. III. q. VI.
 multum super de auc. & usu pol. c. ad hono-
 rem. Tertio quia Episcopis Romanæ Ecclesiæ
 Cardinalibus concessum est culmen illud si-
 gularis potentie atque præcellentiæ habere,
 quo amplissimus senatus patritiæ adornaban-
 tur, dicit text. XCVI. di. *Confignatus*. Sed
 patriciatu dignitate nulla major post impè-
 rium reperitur c. de consu. l. nemini II. XII.
 Ergo pariter inter dignitates Ecclesiasticas nul-
 la major Cardinalatu debet comparari. Unde
 non immerito dicunt Hosti & Jo. an. in c.
dilectus l. 1. de presen. nullam dignitatem Ec-
 clesiasticam post Papatum majorem Cardinalatu
 existere. Ipsi enim Cardinales una cum B
 Papa judicant totum orbem, ut dicto §. *ora-
 tionibus*. Ipsi quoque Romanæ Ecclesiæ con-
 sultores dicuntur, pars corporis Panæ c. ad
 l. ful. ma. l. quisquis VI. q. 1. Si quis cum
 militibus not. Glof. de offi. lega. c. excommuni-
 catus. Unde cum ad provincias regendas mit-
 tuntur, dicuntur Legati de latere. & ultra
 text. novos apparet ex can. Gregorii ita eos
 nominans, II. q. VI. *Decreto*. Ita etiam ap-
 pellantur in concilio Sardiceni, ut demon-
 strat canon ejus quem refert Gratianus II. q.
 VI. *Si Episcopus accusatus*, qua ratione de-
 terminat singulariter Hosti. Jo. an. in c. *anti-
 qua de privile.* Presbyteros & Diaconos Cardi-
 nales non astringi Papæ prestare juramentum C
 obedientiæ, quia licet Papa tanquam Vicarius
 Christi sit caput universalis Ecclesiæ XXIV.
 q. 1. *Rogamus*, & singuli fideles ejus membra
 generalia, est tamen speciale caput cardina-
 lium, & ipsi eius specialia membra, ut patet
 quia dicuntur Romanæ Ecclesiæ filii spiritua-
 les LXXIX. di. *Si quis ex Episcopis*. Dicuntur
 ipsius R. E. præmium XXIII. di. *In no-
 mine Domini*. Quod corpus adeo est unitum,
 quod ab ipsis spiritualibus membris Papa fi-
 delitatem non exigit sicut nec a seipso, ut sit
 inter dantem & recipientem differentia. Di-
 inati. c. si. Ipsi Cardinales Papa eligunt, ut
 nota sunt jura in c. ubi periculum de elec. in
 VI. Si ergo qui Imperatorem eligunt propter D
 eligendi tantum Principem habitam potesta-
 tem præcipua potestate pollere dicuntur, di-
 cit textus de electione, *venerabilem*, quanto
 potius in singulari dignitate splendere cen-
 sentur, quibus est facultas Romanum Pontificem
 eligendi? Ex ipsorum Cardinalium gremio Pa-
 pa eligitur, LXXIX. di. *oportebit & nullus*.
 Et ut demerentium Cardinalium fiat depositio
 concilium congregat, tanquam pro se ardua
 de elec. non residen. c. ex gestis. Licet hoc de
 necessitate non sit, de schisma c. unico. II.
 VI. sine eorum consilio ardua gesta per Pa-
 pam cassari sunt solita, ut not. Jo. Mo. &
 Jo. An. de here. Super eo li. VI. & Archi-
 referens, hanc opinionem fuisse Laurentii E
 XXV. q. V. *sunt quedam*, & quia ipsi in Ec-
 clesia vicem Senatus obtineant XCV. q. 1. *Ec-
 clesia habet Senatum*, quem quidem canonem
 de Cardinalibus loqui interpretatur. Inno. de
 re judi. cum in te. Igitur eleganter dixit Ar-
 chidi. XXII. di. *sacrosancta*, quod erubescere
 non debet Papa, se inter Cardinales connu-
 merare, cum & Imperator in senatorum nu-
 mero se connumerat, dicit text. *notabilis. c. de
 digni. l. jus senatorum li. XII.* Uruntur ipsi su-
 perpellicus veste candida ad vitæ mundiciem
 Concil. General. Tom. XXIX.

denotandam: candidus quippe mundiciem deno-
 tat; item vitæ innocentie & puritatem dicit
 text. de conse. di. IV. In pileis coloris frutulan-
 tis purpurei sanguinis ad denotandum eos ar-
 dari vitam exponere pro Christiani sanguinis
 augendi posteritate; hoc enim denotat purpu-
 reus sanguineusque color, ut Hidorum refert
 Gratianus XXX. q. V. *genina*. Ex his ergo li-
 quide manifestatur verum dixisse text. Augu-
 stinum referentem II. q. VI. *quidquam*, ita
 inguientem: Quamquam secundum vocabula
 quæ usus obtinuit, Episcopatus sit major Pres-
 bytero Augustinus tamen Episcopus Hierony-
 mo presbytero Cardinali minor est &c. Quam-
 vis enim ordine major fuerit Augustinus, quia
 Episcopatus ordo singulis alius major est,
 XXXII. di. *omnium* propter quod Papa se ap-
 pellant Episcopum, ut traditur in *proph. VI.
 libri*, tamen Hieronymus Augustino fuit ma-
 jor ratione dignioris administrationis, cum Ro-
 manæ & universalis Ecclesiæ præfesset admini-
 strationi. Hæc autem simul comparantur a-
 lium alio majorem esse ordine, alium vero
 majorem administratione & dignitate. Hoc
 quidem patet in Petro, qui licet ceteris apo-
 stolis pax fuerit ordine, tamen isdem major
 fuit administratione & dignitate. II. q. VI.
puto. Patet etiam in Archipresbytero & Ar-
 chidiacono, licet enim Archipresbyter major
 ordine sit quia Presbyter, Archidiaconus mi-
 nor quia Diaconus de eta. & quali. c. t. ta-
 men ratione majoris administrationis, quam
 habet Archidiaconus, Archipresbyter licet se
 isti subesse de offi. Archipres. c. l. XXX. di.
perlectis. Idem demonstratur in Patriarcha,
 Archiepiscopo, & Episcopo; quamvis enim
 omnino sit idem ordo, dicit XXI. di. *Cleros*.
 Tamen ratione majorisque administrationis Ar-
 chiepiscopus Patriarchæ, Episcopis Archiepi-
 scopi præferantur, ut dicto c. *cleros*, & di-
 cto. c. *per singulas*. Hoc quidem, scilicet res-
 pectu ordinis ratione. Ipsi enim summi di-
 cuntur sacerdotes, de conse. di. V. de no.; at-
 que etiam secundum locum in Ecclesia tene-
 re. XL. di. *ante omnia*. Quarto, quia ex ma-
 jori decore ornatuum majoritas apparet di-
 gnitatum, dicit text. *Notab. de privil. c. ut
 apostolica LI. VI.* Sed majori quotidiano or-
 natu Episcopi utuntur Romanæ Ecclesiæ Car-
 dinales, ut docet experientia. Igitur superest
 ergo ut utamur verbis legis bene a Zenone c.
 de quibus præfati, quibus alludit c. l. de offi.
 le. li. VI. sic dicentibus: *non immerito statum-
 us ut qui die nostræque quotidianis curis pro to-
 to terrarum urbe laborant, dignam habeant sue
 prerogativa fortunam.* Unde nec immerito re-
 fert. Jo. Mo. c. *unico de ma. & obe. in li.
 VI.* & alii sequuntur de ma. & obe. c. *isque
 de cap. mo. dilectus*. Papam respondisse. Car-
 dinales in eorum titularius Ecclesiis jus ob-
 tinere Episcopale; Plura de Cardinalibus no-
 tant Hosti. & Jo. An. de Jude. c. *ad liberrimam*.
 Plura ipsi Hosti. De pan. & remis. c.
 cum ex eo, plura Glofator de Scisma c. *uni-
 co li. VI.* multa traduntur de elec. c. *Ecclesia*,
 & dicto c. *fundamenta*, & dicto c. *ubi peri-
 culum*. Ea autem in præfenti non interiero
 causa brevitas.

Eadem in se continet Patriarchas qui qui-
 dem quatuor existentes Evangelistarum qua-
 tuor (sic) Judæi Ecclesiæ vices tenent, dicit
 text. *indefisa de elec. c. scriptum* Ipsi autem E-

vangelista dicuntur mundi cardines, quia per Evangelia quatuor incessabili tuba didicimus, quod de per orbem terrarum instruentes predicamus, & agimus, dicit tex. formalis. LXXVI. di. Augustus. Docentur & ipsi lux fore Damaso papa dicente, qui vero modo sub gratia spiritus sancti sunt ipso mundo Evangelio coruscante lucidiores esse videntur. X. q. I. hanc consuetudinem Complectitur eadem Archiepiscopus, ceterosque sacerdotes, quos sal terre & lumen mundi dicebat beatus Petrus, dicit tex. XCIII. di. sacerdotes, eisdem universalis Ecclesie caput est, prout post dicit tex. referens apostolum, de sacra unc. c. i. h. VI. I. q. I. ut evideret, ipse autem est lux vera, ut patet XXXIII. q. I. non satis XLIX. hinc etenim, de pen. di. i. resuscitatus; de hare. c. ex injuncto demonstratum notabiliter XXI. di. clericus. Dum formaliter dicitur quando legendum est Evangelium accenduntur luminaria non ad effugandas tenebras, cum sol in eodem tempore rutilet, sed ad signum laticie monstrandum, & ut sub similitudine luminis corporalis illa lux demonstratur, de qua in Evangelio legitur: *Erat autem lux vera &c.* Luceat ergo universalis Ecclesia primum pace ut pax fidelium labris predicata cum animi voluntate concordet, dicit tex. XCIII. di. *Draconem*. Qui pacem enim quam singulis predicamus, summo nisi studio servare debemus invicem & in omnes dicit tex. III. q. VI. *hac quippe in si*. Hoc est quod nos movet Dominus noster Jesus Christus dum ultimo ejus testamento nobis pacem dedit atque reliquit, dicens: *pacem meam do vobis pacem meam relinquo vobis*, cujus verba habentur XXIII. q. I. *nisi bella*. Hoc est quod idem dixit Apostolus inquit: *sal & pacem habete in vobis*, XLIII. di. *si restor* hoc est quod nos docet Apostolus, cujus verba declarantur XI. q. III. *inter verba*, dicens: *si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habente*; distulit cum omnibus pacem habeamus, hoc difficile esse prospiciens, praeiussit, si fieri potest, subiungit id fieri posse cum dicit, *quod ex vobis est &c.* Hæc est pax illa quæ per Angelum Christo sole nostro nascente, extitit decantata, dicentem: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, de confedi. V. c. de hymnis. Pace concordia gaudet Altissimus & per eam mirum in modum gloriatur dicit tex. notabilis IX. q. III. *Archiepiscopus*. Beatos in Evangelio dixit Dominus esse pacificos, quoniam filii Dei vocabantur. O quam dulcis est pax pro temporali salute mortalium hominum; unde pacem habere debet esse continue voluntatis, bellum nunquam nisi necessitatis; non enim pax queritur ut bellum exercentur, sed bellum deritur, ut pax acquiratur. Hoc enim formaliter dicit tex. notabilis Augustinum referens, XXIII. q. I. *noli*. Estote memores verborum Cypriani dicentis; neque enim pacatam Deum habere poterit, qui cum fratre pacem non habet, sed zeli discordiam. XC. di. *neque ad Caim nomine in non pacificos connumeratur*. Sic Liberius papa: *qui contra pacem ecclesia sunt, si dignitatem aut cingulum militare habeant, nudentur eis; si autem privati, siquidem nobiles, suarum substantiarum profectionem patiantur, si ignobiles non solum in corpore verberentur, sed castro perpetuo casti-*

gentur. XXIV. q. I. *qui contra pacem*. Ponite pacem inter homines & virtutes, gladium inter homines & vitia, ut imitatores sitis verbi veritatis divine dicentis: *non veni pacem mittere in terra, sed gladium*; quod ita declaratum refert Gratianus XXIII. q. II. *interfectores*. Memores estote illius Sallustii dicentis: *pace & concordia parva recreantur, discordia vero maxima dilabuntur*, quod refert de re judi. c. *Apostolica*. I. I. VI. *Iuceat etiam ipsa Ecclesia unitate*; tota enim ecclesia per generale concilium representata unum corpus est in Christo, unde dicit tex. *cum epum omnes unum sumus in Christo nihil contrarium diversitas personarum format, ubi episcopatum prosperitatis charitas atque unitas fidei representant*. VII. q. I. *et dicit*. Augustinus pulchre sic. *unum esse diligentes unam fidem, tenentes unam spem & individuum charitatem*; ista etiam verba referuntur de conse. di. II. *quia passus*; iustum etenim censetur & dignum, ut quorum unum est corpus, unus ad bene operandum debet esse animus, dicit tex. notabilis XXI. q. VI. *de motu*. Audire quantum in unitate & pace gaudeat, quam affluentis promissiones faciat illam diligentibus per os Prophete pulcherrime loquens sic: *Dies plantis & Jerusalem quos habemus habuistis; scitis etiam, ego cogitavi ut beneficium Jerusalem idest Ecclesie lætitiæ & gaudium volo esse convertendos; ita dumtaxat si unitatem diligatis & pacem; ita formaliter refertur LXXVI. di. *separatum*. Nonne Dominus noster Jesus Christus pro Ecclesie unitate conservanda rogavit, dicens: *non rogo pro iis tantum, sed etiam pro iis qui per verbum eorum te sunt credituri in me, ut unum sint &c.* Referuntur formaliter hæc verba XXXV. q. ult. *fraternitatis*. Nonne per os Prophete inquit: *quam bonum est, & quam jucundum est habitare fratres in unum?* Illi vero non habitant in unum, qui fratrum se solatio subtrahunt. Aut, quod deterius est, fratribus insidias seu laqueos ponunt. Referuntur hæc verba. I. q. I. *nulli dubium*. XI. q. I. *dilectissimis*. Attendite quæso, Fratres, quare dicat Gratianus appellari concilium, & quidem ex communi intentione eo quod in unum dirigat omnes mentis intuitum. Unde qui sibi in recto dissentiant, non agunt concilium quia sentiunt in unum. XV. di. *canones in si*. Legitur apud Platonem: *civitas illa perfectissime ordinata, in qua quisque non proprios sed communes scit affectos, dicit tex. notabilis VIII. di. *differt*. Non habeo novum nec reprehensibile iudicio, sed singulorum nota quandoque dividantur in partes, sed grave est, quando non ex iudicii rectitudine sed ex solo favore provenit ista divisio dicit tex. not. VIII. q. I. *nec novum*. Attendite quod non nisi congregatis in unum, dictum est per Christum *accipite Spiritum Sanctum*; nec nisi super congregatos in unum dies per Penthecostes descendit: unde Dominus dicturus: *quodcumque petieritis, promissis si duo ex vobis consenserint super terram de omni re &c.* Item: *ubicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum ego sum*; nimirum cunctis ostendens, non multitudinis sed unanimi consensu plurimum tribui; formalia sunt verba litere XXIV. q. I. *alienus, & c. audivimus*, I. q. I. *cum scriptura* X. di. *de quibus, ipsa unitas est quæ***

divinae veritati placet. Super unum enim Christus edificat ecclesiam, dum ad Petrum loquitur: *pasce oves*, &c. Et quamvis omnibus Apostolis per resurrectionem parem potestatem tribuat dicens: *Sicut misit me Pater, ita & ego misit vos*; tamen ab unitate Petri exordium profiscitur, ut Ecclesia Christi una monstraretur. XXIV. q. I. loquitur, & alibi. Deo vero dno a principio facti sunt vir & mulier nec duo viri nec duae mulieres sed primum vir, deinde eo mulier, quia unam naturam volens hominem constituere Deus ab uno principio Creaturae hoc incipiens multarum disparium naturarum eripuit facultatem, ut ex Ambrosio refert Gratianus XXXIII. q. ult. nec illud.

Teneamus ergo, Patres, unitatem, praeter illam enim quae miraculam facit nihil est. I. q. I. *teneamus*. Simus factores verbi non auditores. *Si quis est auditor verbi, & non factor, ille similis est viro qui considerat vultum nauticantis sua in speculo; considerat enim illum, recedens vero statim oblitus est qualis fuerit.* Haec ex B. Jacobi refert Gratianus, de *pari. di. I. Si enim in IV. colum.* Si unum erimus tunc nobis Spiritus Sanctus vocatus assistet. In divinis enim Spiritus Sanctus mentium scissuras fugiens, non habitat, dicitur. XXIV. q. I. *audivimus tunc assistet cum iniquam mentem non habuimus.* Aut circa vana cogitantem Spiritu Sancto per Psalmistam dicente: *non sedi in concilio vanitatis, & cum iniqua agente non intro;* refertur XXIV. q. III. *cum quibus.* Tunc assistet cum non cogitabimus impia, dicente Spiritu per Prophetam: *Calligationes impietatis dissolvo non congrebo;* refertur XV. q. III. *authoritatem.* Tunc assistit scio animi vitis aut passionibus non deservient. Audi Hieronymum pulchre dicentem: *Deus autem qui vidit in absconditis prospiciens animos vitis aut passionibus deserventes, & in corde se non diligit, ab eorum mente discedit, relinquens domum cordis eorum vacuam;* refert Gratianus XI. q. III. *audi.* Quos ergo Christus a se ejecit nunquam perita dum est Spiritum Christi facere sibi templum, hoc pulchre ex Gregorio refert Gratianus, I. q. I. *qui sudet.* Tunc assistit cum non fictione aliqua sed prima virtute negotia diriguntur. Scriptum est enim. *Spiritus Sanctus solum fugit, de conse. di. IIII. quomodo & c. ostenditur I. q. I. per Isaiam cum similibus.* Neque venit Spiritus Sanctus a criminosis advocatus I. q. I. *Sacrosancta.* Neque etiam vocatus a divinis: odit enim Deus divisos & quotiescumque in nomine eius fuerint congregati, detestatur eorum fetorem, claudens nares suas dicit pulcher tex. I. q. I. *Ode.* Oportet igitur primum domum Dei ecclesiam unitate animorum adcompagnari, quo facto habitore Spiritus Sanctus introducit, ex Augustino refert Gratianus XXII. q. II. *Moyse.* Cum autem Spiritus Sanctus, cordi nostro infusus fuerit, tunc cor nostrum fidele ad prudentiam & constantiam dilatabitur dicitur. *de conse. di. VI. c. omnes.* Luceat ita universalis Ecclesia, ut in iis quae ad catholicam fidem reducuntur queant non committat. Semper enim in ea cavendum est, ne, quod abest, longa dilatio retro possit redire volentium animos revocare, dicitur. *de conse. di. IV. ne quod abest, & alibi.* Cavendum est ne dum adhuc tempus ad praeben-

dum redemptionis infidelium mysterium quaeritur, interveniente paululum mora, inveniri non valeat, quod non redimantur, dicitur. *tex. no. V. di. baptizari.* Attendite quid dicat canon unius concilii Bracharensis: *Corele in deseratis errantes ad gregem revocare, ne forte si sine gratia reductionis de hac vita decesserint, ab illis per divinum tribunal illorum perditio requiratur, quorum morum divisione factum est quod a reductionis gratia se subtraxerint.* Ita hunc notabilem canonem refert. Gratianus I. q. I. *in canone placuit, di. II.* Accedat ad ipsius Ecclesiae lucem lux doctorum quorum ordinem dicit Papa quasi praecipuum in Ecclesia de *her. c. cum ex infantio;* Interat enim vixit Bnosit Dei Ecclesia plurimum indigere de *praeben. c. de multa, de elec. cum ex eu. II. VI.* Eos autem fore in primum demonstrat, de *reli. & vener. sac. c. I. in d. qui in doctorum persona loquens sic bellissime dicit. Per ipsos praeterea Doctores, quasi luminarias ardentes, candelas, super candelabrum positas universum corpus orbis errorum tenebris prostratis, velut seducti irradat matutinum.* Secundo tex. de *magis, & super specula in persona eorumdem sic loquens. Doctores enim velut splendor fulgent firmamenti, & velut stellae sunt in aeternitates perpetuas permanfuri, cum plurimos valeant edocere in v. dominicae veritatis.* Tertio monstratur tex. de *pari. di. II. multi, qui doctores appellat solis radios.* Quarto tex. I. q. VII. *si quis omnem ubi virtuti prout doctores velut luminaria splendere dicuntur. Est autem ipsorum docere debentium proprium ut prius tempus observent tacendi postea vero loquendi. Veritas enim prius tacendo discitur, postea loquendo praedicatur dicit notabilis textus Salomonem referens: XXXVI. di. Ecce.* Unde Hieronymus ad Rusticum monachum multo tempore discere postea doceas. Refert notanter Gratianus XVI. q. I. *sic vive, & alibi.* Gelasius papa. *Ante placet ut habeas sanctorum contubernium nec ipse te doceas, nec absque doctore ingrediaris vitam quam nunquam ingressus, q. XVI. q. I. si clericatus, XXXVIII. di. relatum.* Secundum ut sit discretus in silentio utilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat, dicitur. *tex. no. XLIII. di. sit rector.* Tertium, ne non intelligentibus secreta misteria sua praedicatione revelet, qui enim ita docet, quae ab auditoribus non valeat intelligi non ad eorum utilitatem, sed ad sui ostentationem facit, dicitur. *tex. XLIII. di. pariter.* Quarto, oportet eum qui docet & instruit animas rudes talem esse, ut pro ingenio discipulorum semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientium capacitate dirigere dicitur. *notabilis VIII. q. I. Oportet.* Quinto, ut cum humilitate omni doctrinam tradat, arrogantiam fugens de *ma. & obe. c. humilis,* hoc enim proprium habet doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant proferre quae doceant, & recte quae sapient etiam recte ministrare non possint, dicitur. *tex. no. XLVI. di. hoc habet proprium.* Sextum, quae corrigant non quae delectant, edoceant, in praecipuum enim suos mergunt auditores, quibus non salutaria quae corrigant, sed quae illos delectant, erronea praedicant, de quibus ait Propheta: *ii sunt fontes sine aqua, & nebulae turpitudinis, agitatae, quibus, caligo tenebrarum reservatur, dicitur. notabilis II. q. VII.*

II. q. VII. *serm. de peni. di. II. §. si enim in-*
quit in *17. colum.* Septimo, ut iure doctrina
verba ob auditorum subannationem prosequi
non omittat, dicit tex. not. sic. Scimus autem
multos ob id infestare doctores suos, ut eos
perdant & propriae voluntatis placita adim-
pleant; non propterea tamen Doctores, in
quantum vires suppetunt, a recta doctrina &
bona intentione recedere debent, scientes,
quod beati, qui persecutionem patiuntur pro-
pter iustitiam XLIII. di. *Scimus.* Octavo,
quando omnium discipulorum est ostinata ma-
litia, nec prodest eis doctrina docentis, tunc
corpore ab eis recedat, ut illorum nequitia
in deterius proficiat, & doctor quidem fru-
strum amittat, quem de aliorum profectu pos-
set invenire, dicit tex. notabilis VII. q. I. *ad-*
versitas in fi. & c. ibi adunat. Nono, ut impe-
ritus, in prava oppy. obstinatos prudenter e-
ludant, non autem omnino nihil responde-
ant; nam omnino nihil respondere auditorum
tam utile non videtur, ne forte nos existi-
ment penuria responsionis declinare certamen,
& fides eorum laudatur non intelligentium
doctorum propositum, dicit tex. notabilis
XLIV. di. *in mandatis in fine.*

Ultimum ut de sua doctrina Deo gratias a-
gat, de illis per quos est eruditus, non au-
tem proprio ingenio scientiam se dicat acqui-
sivisse. Si quis enim doctus & eruditus in le-
ge Domini potest alios erudire, non debet
sue assignare prudentiae ingenioque quod pos-
sident, sed gratias agat primum Deo qui cun-
cta largitur, deinde sacerdotibus eius ac mi-
nistis, a quibus est doctus. Si enim non e-
gerit gratias sed scientiam Dei sibi vendica-
verit in penuria maledicatur, quod si intelli-
gens largitorem Deum & iis agens gratias per
quos est eruditus, se humiliaverit, in hor-
reum Dei intulerit cibos, hoc est scriptura
alimenta ecclesiae populis ministravit, statim
aperientur super cathedrae coeli, & effunde-
tur super eum pluvia spiritualis, & manda-
bit nubibus suis ut pluant super eum imbrem,
& abundantia rerum omnium perfructur. Hoc
ex Hieronymo pulchre refert Gratianus XVI. q. I. *revertimini.* Inter hos Ecclesiae doctores
gloriosus extitit beatus Thomas, cujus cele-
britatem hodierna die dignissime veneramur,
hic perfectissime partes illas omnes quas in
doctore necessarias proxime demonstravi in
seipso amplexus extitit, ut mirum in modum
ejus divina opera manifestant, quae quidem
miro ordine, mira orationis facilitate conscri-
psit, & quidem brevissima in aetate. Cum e-
nim omnipotens Deus per eius clarissimi do-
ctoris organum nostrae fidei necessaria decla-
ravit eundem e medio humanae vitae surri-
piens civem supernae civitatis elegerit. O mi-
rum in gloriosum Thomam collatum benefi-
cium, ut tantum degeret in humanis quan-
tum illuminando orbi erat necessarius. Postea
vero ad caelestia pabula vocaretur; occurrit
textus pulcherrimus Augustini ad propositum
sic inquisit: *Maximum beneficium est quod*
Deus bonis impartitur cum eos qui bene agunt
ex medio humanitatis ad caelestia loca trahit, au-
tequam ex bono mutentur in malum, antequam
superveniens malitia mutet intellectum; refert Gra-
tianus formaliter, *de peni. di. IV. Si ex bono.*
Hic quidem una simul & virginitate & hu-
militate replendit, maximum munus fuit,

A hoc litera nostra formaliter attestante, virgi-
nitate cum humilitate admiramur. XXX
di. *haec scripsimus.* Virginitas ipsa Dei tem-
plum ab Ambrosio dicitur, XXXII. q. V. *to-*
lerabilis; qui eam habet, etiam fortitudinem
habere convincitur; dicit enim tex. *virgini-*
tas virtus est animi, comitemque secum habet for-
titudinem XXXII. q. V. ita ne. Haec virgini-
tas illa est, quae suaderi potest, imperari au-
tem non, dicit tex. XXXII. q. I. *integritas.*
Haec virginitas illa est, quae existens in Ma-
ria fecit principem mundi, ut ex Ambrosio
refert Gratianus, XXXII. q. II. *pudor.* Ipsam
virginitatem servare magnorum est, XXXII.
q. VII. *nuptia.* Audi quid pulchrum dicit Hier-
onymus: *quomodo absque ceteris operibus sola*
virginitas non faciat, sic omnia opera absque vir-
ginitate sunt imperfecta. III. q. V. *haec solum.*
Licet noster Imperator dicat solum castitatem
sufficientem fore Deo animas praesentare in §.
sanctus de leno. Item Hieronymus de vir-
ginitate sic dicit: *Idco plus aliis amat virgi-*
nes Christus, quia Christo sponte tribunt quod
sibi non fuerat imperatum; majoris est enim gra-
tiae offerre quod non debes, quam reddere quod
tenentis. Ita ex eodem refert Gratianus XXXII.
q. V. *qui sciat.* Quid tandem de humilitate di-
cemus? Hujus quidem tres sunt gradus: pri-
mus subdere se majori, & non praeferre se
equali, & haec dicitur humilitas sufficiens &
necessaria *ar. XXXVII. di. Constantinopolitana in*
fine. Secundo subdere se equali, non praef-
ferre se minori; haec quidem dicitur humili-
tas abundans. Tertio subdere se minori, &
haec superabundans. De humilitatis efficacia
diabolus ad Macharium, ut legitur in vitis
Patrum dixit: *Jejunas interdum, & ego nun-*
quam illo tibi reficior; tu saepe vigilas, me nun-
quam sopor oppressit; humilitas tua sola me vin-
cit; humilitatem enim angelus negligens & de
seipso superbiendo praesumens, ex caelo ceci-
dit, & in diabolum est conversus *de peni. di.*
III. *quod veni & c. principium.* Ambrosius di-
cit quod humilitas est clavis, quae aperit re-
gnum caelorum, & refert misterium scriptu-
rarum. Gregorius: *qui sine humilitate vir-*
tutes congregat, quasi inventum pulveres ja-
ctat. B. Bernardus dicit: *humilitas est virtus,*
qua homo verissima cogitatione sibi vilescit, &
post multa gloriosa res est humilitas, quia ipsa
quoque superbia paleare appetit ne vilescat; fa-
cit, VIII. q. I. in scripturis in fine. Haec om-
nia de humilitate ponit Glos. *de relido. etc.*
2. Ceterum Glo. super *psalterii: Vidi humi-*
litem meam & c. sic dicit: *nemo vivificatur,*
nisi per humilitatem, qua est caput virtutum o-
mnium. Hoc refert Archidi. XXIII. di. *qui e-*
piscopus. Unde in pontificali cervice nil splen-
didius lucet, quam humilitas dicit tex. *c. di.*
qua contra morem. Haec potissimum nos do-
cuit Dominus noster Jesus Christus, qui hu-
militer atque patienter pertulit a Judaeis, ut nos
humilitatis & patientiae doceret exemplum,
dicit, XCIII. di. *Dominus noster.* Alibi in e-
vangelio inquit: *Beati misericordes, beati mi-*
tes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, re-
fert Gratianus, XXIII. q. IV. *haec autem.* Ita
alibi humilitatem docens dicit: *non veni mi-*
nistrari sed ministrare; qui major est vestrum &
minister vester, XI. q. III. nullus primos. XCIII.
di. *diaconi sunt.* Postremo iste Sanctus doctor,
ut ejus legenda demonstrat, fuit virtute obe-
dien-

obediens velo meritum homo bene conditus augetur in melius. Ecce pulchrum tex. scilicet. Aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur permitti, neque enim mala in paradiso arbor extitit, quam Deus homini ne contingeret interdixit; sed ut melius per obedientiam meritum homo bene conditus cresceret, dignum fuerat, ut etiam a bono prohiberetur, quatenus tanto verius quod ageret virtus esset, quanto & a bono cessans auctori suo se subditum & humilem exhiberet. Hoc ex Augustino refert Gratianus, XI. q. III. quid ergo. Alibi obedientia victimis iure præponitur de ma. & obe. c. illud. Et ratio, quia per victimas aliena caro per obedientiam vero propria voluntas maciatur, quod omnibus magis est ex Gregorio Gratianus. VIII. q. I. sciendum. Alibi. *Eterna mercede defraudatur qui superioribus potestatibus fidem & reverentiam exhibere contemnit*, XXIII. q. V. si quid apud: & §. ipsis autem, quod immediate præcælit. Hic ergo præclarissimus doctor tot virtutibus insignitus quatuor Ecclesie doctoribus meritis est æquari veneratione. Ex quo in dubio eis in sanctitate æqualis fuit. Dicit enim tex. notabilis sic. *Dignum est ut eorum æqualis sit veneratio & festivitas, quorum æqualis fuit virtus & sanctitas*. Ex Ambrosio refert Gratianus, LXXVI. di. Scire. Hunc ergo gloriosum patrem veneremur in secula, qui nobis necessaria ministrabit documenta. Ad laudem Dei. Amen.

Finitur sermo utriusque juris monarchia, domini Ludovici Pontani de Urbe, edictus & recitatus per eundem in die S. Thome in cætu Patrum universalem Ecclesiam in Basilea representantium.

EPISTOLÆ

EUGENII PAPÆ IV.

VEL CONTRA SYNODUM

Basileensem hic seorsim congestæ, & juxta datas ipsarum, quantum ex ipsis divinarum licuit, digestæ.

XLVIII.

Bulla Missa a domino nostro Papa domino archiepiscopo Colonienfi.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Colonienfi salutem & apostolicam benedictionem.

Quoniam ex multorum relatione sentimus murmurare nonnullos, audita dissolutione concilii, si quod esse congregatum videbatur in civitate Basileensi, opinantes forsitan nos subterfugere velle concilium, quod semper optavimus fieri & optamus, nos fraternitatem tuam aversatam, facimus per presentes, quod illa fecimus cum maturo consilio & deliberatione, justis ex causis in literis nostris expressis, quæ non fuerunt ficta, ut aliqui garrunt, sed veræ & efficaces fuerunt etiam. Et sunt aliæ causæ, quas nolumus specificè exprimere, quia manifestari non poterant sine quorundam principum nota.

Sed si omnes aliæ causæ defuissent, una potissima fuit per se omnibus nota, infirma scilicet nostri corporis valetudo. Nos enim, qui in minoribus constituti in Constantiensi concilio reformari ecclesiam cupiebamus, iam in pontificatu nostro desiderium illud nostrum perficere, & in tam pio opere laborare personaliter plurimum affectamus. Ideo concilium indiximus in civitate Bononiensi. Neque enim cum agendum sit de reformatione universalis ecclesie, cujus directio & cura principaliter ad nos pertinet, & de nonnullis aliis gravissimis rebus concernentibus statum reipublice Christiane, nobis conveniens visum est tantam rem fieri debere per legatum sine nostra præsentia & venerabilium fratrum nostrorum sancte Romanæ ecclesie cardinalium. Sed, sicut ei placuit cujus in mutabilia consilia sunt, gravissima personæ nostræ supervenit infirmitas: a qua licet paulatim convalescere incipimus, tamen non omnino liberati sumus, ita ut possimus sine certissimo mortis periculo ad remotiores partes accedere. Igitur in loco magis vicino concilium celebrare, & in eo præsedere decrevimus. Quare nemo justè succedere nobis potest, si ex omni voluntate Dei, quam ostendit in nobis, illud elicitus, quod ei gratum & utile ecclesie suae fore non dubitamus. Miramur itaque, venerabilis frater, de quibusdam, qui magis quærentes evertere & deformare, quam stabilire & reformare ecclesiam, hæreses fovere & bella suscitare, prout hæcenus notorie fecerunt, quam præmissa extirpare, & in dulcedine pacis reducere, obloquuntur & student contra voluntatem & decretum nostrum episcopos & prælatos in Basilea sub nomine concilii congregare, non ut ibi per eos reformetur, sed ut penitus obruatur status ecclesie, & fides catholica confundatur. Licet archiepiscopi & episcopi, quoad reformationem in vita & moribus, dissimulas voces habeant in concilio generali, tamen ex juramento prius præstito parere & obedire mandatis apostolicis sunt adstricti: nec remanere Basileæ, qui erant, nec de novo accedere, sed potius ad veniendum Bononiam se præparare debuissent, postquam decreti nostri notitiam habuerunt. Plerique stare & accedere sunt coacti, in quibus nec vis nec auctoritas concilii generalis consistit, quorum voces & deliberationes minime liberæ sunt, cum ab eorum qui compulerunt voluntate dependeant. Itaque digni non sunt, neque habiles, qui dent legem ecclesie, neque aliis nationibus, neque religioni Christianæ. Nos enim in concilio proxime celebrando Bononiæ in tempore constituto, vel citius, quamprimum sufficiens numerus prælatorum aderit, videbimus & judicabimus cum consilio in talibus opportuno super causa eorum qui Basileæ remanserunt, vel illuc noviter accesserunt, & inspirante nos domino, qui inspirat justa & sancta consilia, in his ad quæ concilium Basileæ fuit principaliter ordinatum, salubriter providere conabimur. Quare, venerabilis frater, cum tibi etiam, qui in ecclesia Dei notabile membrum existis, solers imminet cura præmissorum, qui de veritate rerum & stata personæ nostræ es plenius informatus, qui vides in hoc turbine fluctantium voluntatum sub hac informitate asserti concilii rem ecclesie periculose committi, quæ majoribus consiliis

indigeret, quibus utinam omnes debito in A tempore sufficere possemus, & sentire potes, non per universalem Christianorum voluntatem, sed per aliquos conspiratores, ad perniciem ecclesie, prelatos sanctis rationibus coloratisque argumentis induci, & nonnullos exquisitis modis & comminationibus impelli ut ad id assertum concilium vadant, quod & lapsu temporis & nostra auctoritate est dissolutum, fraternitatem tuam in domino exhortamur, quatenus per nuntios & literas tuas, quomodocumque noveris aptius convenire, retrahere procure prelatos circumstantes; & temporales dominos exhortari, ut ipsos retrahant a dicto asserto concilio Basileensi. Et si qui jam ivissent, hos penitus revocare; in B quam majori numero fieri potest ipsos inducendo, ut ad indicium per nos Bononiense concilium supradictum, ut tenentur, debito tempore, quantocius poterunt, venire procurent; & temporales domini suos oratores ad dictum Bononiense concilium mittant, qui suis honoribus adsint, negotia dirigant, & justis deliberationibus foveant, sicut de Christiana eorum devotione spectamus: quo in tempore tu etiam ad ipsum Bononiense concilium debeas advenire. Qua in re omnem tue virtutis consuetum vigorem excitamus in hac justa causa ecclesie Dei: ut omnis mundus intelligat sancto operi sanctas te atque ferventes operas potuisse, & nos ad meritis tuos honores ferventius animemur, nobis de tempore in tempus notificando, quantum (ut speramus) virtus tua profecerit, & profecuta fuerit in predictis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo primo, III. Idus februarii, pontificatus nostri anno primo.

XIIIX.

Informatio missa per Dominum nostrum papam ad regem Romanorum per dominum Jacobum archiepiscopum Ebraunensem, deliberata circa modum se habendi per dominos prelatos & D alios Basilea congregatos.

Q Uia impossibile est sine fide placere Deo, & sanctissimus dominus noster Iub continuata religionis Christiane institutione a puero vacaverit fidei observationi, nihilque amplius desideret, post anime salutem, quam ipsius fidei observationem & incrementum, placet (contentatur) ejusdem sanctitati, quod existentes in loco predicto Basileensi, & qui erunt, auctoritate per dominum nostrum eis concedenda, & presidentibus nuntiis sive legatis per sanctitatem suam deputandis, intendere possint & valeant haereticum extirpationi vigentium in partibus ultramontanis, & potissime Bohemorum nunc urgenti, tam per instructionem, quam per reductionem eorum ad sacrosanctam fidem catholicam, & aliis viis debitis, licitis & honestis: proviso tamen, quod si oriantur dubia notabilia, seu magna, ejusdem domini nostri cum consilio concilii & dominorum cardinalium sit decisio auctoritative, vel remittantur ad concilium aliud futurum, ubi dominus noster personaliter interesse possit, si predicti Basileenses maluerint.

Item placuit (contentabiturque) domino nostro, quod predicti circa reformationem morum in omni statu ecclesiastico invigilare habeant & avilare particulariter, prout Spiritus sanctus ministrabit unicuique: proviso quod eorum avisamenta per oratores suos ipsi domino nostro transmittant, qui correcto & addito quod suae sanctitati videbitur, communicatione facta correctoribus & additoribus existentibus in Basilea, firmitatem obtineant, prout domino nostro videbitur, approbantibus dictis in Basilea congregatis: & si non concordaverit sanctitas domini nostri cum predictis, remittantur ad futurum aliud concilium, in quo dominus noster interesse possit, ut per haec & alia debitus honor sedis apostolice servetur, & ei deseratur.

Item quia pacis bonum inter omnia desiderabile est, cum non nisi pacis in tempore bene colatur pacis auctor, placuit (contentatur) domino nostro, quod predictis omnibus ad avisandum se de pacis procuracione interponant, media ad eam querant, & idem efficaciter intendant: salva semper in omnibus predictis sanctae sedis apostolice auctoritate; eui devote obsecundare tenentur qui Christiano nomine gloriantur. Et propterea remittenda est ei decisio saltem, ut superiori capitulo continetur.

Item quod omnia & singula, requisiciones, C exhortaciones, moniciones, citationes dierum appositiones, & processus incepti, & qui inciperentur post praesentium concessionem per Basileam congregatos, contra quascumque personas, cujuscumque dignitatis aut conditionis existant, sive status, & omnia per quae, sive quorum medio, sive auctoritate ad ipsos vel ipsas ventura est, pro non factis habeantur, perindeque sit ac si nullo unquam tempore facta, facti, seu factae extitissent: ita quod omnia remaneant in statu in quo erant ante dictam congregationem Basileam: & etiam omnes moniciones, citationes & processus incepti in audientia contradictarum & alibi auctoritate apostolica, & qui inciperentur post praesentium concessionem contra dictos Basileam congregatos, seu singulares eorumdem qui ibidem erant, existant, aut fuerint, habeantur pro non factis, ac si nunquam evenissent, sive facti, aut factae extitissent, ita quod in nomine domini nostri Jesu Christi in vera pace, caritate non ficta, & bona unione animarum, modo & forma praesentis, & non aliter, nec in aliis, cum maturitate debita procedatur, una cum legatis domini nostri papae deputandis.

Item paratus est dominus noster abbreviare tempus concilii proxime futuri Bononiae, & etiam locum mutare, dummodo fiat in terris ecclesiae immediate subjectis in Italia, ubi dominus noster cum sacro collegio possit personaliter praesidere, juxta concilium in Basilea existens: & ibidem poterunt convenire & papa & dominus rex personaliter in concilio, ubi multa bona fieri poterunt, quae fieri non possent sine papae ad minus praesentia.

3) Peris.
rebellant.

*Tenor litterarum apostolicarum de potestate legati
papa moderni prasulente concilio.*

*Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto
filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali,
apostolica sedis legato, salutem & apostolicam
benedictionem.*

Quamprimum fuimus divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, venit nobis in mentem, quantum mundo utilis & necessaria ecclesie legatio tua, cum qua fuisti per sedem apostolicam designatus ad Alemanniam & nonnullas alias partes pro causa fidei & ordinatione concilii generalis, & aliis commissionibus specialibus de rebus magnis & arduis datis circumspeditioni tue. Propterea placet nobis, & voluntus legationem hujusmodi pro causa fidei & aliis specialibus commissionibus tibi factis, quantum tibi gratia divina concesserit, continues atque perficias, cum illis modo & forma, potestate & facultatibus tibi datis atque concessis per felicis recordationis Martinum papam V. predecessorem nostrum, prout in ejus litteris plenius continetur. Circa vero negotium concilii generalis, quia in pluribus mutationem factam sentimus, omnia que emerferint, vel ad notitiam tuam pervenerint, celeriter nobis scribas, cum consilio tuo, qualiter in talibus providendum & agendum esse videatur; significando nobis omnem illarum rerum statum particulariter & distincte.

Datum Romae apud sanctum Petrum xv. Idus Martii, pontificatus nostri anno primo.

LI.

Bulla revocationis per commissionem factam domino cardinali legato, de concilio cum causis inibi expressis.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolica sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

Procurator
pro reformatione
cleri.

Postquam divina clementia ad apicem summi apostolatus, licet immeriti, assumpti fuimus, nil dignitati nostrae & amplitudini sedis apostolicae magis convenire putavimus, quam omni studio & diligentia prosequi ut personae ecclesiasticae, quantum humanae fragilitati celsitus permillum est, per semitam Jesu Christi incedentes, abjectis illecebris cum sinceritate religionis & fidei vitam honestam ducerent, & Deo, prout professi sunt, seiplos veris effectibus dedicarent. Quod considerantes, & in animo nostro saepius repetentes, ac ea que per felicis recordationis Martinum papam V. predecessorem nostrum circa celebrationem Basileensis concilii juxta ordinationem Constantiensis synodi instituta fuerunt, qui tibi in dicto Basileensi concilio prasidendi, & hujusmodi concilium, si & quando prudentia tua videretur, dissolvendi & pro alio concilio, juxta statuta prasata synodi, in decennio celebrando, alium locum assignandi plenam per varias suas litteras dedit facultatem, Deo pro-

Concil. General. Tom. XXIX.

Apitio, absolvere & perficere Intendentes; de venerabilium fratrum nostrorum consilio. circumspeditioni tue, ex quo in ingressu tuo ad Alemanniam partes nulli prelati in Basilea pro celebratione concilii erant congregati, dedimus in mandatis, ut interea circa expeditionem contra Bohemos haereticos tibi etiam commissam vacares, & deinde ad civitatem Basileensem dicti concilii locum accederes, & ibidem nostro & ecclesie nomine prasideres. Verum licet ad opprimendam dictorum haereticorum perfidiam omnia a te prudenter & solcite gesta sint, & nihil ad hoc sanctum opus pertinens praetermissum est, tamen occulto Dei judicio permillum est, ut infelix ac turpis illa catholicorum fuga sequeretur, postquam, praemis dilectis filiis magistro Joanne Polemar palatii apostolici causarum auditors, ac Joanne de Ragusio in theologia magistro & ordinis fratrum Praedicatorum procuratore, ad dictam civitatem profectus es, & omnia juxta desiderium cordis nostri circa reformationem cleri, extirpationem haereseum, pacem & salutem Christianorum, quantum in te fuit, efficere procurasti. Tandem, cum post longam tuam moram, requisitis insuper a tua circumspeditione prelati & aliis, parva ibidem congregatio facta fuit, de consensu eorum qui in dicta civitate existunt dilectum filium Joannem Pulcripatris in theologia magistrum canonicum Bituntinum pro plena informatione dispositionis concilii ac belli & turbationis illarum partium ad nos & dictos fratres nostros destinasti, quem una cum dictis fratribus, nostris, licet infirmitate gravati, libenter audivimus, & omnia per ipsam tam nobis una cum prasatis fratribus, quam commissariis nostris ad eum audiendum per nos postea deputatis, facunde & prudenter explicata plene intelleximus. Qui enarravit inter cetera, quod in partibus Alemanniae specialiter clerus multipliciter deformatus erat, quodque pestis illa Bohemica ad multas Alemanniae partes terrens venenum suum effuderat, & partes illas tam detestabili labe inquinaverat. Quodque etiam exinde in partibus Basileae infinita scandala suborta erant, cum nonnulli opidani sectam Bohemorum imitantes clerum persequerentur, & crudeliter trucidarent. Addidit praeterea alias difficultates & pericula, quae ex bello inter dilectos nobiles viros Philippum Burgundiae & Fridericum Austriae duces proveniebant. Nam hi armis decertantes, terras dictae civitati propinquas habentes, asserunt transitum ad Basileam sine formidine & periculo fieri non posse. Praeterea celebrationem concilii & reformationem ecclesiae plurimum opportunam esse asserbat. Quae omnia ac plura alia satis nota, quae honestatis gratia praereunda & subjienda sunt, considerantes, quamvis antea variis nuntiis ac literis cognita nobis essent, ac existimantes ob tot difficultates & pericula prelatos forsitan tanto tempore expectantes Basileam non venisse, septenniumque in quo congregari debebant elapsum esse, & si de novo vocarentur, pericula & difficultates praedictas allegarent, nec ad subeunda hujusmodi pericula honeste cogi possent: ac etiam versantes in animo nostro, quod cum tot facultatibus, impedimentis & periculis, hiems etiam instat, & nova vocatio ad concilium celebrandum, quam idem

Commissario
legati.

Narrat incon-
venientias.

Causa concilii
prorogata.

Pro fore sub-
comanda.

N n Joan-

Joannes Palcripatris affectare videbatur, frustra fieret, nisi aliquod conveniens temporum spatium interponeretur. Cumque etiam his proximis diebus carissimus in Christo filius noster Joannes Palaeologus imperator Constantinopolitanus nuncupatus, oratorem suum ad nos & praefatos fratres nostros destinaverit, qui exponendo nos requisivit, ut juxta ordinationem dicti praedecessoris pro unione orientalis ecclesiae cum Romana & occidentali ecclesiae conciliam celebraretur: nosque conventiones & ordinationem dicti praedecessoris etiam cum consilio dictorum fratrum nostrorum approbantes, ipsique Graecis postulanti- bus, juxta conventiones dicti praedecessoris, expensis galearum eos ad concilium conducere, & ipso finito, ad partes suas reducere debentium, & alias expensas opportunas & necessarias obtulerimus: multaque etiam loca Italiae, cum alibi pro Graecis commode fieri non posset, pro celebratione dicti concilii, eorumque reductione, ad ritum Romanae ecclesiae per nos oblata fuerint, dictusque orator nos certos effecerit, imperatorem & patriarcham praefatos alios suos oratores cum plena potestate transmissuros esse, qui ex oblati in Italia locis aliquem, praesertim cum plena potestate Bononiam, acceptabant, prout ad praefatum praedecessorem ante sui obitus notitiam transmittentibus. Cumque si nova praesertim vocatio, ut praemittitur, fieret, haec duo concilia uno prope tempore concurrere videantur: & si ea disjuncta fieri & celebrari contingeret, unum ex altero debilius & minoris efficere auctoritatis: haec insuper una cum dictis fratribus nostris animo nostro contentantes, cum in universa republica Christianorum nihil desiderabilius contingere posset, quam videre Graecos tanto temporis intervallo a dicta Romana ecclesia disjunctos, sub ritu ipsius ecclesiae & veritate catholice fidei reductos esse, & illam Graeciae nationem, quae tot sanctos patres & viros egregios & sapientes genuit, qui humano generi tam fecerant quam secularium literarum seminarium dederunt, Romanae ecclesiae unitam, & sub ipsius unico ovili reductam; his & aliis rationabilibus causis inducti, tam reformationi cleri & ecclesiae ac extirpationi haereticorum, ac paci & tranquillitati Christianorum, quam etiam Graecorum reductioni, quae omnia summis desideramus affectibus, providere personaliter valeamus, circumspeditioni tuae ipsum concilium, si quod adhuc pendere videatur, dissolvendi, & nihilo minus ante dissolutionem hujusmodi in civitate nostra Bononiensi, ubi Deo auctore personaliter intendimus praesidere, usque ad annum cum dimidio a die dissolutionis hujusmodi computandum, novum concilium indicendi, aliudque pro tempore decennii juxta ordinationem dictae Constantiensis synodi in loco, ubi tibi cum concilio eorum qui in Basilea pro concilii causa existunt videbitur, similiter indicendi, ac omnia alia in praemissis agendi, disponendi, statuendi, exequendi & concludendi, quae pro statu & honore nostro, & dictae Romanae ecclesiae, ac pace & tranquillitate republicae Christianae, noveris profutura, plenam & liberam de ipsorum fratrum, videlicet Jordani Sabinen- sis, Antonii Ostiensis, & Vellethenis, Hugonis Praenestinis, episcoporum, & dilectorum s-

Aliorum nostrorum Joannis tituli sancti Laurentii in Lucina, Antonii tituli sancti Marcelli, Joannis tituli sancti Sixti, Francisci sancti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci, presbyterorum, Lucidi sanctae Mariae in Cosmedin, & Ardecini sanctorum Cosmae & Damiani, sanctae Romanae ecclesiae diaconorum cardinalium, consilio, auctoritate apostolica, tenore praesentium concedimus facultatem pariter ac potestatem, ratum & gratum haberi quidquid per te super praemissis propositum, deliberatum, ordinatum, statutum ac decretum & consultum fuerit, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem eandem inviolabiliter observari.

B Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo primo, 11. Idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Ego Jordanus episcopus Sabinen- sis domino nostro praefato aequaliter impedito, ac de ejus mandato, praesentibus praescriptis dominis cardinalibus, manu propria subscripsi.

Ego Jordanus episcopus Sabinen- sis nomine meo proprio subscripsi.

Ego Antonius episcopus Ostiensis manu propria subscripsi.

Ego Hugo episcopus Praenestinus, nomine meo proprio subscripsi.

Ego Joannes tituli sancti Laurentii sub-

scripsi.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli sub-

scripsi.

Ego Joannes tituli sancti Sixti presbyter

cardinalis me subscripsi.

Ego Franciscus tituli sancti Clementis pres-

byster cardinalis subscripsi.

Ego Angelotus tituli sancti Marci presby-

ter cardinalis subscripsi.

Ego Lucidus cardinalis de Comitibus san-

ctae Mariae in Cosmedin subscripsi.

Ego Ardecinus sanctorum Cosmae & Damiani

diaconus cardinalis subscripsi.

LII.

Litterae revocationis concilii publicatae Romae, & alibi.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam, uni-
versis singulis Christi fidelibus, praesentes litterae
inspiciantur, salutem & apostolicam benedi-
ctionem.

Quoniam alto & incomprehensibili domi-
no reddere constitimus vota nostra in
conspectu omnis populi, & in atris san-
ctis ejus, postquam claves domini suscepimus,
& beati Petri naviculam gubernamus, sus-
pressi magno pondere, inter procellosos mun-
di motus esse videmur constituti. Contuemur
enim subortam ista tempestate profusam ha-
resim Bohemorum quasi venenum insidere pro-
cordia fidelium, inque dies mortali contagio
serpere, taxasque animos turbantium popu-
lorum, & Graecorum errorem, ad quorum
extirpationem salubribus experimentis provi-
debat, propter emergentia incommoda per-
durare, hostes adoranda Crucis ab Asia &
Africa inter Europam vasta caede atque cala-
mitate invalescere contra populum Christia-
num, & per ipsos principes populisque fa-
do.

delium inter se concertantes deservire, & cle-
 rum in diversis mundi partibus reformatio-
 nis indigere. His igitur pressis malis
 afflictis, clamare cogimur ad dominum: *Ex-
 celsus potentiam tuam, & veni, ut salvas facias
 nos. Deus converte nos: ostende faciem tuam,
 & salvi erimus: Domine Deus virtutum converte
 te nos.* His & aliis cogitationibus leniantibus
 mentem nostram, alia nos cura sollicita,
 quod tot malis obstrare & Christianis saluti
 providere possimus. Et dum affectionem nos-
 tram flagrantissimam attendimus, vehementis-
 sime concitatur: dum vero gerendarum rerum
 magnitudinem, loca & tempora men-
 suramus, necessitatem conditionis humanam re-
 cordamur, quoniam res tam arduas tamque
 difficiles lestrare brevi spatio non valeamus;
 attento maxime, quod dum filicis recorda-
 tionis Martinus papa V. predecessor noster,
 dilectum filium nostrum Julianum sancti An-
 geli diaconum cardinalem, pro celebratione
 Basileensis concilii ad ipsam civitatem Basileen-
 sem destinasset, dum nulla adhuc ibi congre-
 gatio prelatum facta foret, ipse cardinalis,
 ne interim tempus vacuum deduceret, versus
 Bohemiam se transtulit, sicut habuerat in man-
 dato, sicut de eadem facta occulto Dei iudicio
 catholicorum fuga, promissa ad ipsam civita-
 tem Basileensem dilectis filiis Joanne Polemar,
 palatii apostolici causarum auditore, & Joanne
 de Ragusa in theologia magistro ordinis
 Predicatorum procuratore, cardinalis profes-
 ctus ad ipsam civitatem, requisitisque prela-
 tis partium divertarum, parvaque ibidem cle-
 ri congregatione secuta, de consensu eorum
 qui in dicta civitate existant, dilectum filium
 Joannem Pulcrpatris in theologia magistrum
 canonicum Bisuntinum ad nos & dictos fra-
 tres nostros transmisit, qui nobis inter cetera
 affectare videbatur. Nos quidem examinantes
 quae deformationem cleri in partibus illis, &
 nefandam ipsius haeresis pestem pullulare in
 dies, & jam usque ad partes Basileae proxima-
 mas advenerit, secutus inde scandalis & cla-
 dibus abominandis: nam haeresis praedicta imi-
 tatorum clerum insequentes aliquos raptiter ex-
 pulerunt, & nonnullos inhumaniter trucidarunt.
 Addidit etiam discrimina principatus
 guerra inter dilectos filios nobiles viros Phi-
 lippum Burgundiae & Fridericum Austriae du-
 ces, aliasque difficultates, ex quibus tamen
 novam prelatorum vocationem ad Basileam
 affectare videbatur. Nos quidem examinantes
 conditionem mundi, temporum & locorum,
 quod instat tempus hiemis, quodque loca cir-
 cumstantia Basileam, potissime versus Austriam
 & Burgundiam, minus esse transitu secura fe-
 rebantur, unde verisimile fuit prelatos in Ba-
 sileam distans expectatos non venisse qui etiam
 consideratis difficultatibus, temporum inepti-
 tudine, periculo bellorum, non veniendi ra-
 tiones allegare possent: & si qui pauci venis-
 sent, tractandis rebus multis & magnis non
 fuissent: quodque praeterit tempus septen-
 nium, in quo secundum statuta Constantiensis
 concilii sine alia vocatione debebant congre-
 gari: super hoc omnia quae animo nostro ver-
 bales quia propter certas conventiones u-
 nionis & reductionis Graecae orientalis eccle-
 siae in Romana & universali ecclesia initas &
 tractatus inter ipsam praedecessorem nostrum
 & sanctam Romanam ecclesiam cardinales, de
 Concil. General. Tom. XXIX.

quorum numero eramus, & oratores in Chri-
 sto Joannis Palaeologi imperatoris Constanti-
 nopolitani illustris, & venerabilis fratris nostri
 Josephi apud Graecos Constantinopolitani pa-
 triarchae, ipsi imperator & patriarcha his die-
 bus suos ad nos & praefatos fratres nostros
 oratores transmiserunt, requirentes ex tracta-
 tu eisdem pro unione & reductione praedi-
 ctis, quod sicuti cum praedecessore nostro &
 fratribus eisdem convenerant, dignaremur e-
 xequi, & in loco eis apto generale concilium
 facere convocari: requirentes etiam promissas
 expensas, & alia ibi secundum dictas
 conventiones promissa: unde nos & oblationes
 propter executionem tanti boni, pro ad-
 venturis prelati & oratoribus eorum ad Ita-
 liam, pro mansionibus, & pro suo reditu ad
 Graeciam, pro galeis & aliis necessariis obtu-
 limus impensas opportunas. Cum quibus Graecis
 dum nominata fuissent Roma, Ancona &
 Bononia, & alia Italiae loca, demum licet
 Roma nobis & fratribus nostris commodius
 extitisset, in Bononiam putamus aptius con-
 venire, quae propter habitatem navigationis
 eorum, & propter aditum viciniorum ultra-
 montanorum ad Italiam, capaciatem loci,
 & alias conditiones, idonea reputatur: quo
 praefati patriarcha & imperator solemnes suos
 oratores ad nos transmittere promiserunt, sicut
 ante notitiam obitus praefati nostri praedecessoris
 transmitterebant. Considerantes itaque praedicta,
 & quod in tota republica Christianorum
 nihil sanctius & operabilius esse possit,
 quam Graecam ecclesiam, olim tot sanctis
 & viris ecclesiasticis clarissimis illustrem,
 dimissis erroribus, redactam videri ad ritum
 Romanae & universalis ecclesiae: comprehen-
 dimus necessarium esse ad conveniens spatium
 temporis in Bononiam generale concilium con-
 vocari. Nam si prelati Basileam de novo vo-
 carentur, qui convenire non possent sine tem-
 poris intervallo, utrumque concilium tertio
 tempore concurreret, & sic utrumque minoris
 auctoritatis haberetur, nec prelati in utroque
 possent interesse, nec posset utrumque gene-
 rale concilium nominari. Unde pro ipsorum
 commoditate, ne bis habeant convenire, &
 causis superius declaratis, & aliis magnis &
 urgentibus suis loco & tempore declarandis,
 majus bonum minori praeponentes, nos de
 consilio & assensu venerabilium fratrum no-
 strorum Jordani Sabinensis, Antonii Ostiensis,
 Hugonis Praenestinis, episcoporum, Joannis
 tituli sancti Laurentii in Lucina, Antonii
 tituli sancti Marcelli, Joannis tituli sancti Sixti,
 Francisci tituli sancti Clementis, Angelotti ti-
 tuli sancti Marci, presbyterorum, Lucidi sanctae
 Mariae in Cosmedin, & Ardecini sanctorum
 Cosmae & Damiani, diaconorum ejusdem
 sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, per li-
 teras nostras directas ipsi cardinali sancti An-
 geli legato, ut supra alias, concilium, si quod
 in Basilea congregatum videretur, ex causis
 praedictis dissolvendam, & aliud (ut praedi-
 citur) in anno cum dimidio a die publica-
 tionis earumdem literarum in praefata civitate
 Bononia celebrandum, indicendum & pu-
 blicandum & sequens aliud concilium in de-
 cennio a die dissolutionis ipsius Basileensis
 concilii, juxta ordinationem Constantiensis syn-
 nodi, in civitate Avinionensi enuntiandum &
 statuendum decrevimus. Et quia post trans-
 mis-

missionem praesertim nostrarum litterarum ad
 notitiam nostram parvenit, ultra ea quae su-
 perius continetur, praesertim Bohemos hae-
 reticos in Constantiensi concilio tam mature at-
 que solemniter condemnatos, & in tenenti
 concilio ac per diversos processus sedis apo-
 stolicae & legatorum ejus subsequenter aggra-
 vatos & regravatos, cum invocatione etiam
 auxilii brachii secularis, & publici belli in-
 ditione multiplici, a quovisq; toti orbi plu-
 quam notissimum est, catholicae fidei esse no-
 torios hostes & perfidos inimicos armatos,
 haereticos pertinacissime & inflexibiliter defen-
 dentes, fuisse invitatos Basileam ad disputan-
 dam & contendendum super articulis in praes-
 fatis conciliis generalibus, & per processus apo-
 stolicos tam solemniter (ut praesertim) con-
 demnatos; in injuriam auctoritatis apostolicae
 factorumque conciliorum praedictorum contra
 decreta sanctorum patrum, & statuta legum
 imperialium, civilibus audientiam expresse de-
 negantium, & alia diversa scandala & peri-
 cula imminere, ut eo citius ad terminum cur-
 rant & veniant ipsorum conciliorum, quo ci-
 tius praemissa fuerint publicata: exnunc tenore
 praesentium de ipsorum nostrorum fratrum
 cardinalium consilio & assensu, conciliorum,
 si quod (ut praemittitur) Basileae congrega-
 tum videatur, de apostolica potestate nostra
 plenitudine dissolvimus & totaliter liberamus,
 aliudque consilium in anno cum dimidio a
 die datae praesentium computando, in praes-
 fata civitate Bononiensi, quam ad haec cognovimus
 aptam quamplurimum, ut praesertim,
 indicimus, publicamus, & tenore praesentium
 declaramus: in quo cum praesatis fra-
 tribus nostris, dante domino, intendimus in-
 teresse & personaliter praesidere. Et nihilo-
 minus in decennio aliud simile concilium,
 juxta statuta Constantiensis synodi, de eorundem
 fratrum nostrorum consilio & assensu, in civitate
 Avinionensi similiter extunc indicimus, publicamus
 & declaramus in nomine Jesu Christi filii Dei,
 cujus sanguine salvati sumus, & cujus populi salu-
 tem totis affectibus aspiramus, vobis universis
 & singulis patriarchis & archiepiscopis, episcopis,
 praelatis & clericis, quorum interest, ubicumque
 constitutis, dissolutiones & indictiones hujusmodi
 notificamus, vosque & vestrum quemlibet requirimus
 & monemus per viscera misericordiae Jesu Christi, & in
 vim juramenti praestiti in consecrationibus vestris,
 & in virtute sanctae obedientiae, ac etiam
 apostolica auctoritate nostra vobis precipimus
 & mandamus sub poena excommunicationis
 & aliis poenis juris, quatenus in anno uno
 cum dimidio a data praesentium (ut praemittitur)
 computando, ad praesentiam civitatem Bononiensem
 pro hoc sacrosancto concilio celebrando, &
 subsequenter in decennio praedicto in civitate
 Avinionensi debeatis personaliter convenire: quos
 omnes praesentis scripti instantia atque decreto
 intendimus esse monitos, peremptorieque citatos,
 ac si vestrum singulis directis fuissent nostra
 monitoria littera specialia. Nulli ergo liceat,
 &c. nostra dissolutionis, liberationis & citationis
 infringere. Datum Romae apud sanctum Petrum
 xv. Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno
 primo

a. P. 367, quod
 quod. U.
 sic videtur Leo
 3. n. 1. 1. 1. 1.
 moti defuncti
 rursus in dis-
 putationem re-
 vocari. Videri
 vult aliquot
 paginas.

a. P. 367, quod
 quod. U.
 sic videtur Leo
 3. n. 1. 1. 1. 1.
 moti defuncti
 rursus in dis-
 putationem re-
 vocari. Videri
 vult aliquot
 paginas.

LIII.

Litterae apostolicae ad regem super concilio
 dissolutione.

Eugenius episcopus servus servorum Dei carissime
 in Christo filio Sigismundo Romanorum, Hun-
 gariae & Bohemiae regi illustri, salutem & apo-
 stolicam benedictionem.

Cum pastoralis officio, cui disponente do-
 mine prudemus, & sedis apostolicae au-
 thoritati nihil magis convenire putaremus,
 quam tota mens incumbere, & efficaciter
 proficere, ut personam ecclesiasticam per sem-
 tam Jesu Christi incedentes, abjectis illece-
 briis, cum sinceritate religionis & fidei vitam
 honestam ducerent, & Deo, prout professi
 sunt, seipos veris effectibus dedicarent: dile-
 cto filio nostro Juliano sancti Angeli diacono
 cardinali, sedis apostolicae legato, de venera-
 bilium fratrum nostrorum consilio, per nostras
 certi tenoris litteras dedimus in mandatis, ut
 ad civitatem Basileensem accederet, & ibi-
 dem, si praelatorum congregatio facta esset,
 nostro & Romano ecclesiae nomine praeside-
 ret, & quantum in eo esset, reformationem
 cleri, haereticum extirpationem, ac pacem &
 salutem fidelium procuraret. Verum licet in
 proposito constantes simus, & putemus concilii
 celebrationem necessariam esse, tamen certis
 rationabilibus causis inducitur, in scheda
 praesentibus interclusa denotatis, de eorundem
 fratrum consilio hujusmodi concilium, si quod
 congregatum esse videatur, dissolvendum esse
 mandavimus, & juxta tenorem dictae schedulae
 dissolvimus, & in civitate nostra Bononiensi,
 usque ad annum cum dimidio a die
 dissolutionis hujusmodi computandum, cele-
 brandam esse decrevimus. Quae tibi praecipue
 significare volumus, quia ante omnes princi-
 pes fidei defensores, & fidelium pacem, ac
 statum ecclesiae, & conservationem auctori-
 tatis nostrae & sedis apostolicae procurare debes;
 serenitatem tuam rogantes, ut si pro ardore
 tuae devotionis, & pro tua sapientia, aliqua
 aversamenta excogitasti, & insereas etiam
 cogitaturus es, ad pacem fidelium & Christi-
 anae religionis statum & honorem ecclesiae
 pertinentis, ea suo tempore per tuos oratores
 exponere placeat. Et quia inter cetera in di-
 cto concilio agitanda, Graecorum reductio tra-
 ctanda est, precamur ex corde clementiam &
 serenitatem tuam, ut carissimum in Christo
 filium nostrum Joannem Romae imperatorem
 illustrem, & venerabilem fratrem Joseph a
 Graecis patriarcham Constantinopolitanum
 nuncupatum, per litteras & oratores tuos
 incitare velis, ut quomodocumque suis literis &
 nuntiis nobis promiserunt, errores suos cum
 plena potestate ad concilium hujusmodi trans-
 mittant. Super quibus & ceteris aliis, ad tua
 nostra & Romanae ecclesiae negotia concernentibus,
 ad sublimitatem tuam sollemnem ambrosiam
 destinavimus, quo de omnibus, praesertim
 de ardenti desiderio nostro circa fide-
 lium pacem procurandam, eandem tuam sub-
 limiorem nostro nomine certius & particu-
 lariter informabit. Quod autem ad nos scri-
 bes, fili carissime, ita nostras cogitationes
 nostrasque conatus in hoc sanctissimum opus,
 Deo

Deo auctore, personaliter conferemus, ut nihil in nostro pontificatu hanc Dei causam propulsabilem videamus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo primo, decimo quinto Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno primo.

LIV.

Litterae domini nostri Pape praesentatae sacro concilio per ambasciatores dominorum electorum imperii missas ad papam.

Eugenius, Sec. ad futuram rei memoriam.

*In marginibus
Cod. Vat. et
ceteris. Non
adversus. R.*

AD sanctam Petri sedem divina disponente clementia evocati, salutem, tranquillitatem & pacem totius gregis dominici, nobis ex alto crediti, juxta pastoralis officii debitum, indefessis studiis affectantes, ad ea maxime dirigimus aciem mentis nostrae, per quam, licet diversis consiliis, prout rerum & temporum varietas persuadet, ad eundem tamen salutis optatum finem, hoc est, ad unitatis ecclesiae praeservationem, extirpationem haereticorum, ejusdemque reformationem, pacem & salutem Christi fidelium ac Christianae reipublicae valeamus, sublati dissensionum fomentis auctore altissimo, pervenire. Sane licet in se-

C

ptennium per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationesque felices recordationis Martini papae V. praedecessoris nostri, Basileense concilium absque alia vocatione congregari debuisset, & nullatenus prorogari, ac dilectus filius noster Julianus sancti Angeli diaconus cardinalis, per ipsum praedecessorem ad extirpandam perfidam haereticam Bohemorum principaliter destinatus extitisset, cum potestate ipsi Basileensi concilio praesidendi, si in tempore congruo & decreto praelatorum ibi concedentem copiam repararet, ac subsequenter per nos, post nostram ad apostolatus apicem assumptionem, ad praedicta peragenda confirmatus fuisset, tamen pluribus exactis mensibus, etiam post septennium antedictum, pauci tamen tam praesentati quam doctores & magistri in dicta Basileensi civitate convenerant, prout perceptimus ex relato dilectissimi filii Joannis Pulcrupatris ad nos & venerabiles fratres nostros sanctae Romanae ecclesiae cardinales per dictum cardinalem & eisdem praelatos doctores & magistrorum destinati, asserentisque ipsos, propter numeri parvitatem, tot tantarumque agenda- rum molli insufficientes penitus videri, & inhabiles ad versutias haereticorum & eorum fallacia argumenta refellenda: quodque non erant ibidem regum atque principum oratores, cum quibus in conciliis de eorum pacificatione tractaretur, locum etiam Basileensis civitatis minime tutum videri propter plura loca ei vicina, quae Bohemorum haeretica labe infecta erant: insuper ad ipsam civitatem Basileensem dicebat tutum non parere accessum, propter subortum bellum inter dilectos filios nobiles viros Burgundiae atque Austriae ducum. Quare praesentus Joannes dictorum cardinalis & congregatorum nomine nobis supplicavit, ut cum verisimiliter propter causas praedictas praesentati eo minime convenissent, ipsos

vocare, & eis praecipere, reges veto & principes ac etiam Graecos hortari vellemus & invitare, ut Basileam accederent, vel idoneos mitterent oratores, per quos posset haereticus Bohemorum, qui armata dicebatur, extirpari, redactio Graecorum fieri, & pax ac tranquillitas Christiani populi pertractari. Praeterea quia, dum eramus in minoribus in concilii pro celebranda futuri pontificis electione una cum eisdem fratribus constituti, nos vos adstrinximus illo in loco concilium celebrare, sive celebrari facere in quo majori parti ipsorum fratrum magis utile expediretque & opportunum videretur, ut dictis fratribus visum fuerit melius, concilium praedictum ad civitatem Bononiensem commutari:

idcirco ex praedictis causis & aliis, quas honestatis gratia tacuimus, commoti, ne tantum bonum amplius differretur, ac ut in ipso concilio possemus personaliter interesse, de fratrum praedictorum consilio & assensu, cum Basileae nulla viderentur praeparamenta ad celebrandum concilium opportuna, sed potius impedimenta subesse, concilium hujusmodi ad praesentam civitatem Bononiensem commutavimus, sperantes quod ad eam nobis cum praesentis fratribus & nostra curia, ac carissimo in Christo filio nostro Sigismundo Romanorum rege illustri, cum in Italia esset, prout nunc est, facilior esset accessus: quodque convenientibus ibidem nobis ambobus, esset in praedicto concilio praelatorum & principum numerus copiosus, ac etiam doctores & magistri ad tantum pondus idonei, quibus Romana curia & ipsa Bononiensis civitas plurimum sunt referta, statusque Romanae ecclesiae, qui propter absentiam nostram longinquam utique in periclitatione quoad temporalia procul dubio extitisset, facilius posse conservari videbatur. Graeci insuper, quos ipsi Basileae existentes nos ut vocaremus ad concilium sunt hortati, commodius Bononiam accedere potuissent, quam Basileam, tum propter maris propinquitatem, tum quia cum ipsis Graecis conventum erat de loco concilii in Italia eligendo: tum etiam, quoniam nobis & ecclesiae facilior eorum sustentatio extitisset, cum praesentus praedecessor & nos etiam perantea expensas ipsis pro eorum accessu & recessu ad concilium obrulerimus. Verum quia, ut ex plurimorum fidelium relatione percepimus, plurima, quae tunc Basileae concilii celebrationem impediebant, utique cessaverunt, (nam primum domino concedente, ipsorum ducum bella sublata sunt, & aliqui pro parte Bohemorum Basileam venire dicuntur, quod nobis est gratissimum, si contingat eos ad catholicam fidem reverti: quodque etiam ibidem nunc est praelatorum ac magistrorum major solito numerus) & nobis per Romanorum regem praesentum ac venerabiles fratres & dilectos filios nobiles viros electores sacri Romani imperii extiterit supplicatum, ut consentire vellemus Basileae generale concilium celebrari, pro honore universalis ecclesiae militantis: nos judicantes non esse reprehensibile, si secundum varietatem temporum statuta quandoque variantur humana, ne bonum, si quod Basileae fieri posset, aliquatenus impediatur, dicta dissolutione concilii jam facta non obstante, statuimus, volumus & mandamus de eorum-

rumdem fratrum consilio, quod Basileę a-
 crum generale concilium per nostros legatos
 illuc quantoctus transmittendos, & qui nomi-
 ne nostro ibidem praesideant, celebreretur. Et
 cum praefati electores obdulerint circa liber-
 tatem & securitatem concilii se taliter cura-
 turos, quod & nos & per nos mittendi, &
 alii ad ipsum concilium conventuri, poterim-
 us merito contentari, committimus eisdem,
 & tenore praesentium mandamus, ut ipsi cu-
 ram, diligentiam & sollicitudinem securitatis
 & libertatis praedictarum, ac custodiam tam
 loci Basileensis quae concilii, & maxime le-
 gatorum nostrorum, & aliorum praelatorum,
 quos illuc proficisci contigerit, in se susci-
 piant, praesentent, & ita circa illos vacent &
 intendant, ac vacari & intendi faciant & pro-
 curent, ut tutus & liber ad praesertam civita-
 tem Basileensem omnibus accessus pateat resi-
 dentibus pariter & recessus. Interim vero Ba-
 sileę convenientes, ad extirpandam haeresim
 Bohemorum, ac ipsos ad sanctam fidem ca-
 tholicam reducendos, pacemque & concor-
 diam inter oñctos Christi fideles tractandum,
 intentos existere volumus & mandamus. Haec
 autem omnia volumus ad omnium deduci no-
 titiam, & valvis palatii nostri apostolici ac
 basilicę principis apostolorum Urbis affigi, &
 ad diversas mundi partes etiam destinari, ad
 praedictorum notitiam pleniorē: mandantes
 omnibus & singulis venerabilibus fratribus no-
 stris, patriarchis, archiepiscopis, episcopis,
 & dilectis filiis abbatibus, prioribus, ceteris-
 que ecclesiarum & monasteriorum praelatis,
 ac omnibus & singulis aliis, qui ad concilia
 generalia venire, tenentur, ut in di-
 cto Basileensi concilio infra trium mensium
 spatium a die datę praesentium computandum
 debeant convenire. Nulli ergo, &c. Si
 quis &c.

Datum Romę apud sanctum Petrum, an-
 no dominicę incarnationis millesimo quadrin-
 gesimo trigesimo secundo, decimo sexto
 Kalendas Martii, pontificatus nostri anno se-
 cundo.

LV.

*Litera Pape ad Imperatorem responsiva super
 falsis concilii.*

*Eugenius, &c. carissimo in Christo filio Sigis-
 mundo Romanorum, Hungaria, &c. sala-
 tem, &c.*

Recepimus literas tuas de manu equitatoris
 tui praesentis dilecto filio, &c. Goff-
 wino literarum apostolicarum scriptore, fami-
 liari nostro & capellano tuo. In quibus ex
 ardenti zelo fidei & devotionis tuae erga re-
 ligionem Christianam & ecclesiam Dei, cujus
 advocatus & defensor extasis, & ex sincero
 benevolentiae filialis affectu, quem erga
 personam nostram geris, serenitas tua vide-
 tur plurimum perturbata, & plena esse soli-
 tudinis & timoris propter dissolutionem
 concilii, si quod videbatur esse congregatum
 in civitate Basileensi. Ad quam dissolutio-
 nem, & indictionem alterius per nos fa-
 ctam, nos cum consilio & assensu venerabili-
 um fratrum nostrorum sanctę Romanę ec-
 clesię cardinalium ex justis & rationabilibus

causis cum magna deliberatione & maturi-
 te processimus, consideratis omnibus quę in
 re tanta consideranda fuerunt: de quibus,
 cum ad Urbem veneritis, per viva colloquia
 nos & praefati cardinales clarius informabi-
 mus & certificabimus sublimitatem tuam: non
 dubitantes pro tua sapientia singulari te no-
 bis auditis de praedictis fore bene conten-
 tum: & domino nostros spiritus inspirante,
 nos tecum & te nobiscum concordēs in opti-
 ma & salutari sententia permanuros. Adven-
 tus autem tuus ad Italiam & ad Urbem, de
 quo fuimus ante per plures tuas literas cer-
 tiorati, dudum desideratus & gratus est no-
 bis, dum tamen ad has Italię partes ipsum
 adventum pacificum facias, sicut hucusque fe-
 cisti. Speravimus sane, sicut de Nurenber-
 ga nobis scripsisti, te tuos perantea oratores
 destinare debuisses, quos summopere adven-
 se voluissimus, ad hoc ut tam de persona
 tua honoranda, in ejus praevia coronatione,
 quam de pacifico tuo adventu, paternum
 cum eis tractatum potuissimus habere, quod
 super hac materia & reformationis concilii,
 quam semper optavimus, & super nonnullis
 aliis negotiis & arduis concernentibus hono-
 rem Dei, pacem fidelium, & universum sta-
 tum republicae Christianae, cum serenitate tua
 cupimus communicare consilia nostra, & dis-
 positi cum omni sincera benevolentia & cari-
 tate recipere & honorare personam tuam;
 quam, dum essemus in minoribus constituti,
 praecipua affectione dileximus. Nec eam ve-
 terem benevolentiam in nobis diuturnitate
 temporis, nec dignitatis mutatione cognovissis
 esse mutatam, nec aliquantulum diminutam.
 Ceterum ad praesentiam tuam aliquem de nostris
 ante non misimus, expectantes, sicut praedi-
 ximus, ut per oratores tuos nuntiares nobis
 aliquid de dispositione & adventu tuo. Cum
 vero oratores tui venerint, videbimus & au-
 dicemus eos libenter, & ad te continuo tran-
 smitemus nostros oratores solennes, qui cel-
 situdinem tuam de optima voluntate nostra
 certius vivis relatibus informabunt.

D Data Romę vi. Kalendas Februarii, pon-
 tificatus nostri anno primo.

LVI.

*Bulla capitulorum inierum & conclusorem in-
 ter dominum nostrum papam & serenissimum
 dominum regem Romanorum.*

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

Quoniam dominus Dei filius de caelis ad
 terram descendens ad salvandam genus
 humanum, inter cetera divina praerif-
 sima documenta, tamquam pacis mediator
 pacem discipulis suis reliquit, cujus sanctum
 fructum quasi substantiam vitae cernimus con-
 servare humanam societatem, unde fides sug-
 tur, spes sublevarur, & caritas amplatur, cum
 sit directissima justitiae, regnorum, principa-
 tum, omnique spiritualis & temporalis sta-
 tus valida & robustissima conservatrix; nos
 moniti ipsius Dei Filii salutaribus documentis,
 pacem tamquam honorum omnium productri-
 cem semper optavimus & optamus pro uni-
 versali bono sanctae ecclesiae Dei, totiusque po-

populi Christiani. Ut itaque omnis mundus intelligat sinceritatem nostrae affectionis ad tranquillitatem & quietem reipublice Christianae concinnis meditationibus & affectibus aspirare, deductis inter nos & carissimum in Christo filium Sigismundum Romanorum, Hungariae & Bohemiae regem illustrem, certis tractatibus multa bona concernentibus, demum cum dilectis filiis nobilibus viris Matikone comite Recomeni, & capitaneo Nanderlbeni, & Gaspare Slik regio vicecancellario, & terrarum Egrae capitaneo, ejusdem regis oratoribus, habentibus ab ipso rege sufficiens mandatum, infra scripta capitula, & omnia in ipsis contenta servabimus, quae de verbo ad verbum fecimus hic inscribi, quorum tenor B sequitur & est talis:

In Dei nomine. Amen.

Intra scripta sunt capitula, conventiones & pacta, inita & firmata inter sanctissimum dominum nostrum Eugenium papam IV. ex parte una, & magnificos viros consiliarios, procuratores, legatos, ac ambaxiatores serenissimi principis & domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ex parte altera: de quorum mandato publico plene constat per literas regias, suo pendente sigillo sigillatas, videlicet magnificos Matikonem comitem Recomensem & capitaneum Nanderlbensem, ac Gasparem Slik vicecancellarium dicti domini regis, & capitaneum terrarum Egrae, anno domini 1433, die 8. mensis Aprilis, indictione 11. pontificatus sanctissimi domini nostri praedicti domini Eugenii papae IV. anno tertio.

In primis dictus comes Matiko & Gaspar praedicti procuratores, & procuratorio nomine dicti domini regis Sigismundi, promiserunt dicto domino nostro Eugenio, stipulanti & recipienti tam suo nomine quam ecclesiae, quod ipse serenissimus rex Sigismundus per totum praesentem mensem Aprilis veniet Viterbium, ubi ipse inveniet sanctissimum dominum nostrum Eugenium & ut verus eius spiritualis filius dicto tempore ibidem ipsum visitabit.

Item promiserunt procuratores procuratorio nomine quo supra ipsi sanctissimo domino nostro Eugenio, stipulanti & recipienti ut supra, quod ipse dominus rex praestabit personaliter papae omnia illa juramenta, & alia faciet ad quae tenetur tam de consuetudine quam de jure: sive etiam ejus legato aut legatis, per suam sanctitatem specialiter destinandis.

Item promiserunt dicti procuratores, quod ipsum juramentum per ipsos procuratores hodie in generali consistorio praestitum, in propria persona & personaliter iterum ipse rex praestabit sanctissimo domino nostro Eugenio, vel ejus legato, seu legatis, specialiter destinando, seu destinandis, non obstante dicta praestatione juramenti per procuratores ipsos ante facta.

Item promiserunt dicto nomine quo supra, quod dominus rex veniet ad visitandum sanctitatem domini nostri Viterbium, vel ad Urbem solum, & durabit cum comitiva & familia sua, quam in praesenti habet in Senis, dummodo nullam scienter ducat hostem vel inimicum ecclesiae, vel domini nostri Euge-

anii papae quarti, vel rebellem Romanum populi. Et si ex inadvertentia aliquem secum duxerit, vel aliquos, illos sua majestas ad inquisitionem domini nostri papae illico licentiet & remittat.

NOTA SEVERINI BINII.

Hoc loco subjungi oportuisset Eugenii IV. de venerabili sacramento epistolam. Verum cum epistola ista superius inter appendicias concilii praesentis epistolas sub numero XXXIII. epistolo cuidam synodi Basiliensis abunde excerpto inserta esset, eandem hic repetere necessarium visum non est. Vide supra hujus tomi pag. 436. E.

Adversus MSS. C. d. Non edita.

LVII.

Eugenius, &c. ad futuram rei memoriam.

Dudum sacrum generale Basileense concilium pro reformatione morum, extirpatione haesum, & pace populi Christiani per generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationemque felicis recordationis Martini papae V. praedecessoris nostri, ac nostram, inchoatum, ex certis causis in literis nostris tunc expressis, ad civitatem Bononiensem, de fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio & assensu, cum subscriptione commutavimus. Verum cum ex dicta commutatione nonnullae diffensiones subortae videantur, ac nonnullas ex dictis causis, quibus ad hujusmodi commutationem seu dissolutionem faciendam principaliter moti fuimus, aliter jam se habere cognoscimus, nihilque aliud optemus, quam ut sublata omni materia diffensionis, ad haereses, bella, & morum deformitates de populo Christiano extirpandas salubriter intendatur, ad consilium etiam & ad instantiam carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum imperatoris semper Augusti, ac Hungariae Bohemiae, &c. regis illustris, de fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium consilio, volumus & contentamur, praefatum generale Basileense concilium a tempore inchoationis suae continuatum fuisse & esse, prosecutionemque semper habuisse & continuari, prosecutionemque ad praedicta habere debere, perinde ac si nulla commutatio, translatio, seu dissolutio facta fuisset: quoniam praefata commutationem, translationem, seu dissolutionem revocantes, ipsum concilium Basileense pure, simpliciter, cum affectu ac omni caritate amplectimur, pro viribusque illud promovere ac omni favore protequi intendimus: ita tamen quod praesidentes nostri ad praefati concilii praesidentiam admittantur cum affectu, ac omnia singula contra personam, auctoritatem ac libertatem nostram & sedis apostolicae ac venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, & aliorum quorumcumque nobis adherentium in dicto concilio facta & gesta, per dictum concilium prius omnino tollantur & in pristinum statum reducantur. Sicque una mente & uno spiritu cum caritate & puritate ad ea quae praemissa sunt in dicto concilio procedatur. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romae apud sanctum Petrum, &c. Kalend. Augusti, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo tertio.

Ego

Die 10 Junii 1433. Concilium Basileense in praesentia auctoritate per nos commutatum, seu dissolutionem concilii Basileensis.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripti.

Ego Jordanus episcopus Sabinensis ad fidem manu propria subscripti.

Ego Lucidus sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis subscripti.

LVIII.

Eugenius, &c. venerabilibus fratribus Bartholomaeo archiepiscopo Spalatenſi Chriſtophoro episcopo Cerviceniſi, ac dilecto filio Nicolao ſanctae Mariae de Montis Montis Regalis diocesis monaſterii abbati, ſalutem, &c.

In Martine Cod. MS. et. citur, Non ad. m. fo. R.

Cum vos ad petendum quicumque in Basileensi concilio contra personam, auctoritatem ac libertatem nostram, & apostolicam sedis, ac venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium, & aliorum quorumcumque nobis adherentium facta & gesta, per dictum concilium revocari, & in pristinum statum reduci per literas nostras depuraverimus; idcirco ad tollendum omnem dissensionis scrupulum, vobis in eventum revocationis praedictae omnia & singula, quae per nos seu auctoritate nostra contra dictum concilium, seu singulares personas dicti concilii, cujuscumque status, praeminentiae seu conditionis existant, etiam si sint dictae ecclesiae cardinales, quovis modo facta & gesta essent, etiam si de eis vel eorum aliquo habenda esset in literis nostris mentio specialis, revocandi pariter, & in statum pristinum reducendi auctoritate apostolica, de praedictorum fratrum nostrorum consilio, plenam & liberram tenore praesentium concedimus facultatem: volentes quod in executione praedictorum duo ex vobis, tertio absente, vel alias quomodolibet impedito, seu non interessente, procedere valeatis; raturum & gratum habituri quicquid in praemis & circa praemissis per vos, seu duos ex vobis, ut praemittitur, fieri & exequi contigerit: idque faciemus usque ad satisfactionem condignam, auctore domino, inviolabiliter observari.

Datum Romae apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicae millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, Idibus Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli manu propria subscripti.

Ego Jordanus episcopus Sabinensis ad fidem manu propria subscripti.

Ego Lucidus sanctae Marie in Cosmedin diaconus cardinalis subscripti.

LIX.

BULLE PRESIDENTIUM.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Jordano Sabinensi, & Petro Albanensi, episcopis, ac dilectis filiis Nicolao tituli sanctae Crucis in Jerusalem, & Angelato tituli sancti Marci, presbyteris sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, apostolica sedis legatis, salutem & apostolicam benedictionem.

Alta nos cura sollicitat, dum unicum sedis, cui divisa voluntate praesumus, ponderum anxie servitutis officium cogitamus, &

dum pro necessitate gerendarum rerum huiusmodi praesentiam nostram exigunt non possumus personaliter interesse, humanae carnis infirmitatem advertentes, his rebus adducimus promptum spiritum, ut quantum in nobis est grata domino servitia conferamus. Deditum siquidem sacrum generale Basileense concilium pro reformatione ecclesiae, extirpatione haereticum, & pace populi Christiani, juxta generalium Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, ordinationemque felicitis recordationis Martini papae V. praedecessoris nostri, celebrari mandavimus. Camque nihil magis optemus quam ipsum concilium felicem habere progressum, & ad debitum finem perducere, nosque propter debilitatem corporis nostri ad civitatem Basileensem per tanta terrarum spatia impresentiarum transferre non possumus, vos fide, bonitate, vitae integritate & sapientia praecellosos, consilii magnitudine conspicuos, ac in maximis nostris & ecclesiae praefatae negotiis diuturna experientia comprobatos, prout etiam ante decreveramus, legatos nostros: & sedis apostolicae cum plena & omnimoda potestate legatorum de latere, de fratrum nostrorum consilio, auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus & ordinamus, vosque ad praefatam civitatem Basileensem ad praesidendum in dicto concilio tamquam pacis angelos praevidimus destinandos. Idcirco vobis & illis, seu illi ex vobis, quos vel quem in dicto Basileensi concilio pro tempore contigerit interesse, nostro & sedis apostolicae nomine & auctoritate in dicto concilio praesidendi, nec non omnia & singula, quae ad generalem reformationem ecclesiae in capite & in membris & pertinentibus ad ea, extirpationem haereticum, pacem & concordiam principum & rotium populi Christiani noveritis pertinere, promovendi, proponendi, atque cum consensu, deliberatione & approbatione praefati Basileensis concilii tractandi, ordinandi, deliberandi, concludendi, statuendi, disponendi, terminandi, decernendi, decidendi, declarandi & exequendi. Insuper contradictores omnes & rebelles, cujuscumque status, gradus, praeminentiae vel conditionis existant, & quavis ecclesiastica vel mundana: etiam si regali, cardinalatus vel pontificali praesulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam, & alia juris remedia, appellatione postposita, compescendo; & super his auxilium brachii secularis invocandi, praesertim carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum imperatoris semper Augusti ac Hungariae & Bohemiae regis illustris, qui tam ex dignitatis sui debito, quam iuramenti nobis praestiti, ad hoc noscitur obligatus. Nec non omnia alia & singula cum consensu, deliberatione & approbatione dicti concilii, ut praemittitur, agendi, gerendi & faciendi, quae in praemis & circa praemissa, & tam circa modum & ordinationem celebrationis praefati Basileensis concilii, & omnium & singulorum in eo agendorum, quam eorum decisionem, perfectionem & executionem videritis necessaria fore, aut quomodolibet opportuna. Et quae Romani pontificis & sedis apostolicae nomine in generalibus conciliis praesidentes, in praedictis seu circa praedicta per omnia gerere & facere consueverunt, & possunt, de praedictorum fratrum nostrorum consilio, auctoritate praedicta

dicta plenam & liberam tenore presentium A concedimus facultatem; ratum & gratum habituri quidquid super præmissis per vos, seu illos vel illum ex vobis, quos vel quos in præfato concilio (ut præmittitur) interesse contigerit, una cum eodem generali Basileensi concilio deliberatum, ordinatum, conclusum, statutum, dispositum & decretum fuerit. Idque faciemus usque ad satisfactionem condignam, auctore domino, inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus injunctum vobis ministerium laboris hujusmodi pro Dei ac nostra & sedis apostolicæ reverentia suscipientes, illud juxta datam vobis a domino prudentiam exequamini, quo fructus B operati veniant, quos speramus: vosque illam, quæ piis causis agentibus superna retributione impenditur, gloriam consequamini felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigésimo tertio, decimo octavo Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio.

LX.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Joanni archiepiscopo Tarentino, & Petro episcopo Paduano, ac dilecto filio Ludovico abbati monasterii S. Justine Paduana, salutem & apostolicam benedictionem.

Cum sacrum generale Basileense concilium, juxta Constantiensis & Senensis conciliorum statuta, celebrari mandaverimus, dilectum filium Julianum sancti Angeli, sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconum cardinalem, eidem concilio nostro & sedis apostolicæ nomine, prout etiam per felicis recordationis Martinum papam V. prædecessorem nostrum ad id deputatus fuerat, præsidere mandavimus. Postmodum vero venerabiles fratres nostros Jordanum Sabinensem, & Petrum Albanensem, nec non dilectos filios Nicolaum tituli S. Crucis in Jerusalem, & Angelottum tituli S. Marci, sanctæ Romanæ ecclesiæ episcopos & presbyteros cardinales, ad hujusmodi concilii præsentiam etiam deputavimus, prout in literis nostris superinde confectis plenius continetur. Cumque aliqui expositi deputati, ex nonnullis rationabilibus & honestis causis adhuc occupati, ad dictum concilium necdum iter arripientes forsitan venire tardarent, nolentes prosecutionem dicti concilii aliquatenus impediri vel etiam differri, vos, seu illos ex vobis quos in dicto concilio pro tempore contigerit interesse, fide, bonitate & prudentia præclaros, ac in magnis nostris & præfate ecclesiæ negotiis longa experientia comprobatos, ad præsentiam dicti concilii nostro & apostolicæ sedis nomine loco dictorum cardinalium, & in ipsorum vel aliquorum aut alicujus ex ipsis absentia de fratrum nostrorum consilio deputavimus, cum omnimoda potestate dictum concilium una cum illis, qui pro tempore præsentis fuerint, continuandi, nec non omnia & singula gerendi, agenda, & disponendi, de quibus in literis nostris super præsentia & facultate præfatis Concil. General. Tom. XXIX.

cardinalibus concessa seu concessa, & quomodocumque ipsi cardinalibus dedimus in mandatis plenius continetur, ratum & gratum habituri quidquid super præmissis & circa præmissa, per vos seu illos, quos ex vobis in dicto concilio pro tempore contigerit interesse, juxta facultatem prædictam ordinatum, deliberatum, statutum, decretum & dispositum fuerit. Idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Quocirca circumspectioni vestre per apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus injunctum vobis ministerium hujusmodi pro Dei ac nostra & sedis apostolicæ reverentia suscipientes, illud in omnibus & singulis supradictis, juxta datam vobis a domino prudentiam, omni studio & industria exequamini, quo fructus operati veniant, quos speramus; vosque illam quæ piis causis agentibus superna retributione impenditur gloriam consequamini felicitatis æternæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigésimotertio, decimoséptimo Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio.

LXI.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilecto filio Juliano sancti Angeli diacono cardinali, apostolica sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

Auctoritate presentium tibi injungimus, quatenus præsentiam in sacro generali Basileensi concilio, ad quam felicis recordationis Martini papæ V. prædecessoris nostri & nostra auctoritate deputatus extitisti, una cum aliis legatis & præsentibus ac eorum substitutis per nos postmodum deputatis, seu in futurum deputandis, juxta facultatem per nos eis concessam, nostro & sedis apostolicæ nomine contineres, ac secundum tibi datam a Deo prudentiam cum præfatis (ut præmittitur) ad debitum & felicem finem cum Dei honore & utilitate reipublicæ Christianæ perducere studeas.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicæ 1433. decimosexto Kalendas Januarii, pontificatus nostri anno tertio.

LXII.

Epistola domini papa missa concilio.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, & dilectis filiis in sacro Basileensi concilio congregatis, salutem & apostolicam benedictionem.

Mittimus illuc dilectum filium Christophorum Garatonum magistrum in artibus, secretarium & familiarem nostrum, quem anno præterito circa sanctissime unionis materiam inter occidentalem & orientalem ecclesias Constantinopolim misimus. Redit autem, & circa materiam prædictam plene de omnibus informatus est. Quamobrem fraternitates & devotiones vestre in tam sancto & divino opere illum audire velint, sibi que in
Oo rela-

Datum Florentiæ anno incarnationis dominicæ millesimo quadringentesimo trigésimo quarto, decimo Kalendas Martii, pontificatus nostri anno quarto.

R. de Valentia. A. de Florentia.

LXIII.

Epistola Eugenii Papa IV. ad concilium Basileense.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus & dilectis filiis in sacro generali Basileensi concilio congregati salutem & apostolicam benedictionem.

Existimaret forsitan aliquis, ex his quæ superioris tempore præcefferunt, mentes nostras non usquequaque sine nubilo existere: sed si quæcumque per oratores nostros, præsertim hoc ultimo loco, vobis offerri iussimus, recte intueri voluerit, serenitatem pectoris nostri (ut de nobis loquamur) satis intelliget. Neque id efficere difficile nobis fuerat, qui vobiscum in eundem finem semper processimus: solum in loco celebrandi concilii, salva semper pietate, dissensimus. Nec mirum, cum Paulus & Barnabas propter Joannem cognomento Marcum, invicem dissentientes separati sint, quos tamen Christi evangelium copulabat. Optavimus pacem, optavimus ecclesiæ reformationem: ob hanc rem non solum cessimus vobis, sed etiam per literas nostras decreto vestro, quemadmodum dictastis, annuimus. Post hæc majorem in modum (ut præfati sumus) aperuimus cor nostrum. Iterum replicamus: Hoc nostrum propositum est, hic noster affectus, vos amare ut filios, observare ut fratres, & in benedictionibus dulcedinis una nobis præcipua caritate constringi. Sic etiam de vobis confidimus, ut non alii apud vos sitis, sed pro ipsius apostolicæ sedis reverentia fideles & devotos animos ad nos habeatis. Hujus siquidem confidentiæ signa perspeximus. Primo, quod ex nostro consensu ad sacrum generale Basileense concilium plurimum lætati estis. Iterum, quod præidentes nostros affectu & opere amodo sic vobis conjunctos, ut pene unum invicem esse videamini, audimus. Ex his congratulamur plurimum devotionibus vestris, congratulamur ecclesiæ sanctæ, cui profectum evenire speramus. Congratulamur & ipsi apostolicæ sedi, quæ diu, non quidem defectu nostro, sed (ut ita dicamus) temporis malignitate afflicta & angustata, consolari & honorari a vobis expectat, ut enim vetera veluti diu vulgata prætereamus, quis sine dolore & lacrymis transeat quæ his diebus Romæ passi sumus? Non enim incognitum est, quid conspirationis in nos actum sit, quid in venerabiles fratres nostros sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, quid denique in nostros & curiales omnes, quo etiam consilio, quibus mediis, pro auctore, aut quo sine omnia ista procefferint. Quid ultra hæc in aliis terris ecclesiæ Romanæ quotidie machinetur, satis perspicuum est. Christus pro sua pietate eos omnes ad frugem melioris vitæ convertat. Ob has & alias justas causas censuimus malignitati esse cedendum. Itaque ex Urbe profecti, cum galeis & aliis

navigis Deo propitio, in portum Pisanum devenimus. Deinde sani & incolomes, ipso Deo juvante, hodie huc applicuimus. In quem locum multo honore, reverentia, & devotione suscepti sumus. Superest ut eo affectu, quo coacti, in Deum quotidie succrescentes, ad generalem ecclesiæ reformationem sine ulteriori mora vigiles sitis. Sic devotiones vestras exhortamur in domino. Nostis enim quantum ea indigeat religio Christiana: quia (ut ait propheta) a planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas. Non multa disputatione opus est, sed observatione & exemplo. Quibus veluti quodam optimo rectore ea quæ a sanctis patribus divino spiritu constituta sunt dirigantur, suumque attingant effectum. Horum sanctorum patrum imitatores estote, sicut veri condiscipuli & filii Dei carissimi. Si qua igitur pietas, si qua consolatio in Christo implete desiderium & gaudium nostrum, imo & bonorum omnium. Non deerit vobis gratia divina, neque bonorum subsidia, sic in domino confidimus. Quantum autem ad nos pertinet, omnes operas nostras pro his rebus libenter offerimus, nihil pro nostro officio præmittentes, quo gloriam Deo, pacem & salutem populo Christiano ex his sanctis operibus vindicemus.

Datum Florentiæ anno dominicæ incarnationis millesimo quadringentesimo trigésimo quarto, nono Kalendas Julii, pontificatus nostri anno quarto.

LXIV.

Epistola Eugenii Papa IV. ad legatos suos concilio præsidentes.

Eugenius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Nicolao tituli sanctæ crucis in Jerusalem, Joanni tituli sancti Petri ad Vincula, & Juliano tituli sanctæ Sabina, sanctæ Romana ecclesiæ presbyteris cardinalibus, apostolica sedis legatis, ac venerabilibus fratribus Joanni archiepiscopo Tarentino, & Petro episcopo Paduano, pro nobis in sacro Basileensi concilio præsidentibus, salutem & apostolicam benedictionem.

Non est insolitum inimico hominis seminare zizaniam, ut etiam inter eos qui pari pietate contendunt, ut in unum finem conveniant, ex ipsis procedendi mediis, qui pro diversitate humanorum sensuum in semet differentes redduntur, nonnunquam varia dissidia, quæ mutam caritatem vulnere, oriantur. Hoc autem inter nos & nonnullos ex venerabilibus fratribus & dilectis filiis sacri generalis Basileensis concilii superiori tempore evenisse conspeximus. Quod tamen, divina annuente clementia, tandem concordiam locum & pacis invenit. Postmodum vero quasi inter nos & ipsos nova emergeret differentia, per novos oratores ejus generalis concilii de servanda eorum conclusione cum Græcis, de dandis indulgentiis, de causis suppositorum dicti concilii non admittendis, de officialibus nostris ad curiam nostram non vocandis, de electionibus expectandis, aut etiam confirmandis, de annatis, de servitiis communibus, & similibus non recipiendis saltem requisiti. Ad quæ omnia per nostros oratores plene respondimus. Et licet ex illis responsionibus

bus eisdem sacro concilio satisfecisse speremus. A
perpleximus tamen non esse inconsultum, si
quod difficultatis vel scrupoli, aut suspicio-
nis forsitan superesse contingeret, abundantius
providere, & desiderium nostrum ad unita-
tem & pacem amplius aperire, ita ut etiam
vel parvo nubilo sublato de medio, ad ea, quæ
honorem Dei ac bonum reipublicæ Christia-
næ concernunt ante divinæ claritatis faciem
vivis ac serenis animis intendamus. His igitur
diligenter attentis vestris circumspectioni-
bus, de quibus plurimam in domino fidu-
ciam obtinemus, omnes & singulas differen-
tias, difficultates & suspensiones, si quas præ-
dictorum occasione (ut prædiximus) superve-
re, aut in futurum emergere forte continge-
ret, concordandi, tollendi, sedandi, & so-
piendi, sufficienti tamen provisione quoad an-
natas, communia servitia, & alia in quadam
ipsius generalis concilii ordinatione contenta,
prius facta, ac per nationes & provincias ap-
probata & recepta, nec non alia in præmis-
sis & circa præmissa faciendi, per quæ ad ve-
ram & perfectam caritatem, unanimum con-
cordiam inter nos & præfatos fratres & filios
nostros pro Dei gloria, exaltatione orthodoxæ
fidei Christianæ, ac conservatione honoris &
dignitatis apostolicæ sedis pervenire posse vi-
deritis, de consilio venerabilium fratrum no-
strorum Jordani Sabinensis, Brandæ Portuen-
sis, episcoporum, Joannis tituli sancti Lauren-
til in Lucina, Antonii tituli sancti Marcelli,
Joannis tituli sancti Sixti, Francisci tituli san-
cti Clementis, Angelotti tituli sancti Marci
presbyterorum, Lucidi sanctæ Mariæ in Cos-
medin, Prosperi sancti Georgii ad Velum au-
reum, & Dominici sanctæ Mariæ in Via la-
ta, diaconorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ car-
dinalium, plenam & liberam tenore præsen-
tium concedimus facultatem, ratum & gra-
tum habituri quidquid per vos, in præmissis
ordinatum, concordatum fuerit, & conclu-
sum. Idque faciemus auctore domino inviola-
biliter observari.

Datum Florentiæ anno incarnationis domi-
nicæ millesimo quadringentesimo trigesimoquin-
to, decimotertio Kalendas Martii, pontifica-
tus nostri anno quinto.

Ego Jordanus episcopus Sabinensis subscripsi.
Ego Brandæ episcopus Portuensis subscripsi,
&c.

A. de Florentia.
F. de * Laude.

LXV.

*Copia bullæ translationis Basileensis ad civitatem
Ferrariensem, missa per dominum Fvalterum
de * Herke canonicum ecclesiæ sancti Marti-
ni Leodiensis, ex Bomania.*

*Eugenius episcopus servus servorum Dei ad fu-
turam rei memoriam.*

Doctoris gentium admoniti saluberrima sua-
vissimaque doctrina: &c. Vide reliquum
infra tomo XIII.

Concil. General. Tom. XXIX.

EPISTOLÆ

SIGISMUNDI IMPERATORIS

AD CONCILIUM BASILEENSE

Vel pro ipso ad alios scriptæ, hic separatim
congestæ, & juxta datas earum, quantum
ex iussu conjici potuit, ordinate,

LXVI.

*Supplicatio ad papam pro credentia primatum
ambasatorum domini regis.*

Beatissime pater & domine reverendissime,
intelleximus venerabiles & egregios viros
Jacobum de * Syrek scholasticum Treviren-
sem & Thomam Fyme decretorum doctorem,
officialem Parisiensem, oratores sacri Basileen-
sis concilii, nobis directos ex ipsorum relatu.
Qui quod de continuatione ipsius concilii, quo
in republica Christiana nil utilius, nilque per-
fectius, personabant, permaxime commenda-
mus. Et quia ea de re etiam vestra sancti-
tati accedunt, rogamus affectu devotissimo,
quatenus ipsos velitis nostri intuitu & reve-
rentia dicti concilii recommissos suscipere, be-
nigne audire, & juxta petita pro honore Dei
& commodo Christianismi clementer & * ce-
leriter adhibendo operam, quæ utique sancti-
tati vestræ incumbit, ut sacrum concilium nul-
latenus induciatur seu mutetur: sed ex dire-
ctione ejusdem sanctitatis fomenta & incre-
menta optata suscipiat, prout eius sanctitas
ab oratoribus ipsius percipiet: quibus nostro
nomine velit adhibere credentiæ plenam fi-
dem: & ultra ea accuratissime deprecamur,
ut eadem sanctitas personas prælatorum ora-
torum commendatas velit habere pro compla-
centia & gratia nobis acceptissima. Cujus per-
tionam conservare dignetur. &c.

LXVII.

Epistola regis ad papam super facto concilii

*Copia literarum regis majestatis ad dominum no-
strum papam per oratores concilii Basileensis
designatarum.*

Beatissime pater & domine reverendissime,
nobis fuit indignum quod vestra sancti-
tas recessum & scripturam fidelium de Bohe-
mia gessit molestam, prout ex bulla ejusdem
sanctitatis, quæ nobis hodie præsentata exi-
sit, clare percipimus. Nam & nos tantam
mentis amaritudinem exinde concepimus, ut
revera ad plenum rescribere nequimus, ut
vestra sanctitatis auditum ita præcipitanter de-
ducere: quia ipsorum significatio erat horri-
bilis, & potius his committenda qui ipsis re-
bus consilio adfuerunt, viderunt, & eas tor-
poraliter tetigerunt. Ad provisionem autem
tanti casus, tantumque opprobrium gentis fide-
lium abstergendum, palpebras nostras non con-
traximus: imo vigilando solenter post reveren-
tiam exercitus, mox in præsentia reverendissimi
domini cardinalis legati, electorum, & princi-
pum aliorum, omnia remedia exquisivimus,
quæ

O o 2 quæ

* 1. Legit.
1421. H.

* 2. H. l.

* f. hoc even-
tus contra.
1102.

quam tanta celeritate fieri poterant: & tandem dictam in civitate nostra Franchfordensi cunctis indiximus in festo sancti Galli nunc posterito, ad providendam his rebus salubriter, & ut hæc ignominia catholicorum auferri, & hereticorum superbia posset contundi. In qua tamen dicta, quaravis solemnnes oratores nostros prelatos & alios haberemus, nil paratum est: quia quasi nullus comparuit. Nec jam aliqua salubria sperantur in re ista remedia, quam hoc sacrum Basileense concilium, quod Deus omnipotens hoc tempore tribulationis ab alto concessit, & in quo omnis virtus contra hanc pestem hereticam, omnisque salus & spes omnium consistit. Neque alibi exquirenda sunt particularia vis in rebus tam arduis, nisi ubi generalia & summa Christianorum ingenia, Spiritu sancto duce feliciter convenerunt. Ad quod quidem concilium manutendum, protegendum & conservandum, antequam moentes transiremus, tales promissiones fecimus, prout nuntii dicti concilii a nobis petere voluerunt. Et nihilo minus illustrem principem nostrum Willelmum ducem Bavarum, & cum eo certos episcopos, abbates & viros notabiles, tunc promptos fecimus, illuc nostro nomine accedendo. Quos jam ibidem sine fallo statutos confidimus. Et speramus in clemente Deo nostro, quod ibidem ad provisionem hujus tam pie & sancte rei dabitur provisio salubris & optata. Quamobrem vestram sanctitatem, cui ex summi apostolatus officio non minus quam nobis res illa incumbunt, obsecramus in Deo, quatenus ipsum sacrum concilium vestra sanctitas dignetur conservare & augere, sicque providere, ut illud nec dissolvatur, nec nullatenus protrahatur: quoniam ejus turbatio indubie esset totius reipublice Christianæ destructio, hæreticumque auctio; ex adverso, ipsius fomentum & confortatio profecto catholicæ fidei & toti Christianismo pariet remedia ad optata. Et dum Deo dante cum vestra sanctitate erimus, prout Deo largiente in brevi speramus, multa ardua super re ipsa cum eadem conferemus, quæ non minus erunt utilia, & prout confidimus, sanctitati vestre accepta. Cujus personam conservare dignetur altissimus feliciter & longæve regimini ecclesie sue sancte. Datum, &c.

LXVIII.

Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, & Hungaria, Bohemia, &c. rex reverendissimo in Christo patri domino Juliano cardinali utriusque sancti Angeli præfidenti, venerandisque patribus prelati, & ceteris in sacro generali Basileensi concilio congregatis, amicis nostris carissimis, & sinceris gratissime dilectis.

Reverendissimi ac venerandi in Christo patres amici carissimi, sinceri, & grati, nobis dilecti, venientes ad nos venerandos & egregios Jacobum de Sirck scholasticum Treverensem, & Thomam Fymę doctorum doctorem officialem Parisiensem, oratores vestros, nobis gratissimos, instanter suscepimus: qui habita diserta per ipsos coram nobis tam sincere quam eleganter oratione, ex imposita ipsi legatione, inser cetera retulerunt, deliberatum esse pro sessione futura

tractandam de sufficienti stabilimento sacri synodi Basileensis, & de continuatione ejusdem: quæ omnia modum honestæ, imo verius divinæ esse censuimus, & repulsi penitusurbationibus, & animi nostri procellis, consolati fuimus, & resecti gaudio singulari, redentes in primis gratias domino Deo nostro, cum ipsa sacra synodus ita congregata existat, ut nullam convenientiam perfidiam excogitari possit, quo navis Petri scilicet ab extremis horrendisque fluctibus jam unquam insultantibus tueri, neque labes hæretica commodius deprimi, mores Christianorum in presentibus reformari, aut res universi orthodoxæ fidei possint in melius commoveri. Mon-
B que præfatis vestris oratoribus recommendataris nostras ad dominum nostrum summam pontificem dedimus, sanque sanctitati res ipsas concilii committas fecimus: quæ etiam ambalitores nostri solemnes super ea intentione & vestigio subsequenter, certificantes paternitates vestras, quod quemadmodum prius omnem facultatem regnorum nostrorum, personarumque regiam usque ad effusionem sanguinis & mortis passionem obtulimus, ita semper, Deo cooperante, ea intentione invicta, quoad vixerimus, reperiemus, & sic nos offerimus pro ecclesia sancta Dei, significantes paternitatibus vestris, quod ipso festo sanctæ Catharinæ virginis proxime præterito hic Mediolani in domicilio sancti Ambrosii, majorum nostrorum imitando vestigia, regium diadema assumpsimus, auctore domino Jesu Christo, cum solemnitate & celebritate semper digna memoria, & in rebus secundis illius gratia feliciter prosperamur, accincti septimana instante ad conventionem cum filio nostro carissimo duce Mediolani in Placentia pro transitu nostro versus Romam celebrandam, prout vobis quidquid ibidem conclusum fuerit illico descripturi sumus. In singulis autem quæ per oratores vestros petita sunt, ita nos apud sanctitatem domini nostri, dum secum fuerimus, prout in brevi speramus, & alios quoscumque & ubicumque pure & fideliter exhibebimus, quod sancta mater ecclesia, quam devotè veneramus, & semper veritabimur, in nobis sanctet integerrimum advocatum & filium, & ipsius concilii, quod eandem representat ecclesiam, defensorem & ultroneum protectorem. Obsecrantes paternitates vestras in visceribus Jesu Christi, ut in hoc sancto velit perferre proposito. Et si qui emulorum Dei & Christianissimi impudè debacchantium fortassis ad protractionem seu dissolutionem ipsius concilii consentire intenderent, illos velit tamquam membra putrida præcidere, ne corpus insaniant: ad hocque scelerter emidi, ut ipsum concilium omnino solidetur, & accuratissime foveatur. Nam ex ejus dissolutione aut induciis, quas Deus avertat, non videmus nisi ecclesiam Dei in totalem interitum & conditionem pessimam ruituram: quibus omnibus per hoc sacrum concilium, quod Deus hoc tempore tribulationis ab alto concessit, & in quo omnis virtus omnisque spes Christianorum ad extirpandas hæreses, repellendaque vitia, & omnes rugas ecclesie abstergendas plene consistit, fiet provisio adepta: ad quod etiam, Deo dante cito & feliciter reverti speramus, desiderio magno incensi, ut sicut in
Con-

Constantiens concilio vidimus gregem dominicum antra misere dispersum in unius pastoris obedientiam convenire, ita in praesenti Basileensi concilio ipsius unci gregis reformationem videre possumus: oramus ut nobis velit concedere Rex aeternus.

Datum Mediolani, die 11. mensis Decembris, regnorum nostrorum anno Hungariae 41. Romani 22. & Bohemiae 12.

*Ad mandatum domini regis
Gaspas Sicut.*

LXIX.

Littera regis ad papam super facto eodem.

Beatissime pater & domine reverendissime, hodie receptimus bullam vestram sanctitatis de manibus E. V. sanctitatis, notificantem nobis dissolutionem sacri Basileensis concilii, quam eadem sanctitas fecit per suas bullas hincinde publicari: de qua quidem re nobis nedum terribili, sed insulsa nimium, sedum amarissime perturbati, imo tanto vehementius stupefacti sumus, quanto aperte videmus calamitates innumeras, discriminosa pericula atque scandala toti Christianismo exinde successura, & fidem catholicam per hoc indubie fundamentaliter enervari. Et quamvis plurima & insanda mala quae stylo describi non possunt, ex dissolutione tali secutura sunt, tamen nos, accensi zelo quem gerimus ad religionem fidei, & affectu filiali, quem habemus ad vestram sanctitatem, ad satisfaciendum quoque debito nostro, quod nobis tamquam Romanorum regi advocato & defensori ecclesiae incumbit, praemittimus vestrae sanctitati hic inclusa certa avisamenta, & repentine quidem ac festinantissime: quoniam arduitas & magnitudo rei ipsius oratoris missionem propter moram pati non potuit: in quibus eadem sanctitas versando colligere poterit pericula in qua ecclesia Dei ruitura est, si concilium dissolvatur: quod ablit. Videbit etiam sanctitas vestra in avisamentis praefatis mentem nostram super rationibus quas vestram sanctitatem ad huiusmodi dissolutionis materiam permoverunt: quas utinam tantum facerent in hac Christianorum extremitate, quantum sine fructu prolongant. Rogantes, obsecrantes, ac affectu majori quo possumus requirentes vestram sanctitatem in domino nostro Jesu Christo, cujus res agitur, quatenus, pensata totius Christianae religionis subversione, mox remediare dignemini, scribere & mandare reverendissimo praesidenti & sacro concilio, ut nullatenus dissolvantur, sed in nomine Spiritus sancti, in quo congregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si qua vestra sanctitas in contrarium scripserit seu nuntiaverit, illa respectibus praemissis legitimis pensatis, protinus revocet, eidemque consilio favores & omnes promotiones impendat, ut necessitas summa requirit. Avisata enim esse debet eadem sanctitas, quod nisi hoc celeriter fiat, ecclesia Dei in deterrimas condiciones prolapsura est, potissime in Germaniam partibus, quae jam, pro dolor, indubio vacillant discrimine. In quo profecto sanctitas vestra, quae hucusque tamquam innocens sine macula tenet est, non modicum (quod dolenter describi-

mus) suspicionis noem subiacet. Quam quidem remedio salutari vestra sanctitas tollere velit, & hanc adhortationem nostram, ad quam nos extrema unctio, quam ecclesia Dei modo expectat, ac conscientia nostra, ac filialis erga sanctitatem vestram urget affectus, paterne & benigne suscipere, & sic providere ut grex dominicus non tam misere dispergatur; sed boni pastoris regimine ad ejusdem & sacrosanctae Romanae ecclesiae obedientiam, cum tempus addit gratiae, feliciter conducat. Personam vestram sanctitatis sanam & incolumem conservare dignetur altissimus felicitate & longaeve regimini ecclesiae.

Datum Placentiae die 9. mensis Januarii regnorum nostrorum anno Hungariae, &c. 41. Romanorum 22. & Bohemiae 12.

LXX.

Avisamenta ad dominum summum pontificem transmissa ex parte domini Romanorum, &c. regis, super facto Basileensi concilio.

Primo, quemadmodum vestra sanctitas in bulla nobis transmissa notificat nobis, primo dissolutionem sacri Basileensis concilii, &c. ita per seculo diligenter tenore ejusdem, non videmus aliam penitus causam dissolutionis, propter quam fiat, contineri, nisi propter reductionem Graecorum ad ritum Romanae ac universalis ecclesiae. Et quemadmodum eadem sanctitas nos rogat, ut si aliqua avisamenta excogitaturi sumus, ad pacem fidelium, religionis Christianae, ac statum & honorem ecclesiae facienda, vestrae sanctitati velimus exponere, &c. ita requisitione vestrae sanctitatis promoti & inducti, etiam devotione sincera quam ad bonum ecclesiae & statum universae reipublicae Christianae gerimus, rubore deposito, & confidenter dicimus, quod haec causa Graecorum nullatenus sufficere potest ad dissolutionem ipsius sacri concilii, quamvis bene esset res sancta, & multum optabilis, ipsos Graecos reductos videre; nec praetermittendum est suo tempore ad illa intendere. Sed non poterit nec debet ipsa reductio, quae non sententis annorum sic perstitit, & dubiosa quidem est rebus tam arduis, quae subversionem totius nostrae fidei tangunt, quoquo modo proponi; quia utique res illa moram pati non potest, quae hucusque tanto tempore perduravit sine laesione Romanae ecclesiae, cum a Graecis & suis concredentibus hucusque Christianitas nihil violenti pertulerit. Sed istae res videntur nobis debere illico ad manus recipi, tamquam magis bonae & arduae, quae facere possunt ad extirpationem haereticum, quae hodie tanta enormia mala in populo fidei patrant, nec cessant, sed igne & gladio trucidant, non parcentes sexui nec aetati. Nunquam enim credibile esse poterit, Graecos ritui nostro conformari velle, videntes nos in tanta strage, dissensione, & deformitate morum & vitiorum, nec unquam aliquam correctionem adhiberi, sed de die in diem nos in viliora & magis inordinata corrui, & ritum nostrum ad obedientiam Christicolarem quasi penitus extingui dicent ipsi aperte.

Tempus est delicti cum culpa redarguit ipsum.

Sed si nos videant esse compositos & reformatos & intendere ad extirpationem hæresum & pacem fidelium, profecto indubii sumus, quod se desistent. Sed hoc iterum per alios & alios modos, Deo dante, faciles & bene convenientes, prout a nobis enucleatius & clarius informabitur sanctitas vestra. Secundo sacrum Basileense concilium misit nobis certas literas, Bohemis Hussitisque sonantes, eosque ad Basileam pro reductione ipsorum vocantes, quas illico eidem transmisimus, adiunctis nostris opportunis & adhortatoriis literis, tenorem literarum sacri concilii continentibus. Super quibus Pragenses, qui inter eos potiores sunt, in Praga dietam, prout in copia hic annexa sanctitas vestra edificere poterit: & ut nos abunde informamur, speratur omnino de comparitione ipsorum coram concilio, & verisimiliter etiam multo magis ad hoc stringuntur, quanto jam in regno Hungarie conficti sunt, & magnam partem sui exercitus, equestrium & pedestrium, ac instrumentorum & curruum, auxiliante domino, perdididerunt, & etiam per illustrem filium nostrum ducem Austriæ, æstate præterita in Moravia potenter de campo depressi, & in fugam conversi, ac novissime in ducatu Austriæ, notabiliter sunt prostrati. Insuper etiam, quia ipsum concilium ipsis magnum terrorem inducit, cum audiunt illud ad extirpationem hæresum esse potissime congregatum, quibus comparentibus, speraremus ipsos per sacrum concilium ita informari, quod contenti recederent, & hæc pestis, Deo dante, cessaret: nec intentio concilii & nostra unquam fuit, neque est, ut super articulis ipsorum prius damnatis debeat fieri disputatio, prout tangit sanctitas vestra, sed solum informatio & instructio per sacras scripturas, ut se errare cognoscant, & respiciant, prout dominus noster papa Martinus prædecessor vester nobis & regi Poloniæ in pluribus suis bullis faciendum imposuit & persuasit. Et in casu quo nihil perficeret, tamen videns sacrum concilium ipsorum pertinaciam, ferventius ad eorum suppressionem intenderet, & super his ex omnibus regnorum finibus provideret, quoniam hoc onus solis est importabile Alemanis. Insuper quia locus Basileensis præfatis Hussitis est deputatus, & sacrum concilium nosque securitatem illuc conducendi illis plene obtulimus, & per literas nostras affirmavimus: quid dicent ipsi hæretici, sentientes dissolutionem concilii, nisi quod nos fugiamus eos, & ecclesiam contra eorum rationes quodammodo succubuisse? & sic confortabant suos, & fideles populos, ad quos jam, ut audivimus, errores suos & articulos cum inertonibus sacrarum scripturarum miserunt, mortali contagione inficient, in quo cunctus populus spem suam defixit: nec illud tantam moram perferre quomodolibet poterit, quanta esset huiusmodi protractio concilii: quia revera in tanto tempore & ipsi quasi totam Germaniam possent surripere, prout circumquaque in magna parte de facto fecerunt, nec resistentia aliqua pararetur, nec parari posset, propter dissolutionem ipsius concilii, uti claret. Tertio, quia ubique famatur, sa-

acrum concilium pro reformatione morum in populo catholico & etiam sacro ecclesiastico congregatum fore, &c. modo si dissolutum maneret concilium revera timendum est quod laici, qui multimode contra clericos debacchantur, capiant occasionem irruendi contra ipsos, dicentes in congregandas & dissolvendas concilia sine fructu illusiones fieri, prout prius etiam factum est, prout manifeste clamant, quod non expectant nisi finem huius concilii. Et ut principium huius mali ostendamus: Ecce civitas metropolitana Magdeburgensis, expulso suo archiepiscopo atque clero, jam per terras ipsius ecclesiam in fortitudine curruum Hussitarum more divagatur, quibus in subsidio sunt quasi omnes civitates Saxonie maritimæ & majorem (ut timendum est) habebunt sequelam, si non celerissima fiet provisio. Insuper, ut avissimus, Patavien-sis civitas suo episcopo rebellavit, & se parat ad expugnandum castra sua. Demum civitas Bambergensis, quæ propter mutationem quam fecit contra hæreticos ex indulto nostro per clerum infestatur, in magna est vacillatione. Et quia prædicta loca omnia Bohemis sunt vicina, timendum est quod per dissolutionem concilii, quod pro quopendis talibus nuntios suos transmisit, illa loca talia cum hæreticis in spem subsidii parata capiant, quæ nullis vel saltem gravissimis erunt recuperanda laboribus. Quarto, quamvis multi principes, nobiles, & civitates circumquaque Bohemiam, post rupturam exercitus cum hæreticis treugas inierunt, tamen major pars adhuc contra eos se sustentat, ponendo spem suam totalem in ipso concilio pro liberatione sua: ad quos dictum concilium & nos dudum pro eo misimus. Qui audientes concilium debere dissolvi, totaliter se avertent, & treugas etiam inierint ad redimendas vexationes, & quid in longum sequetur, nisi illius pravitatis adhesio? Quinto quemadmodum ipsum sacrum concilium pro componenda pace inter cetera congregatum existit, & jam inter quamplures reges, principes & alios sunt præparamenta & initia facta ad dandum modum pro pace ista, ipsi audientes dissolutionem concilii, convertent se ad gladium, & erit error novissimus pejor priore: nec postea erit aptitudo ad faciendi, cum principes fuerint exhausti, terre per clades, cædes & sanguinis effusionem deserta, & in periculum innumerabilium animarum & corporum, quæ infra has prorogationes & inducias, pro dolor! corruent: cessabunt etiam multe provisiones, quæ in eodem concilio pro republica Christiana fieri possent, & innumera provenient scandala, in destructionem totius religionis Christianæ vergentia, quæ vestra sanctitas clarius quam possunt describi prospicere valet. Idcirco nos petimus, invocamus, & quanto efficacius possumus, requirimus vestram sanctitatem, quatenus eadem vestra sanctitas incontinenti ad præfatum domanium præsidentem & sacrum concilium scribat & mittat, ut nullatenus dissolvantur, sed in nomine domini, in quo congregati sunt, incepta feliciter perficiant. Et si quæ vestra sanctitas in contrarium scripserit, seu suntuaverit, illa protinus revocet & annullat. Avissando vestram sanctitatem, quod, nisi hoc fiat, hæreses istæ armatæ multimode augebuntur, & eccle-

Magdeburgensis
& avissimus
meritum se-
vent Hussite.

ecclesia Dei indubie in pessimas condiciones A
revertitur est; quibus postmodum nulla poten-
tia, nullo consilio, nullave arte sua ingenio
succurri poterit. Et revera tamen hi, qui ve-
stra sanctitati dederunt consilium, non intel-
lexerunt forsitan tanta ventura mala. Utinam
sperarent & intelligerent, ac novissima provi-
derent: mora enim in hoc negotio periculo-
sa est, & nullatenus sufferenda. Et si qui-
piam ecclesiasticum per laicos debere tractari,
non timeant: quia laici falces suam non ha-
bent in messem illam immittere, immo pro-
fecto inducias protractionis, quas queruntur,
laicos faciant contra clerum & ecclesiam insa-
nare: quod tamen per istud concilium ordi-
nate tollitur de medio, dum laici videbunt
clerum omni bono intendere.

Item considerandum est vestra sanctitati,
quod sacrum concilium (ut putatur) ad hu-
jusmodi dissolutionem nullatenus consentiat,
cum quo etiam major pars regum, principum,
praetorum & communitatum concurrat, &
vestra sanctitas quae hucusque in ecclesia Dei
sine ruga & macula tenta est, per huiusmodi
opera poterit sibi suspensionem & rubiginem fa-
cere, ac innocentiam suam, per hoc quod fa-
cili & quasi nulla legitima ratione subsistit dis-
solutionis negotium, fermentare: quia dici po-
terit quod vestra sanctitas hac occasione foveat
haereses, cades & ciades inter Christicolos, &
perseverantiam deformitatum & vitiorum in
populo: & timendum est de inobedientia,
scandalo ac scissura in ecclesia Dei; quoniam
objicient contra vestram sanctitatem subito il-
lam materiam dissolutionis promptam & pa-
ratam; & timendum est quod habeant seque-
lam multorum. Item si vestra sanctitas vellet
concilio personaliter interesse, esset bonum &
salubre, si posset. Sed si non potest, festinan-
ter & cito demandet illud exequi, prout est
inceptum, quia res illa quae usque ad sangui-
nem tangunt, nullatenus volunt moram, nisi
cum dispendio totius Christianitatis. Et si ve-
stra sanctitas postea voluerit personaliter inte-
resse super facto Graecorum, seu aliis quae non
requirunt tantam festinantiam, poterit congre-
gare aliud concilium, quod fiet cum gratitu-
dine & majori aptitudine, quam nunc hac
mora tolerari posset: nam, isto dissoluto, ne-
scimus si per annum cum dimidio aliqui con-
gregari possent propter dispendia quae interim
evenirent. Hac omnia sanctitas vestra velit di-
ligentissime considerare, & providere ut istud
concilium mox restauretur: suscipiatque hanc
exhortationem nostram paterne & benigne,
quam facimus fideliter urgente ad eadem con-
scientia, & extremitatibus in quibus ecclesia
Dei constituta est, & etiam quia majestas no-
stra valde invite perciperet quod sanctitati ve-
stra exinde aliqua inter Christicolos deberet
sinistra suspicio suboriri, quemadmodum nos
vestra sanctitati, dum cum eadem constitue-
mur, prout in brevi speramus, clarius com-
municabimus.

LXXI.

*Instructio dominorum euniorum ex parte Cesarea
majestatis ad dominum summum pontificem.*

PRimo exponatur qualiter ad aures regiae
pervenerit, quod sanctitas domini nostri
gentes suas armigeras miserit contra majesta-
tem regiam, & subditos suos, ac terras sibi
& imperio subiectas, absque culpa regia, &
nulla offensa & rationabili causa precedente.
Et quamvis hucusque nunquam crediderit san-
ctitatem suam erga majestatem regiam aliquam
indignationem velle aut posse concepire, seu
facere, licet Nicolaus de Tolentino, qui se
per expressum capitaneum generalem ecclesiae
scripsit, alias veniens cum Florentinensibus
gentibus inante Lucam, gentibus regis, ut
Jebitum erat, papam defendentibus publice
clamari fecerit: Vivat ecclesia: tamen jam ha-
betur certius, qualiter Nicolaus de Fortebra-
chiis contra terras imperio subiectas noviter
insultaverit, & illas nomine suo sanctitatis &
ecclesiae * postulaverit: qualiter etiam memo-
ratus Nicolaus de Tolentino in Maricim Sen-
nensem pridem patravertit, eadem sanctitas
perentiet in schedula cum presentibus osten-
denda: quae tamen majestas sua a dicta san-
ctitate minime sperasset, cum alia nunquam
demeruerit, sed semper studuerit omni solici-
tudine suae sanctitati & sedi apostolicae summa
devotione & filialiter complacere: nec ab eo
unquam compertum est contrarium. Non po-
test non mirari quis sanctitatem suam contra
suum advocatum & filium sine causa commo-
veat: & si subditi sui majestatis & imperii
sacri eandem sanctitatem aut suos in aliquo
molestassent fas fuisset eam ante avifare: &
ipsa fuisset quamparata, nedum eidem sancti-
tati, sed & cuique de subditis suis iustitiam
ministrare: quod profecto in adversum pater-
nialius & clementius actum fuisset, quam tali
indignatione prorumpere, cum continuo e-
dem sanctitas sui majestati scripserit, ac la-
distissime nuntiaverit, ac novissime per venera-
bilem Jacobum archiepiscopum Ebrodunensem,
* principum Triflameriarum suum dici
fecerit, se erga eandem majestatem optime
esse dispositam, eamque multum amare nec
aliud unquam speravit, & adhuc quod sua
sanctitas clementius & paternalius cogitabit
& agit, ut in eadem sperat.

Item regia majestas suscepit reverenter, &
vidit, ac audivit diligenter bullas suae sancti-
tatis per dominum archiepiscopum allatas: sed
quia negotia illa magni sunt ponderis, & ex-
tra potestatem regiam, non posset super illo
sua sanctitati eadem majestas efficaciter respon-
dere, cum illa potius pertineant ad sacrum
Basileense concilium, prout alii oratoribus
apostolicis in Parma constitutis clare dixit e-
dem majestas, tales res concilium tangentes
ibidem queri debere. Et sic denuo ibidem
dicit, & adhuc cooperabitur omni posse, ut
res illae bene cedant: verumtamen rogat, pe-
tit & obsecrat eandem sanctitatem finaliter
devote in domino Jesu Christo, quatenus e-
dem limitationes & modificationes capitulo-
rum in bulla expressorum, defendendo illud
concilium ad laudem Dei, ad salutem sui
sanctae ecclesiae, dignetur simpliciter & indi-
stin-

si iuste manuteneat & fovere, ut super articulis & rebus, pro quibus congregatum est, procedat libere juxta formas & modos in retro generalibus conciliis tentos. Quod si eadem sanctitas faceret, ut sperat eadem majestas providebit indubie saluberrime honori & dignitatibus suis, & extolletur ad aethera, & sub ejus regimine ejusque presidio in ecclesia Dei, nunc undique impugnata, tot bona secutura sunt, scilicet reductio haereticorum, atque haeresium extirpatio, quae in foribus est, & sine generali concilio nullatenus fieri poterit, & alia bona innumera: habebitque majestatem regiam devotam semper & obedientem filium in omnibus suis sanctitati gratum & ecclesiae Dei accommodum: nam profecto si id non fiet, prout eadem majestas impius scripsit & dixit ac protestata est, indicibilia scandala exinde, proh dolor! sunt eventura. Item regitur summopere sanctitati suae de paterna affectione & clementi oblatione sanctitatis suae erga majestatem eandem quemadmodum in schedula parva contentum est quoniam majestas sua quia dominus archiepiscopus Ebreduensis conclusit eam reverendissimis dominis cardinalibus deputatis per sanctitatem domini nostri ad facta illorum qui sunt in Basilea. Idem dominus noster vult habere literas a domino Romanorum rege attentius cum sigillo majestatis & subscriptione propria manus suae: quod si illi non consentirent, & postea in aliquo contrafecerint, idem dominus rex promittit & jurat sub fide regia prosequi eos, tamquam homines turbatores pacis & quietis ecclesiae & totius religionis Christianae, ad simplicem requisitionem ipsius domini nostri, sicut ipse per juramentum est obligatus: & adheret suae sanctitati tam in concilio per eandem suam sanctitatem tenendo, quam alibi. Item quod idem dominus Ebreduensis asserit praefatum dominum regem asserere accedere ad urbem Romanam, & praefatum dominum visitare, quem semper praecipua caritate dilexit: & sperat quod per communicationem ipsorum adinvicem multa poterunt fieri congruentia concernentia fidem ipsorum & ecclesiam & totam Christianitatem. Item dominus noster contentatur de accessu suo, cum ipsum a tempore concilii Constantiensis, cognovit quod cum, semper fuerit magna dilectione & affectione profecutus, dummodo ejus adventus pacificus sit, id est cum illis de domo sua tantum, ut alias dictum fuit: & certificatus de tempore adventus sui, mittet, obviam sibi usque ad confinia terrarum ecclesiae duos ex reverendissimis dominis cardinalibus & alios praelatos & clericos ac ipsum associandum honorifice, & ipsum secures conducent, & tenebit, per Dei gratiam, & remittet cum honore, pace & benedictione domini nostri Jesu Christi, & sanctorum apostolorum ejus Petri & Pauli, ac sua. Et si voluerit in comitiva sua habere de gentibus armigeris praefati domini nostri, tam in veniendo quam in revertendo; & si petierit quod dictae gentes faciant convesiens praedictae matris, contentatur dominus noster, quod fuit hoc declaratum, quod antequam intret terras ecclesiae, praestabit juramentum, quod de jure praestare tenebatur antequam intraret Italiam, juxta formam Clementinae.

Item ad ostendendum caritatem, amorem

& benevolentiam erga personam domini regis, consideratis magnis expensis habitis per futurum dominum regem, dominus est paratus subvenire eidem domino regi, postquam intraverit terras ecclesiae, & cum illa paternali caritate amplecti, qua pater bonus filium optimum complecti debet, prout per oratores suos alias oblatum fuit. Et super hoc dominus noster paratus est deputare aliquos, qui habeant tractare cum deputandis per dominum regem: & infallenter sperat quod erunt in bona concordia cum Dei adjutorio.

LXXII.

Littera regis de concordia cum papa, lecta die 2. Maii, anno domini MCCCXXXIII.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, &c. rex, reverendissimis in Christo patribus ac venerabilibus dominis sacrosanctae generalis Basileensis synodo, in Spiritu sancto legitime congregatae, universalem ecclesiam representantibus, amicis nostris carissimis, ac grato & sincero nobis dilectis.

Reverendissimi in Christo patres & domini ac venerabiles & egregii, sincere grateque dilecti, ad requisitionem & continuatam instantiam vestrarum paternitatum, ut ad sacrum concilium nos quantocius transferemus, satis constavimus operas nostras atque studium, ut consiliis vestris nos confermare possemus, quemadmodum profecto ipsi concilio & rebus peragendis per praesentiam nostram non modicum commodi eventurum speravimus. Sicque res nostras spectavimus, ut si per terram sive per mare disponeremus recedere, omnibus periculis & discriminibus parvipensis. Verumtamen, approbante domino summo pontifice & sacro concilio, ad persuasionem nonnullorum notabilium virorum, & etiam oratorum nostrorum, & imperii sacri principum electorum, qui nobis hujusmodi bullas exhibebant, nobisque recessum nostram sine imperialibus insulis penitus dissuadebant, cum sanctitate sua remansimus concordem in deificis licitis & honestis. Sicque per totam istam mensem Aprilis cum sanctitate sua in Viterbio constituemur, & usque medium Junii vel prius in urbe Romana a sanctitate sua coronabimur, praestabimusque & innovabimus sibi illa juramenta quae nostri praedecessores Romanis pontificibus praestiterunt. Istudque adjecimus, quod ipsum manutenebimus, quantum cum Deo poterimus: quoniam nos usquequaque ad alia obligari non permisimus, nec permittemus. Et haec vestris paternitatibus ideo describimus, ut si aliquis hanc concordiam finistre inquam, forsitan interpretari vellet, illud a vestris paternitatibus non credatur: quoniam haec concordia bonis respectibus facta est, dispositaque sumus semper ipsi concilio juxta bullam per nos traditam, in prosecutione illorum pro quibus ipsa synodus est congregata, plenarie favere, & constantem adherere. Certificantes vos, quod nisi sanctitas sua sepe dictum concilium approbasset, indubie sine nostris coronis, quae propter facta ipsius concilii tanto tempore praetermissimus, ad propria rediissemus: quemadmodum de his omni-

*• forte ratio
suscepti.*

*• Pars, h.
cram concilii.*

omnibus illustris princeps & locumtenens noster dux Wilhelmus vestras paternitates poterit clarius informare, cui in dicendis velitis credere tamquam nobis.

Datum Senis die decimoquinto mensis Aprilis regnorum nostrorum anno Hungaricæ & c. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimo tertio, & Bohemis decimotercio.

LXXIII.

Reverendissimi, reverendis ac venerabilibus in Christo patribus & dominis sacrosanctæ generalis synodi Basileensis, &c. Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, &c. rex.

Reverendissimi, reverendique patres, amici carissimi, ac venerabiles & egregii, devoti sincere grateque dilecti, audito pridem quod paternitates vestre super controversia sessionis inter illustres archiprincipes sacri Romani imperii electores & ducem Burgundiam quamdam provisionem fecerint, que per ambasciatores utriusque partis ambasciatorio nomine gratificata sit, de vestrarum paternitatum solertia, & ipsorum ambasciatorum industria confisi, spem firmam asserentes, quod huiusmodi provisio nostro & ipsius sacri Romani imperii ac ipsorum archiprincipum honori excedat, sumus admodum gavisus. Sed intellexo ad presens, quod quidam procuratores illustri Erici ducis Lauvvenburgensis, qui se nominat Saxoniam ducem, ac ipsius sacri imperii electorem & archimarescallum, huiusmodi provisionis occasione se de loco illustri Friderico duci Saxonie, sacri Romani imperii archimarescallo, Landgravio Thuringie, ac marchioni Misnensi, & ambasciatoribus eius debito intruserint in eodem, satis illud nobis visum est alienum. Et quia genitorem prefati Friderici, ac deinde ipsum Fridericum de ipso ducatu Saxonie ac jure eligendi Romanorum principem, ac etiam ipsi archimarescallatus officio investivimus, cujus investitura vigore, primum genitor, ac deinde Fridericus natus ejus, possessionem principatus Saxonie nati sunt, & deinde per illustres sacri Romani imperii electores ad jus & exercitium dignitatis & officii principis electoris & archimarescalli similiter recepti sunt & admissi: non immerito mansimus admirati de supradicti duci Erici, quinimo suorum ambasciatorum presumptione, qua possessionem juris & dignitatis apud alium constitutorum ante eventum judicialis arbitrii violenter invadere presumpserunt. Licet itaque credamus vestras paternitates nostros & imperii nostri principes vestra dispositissima domo, quantum ad sessionem, incesum, vel aliam exhibitionis reverentiam non aliter honorare, quam a nobis & imperii nostri principibus honorantur, sicut & nos ecclesiasticos prelatos secundum gradus ecclesiasticarum dignitatum in nostra curia reveremur: ne tamen in posterum oriatum discordiarum materia, premissa, quamvis usaque notoria, vestris paternitatibus duximus intimanda, quatenus prelibata, Friderico & ejus oratoribus honorem archiprincipis & electoris juxta vestre provisionis normam impendendum exhibere velitis.

Council General. Tom. XXIX.

prout nos, imperii nostri principes & universi proceres sibi impendant. In quo nobis vestre paternitates facient complacentiam multam gratam.

Datum Ulmæ Constantiensis diocesis, die 19. Julii, regnorum nostrorum anno Hungaricæ 48. & c.

LXXIV.

Epistola Imperatoris Romanorum, qua concilium certus facit de victoria Bohemorum adversus Taboritas.

Reverendissimi ac venerabilibus in Christo patribus ac dominis sacrosanctæ generalis synodi Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, ecclesiam universalem representanti, amicis nostris carissimis, ac grate & sincere nobis dilectis, Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, &c. ac Hungaria, Bohemia, &c. rex.

Reverendissimi in Christo patres & domini amici carissimi & reverendi, grati sincereque dilecti, hodie hora Vesperarum confluxerunt ad nos nuntii, qui in tribus diebus & citius de Bohemia volantissime applicuerunt, afferentes nobis jucundissima & felicissima nova de victoria nostrorum, & concilio Taboritarum, & illorum qui alii in obsequio civitatis Pilmenis erant: qui per Dei gratiam, a quo omnis procedit victoria, in planitie inter civitatem Gursum & monasterium Stralitz fortis bello cum modico damno nostrorum victorioso prostrati sunt: quarum literarum aliquas originales vestris reverendissimis paternitatibus mittimus presentibus interclusas. Hæc, reverendissimi patres, volumus vestris paternitatibus pro singularissimo gaudio cunctis fidelibus optatissime nuntiare, rogantes cordissime, quatenus altissimo domino Jesu Christo infinitas agentes gratias, cum processionibus & aliis solemnitatibus, ad bonum & felicem progressum tam felicitatis principii, imo verius medii, omni opera atque cura vigilare velitis, quoniam & nos similiter de agendis nil prætermittemus. Et quicumque in futurum habuerimus, vestris paternitatibus die noctuque intimare curabimus.

Datum Ulmæ die 3. Junii.

LXXV.

Epistola Imperatoris Romani ad concilium.

Reverendissimi, reverendique in Christo patres & domini, ac venerabiles & egregii, sincere grateque dilecti, confirmat continuo Deus noster magnam misericordiam suam super nos in felici prosecutione rerum Bohemiarum, que, Christo disponente, qui cuncta gubernat, in dies considerabilius dirigitur. Scribitur enim nobis illi oratores nostri, quos in proxima dieta Prageni habuimus, quomodo omnes Bohemi in unam sententiam unamque voluntatem tracti sunt in materia articulorum fidei: & quod super reliquis ad vos versus Ratisponam missuri sunt in festo assumptionis Virginis gloriose. Taliusque datur spes, ut nil melius possit superadi. Quarum literarum

P p rum

rum copias de Bobemico in Latinum translatas vestris paternitatibus mittimus presentibus interclusas. Verum, reverendissimi patres, quia ipsi Bohemi multum affectare videntur in huiusmodi dicta Ratibonensi presentiam venerabilis Constantiensis episcopi, etiam auditoris & magistri Martini, & aliorum qui tractatibus ipsorum prius adfuerunt, nos opinioni eorum & desideriis conserentes, illud nedum utile, verum etiam pro bona conclusione & salubri consummatione omnium tractatorum * necessarium arbitramur, vos attentissime adhortamur, quatenus paternitates vestra velint dare ordinem ut prefati patres & magistri in huiusmodi dicta omnino intersint. Et si etiam aliqui alii superaddendi fuerint, & illud extollimus atque laudamus, ut & desideriis ipsorum Bohemorum satisfiat, & ipsi patres nobis & nos in mutuis peragendis possimus assistere atque consulere. Hæc itaque, reverendissimi patres, vobis pro consolatione statuimus scribere, ut nil nos lateat de his que ad notitiam * vestram in tam arduis rebus deveniunt. Et quicquid in processu temporis habuerimus, vestris paternitatibus significabimus; exorantes altissimum, ut succedant talia, que vestris paternitatibus cum immensa jucunditate significare possimus.

Datum Ulmæ Constantiensis diocesis, die 13. Julii regnorum, &c.

LXXVI.

*Littera Domini Regis Romanorum patens, per quam promittit inconcuse adherere concilio, lecta in congregatione generali die Luna * d. cimonono Januarii, anno MCCCCXXIII.*

In nomine sanctæ & individua Trinitatis. Amen.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex, semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, &c. rex, ad perpetuam rei memoriam.

Notum facimus tenore presentium universis, quod cum inter alios orbis principatus sacrum Romanum imperium divinitus institutum obtineat principatum, cui Deo auctore præsidemus, & assidua pulsamus sollicitudine, ut ea que concernunt religionem Christianam & bonum ecclesie sanctæ Dei, quorum advocatus & protector ex officio nobis incumbenti sumus & esse debemus, procurareque habeamus stabilitatem & felicem progressum eorumdem: sane cum ex sacrorum generalium Constantiensis, & Senensis conciliorum decreti constitutione suscepta, & felicitis recordationis Martini papæ V. & deinde sanctissimi domini Eugenii papæ IV. successoris immediati auctoritativa approbatione sacrum Basileense concilium initiatum fuerit, roburque & auctoritatem sumpserit, & progressum habeat, & successive idem sacrum concilium Basileense, & Romanos patres in eodem existentes, & illud celebrantes, cum instantia fuerimus requisiti, ut tamquam advocatus ecclesie sanctæ Dei & defensor, protectionem ipsius in nobis assumeremus, prout ad nos pertinere dignoscitur: quod personali-

ter exequi non valentes, * vocati, invitati * primo per dominum Martinum & ipso subdito, per dominum Eugenium, summos pontifices predictos transire ad Italiam, prout transivimus: & propterea loco nostri, protectionem in nobis assumendo, prout tenebamur, in eodem sacro concilio protectorem dimiserimus illustrem principem Wilhelmum comitem Palatinum Rheni & ducem Bavarie avunculum nostrum carissimum, deputamusque & institimus cum plena auctoritate & omnimoda potestate, prout in nostris super hoc confectis literis plenius continetur. Et quia (ut percepimus) nonnulli vaniloquentes, non recte sentientes, ipsum sacrum * persuadere ac turbare per exquisitas vias * molientes, ut de nostra pura mente, interpretationeque ejusdem & voluntate, cunctis appareat evidenter, ad confutationem iniqua perverso loquentium, volentes reverendissimas sanctæ Romanæ ecclesie cardinales, patriarchas, archiepiscopos & episcopos Deo amabiles, nec non venerabiles abbates, prælatos, & omnes alios in civitate nostra Basileensi congregatos, & congregandos, sacrum generale concilium facientes, illud celebrare intendentes, sacrosanctamque universalem ecclesiam representantes, & eidem adherentes, & adherere volentes, & quoscumque alios de eadem nostra intentione & voluntate claros reddere & Csecuros, ad ipsius sacri concilii corroboracionem firmiterem & auctorizationem, prout ad nos potest quovis modo pertinere, animo deliberato ex certa nostra scientia motuque proprio in verbo nostro regio dicimus, ac tenore presentium attestamus, quod nos ab initio prefati sacri concilii Basileensis semper absque omni dubio simpliciter atque pure eidem adhasimus, adheremusque firmiter, & quamdiu duraverit, & continuatum fuerit, adheremus inconcuse; nec faciemus, neque fieri permittemus, Deo auctore, quantum in nobis fuerit, quod sit vel esse possit directe vel indirecte contra ipsius sacri concilii auctoritatem & libertatem, seu in præjudicium actuum in eodem vel agendorum in futurum, quoad ea propter que est convocatum & etiam congregatum; presentium sub nostræ majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum Senis anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, die 22. mensis Novembris, regnorum nostrorum anno Hungarie, &c. 46. Romanorum 23. Bohemique vero 13.

Ad mandatum domini regis Petrus Keldæ canonicus

LXXVII.

LXXVII

Mandatum Nisum Sanctissimo domino nostro papa per serenissimum dominum regem Romanorum, per suos oratores, & lectum in consistorio publico die VIII. Aprilis MCCCXXXIII. domini papa Eugenii anno tertio, & in eodem consistorio oratores imperatoris juramentum papa praestiterunt.

Sigismundus dei gratia imperator Romanorum semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, &c. rex.

Notum facimus tenore praesentium universis, quod quamvis inter sanctitatem beatissimi domini nostri papae Eugenii atque maiestatem nostram fuerit semper & sit per Dei gratiam bona concordia & perfecta sinceritas animorum, nihilo minus quia per multos aliquando quamplurima inconsulta hincinde relata sunt, sicut plerique mortalium prompti sunt ad zizaniam inter principes seminandam, & imprimendas suspiciones, quo nihil periculosius esse potest: ne forte de charitate mentium utriusque dubium, quod hucusque volavit, amplius perseveret, considerantes etiam ex nostra integra conjunctione bonum publicum securum, deliberavimus de proximo visitare sanctitatem praefati domini nostri & urbem Romam, pro suscipiendis imperialibus nostris coronis, & aliis rebus perarduis, tangentibus rempublicam Christianam, & pacem Italiae, pertractandis: quae ut perfectius & plenius pertractari possint, mittimus ad sanctitatem praefati domini nostri papae Eugenii dilectos consiliarios & ambasciatores nostros magnificos Matikonem comitem Reconnensem & capitaneum Nanderlbensem, & Gasparem Slick vicecancellarium nostrum & capitaneum terrarum Egrae, constituentes, creates, ordinantes, & facientes ipsos tenore praesentium ac auctoritate regia nostros veros & legitimos procuratores & factores & nuntios speciales, & quidquid melius esse & dici potest: dantesque eidem plenariam & omnimodam potestatem, plenam licentiam & facultatem exponendi suae sanctitati pro nobis devotionem & reverentiam filialem, quam ad suam sanctitatem & Romanam ecclesiam sincero affectu gerimus: nec non petendi & impetrandi a sua sanctitate favorem & gratiam consuetos offerendo quoque eidem suae sanctitati fidelitatis & cujuslibet alterius generis juramentum simul vel successive: & nihilo minus petendi a sua sanctitate nobis per manus suas impendendam unctionem, consecrationem, & Romani imperii diadema, ac promittendi quod illa, dum apud sanctitatem suam fuerimus in propria persona, si opus fuerit, innovabimus: ac omnia & singula alia peragendi & concludendi, promittendi & spondendi, quae mutuum unionem, caritatem & concordiam, vitam, sanctitatem suam & maiestatem nostram & supereminentię & dignitatis principes, qui super alios a domino constituti sumus, facere & conservare possunt: ut etiam a sanctitate sua, si opus fuerit, obligationes quascumque acceptandi, ceteraque omnia faciendi, finiendi, & concludendi quae nos facere possemus, si personaliter adessemus: ratum & gratam habere. *Concil. General. Tom. XXIX.*

Abentes, & habere promittentes verbo nostro regio, quidquid per praefatos oratores & procuratores nostros actum, factum sive gestum fuerit, ac si illud in persona propria fecissemus: volentes illa omnia nostris regis literis, & sigillis, si opus fuerit, denuo roborare praesentium sub nostrae maiestatis sigillo testimonio litterarum.

Datum Senis anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die 16. mensis Martii, regnorum nostrorum anno Hungariae, &c. 46. Romanorum 23. Bohemiarum vero 13.

LXXVIII.

B Sequitur forma juramenti facti in consistorio publico per dictos ambasciatores, talis sanctis evangelii & sacris crucibus cum reliquis, & lectum alta voce, per Gasparem Slick vicecancellarium regis Romanorum coram domino nostro papa praesente & acceptante, & istud juramentum sui scriptum in membrana cum duobus sigillis pendentibus recognitis esse dictorum oratorum.

Nos Matiko de Colloium comes Reconnensis & capitaneus Nanderlbenensis, & Gaspar Slick vicecancellarius & capitaneus terrarum Egrae, ambasciatores & procuratores inviolissimi principis & domini Sigismundi Romanorum regis semper Augusti, ac Hungariae, Bohemiae, &c. regis gloriosissimi, ad sanctissimum & clementissimum dominum nostrum papam Eugenium quartum destinati, recognoscimus tenore praesentium universis, quod nos de mandato & licentia praefati serenissimi domini nostri regis, cujus pleno & sufficienti mandato fulciti sumus, quodque sigillatum in manus ipsius sanctissimi domini nostri deposuimus, hodie datae litterae nostrae praesentis in consistorio apostolico generali in manus suae sanctitatis juramentum praestitimus in forma quae est talis: Nos comes Matiko, & Gaspar Slick vicecancellarius, procuratorio nomine quo supra, promittimus, & tacitis sacrosanctis evangelii juramentum firmamus sanctitati praefati domini nostri, suo & ecclesiae nomine huiusmodi juramentum accipienti, quod ipse serenissimus dominus rex Sigismundus ecclesiam & fidem catholicam pura fide totisque viribus conservabit reverenter, & etiam defendet, omnemque haereticum, schisma & haereticos quolibet, fautores, & receptatores, & defensores eorum exterminabit pro posse, ac nunquam cum Saraceno, Pagano, schismatico, seu alio quolibet communionem catholicam fidei non habente, aut cum aliquo alio praefatae ecclesiae inimico vel rebelli, seu eidem manifeste suspecto, unionem quamlibet, parentelam, aut considerationem inibit: sed tam nostram, quam successorum nostrorum personas, honorem & statum manutenebit, & defendet ac conservabit contra omnes homines, cujuscumque existerent praeminentis, dignitatis, aut status: eidem adjicientes juramento, quod eadem maiestas manutenebit semper atque servabit privilegia omnia, quae per praedecessores suos reges ac imperatores Romanos praefatae Romanae ecclesiae aut aliis quibuslibet ecclesiis quocumque concessa tempore, & continentis cujuscumque, ipsaque omnia, & specialiter ac praecipue praeclearae memoriae Constantinum,

Carolus, Henricus, Ottonem quartum, Fridericum secundum, atque Rudolphum predecessores ipsius, praesertim super concessione, requisitione, advocacione, quatione, ac libera dimissione terrarum & provinciarum Romanae ecclesiae ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit, sedi apostolicae Romanisque pontificibus sub quocumque tenore concessa, recognoscat, confirmabit, & ex certa scientia innovabit, ac etiam de novo concedet. & terras ipsas atque provincias recognoscat ad jus & proprietatem ipsius ecclesiae plenissime pertinere, easque nihilo minus ex abundantia de novo saepe dictae ecclesiae donabit: sub praedicto se obligans juramento, quod ipsas vel aliquam ipsarum partem nullo unquam tempore occupabit, seu quantum in eo erit, permittet occupari: nec in eis aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones, aut tenuras habeat, seu quomodolibet possidebit: nec in eis etiam precariam, seu cujusvis capitaneum officium, aut jurisdictionem quamcumque per se vel alium exercit: quodque, ut princeps catholicus saepe dictae ecclesiae advocatus atque defensor, ipsam juvabit, & consiliis & auxiliis illi assistet opportunis, contra quoscumque inobedientes & rebelles eidem, & praecipue contra occupantes & turbantes terras praedictas, seu provincias, vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem juramento etiam a permittimus, quod tam ipsam Romanam quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, praelatos & ministros ecclesiarum ipsarum ipse dominus rex manutenebit, conservabit ac defendet suo posse: & quod ecclesiae Romanae vassallos contra justitiam nullatenus offendet, devotos & fideles etiam in imperio constitutos benigne tractabit, nec eos opprimet contra justitiam, aut, quantum in eo erit, per alium opprimi sustinebit, sed in suis potius iuribus & justitiis conservabit. Sic eum Deus adjuvet, & sancta Dei evangelia. Et sic nos procuratores procuratorio nomine praefato recognoscimus, confirmamus, innovamus, concedimus, donamus, & cetera facimus secundum tenorem qui superius continetur. Promittentes insuper, quod praefatus serenissimus dominus noster rex hoc quoque juramentum per nos (ut praemittitur) praestitum, in manus suas sanctitatis vel legatorum ejusdem sanctitatis, si illos praemittere decreverit, personaliter innovabit, suas regias patentes literas & sigilla consueta sub illo tradendo. In cuius rei testimonium sigilla nostra propria praesentibus sunt appensa.

Datum Romae anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die septimo mensis Aprilis

LXXIX.

Epistola Sigismundi Imperatoris ad idem concilium.

Reverendissimis, reverendis ac venerabilibus in Christo patribus & dominis sacrosanctae generalis Basileensis synodi, in Spiritu sancto legitime congregatae, universalem ecclesiam representantis, amicis nostris carissimis, ac gratissimis & facere nobis dilectis.

Reverendi patres, insinuatione literarum vestrarum, ac relatione illustris Friderici ducis Saxoniae sacri nostri imperii archimarescalli, Langravii Turingiae, ac marchionis Misnensis, aliorumque plurimorum fidelium nostrorum nuper accepimus, quod illustris Ericus dux Lauvenburgensis, qui se nominat Saxoniae ducem, & ipsius imperii archimarescallum, eundem Fridericum coram synodo vestra, seu iudicibus ab ea deputatis, super ducatu, officio & iure supradictae trahere nititur in causam, non erubescens de nostra maiestate publicas proponere querelas, quod sibi scilicet crebre postulanti justitiam in foro nostro denegaverimus, seu ministrare neglexerimus. Unde perpendentes in primis auctoritati nostrae derogari, pro eo quod causas ad examen nostrae imperialis maiestatis & procerum nostrorum immediate spectantes ad alienum forum producere conatur, nostram insuper honorificentiam detractari ex eo quod dicimur justitiam neglectores; quorum utriusque debitis & aptis ad hoc remediis occurrendo, nuper in aula nostra Caesarea super his habita diligenti episcoporum, abbatum, archiepiscopum, principum, comitum, baronum, & aliorum procerum, & ducum sacri nostri palatii examinatione, tandem in ipsorum & omnium oratorum, ambasciatorum, & quorumlibet aliorum, qui tunc in nostri conspectus constituti fuerunt praesentia, palam solemniter proestati sumus, quod cum archiepis, principibus, & ius eligendi Romanum principem a nobis & sacro Romano imperio immediate descendant, ac in feudum debeant, cum autem iuxta formam iuris, ac stylum, & observantiam sacri nostri imperii, feudales quaestiones coram dominis feudorum, etiam si minores vassallos essent, ac paribus securiarum suarum, respectu feudi de quo agitur, decernenda sint: quod etiam ius in nostra Caesarea maiestate & sacro imperio nostro & paribus curiae nostrae respectu feudi talismodi merito debeat illatum conservari, consequens esse causam praesentatam ad forum nostrum pertinere. Certificantes praeterea omnes & singulos, quorum interesse posset, quod nos praefato Erico justitiam nullo unquam tempore denegabimus legitime postulanti, nec in futurum Deo propicio denegabimus unquam rite petenti. Quinimo quocumque ipse vel alius justitiam poposcerit, parati sumus pares curiae evocare, & causam iuxta stylum imperii nostri discutere. Quare vestras paternitates requirimus & hortamur, ac etiam strenue rogamus, quatenus causam ipsam ad forum nostrum remittatis more solito & consuetudine imperii nostri & parium curiae nostrae terminandam, sic enim justitiam debitam vide-

videtur requirere, & officia nostra in sacrum A Misnensem genitorem ipsius Friderici (de quo nunc agitur) de ducatu, officio, & jure prædictis gratiosè collatam, illustres archiprincipes electores, ante ipsius Friderici assumptionem, ac in collegium & consortium suum aggregationem, causam hujusmodi perperis maturisque consiliis biennio ferè digesserunt: tandem ipsum in collegium & senatum suum acceptarunt, etiam Erico prælibato renitente, ac successionem & investituram similiter prætentente. Quamquam autem ipse dux Ericus apud nos plurimum institerit pro justitia sibi contra eundem Fridericum ministranda, foret quoque satis durum causam & contentionem tam perperis digestam consilio rursus in dubium revocare; quia tamen questio ipsa non erat in figura judicii trutinata, nos eidem Erico semper ultroneos præbuimus justitiæ complementum ministrare legitime. Quod aliter expendi nequit, nisi parium nostræ curiæ arbitrio, respectu feudi memorati. Quos utique pares, legitime requisiti, prompti sumus more imperatoris majestatis intra fines Alemanniæ vocare, ubi de causis & questionibus principum Alemanniæ ex stylo imperii nostri nos convenit judicare. Ex quibus aperte colligitur, nos eidem Erico justitiæ complementum in præteritum minime denegasse. * Itaque & Atque

Quam in Ulma feria quarta post Jacobi, anno millesimo quadringentesimo trigésimo quarto.

Ad mandatum domini imperatoris
Caspar Säckmiles, &c. cancell.

LXXX.

Epistola Imperatoris Romanorum ad concilium, quæ peti causam, cujus cognitio ad se pertinebat, ad concilium appellatam & vocatam, remitti: alioquin protestatur contra concilium.

Sigismundus Dei gratia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, &c. rex, vobis reverendis, venerabilibus, illustrissimis, magnificis, spectabilibus, generosis, nobilibus, strenuis, providis & circumspectis, archiepiscopus, episcopus, abbatibus, principibus, comitibus baronibus, militibus, oratoribus, ambasciatoribus, & ministris, ac omnibus & singulis proceribus sacri palatii nostri, qui in nostra majestatis conspectu in maxima copia constituti estis.

Notum facimus, ac per præsentem nostram insinuationem ac ulteriorem relationem, quam vobis omnibus & singulis sub debito fidelitatis injungimus, tuncis nostro subjectis imperio publicari jubemus, quod ad nostræ majestatis notitiam pervenit, qualiter illustrissimus Ericus dux Lauvenburgensis illustrissimum Fridericum Saxonie ducem, sacri nostri imperii archimarescallum, Lantgravium Turingiæ, ac marchionem Misnensem, coram sacro Basileensi concilio super ducatu Saxonie & archimarescallatu prædictis, ac jure eligendi Romanum principem, trahere nititur in causam, prætentens principatum, officium & jus supradicta sibi tam hæreditario quam etiam insudationis per nos sibi facta jure debere. Ex insuper, quod nos super impetitionibus sibi a promissorum occasione contra præfatum Fridericum competentibus justitiam ministrare denegaverimus, querelas in publicum proferre minime veretur. Per quorum alterum nostræ majestatis auctoritati derogatur, per alterum autem honorificentie nostræ detrahitur. Nostram itaque decet solertiam in primis quedam imperii nostri jura servare, quinimo juxta possibilitatem nostræ facultatis adaugere, prout ex debito sacramenti sumus adstricti. Quod recte facere, conspicimus, si causa ad * examen imperialis culminis pertinentes sub nostra jurisdictione conservemus. Cum itaque principatus officium ac jus supradicta a nobis & imperio nostro in studium immediate descendant, ac secundum juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylium & consuetudinem sacri Romani imperii, feudalis contentio per dominum feudi ac pares curiæ terminanda sit, liquet hanc questionem, si qua prætendi poterit, ad * nostrum & illustrium archiprincipum nostrorum sacri Romani imperii electorum pertinere notionem. Expedit insuper de neglectu justitiæ nostræ sollicitudinem excusare. Et quidem meminimus, quod post per investituram per nos dudum in Fridericum tunc marchionem

* Per
Promissum.

* nostrum

impræsentiarum nos in hujusmodi causa præbimus justitiæ ministrum, quinimo, Deo propicio, præbimus semper in futurum, quamdiu nos suo terreno imperio præesse voluerit. Quæ omnia & singula mentibus vestris firmiter inculcari volumus. & in thesauro memoriæ vestræ reponi tenacius, & nihilo minus per organa vestra in omni orbe diffundi, quo liquidius cunctis innotescere queat causam hujusmodi ad nostram & parium nostræ curiæ, respectu ipsius feudi, examen pertinere, nosque justitiam in ea nunquam denegasse: nec modo, postquam divina præordinante clementia solum Cæsareæ dignitatis conscendimus, futuris unquam temporibus denegabimus. De quo publice & solemniter protestamur. Quam insuper protestationem sacre Basileensis synodo intimare curabimus, ac ipsam requirere, quatenus causam ipsam a se penitus abdiceret, & ad forum nostrum remittat, more, stylo, & consuetudine imperii nostri & parium curiæ nostræ terminandam. In hoc actu protestationis nostræ præsentibus fuerunt venerabiles Guntherus archiepiscopus Magdeburgensis, Alexander Tridentinus, & Petrus Augustinus, episcopi, abbas Campidonensis, illustris Fridericus marchio Brandeburgensis archicamerarius sacri imperii, Guilielmus comes Palatinus Rheni & dux Bavarie, Albertus marchio Brandeburgensis & burgravius Nurembergensis, Ludovicus comes de Wirtenberg, venerabilis Eberardus magister ordinis beate Mariæ Teutonicorum per Alemanniam & Italiam, Henricus Russe de Melbingen præceptor, Marquardus de Kunigël, & alii commendatores ordinis præfati, Henricus de Furstenburg, Wilhelmus senior, Henricus & Wilhelmus junior de Monteforti, Joannes de Nuremberg, Eberardus de Kyreberg, comes, & maxima copia nobilium, militum, & clientium. & ambasciatorum principum & civitatum sacri imperii. In quorum omnium & singulorum fidem, robur, & evidens testimonium hæc nostras patentes literas fieri, & no-

& nostris majestatis sigillo justinus communi A imperiali custodia, non obstante diffidatione

Datum Ulmę, Constantiensis diocesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die vigesimo octavo mensis Julii, regnorum Hungarę, &c. quadragesimo octavo, Romanorum vigesimo quarto, Bohemię decimo quinto, imperii vero secundo.

Ad mandatum domini imperatoris Gaspar Slick miles, &c. cancell.

LXXXI.

Salvus contubus Domini Imperatoris missus sacro concilio, & lectus in generali congregatione die sabbati 23. mensis Julii MCCCCXXXV.

Sigismundus Dei gratia imperator Romanorum semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatiae, Croatia, &c. rex.

Notum facimus tenore presentium universis, quod licet pridem, dum sacrosanctum generale Basileense concilium exordium sumeret, & ex institutione precedentium sacrorum conciliorum nos omnibus & singulis ecclesiasticis & secularibus personis illuc venientibus, nostrum saluum & securum conductum dederimus & concesserimus, quemadmodum nobis tamquam advocato & primo protectori sanctę Romanę ecclesię & sacrorum conciliorum digne conveniebat, easdem etiam personas, cujuscumque dignitatis seu conditionis existerent, in nostram specialem protectionem assumentes: tamen intellecto quod nonnulli, licet supervacue, dubitent, ne propter diffidationem, quam Philippo duci Burgundię fecimus, hujusmodi nostra concessa libertas possit lędi seu infringi, quod tamen nostrę intentionis nunquam fuit, neque est, cum ipsam diffidationem solum pro recuperatione jurium sacri Romani imperii, & nullius perturbationem fecerimus, statuimus securitati ipsius sacri concilii (cujus felicem & desideratum progressum semper concupivimus) cum non mediocri nostra exhibita opera salubriter providere, & mentem nostram sinceram declarare, ne quisquam nobis imputare habeat, nos aliquid intentasse quod quomodolibet esse possit ad perturbationem ipsius, seu venientium, stantium, seu recedentium. Idcirco animo deliberato, & ex certa nostra scientia iterum de novo ac ex superabundanti (licet profecto opus non sit) cum intentio nostra ad indemnitatem & libertatem ipsius sacri concilii semper illa & integra fuerit atque sit, universos & singulos pręlatos, principes, doctores, magistros, ambafatores, nobiles, & quascumque ecclesiasticas & seculares personas, cujuscumque status, gradus, seu conditionis existant, ut sacrum concilium feliciter super his, pro quibus congregatum est continuari possit ad reverentiam Dei, revelationem orthodoxorum, & honorem universalis ecclesię nostram specialem salvamgardiam, tuitionem & protectionem grato & devotissimo animo recipimus per presentes: volentes & ordinantes auctoritate Cęsarea presentium per tenorem, quod omnes & singuli ad dictum concilium accedentes, in eodem permanentes, & ab eodem recedentes, in nostra

premissa, quodque ab aliquo non molestantur, inquietentur, vel aliquam injuriam seu molestiam patiantur: mandantes universis & singulis principibus ecclesiasticis, & secularibus ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, magnatibus, proceribus, mililibus, clientibus, capitaneis, potestatibus, gubernatoribus, rectoribus, burgraviis, castellanis, officialibus, iudicibus, teloneariis, boletariis passuum, custodibus civitatum, villarum, & quorumcumque locorum communitatibus, & rectoribus eorundem, ceterisque nostris & imperii sacri subditis & fidelibus, firmiter & districte, eosdem seriofissime requirentes, quatenus universis & singulis pręlatibus, principibus, nobilibus, & ambafatoribus quorumcumque regum, pręlatorum, principum, & communitatum, unjverfatumque totius Christianitatis, qui ad pręfatum concilium, auxiliante domino, accessuri sunt, ibidem steterint, vel recesserint, cujuscumque status, gradus, dignitatis, seu conditionis existant, nostro & imperii sacri nomine favorabilem & benignam debeatis impendere voluntatem, eosdemque cum gentibus & familiaribus suis ac bonis & rebus eorum quibuscumque faciatis plenissima libertate gaudere, ipsique favorabiliter pertractetis: ac eosdem & eorum quemlibet cum bonis prędictis tute & secure per territoria, civitates, castra, castella, oppida, villas, itinera, passus, portus, pontes & terras, ac ditionis vestre loca, nobisque subiecta, ire, transire, stare & morari, eundo ad dictum concilium, & redeundo ab eodem permittatis: immo eisdem amore sanctę matris ecclesię, ob reverentiamque sacri concilii, ac nostram & sacri imperii benevolentiam singularem, dum & quoties requisiti fueritis in his que securitatem & celeritatem ipsorum concernunt itineris, promotivam & grativam ipsis ostendere realiter & exhibere velit & debeatis, voluntatem, nec non eisdem & cuilibet ipsorum de victualibus, domibus, expensis ipsorum competentibus, & conductis petitis & requisitis, pro rationabilibus salariis providendo. Sic enim fieri volumus, & in favorem pręfati concilii concessimus & concedimus per presentes, quibuscumque literis in contrarium factis seu fiendis non obstantibus. Quicumque enim aliquem prędictum concilium visitantem modo quocumque ledere pręsumperit, sciat se nostram & imperii sacri indignationem gravissimam incurrisse. Et e contrario, quicumque visitantibus, undecumque sint, nostri amore favores impenderit, certum se reddat, quod eidem singula beneficia impensabimus gratia singulari. presentium sub nostre imperialis majestatis sigillo testimonio literarum.

Datum • Tervanise Strigonienfis diocesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die vigesimaquarta mensis Maii, regnorum nostrorum anno Hungarię, &c. quadragesimo nono, Romanorum vigesimoquinto, Bohemię decimo quinto, imperii vero secundo.

LXXXII.

Epistola Imperatoris Romani, qua spondet & promittit se confirmaturum certa capitula concilio.


Sigismundus divina favente clementia Romanorum imperator semper Augustus, ac Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, &c. rex.

Notum facimus tenore presentium universis, quod ab alto nobis commissum officium tunc nosse indubitanter exequimur, cum in his que ad fidem catholicam pertinent, sancte matri ecclesie ipsiusque ordinationibus inhaerentes; pro earum observantia & executione partes nostrae sollicitudinis adhibemus. Cum itaque inter legatos sacri generalis concilii, quod Basilee in Spiritu sancto legitime celebratur, nomine & auctoritate ipsius sacri concilii, & generalem congregationem regni nostri Bohemiae, pro unitate & pace quendam capitula concordata fuerunt, & manuum stipulatione firmata, debeantque nullorum munimine roborati, & ad executio-

anem deduci, juxta formam in nostri presentia ^{• Brusa} ^{• Brusa} Brima concordatam, & nunc noviter coram nobis a patribus recognitam & confessatam, nos rei tam utili ac salutari officii nostri partes volentes auctore domino imperitari, Deoque & fidei catholicae obsequium reddere, omnipotenti Deo & sanctae matri ecclesiae promittimus & vovemus, quod postquam ipsa compactata fuerint (ut praemittitur) roborata, nos ea firmabimus & roborabimus & servari faciemus pure, simpliciter, & sincere, juxta sanum & bonum intellectum eorum; nec permittemus ea in aliquo violari, vel eis abuti: nec permittemus aliquem ad communionem sub utraque specie coarctari, vel compelli quoquo modo in praedictum compactorum. In cujus rei testimonium sigillum majestatis nostrae presentibus est appensum.

Datum in Alba regali a Vesprenensis diocesis, anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, die octavi Januarii, regnorum nostrorum anno Hungariae, &c. quadragesimo nono, Romanorum vigesimo sexto, Bohemiae decimo sexto, imperii vero tertio.

a. ad Vesprenensis, ad Vesprenensis.



EPISTOLÆ DIVERSORUM

vel regum vel principum vel magnatum ad synodum Basileensem.

LXXXIV.

Epistola ducis Burgundiae missa concilio super sacro sancti Petri de Luxemburgo, lecta, &c. die IX. anno Domini MCCCCXXXVII.

Reverendissimi reverendique in Christo patres, ceterisque Christi fidelibus in sacro generali concilio Basileensi in Spiritu sancto legitime congregatis, amicus meus precarissimus, devotus ecclesiae filius Philippus dux Burgundiae, Brabantiae, & Luxemburgiae, comes Flandriae, Arthensis Burgundiae, Hannoniae, Hollandiae, Zelantiae & Namurcae, vester amicus.

Reverendissimi, reverendique patres, ceteri quoque Christi fideles, in Spiritu sancto congregati amici precarissimi: Jam hora est & nunc tempus idoneum venit, ut negotium diu desideratum, super canonizatione & elevatione dignae per saecula memoriae domini Petri de Luxemburgo, sacrosanctae Romanae ecclesiae quondam cardinalis, meique consanguinei, ad extremam manum & operam, si duxeritis intendendum, deducatur. Hoc etenim variis in conciliis generalibus ecclesiae temporibus retroactis fuit inceptum: sed quibus mediis vel modis, ignoro, vel interruptum vel alias quomodolibet imperfectum semper remansit, & ita remansurum (quod absit) existimo, nisi divina super hoc providentia vestros in idipsum animos excitans, provideat, quae vobis (ut arbitror) tantum decus & laudis titulum specialiter reservavit: quemadmodum ea sacro Constantiensi concilio fuit (ut audivi) olim reservata canonizatione quorundam sanctorum apud ^{• Saymitas} tunc

temporis interventorum, & aliorum similium memorabilium factorum in quibusdam aliis conciliis generalibus. Sic enim Deus hujusmodi concilia celebrantibus sua (prout vult) secreta revelat, distribuit, & reservat. Quid vestro curati, o veri pugiles, veraeque bases ecclesiae, plus honoris & gloriae accedere possit, quam ad canonizationem & elevationem praedictam procedere: & cum, quem suis ex meritis gloriosis & tot miraculis vel inauditis, quibus quotidie consistat, aliorum Christi confessorum collegio constat aggregari, ac cum his palam & publice adorandum elevare, ipsique in catalogo sanctorum interibendis ad perpetuam eius laudem & memoriam apponere? Quas ob res vestrarum paternitatum reverendissimarum amicitias praclarissimas obnixè deprecor & hortor, quatenus oculum interioris intelligentiae ad praemissorum considerationem erigentes, placeat ea pro Dei & sui confessoris (cujus res agitur) reverentia & honore quo videritis oportere modo prosequi & tractare; ut quo studiosus eo in sacro, quod maxime corde habeo, processeritis, eo per amplius Deo placituri gratiam sibi obsequium impendatis. Reverendissimi, reverendique patres, & ceteri supra dicti amici precarissimi, Spiritus sanctus, sub quo duce vestro multis ab annis in vinea Domini laboratis, vestri laboris faciat finem votivum & felicem. Ex villa mea Bruxellensi, die penultima Januarii.

LXXXIV.

Littere Illustrissimi principis domini ducis Burgundia, &c. missa concilio, & lecta in generali congregatione die Sabbati, XXVI. Martii MDCCLXXXV.

Sacrosancta generali synodo, Basilea in Spiritu sancto congregata, ecclesia sancta devotus filius Philippus dux Burgundia, Brabantia, & Limburgia, &c. promptum & sincerum ecclesia sancta devotionis affectum.

Reverendissimi, reverendique in Christo patres, ac spectabiles & commendatissimi viri: Sacrosanctae vestrae in Spiritu sancto congregatae conventionis intertum animum ceteris cum sanctissimis operibus paci & concordiae principum Christianorum, regni potissime Franciae, quod Christianae religionis pars est non minima, firmiter existimans; paternitatibus vestris, quas in unum congregat unionis & pacis amator & auctor, ea dignum duxi proposito significari devotiori, quae regni ipsius pacis assequenda media contingunt. Nuper igitur, reverendissimi reverendique in Christo patres & recolendi viri, cum certorum appunctuamentorum & tractatum inter carissimum fratrem meum ducem Borbonii & Avernae, & me in villa Pontificali actorum firmationis & conclusionis gratia in civitate Nivernensi nostris in personis ipse frater meus sororque mea sua contoralis essemus, ad eandem civitatem applicuerunt carissimus frater meus comes Richmundiae, reverendissimus in Christo pater archiepiscopus Remensis, Christophorus de Haricuria, & quidam alii pro parte adversarii domini mei regis; & mei ambaxiatores ad me destinati. Quibus tandem per aliquos dies auditis, aperta est inter nos & adversaria certa diata tenenda in civitate mea Atrebatensi die 1. Julii proxime futura, & in effectum generalis pacis in regno praedicto revocandum & intendendum. Cujus diatae inter nos prolocutione per eosdem fratres meos dicto adversario significata, de ipsius adversarii super eisdem diatae acceptatione deliberata voluntate se polliciti sunt quanto citius opportuno tempore me reddere certiorum. Quod etiam nunc usque paternitatibus vestris incertum ea ratione significare distuli, responsum eorum expectans, quo certum quid super huiusmodi negotio possem celebri vestro certum referre. Unde & nunc habito a dicto fratre meo comite Richmundiae certo responso, quo dictum adversarium refert diatam ipsam acceptasse, ad eamque plures principes contanguinos suos, & alios sui consilii cum eisdem ad agendorum expeditionem pro diatae generalis pacis effectu sufficienti a concedente potestate transmittere conclusum, vestris paternitatibus idiplum impraesentiarum duxi significandum: eisdem in sanctae caritatis visceribus obnoxio deprecans affectu, quatenus ob reverentiam Altissimi, suaeque sanctae orthodoxae fidei (cujus ipsam Franciae regnum inter cetera specialissimam culturam exercuit) exultationem & augmentum, & totius reipublicae Christianorum profectum, dignentur & velint serenissimum dominum meum regem, dictumque suam & meum adversarium lite-

Aratorie aut per nuntios solemnes caritative monere & inducere, ut ad diatam ipsam suos infallenter destinet oratores & deputatos, ac commissos certos ambaxiatores cum sufficienti (sicut res ipsa requirit) eis tributa potestate. Ego enim ex toto animo pacis ipsius optans videre dies, in persona mea me dispono ad diatam ipsam memoratae pacis generalis, quantum in me possibiliter erit, agenda causa compariturum. Dignentur insuper eadem paternitates ad tantum pacis bonum, quo rebus in terrenis atque mortalibus nihil solet gratius audiri, nihilque delectabilius concupisci, ex sacra vestra congregatione, quae de diversis orbis partibus electissimos viros addunavit, aliquos ex reverendissimis in Christo patribus sanctae Romanae ecclesiae cardinalibus, ac aliis ipsius vestrae sanctae synodi venerabilibus suppositis, ad diatam ipsam solemnes transmittere deputatos, viros pacis amatores, & divisionis exosos: quos pro tanto rei tamdiu requisito clamatoque felici successu melius duxerint transmittendos, cum eisdem a sacrosancta vestra synodo plena concessa potestate dictum serenissimum dominum meum regem adversarium praefectam & me in omnipotentis Dei ecclesiaeque virtutem & nomen hortandi, inducendi, informandi & requirendi, ut ad pacis ipsius generalis consequenda effectum nos & nostras vires & animos disponamus. Tractatus etiam concordias & appunctuamenta ad ipsius effectum & pacem ipsam, si (quod concedat auctor ipse pacis) advenit, ecclesiae sanctae generalis auctoritate roborandi, confirmandi & approbandi, censuras ecclesiasticas ad ipsarum integrationem opportunas fulminandi & promulgandi, ceteraque omnia & singula pro negotii bono & votivo complemento necessaria, congrua, vel opportuna sciendi, sicut agendorum inibi series exposulabit; quatenus Dei suffragante gratia, & ipsorum opportuno directorio, regnum ipsum Franciae morosis & tristitia, proh dolor, jacens humi, post tam diu continuatos guerrarum anxios dolores & miras angustias a funere suo resurgat, & sibi ac toti catholicae religioni tam propitia tranquillitas, divinae pietatis operante clementia, tribuatur. Super praesentium vero litterarum mearum receptione, quas (ut res ipsa bene requirit) per praesentium latorem proprium nuntium vestris paternitatibus destinare decrevi; & vestro super earundem tenore deliberato responso, per eundem nuntium quanto citius exoro per easdem paternitates vestras fieri certiorum per eundem, quae me ad ecclesiam sanctam felicia vota facturum voluerint intimandum, ad quae me reperient ex animo paratum. Scis ejusdem ecclesiae sanctae sponsus Altissimus, qui paternitates vestras ad ipsius suae ecclesiae laudabilem directionem feliciter & prospere conservare dignetur in longævum. Scriptum in villa mea Divioniensi, die decimo sexto Martii.

LXXXVI.

Littera regis Francia Caroli missa sacro concilio, lecta in generali congregatione, die sabbati XXIII. Aprilis MCCCXXXV.

Sacrosancta synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, devotus ecclesia filius Francorum rex Carolus salutem, atque rerum gerendarum felicem successum.

Nihil quidquam apud rempublicam, regna potissimum, erga Christicolos omnes felicitas & accommodatius arbitramur, quam illos & ipsa optata pace atque beata perfri. **B**epropter multa ratione persuasum habemus ad ea que paci magis attinent, maxime regni nostri & subditorum nostrorum, caritate sincera operas nostras conferre debere, sicut ex animo hucusque omni sollicitudine atque cura, prout legis precepto inducimur, fecimus. Profecto nil sanctius ipsa aut beatus nobis fuit. Et cum superiori tempore pie atque devota supplicatione carissimi & dilecti amici nostri cardinalis sancte Crucis res ipsa non modica disceptatione variis assignationibus agitata fuerit, quoniam labori, periculis atque expensis minime ipse pepercit, usque in portum & salutis finem non pertigit; postmodum proximis his diebus Christo pacis auctore (ut pie credimus) faciente, novissima celebrata est in materia componenda pacis cum duce Burgundia apud civitatem Nivernensem conventio; & ad eandem nostra ex parte cum decenti & sufficienti potestate carissimos & dilectissimos consanguineos nostros duces Borbonii & Averniæ, & comitem Richemundie constabularium nostrum, & dilectos & fideles consiliarios nostros archiepiscopum Remensem cancellarium nostrum, & Christophorum de Harcuria consanguineum nostrum, transmissimus. Et cum res ipsa post longam disceptationem optimam ad ea que paci sunt dispositionem habuit, cupientes omnes etiam partes eodem & unanimi consensu ac favore pacis & unitatis prestantius agere, in alterius dietæ & conventionem apud civitatem nostram Atrebatensem ad primam diem mensis Julii proxime instantis concordarunt, consentientes etiam ut res tanta efficaciam habeat ampliolem & certiolem, ut pro parte sanctissimi Patris nostri cardinales sancte Crucis & Arelatenfis, & a sacro Basileensi concilio cardinales de Cypro consanguineus noster, & sancti Petri Ad vincula, ipsam assignationem & locum transmittantur. Quamobrem amicitiam vestram majorem in modum oramus & deprecamur, sit res illa tam sacra atque fidei orthodoxe tam utilis & necessaria vobis cura & sollicitudini; & ad illam dietam prefatos cardinales de Cypro & sancti Petri transmittere vestri ex parte velitis. Consideramus ut tantorum patrum presentia & singulari presentia, atque virtutum magnitudine, differentia omnis ex medio tollitur, absolutaque sit. Proinde ipsis transmissis, atque re confecta, non parvam nos sumus percepturi lætitiā, ac gratiam vobis habituri.

Datum in civitate nostra Turonensi, die vigesimo quarto mensis Martii.

Concil. General. Tom. XXIX.

LXXXVII.

Littera missa per dominos ambaxiatores concilii existentes in Bohemia sacro concilio, lecta in generali congregatione, die sabbati XXIII. Aprilis, anno MCCCXXXV.

Sacrosancta generali Basileensi synodo, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representanti, eorundem reverendissimarum paternitatum vestrarum humiles oratores Philibertus episcopus Constantiensis, & ceteri sui collega.

Reverendissimi in Christo patres & domini: Quod reverendissimis paternitatibus vestris usque ad presens non scripsimus, causa fuit, quoniam scribendi materia non tuberat. Negotia enim pro quibus incertinatus sumus in speratam acceperunt dilationem. Cuius causam esse ferant nimiam temporis acerbiteratem, propter quam viis omnibus b imit facta congregatio Praga pro eligendis ambaxiatoribus, & przagendis ante carnisprivii tempus haberi non potuit. Nos quidem qui austeritatem temporis & viarum discrimina sumus experti, moram ipsam satis habemus rationabiliter excusatam. Venerunt igitur pridem ille nuntius serenissimi imperatoris, qui fuit apud paternitates vestras & Vveazelau presbyter de Karlesleyn, & cum eis nuntii Bohemorum, ad excusandum moras & literas salviconductus recipiendi pro decem baronibus, decem nobilibus, clientibus electis & nominatis, atque pro oratoribus fere omnium civitatum Tabor, & paucis tantum exceptis. Arte sollicita factum est, quod a domino imperatore postulatum est, ut daret eis intelligere mentionem sacri concilii per nos missam. Dominus autem imperator misit pro nobis ut iremus ad ejus majestatem apud Pozonium. Quod fecimus indilate. Cumque Pozonium navigio venissemus, ab ejus consiliis in litore suscepti sumus, & ad hospitium ducti. Eis a nobis recedentibus, morula interjecta, ipse serenissimus dominus imperator hospitium nostrum intravit, adventum nostrum jucunde suscipiens, & sacro concilio de nostri destinatione gratias magnas agens. Post hæc quæ per Bohemorum nuntios sibi dicta & illata fuerant non distulit referre. Nobis quidem visum est dietam, quam jam ad dominicam in albus posuerunt, refutandam non esse, præsertim cum ex bonis causis facta esse dicatur. Quoad aliud diximus, quod supplicabamus suæ majestati, ut non indigne ferret, sed nos dignaretur supportatos habere, quoniam cum essemus a sacro concilio destinati, ut non in conventionem cum ipsis Bohemis coram ejus majestate mentem sacri concilii aperire deberemus; nec deceret, nec forsitan expediret, ante locum & tempus, & per internuntios talia referre. Quod ejus imperialia apex benigne suscepit, & nuntiis Bohemorum suum dedit responsum. Et sic illi receptis literis salviconductus, Bohemiam revertuntur. Nos vero Vienna tempus conventionis præstolabimur. Existimavimus, reverendissimi patres, grate paternitates vestras suscipere, quod hanc prerogationem conventionis non refutavimus, si-

Qq

cut

cut nec erat aliquo modo refutanda. Quod A
hæc negotia difficultates & dilationes suscipiant
paternitates vestras (quæ magna sapientia pol-
lent) credimus non mirari. Sed & speramus
confidenter paternitates vestras illis insistere,
& fines rerum intendere, in quibus tanta &
tam mira Dei beneficia cognoverunt: opus e-
nim est quod sacrum concilium a persecutio-
ne incepti operis non desistat. Illi siquidem
perditi homines qui cuncta bona turbare &
disrumpere satagunt, in dissolutionem concilii
spem agunt: & exinde spondent suis satelliti-
bus respiramen. Unde oportet econtra, ut
paternitates vestras hoc sacrificium omnipoten-
ti Deo offerant, ne susceptorum beneficiorum
videantur ingrati: atque ignis, qui minutim B
extinctioni propinquat, per incuriam vires re-
sumens, in flammam (quod absit) vehemen-
ter exurgat: & quod, patres reverendissimi,
huic rei valde accommodum foret sanctæ re-
formationis opus urgere, * sed ex multis al-
liis respectibus est necessarium. Utinam om-
nes qui sunt in concilio audirent & intelli-
gerent quæ nos qui extra processimus. Profe-
cto etiam tam avidi sint tanti boni, avidiores
& ferventiores fieri minime dubitamus. Alia
scribenda non insunt, nisi quod nos ad pa-
ternitates vestras humillime commendamus,
cum omni promptitudine obsequendi: quas di-
gnetur altissimus ad bonum univeſalis eccle-
siæ dirigere, ac feliciter conservare. Scriptum C
Viennæ, 1. die mensis Aprilis.

LXXXVII.

*Littera Archiepiscopi Lugdunensis
missa concilio.*

*Reverendissimi in Christo patribus & dominis
presidentibus, praelatis, & ceteris generale Basile-
nse concilium celebrantibus, dominis suis to-
ta veneratione colendis & honorandissimis.*

R everendissimi patres ac domini mei hono-
randissimi, humillima recommendatione
premissa, post longam concertationem domi-
norum praelatorum Gallicanam ecclesiam Bitu-
ris representantium, quam pro confirmatione
suarum mentium diutius protraxerint, om-
nibus presentibus, nemineque discrepante,
conclusum est, conventionem vestram multi-
plici legitimo funiculo convocatam, ab om-
nibus & præsertim ipsa ecclesia Gallicana se-
quendam, & cum vestro debere convenire
concilio universo, devotisque Deo gratias om-
nes exsolvere, qui in hujus pestilentis tem-
poris curiæ easdem vestras dominationes pri-
mas hujus concilii gemmas, grandiaque & e-
lecta virtutum vasa sibi servavit, & in Basile-
a, quæ basis firma, in basi sive petra Chri-
sto, Liaque, quæ more Liæ multos in utero
proprio gestans patriarchas, vos hujus concilii
celebres patres in caritatis vinculo priores
firmavit. Sed quia conclusorum ibidem execu-
tio in aliquas moras differtur, & accelero
deliberatorum consummationem ad posse, in-
vitus a me exigo absentiam vestræ sacratissi-
mæ concionis. In qua inter suprema deside-
ria cupio adesse, & adero quamprimum re-
rum gerendarum opportunitas aderit, supplicans
ut interim habeat excusatum. Fere enim
per trimestre ad nihil aliud desudavi, & spe-
cto perfectionem agendorum: abundantius au-

tem omnes die ac nocte orant, ut videamus
facies vestras, & compleamus quæ desunt fi-
dei nostræ. Ipse autem Deus pater noster &
dominus noster Jesus Christus dirigat viam
nostram ad vos: vos autem multiplicet, &
abundare faciat caritatem vestram in invicem,
& in omnes, ad confirmanda corda vestra si-
ne querela in sanctitate ante Deum: mihi que
suo humili & devoto eadem vestræ domina-
tiones præcipiant & mandent quæque grata,
& parebo ad posse. Petrescissis, die vigesimo
octavo Aprilis.

Vester humilis & ad vos devotus
A. archiepiscopus Lugdunensis.

LXXXVIII.

*Epistola Ambassadorum Concilii existentium
in Bohemia.*

*Sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu
sancto legitime congregata, universalem eccle-
siam representanti.*

E xulta & juba, synode sacrosancta, alti-
sonas deprome gratiarum actiones & lau-
des rerum omnium conditori. Nuntia in om-
nibus finibus terræ diem festivitatis & gau-
dii: universos ecclesiæ filios ad congratulan-
dum & gratias peragendum gratulabundis ad-
monitionibus exhortare. Laudent tecum ma-
gna opera Dei, & exultent ingenti lætitia
Christiani orbis provinciæ universæ. Siquidem
desideratus ecce dies advenit, quo jam tuo-
rum laborum messi sunt fructus, & seminum
tuorum in horrea dominica plenos manipulos
reportasti. Hodie namque, imperiali majesta-
te imperialibus insulis decorata in publico fo-
ro hujus civitatis numerosa populi multitudine
assistente, coram nobis tue beatitudinis
nuntius, gubernator, barones, nobiles civita-
tum, ambasiatores regni Bohemiæ, primum
nobis compactata obtulerunt, literis authen-
ticis communita. Deinde præ ipsorum execu-
tione de tuenda, observanda & defendenda
unitate ecclesiastica & pace, literas alias se-
cundum formam Brunne conditam. Post hæc
quatuor ad hoc deputati cum pleno & authen-
tico mandato, nomine omnium tam ecclesiasti-
corum, quam secularium, reverentiam &
obedientiam canonicam præstiterunt. Nos quo-
que juxta tue sanctissimæ concionis injunctam
unitatem ecclesiasticam per eos factam & ac-
ceptam, pacemque, nec non reverentiam &
obedientiam exhibitas acceptavimus, & pacem
pronuntiavimus eis servandam per universum
populum Christianum. Quod, o sacrosancta
synode, styli officium posset sufficienter expri-
mere exuberantiam gaudii quod assentium
corda replevit. Vultuum amœna serenitas, læ-
crymæ præ libertate lætitiæ ab oculis erum-
pentes, cantus & applausus internæ lætitiæ,
testes erant, aut certe melius invicia dici pos-
sent. Quoniam nulla extrinseca signa immen-
sitatem æterni gaudii proportionabili possent
ostensione testari. Sed etiam nos ipsius beati-
ssimæ congregationis & universi populi Chri-
stiani gaudia meditantes nova iterum exul-
tatione replemus. Quo tandem sine hanc
nostram claudemus epistolam, & ne, si
pro modo affectus prodiret, oratio metas
epistolares excederet, nisi ut cum David
exi-

psalm. n. eximio prophetarum dicamus: *Bonum est confiteri domino, & psallere nomini tuo, altissime. Ad adorandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In decachorda psalterio; cum cantico, in cithara. Quia delestasti me, domine, in saltura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.* Ipse quidem fecit nobis magna qui potens est, & sanctum nomen eius: cujus clementiam suppliciter exoramus, ut quod operatus est confirmare dignetur, & ipsam sacrosanctam synodum tueri, regere & gubernare ad perficienda sancta opera, pro quibus est in eius nomine congregata.

Scriptum Iglaviz, quinto mensis Julii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto.

Ejusdem sacrosanctæ synodi perhumiles oratores & nuntii, Philbertus episcopus Constantiensis, Joannes de Polmar sacri palatii apostolici auditor, Martinus Berrueri decanus Turonensis, & Thomas de Haselbach sacra theologie professor.

I.LXXXIX.

Epistola Misa Concilio ab ejusdem ambasciatoribus existentibus in Nuremberga, presentata & lecta in congregatione generali, die Veneris ultima Februarii.

Sacrosanctæ & venerabilis synodo Basileensi, patribus & dominis omni nobis veneratione & amore colendis, inclarissimis, inclitarum dominationum vestrarum obedientiam fratres Joannes Nyder prior, & Joannes Mulembriun.

Reverendissimi & indulgentissimi patres & domini, viri sapientia clari, virtute præstantes, & laudata constantia ubique colendi, a diebus quibus vos Deus congregavit in unum, & præsertim postquam sub titulo sacrosanctæ vestræ synodi ad regnum Bohemæ eulogia pacis manarunt, corda multorum tristitia prope absorpta in spem consolationis respirarunt, exultantibus animis dominum, tamquam auxilium eis desuper venisset, laudantes, quod tantæ miserationis oleo corda vestra perfudat, ut vobis de fratribus qui in pressura sunt tanta cura fuisset: firmiter tenentes, quod citius & cumulatus & laudatus inimicos nostros in spiritu lenitatis & verbo Dei, quam statu furoris & re gladii reducetis, argumentum sumentes ex retroactis insauis nostris successibus. Ex quibus plerique in tantam deciderunt pusillanimitatem, ut de pace temporali, qualibuscumque, nisi vestra sollicitudo prævenisset, cogitabant providere remediis. Audito autem postea, quod congregatio vestra, in qua spem (ut præfertur) conceperunt, mandata fuisset dissolvi, geminata tristitia obriguerunt, tamquam quo se converterent, aut quid facerent, nescirent. Et ad nos venientes sive mittentes, scisciatu sunt quomodo se factum haberet, aut quid amodo facere deberent, cum nunc sua fiducia se frustratos viderent. Nos, licet non minori essemus secundum audita, visa & lecta, dolore percussi, ipsos, ut poteramus, animantes, confortavimus in eo potissimum, quod perseveranter, tamquam de vestra constantia hæsitantes, nobis commissa prosecuti sumus:

Concil. General. Tom. XXIX.

A nam nihil scripsi aut nuntii a vestris parentatibus usque nunc recepimus. Nobis autem & reliquis, quos ad plenum consolari non potuimus, in qualicumque turbatione consistentibus, sperantibus autem quod de propinquo nobis aliquid consolationis mandaretur, supervenit desideratus admodum de Egra nuntius, deferens nobis literas consulatus Egrensis, continentibus quod literas sacre congregationis vestræ & nostras, quas nobis cum suis destinarent, attulisset. (Quas cum recepissemus, gaudio multo resecti sumus. Dubii tamen adhuc quid vestræ esset voluntatis, aut quid de vobis ageretur, utrinque mæsti & solliciti mansimus. Super scripta eadem nihilo minus, Buxta consilia fidelium & prudentium respondentent, missum vobis nuntium cum gratiarum actione remisimus. Et eodem expedito, mox vestra lata & clara scripta supervenerunt.

Et literis nobis a Bohemia primum, & a vobis deinde ad universos directis, in vulgare nostrum intelligibiliter translatis, consulatu Nurembergeni devotis vestris, data sibi ad petitionem copia, insinuavimus, qui in pristinam sibi videntur constituti spei consolationem. Deinde alter ex nobis, qui hæc scripsit, reliquo utilius occupato, illustrem principem & dominum dominum marchionem Brandeburgensem tunc adus ad quinque miliaria distantem, & sibi præmissa omnia per Cordinem exposuit. Qui cum avide & magno gaudio singula audivisset, copias narratorum & lectorum petiit & recepit. Et postquam de consilio & auxilio invocatus fuisset, magnifice & ex animo (ut videbatur) respondit, se longo nunquam tempore meliora percepisse nova, & quasi de somno cordialis mœstitiæ evigilasse. Et in summa, præsentibus reverendo patre domino episcopo Giscetensi, & quampluribus nobilibus & notabilibus personis respondit: Ego scio, quia interfui, quod fecundum decretum sacri concilii Constantiensis isti sancti & venerabiles patres congregaverunt concilium sicut jure potuerunt. Et suspicari non possum, quod aliud quam mere honorem Dei consolationem & salutem totius Christiani, qui in tristitia est, populi querunt: quia longe sunt ab insultibus eorum qui nos de propinquo tam hostiliter impugnant, damna inferunt, & offendunt. Et quamlibet ab eissem in suis regnis securi sunt, adhuc ex caritate de nobis solliciti pacem nobis procurare satagunt. Quare sicuti tu ipsorum nomine petis & requiris, ego cum omnibus mihi subditis ecclesiasticis & secularibus firmiter & constanter adhererebo. Et hujus rei gratia, sicut tu nomine quo supra petis, quamcunq; fieri poterit, & præsertim cum reverendus pater dominus Herbipolensis, qui ab infirmitate, quam de proximo incidit, notabiliter respiravit, modico fortior effectus fuerit, quia vir boni & acuti consilii est, & bene affectatus ad concilium, rogabo quos potero principes, ut mecum in Nuremberga conveniant, ad deliberandum quomodo nuntius mittendis de Bohemia ad concilium, vel Nurembergam, aut alibi, de securitate provideatur: ad confortandum etiam hoc sacrum concilium in sua, sicut coepit, prosecutione ad sibi adherendum, ac etiam prælatos, doctores, & nobiles viros mittendum, &c. Et statim commisit ut suis singulis officialibus seriose scriberetur,

Qq 2 tur,

tur, ut nuntios de Bohemia ad concilium vel ad nos mittendos saluos conducerent, & ire per suas terras & dominia, nulla prorsus illata injuria, permitterent. Commisit etiam ut liceret sibi altam multiplicarentur, & ad singulos principes, prelatos, dominos & communitates vicinas, cum suis scriptis in ipsorum confortationem mitterentur. Et cum ego, qui ad ipsum veni, quærerem an hæc per ipsum taliter dicta & repetita vestris paternitatibus scribere possem, respondit, quod audacter affirmarem & scriberem, quia ita indubitanter facere proponeret. Ac taliter & tam consolabiliter locutus est, ut firmiter teneamus, quod magnam cum suis amicis & subditis consolationem vobis quantocius afferet. In quo nobis valde expedire videretur, quod scripta favorabilia in genere sive specie a serenissimo rege Romanorum obtinerentur: quibus singulis hujusmodi suis principibus, communitatibus & subditis mandaretur, quantum vobis adhererent & faverent. Ac etiam vos ipsi ad principes electores, & specialiter ad supremum dominum marchionem & ducem Saxonie specialiter scriberetis, gratias primum agentes de suo honore proposito, fidei assistentia & favore. Et quod mitterent suos prelatos & ambasciatores, &c. Et ita ad consularium Nurembergensem, qui optimi sunt & fideles in hoc negotio cooperatores. Memoratus vero dominus Giltensensis satis favorabiliter super mea requisitione respondit: sed efficaciter & finale responsum usque ad consultationem suorum suspendit: & speramus, sicut optamus, quod aliqui partium nostrarum prelati, de suspitione, quæ contra se est, tamquam non faveant vestre congregationi, & vocationi Bohemorum adveniant, contrario actu favorabiles, scilicet oratores mittendo se citius purgabant. Quod si non fecerint, sed eatenus suam voluntatem profecuti fuerint, & vestrum (quod absit) conventum dissolvant, vel frustra sperato evacuent, tunc nos, qui salutem ipsorum in omnium jugi precamur instantia, aliud ex his quæ videmus & audimus in verbo veritatis conjicere non possumus. quam quod eorumdem & omnium sibi faventium instabit periculum majus quam omnium reliquorum. Quod inde syllogizamus. Nam ipsi, quos prosequimur, Bohemi vicinis sibi latissimis regnis, ac ipsi Alemannie gravissima hæcenus damna intulerunt, ut vix aut nusquam alia via resset resistendi vel occurrendi, quam per medium & succursum universalis ecclesie in virtute synodi generalis congregatæ: quæ interpellante tempore se colligens, viam tantis malis occurrendi in spiritu mansuetudinis exorsa est, eos, de quibus agitur, vocans. Unde spem tantam & consolationem innumerabiles (ut præfertur) ceperunt, & ipsi se in Bohemia utcumque resolvere, & propius accedere, ut speratur, ut ipsi ex scriptis præsentibus junctis conspici poteritis, ceperunt. Quid nobis sperandum erit, si cujuscumque facti vel causa vocatos non legitime exspectaveritis, & reliquos spe sua frustraveritis, quam quod utrumque provocati in eos qui sibi deluserunt fortius se & atrocius armabunt? Ergo, dilectissimi & gratissimi patres, undecumque & qualiumcumque opinionum sitis, in eo quod semel consilio unanimi omnium, qui tunc præsentis eratis, &

sufficienter & ardentem absentium adventum desiderastis & expectastis, mature conclusum est, & nomine universalis ecclesie rite emanavit, & ab innumeris (ut præmittitur) laudatum est, & hodie laudatur, conveniatis: & concordantes invitatorum presentiam (prout de congruo decet) expectetis, sed & expectatis, omnemque possibilem diligentiam pro ipsorum reductione adhibeat; & honorem a Deo & hominibus incunctanter habeatis. Si secus (quod absit) feceritis, indolebilem ecclesie ignominiam inferetis. Quod per extensum tam oculatis & perspicacibus viris declarare superfluum putamus. Nec videmus cur velut inermes & mysteriorum Dei expertes fugere debeamus, cum omnium nostrum una sit & firma sententia, quod in dubium vocari non debent quæ solemniter & digesta a sacris conciliis sancita sunt, aut fide sanctorum probata. Admittantur ergo, illibato fidei nostræ tenore manente, qui vocati sunt, & audiantur. Non quod solidiores hi tanquam dubii fiant, quibus datum est divina nosse mysteria: sed certe, ut iidem ipsi qui densis errorum involuti sunt tenebris, catholicis nostris fide firmis doctoribus, errorum nebulas ratione & arte discutientibus, in claram probatæ fidei nostræ cognitionem, si dominus annuerit, revocentur. Similiter & illi qui hujusmodi non modo subdole serpentibus, sed & passim nunc palam volantibus, sequæ infimis animis insipientibus, hæresum jaculis perniciosè vulnerati sunt, ociosius sanentur. Quod nisi factum & citius factum fuerit, videbitis patres quod lugebitis. Sed ne, quod veremur, accidat, nos, quibus aliquid vestre ea parte sollicitudinis imposuistis, quique rem tamquam sub prospectu nostro non sine merore cadentem acris, sed & amariis plerisque metimur, cum reverentia supplices rogamus. Et quia expedire, & vix aliter absque gravissimo scandalo & irremediabili fieri posse putamus, bona fide consulimus ne irrita faciatis, aut, quantum in vobis est, fieri permittatis, etiam sub periculo corporalis salutis, eum pro domo Dei secundum professionem nostram (ut rationabiliter scribitis) nos mram, qui periculis aut impulsibus usque dum ruat non ceuit, ponere debeamus: ea scilicet quæ Spiritu sancto dirigente non modo semel aut altera, sed & tertia, ut ipsi (de quibus agitur) suis ad nos scriptis testantur, imo & quarta vice de ore vestro processerunt. Sed eos quos tam solemniter vocatis, quia ardenter eorum (ut oportet) salutem optatis, quamlibet longius abuisse videantur, si venire voluerint, ut magnam nobis & multis spem scriptis suis dederunt, expanso lati sinu recipere benigne, & patienter audire, in viam salutis & veritatis misericorditer & mansuete dirigere, & si, redire respicientes cupierint, in communionem fraternæ admittere, aliaque constanter & perseveranter facere velitis, quæ pro ipsorum reductione & ecclesie pace & reformatione apud vos salubriter statuitis. Unde fidelium mentes, quæ a jucunditate, quam vestris (ut præfertur) salutari conventionem, ordinato in agendis processu, devotaque & simplici conversatione longius vivificum suum odorem in edificationem fidelium spargentibus conceperunt, stupefacti nimis, & velut amentes ceciderunt, geminata continuandaque læticia erigentis. Hac ad qualemcumque vestram

vestram consolationem amore, qui reverentiam nescit, scripsisse volumus, petentes nos de incuria & rusticitate haberi misericorditer excusatos: quia bona & simplici fide vobiscum, velut cum patribus nostris & præceptoribus indulgentissimis, agimus. Neque cultus, emendatus, aut mundius propter temporis angustiam, quam posita sunt, rescribere curavimus, de vestra benigna supportatione confisi. Ceterum, si nobis videatur, deputentur venerabiles patres domini Ebracensis & de Langhen ordinis Cisterciensis harum partium de vicino abbates, aut alii, prout vobis videbitur, qui frequentius nobis vestro nomine de occurrentibus novis & bonis in consolationem nostram & aliorum scribant per occurrentes opportune nuntios. Mittimus dominationibus vestris copias literarum communipatis Nurembergensis ac nobis a Pragensibus directarum, & nostrarum ad eosdem. Et sicut Pragenses Nurembergensibus, pariformiter & Egreusibus scripserunt, qui optimi mediatores in Curienis nostro negotio existunt. Etiam accepimus ab amicis ecclesie quosdam professionis articulos, in quos dicuntur sub magno apud nos satis silentio doctores & clerici civitatis Pragensis veteris & novæ convenisse, quos si in congregatione audire volueritis, nulli tamen copia decernatur, quousque plenius quod expectamus responsum habuerimus, ne forsan ipsi in instanti sua & plena totius regni congregatione melius & aliter deliberent. Committatur tamen aliquibus doctoribus sacre pagine & aliarum facultatum, sicut videbitur, ut diligenter videant & examinent, quatenus opportuno tempore quid agendum sit ea parte profertant. Verum huiusmodi articuli in lingua & scriptis Bohemicis ad nos pervenerunt, & in Latinum quidam doctor satis celebris in medicina, alter vero in idioma nostrum Alemanicum transulerant. Mittimus utrumque, ut, collatione adinvicem habita, clarius intelligere ipsorum intentionem possitis, & de occurrendo eis cogitare salubrius erit, & (ut confidimus) facilius ipsos literali congressu devincere, quam hostili campo cum eis sub periculo cladis aut fugæ nostrorum configere. Quod expediet, unctio vos Spiritus, qui velut hospes beneficis corda vestra inhabitat, docebit, ut optamus, & jugiter orabimus. Nostri memores in domino valete.

Scriptum Nurembergæ, decimosexto Februarii, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimosecundo.

XC.

*Imperatoris Constantinopolitani litera missa
sacro concilio Basileensi.*

Joannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romanorum Palæologus semper Augustus sacrosanctæ generali synodo Basileensi salutem in eo qui omnium est vera salus.

Ex hoc etiam
signis in con-
cil. Basili. sed.
16. sub nomi-
ne Joannis Pa-
triarcho.

Literas vestrarum reverentiarum recepimus per reverendum Antonium episcopum Sundensem, & fratrem Albertum de Crispis sacre theologie magistrum, oratores vestros, ex quibus & etiam relationibus præfatorum bene notavimus optimam dispositionem atque

intentionem Deo amabilem, quas vestre reverentis pro tota Christianitate gerunt. & specialiter pro nobis, id est pro unitate ecclesie sancte Christi. Et super hæc lætati sumus maxime, quoniam hortamini nos pro illis, pro quibus & nos jamdiu hortati fuimus instanter ecclesiam Romanam. Multoties enim scripsimus, & misimus illuc pro unitate prædicta, ut omnibus patet. Tantis autem legationibus factis ex parte nostra, & tanta sollicitudine ostensa; non permiserunt causam circumstantiæ eorum, ut finem acciperet nostra voluntas & tractatus. Ad præfens igitur de eisdem his, & cum simili & eadem dispositione vestris reverentis scripsimus, quærentes, si filii concilium œcumenicum sub præsentia omnium personarum necessario debentium interesse secundum antiquum ordinem & consuetudinem; & tale concilium fieri canonicum, liberum, inviolatum, & simpliciter secundum formas antiquorum œcumenicorum conciliorum. Et omne illud, quod, Deo dante, in tali concilio unanimiter & concorditer conclusum fuerit, hoc firmum haberi indubitanter & sine contradictione & lite quacumque, que omnia dicta fuerunt & concessa, & confirmata a sancta Romana ecclesia per plures legationes ad eam nostra parte factas. Impedita autem fuit istorum conclusio & effectus propter temporales circumstantias, ut supra dictum est. Sed quoniam vestre reverentis in præfenti tempore tantam promptitudinem super istis ostenderunt, quod legationem specialem fecerint pro istis, & hortatæ nos fuerint literis & relationibus suorum oratorum, propter hoc & nos mittimus ambasiatores nostros, familiarem imperii nostri abbatem scilicet monasterii sancti Demetrii Isthodorum, & familiarem nostrum Joannem Diphypatum per quos petimus & rogamus vestras reverentias, quod ad hoc Deo amabile opus unionis conferatis omnem curam & sollicitudinem, ut fiat & concludatur dictum laudabile opus vestris studio & diligentia nostris correspondentibus, cum nota sint aliqua necessaria ad hoc & ejus operis executionem, commisimus de istis prædictis nostris ambasiatoribus, qui vestris reverentis latus & claritus omnia referent & manifestabunt, placeatque vestris reverentis eisdem dare plenam fidem.

Datum in urbe nostra Constantinopolitana anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo tertio, die decimo quinto Octobris.

XCI.

Littera Regis dacia: Missa Sacrosancto concilio in favorem ordinis sanctae Brigittae, lecta in generali congregatione die Veneris, 16. mensis Martii anno MCCCCXXXV.

Reverendissimis in Christo patribus ac dominis praesantissimis, honore praecipuo venerandis, pro concilio generali celebrando in Spiritu sancto Basilea legitime congregatis, Ericus Dei gratia Suecia, Norvegia, Sclavorum Gothorumque rex, & dux Pomerip, salutem & sinceram nostri in domino recommendationem.

Reverendissimi patres & domini, regalis praesentis requirit dignitas & officium, illudque praecipuum in sui pectoris armario jugiter versare debet, ut post divinum cultum majestatis, modis & mediis quibus poterit in effectum producat, quod subjectus sibi populus pacis tranquillitate frui & gaudere valeat, & praesertim hi qui, spreto curis & vanitatibus labentis saeculi, Deo inhaerere (cum sibi servire regnare sit) totis desiderii inardescunt; cujusmodi sunt utriusque sexus homines religiosi, & praesertim ordo ille devotissimus beatae Brigittae, sancti salvatoris nuncupatus, qui in loco Wadzsteyn regni nostri Sueciae, Dei dispensatione (ut pie creditur) laudabile sumpsit initium, & postmodum per diversas mundi partes, in salutem multorum a via reclusitudinis aberrantium, commendabile susceperat incrementum. Ipse nempè beatae Brigittae sanctissima vita, virtutum praecleara merita, nec non magnifica & stupenda quae gloriosus & mirabilis Deus in sanctis suis per illam fecerat & sine intermissione in his terrae sinibus facit opera, mentes hominum ad credendum attrahunt, hunc ordinem cum suis vivendi regula & constitutionibus a Deo specialiter processisse. Apparet hoc idem de devota & irreprehensibili vita personarum in eo degentium, exemplis sanctimoniae & doctrina saluberrima: quibus innumerabilis populus divinitus illustratus, latam & lubricam deserens viam, quae ducit ad mortem, arctam caelestis patriae semitam ambulat confidenter. Sed heu, venerandissimi patres & domini, accepimus nuper quod dolenter referimus, ex illius non dubitamus instinctu, cuius invidia mors introivit in orbem terrarum, surrexisse videlicet in ordine praedicto nobis dilecto periculosas quasdam scissuras & contentiones, ob quas generales confessores, & aliae dilecti ordinis personae, de monasteriis regnorum nostrorum ad reverendarum paternitatum vestrarum praesentiam, sacrosanctam scilicet generalem Basileensem synodum, sunt citati. Etiam, ut asseritur, ad respondendum nonnullis articulis contra libros revelationum praenominatae sanctae dominae patronae conscriptos: qui revelationum libri in salutem indubie multorum in via fidei & morum titubantium hic & alibi sparsim per mundum publicati fuerant, & solemniter praedicati. Quamobrem, reverendissimi patres, vestrarum paternitatum & dominationum congregationem sacratissimam, universalem ecclesiam representantem, devotioribus & efficacioribus

aribus quibus possumus precibus aggredimur, instantius exorandam, quatenus ex parte Dei omnipotentis, & ejus incute, cujus in hac parte vices geritis, nostrarumque ob devotarum precum instantiam, personarum & locorum impedisti ordinis hujusmodi periculosas discordias ad Deo placentem concordiam revocare velitis, nec non obloquentium ora sic obstruere, quod stare & vivere deinceps poterunt in Dei servitio, suae regulari observantia, sicut haecenus in monasteriis regnorum nostrorum laudabiliter steterant atque vixerant sub dicta sancti salvatoris regula, secundum ipsius institutionem primitivam. Insuper quod illa doctrina sanctissima revelationum beatae Brigittae, sicut in praesens in ecclesia Dei ad ipsius laudem & gloriam, ad purgationem criminum, bonorumque morum introductionem praedicata & publicata fuerant; sic & amodo publicari & praedicari valeant & teneri. Alioquin exinde sinantur corda simplicium, scandalizabuntur plurimi, & formidandum erit finaliter Christianae fidei non minimum detrimentum. Spiritus ille veritatis, qui procedens de thalamo divinae majestatis apostolorum pectora invisibilis gratia penetravit, dignetur illustrare corda vestra ad faciendum pacem & tranquillitatem in ecclesia sua sancta.

Datum in castro nostro Wordlingborg, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, tertia die mensis Julii, nostro sub secreto, &c.

XCII.

Alia Littera certorum episcoporum missa in favorem dilecti ordinis, & lecta in congregatione eodem die.

Reverendissimis in Christo patribus ac dominis praesantissimis, pro concilio celebrando in Spiritu sancto Basilea legitime congregatis, Petrus Lundensis, Astatu Nidrosiensis, Dei & apostolicae sedis gratia archiepiscopi, Nassau Othoniensis, Joannes Roskildensis, Joannes Harloeths, Siggo Scarenensis, Andoenos Stavangrensis, Thomas Strengegensis, Hermanus Voibergensis, Petrus Hamarensis, Gerardus Bingslavenensis, & Severinus Farenensis, eadem gratia ecclesiarum episcopi, cum omni humilitate & reverentia debita obsequia, votisque ac mandatis vestris in omnibus devote & fideliter obedire.

Gratias agimus Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis, qui se nescientis mundi miseris ineffabili sua misericordia, & miseris, ne in barathrum desperationis prolabantur, salutaribus remediis subvenit & succurrit. Hinc est, patres reverendissimi, quod Deus inter alia miserationis suae opera magnifica & gloriosa, quae ad laudem & gloriam nominis sui fieri voluit, in his ultimis sinibus terrae pro consequenda remissione peccatorum, ad dirigendos pedes oberrantium in viam patriae caelestis, beatam Brigittam de regno Sueciae progenitam, quae, venae fontis vivi sponsum suam, & canale gratiae suae tantis gratiarum aquis abundare fecit: & non solum regno praedicto, verumetiam quasi toti orbi terrarum per eam misericors dominus, cujus

misericordis non est numerus, salutis & gratia mellifera pocula dignatus est misericorditer propinare. Et cujus quidem beatae Brigittae meritis & sanctitate, primum in regno Sueciae, videlicet Wadsteyn, ordo ille praecipuus, sancti Salvatoris nuncupatus, inolevit, ac gloriosum suscepit exordium. Deinde successu brevissimi temporis, & hoc satis miraculose, in diversis regnis & mundi partibus, ex inflammatione utique Spiritus sancti regibus & dominis terrarum atque praelatis divinitus facta, plura sunt innovata & multiplicata monasteria, in quibus sororum & fratrum conventualium fervens & affectuosa viget devotio & vitae regularis observantia secundum ordinem instituta perfectissime observatur, tam per continuas praedicationes, quam per divinae majestatis cultum & obsequium, videlicet missarum solemnia, & divinarum horarum jugiter psalmodiam. Unde quasi infiniti peccatores de die in diem divinitus inspirati convertuntur, conversique in brevi proficiunt, magna virtutum accumulantes incrementa, & spirituales effecti, caltatis saeculi curis, sentientes se corruptibile pondus cum morore portare, quibus nil agere libeat, nisi solius Dei desiderio & amori jugiter inhaerere. Unde, reverendissimi patres, nos una cum principibus & praelatis, & magnatibus, militibus, & militaribus, nobilibus, primis ac proceribus regnorum pro quieto statu regnorum eorumdem in magno parlamento, in castro & oppido Wordlingborg regni Daciae congregati, nunc accepimus, qualiter confessor totius ordinis praebati ad sacrosanctam synodum Basileensem pro statu salubri, reformatione laudabili, ac incremento felici locorum & personarum utriusque sexus in eodem ordine sparsim per mundum degentium sunt creati. Eapropter, patres & domini reverendissimi, dominationes vestras cum humili & devota subiectione aggredimur implorandas, quatenus, si qua in hoc sacro concilio usque in praesens literis, processibus, articulis, questionibus vel querelis contra dictum ordinem, cujus privilegia, regulam, constitutiones seu instituta regula, jamdudum per sacram sedem apostolicam approbata & confirmata, ac etiam contra libros revelationum dictae sanctae Brigittae domine divinitus (ut creditur) ostensarum, quomodolibet fuerint attentata, ob nostrarum petitionum humillimam instantiam faciatis revocari. Si qua vero in eisdem revelationum libris examinanda & discutienda fortasse videantur, tum caute & moderate reformationis sarculo cum lenitate moderamine emendentur, ne piarum aurium in posterum offensiva fiant ea, quae de his libris revelationum coram populo, nedum in partibus istis & regnis, sed & alibi per mundum publice praedicata fuerant in Christianae fidei fulcimentum. Alioquin si (quod absit) ex hujusmodi controversiis, litibus & contentionibus sic (ut praemittitur) motis & attentatis, insurgeret aliqua ordinis praefati diffamatio, vel a sui primitivi regularis status vigore discessio, extunc (prout verisimiliter formidamus) ubique & praesertim in partibus istis tam in clero quam in populo fiet maxima confusio, & devotionis fidelium fervor ad Deum, & ad illam sanctam, quae tot, tantis & tam manifestis claruerat miraculis & virtutum meritis,

vertetur in torporem. Quod utique cederet in fidei catholicae turbationem & diminutionem, in scandalum multorum & ecclesiae, saltem in his orbis finibus, sub hoc periculoso tempore non modicum detrimentum. De modo autem cohabitationis sororum & fratrum in monasteriis ordinis praedicti, quae situata sunt in regnis istis, quam alii quidam pacis amulii & tranquillitatis calumniari conantur, nulla datur hic cuiquam Christi fidelium suspicionis occasio, quod eorum habitacula adeo firmis atisque muris & aedificiis distincta ac divisa sunt, prout fere nos omnes, praecipue autem, qui monasteriorum & locorum eorundem visitatores sumus, quod secure & absque conscientiarum scrupulo juxta primariam ordinis institutionem, quam adeo pie credimus factam esse, sorores & fratres sicut cohabitantes, honeste & licite poterunt commorari. Valeat & in Deo proficiat vestrae sanctissimae devotionis venerabile collegium a Deo caelitus inspiratum, ab aeterno praesidium & praerogatum, & jam in hoc occidui mundi acrumnoso tempore in Spiritu sancto legitime congregatum.

Datum in oppido Wordlingborg Roskildensis dioecesis, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimoquarto, die tertio mensis Julii, nostris sub secretis, &c.

XCHII.

Epistola Rothomagensium ad concilium.

Reverendissimis & honoratissimis ac metuendissimis patribus sacrosanctam synodum ecclesiam universalem representantem Basilea tenentibus, humiles vestri filiali subiectione subditi consules & cives civitatis Rothomagensis.

Reverendissimi ac honoratissimi ac in timore domini sancto reverendissimi patres, considerantes apud nos nihil esse quod adeo indignationem provocet altissimi sicut ingratitude; ipsa enim est provocatio malorum, beneficiorum exinanitio, & extinctio meritorum: quapropter miserationum, quas in ecclesia sancti Audoeni Rothomagensis per literas vestras magnificastis, pro qua vicibus repetitis ausi fuimus sanctitati vestrae congregationis dudum rescribere, jugem habentes firmamque memoriam, nolentes insuper illud Judaicum in nobis notari opprobrium: *Non fuerunt* (inquit) *memores beneficiorum ejus, & mirabilem qua ostendit eis, per praesentes literas nostras, & pro modulo nostro benedicimus Deum caeli, qui per ministerium vestrum faciens misericordiam, de pulvere tribulationis & fordibus litigiosae captivitatis erigit egenum, ut cum principibus ecclesiae suae sedeat, & solum gloriae inter vos, reverendissimi patres, rejecta omni confusione, teneat. Quinimo eadem literae vestrae ab ingenti diuturnaue & difficili narratu praefatae ecclesiae sancti Audoeni ruina, quam pro discordia & concursu guerrarum aestimamus potissime contigisse, resurgendi primitias praesent non modicas. Namque lapsos erigunt, vagos congregant, & revocant aberrantes. Quamobrem non quas debemus sanctitati vestrae congregationis, sed quas valemus & scimus, gratiarum referimus actiones; nos ipsos,*

& quae-

© videtur de
esse vidimus
aut aliquid
apud nos.

Pfol. 77.

& quæque nostra sunt, in obsequium vestra-
 ram paternitatum filialiter offerentes. Cumque
 novella sit huiusmodi plantatio pacis in dicta
 ecclesia, & quietis: plantæ vero quæ nondum
 se terræ radicibus adhæserunt, suspectam ha-
 beant tyrannidem, ac borealem, & ventorum
 fortiores nequeant tolerare excursus, sic
 ut paci & quieti præfatæ ecclesiæ vigilantius
 oporteat provideri: idcirco, reverendissimi ac
 metuendissimi patres, humiliter, quam possu-
 mus, vestris reverendissimis paternitatibus sup-
 plicamus, quatenus huius ecclesiæ pacem &
 quietem, jam per vos plusquam ad medium
 perductam, dignemini, rejecta omni æmulo-
 rum dissensione, ad perfectum usque perduce-
 re, auxiliante vobis sanctitatis vestræ congre-
 gationis auctore & conservatore Spiritu San-
 cto, qui cum Patre & Filio vivit unus Deus
 in sæcula sæculorum. Amen.

Datum Rothomagi die decimo octavo men-
 sis Julii, millesimo quadringentesimo trigesi-
 moquarto.

XCIV.

*Littera Imperatoris Romanorum ad idem
 concilium.*

*Sacrosancta generalis synodo Basileensi, &c. Joannes
 in Christo Deo fidelis imperator & moder-
 ator Romanorum Palæologus semper Augustus,
 salutem in omnium redemptore*

AD legationem nobis prius factam per ve-
 stras reverentias responsum dedimus per
 nostros ambasiatores ad vos transmissos, ad-
 hortantes easdem vestras reverentias ad fan-
 dimum opus unionis ecclesiarum Christi diu
 tractatum cum beatissimo domino papa Eugenio
 & prædecessore suo, & volentes quod tale
 divinum opus ad finem optatum perducatur.
 Interea vero præfatus dominus papa misit
 ad nos nuntium suum & secretarium vene-
 rabilem Christophorum Garatonum, concedens
 pro tali proposito, & permittens quæ nos
 prius petebamus & desiderabamus, videlicet
 quod fiat synodus pro dicta materia unionis
 in hac urbe Constantinopolitana: quem nuntium
 libentissime vidimus, atque vidimus & accepta-
 vimus illud membrum, quia nobis videtur
 maxime tendere ad perfectionem dictæ
 sanctissimæ rei propter causas vestris reve-
 rentiis relatas & manifestatas per nostros
 ambasiatores. Et multo magis libenter accepta-
 vimus, quia certificavit nos dictus nuntius,
 dictum dominum papam & vestras reverentias
 tam in hac re, quam singulis aliis, esse
 ejusdem voluntatis: quod nobis gratissimum
 est. Quare cum dicto nuntio prædictis nomi-
 nibus nonnulla conclusimus super dicta unio-
 nis materia. Et pro ultima conclusione & con-
 firmatione omnium gestorum cum nuntio an-
 tedito & pro complemento aliorum, & ut
 dictum sanctum opus Deo auctore incipiat,
 mittimus ad præfatum sanctissimum dominum
 Eugenium & ad vestras reverentias ambasiato-
 res nostros nobiles viros Georgium Dishypatum,
 & Manuelem Dishypatum, ejus fratrem,
 familiares & dilectos nostros, quibus in
 relatis super præmissis placeat dare plenam
 fidem.

Datum Constantinopoli millesimo quadringentesimo
 trigesimoquarto, die duodecima Novembris.

XCIV.

*Littera Ducis Sabaudia missa sacro concilio in
 lausonem domini Ludovici episcopi Lausanen-
 sis, lecta in generali congregatione die sabba-
 ti XIX. Maii MCCCXXXV.*

*Sacrosancta synodo generali Basileensi humilis &
 devotus ecclesiæ filius Amadeus dux Sabau-
 dia.*

HUMILI devotaque recommendatione præ-
 missa, adversario & hoste meo notorio
 domino Ludovico de Paludè & suis fautori-
 bus contra me dumtaxat exceptis, quibus me
 recommitto, licet ex generali doctrinæ sacre
 consilio injuriæ veniant ab injuriatis æquani-
 miter tolerandæ. Attamen non improvide ta-
 lis in hoc modestia servanda est, ut injuri-
 antibus ad corrigendum attentata postmodum in-
 juriæ innotescat, quos forsitan prius impetuosi-
 tas a tramite mansuetudinis deviarat. Confusus
 itaque de vestrarum reverendissimarum paterni-
 tatum benigna supportatione, conqueri compellor
 apud eas, hostibus seclusis, super eo
 quod superrime dilecto fideli scutifero oratore
 & procuratore meo ad hoc deputato Joanne
 Championis in conspectu vestro in ecclesia
 majori Basileensi; ubi (ut credo) debebat
 & debet sibi & omnibus servari totalis im-
 munitas, & plena securitas, personaliter con-
 stituto, post intimatam eisdem paternitatibus
 & parti adversæ, videlicet dicto domino Lu-
 dovico adversario & hosti meo ibidem tunc
 præfenti, appellationem justam a quadam præ-
 sentis sententiæ generaliter (ut fertur) in cau-
 sa ecclesiæ Lausanenensis, sicut placuit in fa-
 vorem dicti adversarii contra reverendum in
 Christo patrem dominum Joannem de Pringuio
 episcopum Lausanensem nuper lata, quæ uti-
 nam pro honore sacri concilii sine alio præ-
 vio moderamine & causæ maturiori justifica-
 tione, nunquam fuisset promulgata!) statim
 insurrexerunt quidam ex promotoribus, nec
 non procurator fiscalis, ac etiam procurator
 fidei, (qui tamen ut prudens, fuit aliis magis
 temperatus, licet urgeretur) & cum clamore
 valido petierunt, quatenus idem scutifer
 & procurator meus caperetur detineretur,
 & graviter puniretur, eo quod huiusmodi ap-
 pellationem intimaverat. Surrexerunt etiam
 innumerabiles alii cum clamore & strepitu pa-
 riter acclamantes: Capiatur, Incarceretur.
 Nec defuit aliud verbum violentum, nisi Ut
 crucifigeretur. Hostis insuper prædictus parti-
 culariter debitum suum hostilitatis, hoc idem
 vociferando, persolvit; in quo mihi quamplurimum
 complacuit, quia qualis erat & est apud
 me inimicum publicum meum se palam
 declaravit. Quod tanto moleste fero, quanto
 ipse prodiit ex vassallis meis: quorum meritis
 præteritis ex hoc & aliis operibus suis reddidit
 se indignum perpetuum. Unde super hoc quod
 in præfentia vestra clamitat se ex parentibus
 magnis (quorum aliqui defuncti sunt in pa-
 rentum meorum obsequio) traxisse originem,
 fateor verum esse hoc quod dicit, quia ex
 bonis & fidelibus parentibus ortus est, qui
 tam erga me, quam inclytos primogenitores
 meos, debitum fidelitatis firmiter exercuerunt.
 Utinam non fuisset nec esset idem adversarius
 de-

degener, contra me & justitiam meam atten-
tando: in quo eum divino & dominorum a-
micorum meorum auxilio non poterunt ipse
& sui prevalere: scio enim remedia mea qui-
bus utar loco & tempore contra ipsos. In
hoc autem quod allegat magnitudinem paren-
tum, allegat veritatem: sed non credat ali-
quis me non habere sine comparatione potio-
res se: Habes enim per Dei gratiam vassal-
los & subditos insignes in bono numero, du-
cali, marchionali, principali, comitali, baro-
nali, & banneretali dignitatibus insignitos ul-
tra vassallos. Cujus fallacis, asserentis me
ea que gesta sunt in praedicta causa Lausa-
nensi ignorasse, sed ea ex suggestione aliquo-
rum viritorum meorum processisse, credere
non debuisset, nec debetis. Habetis enim
de contrario argumenta notoria, videlicet li-
teras meas manu propria sigillatas & subscri-
ptas, ac frequenter oratores meos fideles,
quos non oportet in aliquo vacillare, he-
raldum tunica armorum meorum vestitum,
deinde reverendum in Christo patrem episcopum
Vexionensem, ac venerabilem doctorem
scholasticum Andegavensem, per vos ad me
nuper deputatos, qui sciverunt ex meo im-
mediato oraculo mentem meam in hac par-
te. Et nunc habetis efficacissimum meae volun-
tatis indicium in hoc, quod non per procu-
ratorem, sed in propria persona coram au-
thenticis personis appellavi. Miror qualiter &
quomodo vestrae reverendissimae paternitates
tot vicibus permisissent & permittunt se a
praedicto adversario & ejus filulis dulce ca-
nentibus sic decipi. Sed omnibus consideratis
non admiror; quia facies dealbata multos se-
cellerunt, atque fallunt. Non credebam tamen,
quod ad complendum uni monacho, justitiam
justi injuste auferre satagenti, maxime
ex actu ordinatissima justitiae, videlicet ap-
pellationis, debuisset in persona mei scutife-
ri & procuratoris sic offendi, & etiam in se-
dibus oratorum meorum praegravari. Non enim
sic turbari debuisset ex appellatione supra-
dicta: Est enim commune vulgare, quod cui-
cumque, cujuscumque status, etiam infimi,
licet pretestari, appellare, & etiam mendica-
re, & maxime contra me, qui me conscientium
alicujus offensae sacro concilio vel alicui ex
suis suppositis hucusque illatae non sentio: qui-
nimo ad profectum & augmentum ipsius con-
cillii vis possibilis tam erga sanctissimum
dominum nostrum papam, cujus sanctitatem
plus debito, sed Dei zelo, hac de causa fre-
quenter stimulaui, & nimis exasperavi, quam
erga principes consanguineos, confederatos &
amicos, cum omni fervore laboravi. Unde
praeter testem aeternum possunt (si velint in-
victi veritati) esse mihi testes reverendissimus
in Christo pater dominus legatus, abbas Vir-
tiliacensis, oratores Parisienses, & ceteri pri-
mordiales concilii, a quibus continuis preci-
bus commovebar, tunc quamplurimum appre-
ciatus, nunc vero post dilationem (sicut pla-
cet) vilipensus, contemptus, & mala pro
bonis adeptus: nescio enim unde fuit quod
supplicata per me, iterata & reiterata, vide-
licet, quod causa ecclesiae Lausanensis, que
mea fuit, est, & erit, aliquibus probis audi-
toribus peritis, & partibus non suspectis, com-
mitteretur via & ordine juris tractanda & dis-
sinienda. Nunquam potui obtinere quod etiam

Concil. General. Tom. XXI.

Auni Saraceno non fuit denegandum: nisi quis
sic placuit illi bono Ludovico, & suis fauo-
ribus satis mihi notis. Scio enim & fateor in-
dubitanter ipsi sacro concilio plures & plures
adfuisse & adesse dominos sapientissimos, ju-
stos, mansuetos, & pios; quibus praemissa at-
tentata tamquam iniqua displicuerunt, & disp-
licent, quos inde culpae nescirem, nisi ex
hoc quod alius partialibus forsitan ex metu vel
falsa persuasione consenserunt. Indulgere mihi
dignetur vestrae paternitates reverendissimae,
salvis adversariis, si in praemissis alicubi ex-
cesserim, quod tamen non credo, nec inten-
do ad displicentiam earum quidquam express-
isse, sed dumtaxat pro quiete & notitia men-
tis meae. Nunquam enim tranquillam dedissem
oculis meis dormitationem quousque tamquam
filius ad patres querimoniam meam protulis-
sem. Vestras paternitates reverendissimas con-
servare & adjuvare dignetur omnipotens ad
opus suum perficiendum.

Scriptum Rappalliae, die prima Maii, mil-
lesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

XCVI.

Littera Ducis Mediolanensis missa concilio in
Augusto, anno MCCCCXXXV.

Reverendissimarum paternitatum vestrarum fides
Philippus Maria Angelus, dux Mediolanen-
sis, item Papia Angleriaque comes, ac Jan-
nus dominus.

REverendissimi in Christo patres & domini
mei praestantissimi, cooperante gratia di-
vina, habeo nuper felicissima nova, victoriosa
& triumphante classe mea Januensi, que hos-
tilem armatam regis Aragonum apud Ga-
jetanum ex toto conflixit, captis (ut recitant li-
terae per me habitae) ipso rege & duobus fra-
tribus suis, videlicet rege Navarrae, & magi-
stro sancti Jacobi, nec non principe Tarenti,
duce Guesse, & filio domini Christophori Ga-
jetani comitis Feudorani, aliisque baronibus
secum existentibus, exceptis infante dom Pe-
tro, & principe Salerno, captis etiam navibus
& navigiis ipsius armatae, omnibusque gentibus
hostilibus, quae supra ea militabant. Hanc ideo
tam felicem divinamque victoriam statim reve-
rendissimis paternitatibus vestris intimare de-
crevi, ut cum omnes felicitates meae propriae
vestrae sint, mecum laudes altissimo agentes
inde letari & gaudere possitis, & continuo
meliora sperare, ad laudem & gloriam ipsius
qui piissimus est donator omnium gratiarum.

Datum Mediolani die vigesimo Augusti, an-
no domini millesimo quadringentesimo trige-
simoquinto.

Post superscripta certioratus sum per litem
proprias magnanimiti & gloriosi capitanei
E mei classis meae Blasi de Axereto, quod ultra
praenominatos reges & alios captos, etiam
captivi remanserunt dictus infans Arago-
num & vicereus Siciliae, filius ducis Guesse,
Menegutius del Aquila capitaneus lancearum
trecentarum, alique multi barones & nobiles
ultra quadringentos, & armigeri ultra mille,
& gens alia infinita ad milliaria. Capta praeterea
fuit tota hostilis classis, praeter duas
naves minores quae evaserunt. Consilius au-
tem fuit suus terrestris exercitus, qui contra
Gajetam militabat, captis lombardia & mu-
nitione.

R r

ditionibus quibuscumque. Denique pro majestatis divina clementia tanta fuit ipsa victoria, quod stupendum & mirabile dictu est. Ipsi laus, gloria, &c. Datum ut supra.

XCVII.

Copia Literarum Domini imperatoris Gracorum ad concilium.

Ioannes in Christo Deo fidelis imperator & moderator Romanorum Palaeologus semper Augustus sacrosancto generali concilio Basileensi salutem in eo qui est vera salus.

Venerabiles vestri ambaxiatores missi ad nos cum nostris ambaxiatoribus hic adfuerunt portantes nobis literas vestras. Ex quibus literis, & etiam relatione ipsorum, cum sapienter & clare exposuerint omnia sibi commissa, cognovimus & certi fuimus de optima dispositione ferventique desiderio quae ad opus unionis ecclesiarum Christi geritis. Pro quo & nos etiam ante plurimum laboravimus & studuimus & nunc studemus & diligentem operam facimus. Peracto etiam decreto quod factum est per vos super tali materia, etiam difficultates aliquae in eo repertae, & illis ostentae, per Dei gratiam remotae sunt, & grata nobis habuerunt remedia, ita ut uniti & concorditer remanserimus: quare per nostrum chrysolobum illa firmavimus & roboravimus, sicut de omnibus latius & particulariter vestrae reverendissimae paternitates à venerabili viro Henrico uno dictorum vestrorum ambaxiatorum scient, qui pro ista causa ad vos revertitur. Omnia igitur illa quae ad nos attingunt, & a nobis debeant fieri, cum multa diligentia usque ad finem Deo auctore facturi sumus: vosque rogamus ut similiter cum pari caritate & promptitudine ad hanc sanctissimam rem procedatis, & nihil deficiat de incumbentibus vobis: Specialiter vero plurimum & cum multa instantia vos petimus & rogamus de loco in quo meditata sancta universalis & oecumenica synodus celebranda est, ut deputetur & eligatur unus locus ex maritimis ut sine difficultatibus & incommodis magnus possint venire & conduci necessario congregandi ibidem, & maxime sanctissimus mihi dominus oecumenicus patriarcha, qui est senex, & continua infirmitate gravatus. Et praecipue hoc etiam petimus & rogamus propter sanctissimum & beatissimum dominum papam, quia caput est ecclesiae Romanae & occidentalis, & ejus praesentia est necessaria, & quamplurimum valet. Propterea (ut diximus) multum rogamus vos & precamur, ut circa hoc bonam diligentiam & deliberationem faciatis, nihilo minus non recedentes a gestis circa hoc & alia inter nos & vos.

Datum in urbe nostra Constantinopoli, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, die vigesimo sexto Novembris.

XCVIII.

Copia Literarum Domini patriarchae Constantinopolis ad concilium.

Joseph misericordiae divinae archiepiscopus Constantinopolis nova Roma, & oecumenicus patriarcha, reverendissimis cardinalibus sacrosanctae Romanae ecclesiae, & reverendis episcopis & omnibus aliis religiosis personis congregatis in sacra synodo Basileensi, dignam & concordentem salutem reddimus reverentis vestris cum sincera dispositione & caritate spirituali & amicitia.

Venerabiles vestri ambaxiatores, &c. ut in praecedenti littera, usque. Congregandi ibidem, & maxime propter me, qui senex & continuus infirmitatibus gravatus sum: & praecipue propter sanctissimum dominum papam, &c. ut in littera immediate praecedenti, usque ad finem.

Datum Constantinopoli, anno domini millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, die vigesimo sexto Novembris, apud patriarchium nostrum sanctae sophiae.

XCIX.

Copia Literarum Fratris germani domini imperatoris Gracorum.

Sacrosancta generali synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representanti, Constantinus in Christo fidelis despotus Romanorum Palaeologus salutem in eo qui est vera salus.

Literas vestrarum reverendissimarum paternitatum per venerabiles vestros ambaxiatores recepimus, quibus ex literis & ex relatione ipsorum ambaxiatorum de optima voluntate & promptitudine & ferventissimo zelo, quae ad hoc divinum unionis ecclesiarum Christi opus geritis, certificati fuimus: quamvis rebus ex ipsis factis intellexerimus ea. Quare vestram intentionem quamplurimum laudamus, & vestrarum virtutum condignam judicamus, cum non possit cogitari alia res, in qua vestrae reverendissimae paternitates suis viribus atque studiis uterentur rationabilius & laudabilius, quam in hac, quae ad communem Christianorum utilitatem & Christianae fidei incrementum spectat. Hortabantur etiam vestrae reverendissimae paternitates nos ut dictis vestris ambaxiatoribus auxilia & favores circa suum propositum, pro quo huc destinati sunt, grate adhibere velimus. Quod quidem licet ab omnibus Christianis veris debeatur, propter rei praesentis dignitatem, nos tamen ipsi magis hoc debere facere existimavimus, & per gratiam Dei plus quam debeatur intendimus super hoc laborare. Et propter hoc, quantum nobis possibile est, ut tale divinum opus ad suam optatum deduci possit & valeat, studuimus, & in futurum studebitus, & sic mirabiliter hujus rei desiderio tenti fuimus, ut vestras reverendissimas paternitates promptissimas in hac re existentes, cum maximaque diligentia procurantes prout prosequatur, & nos ipsi

poteremus iterum & rogaremus ut omnes difficultates velius ex medio tollere, & omnimodam diligentiam adhibere ad consummationem hujus divini negotii. Nunc enim multi tractatus & legationes ab utraque parte ad talem terminum cum gratia Dei devenerunt, ut non indigerent aliquo alio, nisi executione sola & progressu reali, & cum effectu. Et procul dubio confidimus, quod vestre reverendissimæ paternitates sic facient, & bono principio optimum finem apponent. Talem autem intentionem nostram, quam & multis aliis ex causis iustis habemus, & propter vestram petitionem multo clariorem & ferventior habemus, a venerabili Henrico Menger uno doctorum ambasiatorum vestrorum tatus B & particularius scient vestre reverendissimæ paternitates, qui eisdem paternitatibus & de aliis ad istud propositum attinentibus referet. Nos vero semper ad omnes honestas & rationabiles petitiones paratos esse & fore vestre reverendissimæ paternitates agnoscant.

Datum Constantinopoli, anno domini millesimo quadringentesimo trigésimoquinto, die vigésimosexto Novembris.

C.

Littera Ducis Frederici Junioris Austria missa concilio, lecta in generali congregatione die Martii 17. MCCCCXXXVI.

Reverendissimi ac reverendis in Christo patribus & dominis sacrosanctam generalem synodum Basileensem representantibus, universis eandem vestrarum reverendissimarum paternitatum mandatis obedire, &c. paratus Fredericus junior Dux Austria.

Reverendissimi reverendique in Christo patres & domini, litteras sacrosanctæ synodi Basileensis per venerabilem & circumspiculum virum dominum Joannem de Polmar, decretorum doctorem eximium, sacri palatii apostolici causarum auditorem, ac prædicti sacri concilii Basileensis oratorem, cum ea qua decuit reverentia accepi, una cum ejusdem auditoris legali relatione subséquuta. Ad que omnia tamquam humilis & obediens sanctæ matris ecclesiæ filius & princeps catholicus fatebar animum habere dispositum & inclinatum. Quia vero adeo noviter regimen & gubernationem principatum ac dominiorum meorum exto adeptus, restant adhuc certa jura per me expetenda, quorum aliqua ecclesiæ * Gurzen. ipsiusque castra, & me advocatum dictæ ecclesiæ, patriæ quoque principem ac protectorem contingunt. Qua de re, & propter alias causas utilitatem dictæ ecclesiæ potissime respicientes, præfato oratori vestro limpidius explicatas, expediens visum fuerat negotii hujusmodi executionem differendam, ipsosque super dicto episcopatu sibi adversantes, ad istas Austriæ partes convocandos sub spe peroptimæ pacis ac perficiendæ compositionis: & desuper reverendo in Christo patri domino Joanni dictæ ecclesiæ episcopo litteras meas transmittito de præfati. Quocirca paternitates vestras accuratius deprecor, quantenus præfato domino episcopo indilate adveniendi favorabiliter dignentur licentiam im-

Concil. General. Tom. XXIX.

parturi. Spiritus sanctus, in cujus estis nomine congregati, ad suæ sanctæ ecclesiæ unitatem vos feliciter dirigat & conservet.

Datum in Nova civitate die tertio mensis Martii, anno domini millesimo quadringentesimo trigésimosexto.

CI.

Littera Regis Aragonum Missa concilio, lecta in congregatione generali in vigilia pasche 7. mensis Aprilis MCCCCXXXVI.

Sacrosancta generalis synodo Basileensi, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representantibus, eisdem sancta ecclesiæ Dei humilis & devotus filius Alphonsus Dei gratia rex Aragonum, Siciliaque ultra & ultra Pharam.

Sacratissima synodo in Spiritu sancto legitime congregata, longum nos desiderium tenuit, ut solemnes ad vos oratores mitteremus. Quod profecto ut debitum fuisset, diu est executioni mandatum, nisi nos quemadmodum toti orbi notum est, præpediti fuisset. Hoc itaque tam sanctum propositum e manibus rerum maximarum quidam cumulus nexu pene indissolubili devinctus, non voluntas, quæ, teste Deo, semper ad hæc nobis ardens fuit, extoruit. Nunc autem quia nobis veridice relatum extitit, quanta cura, quanta solertia, quanta denique vigilantia impresentiarum incumbitis circa ea quæ ad ecclesiæ Dei reformationem, hæreticum extirpationem, & pacem inter sæculi principes componendam, maxime faciunt, & quemadmodum etiam toto peccore operam datis, ut non solum Bohemorum unio, quam Deo auxiliante acerrimis disputationibus, & indefessis in-

auditiisque laboribus procurastis, concludatur, sed etiam ut Græcorum reductio diu a Christiano populo maxima cum aviditate expectat feliciter fiat, non modo alacres, sed divino insuper (ut putamus) quopiam nuntio invitati fuimus, ut quamvis non simus ad hujusmodi rerum difficillimarum laqueis omnino expediti, vellemus ulterius morari laudabile illud diu mente nostra agitur propositum parere. Cupientes igitur tot & tantorum operum bonorum, quarum gloriosus est fructus, participes fieri, quod vos, qui in vinea domini assidue laboratis, apud æternum illum luminum Patrem & rerum omnium conditorem consecuturi estis, legationem nostram omni auctoritate insignem ad sacratissimum cœtum vestrum mittere decrevimus, ut si totius diei pondus & æstus non portavimus, saltem bonam magnamque ejus partem aliquam suslineamus, qua possimus divina clementia suffragante, cum his qui in operando primi fuerunt, efficaciter in ipsa vinea laborare, vosque pro viribus ad optatissimam illam ac felicem Græcorum adipiscendam reductionem juvare. Quam quidem tum ad divini cultus amplificationem ad ipsorum salutem & concordiam, tum ad vestri sempiternam memoriam immarcescibilemque coronam immortalitati perpetuo consecrandam, pernecessariam arbitramur. Jam autem delecti sunt viri illi, quibus hæc provincia est committenda. Litteras & nuntios præterea in omnes par-

R r 2 tes

nostras nuper destinavimus, ac alias etiam A
 noviter duximus destinandas. Quibus omnes
 reverendos & venerabiles prelatos plurimos
 que sacrarum literarum eximios interpretes,
 demum canonum ac civilis sapientie insignes
 doctores hortamur, & quantum in nobis est,
 compellimus, ut pro tam pio negotio facilius
 consummando brevi ad vos proficiantur: nec
 longa certe mora temporis contrahetur, quin
 nostra ipsa legatio, que ire propediem habe-
 bit, vobiscum sit. Simile quoque erit de his,
 de quibus supra diximus. Si quid autem aliud
 fuerit, quod pro Dei ecclesia vestrique stabi-
 litate & conservatione amplius facere poter-
 mus, illud gratissimo animo perficiemus.

Datum in nostra civitate Gajetę, die octa-
 vo Martii, anno a nativitate domini mille-
 mo quadringentesimo trigésimosexto.

Rex Alphonsus.

CII.

*Epistola Ducis Alberti Austria missa concilio,
 lecta in generali congregatione die Venetię 30.
 Martii MCCCCXXXVI.*

*Reverendissimi in Christo patribus ac dominis
 universis, in sacrosancta generali Basileensi
 synodo, in Spiritu sancto legitime congrega-
 tis, universalem ecclesiam representantibus,
 dominis & amicis carissimis Albertus Dei gra-
 tia dux Austria, marchioque Moravia.*

R everendissimi patres & domini amici ca-
 rissimi, devota recommendatione præ-
 missa, sanctum visitationis & reformationis
 opus in diocesi Pataviensi, & dominiis meis,
 reverendis in Christo patribus domino epif-
 copo Costantiensi provincię Rothomagensis,
 suisque collegis in Bohemiam legatis per sa-
 crum Basileense concilium, ad precum mearum
 instantiam devotam, injunctum pruden-
 ter, & revera multum accurate inchoatum. D
 continuatur in dies adeo feliciter, estque
 jam in multis locis patratum tam amabili-
 ter, quod omni dubio cessante in utroque
 statu factis & exemplis, ut opera eviden-
 ter demonstrant, uberrimus inde sequetur
 fructus. Assurgo igitur, Deo qui hoc san-
 ctum opus inspiravit, nec minus vestro san-
 cto cœtui, gratiarum actiones devota mente
 referendo. Petens denique humiliter, si for-
 te aliqui tam sancto operi tamque salubri
 non faventes visitationem & reformationem
 hujusmodi extinguere aut impedire conaren-
 tur, quod tales contra præstatam sanctam
 commissionem cum exauditionis affectu vel
 effectu non admittatis. Verum, patres reve-
 rendissimi, (ut sine circutione loquar) ve-
 stras certifico paternitates, quod in visitatio-
 nis & reformationis præmemoratarum profes-
 sione nihil aliud querit, nisi Deo præci-
 pue obsequi, & deinde personas visitandas
 a longo tempore (quod dolenter refero)
 multum collapsas, ad statum reduci conven-
 nientem. Nec est qui veridice dicere possit,
 quod in visitatione & reformatione prædictis
 alicujus lucrum seu commodum privatum
 quovis queratur modo. Recomendo me ve-

stra paternitatibus dignissimis cum proma ve-
 luntate in singulis complacendi.

Datum Viennę die octavo mensis Martii,
 anno domini millesimo quadringentesimo tri-
 gesimosexto.

EPISTOLÆ

DIVERSORUM AD DIVERSOS

DE CONCILIO BASILEENSI

B Aut de negotiis ad concilium illud spectanti-
 bus, tractantes, hic seorsum congestę, &
 juxta datas ipsarum, quantum ex ipsis ad-
 verti potuit, digestę.

CIII.

*Litera A Bohemis Consulibus civitatis Egreensis
 transmissa.*

*Honorabilibus & circumspicuis dominis & consulo-
 bus civitatis Egreensis magistris civium & con-
 sules majoris civitatis Pragenfis.*

S ervitium nostrum, juxta præsentis curius
 qualitatem, vobis circumspicuis & pruden-
 tibus amicis intimamus & notificamus, quo-
 modo omnes in una generali congregatione
 jam apud nos constituti domini milites, ter-
 rigentę honorabiles, civitates, & communita-
 tes seculares & spirituales, concorditer deli-
 beravimus, & finaliter in hoc manemus, quod
 ad concilium Basileense, tamquam ad publi-
 cam & securam audientiam, mittere volumus
 nuntios nostros spirituales & seculares, qui
 jam ad eundem transitum electi sunt & dona-
 ti. Avertat hoc Deus, ne bonum, quod diti
 desideravimus, & ad quod jam ostium aper-
 tum est, elato animo contemnamus: sed pa-
 rati simus, salvis tamen quibusdam assicura-
 tionibus, justitiam Dei omnipotentis, in quam
 nos locamus, coram omni Christianitate con-
 fiteri. Hac tamen conditione adjecta, ut eis-
 dem personis ad eundem transitum deputatis
 talis securitas procuraretur & donetur, ut tran-
 sire ad ipsum concilium, ibidem stare, & ad
 nos redire valeant salvi & securi, absque lesi-
 sione personarum suarum & honoris, & alia-
 rum rerum quarumcumque. Et ideo cum nun-
 tiis a concilio ad Nurembergam missis deside-
 ramus convenire in civitate vestra, ubi de mo-
 do assurationis & aliis necessitatibus nostris
 intendimus ore tenus loqui cum eisdem, quem-
 admodum ex literis eisdem nuntis per nos di-
 rectis, quantum copiam vobis transmittimus,
 hæc & cetera que ab eis petimus clare intel-
 ligere poteritis. Affectuosius instanterque ro-
 gamus, ut quemadmodum in hac re, que
 vergit ad laudem Dei, utilitatem communem,
 & pacificationem Christianitatis, exhibeatis,
 & vos, bono initio præmissis, impigre labo-
 rastis & perdurastis usque hæc, ita perdurare
 velitis; scientes quia merces promittitur inci-
 piens, sed perseverantibus exhibetur. Ro-
 gamus etiam, ut literas ipsas cum vestro nun-
 tio dirigere velitis Nurembergam. Etiam desi-
 deramus, instanterque rogamus, quatenus civi-
 tatibus seu oppidis subscriptis, Pilsen, Svvam-
 berg,

berg, Tenez, Blafvich, Schauflein, Babecem, Olbogen, & ceteris omnibus regis residentie parvis, literas vestras dirigere velitis, & cum eis praticare, ut nuntii nostri cum salvoconductu & aliis quibuscumque necessariis ita provideantur, ut ad nos, vel alium quemcumque locum ab ambabus partibus deputatum, secure accedere possint & recedere, quotiescumque fuerit opportunum.

Datum Pragæ, feria quarta post festum sancti Matthiæ apostoli, anno trigésimosecundo.

CIV.

Epistola Missa a Pragensibus ad nuntios sacri Concilii Basileensis in Nuremberga consistentes pro causa Bohemorum.

Venerabilibus & religiosis fratribus Joanni Nider priori domus predicatorum Basileensium, & Joanni Mulbrun ordinis Cisterciensis, nuntiis synodi Basileensis, fratribus dilectis, magistris civium & consules jurati majoris civitatis Pragensis.

Oblate pacis desideria amplectimur, cum fideli eorumdem ad vos & omnes Christi fideles reciprocatione votorum. Nam hoc summi & æterni Patris lex clementiæ postulat, ut quod nobis, id etiam nostris proximis rite optemus. Sane venerabilis Basileensis concilii dudum paginam pietatis oculatè verbis redundantem, & nunc vestram illi parem grata mente suscepimus, utpote benedictionis semina, uberem fructum in virtute patientiæ allatura salutem. Et quia non modo nobis, verum etiam & ita universo statui regni Bohemiæ utrimque scribitur, quamquam non omnibus, sed fortasse tantum nobis sit eatenus præsentatum: capropter vestræ honorificentie perinde eq̄ successivo respondemus, quod mox prima ejusdem concilii visa epistola, barones, proceres & nobiles, nec non clerum & communitates regni nostri scriptis & nuntiis nostris avivimus operose, quatenus dominica post festum beatæ Dorotheæ venturæ proxime ad civitatem nostram indilate conveniant, congruum, salubre ac finale super eadem felici materia daturi responsum; ut quod omnes concernit, etiam ab omnibus pariter & unanimiter comprobetur. Et quia tot & tantarum communitatum & personarum multitudo, tum propter locorum distantiam, tum etiam ob negotiorum ^{o veritate} veritatem & pondus, non valuit repente congregari; ^{o idem} quare honorificentie vestræ solertiam obnixè deprecamur, in conspectu præfati concilii nostræ prorogationis in respondendo, aut oratores idoneos, mittendo, moram non ex segnitie aut quavis alia negligentia, sed præmissis ex causis admissam excusare, & si commode fieri potest, in loco quo nunc estis, usque ad diem cathedræ beati Petri proximum, ^{o laud} fidele & (speramus) caritativum præstolari responsum literarum nostrarum bajulis, & nuntiis ad honorificentiam vestram, quoties fuerit opportunum, dirigendis assecurationem sufficientem, ut tute queant ad vos accedere, ac in urbe vestræ nunc mansionis demorari, & ad propria reverti, salvis personis, fama & rebus, procurare dignemini. Nam & nos

A nuntiis vestris, quos ad civitatem nostram Pragam duxeritis transmittendos, de pari forma assecurationis providere præsentibus pollicemur, ut mutue voluntates & promptius & facilius possint partibus utrique deferri.

Datum Pragæ, quarta feria ante festum purificationis beatæ Virginis gloriose.

CV.

Alia Epistola ab eisdem Pragensibus consulibus civitatis Nurembergensis transmissa.

Prudentibus & circumspèctis viris magistro civium & juratis consulibus Civitatis Nurembergensis magister civium & jurati consules civitatis Pragensis.

Admirabilem servitutem juxta temporis exigentiam vobis, prudentes & circumspècti amici, præmittentes, notificamus quod triplicatas literas a sacro Basileensi concilio cum ea qua decuit reverentia nos recepisse noveritis. Sed quia talis legatio insignes non solum nos & communitatem civitatis nostræ, sed etiam universos & singulos manentes, nobiles, barones, milites, clientes, terrigenas, civitates & communitates parti nostræ adherentes tangit, concernit: quamobrem præfatas literas nobis (ut præfertur) a sacro concilio præsentatas, divina favente clementia, in nostra generali congregatione, qua proxima dominica post festum sanctæ Dorotheæ nunc ventura nostra in civitate celebrabitur, coram omnibus tam secularibus quam spiritualibus notificare ac publicare intendimus: & quidquid rei ex unanimi omnium consensu fuerit in eadem materia decisum, præfato sacro concilio ac vobis per nostras literas, quantocius potuerimus, intimare curabimus.

Datum feria quarta ante festum purificationis.

CVI.

D Reverendo in Christo Patri domini & L. Episcopo Lausanensi domino suo singularissimo.

Reverende pater & domine mi honoratissime, omnimoda recommendatione præmissa, præsentibus adjunguntur deliberata ecclesiæ Gallicanæ in concilio Bituricensi: ubi perdigeste examinatum est negotium, visis facultatibus felicitis recordationis domini Martini, & approbationibus domini nostri Eugenii, ac literis directis Bohemis, nec non & instructionibus vestrarum paternitatum per sacrum concilium vobis datis, iter arripiente ad urbem: fueruntque duo juristæ & unus theologus deputati in dicto concilio Bituricensi, qui defenderent partem concilii generalis, ceteris omnibus pro dissolutione arguentibus, & nihil de apicibus jurum divini vel humani credo utrobique prætermisum: & tandem, nemine discrepante, omnes in unam convenerunt sententiam articulatim descriptam. Sed quia rerum Veneticarum & guerrarum occupatio multos impedivit, nec deliberatorum executio plena potuit fieri, maxime cum dominus cancellarius Franciæ, & alii regis consiliarii irent Divionem, cum quibus partim viam peregi, & die Jovis in cena domini

min hanc civitatem intravi; ea propter, quia A
pariam est deliberare, nisi deliberatorum ex-
cutis sequatur, ante discessum ex Bituris u-
nanimiter elegimus dominum meum Aurelia-
nensem episcopum, utriusque juris doctorem,
regisque consiliarium, qui praeiis omnibus
interfuit, & laudabilissime se gessit, concilio-
que devotissime afficitur, & hic debebat ire
ad regem pro executione praetacta. Idemque
praefatus dominus Aurelianensis & ego serio-
se in Ifolduno sabbato in vigilia Ramispal-
marum locuti sumus cum domino cancellario
Francie, & quibusdam aliis regis consiliariis,
deliberata a nostris eis referentes, & illa gra-
tissima habuerunt. Sed circa executionem ni-
hil agi potest, donec post regressum eorum
de tractatu pacis, quam annuat altissimus: &
ut ea exprimat plena, quae spero secutura,
non veniet credo in recidivam quaestionem,
si concilium est celebrandum * vel ne Basile-
za, & ad statum, quia hec conclusum est:
sed credo, alia fiet conventio praetorum
Galliae in loco huic vicino, ubi agetur de
tractandis in concilio generali, & necessariis
ecclesiae Gallicanae; & inde omnes progred-
ientur ad concilium Basileense. Unicors enim
Bituris fuit sententia, quod sufficiebat ibi ec-
clesiam Gallicanam firmare cum concilio inevi-
tabiliter Basileza celebrando. In reformatio-
ne enim universalis ecclesiae multae particula-
res tanguntur: & si expressa ibi fuisset practi-
ca reformationis, fortasse adhuc fuisset disolu-
tioni. Et si Rex pacificus pacisque auctor pa-
cem inter regem & dominum meum Burgun-
diae propitius misericorditer tribuent, quod
largiatur ex miserationibus suis, quarum non
est numerus, tunc ecclesia Gallicana necessa-
rio solemniter conveniet: sed non est dubitan-
dum quod ista conventio fiet breviter, & ad
gloriam concilii generalis, & existentium in
eodem. Electus sum ire ad urbem in contra-
dictione mea multa, ignorantiam, inexpe-
rientiam & aetum, qui contrarius multum est
corpori meo, opponens: sed vicus instantia
onus accepi. Nec universae aut Gallicanae ec-
clesiae personam meam instructuofam detuit de-
negare. Hac pollicitatione per me ultronee
praemissa, quod nunquam translationem aut
promotionem quamcumque procurabo, aut in-
jectam acceptabo. Conclufa praedicta parla-
mento regio & singulis universitatibus ac pra-
latis obedientiae regis transmissa sunt, ut om-
nino omnes firmati sint in conventionem futura
ecclesiae Gallicanae; & si quisquam vellet su-
scitare querelam, respondebitur. Actum est,
ne agas. Magister Joannes de Monte magister
in theologia, canonicus Leodiensis, domini
nostri papae cubicularius, bullas ex parte ejus-
dem mihi praesentavit translationis concilii,
ubi mihi mandatur pro me & provincia, tam
pro exemptis quam non exemptis, ut loco & E
tempore concilio translato intersumus. Praesen-
tavit etiam unum breve sub signo Piscatoris:
nec non & literas quorundam dominorum
cardinalium in dissolutione nominatorum: &
concludebat sanctam & necessariam dissolutio-
nem, & quod eum dirigerem in agendis.
Respondi quod tota intentione serviam papae,
erogum adjutor sui papatus, & ad conservan-
dum regalia sancti Petri in ejus personam, ut
mea professio & immediata subiectio exige-
bant: sed re conclusa concilio generali in con-

concilio ecclesiae Gallicanae, quod inevitabili ne-
cessitate celebrandum est, nihil possem agere
fructuose, nec mihi esset honestum dirigere
eum contra deliberata mea propria: & ideo
de directione mea non consideret, & scribam
quod apud regem non proficeret; unde plu-
rimum turbatus est, & etiam scripsi aliquibus
praetatis, per quos debet transire, & credo si-
mila inveniet responsa. Exposui etiam eidem,
quod quidam domini cardinales in dissolutio-
ne nominati, concilio de praesenti adherent,
visa facti necessitate: & quod in facto cir-
cumventi assensum dissolutioni praebent,
nunc veraciter informati eandem dissolutio-
nem revocant. Suasi insuper celebrationem
concilii domini nostri papae honori accedere,
tantis auctoritatibus & maxime sua approba-
tione laudabili approbati, & cum de fide a-
geretur & discrimine Germaniae, ipse fidei do-
ctor & Germanus non debebat in propositis
persistere. Relatum est domino cancellario
Franciae, mihi & aliis, quod quidam amba-
siatores regii, qui nunc in Urbe fuerunt, ha-
bitis promotionibus aut eidem promissis, se
fecerunt fortes quod rex dissolutioni adhaere-
bit. Sed dominus cancellarius mihi promisit
solide stare & repellere clavum clavo dictis
ambasiatoribus. Ego etiam non timebo, sed
exaltabo vocem super testa, dum locus ade-
rit: & spero quod dicti ambasiatores satis de-
liberabunt quomodo rem conclufam in novam
deducant quaestionem: quia munera sumpta li-
gant, omnesque sequuntur munera & retribu-
tiones. Si non fallor, expedit, immo & neces-
se est, & concilio generali plus utile, teste
Deo non dico ex laude mea, quod hic rema-
neam, quam quod vadam ad concilium. Fron-
te enim aperta resistam in facies ditorum am-
basiatorum: & ideo hic decertando pro con-
cilio, placeat eidem me habere pro praesen-
te. Etiam si me oporteat ire ad papam, sar-
cinulas parare & injuncta expedire opus erit.
Major mihi quies esset concilio adesse quam
aetivo tempore equitare ad Urbem: & major
fuit mihi expensa in via, quam fuisset in con-
cilio: sed nec personae nec huius parcam.
Idem magister Joannes de Monte responsa
mea intimavit papae per proprium nuntium,
qui abhinc Veneris post pascha iter arripuit.
Scripseram etiam dominis meis Rothomagensi
& Arelatensi deliberata ecclesiae Gallicanae an-
te pascha, ut nota esset conclusio in Urbe.
Salva correctione sacri concilii, credo quod
expedit cum multa mansuetudine tractare do-
minum nostrum papam, qui caput est eccle-
siae, & depresso capite arida vel instructuofa
manent membra. Concilium enim coepit a mo-
destia, & semper modestius agere poterit.
Haec pro tanto dico, quia idem magister Jo-
annes causam dedis loquendi. Sed respondi
quod ecclesia non est sicut synagoga ad Fi-
lium Dei, qui bona opera operatus est, &
propterea voluerunt eum lapidare. Nec est si-
cut de Joanne XXIII. cum vita ejus sit
commendabilis, & sine exceptione quacum-
que. Agebat insuper idem magister Jo-
annes de translatione concilii ad Avinionem.
Aulum praebetur Bohemis dicere ecclesiam
a sua facie aufugisse, & panis ibi carissimum
esse, cum pro victa hominis, pro pa-
ne dumtaxat, necessarii sint viginti floreni
aut papales, locufque Avinionensis inter re-
gnum

* forte, Basile-
za, & ad statum.
& an Basile-

Nota quod ait
magister Joannes
de translatione
concilii ad Avin-
ionem. Ego
autem sic vixi
exceptione ef-
fectu commendabi-
lium.
* forte, vult
id.
* forte ad ver-
bofque.

gnum Franciæ, Delphinatum, & provinciam Provinciam, struetur & intercludatur, quæ dominia sunt regis & sanctorum federatorum; & sic non esset adversitatibus regis tutus accessus: quibus etsi daretur litera de salvoconductu, opponerent quod per tales literas se capitalibus crederent inimicis. Instabat saltem quod transferretur ad Bisuntinum, cui ante factam pacem cum rege respondi, quod regi & suis idem jus & prius competeat exceptionis. Facta vero pace inter regem & dominum meum Burgundiæ, Anglici fortasse Bisuntinum declinarent, flumine interea carebat notabili civitas Bisuntii, quia etsi flumen habet qualecumque, inter flumina non nominatur per scriptores, quia Sagonam intrat, & Sagona Rhodanum, Rhodanus autem mare, & ideo Rhodanus pro flumine sumitur, Sagona vero non, vel aliæ aquæ labentes & eam intrantes. Finaliter instabat de civitate hac Lugdunensi, cui representavi eandem rationes militare, quæ in Avinionensi militabant. Est enim hic maxima caristia, & major speratur in annata futura propter sara congesta. Probavi etiam ex chronicis, quod locus quantumcumque solemnus, & in situ fertili positus, sæpe fuerat a conciliis generalibus improbatum: & ideo nec civitas Bisuntii, nec Bononiensis nominari meruerunt; probans Bononiam hono nullam. Hec reverendissimis paternitatibus vestris sic seriose scribere curavi, nolens his verbis fatigare concilium, nolens meum vestras paternitates latere intentum: aut rem gestam tacere, vel exprimens concilio, propriam gloriam querere apud sacrum concilium de affectu ejusdem. Et expediret, si non fallor, ut nova mihi scribantur sæpe concilii, quia ad me frequentius venerint consiliis. Dominis meis legato Constantiensi, Cisterciensi, Wetzlicensi, & ambasiatoribus Sabaudie, quando opus erit, præmissa poteritis exponere: & si placet, mandetis responsionis effectum vobis factæ, & quales invenistis faventes in Urbe, ut intelligam qui sunt de veris fratribus. Me ipsum vestra reverendissima paternitati ad vota offerens & mandata, in domino precor diu & feliciter cum valere. Præterfissa die vigesimo octavo Aprilis.

CVII.

Epistola Legati Imperatoris Romanorum ad eundem, quem legatum jusserat omnes nobiles Bohemia convocare.

Domino Sigismundo Romanorum imperatori Protha Czabolovicz, Arnestus de Vulassym.

Serenissime princeps & invictissime Cæsar domine mi gratiose, servitium nostrum vestræ serenitati semper præmissum. Serenitatem vestram scire cupimus, quod illam legationem nobis per serenitatem vestram injunctam executi sumus ad omnes barones, milites, terrigenas & civitates Bohemiæ in communi juxta concilium illorum, prout nobis vestra majestas mandavit. Super hoc ipsi nobis tale dederunt responsum, quod volunt ad vestram serenitatem in die assumptionis beate Mariæ virginis ad Ratisponam cum plena potestate & responsi barones & terrigenas, &

A de civitatibus aliquos destinare, quia pars eorum tota & cum Joanne Czaplione sunt simul uniti & concordati super illis quatuor articulis: volentes ut & alii cum ipsis ad idem se submittant, & in unitate sint. Videretur ergo nobis & aliis probis hominibus, quod vestra serenitas in illo termino apud se auditorem, & alios de concilio Basileensi ad hoc necessarios habere dignaretur. Nam si cum ipsis pro hujusmodi articulis poterit fieri concordia, non intelligimus aliquas alias difficultates. Et ecce transimus cum domino de Rosenbergo per eandem viam, per quam huc venimus, sperantes apud eum ipsum auditorem invenire. Volentes etiam cum consilio domini de Rosenbergo super istis negotiis conferre. Petimus ergo vestram serenitatem, nolite nobis ad malum imputare, quod paululum deviamus, & quod ita cito venire non possumus, & tamen festinabimus: venientemque ad vestram serenitatem, de aliis rebus plenius informabimus serenitatem vestram.

Datum Præge feria secunda post festum sancti Procopii.

CVIII.

Epistola communitatis civitatis Pilzæ de vltima Bohemorum, & quomodo res gesta sit ab eis.

Honorabili viro domino Nicolao ordinis fratrum Minorum custodi, & Procopio Segel amicis nostris carissimis, concilium & communitatis civitatis nova Pilzæ.

Servitiis nostris præmissis, amici nostri carissimi, bonas ac jucundas novitates vobis annuntiavimus, quod omnes inimici nostri contriti & prostrati sunt, sicut sacro concilio & imperiali majestati ista in scriptis dirigitur enarranda. Processus autem bellis fuit. Cum enim utrique castra ex adverso metati fuissent, exercitus Hussitarum multum de bombardis majoribus & minoribus castra nostrorum vexabant & perturbabant. Populus autem communis clamabat, contra barones murmurans & dicens, Ut quid ita inaniter vitam perdimus, & interficimur, & tempus vane consumimus? Progrediamur contra illos, melius est nos pugnando mori, quam ita miserabiliter perire. Tunc assurgentes barones & capitanei nostræ partis disposuerunt se, ordinarunt acies, & processerunt ad pugnandum. Cumque iniret hora certandi, & acies contra se procederent, nos vero ordinati eramus retro in parte posteriori, tunc nostræ acies (secundum quod ordinatum erat) terga verterunt; fugam fingentes, ita quod nos, qui eramus in cauda in parte posteriori, fuimus in capite a parte anteriori, Inimici autem hoc videntes, videlicet nos terga vertisse, concrepantes buccinis, clamabant horribiliter magnis vocibus: Confurgite, confurgite, & insequamur, ecce enim fugiunt. Et sic omnes adversarii confurgentes de suis castris & turribus egressi equestres & pedestres non sunt insecuti. Nos autem, qui eramus in parte posteriori, videntes quod se a suis castris & turribus elongaverunt, assurgentes in nomine domini, cujus causa agebatur, aggressi sumus eos a tergo, & in-

& interceptimus eorum regressum ad eorum castra & turres. Alii autem barones & nobiles cum omni multitudine consurgentes a parte anteriori, invaserunt eos unanimiter quasi vir unus. Et sic ante & a tergo eos tamquam manipulos dejiciebamus, cadentes, quamvis multi reddebant se & reddidissent captivos. Non erat tunc tempus captivandi, sed interficiendi solum. Etiam aliqui per nos captivi, extrahebantur violenter de nostris manibus, & interficiebantur. Et sic per hunc modum, domino Deo nos procedente, omnes inimicos prostravimus, paucis evadentibus. Pro qua victoria sit Deo laus & gloria in secula. Omnes currus eorum, omnes bombardæ, omnia instrumenta bellica, omnia arma defensiva ablata sunt, quia omne ibidem reliquerunt. Noveritis etiam, quod domini barones stant in campis cum valida potentia, nec recedere intendunt, quoadusque inchoata ad finem deducant. Imperialis vero majestas solemnem ambasiaram direxit ad eos, videlicet dominum * Purcham, & dominum Ernestum, & alios quamplures, ita quod illa ambasiara multa bona sperabitur. Etiam vobis, ut scitis, insinuamus, quod dominus imperator scripsit nobis, quatenus plures de concilio & de civitate debeamus venire ad suam serenitatem, sed due causæ nos retrahebant. Prima, timor inimicorum, qui semper minabantur nobis, quod si victoriam habuissent, omnibus modis volebant ad nos redire, & in toto nos delere. Nostra autem intentio semper fuit, libentius velle mori, quam ipsis subijci. Sed indefinenter Deo gratiarum actiones referimus, quod nos de manibus horum liberavit. Secunda causa adhuc nos impedit. Quamvis jam elegerimus eos, qui debeant adire præsentiam domini imperatoris, defuncti tamen expensæ & impensæ, quia non possumus inter nos conquirere tantum de pecunia pro expeditione illorum, & stipendiarii pro majori parte confurrexerunt contra nos, moventes de stipendiis a multis annis retentis. Et sic illi repetunt stipendia & damna, & nos sumus in penuria magna. Ergo, amici carissimi, circa imperialem majestatem & sacrum concilium laboretis, quatenus nobis impendant subsidium, quo modicum ab oneribus debitorum in parte liberari possimus.

Datum in nova Pilzna feria tertia post festum corporis Christi.

CIX.

Litera Missa domino Cardinali legato per quemdam civem Nurembergensem de interemptione Taboritarum & Orphanorum.

Reverendissimo in Christo patri & domino domino Juliano, miseratione divina sancti Angeli cardinali, apostolica sedis legato, domino meo singulariter gratioso.

Reverendissime in Christo pater & gloriosissime domine, exultet sacrosancta synodus, gaudeat cunctus populus Christianus, lætetur & præcipue animus vester de tam celebri & felici victoria, quam dominus Deus exercituum suis Christicolis contra hostes benedicti nominis sui misericorditer concedere dignatus est. Noverit igitur vestra reveren-

tissima paternitas, quod die dominica proxima post festum corporis Christi, barones regni Bohemii, civitatis antiquæ Pragensis & aliorum fidelium fulciti præsidio, cum Taboritis & Orphanis campestribus in virtute altissimi bellum aggressi sunt; & per totam dominicam & noctem sequentem prælia continuando certarunt, & die Lunæ hora tertia diei bellum pro parte nostra, auctore domino, feliciter terminatum esse dignoscitur. Et ceciderunt de parte Hussitarum universi campestres numero tredecim millia. Inter quos interempti sunt ille Zapko capitaneus, & Propocius & Lupus presbyteri seductores nequam, & 700. capti existunt carceribus mancipati: & de parte nostra, quam altissimum conservare dignatus est, perierunt dumtaxat ducenti: quibus clementia salvatoris dignetur misereri. Ceterum, reverendissime pater, dirigo magnificentie vestræ copias duarum literarum vulgariarum materiam belli prædicti continentium, ut in illis eadem magnificentia vestra nedum dulciter recreetur, sed & hæc nova verissima intimet domino meo singularissimo domino auditori, ut & sinceritatis suæ integritas gaudeat feliciter in domino, cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Scriptum Nurembergæ in octava festi corporis Christi, anno &c. trigésimoquarto.

CX.

Epistola cujusdam Capitanei de vitiis Taboris.

*Nobili & strenuo militi domino * Kulbuzno de * Cuius Druha.*
Durissimæ fratri meo dilecto.

Obscquis præmissis, frater carissime, notifico vobis, quod regratiantes Deo bene valeamus, & Taboritas hodie cum Dei adjutorio & meritis sancti Venzelai prostravimus, & damnum modicum de parte nostra percepimus, & de Taboritis magna multitudo interfecta est, sed illorum numerum qui in loco remanserunt nescimus: quia a loco conflictus statim ulterius recessimus, & captivos plures adduximus. Et de equestribus aliqui majores, sed tamen pauci, fugerunt & evaserunt. Et illa strages facta est inter oppidum Gursim & inter Brodam in illa planitie. Piltznenfes aciem duxerunt, & primi aggressi sunt eos, & directo tramite recesserunt cum curribus & familia mes, sicut boni & probi sine intermissione & retrocessione. Propterea, frater dilecte, istis auditis, istam stragem notificetis principibus. Et si poteritis aliquem expedire ad Casaream majestatem, illa serenitati suæ notificetis sine intermissione & mora. Et etiam si juvenis ille nuntius Zapko venit, expeditis ipsum Karelstain, & abiande requirens ubi fuerimus, veniat ad me, ubi campum vel castra posuerimus. Etiam ulterius nuntium ad vos expeditsemus, sed expectavimus & retinuit nuntium, volentes qualem finem consequeremur. Idcirco credimus & confidimus illud, quod in primis literis post cenam scripsimus, quod hæc facietis. Et ulterius etiam sinceriter rogo, si aliqui de meis furtive recedentes a me ad domum veniant, quod ipsos castigabitis, sicut in prima litera scriptum est vobis. Et de

*Peru. de
ca. videtur.*

geu-

gentibus armorum nunc copiam habemus & a validam multitudinem, & plures semper veniunt in unum. Et nihil aliud intelligimus, nisi quod omnes civitates subdentur nobis. Et cum istis vos Deo recommendamus. Orate Deum pro nobis, & nos pro vobis.

• Brodas & Cofya.
• Demcho de Droska red-
dem in Pa-
Refection.

Datum inter • Priden & Kurfym jam post consilium factum in sero, dominica post festum corporis Christi.

• Stenko de Durisiba residens in Timbor-
stab.

• CXL

*Epistola Bohemorum Ad Christi
fideles.*

Universis & singulis Christi fidelibus, regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, civibus, & omnis status & conditionis hominibus, barones, nobiles, milites, clientes, rectores communitatum, praefecti urbium, iudices, consules, jurati, cives, totaque communitas Bohemiae gentis, in regno Bohemiae pariter & marchionatu Moraviae constituti, divinarum veritatum cognitionem, dilectionem & observantiam salutarem.

Epistola huc
perfectionem
est haereticorum
errores
omnino ab
ecclesia catho-
lica damna-
tur.

Cum unigenitus Dei Filius, qui est aeternaliter in sinu ejusdem Patris aeterni, descendisset in terras, locum non mutans, & majestatem non minuens, sed humanam assumendo naturam, multifaria salutis vitae documenta ore, manu ac manibus contradidit: de quorum revera numero ista quatuor insignia suis ad imitandum discipulis & exemplari conversationi reliquit: quorum sic de dignitate primum est, ut divinitimum corporis & sanguinis ejus sacramentum per ministros ecclesiae fidelibus ministraretur. Secundum, ut verbum domini libere, publice, & veraciter per eos, quorum interest, praediceretur. Tertium, ut civile dominium, velut lethale virus, auferatur a clero. Quartum, ut publica & potiora crimina per legitimas potestates a plebibus fidelium extirpentur. Has profecto infringibiles veritates, promotivas fidei, roborativas spei, auditivas caritatis, regulativas vitae, nec non procurativas sempiternae salutis, humiliter amplexantes, juxta virium nostrarum modulum gratanter suscepimus, studiosè prosequimur, prosequi quoque intendimus, quousque fides concludatur cum vita: ut ad illarum agnitionem, amorem, & observantiam fidelem, etiam a principio jugiter affectavimus, & nunc accuratius omnem Dei populum affectamus venire. Unde non parcentes sumptibus, laboribus, expensis, plures per nonnullas Christianitatis regiones epistolas solidis scripturarum auctoritatibus eisdem virtute fulcientes transmisimus. Nihilominus visitavimus Christianissimum principem nunc magnificum Fridericum marchionem Brandeburgensem, nunc illustrem regem Poloniae, & ad serenissimum Sigismundum Romanorum ac Hungariae regis instantiam, nobis per spectabiles legatos ipsius significatam, pridem in Presburg, & nunc in Egram civitatem imperii venimus, omni nisu ubique instantes, ut nobis in concilio ecclesiae generali audientia publica, libera, secunda & caritative procuraretur, su-

Concil. General. Tom. XXIX.

per articulis hinc praedictis, quatenus publice, palam & manifeste in totius conspectu concilii illos quatuor salubres articulos, quos pro fide tenemus, manifestare, dilucidare, declarare, adstruere, justificare, probare & defendere scripturis sacris, beatorumque doctorum sententiis, in eisdem scripturis vere, & inevitabiliter fundatis, libere, omni impedimento secluso, valeamus. Et quod tota una nobiscum Dei viventis militans reformetur ecclesia in capitibus suis pariter & membris, juxta sacrae scripturae doctrinam, Qui nimirum rex, principum, episcoporum, procerum, & doctorum communicato consilio, respondit quod ista limitatio audientiae & reformationis ecclesiae derogaret libertati & privilegio concilii generalis, supra omnem legem eminentis: sed quod nos, illis limitationibus & declarationibus nostris ex divina lege & sanctorum doctorum sententiis omissis, stemus in his omnibus determinationi & definitioni ipsius concilii. Quod profecto nos merito, rationabiliter & rite reputantes illicitum, & prorsus indignum, ut videlicet divinas veritates justificatas in semetipsis humanum iudicium arbitrium, & salvet aut solvat pro sua voluntate: quod utique interdum, solida veritate relicta, opinionem sequitur, seque ipsam nunquam fallere contigit, & falli. Et quod illi earum veritatum & nostri sint iudices, qui illas, divino postergato timore, tamquam errores notorios, & nos propter observantiam illarum veluti erroneos, inconsulte, perperam & temere judicantes damnaverunt inique, ut sic inimici ac nostri hostes sevisimi in nostrum exterminium aspirantes sint iudices. Quod revera sana vetat ratio, divinaeque & humanae leges abhorrent. Idcirco ipsis in hac parte nolimus neque intendimus consentire. Sed hoc praesertim optavimus & (ut aequum & justum est) jugiter optamus, ut divinarum scripturarum rectissima & infallibilis regula per justissimum iudicem, justitiam & veritatem diligentem, derelicta in terris, quae nec fallere potest, nec falli, in medium concilii proferatur, & beatorum doctorum (ut praefertur) sinem, & juxta illam eorundem articulorum & nostra rectitudo aut obliquitas poterit comparari, & consequenter rectificari, aut approbari. Sed hoc ipsi nullatenus acceptare voluerunt. Hanc justissimam aequitatem per nos illis oblatam vestra quaesumus dignetur pensare industria, nec non partis adversae de superba ignavia timore contumaciam arrogentem, qua se supra se enormiter erigentes, nituntur sibi subicere non modo omnes Christianissimi principatus, regna & dominia, sed etiam infringibiles divinae veritatis doctrinas, domini nostri Jesu Christi morte veraciter confirmatas, juxta suum libitum trutinando & judicando variare, ita ut quod nunc per Christi fideles vere creditur & fideliter observatur, tandem eorum arbitrio tamquam error & superstitio totaliter declinetur, sicque Christiana fides non in petra solidissima, sed in arena mobilissima fundabitur, quotidianae subiecta ruinae; & verba Christi perenni firmitate fulcita, ita ut calum & terra facilius transeant, quam ipsius commutentur sermones, veluti lecti opertorium, ipsorum mutabuntur censura. Sed quid hac temeritate stultius? Quid hoc errore nequius? quid hac peste perniciosius potest inveniri? Ipsi quod dixi-

Volunt inepet
legis concilio
prohibere.

Sf mus

Wm. J. J. J.
non fuit app.
notum?

mus judicate, pensate, attendite, obsecra-
mus, universi & singuli Christi fideles, si isti
episcopi sedes episcoporum juste & dignas oc-
cupant, qui illis vita & moribus totaliter ad-
versantur. Illi quippe per orbem terrarum
pamos & contempiti a populo migrantes, ve-
ritates dominicas cunctis populis, tribubus &
linguis fideliter nuntiarunt, easdem propria
more firmantes: isti purpura vestiti & bysso,
gloriosi in populo, canes muti effecti, in ca-
stris & urbibus tranquille resident, & easdem
veritates etiam aspernantur audire, ac prop-
ter earum observantiam fidelem fideles spo-
liant fama, vita & rebus, non per se, quia
cubant cum scortis, sed per crecentis crucis e-
rectionem, fasculare brachium in occisionem
fidelium fallaciter concitant. Illi, relictis
omnibus mundi divitiis, omni virtute ornati,
in paupertate & jejunio dominum sequeban-
tur: isti urbium, castrorum, praediorum & re-
gionum possessiones, viri divitiarum insti-
tuti, pleni vitis, non Christum humilem in
contemptu, sed superbissimum satanam in pom-
pa & fastu carnisque voluptate sequuntur, a
quibus, utpote pseudoprophetae, attendite,
suadet ipsa Veritas increata. Et si illi, ut pro-
ponunt, cum exercitibus suis validissimis re-
gnum nostrum invaserint, usque ad interne-
cionem (ut asseritur) demoliri cupientes, nos
in altissimi virtute, ejus causam prosequi-
mur, habentes fiduciam, vim vi cogemur re-
pellere, quemadmodum omnes leges & om-
nia jura permittunt. Quae omnia justa & ra-
tionabilia superscripta vos viri illustres & no-
biles animo diligenti pensate, & catholice dis-
cutite, si in adiutorio sceleratorum hujusmo-
di clericorum, & temerario ac erroneo usu
de veritatibus omnipotentis Dei sententiam,
in voluptatibus hujus saeculi & meretricio si-
cut in sterquilino jacentium, vestras animas
corpora pariter & personas in bellicosis peri-
culis salubriter morti exponetis, contra justis-
simas per nos vobis crebro oblatas Christi Je-
su equitates.

Datum sabbato in vigilia beatae Mariae Mag-
dalene, sub sigillo communi omnium adha-
rentium evangelice veritati, circa limites re-
gni Bohemiae, anno domini millesimo qua-
dringentesimo trigesimo primo.

CXII.

*Alia Epistola per Egreenses missa nuntius concilii
Nurembergae existentibus.*

*Devotis & religiosi in Christo patribus & do-
minis, domino Joanne Nyder priori domus
Praedicatorum Basileensium, & domino Joanne
de Mulenbrun, ordinis Cisterciensis, nun-
tius synodi Basileensis dominis & praeceptoribus
nostris, consules jurati oppidi Egreenses.*

Præmissis servitiis ad beneplacita vestra vo-
luntatis, honorabiles ac dilecti domini,
sicut scriptis vestris nobis proxime missis desi-
derastis ut literas vestras missas Pragensibus
per nuntium nostrum dirigere curarem, hoc
fecimus; & scripsimus easdem amiceabiliter,
prout alias erat eis per nos scriptum, &c. sic
idem nuntius hari de sero ad nos est rever-
sus, portans nobis responsum ab eisdem, quod
vobis praesentibus decrevissetis transmittendum,

cujus tenorem percipietis. Insuper dicti Pra-
genses scripserunt dominis & amicis nostris
consulibus oppidi Nurembergensis ac nobis cer-
tas literas, litteram Nurembergensium cum pre-
fensi bajulo transmittimus eisdem, copiam li-
tere nobis directis vobis mittimus praesentibus
interclusam. Quam facimus transferri de vul-
gari Bohemico in idioma nostrum, secundum
cujus tenorem vos regere poteritis in agen-
dis. Sed prout ipsi monent in literis nobis
missis pro salvoconductu & securitate ordina-
dis, quosd oppidanos Pitznenses, nobilem de
Srvamberg, oppidanos de Tenitz, ac alios of-
ficiarios serenissimi domini nostri regis Roma-
norum, &c. vos ipsi intelligitis & scitis,
quod nos nec scimus, nec possumus hujus-
modi salvoconductum ipsi procurare: quo-
niam superscripti oppidani & nobiles nostri sunt
adversarii, & quotidie ab eisdem formidamus
invasiones. Et si hoc non esset, parati esse-
mus & cum omni conatu vellemus pro hu-
jusmodi salvoconductu libenti animo labora-
re, prout hucusque in negotiis pacis & com-
munis utilitatis Christianorum nos voluntarios
& promptos exhibuimus, & in futurum vo-
lumus exhibere, prout hoc in nobis experti
estis, & in futurum experiri debetis. Idcirco
deliberetis cum Nurembergensibus ac aliis ad
hoc idoneis, per quem aut per quos dictus
salvoconductus & securitas possit procurari,
hoc faciatis secundum videre vestrum & alio-
rum, prout vobis videbitur expedire. Quid-
quid autem nos ad hujusmodi possumus con-
sultare & juvare, faciemus voluntarie, omni
segnitia procul amota.

Datum feria sexta ante Invocavit, anno do-
mini millesimo quadringentesimo trigesimo se-
cundo

CXIII.

Epistola Pragensium ad nuntius concilii.

*Reverendis ac religiosi in Christo fratribus Joanne
Nyder priori domus praedicatorum Basileen-
sium, & Joanne de Mulenbrun nuntius concilii
Basileensis, magister civium, consules & sco-
bini civitatis Pragensis, nec non magnates,
nobiles, barones, ac capitanei exercituum &
communitatum regni Bohemiae & marchionatus
Moraviae.*

Affectanda pacis commoda in summo ve-
ra tranquillitatis auctore, reverendi &
religiosi viri, epistolaram venerabilis concilii
Basileensis & vestra, nos ad audientiam ple-
nam, piam, & securam invitationum, fecundi-
tate sacunda gavisi, merito arbitramur cle-
mentissimum supra omnes dominum visitasse
plebem suam in piis visceribus misericordiarum
Eisearum, ut reducat corda filiorum ad patres
pristinos, gressusque ipsorum dirigat in semi-
tis justitiam directissimis primitivae ecclesiae, qua-
tenus tempore novissimo vergente adorta ad
vesperam corruptibilis mundi corruptela, in
militantis ecclesiae gloriosae civitatis habitent
cum fiducia, fide, spe, atque caritate cives u-
nanimis, qui se sperant in futura beatitudinis
aula caelesti fore sodales. Unde quantocius vo-
luissetis, gubernatoribus & populo regni Bo-
hemiae congregatis, in hoc resedimus universi
finaliter, ut oratores nostros & legatos ad
pre-

prædictum concilium dignamus, quatenus du-
rum per nos desideratum opus, & nunc an-
nente domina, feliciter inchoatum, laudabi-
li & cunctis fidelibus fructuoso concludatur
effectus. Sed quia utriusque episcopi præmissæ
tenor offert, ipsum concilium & vos sub no-
mine & auctoritate ipsius ad largiendam af-
securationem sufficientem & rationaliter ex-
pectandam oratoribus & legatis mittendis a
nobis; expropterea obsecramus, ad Egram ci-
vitatem vobis & nobis conterminam, quo ce-
lerius fieri potest, cum principibus regni Bo-
hemie adiacentium regionum venire velitis,
ibidem cum nostris certis nuntiis ad hoc spe-
cialiter deputatis, tempore per vos statuto
minime unius mensis, nobisque per nuntium
præsentem intimando congressuri, sub salvis
certis conditionibus ipsius nostris nuntiis a tota
parte nostra concessis, modos, condiciones &
processus hujusmodi assecurationis & audien-
tiæ nostris oratoribus & legatis a dicto con-
cilio præstantis, plene ac effectualiter tracla-
turi & disposituri finales ita & taliter, ut nos
oratoresque nostri & legati ad concilium im-
pedictum mittendi, prout in epistola vestra
nobis transmissa scribitis, de cautione per vos
nobis & ipsi offerenda merito debeamus &
debeant esse contenti. De vestra etiam pa-
tenti præstolatione ac benigna, & de his quæ
nunc scribitis, nos noveritis esse multum gra-
tos pariter & gravissimos.

Datum feria quarta post diem beati Mat-
thæ apostoli domini, anno domini millesimo
quadringsentesimo trigingsimosecundo.

CXIV.

*Epistola capifdam Copuani ad imperatorem
Romanorum de rebus Taboricis.*

*Serenissimo principi Sigismundo Romanorum im-
peratori Aſſo de Steinberg, alias de Holicz.*

Serenissime Cæsar & rex domine gloriose,
servitium meum præmissum vestræ sereni-
tati. Scire velitis, quid actum est nunc in
Pragensi congregatione circa festum sancti Joan-
nis Baptistæ. Quando ibidem convenimus, tunc
aliquibus diebus post nostram ibidem conven-
tionem omnes civitates, quæ nobis contraria-
bantur, ibi nobiscum unitæ sunt, excepta
Colonia. Et tandem post aliquot dies, Zapho
& antiqui Taboritæ cum suis rotis & sequa-
cibus & cum dicta Colonia etiam nobiscum
sunt uniti. Et postquam nobiscum fuerunt
compositi, statim vestræ serenitati nos omnes
tale responsum dedimus, ut ad vos irent, &
vestram serenitatem peterent quatenus vestra
serenitas velit appropinquare Ratisponam, &
quod ibidem ad vestram serenitatem transmit-
tere volumus de terrigenis & de civitatibus.
Et etiam cum vestris nuntiis contulimus, ut
peterent vestram serenitatem, quod eadem
vestra serenitas nobis de salvoconductu pro-
videre dignaretur, usque ad numerum tre-
centorum equorum & totidem personarum.
Rogamus etiam vestram serenitatem ut se in
his gratiosam velit exhibere. Etiam scire di-
gnetur vestra serenitas quod hujusmodi con-
ventio fieri debet in festo sanctæ Mariæ pro-
ximo. Videtur multis probis hominibus, &
mihi similiter, quod habeatis in hujusmodi
Concil. General. Tom. XXIX.

congregatione dominum episcopum Constanz-
tensem auditorem, & alios doctores, qui a-
lias Pragæ fuerant a sacro concilio destinati,
& illi ut plenum mandatum a sacro concilio
habeant. Nam speramus in Deo, quod om-
nia negotia bene succedent. Sunt enim quasi
omnes homines de militaribus & de civitati-
bus qui desiderant vestram serenitatem supra
se dominari.

Datum Pragæ sabbato ante festum sancti
Procopii, anno millesimo quadringsentesimo
trigingsimoquarto.

CXV.

*Epistola Trajactensium Missæ ad suos
commisarios.*

*Reverendissimis, reverendisque in Christo patribus
& . . . sacra deputacionis sedri . . . grati-
ssimis, vestrarum reverendissimarum paterni-
tatum humiles & devoti pialoni, & capitula
vestrarum ecclesiarum Trajactensium, barones,
miles & militares, ac burginagistri, scabini,
& rectores, civitatis & oppidorum patria Tra-
jactensis.*

Reverendissimi reverendique patres & pra-
stantissimi domini, scribimus sacrosanctæ
Basileensi synodo, prout in copia præsentis
interclusæ perpendere possunt paternitates
vestræ pariter & videre. Verum res nobis du-
ra est & multum aliena, quod ad requestam
partis nullum interesse habentis aliqua citatio
seu processio ex officio decerni deberet. Prius
enim interesse partis declaratum extitisset, &
demum forma juris observata. Durius tamen
multo visum est, quod decreta sacra syno-
di in eadem materia variationem sumunt, ea
servando & recusando. Dudum enim decre-
tum extiterat, quod ea quæ a tribus deputa-
tionibus concluduntur, vim decreti & con-
clusionem sacri concilii obtinerent. Et pri-
dem mortuo reverendo patre domino Zvve-
dero archiepiscopo Casareensi tres deputatio-
nes concluderant inhibendum fore, & in-
hibuerunt omnibus canonicis extra & infra
diocæsım Trajactensem existentibus, ne ali-
quid novi attentarent, quodque ab omni ele-
ctione cessarent, volentes ad pacem distri-
cæcis & patriæ laborare, quæ executioni deman-
dari non poterat, nec vim decreti obtinere.
Sed quod nuperrime tres deputationes (ut non-
nulli prætendunt) citationem personalem con-
cluserunt, illud secundum eosdem (ut asseritur)
in vim transiit decreti. Causam diversitatis,
quare ista admittitur, quæ est probativa pa-
cis, illa autem, quæ est pacis nutritiva, rejci-
citur, ignoramus. Tamen unum vestris reve-
rendissimis paternitatibus sit manifestum, quod
civitas & patria Trajactensis inimicum suum
voluntarium jam plurimis annis transactis, o-
tiani ecclesia vacaret, & concorditer ele-
ctus existeret, non reciperent, nisi nec tene-
rentur. Domicellus autem Vvalramus inimicus
patriæ, annis elapsis multa damna incolis pa-
triam intulit, & quotidie infert, prout luce
clarus eodem demonstrare volumus & proba-
re. Quare paternitatibus vestris reverendissimis
humilliter supplicamus, quatenus licetam sive
copiam præsentibus interclusam videre & in-
telligere velint, & operam efficacem tradere

ad ea quae pax sunt, nec permittere novam divisionem, guerras, seditiones, & alia innumerabilia mala hic de novo seminari. In quo Deo & hominibus bonae voluntatis multum complacebunt vestrae reverendissimae paternitates super dicta: quas conservare dignetur auctor pacis. Ex urbe Trajectensi, anno domini millesimo quadringentesimo trigésimo quarto, mensis Julii die decimoquinto, sub sigillis majoris ecclesiae Trajectensis & nobilium strenuorumque virorum, Reynaldi, &c.

CXVI.

Epistola cujusdam Capitanei ad imperatorem de rebus Taboriticis.

Super scriptis
restituam.
Interior.

Illustrissimo & invictissimo principi & domino domino Sigismundo Dei gratia Romanorum imperatori semper Augusto, Hungariae, Bohemiae, &c. regi, domino meo gratiosissimo datur. Excellentissimo & invictissimo principi & domino domino Sigismundo Dei gratia Romanorum imperatori semper Augusto, Hungariae, Bohemiae, Croatiae, Dalmatiae, &c. regi, domino meo praeclarissimo, ego Kunzto Luksa de Bonzenis castellanus in Carlestein, servitia mea vestrae serenitati fidelissima & constantissima omni tempore praerigo.

Scalitz.
Gourin.
al. Gubitz.

Serenitati vestrae notifico, quod Dei misericordia magna, sine cujus voluntate & potestate nihil fieri potest, sed omnia per ipsum diriguntur, factum est, quod inimici belli hora vespere inter monasterium * Scalix & oppidum * Gursim a vestris fidelibus dominis baronibus & fideli communitate feliciter contriti & prostrati sunt, ita quod de vestris fidelibus pauci perierunt. Et sic novetur serenitas vestra pro certo, quod in dominis baronibus & terrigenis fideles servitores habetis. Et frequenter me allocuti sunt de serenitate vestra, quod ad vos fidelem & bonam intentionem habent, secundum quod effectualiter ostendunt, & ulterius ostendent: nec aliud intendunt facere, nisi sicut serenitatis vestrae fideles domini & servitores, omnia volentes seu intendentes facere quae pertinent ad dominum suum naturalem & gratiosissimum. Dignetur ergo serenitas vestra manum suam large ad eos extendere, & ipsis in subsidium aliquot millia florenorum transmittere & dare, ut opus inceptum ad honorem serenitatis vestrae regni que illius, & coronae Bohemiae, melius terminare, & ad bonum finem perducere possint. Et serenitas vestra in subsidium illius boni personam vestram non dignemini abstrahere sine mora, quia cum adjutorio Dei omnia bene procedunt & procedent, cum serenitas vestra venire non tardaverit. Propterea serenitas vestra sciat, qualiter illa victoria fuerit facta de inimicis. Cum enim domini barones post victoriam habitam de nova civitate Pragensi in Praga peristerent, gentes congregantes . . . eodem tempore inimici de dispositione Dei a Pilana recesserunt, & se versus Pragam recipientes, juxta novum Castrum aliquibus diebus castra metati essent, ulterius procedentes versus Coloniam, domini barones miserunt pro omnibus nobilibus, ut in subsidium eorum contra inimicos venirent. Ibi dominus

de Rosenberg gentem vulgarem metabilem & exercitum ad campos expedit. Et domini barones & civitas Pilanensis etiam validam potentiam transmittit: & cum progredierentur versus Pragam sub castro Carlestein, ibi ego & gentes meae expediti a fidelibus servitoribus vestris 300. equestres & pedestres, & curus triplata. Et cum omnes praedicti juxta Pragam convenissent, domini barones extra Pragam cum eisdem procefferant, & cum valida potentia inimicos inscanti sunt, & se, quod de gratia Dei & suo juvamine illos prostraverunt inter monasterium * Scalitz & oppidum * Gourin, sicut supra scriptum est. Praeterea serenitatem vestram rogo, quatenus velitis me fideles vestros servitores, qui mecum sunt in castro Carlestein, oculo pietatis respicere, & subsidium transmittere * & dare: quia Deus novit quod hujus magnam indigentiam habemus: quia aliunde non habeo illos bonos homines stipendiare, nec ab aliquo alio, nisi serenitate vestra . . . expectamus tamquam a domino nostro herede vero & domino gratiosissimo.

Datum feria 2. post festum corporis Christi, anno 1434.

Kunzto Luksa de Besennis castellanus in Carlestein.

CXVII.

Alia Epistola cujusdam capitanei ad eundem imperatorem de vitiis Taboriticis.

Serenissimo & invictissimo, &c.

Servitiis praemissis omni tempore subditis & paratis, serenissime imperator & domine gratiosissime, serenitati vestrae notifico, regretando domino Deo omnipotenti, quod contriti sunt & prostrati omnes Taboriti, qui in campis jacebant contra vestros & nostros fideles, secundum quod serenitas vestra in alia litera melius percipiet, quam mihi scribit avunculus meus, quam vestrae serenitati dirigo & mitto. Et rogo serenitatem vestram tamquam dominum nostrum gratiosissimum, quatenus mihi dirigere per nuntium Caupotam, quia equi nostri in bello aliqui interfecti & aliqui mortui sunt, ita quod ambo careamus equis ad equitandum.

Datum in Thinhoviss, feria quarta ante octavam corporis Christi, anno domini millesimo quadringentesimo trigésimo quarto.

* Senco Luckoldim de Reimsperg.

CXVIII.

Epistola Imperatoris Trapezundarum ad Eugenium papam.

*Sanctissimo & beatissimo in Christo patri & domino Eugenio IV. summo pontifici Romanorum suo reverendissimo * Morume Megatonenus imperator Trapezundarum.*

Sanctissime & beatissime pater & domine in Christo, binas series ejusdem sanctitatis vestrae per galeam Venetorum suscipiis sciveritis, singulam Romae datam, alteram quoque Florentiae. Gratissima nobis contenta in ipsa cordiali mente percipimus, requisitioni sequi-

Scalitz.
Gourin.
R.

Scalitz.
Gourin.

Paro & dependium.

Besennis.
Besennis.
Besennis.
Besennis.

Loco obitu.

Drucko
Colviss de
Rampersck.

ni liquidem prebita sanctitatis cum toto nostro imperio lato animo assensu dispositi. Quis enim dignus illius loci videre constructum magno desiderio optandum? Parcat Deus illis, quibus non est timor Dei, eandem sanctitatem verare, curiosam tanti boni operis merita adimplere. Rogamus altissimum, ut dignetur in prebitis taliter disponere, ut nulla interserviat causa, que obstat prebitis sanctitati ab inceptis desistere, ut optatur.

Data Trapezundis millesimo quadriagesimo trigesimoquarto, die decimo octavo Octobris.

CXIX.

Commissio Imperatoris grecorum facta uni ambasciatorum concilii.

Cum venerabilis vir Henricus Menger doctor, unus ex ambasciatoribus sacrosancti generalis concilii Basileensis, &c. ad nos transmissus ad presens revertatur ad presatum concilium, committimus antedicto concilio de statuendo & designando loco sionis generalis & oecumenice synodi, quod designetur & statuat locus maritimus, ita quod non sit aliqua civitas, excepta Ancona, ut possimus venire ad illum locum cum omnibus necessario debentibus interesse, sine difficultatibus & incommodis, cum multi ex illis senes & infirmi existant; & maxime sanctissimus meus dominus oecumenicus patriarcha. Et in tali loco plures prelati orientalis nostre ecclesie poterunt aggregari propter facultatem & non nimiam distantiam. Qui quanto plures adfuerint, tanto utilius ad perfectionem unionis erit. Præterea hoc erit maxime conferens ad utilitatem & securitatem nostre civitatis, propter multas causas dicto venerabili viro dictas. Præcipue vero hoc necessarium est, propter presentiam sanctissimi & beatissimi domini pape, quod commode advenire poterit, hoc erit gratissimum, & ad perfectionem præmeditate unionis quamplurimum valens, nec non ad honores & favores futuri concilii. Propter istas & plures alias causas debet prædictam venerabilis Henricus rogare & deprecari dictam Basileensem synodum ex parte nostra, ut nostra petitio adimpleatur. Et cum antea per nostros ambasciatores nominavimus nonnulla loca, que non sunt maritima, petimus & cum instantia rogamus, ut non fiat impedimentum nostre petitioni talis locorum expressio, sed sustinere velint laborare illi reverendissimi patres propter utilitatem & securitatem propositæ rei. Etiam ut ostendat & referat, quod omnia nobis spectantia secundum nostram potentiam sine prætermissione adimplebuntur. Propter hoc & prædicta Basileensis synodus debeat facere omnia præmissa per ipsam & per suos ambasciatores integraliter & opportune. Et si hoc fuerit, nec nos etiam ire poterimus tempore designato, & etiam promisso. Nec poterit aliquis nos reprehendere, considerato quod causa erit concilii, sicut & nos non dignamur accusare prædictam synodum propter transactam tempus in decreto determinatum, cum talis transactio temporis venerit propter circumstantias occur-

* Peris. des
Sere. l.

rentes & temporaneas, non ex voluntate concilii. Similiter autem alii duo ambasciatores hic remanentes debent facere opportune de expensis & aliis pro congregatione prelatorum orientalis ecclesie prout extitit promissum: quia talibus expensis & aliis non in tempore debito factis, si quis ex ista causa defectus adveniat, nos de expensis nihil respondere debebimus.

Datum in urbe nostra Constantinopolitana, millesimo quadriagesimo trigesimoquinto, die vigesimo sexto Novembris, sub sigillo nostro imperiali.

CXX.

Commissio Patriarcha Constantinopolitani facta ambasciatori concilii.

Quoniam propter multas rationabiles & necessarias causas ultimum & non præmittendum extitit, beatissimum dominum Eugenium papam necessario adesse debere meditate & sollicitanda cum Deo sanctæ catholicæ & oecumenicæ synodo pro unione ecclesiarum Christi, & ad eam accedere personaliter & interesse unanimiter cum sacrosancta synodo sacre Romanæ ecclesie & omnibus ipsi ecclesie aggregatis, ut possimus & nos, Deo auctore, illic personaliter adesse, loco commodo statuto, una cum potentissimo & sancto meo imperatore, & aliis nobis adherentibus, & sic fiat tractatus & constitutio unionis, sicut daret Deus, & ab utraque parte conventum & affirmatum foret, propterea humilitas nostra ad presens committit tibi venerabili viro, Henrice Menger, decretorum doctori, canonico Constantiensis ecclesie, uni ex ambasciatoribus sacrosanctæ Basileensis synodi, ad synodum sanctam revertendi, ut, quando fueris cum prædicta sacrosancta synodo Basileensi, studium & diligentiam omnimodam exhibeas, & instanter labores & opereris, ut statuatur beatissimum dominum papam in meditata oecumenica synodo interesse personaliter, & non representative, electo & statuto loco congruente & commodo pro quiete dicti beatissimi domini Eugenii & nostra. Propter hoc facta est tibi presens donatio & concessio nostra in scriptis causa roboris & firmitatis.

Datum Constantinopoli, millesimo quadriagesimo trigesimoquinto, die vigesimo sexto mensis Novembris.

CXXI.

Epistola legati concilii ad legatum pontificis.

Reverendissimo in Christo patri & domino domino Juliano, miseratione divina tituli sanctæ Sabina sanctæ Romanæ ecclesie presbytero cardinali, vulgariter sancti Angeli nuncupato, in Germania apostolica sedis legato, vestra reverendissima paternitatis humilis Henricus Menger.

Reverendissime pater domineque metuentissime, secundo Januarii cum gaudio ad civitatem Venetiarum Dei gratia vivus, sed non sanus, reversus sum. Et ut in paucis me expediam, quia horam scribendi non habeo,

noverit reverendissima paternitas vestra quod omnia nobis per seruum concilium iuncta votive expedivimus, ita quod dominus imperator & patriarcha omnia capitula per ambassatores ipsorum in sacro concilio conclusa & promissa, & ut in decreto continentur, de novo similiter per bullam auream & plumbeam ratificavit, &c. Et hoc pro nunc paternitas vestra reverendissima me excusatum habere velit, si nos statim veniam: quia pro certo nihil in hoc mundo tardabit me, nisi hoc sero. Nam licet sum infirmus, tamen nihil minus hoc conclusi, Deo Dante, quod iter arripiam, & de die in diem ibo, donec & quousque ad vestram reverendissimam paternitatem gloriosam veniam, quam toto corde videre desidero. Et vere gaudebit cor vestrum, & iterum gaudebit, quia iucundissima letissimaque nova sacro concilio portabo: quoniam ramum virentis olivæ & unitatis ecclesiæ sane portabo, quemadmodum columba Noe in arca præsentavit, &c.

Datum Venetiis quarto Januarii 1436.

CXXII.

*Littera Joannis de Ragusa & Simonis Irenon
Ambassadorum Sacri Basileensis Concilii, lecta
in Congregatione*

*Sacrofancta Generali Basileensi Synodo in
Spiritu Sancto legitime congregata.*

Ex Codice B
Bibliotheca S
Marcelli Ro-
mae.

Reverendissimi in Christo Patres, & Domini Domini nostri præstantissimi omni debita ac devota recommendatione præmissa. Licet iam Graua Altissimi speramus consocium nostrum Venerabilem Doctorem Dominum Henricum Menger, qui cum galeis Venetorum hinc recessit, saluum & incolumem ad præsentiam vestræ Sanctissimæ Synodi pervenisse, & omnia hic per nos & ipsum facta & agitata, usque ad recessum ipsius, relatione ejusdem plene V. D. innotuisse, nihilominus ad majorem cautelam, & nunc rebus hic peroptime dispositis, curamus per proprium Internuntium Synodum Vestram de singulis informare. Applicuimus igitur Constantinopolim cum galeis Venetorum die xxiiii. mensis septembris præteriti, & de galea ad domum, per Imperialem Majestatem nobis ordinatam, cum honore suimus deducti. Post adventum nostrum ix. Die Imperatorem visitavimus, Litteras vestras exhibuimus, & in genere explicuimus nostri adventus causam. Similiter & ad Patriarcham fecimus: amboque nobis solemnes dederunt Deputatos, in quorum prima Congregatione quatuor breves articulos obtulimus sub forma que sequitur. Primus articulus est de ratificatione eorum que gesta sunt, videlicet quod Serenissimus Imperator, & Reverendissimus Patriarcha velint propriis in personis jurjurando, & per Bullas auream & plumbeam more solito ratificare solemniter, & executioni demandare, quantum in ipsis est, ea que ipsi in Sancta Synodo Basileensi per suos solemnes Oratores plenissimo mandato sussultos in publica sessione cum ipsa Sancta Synodo unanimiter concluderunt, & in Altari celebrata Missa de Spiritu Sancto, super Sanctis Evangelis, & Cruce Dominica ju-

rejurando solemniter firmaverunt. Secundus articulus est de tempore: quia cum tempus in Decreto statutum, & . . . non ex defectu Sacri Concilii, aut ipsorum Dominorum Imperatoris, & Patriarchæ, seu Ambassadorum eorundem, sed aliis ex causis jam effluerit, necesse est ut pro executione conclusorum tempus debitum & competens pro utraque parte statuatur. Tertius articulus est de loco celebrandi Oecumeniel Concilii, quod videlicet præfati Serenissimus Imperator, & Reverendissimus Patriarcha multis ex causis dignentur & velint assentiri, ut Concilium universale Oecumenicum, quod tantum dictum est celebrari, in Basileensi Civitate celebretur. Quartus articulus est de executione Decreti, & conclusorum in publica forma cum plumbea præfati Sacri Concilii Basileensis Bulla, & quod attinet ad dictam Sacrum Concilium inchoandum, Decretum ejusdem, & conclusorum in eadem contentorum executionem. Circa prædictos articulos diximus prout opus erat, causas & rationes allegando, specialiter ut locum Basileensem consentirent. Et post multa in effectu responderunt: ad primum videlicet, quod Serenissimus Imperator, & Reverendissimus Patriarcha velint libenter ratificare omnia, dummodo quædam in Proemio posita Decreti moderentur. De executione vero Decreti, & de tempore dixerunt, quod bene essent concordantes nobiscum. De loco autem Civitatis Basileensis omnino renuerunt. Cum autem instarem ut dicerent que essent illa que eos in Proemio scandalizarent, dixerunt in eo quod Synodus Basileensis vocat se matrem filii fugitivi; in eo etiam quod in eodem contextu sermonis sit ipsorum conjunctio cum Bohemis, quasi ipsi essent similes illis; & in eo quod eos conjungit cum eisdem in ratione dissidii; quasi ipsi essent heretici, vel qui Schisma in Christi Ecclesia posuissent. Defendimus Proemium quantum potuimus, & declaravimus nihil in eo contineri de quo ad rectum sensum possit aliquis rationabiliter scandalizari; & in hoc stetit quantum potuimus, & plures septimanas consumpsimus. Cum autem appropinquaret tempus recessus galearum, nec possemus aliquo modo inducere ut Decretum cum dicto Proemio acceptarent, & videremus omnino rumpi negotium, & tractatum, cogitavimus quid in tanta re essemus acturi. Reduximus ad memoriam quantam benignitatem & humanitatem Sancta Synodus erga Bohemos exercuit, quam humanas literas, & omni dulcedine plenas ad eos direxit, ita ut nec unum verbum contineretur in eis, que scandalizari possent: consideravimus etiam quod propter sublationem verborum aliquorum, que ad rem non pertinent, & que non erant ex intentione Sanctæ Synodi ad injuriam eis posita, non dimittet Sancta Synodus tantum bonum, pro quo obtinendo innumeris promiserat impensas, & ad importabiles quodammodo se disposuit labores sustinendos. Consideravimus præcipue dispositiones eorum ad pacem, & maxime affectionem populi, qui nos ubique dum transivimus per viam tamquam angelos pacis junctis manibus, & elevatis in cælum oculis benedicebant. Consideravimus insuper quod quasi apparem habere occasionem resiliendi: dicebant enim: quo-

modo possumus sine injuria nostra & scandalo hoc Decretum acceptare, in quo nos sociatos videmus & conjunctos cum hæreticis? Quam spem de pace habere poterimus, cum jam nos canes reputatis? Quis unquam pacem querere cum injuriis? Quis unquam pervenit ad unionem Ecclesiæ cum blasphemis? Revera qui sic faciunt pacem non querunt, sed discordiam seminant; non unionem procurant, sed schisma nutriunt, quæ nullo modo esse de intentione illius Sanctæ Synodi, dicebant, credimus, quam cum maxima Caritate & affectione videmus, & audimus querere unionem Ecclesiæ Christi. Cum autem sæpe diceremus: Ambasciatores Vestri juraverunt: oportet vos acceptare, dicebant: juraverunt capitula pacta, & conventa; non eorum præmium aut si qua erant ibi ad injuriam nostram posita. Cum diceremus: quare Ambasciatores vestri juraverunt Capitula conclusa cum tali proemio? Ipsi Ambasciatores responderunt, quod ipsi non interfuerant compositioni dicti proemii, sed tantummodo in capitula juraverant; nec suspicabantur de Sancta Synodo, quod in forma Decreti non deberet poni aliquid, quod aliquo modo in injuriam Orientalis Ecclesiæ cederet. Si ergo, dicebant Ambasciatores, in aliquo peccavimus, non per nostrum consensum, sed per inadvertentiam, & fiduciam, quam in Sancta Synodo gerebamus, peccavimus. Concludebant igitur: aut ergo prædicta verba quæ nobis scandalum præbent, & in injuriam nostram videntur posita, auferantur, aut sicut venistis, ita in nomine Domini recedatis. Cum autem sæpe diceremus: bene recedimus in nomine Domini, & protestamur quod non stat per Ecclesiam Occidentalem, aut Sacrum Concilium quominus conclusa habeant executionem sed per vos, qui non vultis acceptare quæ jurastis. Ipsi autem protestabantur quod acceptabant omnia jurata, & conclusa, quantum ad eos pertinet, sed proemium eorum continens injuriam, quod nec conventum, nec juratum inter partes fuerat, non acceptabant, & per consequens quod non faret per eos, sed per nos; qui præter conclusa cogebamus eos primas injurias acceptare: & super hoc invocabant Deum, Cælum, & Terram, & omnia quæ in eis sunt in testes, quod per eos non faret. Longum esset narrare singula quæ circa dictum proemium per utramque partem dicta sunt & agitata. Verumtamen recedentibus galetis, prædictis considerationibus, & pluribus aliis, quas hic pro præsentis subicimus, moti, fecimus, & promissimus, prout in litteris nostris, quas Magister Henricus simul cum Crisobalo ratificationis secum detulit, continetur, & quarum copiam simul cum copia dicti Crisobali etiam transmittimus. Pro præsentis judicio nostro, attenda sancta intentione Vestra, & ferventissimo desiderio Vestre Congregationis ad unionem Ecclesiæ & ad pacem, nos qui propter prædictam proemium tantam rem suscepimus, reprehensibiles essemus & culpabiles coram Deo, & universa Ecclesia atque Synodo vestra. Verumtamen si mala, quod recta tamen intentione fecimus Vestre Dominationes, & Sancta Synodus corrigant, & emendent, quibus omnino nostrum Judicium subicimus. Post recessum Magistri Henrici super expositione octo millium florenorum. Imperator de-

dit nobis unam Cognitionis Cedula, & nos sibi aliam, quarum copiam etiam in presentibus transmittimus. Præfatus Serenissimus Imperator, & Reverendissimus Patriarcha jam ad extremas Græcorum partes, videlicet ad Regnum Hyberianum, quod latissimum est, & maximum, ad Imperatorem Trapezundarum, ad Patriarchas Hierosolymitanum, Alexandrinum, & Antiochenum, similiter ad Russiam, Walachiam majorem, & minorem, Rasiam, & Bulgariam, & ad alias longinquas partes miserunt nuncios cum litteris ad annuncian- dum firmitatem negociorum, & qui venturi sunt se disponunt, & apparent ad veniendum in Ætate Constantinopolim dum mittetur pro eis: & ad talia negotia tali desiderio, & fervore disponuntur, quod judicio omnium per Ecclesiam orientalem non restat quin dictum œcumenicum Concilium cum Dei gloria celebretur. De futura autem in dicto Concilio unione spem bonam concipimus: omnes enim una voce dicunt, non est difficultas nisi in conveniendo: conveniant ambe Ecclesiæ, scilicet universale Concilium celebretur: videamus nostros fratres mutuo, & sola mors ab Invicem . . . separabit; moriamur enim antequam sine pace revertamur ad Domus nostras. Neque enim Christus sponsus Ecclesiæ, ubi duo, vel tres fuerint in suo nomine congregati, se adesse prædixit, tantæ Congregationi suorum fidelium deerit. Adaugent hanc spem ferrens desiderium Serenissimi Imperatoris, & Reverendissimi Patriarchæ, qui in toto conamine ipsorum non videntur aliud dieque, noctuque cogitare. Suspiria plebum, lacrymæ, orationes, & alia pietatis, & devotionis opera tam Cleri, quam Populi miro cum modo emissa ad hanc Sanctam Unionem videmus aspirare. Et ut dicunt, nunquam res fuit sic disposita, ut modo est. Omnes hanc rem non humanam, sed divinam prædicant, omnes præ gaudio, etiam qui in servitute Infidelium, quasi jam liberi facti, jubulant, & in spe unionis, quasi jam facta sit, exultant. Vestramque sanctam Basiliensem Synodum hujusmodi Domini operum Procuratricem usque in Cælum immensis offerunt laudibus, & extollunt Reverendissimus Patriarcha hujus sanctæ unionis devotissimus, & ferventissimus prosequor ubique per suam obedientiam in oriente jejuniis, orationes, devotiones, & alia pietatis opera pro dicta sancta unione inducit, & imponit: nos vero quod & Vestra Sancta Synodus similiter, ut speramus, faciet, indefinenter prædicamus; & ut ita faciat, si forte factum non sit ob Dei reverentiam obsecramus: hoc enim genus Dæmoniorum, quod in Ecclesia Schisma induxit, & usque ad præsentem Diem venit, non nisi in Jejunio, & oratione ejici potest: Et, ne diutius circa hoc sermonem potrahamus tantam harum partium, circa hanc sanctam unionem, devotionem prospicimus, & affectum, quod verbis aut Scriptura explicare sine dubio non possumus. Super facta Consilii novem millium florenorum, speramus quod Magister Henricus ad plenum Sanctam Synodum informaverit; Verumtamen qualiter processerimus, deficientibus salutaribus, juxta Consilium Mercatorum Venetorum, & Januensium, Dominationes vestre percipere poterunt ex copia processuum quos, cum aliis pro præsentis transmittimus; nisi enim sic se-

cillimus perpetuo videbamus confusam Eccle-
 siam, & Sanctam Synodum, & fuissent verifi-
 cata adversantium dicta contraria quam ubique
 per orientem de Sancta Synodo seminata fue-
 rant. De dictis novem millibus solvimus jam
 mille pro obligatione, quam priores Amba-
 scjatores scilicet Dominus Episcopus Sudenus,
 & Magister Albertus fecerunt, reducendo flo-
 renos ad Ducatos Venetos, & pro cambio,
 & recambio similiter pro supradictis nunciis
 transmissis ad partes Orientales Ecclesie, ex-
 pendimus jam magnam partem de octo milli-
 bus, & per totum mensem futurum nihil for-
 te remanebit. Obligamus itaque Concilium,
 & vos, ut ex supradictis copiis percipere po-
 teritis. Si deficiat solutio, quod Deus averrat,
 Mercatoribus, qui ob reverentiam Ecclesie
 nostrae, & Sacri Concilii in tanta necessitate
 succurrerunt, necesse est, ut rumpatur nego-
 cium etiam, & Sancta Synodus cum extrema
 confusione remaneat; & nos hic cum non ha-
 beamus unde reddere, perpetuis carceribus,
 aut Turcis, aut Sarracenis, venundamur;
 de quorum venditione tamen modicum praefati
 Mercatores lucrarentur, quia carnes Christia-
 norum in partibus istis modicum valent in
 macello. Serenissimus Imperator, & Nos per
 Terram duos Nuncios ad Sanctam Synodum
 mittimus, ut supradictam Orientalis Ecclesie
 dispositionem Sanctae Synodi referant, ut simul u-
 traque Ecclesia ad tantum bonum cum Dei
 adiutorio ferventi desiderio concurrat. Per to-
 tum mensem Martii unus ex nobis ibit ad
 Magnum Magistrum Sancti Joannis ad procu-
 randum duas galeas, & trecentos balistarios
 pro custodia Civitatis in absentia Imperatoris,
 prout in decreto continetur; & quicquid su-
 per hac re consecerit, statim Sancta Synodo
 nunciabimus de motionibus harum partium non
 occurrit aliud nisi quod Turcae, & Sarraceni
 omnia in pace possident, & pauperes Chri-
 stiani tamquam pecudes in macello vendun-
 tur; & revera pro minori pretio venduntur
 in plateis. O Sancta Synodus, si videres filios
 tuos assumi ab his cruentis hominibus, di-
 strachos tam vili pretio venundari, & in vilis-
 simum Christi Sponsi tui, tuaeque fidei, &
 Religionis tam miserabiliter, tamque inhumane
 tractari, ut nos cernimus! Revera non
 posses maternae pietatis viscera ulterius conti-
 nere. Nos tamen quanto dolore vidimus nu-
 per mirabilem praedam hominum, & mulie-
 rum, Juvenum, & Parvulorum, quam in praedi-
 cto mense Septembris de Regno Hungariae
 ii nefandissimi mahumetistae duxerant pro vi-
 ginti aut triginta ad plus appetiatis Gallipoli
 distrahi, & in Asiam ad partes superiores
 Turciae in servitum, & in perditionem u-
 triusque sexus homines transmitti. Certe si
 nulla jam alia causa esset querendi Unionem,
 nisi sola haec pietatis, videlicet Liberatio Chri-
 stianorum a tam nefandissima, & crudelissima
 servitute, quae proculdubio ex dicta Sancta
 Synode speratur secutura, non modo caducam
 hujus mundi substantiam, sed & corpus, &
 animam quilibet Fidelis Catholicus exponere
 deberet. Et revera, sicut diximus, ita & cum
 lacrymis scribimus, si Sancta Synodus esset in
 partibus istis, & cerneret propriis oculis quae
 videmus quotidie, & audimus, nemo esset in
 ea, qui zelo fidei motus verbo simul, & o-

pere, non diceret: melius esset vobis mori in
 Bello, quam videre tanta mala gentis nostrae,
 & Sanctorum; quae mala hic enarrare longum
 esset, & calamus potius deficeret, quam lu-
 guberrimam materiam praedictam exponere.
 Succincte scribimus, ne Vestris Dominationi-
 bus... & ne modum excedamus litterarum.
 Finaliter reducimus ad memoriam Dominationum
 Vestrarum statum nostrum hic quoad expen-
 sas; quia nisi per Nuncius, & Venturos
 per terram per viam Cambii nobis providea-
 tis, reverti de hinc omnino cogemur, & iter
 arripere ad vos, quod non modicum esset pra-
 iudicium & detrimentum agendorum. Vestram
 Sanctam Synodum Christus Sponsus Ecclesiae
 Dominus noster conservet, & dirigat prospere,
 & feliciter in agendis. Amen.

Scriptum in Constantinopoli die ix. Februa-
 rii. MCCCXXXVI. Eiusdem Sanctae Synodi
 Vestrae humiles, & devoti Oratores frater Joannes
 de Ragulio Ordinis Praedicatorum, & Si-
 mon Freron Canonicus.

CXIII.

*Littera Missa Reverendissimo Domino Legato per
 fratrem Joannem de Ragulio, lecta ut supra.*

Beatissime in Christo Pater, & Domine mi
 Gratioissime omni debita, ac devota re-
 comendatione praemissa. Post concordiam de
 expositione pecuniarum ad statim missi sunt
 Nuncii ad partes Orientales; & quantum ap-
 pareret nobis in veritate, nullo modo veniret
 defectus ex parte Orientalis Ecclesiae quin
 conclusa habeant executionem, & Concilium oecum-
 enicum celebretur. Sunt enim ii diu ferventi-
 ssimi ad hanc rem, praecipue Imperator, &
 Patriarcha, & certe omnis utriusque (coetus.)
 Et licet Patriarcha ab initio videretur aliqua-
 liter durus propter sinistras informationes, quas
 de Concilio habuerat, veruntamen informatus
 per nos de veritate jam ferventior ceteris exi-
 stit, & omnia nostra tamquam propria nego-
 tia exequitur; Et quotiescumque aliqua diffi-
 cultas intervenit in executione negotiorum in-
 ter deputatos Imperatoris, ac nos omnia dis-
 solvit, omniaque ad pacem reducit; & non
 obstante cardiaca infirmitate; quam paene om-
 ni septimana patitur, paratus esset hodie, si
 dispositio Rerum exigat, intrare Navem, &
 venire; qui pater antiquus est, & sicut etas,
 Canities, Barba proluxa, & effigies reddunt
 ipsum etiam spectantibus venerabilem, ita sen-
 sus naturalis, & experientia rerum, & morum
 probitas reddunt ipsum cunctis secum familia-
 riter conversantibus mirabilem, & quantum
 ad iudicium meum attinet nunquam credidif-
 sem hodiernis temporibus talem Patrem posse
 in Graecia reperiri. In promptu ad renuncian-
 dum Patriarchatui propter suam supradictam
 infirmitatem obviavi, & obvio quantum pos-
 sum & per me ipsum, & per alios secreta,
 quia iudicio omnium nusquam similis sibi in
 Graecia reperiretur, & qui ad unionem Ec-
 clesiae eo esset magis propitius. Profundos et-
 iam hic Pater habet sensus in vita spiritali,
 & experientiam mirabilem; & certe quando
 venio ad ipsum solus, tum eo tempore tum
 cum Pacomo Callogero, qui fit in Concilio
 cum

cum Ysidoro, per quatuor, aut per quinque horas non valeo ab ipso separari. Revera excepta differentia, quæ est inter Ecclesias, completissimum, & perfectissimum senem iudicarem, & quasi aliquem ex illis Sanctis Patribus, quorum cum tanta veneratione, & admiratione vitas legi. Si Deus permittat ipsum vivere, & ad œcumenicum Concilium venire, Reverendissima P. V. de ipso magnam consolationem habebit. Bulgarus est natione, & de lingua mea multum peritus & mihi affectus, sed magis Paternitati Vestræ, quam toto cordis affectu diligit, & aliquando videre desiderat. Mirum enim in modum accessus est hic Pater in amorem Paternitatis vestræ. Deus præstabit sua pietate quod in Concilio œcumenico vos ambo intuebitur. Præter ea quæ Sacro Concilio scribimus pauca occurrunt. Fertur hic vulgari fama, quod Timerbeus, vulgariter dictus Taberlanus, Tartarorum Imperator movet se ad veniendum contra hunc Dominum Turcarum, qui & ultra solitum parat innumerabiles exercitus, & disponit de Græcia transire in Asiam, & si ita contingeret facile esset Imperatori nostro aliquid facere, imo totum Romaniam, & Græciam conquirit, sed si sciret astutias Turcarum aliter opinaretur, & timeret, quod omnes isti exercitus, qui parantur, contra Pauperes, Christianos, & Regnum Hungaris transmittantur; de quo mensis Septembris præterito quasi innumerablem multitudinem abduxerunt: & super iis avifetur Serenissimus Imperator noster sive per Sacrum Concilium, sive per P. V. ut sive uno modo contingat, sive altero, fiat aliquis, provisio ipsorum quia ille magnus Cathamas Mahometus interrogatus in Alchorano suo quantum lex sua & Secta durare deberet, respondit, per octingentos annos, & non ultra. Arguant igitur multi, & magni viri: juxta eos aut Mahometus fuit Propheta verus, aut mendax; ut quid sequimur Pseudopphetam? Sed apparet, quod sit mendax quia jam octingenti anni transierunt, vel sunt in propinquo transitu, & Lex, atque Secta sua in maiori vigore, & fortitudine perdurant hodie, quam nunquam fuerunt. Cæpit enim hic Mahometus regnare in Arabiis, & Sarracenis, & opprimere Imperium Orientale tempore Eraclii Imperatoris de quo habetur in legenda exaltationis Sanctæ Crucis quid imperavit annos XXXI. Circa autem annum XVIII., & XX. Imperii hujus Eraclii, post habitam victoriam de Chostroa Rege Persarum, & priusquam caderet in hæresim Monothelitarum, Rex, & Pseudoppheta Mahometus data jam suis Sarracenis lege Alchorani, cepit graviter vexare Imperium Eraclii. Tamen quod præfatus Pseudoppheta erat Rex, & legem suam dedit infra prædictum annum sexcentissimum, & XXV. & annum sexcentissimum XXVI. & forte ante, & juxta computationem eorum quantumcumque grosse factum, dicunt: quæ sunt jam omnia Initio Prophetiæ ipsius aut prope; & vident quod non dixit verum: Ob quam causam multi eorum, & magni, videntes se deceptos, libenter ad fidem confugerent, & bonam videret Christianorum dispositionem. Id est si inter se uniti arma caperent adversus hanc nefandissimam Sectam. Ex ista enim deceptione termini præfixi coguntur ad multa alia deliramenta, &

Concil. General Tom. XXIX.

A fabulosa, quæ in Alchorano, & scriptis ipsius Mahometi continentur, advertere; specialiter ad Principalem ipsius Blasphemiam, & totius sui erroris, & Sectæ fundamentum. Ait enim, & ubique asseruit: Deum non posse habere filium, nec aliquem sibi æqualem, & per consequens Jesum Dominum nostrum non esse Deum, nec Dei filium, sed purum hominem, & tamen filium Virginis Mariæ Sanctum Sanctorum, & Prophetam maximum, miracula ejus approbans, & Evangelium ipsius accipientem, præcipientemque, ipsum Evangelium ab omnibus suis, & legi, & venerari. Cum ergo quotidie legatur in Initio Joannis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* & post, *Verbum Caro factum est.* Dicunt ad cor redeuntes & qui se ex sensibilibus, & temporalibus deceptos, & illusos præcedunt: Ecce Propheta noster Evangelium approbat. & ipsum nobis colendum, adorandum exhibet, & venerandum; In quo nihilominus legimus, & Verbum esse Deum, & Verbum Caro factum, per quæ duo juxta Christianorum Doctrinam, & Deum habere filium, & filium hominem factum a-pertissime demonstratur; quæ cum ad Jesum Christum in Evangelio referantur, patet, ipsum & Deum, & Dei filium fuisse, & esse, & tandem hominem factum, & de Virgine natum; quæ omnia præfati Illustoris, & Picu-depropheta seculum evacuant, & fallacem reddunt, ac confundunt. Multa sunt alia, de quibus ipsimet Mahometistæ confunduntur, & de quibus inter se derident: de quibus antequam hinc discedam plenius me informabo. Revera si Deus præstet Unionem Ecclesiæ, & pacem inter Principes Christianos, facile erit non solum Græciam, sed magnam partem Asiæ ab hac nefandissima Secta liberare, non tantum propter potentiam Christianorum, quantum propter Schisma exortum jam inter eos. Prædictum Schisma, & dubitatio adhuc latenter serpit inter eos, sed credunt multi, quod postquam discopertum fuerit, magnus inter eos Cithænis ignis accendetur; quod Deus concedat in augmentum suæ fidei sanctæ. Infirmitur omnino nova de adventu Tamberlani, & quod ipse adhuc ante quadragesimam transiturus est per Galipolim in Asiam cum magnis exercitibus dimittens suos filios in Græcia loco sui. O Deus, nunc tempus esset, quo Imperator noster se accingeret armis, tamen fiat fiat voluntas Dei in omnibus. Hic multa nova de partibus Occidentalibus referuntur, videlicet de plena, & tota reductione regni Bohæmiæ. De pace regni Franciæ, & pace totius Italiæ: & hæc nobis jucundissima sunt, & maximam spem præbent, attendita etiam optima istarum dispositione Unionis Ecclesiarum. Unum autem refertur, quod maxime nos contristat; videlicet quod Sacrum Concilium est pene dissolutum, & quod vix sunt septem Mitre in Concilio. Consolabamur tamen, quod dicitur, quod Paternitas vestra nondum oblasset. Rogamus Paternitatem vestram Reverendissimam quæcumque per nuncios venturos per terram notificet nobis & omnem dispositionem rerum. Disposeramus omnes Scripturas præsentis mittere per terram per dictos Nuncios, sed avifati fuimus de periculis, quæ possent intervenire, si dictæ Scripturæ ad manus Turcarum pervenerint. Dispo-

T
sui-

sumus igitur hac per mare mittere; per illos autem solum scribere generalia; & veniunt solum ad videndum, & cognoscendum dispositionem negotiorum, & ad statim redeundum. Soluta sunt . . . expensa scilicet de octo millibus florenorum, & quilibet ipsorum habuit IX. Floren. Ut videtur nobis, est valde necessarium, ut Sacrum Concilium scribat pias, & humanas Litteras de gaudio, & ratificatione, & firmitate negotiorum plenas Serenissimo Imperatori Romeorum, Reverendissimo Patriarchæ Constantinopolitano, Imperatori Trapezundorum, Imperatori Iberiorum, & aliis tribus Patriarchis. Hi enim mirum in modum & hæc gentes pietate, & humanitate ducuntur, & dicunt omnes: Si Ecclesie Occidentales a pluribus centenis annorum tali pietate, & humanitate, quali nunc, quaesivissent unionem Ecclesiarum Christi non tot mala supervenissent populo Dei, & dudum gavisus fuisset Ecclesia Christi desiderata unione. Videtur insuper nobis quod Sacrum Concilium injungat ex omni Sacrae Theologie Doctoribus, ut incipiant cogitare, & recolligere super articulis ipsorum, principaliter super quatuor: videlicet de Processione Spiritus Sancti, de Pane Azymo, & fermentato; de superioritate Ecclesie Romanæ; & de Purgatorio. In aliis autem puto, quod modica difficultas erit. Circa processionem autem Spiritus Sancti precipue inquirent, quo tempore, in quo Concilio, aut per quem ad summum additio facta fuerit in Symbolo, *si loque procedit*. Nullum Scriptorem, aut Notarium habemus nobiscum, quia omnes, quos nobiscum de Basilia duximus aut infirmi, aut mortui in via remanserunt. Hic autem, exceptis paucis, qui quidem toti Civitati Terræque deserviunt, nulli reperiuntur; unde maximam penuriam patimur. Et revera si Scriptorem haberemus multa præclara ad vos de istis partibus reportarem. Si posset fieri, quod mitteretur nobis unus Notarius bonus Scriptor, valde consolati essemus. Sisclitamus quam possumus Originales libros Græcorum, ad verificandum auctoritates, quas habemus ab eis, & nullos possumus invenire, nec tamen desistimus ab Inquisitione. Alia pro presenti non occurrunt mihi. Sumus vobis commissi in expensis. Altissimus Reverendissimam Paternitatem vestram conservare dignetur, feliciter & longæve, prout indefinenter rogo Dominum.

Scriptum Constantinopoli die X. Februarii. MCCCXXXVI. Eiusdem Reverendissimæ Paternitatis Servitor, & Cappellanus frat. Joannes de Ragusio.

CXXXIV.

Es codices f. pra dicto. *Littera Magistri Simonis Ieron Scripta Reverendissimo Domino Cardinali Legato.*

Reverendissimo in Christo Patri Domino Juliano Sancta Romana Ecclesia Presbytero Cardinali & S. Sabina, Sedis Apostolica Legato, atque Praesidenti in Sacro Concilio Basileensi Domino, ac Praeceptorum meo metuendissimo.

Reverendissime in Christo Pater, & Praeceptor, devota ac debita recommendatio præmissa. Scribimus ad plenum Sacro Con-

cilio quocumque facturus in negotio Ambasciata nostra cum Imperatore Romeorum, & Reverendissimo Patriarcha Constantinopolitano, qui jam referre debuit consocios nosse Henricus Menger Generali Congregationi. Nunc scribimus eidem Reverendissimæ Paternitati Vestrae de optima dispositione Græcorum ad pacem & unionem Ecclesie pro vestra consolatione. Post discessum Magistri Henrici mihi præfatus Imperator Hierosolymas, Antiochiam, Alexandriam, Yveriam, Russiam Valachiam, & ad ceteras regiones de ritu Græcorum pro Congregatione Ecclesie Orientalis in Constantinopolim. Juxta formam promissionis sui securitatem habemus Dei ab eodem de restitutione pecuniarum pro impensis Nuntiorum exposito casu quo Ecclesia Orientalis deficiat. Reverendissimus Patriarcha, sicut senex Simeon suspirat in corde præ desiderio videndi pacem & unionem multarum Ecclesiarum. Lacrymantur Nobiles Palatii qui gaudio de spe unionis futuræ firmiter concepta, cum universo quoque populo nos tamquam Angelos Pacis venerantur, & pro iis que sunt per Sacrum Concilium tota die benedicunt Deum. Nonne videtur Vestra Paternitati velut . . . futuræ Pacis nuntium, tam piæ & fervens desiderium? Frustra cecinissent Angeli in Terra Pax hominibus bona voluntatis, si bona voluntas hominum non esset felicissimum pacis exordium. Errant itaque qui dicunt dissidium Græcorum vulnus inveteratum esse, & sanari non posse. Nos contra dicimus (testis est Deus quod non mentimur) vulnus hoc sanabile esse, ac fuisse semper; sed fatemur ipsum usque modo medicamine congruo caruisse, sicut scriptum est: *vulnus & livor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo* (Ist. 1. 6.) Porro verum medicamentum hujus morbi est celebratio universalis, & œcumenici Concilii, sicut Concilium sacrum decrevit per suum solemne Decretum. Unde quia hoc remedium per quingentos annos quibus schisma duravit, non potuit impediens circumstantiis rerum attendari, facta est ruina magna Ecclesie Dei. Videmus, proh dolor! in his partibus Orientalibus totam pene terram Christianorum ab Infidelibus occupari, Christianos in servitute infidelium redigi, carnes fratrum nostrorum sicut hircorum, & vitulorum in macellis venditari, Religionem Christianorum confundi, & sectam Mahometi spurcissimam exaltari. Quis Christianus est, & non excandescit? Obsecro vos, Reverendissime Pater, per misericordiam Dei instare oportune, & importune apud sacrum Concilium pro sui decreti executione sunt Capitula in Decreto, quorum executio ad Orientalem pertinet Ecclesiam sed alia, quorum executio Occidentalem tangit etiam: & quemadmodum orientalis Ecclesia omnia conatur adimplere que promissit, sic etiam Occidentalis omnia persiciat, que decrevit. Reminiscantur Patres Sacri Concilii verbi Dei: *venit nox, in qua nemo potest operari*, & sciant quod si hac vice non fiat œcumenicum Concilium pro pace Istarum Ecclesiarum, nunquam fiet in perpetuum, edicent enim Græci Latinos se scire, malam fidem tenere, ex quo non audent, vel volunt in Concilio œcumenico cum Græcis convenire; quod enim ad hoc nunquam de-

devenum est, ut celebraretur Concilium œcumenicum pro pace Ecclesie Christi, Græci nostræ fidei infirmitati adscribunt, quia per illud tempus non sumus ausi cum sis in Concilio œcumenico convenire, postquam autem nunc est dictum celebrari, si non fiat, magis hoc publicabunt, & omnes Christiani Orientales a fide Latinorum se perpetuo elongabunt. Accidet & aliud grande malum, quia si Ecclesia nostra deficiat in promissis, oportet quod Civitas Constantinopolitana veniat ad Dominum temporale Turcarum, sub quibus Christiani venient; sed servi aliqui fortassis apostatabunt a fide, prophanabuntur quoque templa, & reliquæ totius Christianitatis quæ tenet civitas Constantinopolitana, & quibus similes non habet Mundus. Sed & Ecclesia Occidentalis de fide sua faceret unam fabulam, & inde Decreta Conciliorum & Ecclesia tota vilescere faceret suam auctoritatem. Avertat Deus, & præstet, ut ad cor redeant qui contra honorem Ecclesie ita obstinate laborant. Plura scriberem, si auderem cuncta committere calamo. Quidquid tamen evenerit oportet, ut sacrum Concilium expectet nos revertentes, & plurima referentes antequam discutatur. Finem hujus..... claudat Oratio. Deus, qui incepit hoc opus sanctissimum, perficere id etiam dignetur, qui etiam vestram Reverendissimam Paternitatem conservet feliciter pro utilitate, & salute Ecclesie, Ex Constantinopoli die V. Martii.

Vr. Canonicus Simon Ieron. S. Concilii Basileensis Orator indignus.

CXXV.

ex ordine supra dicto.

Litera Joannis de Raguso Oratoris Sacri Concilii ad Græciam.

Reverendissimi in Christo Patres, & Domini Domini mei præstantissimi, post humiles & devotas recommendationes. De mense Septembris immediate præterito receptis literis Sanctæ Synodi vestræ per Nuntium ab illis de Medicis missum dictatis, per eundem curavi de singulis occurrentibus in his partibus Sanctam Synodum vestram informare: videlicet de obitu bonæ memoriæ Venerabilis Magistri Simonis Ieron Magistri, & coarctati mei, de optima dispositione, ad executionem eorum, quæ ad unionem Ecclesiarum Christi conclusa sunt, Serenissimi Imperatoris Romeorum, Reverendissimi Patriarchæ, & totius Ecclesie Orientalis: qualiter etiam cum maximo gaudio Bullas Sanctæ Synodi vestræ, ratificationes eorum quæ per vos promissa fuerant, suscipiat; quæ iterum replicare longum esset, & forte tediosum. Tantum est autem bona voluntas & bona dispositio prædictorum, taliterque parati sunt, quod si hodie galex essent hic, hodie intrarent, & inciperent iter, etiam si bellum ab istis nefandissimis Paganis, & Infidelibus Turcis instaret Civitati (quod Deus avertat) qui quantum turbati facti sint ipsi Turci, & infideles de hujusmodi tractatibus unionis, & quanta cogitant, quantaque machinantur, & disponunt adversus Christianum nomen, Deus scit. O utinam, Patres Sanctissimi, unusquisque vestram saltem oculis cordis & spiritalibus cerneret quæ ego miser in

Concil. General. Tom. XXIX.

A his partibus constitutus corporeis oculis quotidie & incessanter non sine maxima amaritudine cordis, & anxietate spiritus video. Video enim quotidie etiam per istam Civitatem (quia hic aliter Imperator in faucibus Leonis constitutus facere non potest) præfatos Infideles in miserabilem servitutem Mahometi, filio Sanctæ Matris Ecclesie Christi Sanguine repletos catervatim ducere: intueor miserabiles gemitus, ac ululatus captivorum; video hinc inde nomen Christi blasphemari, abnegari fidem ejus. Et revera sæpius tot & tanta video, & audio fieri in opprobrium nominis Christiani, & in confusionem Fidei nostræ, quod tempus vellem mori pro nunc, quam videre quæ video, & audire quæ aures meæ perhorrescunt. Et ut aliquid particularius dicam: ecce post illam magnæ partus Regni Hungariæ sibiilem populi depopulationem anno præterito factam, de qua alias scriptum, nunc iterum paucis elapsis septimanis contra majorem Valachiam spe vani cujusdam adjutorii contra eosdem Turcas rebellari (nam antea solvendo eisdem Turcis tributum in pace more Ecclesie Græcorum Christo Domino serviebant) qui acies suas dirigentes, ipsamque pene ad nihilum redigentes, innumerabilem populi multitudinem in miserabilem servitutem Mahometi adduxerunt: quos jam distrahi & vendi veluti pecudes video, & alios quidem diris ululatibus blasphemare præ desperatione Christum, & alios abnegare, atque inter verbera & tormenta deficere; quod maxime miseræ est, & pietatis. O si vidissent Reges nostri, Principes, & alii utriusque status Domini crudele spectaculum, & flagitiosum malum, quod estate præterita captis Hungaris fecit fieri coram se hic Armuratus Dominus Turcarum Andriopoli ad distantiam trium dierum ab hac Urbe in contumeliam Fidei nostræ, & Christianorum, profecto accenderentur zelo Domus Dei & Fidei, obliviscerentur injuriarum contrarium, & concivium suorum, ab intestinis guerris discederent ad ulciscendam, & vindicandam injuriam Christi & gentis suæ, & Sanctorum, & mallet potius mori, quam tantam nominis Christiani ignominiam terre. Nam capta & interfecta ingenti multitudine Hungarorum, dum victores cum præda ad Dominum suum reverterentur, Dominus vocata suorum multitudine in loco publico apto & spatioso pro ostentatione suæ gloriæ & virtutis, & omnibus Christianis qui in dicta Civitate erant tam Græcis quam nostris jussu ejusdem interessentibus, Tuberbei etiam, sive, uti vulgo dicitur Taberlani Tartarorum Principis, & Domini, & multarum aliarum Orientis partium Arabasciatoribus, voluit ut captivi Hungarorum præsentarentur, & prædæ secundum ordinem. Igitur Baronibus primo, deinde nobilibus, deinde innumeris aliis singulis cum equis & armis, ut capti fuerunt, præsentatis, novissime multos currus (quod abominabile est dictu, & inhumanum) plenos capitibus mortuorum Christifidelium sævissimi Ministri crudelissimo Principi obtulerunt: qui ut amplius crudelitatem suam ostentasset, & adstantibus Christifidelibus majus opprobrium inferret & horrorem, jussit ut sigillatim dicta scelerata capita in medium multitudinis, & ad pedes

Christianorum qui aderant plerique propterentur, quæ non solum cruore, sed etiam fœtore majorem adstantibus inferret abominationem. Quanta in tam miserabili spectaculo exultatio & lætitia infidelium fuerit, quantus gemitus, confusio, & lacrymæ fidelium, nec illi qui assuerunt fideles scirent, aut vellent exprimere. Post hæc severissimus Princeps adstantes alloquitur: hæ sunt, inquit, primitiæ Hungarorum, quos meritis & precibus sui maximi Prophetæ Mahometi nobis Deus celi condonavit, & speramus etiam quod juxta eisdem Prophetæ oraculum non solum Regnum Hungariæ, sed & totius Christianitatis residuum successive in potestatem præfati magni Prophetæ, Dei, & nostram, nostrorumque successorum reducet; & ipse Deus qui ad cultum & Legem sui Prophetæ, jam pæne totum reduxit Orbem (narrans & designans pæne totam Asiam, & totam Africam, & pro magna parte Europam cultui & Legi Mahometi subditam & subactam) etiam id quod restat modicum sine difficultate reducet. Deinde ad Ambasciatores Orientis, & præcipue Tamberlanos, qui ob aliquas inter eos componendas differentias venerant ait ecce, inquit (ostendens pulchritudinem & lætantiam, atque magnitudinem personalem Captivorum, & armorum diversa genera, & potentiam) cum quibus non hominibus, sed potius ferocibus & sylvestribus bestis pugnare quodidie & incertanter habeo pro augmento fidei & cultus Magni Prophetæ omnipotentis Dei. Nemo profecto Orientalium Principum, & præcipue Dominus noster & Pater Dominus Tüberbeus Magnus Tartarorum Princeps, & devotissimus Magni Prophetæ cultor, debet nos infestare, aut aliquam nobis inferre molestiam; quinimo tanquam pugnatore & propulsatori Dei omnipotentis, fidei, & ipsius Prophetæ maximi, omnia deberet omni possibili favore & adjutorio adhibere: & circa hæc magnam, & longum seculum sermonem variis linguis, juxta Gentium, quæ aderant spectaculo, multitudinem interpretanda. Quo finito jussit ut pulchriores, & formosiores, atque magis strenui captivorum, usque ad numerum duorum millium segregarentur, etiam cum armis suis & equis, prout quisque captus fuerat in bello; in quibus trecentis Ambasciatoribus Imperatoris Tartarorum assignavit, volens ut ipsi ducerentur ad Dominum ipsorum, & ostenderent cum quibus, & qualis virtutis hominibus ipse quotidie pro cultu agendo Maximi Prophetæ pugnaret; ut ipsum per hoc mitigaret, & ad benevolentiam sui atque pacem induceret. Reliquos autem ex præditis duobus millibus ad alios sue sectæ Principes Orientis cum similibus verbis, & sententiis divisim transmisit; multitudinem vero reliquam captivorum vilissimo prætio jubens venumdari, dure & miserabili virtute subegit. O quam durum & miserabile videre maritos a propriis uxoribus dividi, filios a parentibus distrahi, fratres & sorores cum implacabilibus lamentis & gemitibus ab invicem separari, sortes, & perfectæ ætatis viros & feminas præcio triginta Turcarum, qui minus valent quam unus Ducatus, vendi. Prædicta, Sanctissimi Patres non semel tantum facta sunt, sed quotidie sunt; & sicut anno præterito de Hungariis, ita nunc de Valachia factum est, & alias de Albanesi-

bus, Bulgaris, & Græcis, aliisque Christianis Fidei nationibus, in maximam desolationem Christianæ Religionis & Fidei. Et revera nisi per Sanctam Synodum Vestram occurratur, & cito, per amplius timendum est in futuro vere de Regno Hungariæ. Nam hic Serenissimus Princeps totam sui exercitus virtutem congregat, & ultimum tam in Oriente & in Asia, quam in Romania & Græcia de potentia facit. Etiam paucis elapsis diebus personam liter per Galipolim transivit in Asiam ad congregandum exercitum in Orientem profecturum; licet ut consuevit aliud simul & futuro vere, ut dictum est, in Hungariam; nisi Deus illius dissipaverit consilia, & potentiam atque virtutem destruxerit. Valde etiam timendum est ne vero incipiente propter displicentiam horum tractatum in hanc urbem irruat; quod Deus sua potestate non permittat. Paucis elapsis mensibus, videlicet ætate præterita Despotus Russus, propter redemptionem proprii Domini, & Patriæ vexationem coactus, dedit in uxorem præfati Tyranni filiam suam virginem quasi innumerabili quantitate pecuniæ. Nam in numerata pecunia quadringenta millia Ducatorum, atque in Vestibus, & Jocalibus filiarum, ac donis & muneribus datis Principibus & Franconibus præfati Tyranni, dedit que ad minus ad ducenta millia ducatorum ascendunt: que profecto quantitas pecuniæ sufficeret in veritate ad expellendum præfatum tyrannum de tota Europa, ita quod nec reliquæ ipsius remanerent. Et hæc dispositioni atque novis harum partium sufficient; que utinam tali fervore spiritus a cunctis Christianis perciperentur quali conscripta sunt. Serenissimus hic Imperator Romanorum, & Reverendissimus Patriarcha dederunt Deputatos utriusque status, viros solemnnes, qui non super defensione partis ipsorum, sed super modo fienda unionis cogitarunt; exhortantes etiam me ut Vestris Paternitatibus scriberem ad similiter faciendum. Quotquot enim, inquit, usque nunc scriperunt utriusque partis, ad manutenendam discordiam, & fovendum schisma in partes suas intentiones & operas suas direxerunt. Utique nos qui concordiam & unionem desideramus, & pro ipsa tanto tempore laboramus, facere debemus ut licet corde desideramus pacem, ita ipsam & verbis, & scriptis, atque operibus procuremus. Mirum est enim nunc, & valde desendum, quod propter duas propositiones, quæ videlicet, ut ipsi dicunt, est quod apud nos servantur, fides debeat Catholica, & Religio Christiana funditus extirpari. Necessè ergo est quod aut una propositio cedat alteri, quod, ut spero, Deus dabit, aut salva fide cogitetur de medio pro pace & unionem consequenda; ne ex harum propositionum varietate ad nihilum reducatur Christiana Religio. Mirantur infideles, & gaudent quod tot Sapientes utriusque partis Christianorum nequeant duas in voce differentes propositiones ad unitatem reducere, & dicunt hoc esse Divinum Judicium. Agite igitur, Reverendissimi Patres, & iterum agite & cogitate, quantum cum Deo fieri potest, & salva fide, ut unio sequatur in Christi Ecclesia; ex quo profecto reforescet Divinus cultus, & Religio ac nomen Christianum maximum accipiet incrementum: alioquin, nisi Deus provident

videat & id modicum quod restat ruinam patietur, & desolationi. De Patriarchis Orientalibus, videlicet Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano habentur nova quod quantum possunt instant apud soldanum, ut dimittantur venire personaliter: & spes est quod veniant: veruntamen ad omnem cautelam instituerunt Procuratores cum plenissimo mandato, de quibus jam duo sunt hic in Urbe Regni Ambasciatores istorum duorum veniunt bona & recta intentione, prout Reverendissimo Domino meo Legato describo. Veruntamen in conclusione tamquam coram Deo & Synodo vestra sancta constitutus dico quod nisi haec res habeant unanimum prosecutionem, & exitum optatum, tota Ecclesia nostra, & Christianitas patietur indelebile scandalum, & irreparabile damnum, quod neque a nobis, neque a successoribus nostris poterit reparari: quod Deus sua pietate non permittat qui & synodum vestram conservare dignetur, & ad vota. Amen.

Scriptum Constantinopoli die XVII. Novembris M.CCCC.XXXVI.

Subscriptio. Eorundem Paternitatum Vestrarum humilis servitor.

Johannes de Ragusio Ordinis Fr. Prædic.

CXXVI.

Tenor littera Domini Juliani presidentis Concilii Basileensis Domino apostolico, ut non permitat Concilium dissolvi missa. (a)

Beatissime Pater, post devota pedum oscula beatorum Heri venerunt littere de Nuremberga ab Ambasciatore Concilii, videlicet Fr. Joanne Nider sacri Theologie magistro, quarum copiam mitto hic interclusam. Sperant omnes, quod Bohemi debeant huc venire ad concilium spes est in spiritu Sancto, qui inspirabit corda eorum; tam igitur propter tantum bonum & tantam spem, reddo me certum, quod sanctitas vestra non solum non permittet dissolvi hoc concilium, sed etiam si non esset indictum, de novo hic indiceretur, alioquin, beatissime Pater, sic rebus stantibus, ut nunc stant, si dissolveretur, sequeretur irremediabilis confusio & scandalum in ecclesia Dei, & universus orbis talia audiens clamaret ad caelum, quod Summus Pontifex causam dederit, quod heresis Bohemica non extinguatur, puto quod tota Germania tum ex indignatione, quam ex hoc conciperet, tum quod crederet, fidem nostram non veram, quam fugiendo non audemus defendere confederaret se cum hæreticis in perniciem totius status ecclesiastici. Obsecro igitur sanctitatem vestram per Dominum nostrum Jesum Christum, cujus estis vicarius; supplico per illum præciosissimum ejus sanguinem, de quo propagata est ecclesia, & per illos fluxuos sanguinis, quos sancti Martyres effuderunt pro ipsa Ecclesia defendenda; deprecor per Spiritum Sanctum Paraclitum, qui do-

acet Ecclesiam omnem veritatem, nec eam permittit errare. in cuius nomine sacra Concilia, per quæ fides publica est, celebrantur; exoro per viscera misericordie Dei nostri, per sanctam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, per illam gloriosissimam matrem Redemptoris nostri, perque Angelos caeli & omnes sanctos, adjuro V.S. per illam, in qua sedet beati Petri sedem, qui crucem, non expavit pro fidei defensione; obsecro demum R.V. per illud terribile tribunal supremi Dei, ante quod status redduri usque ad minimum quadrantem de singulis rationem, ne velitis tanti scandali & confusionis esse causa, sed dare omnem operam, ut fama hujus dissolutionis sopiatur. Quid igitur jam vel scilum vel coloratum vel qualecumque sit etiam in conspectu eruditissimorum hominum poterit allegari ad impediendum tantum bonum, vero in tanto periculo non est tacendum, nec erubescendum loqui. Si hoc permittatur, non desunt qui dubitant an in hominibus curæ Romane sit vera fides, ego arbitror pene impossibile attento zelo & fervore quem semper S. V. habuit ad fidem orthodoxam; quod cum talia audierit, quin statim jubeat Concilium habere cursum suum, saltem usque ad mensem Julii, prout alias scripsit Sanctitati Vestre; tunc enim cessabunt scandala & inconvenientia quæ nunc obstant. Omnipotens Deus Beatitudinem feliciter conferret, cujus pedibus me humillime recomendo.

Datum Basileæ XXIII. die Jan. an. Dom. 1437.

CXXVII.

Epistola Joannis Cardinalis ad Eugenium IV. Pontificem M. pro revocanda Basileensis Concilii dissolutione.

Sanctissimo ac beatissimo Petro, & Domino Domino Eugenio IV. Sancta Romana ac Universalis Ecclesia Summo Pontifici, Joannes misericordie divina tit. S. Sixti ejusdem S. R. E. Presbyter Cardinalis, seipsum cum beatorum pedum, ac manuum osculis, humilique reverentia, ac promptitudine caritatis.

Ex MS. Cod. Libr. Vatic. Card. Palam. et univ. de S. Ignat. Mand.

Secundum Apostoli doctrinam 1. Cor. 13. Caritas patiens est, benigna est, caritas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congruadet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Ex quo verbo quilibet Christianus evidenter instruitur, quod cum ab aliquo caritative corripitur super quocunque errore commisso, non debet, et utique indignari, non emulari, non tollari, neque etiam irritari, sed potius debet benigne audire, ex corde gaudere, libenter sufferre, & omnia patienter quantumcumque secundum sensualitatem displiceant, sustinere; sustinens autem

(a) Vir doctus P. Philippus Pueli Can. Reg. Neocoll. qui e Germania hanc epistolam ad me transmittit orationem meam manu sua adjecit.

Hæc epistola in MS. analotho Germanica est, quam in ipsa idioma taliter quatuor transcripti, hinc autem unum istam litteris annexi non sunt. Manuscriptum hoc annexum est Actis Conciliorum Constantiensis & Basileensis. Inscriptum an 1437. per manus n. arth. Apostolice et alibi autographis authenticis.

autem debet quæ a corripiente dicuntur cor-
 di imprimere & imprimendo errata corrige-
 re, aut in melius commutare. Quod revera
 ferventi caritate successus miro modo legitur
 implevisse ille Dei famulus Moyses, qui quam-
 quam totius populi caput esset, & tam sapien-
 tissimus, ac a Domino instructus, & missus,
 non tamen irritatus, aut indignatus est cum
 vocem Jethri eum redarguentis audivit; non,
 inquit, bonam rem facis, stulto labore con-
 sumeris; sed audi verba mea, atque consilia,
 & erit Dominus tecum. Quod utique is talis
 erat, ac tantus cum consideraret ex caritate
 procedere, & ad utilitatem communem po-
 puli pertinere inferiorem se non solum liben-
 ter audivit, sed etiam exaudivit. Sic & Pe-
 trus primus, & supremus Pastor ecclesie im-
 mediate a Domino institutus, quamvis dono
 sapientiam fuisset copiose a Spiritu Sancto re-
 plenus, fervens tamen hoc caritatis ardore non
 est indignatus Paulo eum reprehendenti, &
 sibi in faciem resistenti, quin potius voluit
 corripienti annuere, & a legalium observatio-
 ne cessare. Beatus etiam Gregorius Papa do-
 ctorum gemma Moralium hac fervida carita-
 te totus ignitus ex inferiorum redargutione in-
 tumescere noluit; immo licentiam redarguen-
 di se cunctis subditis tribuit prout habetur 2.
 q. 7. *Si quis nos*. Quorum omnium medita-
 tionem sollicita persuasus, ac zelo inflammatus
 fervide caritatis qua ecclesie Christi, vestra-
 que sanctitati conglutinor. 6. p. cogor jam lo-
 qui pauca, que mente concepti super scanda-
 losa, ac gravi tribulatione, que in stato præ-
 fatis ecclesie ad dissolutionem Basileensis Con-
 ciliii in proximo adesse formido, nisi adiutri-
 ce manu omnipotentis Dei, vel vestra beati-
 tudini assistente propitia per eandem beati-
 tudinem, ac cujus sollicitudinem & prudentiam
 ex injuncto spectat officio cito citius provi-
 deatur de remedio salutari. Verum si in hac
 mea locutione, aliquid quod abest, insonuerit
 verbum, quod ipsi rei non conveniat, a ut S. V.
 macstatem non deceat, aut quod minus bene,
 minusque debite, seu reverenter ex ore
 profertis evolet non irritet sed indulgeat
 quanto benignitas vestra, mihi que veniam tri-
 buat humiliter exposcenti, atque a paterna
 caritate rectitudinem mentis suscipiat filialis;
 necnon pro minus bene dictis debitam cor-
 rectionem imponat, quam supplex libenter,
 prout debeo suscipere sum paratus. Tantæ ita-
 que majestati loquens, verba non intendo
 proferre, que ipsius aures demulcescit, sed
 que mentem pascant, non que sapiant dul-
 cius, sed que proficiant; utilius ista tan-
 quam venenum fugiens, que voluntati sensibi-
 lili solent esse amena, & ea potius eligens,
 que sunt rationi, & veritati consona, ac dul-
 cedine caritatis plena, per que & foveantur
 vulnera, & vitentur pericula, atque in fori-
 bus adiunt scandala de medio summove-
 ri intus in medullis sua via. Hæc de bene-
 vola subportatione vestra non diffusis præmit-
 to sciens S. V. semper illius verbi habere me-
 moriam: meliora sunt vulnera diligentis, quam
 fraudolenta odientis oscula: ac eos ab ineun-
 te citate, cum Apostolo detestari qui secun-
 dum desideria sua coacervant sibi magistros,

& consiliarios prurientes auribus, & a veritate
 quidem auditum avertentes, ad verba sub-
 bulosa, & sugatoria convergantur. Quibus
 omnibus pro tunc pulsatis ad rem venio quam
 insinuo deducere, circa quam ut compendio-
 so, ac brevi utar sermone, duas pono con-
 clusiones videlicet.

I. Quod nullatenus expedire videtur contra
 congregatos in Basilea procedere.

II. Quod S. V. ex debito, & sub pena
 peccati mortalis tenetur dissolutionem Basileen-
 sis Concilii propter vitandam scandalum schif-
 matis, & alia gravia pericula que imminere
 revocare, & alia impedimenta apposita tolle-
 re; immo & ipsum concilium celebrari per-
 mittere, ac eidem, si & in quantum opus
 sit, robur adiacere approbationis, & auctori-
 tatis.

Pro prima Conclusionis probatione occurrit
 considerandum B. P. quod Bernardus in lib.
 De Consid. ad Eugenium ponit unam notabi-
 lem, & bonam doctrinam, videlicet quod vi-
 so de re aliqua an sit licita, restat videndum
 an sit expediens ratiificari; multa enim sunt
 licita maxime prælato, que tamen non expedi-
 dit facere juxta dictum Apostoli omnia mihi
 licent, sed non omnia expediunt. Quod au-
 tem procedatur contra illos & etsi licitum es-
 set in se, non tamen expedire videtur propter
 duas rationes.

Prima quia nulli prodesset.

Secunda quia multum indubitanter obest.

Primo namque tales processus nulli prodes-
 sent; non enim illis qui ibi sunt cum videantur
 jam clarissime in illa opinione, ac volun-
 tate firmissime solidati; nec per talis ve-
 rosimiliter retraherentur, immo potius irrita-
 rentur. Nec etiam proderent illis quibuscun-
 que, nec spiritualiter, nec temporaliter, ut
 patere potest diligenter consideranti, & discer-
 sum in talibus facienti. Correctio autem, vel
 censura, que nulli prodest, nec peccati,
 nec alteri cuiquamque, non debet infligi; im-
 mo debet tolli si esset infligenda. Unde Sapiens
 Prov. 9. *Noli arguere derisorem, ne oderis te*;
 ubi Glossa: non est timendum ne tibi deri-
 sor, cum arguitur contumelias inferat; sed hoc
 potius providendum, nec tractus ad odium
 inde prior fiat; & S. Thomas in 4. dicit, res-
 pondeo quando sententia excommunicationis
 est lata contra aliquem, & ipse illam non ti-
 met, nec est ea medicinalis debet ab illa,
 absolvi, etiam invitus, & S. dicit in Prologo
 super librum Efdra, quod frustra nisi neque
 aliud fatigando nisi odium querere extremam
 demeritis est; & Eccl. IV. *Noli conari con-
 tra istum suum* ubi Glossa docet, hominem
 frustra conari contra impetum multitudinis.
 Beatus etiam Thomas 2. 2. q. 43. A. VII.
 E dicit, quod peccatorum inflicto non est propter
 se expetenda, sed peccata insignuntur me-
 dicinas quædam ad cohibendum peccata; &
 ideo in tantum habent rationem justitiam, in
 quantum per eas peccata cohibentur. Quod si
 per inflictionem peccata manifestum, & plu-
 ra, & majora peccata sequi tunc peccatorum
 inflicto non continebitur sub justitia. Unde
 quando ex excommunicatione aliorum immi-
 net periculum schismatis, tunc excommunica-
 tionem ferre non pertinet ad virtutem justi-
 tiæ. Hæc S. Thomas. S. etiam Augustinus in
 Libro

Libro contra epistolam Parmeniani dicit, A silentem afferret, quae Congregatio ut multi, & magni, & sapientes affirmant auctoritate duorum generalium Conciliorum, Constantiensis videlicet, & Senensis, auctoritate duorum summorum Pontificum Martini V. & S. V. & per presentiam, & vocationem Legati Apostolici, fuit debite congregata, ac legitime stabilita. O utinam tales processus inconvenientis, & scandala non auferent.

Secundo videtur mihi expediens a tali modo procedendi cessare, ex eo quod multum indubitanter obesse; & hoc principaliter propter tria. Primo ratione schismatis, quod inde sequi videtur, de quo non est Dubium, magis erit nimis exandalizatus, cum jam nuper tanto tempore fuerit schisma in Christianitate, quod vix potuit eradicari. Et visibile est quod seculares Principes & alii dicunt S. V. & Dominos meos Cardinales esse in causa dicti schismatis, & scandali. Dicent enim quod Papa cum Cardinalibus fecit congregari concilium in Basilea; sed videntes quod illi de concilio valebant reformare statu-

(4.)

eorum quoad polnam; idcirco dissolverunt concilium; de quo procul dubio plurimum scandalizabuntur; immo jam de tali dissidio scandalizati sunt. Qui autem scandalizaverit unum de his pusillis, ait Christus in Evangelio, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Secundo est a praedictis, cessandum ratione diversorum errorum, qui, si fiat schisma, orientur in Christianitate. Schisma enim disponit ad haesim, ut DD. sancti, & Theologi dicunt; propterea valde timendum est ne sic procedendo, & ferrum ferro acuendo, ac invicem se mordendo totus Clerus detur in brevi in direptionem, praedam atque mortem, sicut in Bohemia contigisse scimus. Tertio videtur a praedictis cessandum propter periculum subversionis fere totius Christianitatis, quae inde timeretur sequi ratione adhaerentiae, & sequae magne, quo enim magis essent irati, eo gravius deservirent. Et cum forte Bohemi venturi sint illuc, timendum est, ne postquam fuerint superficialiter reconciliati ipsos & alios quos avidos & voluntarios reperierint; faciant executores, & ministros suos ad humiliandum & supplantandum, ac persequendum Clerum, obedientem S. V. ac toti Ecclesiae Romanae. Et sic cum tales processus obesse magis quam praedisse sperarent, videtur a talibus fore cessandum.

Ad praedicta autem bene videnda multum valet memoria praeteritorum gestorum, sicut enim talia talibus concurrentibus haecenus acciderunt, sic possibile est similibus concurrentibus in posterum similia posse accidere; nam in contingentibus agilibus, ut plurimum futura sunt similia praeteritis, ut dicit Aristoteles in secundo Rethorica, qui etiam Alexandrum admonet, ut praedecessorum acta ad memoriam reducat. Annales inquit praeteritorum discute, inde enim poteris bona exempla extrahere, quia facta praeterita dant magnum documentum, & quasi certitudinem in futuris. Consideret igitur S. V. quid profuerunt processus Domini Benedicti, & Domini Gregorii contra eos, qui convenerunt ad concilium primum, quod nulla auctoritate legitima, aut silentem, nec tali, nec tanta auctoritate falcitabatur, quali, & quanta Concilio Basileensi falcitur, & exinde videre poterit quid utilitatis processus qui per S. V. fieri possent contra hujusmodi Congregationem Ba-

silensem afferret, quae Congregatio ut multi, & magni, & sapientes affirmant auctoritate duorum generalium Conciliorum, Constantiensis videlicet, & Senensis, auctoritate duorum summorum Pontificum Martini V. & S. V. & per presentiam, & vocationem Legati Apostolici, fuit debite congregata, ac legitime stabilita. O utinam tales processus inconvenientis, & scandala non auferent.

Propter praemissa igitur, & maxime propter scandalum schismatis evitandum non videtur expediens contra congregatos praedictos procedere; quinimo ab hujusmodi processibus super eadem dum esset ad tempus, ubi etiam certo claresceret ipsos fore peccantes, seu culpabiles; quoniam quando multitudo est in scelere, nec salva pace ecclesiae mali puniri possunt, tolerandi sunt potius, quam violata pace ecclesiae puniendi; verba sunt Augustini super Psalmistam, & habentur XXIII. q. IV. §. *Nunc est in fine*, in quibus bene concordat dictum ejusdem Augustini contra Epistolam Parmeniani supra finaliter allegatum, & habetur etiam 23. q. IV. cum quaesitur, ubi dicitur, cum quisque fratrum & Christianorum intus in ecclesiae societatem constitutorum, in aliquo tale peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est. B. etiam Gregorius in suo Pastoralis lib. 2. cap. 38. dicit, quod dum duorum vitiorum languor irruerit, & hoc levius illud fortasse gravius premit, et nimirum vitio rectius subleuitate subvenitur, per quod festine ad interitum tenditur, etsi hoc a vicina morte restringi non potest, nisi illud etiam, quod existit contrarium crescat, tolerandum pastor est, ut per exhortationem suam artificioso moderamine unio patiatur crescere, quatenus possit aliud a vicina morte retinere. Quod cum agit non morbum exaggerat, sed vulnerat sui, cui medicamentum adhibet, vitam servat, ut exquirendis salutis congruum tempus inveniat. Unde & Dominus in evangelio parabolice loquens interrogantibus se an deberent ab agro tollere zizania, respondet quod non; sed quod permittatur utraque crescere usque ad messem, ne forte volentes zizania colligere eradicent simul & triticum.

Ostensa veritate primae conclusionis, restat nunc procedere ad secundam, & quamvis dicat Salustius veritatem odium parere, veruntamen tum quia pro certo teneo S. V. semper fuisse, & esse ipsius veritatis praecipuum amatorem; tum quia memini me legisse illud dictum B. Ambrosii in epistola ad Theodosium imperatorem, videlicet, quod nil turpius, nihilque periculosius est in sacerdote, quam veritatem quam sentit non libere pronuntiare, cum etiam quis scio his, qui veritatem elucidant vitam aeternam praemium a Domino repromissum, ipsa veritate prima, & increata dicente Eccl. 24. = Qui audit me non confundetur, & qui operantur in me non peccabunt, qui elucidant me vitam aeternam habebunt, intendo veritatem quam in praesenti materia sentio, & catholicam repeto, salva semper S. V. & ecclesiae determinatione, plane & absque velamine propalare. Veniens igitur ad intentum, veritatem dictae conclusionis sic ostendo.

Quilibet Praelatus, immo generaliter quilibet

bet Christianus, qui debet & potest sine Dei A
offensa futuris scandalis obviare, & vult fa-
cere, neque facit, peccat mortaliter; sed S.
V. per revocationem dissolutionis Concilii Ba-
siliensis & approbationem ejusdem quam po-
test facere sine Dei offensa potest obviare mul-
tis, & magnis imminentibus periculis, & scan-
dalis; ergo si non vult facere, neque facit
cum debeat videtur peccare mortaliter. Con-
sequenter est nota, & antecedens pro prima
parte est manifestum; quia ut Augustinus
dicit super Psalmum 41. & habetur in sin.
Cap. *Offendit* XXIII. q. 3. = *Qui desinit ob-
viare cum potest consentit* = Et Athanasius &
Damascus dicunt ibidem, quod malorum, im-
pietati favet, qui eis obviare cessat. Qui e-
nim potest obviare & perturbare perverfos,
& non facit nil aliud est, quam favere im-
pietati eorum; nec caret scrupulo societatis
occultæ, qui manifesto facinorosi desinit ob-
viare. Et habetur simile 2. q. VII. Cap. *Ne-
gligere*.

Pro secunda etiam parte clare apparet quia
ex communi facta, & ex his, quæ quotidie
publice deferuntur, evidenter colligitur, quod
si dissolutio ipsius concilii non revocatur, &
per S. V. concilium quantum opus est non
approbatur, schisma infallanter suborietur,
auctoritas sedis Apostolicæ plurimum depri-
metur, quamvis auctoritati ejusdem (sic) in-
tenti se afferant malignandi via contra Curiam C
Romanam aperietur, & multa alia mala, &
scandala subsequantur, quibus præcluder-
etur aditus si S. V. concilii continuationem dis-
solutione non obitante concesserit, locumque,
& legitime acta, & agenda comprobaverit,
quod unque S. V. sine Dei offensa facere po-
test, cum non sit contra legem Dei; immo
& debet propter mala tam innumera evitan-
da. Prælati vero ut doctores sancti tradunt
tenentur ex debito necessitatis gregem sibi
commisum tueri, & defendere, & a cunctis no-
civis, & perturbantibus preservare; quin im-
mo & si expediat pro salute ac conservatio-
ne ipsius gregis vitam propriam morti expo-
nere dicente Domino in evangelio: bonus pa-
D
stor animam suam pro ovibus suis ponit.

Secundo eadem conclusio probatur sic. Qui-
libet, & maxime prælati quantum est in se
tenetur vitare ne proximus ex aliqua sua a-
ctione, vel omissione scandalizetur; ergo S.
V. debet illa penitus vitare, eam revocando,
& cum eis consiliative concurrente. Conse-
quentia patet, & antecedens pro secunda par-
te quoniam ex hujusmodi dissolutione non so-
lum Pharisæi si qui sunt scandalizantur, quod
est scandalum ex malitia & iniquitate procedens;
sed etiam pusilli quorum scandalum est
ex ignorantia, & infirmitate proveniens. S.
autem vestra, immo & quilibet prælati tenentur
ex debito necessitatis summo opere evita-
re scandalum pusillorum; & dicebam in pri-
ma parte antecedentis quod multipliciter (id)
apparere potest, tunc quia scandalizanti indi-
citur poena damnationis æternæ auctoritate e-
vangelii ubi dicitur: quicumque scandalizaverit
unum de pusillis his &c. tum quia Christus in
evangelio docet melius esse oculum, manum,
vel pedem scandalizantem perdere; ex quo
colligitur quod poena scandalii est gehenna
ignis. Constat autem quod qua ratione tene-
tur quis abstinere ab opere, ex quo scanda-

lum provenit; eadem ratione nec illud scan-
dalum perseveret, vel crescat in deterius,
obligatur cessare a continuatione incepti o-
peris, seu illud positus revocare. Sicut ergo
quando prædicta dissolutio acta est, si fuisset
consideratum de dicto scandalo, & creditum
fuisset illud verosimiliter evenire, fieri non
debuisset; ita cum ex ipsa facta scandalum ex-
ortum sit, & quotidie crescat in majus, de-
bet omnino revocari. Tum etiam quia S. V.
imo & quilibet prælati debet se conformare
doctrinæ, & actibus Christi, sequi vestigia
Petri Apostoli rite peragere secundum debitum
pastoralis officii specialem curam gerere de
salute proximi. Ex his quatuor respectibus
B debet scandalorum occasiones, seu causas pro
viribus evitare.

Primo ratione conformitatis ad acta, & do-
ctrinam Christi, nam secundum Gregorium
omnis Christi actio mea est instructio, & Ber-
nardus dicit quod quæcumque Christus fecit,
totum disciplina morum fuit. Constat autem
quod Christus cum in transitu per Caphar-
naum non solvisset didrachmas, in quo tran-
situ erat de more solvi, postquam rediisset in
domum, cognito quod ex hoc ii qui collige-
bant censam scandalizabantur mandavit Petro
ut solveret ratione dumtaxat scandalii evitan-
di, cum ipse a tali tributo esset penitus li-
ber, & ad ipsum solvendum nullatenus obli-
gatus foret, quemadmodum ipsemet ut habe-
tur in Evangelio in parabola proposita anto-
quam solveret declaravit.

Secundo debet prælati vitare scandalum
sequendo vestigia Petri Apostoli, qui notifi-
cato sibi per Paulum doctorem ecclesiæ de
scandalo quod de sua actione sequebatur ces-
savit a legalium observatione, ne exemplo
suo alios scandalizaret; & tamen in hoc se-
cundum Augustinum non peccavit, nisi venia-
liter. Patet hoc per doctores Sanctos super
epistolam ad Galatas 2. ubi dicit Paulus se
Petri in faciem restitisse, quia reprehensibilis
erat, ex eo quod gentes exemplo suo judai-
zare cogebat.

Tertio tenetur quilibet Prælati scandalum
evitare ratione Pastoralis officii, ex quo sibi
incumbit vigilare super gregem sibi commis-
sum, ne quilibet dispergatur, aut vulneretur;
& si quis ovis ex grege perditus fuerit,
etiam super humeros ad ovile revocetur: Et
tanto amplius ad hoc tenentur S. V. quanto
major est sibi commissa præsidendi potestas,
cum ex majori multitudine subditorum gra-
vius sit damnum quod ab inde provenire po-
test. Si enim secundum sententiam Salvatoris
poena condemnationis æternæ imminet ei,
qui scandalizaverit unum de pusillis, quanto
amplius ei, qui multitudines populorum? Pro-
pter quod B. Gregorius supremus Pastor mi-
litantis ecclesiæ homilia septima super Eze-
chielem se & successores suos hortabatur di-
cens: quantum sine peccato possumus, vitare
proximorum scandalum debemus.

Quarto quilibet Prælati scandalum proxi-
mi vitare tenetur, ex eo quia gerere debet
specialem curam de salute ipsius proximi, aut
saltem illam non habere contemptam, & hoc
est mandatum ab initio sue creationis huma-
næ creatura a Deo inditum; dicitur enim
Eccli XVII. quod Deus postquam creavit ho-
minem virum scilicet, & feminam dixit il-
lis:

lis: Attendite ab omni iniquo, & mandavit illis uncuique de proximo suo. Hoc etiam dicit Salvator in evang. Matt. XVIII. *Fidete ne contemnatis unum ex his pusillis.* Si igitur stans prædicta dissolutione, pro qua revocanda magna instantia facta, & diligens adhibita fuit, spes de ejus revocatione per S. V. fienda omnino auferatur, & ablata ad talia procedatur per quæ schismata, & alia scandala contingant in ecclesia, manifeste contemni videtur salus omnium proximorum, qui hac causa, vel occasione involventur in scandalo, a quo forte aut vero, aut nunquam poterint liberari. Manifeste ergo concluditur quod S. V. quæ hac novit vel per eam stat quominus ipsam sciat, tenetur revocare causam, & occasione hujusmodi scandali, videlicet dissolutionem prædictam.

Tertio probatur sic dicta conclusio. Aut hujusmodi dissolutio facta fuit bene, & licite, aut illicite, & minus bene. Si illicite, & minus bene acta est; debet penitus revocari, nam sicut B. V. tenetur aliorum errores corrigere, fortius tenetur errores proprios emendare; unde decretalis dicit: *si contra præscriptum ordinem tanquam homines excessivis, non pudeat vos errorem virorum corrigere, qui postea estis ut aliorum corrigatis errores;* nam apud districtum judicem in qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis, ita ut invenitur aliqua occasione congruente, per quam vestra vilescat auctoritas in Cap. *Qualiter* & quando in 1. de *Abu.* Item imperator dicit: non enim erubescimus, si quid melius horum, quæ prius ipsi diximus adinventimus, competentem prioribus imponere correctionem, ne ab aliis corrigi expectemus. Aut de Nupt. circa principium Coll. 4. Item dicit Hilarius episcopus urbis Romæ in synodo prædicta quod quisquis commisit illicite, aut a prædecessoribus suis invenerit admissum, si proprium periculum libet vitare damnabit. Cap. Apostolicæ Sedis XXXV. Q. IX. Item B. Gregorius dicit cantatus ab Ecclesia tempore Quadragesimali, *emendamus in melius quæ ignoranter peccavimus, ne subito præoccupati quarum spatium penitentia & invenire non possimus.* Si autem dicta dissolutio licite, & provida consideratione fuit acta, etiam ad utilitatem ecclesiæ, & in salutem Christiani populi fuisset ordinata, cognito de scandalo, quod ex ea sequitur, venit revocanda, sive annullanda. Constat enim secundum doctrinam & sententiam Salvatoris nostri in evangelio, quod nedum pes, & manus, sed etiam oculus si scandalizant, debent ascindi. Non obstante quod tria hæc penitus necessaria, & salutaria sint humanæ naturæ, satis enim est magna confusio, claudum vel manum, vel monoculum fore. Sed prout inibi Christus edocet: melius est cum his deformitatibus intrare ad vitam, quam mitti cum contraria pulchritudine in gehennam. Quod autem ea quæ semel a principe constituta sunt, etiam ubi constanter licite ac debite acta fuisset si cogitoscantur vergere in damnum pacis ac salutis populi, periculi debeant revocari, habetur Esther XVI. ubi in persona Regis Artaseris dicitur in epistola, quam pro Judæis ad totas regni sui provincias misit, *multi, inquit, bonitate principum & honore, qui in eos collati sunt, abusi sunt in superbia; & non so-*

Concil. General. Tom. XXIX.

lum subditos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos, qui dederunt moluntur insidias. Nec contenti sum gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se jura violare, sed Dei quoque cunctis arbitrantur se fugere posse sententiam, & in tantum vesania proruerunt, ut eos qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, ut omni laude sint digni mendaciorum fumulus conentur subvertire, dum aures Principum simplices, ex sua natura alios estimantes callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probantur hystoris, & ex his quæ geruntur quotidie quando malis quorundam suggestionibus Regum studia depraventur cum providendum est paci omnium provinciarum. Nec putare debetur si diversa jubeamus ex animi nostri venire levitate, sed pro qualitate, & necessitate temporum ut rei publicæ poseit utilitas, ferre sententiam. Ex qua auctoritate optimum documentum colligitur pro cunctis principibus Christianis, si enim gentilis Imperator, qui dumtaxat felicitatem suam putabat in gloria, & honore mundano consistere, his omnino contentus quod mandatum, quod stulte ac deliberate fecerat constabat redundare tanta utilitate ex populis suis, qui etiam in captivitate tenebatur sub eo ad supplicationem reginæ Esther illud revocavit; quanto magis S. V. quæ sit per contemptum gloriæ mundanæ ad æternam felicitatem perveniendum fore, debet revocare statutum suum, quod creditur venire in scandalum subditorum? Et quod est æmilius admirandum imperator præfatum non saltem revocavit mandatum, quod toti suo dominio fecerat intimari; immo & revocationem suam publicandam misit per universas provincias ditionis suæ, unde subditi in textu præfato ex persona ipsius regis: *hoc autem edictum quod nunc mittimus in cunctis urbibus proponatur.* Non pudeat igitur B. V. prædictam dissolutionem tollere, & ipsum concilium approbare, quoniam bona opera, quæ per prælatum etiam bene sunt si adit possibilitas, & exigat necessitas sunt in melius commutanda, & ipsius statuta salubria secundum varietates rerum, & temporum etiam varianda. Qui enim tenetur ad majus, tenetur etiam & ad minus. Si enim prælatus exemplo, & præcepto Christi debet pro ovibus suis animam suam ponere: debet utique, & mala acta corrigere, & bene acta si potest, & pro salute sui gregis expedire viderit in melius commutare; unde Gregorius XXVIII. *Moralium pulcherrime ad propositum ait: Discretionis lineam deserimus si hanc aliquando agere, aliquando postponere nesciamus. Non enim rei eadem semper est virtus, quia per momenta temporum sæpe multa mutantur actionum; unde fit ut cum quid bene agimus plerumque melius ab ejus actione cessemus, & laudabiliter ad tempus devertat quod in suo tempore laudabiliter mens tenebat.* Nam si pro nostris bonis minimis, quibus aptius proficimus nunc tamen intermissis cunctis nostris majoribus laboribus mala proximis imminant, necessario nos virtutum augmenta seponimus, ne infirmioribus proximis fidei detrimenta generemus, ne tanto quod jam agimus virtus non sit, quanto per occasionem sui in alienis cordibus fundamenta virtutis destruit. Quam discretionis lineam bene ante

monentibus oculus Paulus offendit, qui gentiles ad libertatem fidei venientes circumcidi prohibuit, & tamen Lytris atque Hiconio transiens ipse Thimoteam, qui gentili patre genitus fuerat, circumcidit. Videns enim quod nisi mandata hæc servare ostenderet, Judæorum rabiem etiam in his, qui sibi tunc comites aderant excitaret, affectionis suæ vim postposuit, & sine damno fidei se suorumque a persecutionis immanitate custodivit, fecit quod fieri fidei amore prohibuit; sed ad fidei restitit ministrum, quod quasi non fideliter fecit; plerumque enim virtus cum indiscrete tenetur amittitur; cum discrete intermittitur, plus tenetur. Nec mirum si in incorporeis intelligimus, quod agi in corporibus videmus. Ex studio namque a rebus descenditur ut in suo tempore discordatur, cum validitate tendatur. Quod si otium relaxationis non accipit, ferendi virtutem ipso usu tensionis perdit. Sic aliquando in exercitationibus virtus cum per discretionem prætermittitur, reservatur; ut tanto post vitia valenter feriat quanto a percussione interim prudenter cessat. Sed forte dicit S. V. B. P. quod præfate rationes non militat, cum omnes super falso fundentur, videlicet super scandalorum eventu in populo Christiano, quæ tamen S. V. impingere non videt; immo potius evenirent scandala si feret quod suadetur, nam malignandi, & prævaricandi via aperiretur, occasio recipiendi temporalitas ecclesiæ præberetur, status ecclesiasticus extra libertatem debitam poneretur, aditus perniciosus novitatibus adhiberetur, & Apostolicæ sedis honor, & auctoritas plurimum læderetur; quæ scandala, & alia his similia S. V. tenetur ex debito necessitatis quantum cum Deo potest quasi venenum perniciosum evitare: & consequenter longe melius, & salubrius esse videtur prædictam dissolutionem, quam S. V. consulte, & deliberare, reſtaque, & sancta intentione mota quod & ego fateor verum esse peregit in sui roboris firmitate manere, & generale concilium alibi celebrare, ubi B. V. cum sacro Collegio dominorum meorum Cardinalium, aliorumque Prælatorum multitudine, & tota sua curia præſentialiter esse possit.

Ad quod cum determinatione & humili reverentia ejus Sanctitatis respondetur, quod convenientissimum, & optimum foret si ea quæ dicta sunt commode, & sine scandalo possent impleri. Nullus enim sanæ mentis dubitat quoniam præſentia S. V. quæ pater & judex est omnium Christianorum, ac caput totius ecclesiæ multum conveniens, & utilis esset celebrationi generalis concilii; verum quia impediente infirmitate vestra hoc commode non potest fieri de præſenti, si non potest ibi esse præſentia, sufficiet sanctitatis vestræ præſentia; nam multa generalia concilia sine præſentia summorum pontificum fuerunt actenus celebrata. Si igitur sanctitas eadem prædictam dissolutionem revoverit, ac ipso roborato concilio miserit illic præſidentes suos sufficiente auctoritate, ac potestate suffultos judicabit omnia, & a nemine poterit judicari in quo conservabitur Apostolicæ sedis honor, cum melius sit judicare quam judicari; & secundum Philosophum agere præstantius est quam pati; & Apostolus dicit, quod si nos ipsos judicemus non utique judi-

dicandum si aliquid in suo statu reformandum occurrerit, sponte offerat, est totus mundus fureret contra ejus sanctitatem non poterit prævalere. Nec videtur prædicta scandala seu inconvenientia quæ obiciebantur accidisse, seu in futurum verosimiliter posse accidere, cum ipsam concilium Basileense congregatum fuerit, & legitime stabilitum, auctoritate Constantiensis, & Senensis Conciliorum, ac domini Martini V. prædecessoris immediati Sanctitatis vestræ, & approbatione Sanctitatis ejusdem, ac per præſentiam, & vocationem legati Apostolici, ut sæpius fuit dictum. Ex quibus clare videtur auctoritas vestra sedis Apostolicæ in locum, & congregationem irrevocabiliter transfusa secundum quorundam opinionem donec finita sint agenda. Eius dissolutio ipsius concilii per S. V. facta de jure valuerit, & certum esset mala, quæ statim obiciebantur in parte jam evenisse, & in toto in futurum evenire debere, quod verosimiliter non præsumitur, tollenda essent ad tempus omnia, ac vitandum gravius, & periculosius malum, videlicet scandalum schismatis, quod judicio multorum sapientium adest in foribus, nisi res aliter disponatur, & ab omni populo jam publice enuntiatur. Vox autem populi, vox Dei esse dicitur in sacra Scriptura, & omnibus malis, ac scandalis prædictum præponderat malum, seu scandalum schismatis, a quo summo studio, summa sollicitudine, summaque vigilantia exemplo etenim pastoris Christi debet B. V. gregem Dominicum præſervare, sicut enim præcipuum bonum ipsius gregis Domini est caritas, unitas, & concordia pacis. Sic damnosius gravius, ac periculosius ipsius damnum est schismatis scissura pestiferi, quod ipsam gregem dividit, dispergit, ac dilacerat, & in hæresim pestiferam labi procurat, prout doctores sancti & Theologi dicunt.

Quoniam autem in agibilibus & moralibus, ut ait Nicolaus de Iera super Matheum magis movent facta quam, dicta, & exempla virtuosa, quam verba composita, referant, & ad memoriam aliqua gesta SS. PP. S. V. reducam. Narrat in historiis ille venerabilis presbyter Beda, quod Pelagius Papa cum videret Romanos in honorem Octaviani Augusti propter victoriam, quam prima die mensis Augusti habuerat, ipsam diem solemniter celebrare, dolens quod tantus honor fieret homini damnato pia devotione commonitus, & Eudoxie filie Theodosii imperatoris, & uxoris Valentiniani, instantia devota pulsatus, deiderans tam damnabile ritum ab ecclesia submovere, præſentem solemnitatem penitus interdicere cogitavit, sed timebat rudi ecclesiæ, si contra torrentem se opponeret, unde videns quod non de facili populum Romanum a tali consuetudine revocaret cum prædicta regina cogitando tractavit, ut observantia sic maneret, sed potiori nomina militaret. Habita igitur collatione inter se populum blandis exhortationibus induxerat, ut oblivioni traderetur memoria damnati hominis, & festum feret Apostolorum Principis. Quod cum omnibus placuisset, papa, & regina protinus statuerunt ut quod indiscreta hominum religio faciebat, homini gentili damnato communitata faceret Apostolorum Principi Petro. Sicque

que ex iniquo principio salubris constata est religio, constitutum est quod illa dies in honorem B. Petri Apostoli coleretur, & Festum ipsius ad vincula nominaretur. Sic igitur scire debet S. V. B. P. sequendo laudabiliter vestigia prefati sanctissimi Romani Præsulis. Cum enim videat ejus sanctitas congregatos in Basilea se non posse ab eorum voluntate, & proposito revocare, debet velle, & ordinare illam Congregationem sic & ubi est remanere, sed priori nomini militare, ut videlicet agenda ibi fiant auctoritate, & nomine V. Sanctitatis ejusdem, & per præsertim per ejus sanctitatem ibidem deputandos sicut justum est, & consentaneam rationi, cum sitis Princeps orbis terrarum, & caput totius militantis ecclesie. Item Jonas Propheta cum videret tempestatem validam ortam esse in mari ait: *si propter me orta est hac tempestas, tollite me, & mittite in mare;* magis sollicitus de salute totius navis, quam de utilitate sui ipsius.

Item legimus de Gregorio Nazianzeno. quod permisit se dignitate privari ut seditio orta, & discordia mota inter fratres, & subditos penitus tolleretur, dicens cum prædicto Jona Propheta: *si propter me orta est plus curans de Fratrum, & subditorum concordia, quam de honoris proprii excellentia.*

Dignetur igitur S. V. bullæ dissolutionis os, & linguam aperire, ut libere possit loqui ac dicere: *si propter me orta est hac tempestas, tollite me, & mittite in mare.* Quod si qui suadeant contrarium potest responderi sicut Christus dixit Petro: *vade retro quia non sapis qua Dei sumus.* Ad prædicta autem sanctitas vestra induci debet consideratio supradictorum imminuentium scandalorum, quæ quidem scandala aut scit, aut nescit, si scit, & non providet dissolutionem ipsam ex qua sequuntur revocandum, & concilium approbando non potest excusari a gravi peccato. Si autem S. V. præfata scandala nescit, cum maxime ad illam pertineat talia debere scire, ut non possit a quoquam redargui negligentia, debet talia a subditis diligenter sciscitari, & inquirere a sapientibus, & bonis viris, vestrique fidelibus servitoribus solite investigare, exemplo Christi, qui quamquam Deus esset, & homo perfectus, & secundum utramque naturam, Deitatem videlicet, & humanitatem, omnia clare sciret, nihilominus interrogare voluit discipulos suos dicens: *quem dicunt homines esse filium hominis?* Illis autem referentibus varias hominum opiniones, quæ habebantur de ipso, quia alii Joannem Baptistam, alii autem Heliam, alii vero Jeremiam, alii unum ex cæteris Prophetis ipsum esse dicebant, adhuc eos interrogavit de opinione, quam ipsi discipuli de eodem habebant, unde subiunxit: *vos autem quem me esse dicitis?* Pro quibus Petrus cæteris ferventior responsum inquis dedit: *tu es Christus Filius Dei vivi;* & quia veritatem libere, & clare confessus est, ideo Christus eum beatum asseruit, Principem Apostolorum constituit, ac ecclesiam suam Pastorem, & caput præfecit. Ex quo revera a S. V. & a singulis Prælatibus Ecclesiarum plurima accipi possunt salubria documenta. Si enim is qui erat omnia clare sciens, tanquam si nescius foret a discipulis informari voluit; quanto magis S. V. quæ omnia scire non potest debet adhibere studium, ut quæ

dicuntur ab aliis & scire oportet, informata sciat, maxime ea, quæ vergere putantur in subditorum damnum, ac perniciem, & sui ipsius periculum scandalosum. Etsi forte talia jam intimata sunt, aut in posterum intimabuntur sanctitati vestræ, non debet ejus sanctitas nimis se incredulam exhibere: quinimo adhibendo fidem debet convenienter, & salubriter providere. In futuris enim rerum eventibus secundum moralium Philosophorum sententiam vir prudens debet semper præsupponere, ut cuncta evenire debeant in deteriore parte, ut sic sciat, & valeat occurrere, & contra futura pericula convenientia, & salubria remedia adhibere.

Interroget igitur B. V. discipulos suos dicens: quid dicunt homines de Papa Eugenio, & de S. R. E. Cardinalibus super dissolutione Basileensis Concilii? & voluntate ipsam dissolutionem revocandi, & concilium approbandi. Respondent autem discipuli si veritatem loqui voluerint, quod alii dicunt ipsam dissolutionem fuisse factam, ut Papa, & Cardinales reformationem quam in suo statu formidant, subterfugere valeant; alii dicunt quod ex eo quia temporalia bona perdere dubitant; alii quia nolunt ea revocare propter punctum honoris, ne se male egisse confiteantur, & victi, seu superati appareant. Alii vero quia quidam ex eis curiam Romanam in Italia remanere, quidam autem ultra montes eam esse desiderant, hæc & his similia communiter omnes affirmant. Si autem S. V. mihi dicat: Tu autem super præmissis quid dicis? Ego cum humilitate, sed cum veritate respondeo, quod omnes communiter de S. V. ac Dominis meis Cardinalibus super præmissis male loquuntur, & pessime opinantur, & scandala magna in proximo ventura nunciant nisi provideatur, ut supra fuit dictum, & pluries repetitum. Mihi itaque & mihi similibus pura intentione veritatem loquentibus indignari non debet S. V. sed potius regratiari, cum annunciemus tribulationes & mala, quæ communiter ab omnibus dicuntur Sanctitati Vestræ, ac toti Ecclesie de proximo imminere, quibus per S. S. faciliter, & salubriter obviari potest, & debet, videlicet per dictam dissolutionis revocationem, ac Basileensis concilii approbationem. Ad quod si S. V. dignabitur condescendere, poterit tunc aliquos ex RR. DD. meis Cardinalibus mittere, vel alios prælatos qui nomine ejus sanctitatis ibidem præsideant, res agendas salubriter, & bene disponant, & cuncta quæ erunt ad honorem Dei, & Sanctitatis vestræ, ac salute totius populi Christiani debito sine concludere valeant cum aliis prælatibus & literatis viris, qui illuc jam convenerunt, ac convenient in futurum, præmissis tamen iis, quæ honesta, & convenientia fuerint super reparatione eorum, quæ sine præsentia, & auctoritate S. V. ibidem acta sunt ad finem quod honor ejus sanctitatis cum memoria perenni in actu virtuosus, semper in omnibus salvi remaneant, & S. A. S. Vestra auctoritas, & præminentia, prout justum est debite conservetur. Et si postea quod abest, & non creditur scandala eveniant, impactari non poterunt S. V. nec Dominis meis RR. Cardinalibus, quibus cura pervigiliter esse debet male acta corrigere, & scandala de medio submovere.

Omnia autem que dicta sunt de Domino Atate officii, per quem animi sui conceptum sum meorum Cardinalium missione, satis utilia, ac pertinentia videntur esse. si consideretur sequens historia Libri Regum, videlicet quomodo ille sanctissimus Rex, & eximius Prophetarum David prudenti consilio, & provida circumspicione usus est, immittendo Eusefi Arachitam optimum urique, ac prudentissimum virum ad Absalonem filium suum volentem Patrem suum de regno expellere. & erigere se in Regem, cujus missi operatione, & industria consilium Achitofel dissipatum est, schisma, quod in populo Israelitico inceperat, & in futurum imminabat gravius, extirpatum ac scandalum rebellionis, & inobedientiae, quod ortum fuerat contra verum regem penitus est extrinsum. prout habetur 1. Reg. XV. & XVII. Capp. (a)

Hæc B. P. quæ Superius minus apte & perfunctorie posita sunt ex intimis, purisque precordiorum medullis, ac de bono fonte abundantissime caritatis S. V. humiliter offero, menti ejusdem arctius imprimenda ac per vestram sapientiam debite corrigenda pro minus bene dictis cum humilitate veniam postulans, ac penitentiam condignam exoptans.

XXVIII.

Exhortatio Domini Juliani Cardinalis S. Angeli ad Bohemos, ut ad fidem catholicam revertantur, habita in Congregatione generali sacri Concilii Basileensis.

Ex M. Cod.
F. P. P. Cod.
Reg. Necod.
Lentis.

Locutus pro publica populi Christiani utilitate, opus mihi esse arbitror, ut personam privatam exuam, & induam publicam, & tam publicam, ut omnes comprehendat. & nemo ab ejus jurisdictione eximatur. Hæc est illa sancta catholica Ecclesia sponsa Christi & Christianorum omnium mater, hæc, inquam, quæ nos omnes in hunc locum divinæ benedictionis vocavit, & ad nuptiale invitavit convivium antequam ea pro quibus convenimus tractare incipiamus pauca vobiscum. ex visceribus caritatis loqui decrevi. Itaque non me quasi me ipsum loquentem audiatis, sed tamquam matrem & nutricem communem sanctam Dei ecclesiam. Ego dumtaxat ministerium præbeo, & rudem linguam, qua ut instrumento utatur, ei tantum accommodo: ipsa autem est, quæ concipit, dicatque sententias. Nec vos admiratio teneat, quod hæc tam grandis & circumspicua Domina ex hac magna congregatione, in qua plurimi sunt & Sancti & literati viri, me solum eligeret indoctum & peccatorem: habet enim apud Deum nescio quid privilegii officium publicum, quo divina potentia virtutes suas crebro exercere consuevit. Cum itaque Præsidentis sim temporis hujus in hoc sacro concilio, quamquam supra modum indignus, elegit me sponsa Christi, non vitæ merito sed auctori-

tas officii, per quem animi sui conceptum explicaret. Quare si forsitan, uti vereor, ex ore meo aliquid ineptum effluxerit, non imputetur, quæso huic sapientissimæ mulieri, quæ in nulla re errare consuevit, sed tantum circumcisus pollutique labiis meis, quemadmodum nec imputandum foret magistro in arte musica peritissimo, si instrumentum rubiginosum ac contractum, in quo psallit, raucam & non bene sonoram emittat vocem. Vos autem obsecro, ut interim me loquente tacite in cordibus vestris oretis, quantum pro honore sanctæ matris Ecclesiæ ac vestra edificatione Spiritus Sanctus igniculo illo quo labia Isaïæ purificavit, saltem per horam purificare dignetur & mea. Deinceps igitur magna cum devotione & reverentia matrem magnam loquentem audiamus omnes, & attente consideremus divina exordii verba, quibus nos allocutura est, quæ sumpta sunt ex Beato Paulo apostolo ad Philippenes c. 2. Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate. Imprimis nolo exultetis, ad aliquos, tantum ex vobis me verbum facere, ad universos prout cuique opus est, meus sermo dirigitur, totam ego hanc congregationem non partem alloquor, omnium enim vestrum æqualis mihi cura. Nam omnes filii mei estis, & in utero meo non sine magno labore concepti: Ego enim sum sponsa ejus, in quo secundum apostolum ad Coloss. Non est masculus & femina, Gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, barbarus & Scythæ, servus & liber, sed omnia in omnibus Christus; auscultate igitur diligenter omnes, qui hic adestis, & in cordibus vestris recondite in spiritu lenitatis, quæ dictura sum, & pro viribus entimini implere gaudium meum. Naturali jure & divina lego filioli mei constringimini credere consiliis meis & præceptis obtemperare. Natura ipsa filio suadet, cum se a matre esse genitum sciat, ab ea super omnes se amari cognoscat, ut eam similiter diligat, amet, & consoletur, & ejus omnibus acquiescat consiliis. Ita Tobias senior moriens admonerat filium suum: *honorem exhibebis matri tuæ omnibus diebus vite tuæ*; memor enim esse debes quæ & quanta sit passa propter te in utero suo, lex etiam digito Dei scripta inter præcepta, quæ ad humanam societatem pertinent, hoc primum jubet, ut parentes a filiis honorentur, propter quod Apostolus instruit Coloss. *Fili obedite parentibus per omnia, hoc enim beneplacitum est in Domino*. Quantum meritum filius honorando matrem, quantum supplicii eam contemnendo expectet. Scriptura divina in sinu, dicens: *Sicut quæ thesaurizat, ita & qui honorat matrem; & reversus: fili, mi, ne dimittas legem matris tuæ, ut adda-*

(a) Cave credas Lector hæc epistolam debere clarissimo Joanni de Turresemata Ord. Prædicat. Cardinali tit. S. Sixti, nam quo tempore scribi hæc potuit Turresemata nondum erat ad Cardinalis dignitatem erectus, quam demum obtinuit Florentiæ quo se contulerat ad Concilium Adscribendam igitur censo sibi Joanni de Casanova Ord. Prædicat. Hispano quem a Martino IV. dicto III. destinatum ab Eugenio IV. vulgarem Cardinalem S. Sixti novissimè apud Craconium in Vita Eugeni. affirmant. *Menf.*

addatur gratia capiti tuo. E contra: *maledictus* a Deo qui exasperat matrem. Accedit præterea quod consiliis meis sine ulla hesitatione parere debetis, quia non sum sicut una de stultis mulieribus hujus sæculi, sed in omni virtute & sapientia ab omnipotente Deo plenissime imbuta: propter quod certi esse debetis, præcepta mea tamquam ex sapientiæ fonte manantia non posse nisi esse salubria. Nec illud omittendum est, quod quidquid vobis consalvero ac iussero, facillimum est, ac supra modum delectabile. Quæ cura mihi sit de salute vestra hinc facile perspicere potestis, quod gaudium meum impleri non possit, nisi & vobis bene sit; gaudium meum ex vestra pendet utilitate; non possum esse læta, nisi & vos lætos & unanimes intuear; carpuntur viscera mea, si quem de filiis meis ad modicam lædi videro; crucior tota, si quid accidit eis infortunii; malescunt tunc præsertim genæ meæ lachrymis, cum inter filios meos dissidii aliquid ortum sentio, & licet aliquæ interdum matres repertæ, sint quæ dimissis filiis ad novos maritos seu procos se transfulerint, ut voluptatibus propriis satisfacere cupientes, filiorum suorum oblitæ sint: ego autem de numero illarum computari debeo pro ut experientia manifestat, de quibus Isaias scribit: *numquid oblitæ potest mater infantem suum, ut non miseretur filio utero sui.* Quamquam etiam quidam sint patres ac Domini, qui filiorum culpis miserique non moventur, dicentes: satis mihi est, quod bene ago, bene mihi sit, de cetero neque iniquitas mea, neque delictum meum. Ego autem non sic, licet enim mihi nihil conscia sim; hoc me non consolatur, nisi & idem filis meis adesse videam, nec etiam satis est semel admonuisse, nisi iterum atque iterum & sine intermissione, usque in finem sedulo eos commonefaciam. Dilectissimi mei, ita vos omnes affectu quodam inexplicabili diligo, ut nulla tam gravia esse possint discrimina, quibus libens pro salute vestra me ultero non obicerem; Quot martyria, tormenta, persecutionis, a sævis Imperatoribus & tyrannis in primitiva adolescentia ætatis meæ pertulerim pro salute eorum qui tunc erant filiorum, & qui postea successerunt, & successuri sunt, quis unquam posset enarrare? Inundaverunt plateæ civitatum sanguine membrorum eorum, ut fides catholica in filiis meis illibata peristeret. Ita quidem vos omnes in præcordis meis infixi estis, ut non nisi de vestris commodis cogitare queam, pro quibus non solum alligari, sed & mori in membris meis unoquoque vestrum omni tempore parata sim; sequor in hoc vestigia Sponsi mei, qui ita me & corpus meum dilexit, ut pro eo animam suam ponere non dubitaverit. Vidi ipsum sæpe numero lachrymantem ac dolentem pro membris meis; audivi ipsum inter maxime cruciatus clamantem. *Pater ignosce illis.* Licet undique Dilectus manaret sanguine, & atrocissimis tormentis undique agitarctur, nihil tamen aliud quam salutem filiorum meorum sitiebat. Sic & me sponsam & discipulam suam facere debet, & memoriam continuam vestri habere, ac die noctuque gemitibus inenarrabilibus clamare & interpellare ad Deum pro vobis, ut nemo pereat ex iis, quos tradidit mihi; præterea sic anxie ac sollicita postulo, ut im-

pleatis, gaudium meum. Quanto mentis affectu quantaque anxietate & vehementia deprecationem meam ad vos porrigam ex verbis apostolicis modo pronotis animadvertite: Si qua consolatio est in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum. Quid est dicere, si qua consolatio est in Christo? nisi quia maxima est, quam si habere vultis, opus est, ut impleatis desiderium meum. Immoremini, si placet, paululum in hoc Christi nomine, non enim decet memoriam sponsi mei sic persensorie transire, epiis quippe amore langueo, & liquefacta est anima, ut primum nomen dilecti mei insonuit auribus meis. Quid, quæso, magis dici potest quam consolatio in Christo, qui est pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra? Fallitur qui putat aliam in rebus consolationem posse invenire, ad ipsam dumtaxat pro consolatione accedere oportet, quoniam *per Christum*, ut inquit apostolus, *abundat consolatio nostra.* Ipse solus est qui dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, & invenietis requiem animabus vestris;* & rursus: *qui sitit veniat ad me & bibat.* Possidete, quod vultis, aurum, argentum, regna, civitates, scientiam & eloquentiam, & quidquid sub cælo est: Sine Christo molestias potius quam consolationem experiemini: solus Christus est consolatio, pax, quies & tranquillitas, quod & ipse transiturus ex hoc mundo, discipulis suis prædicit: *In mundo præsuram habebitis, in me autem pacem.* Si igitur, filii mei, consolationem in Christo speratis, necesse est, ut impleatis gaudium meum. Non enim aliter Dominus meus vos consolabitur, nisi & vos unicam sponfam suam consolemini, quam et animam suam, & pupillam oculi sui diligit; Sequitur: si quod solatium charitatis, hoc est si charitatem habere vultis, & ex charitate solatium, implete desiderium meum: charitas dilectio est: ubi dilectio, ibi delectatio; ubi delectatio, ibi solatium & gaudium; ubi charitas est Deus est, quia Deus charitas est; e contra ubi charitas non est, ibi nec Deus est, nec quidem boni aliquid esse potest. Si igitur charitatem & Deum & omne bonum cum Deo desideratis votis meis satisfacere vos oportet, si præceptum primum charitatis est ut diligatis Deum, diligendo me, diligitis profecto Deum, quia Christus Deus & ego una persona mystica sumus, cujus Christus est caput; duo enim sumus in carne una, & hoc est illud *magnum sacramentum*, de quo inquit Apostolus *in Christo & Ecclesia.* Si item ex charitate diligendus est proximus, quis vobis proximior est quam ego mater vestra, & mater talis, quæ non semel ut alia mater, sed & præter facti baptismatis generationem, continue in verbo prædicationis & exhortationis vos pario? Ita in persona mea inquit apostolus: *filii mei, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Iterum & tertio: *Si qua societas Spiritus Sancti.* Implete gaudium meum, quid hoc significat? nisi quod si vultis habere unionem quam facit Spiritus Sanctus in omnibus Fidelibus, si vultis esse participes Spiritus Sancti & eis societatem habere. Si vultis ut Spiritus Sanctus habitet in

vobis, iustificata matrem vestram Ecclesiam.

O vehemens admirationis genus, quam ignitum hic sermo, & penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usque ad compagem animi spiritus ac medullarum! Sed non tam propere Spiritus Sancti memoriam percurramus: nam ineffabile quoddam in ore meo, dum ipsum recensito, sentio suavitatis nechar, & quia multa hic Spiritus Sanctus beneficia mihi contulit, multum equidem, ne ingrata sim, diligere ipsum debeo, sum enim custodia dimissa sum, ne videar orphana, ipse me protegit ne portae inferi prevaleant adversus me, ipse me fovet, dirigit & gubernat, ipse primum induit me adolescentulam virtutem ex alto, & in me resedit per ignem, ut charitate arderem, & in linguas, ut linguis omnium loquens, omnes docere possem; ipse astat super auribus meis, & quidquid dixerim, Christus ipse suggerit mihi, docetque omnem veritatem. Spiritus ipse veritatis non me unquam errare passus est, neque, ut spero, usque ad consummationem seculi patietur; hic mihi abunde largitus est septem ejus sacratissima munera, spiritum videlicet sapientiae & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiae pietatis & timoris. Dono ipsius Spiritus Sancti habeo, ut per sapientiam matra sim, per intellectum provida, per consilium cauta, per fortitudinem animosa, per scientiam discreta, per pietatem misericors, per timorem humilis. Multa nimis de Spiritu Sancto dicenda forent, sed quis ad lucem quam inhabitat, inaccessibleem accedere poterit? Nunc autem duo haec de Doctore referre satis est, ut unusquisque Christianus cognoscat quantum amare & revereri ipsum debeat. Spiritus Patricius hic est de quo conceptus & incarnatus est Redemptor generis humani, Jesus Christus Deus meus & Deus vester, Dominus meus & Dominus vester; ipse etiam est, de quo inquit Apostolus: *nemo potest dicere Jesus Christus nisi in Spiritu Sancto*. Si igitur huius Spiritus Sancti, qui tam mirabilium est patrator operum, societatem habere vultis, implete gaudium meum.

Tandem & quarto vos obsecro per viscera miserationis, si qua in vobis sunt, ut impleatis gaudium meum. Omnis summa christiana disciplinae in pietate & misericordia consistit. Quantum misericordiae & pietatis opus Deo sit cordi hinc constat, quod in extremo mundi iudicio de misericordia solum ratio exigetur; pietas & misericordia ad omnia est utilis, promissionem huius vitae quae nunc est & futuram habemus secundum Apostolum; hic enim divitias & gloriam in futurum vitam aeternam consequitur: de hac dictum esse videtur quod scribitur in libro Sapientiae: *in dextera eius anni vita, in sinistra eius divitiae & honor*: Sic ergo promissionem huius vitae & aeternae optatis, misereamini matris vestrae quae tandem de dissidio filiorum suorum vehementer affligitur: per viscera misericordiae Dei nostri vos oro ut in vestra me unitate consolemini. Non violentum aliquid a vobis exigo, sed ipsum naturalem affectum, qui ad misericordiam vos merito inclinare debet tum ad omnes homines, tum praesertim ad matrem vestram & membra vestra; inquit Apostolus, *in idipsum soluta sunt membra, & si quid patitur unum membrum, compatiuntur &*

Acatera. Cum sitis membra corporis mei naturali pietate tam matris vestrae, quam ceterorum membrorum ex vestro dissidio se affligentiam, misereri ac compati debetis. Si ut primum Joseph vidit Benjamin fratrem suum parvulum in Aegyptum deductum, commota sunt viscera ejus, nec se cohibere poterat, quin lacrymae ex oculis erumpere; quanto magis viscera vestra commoveri debent ad pietatem, & oculi erumpere ad lacrymas visa matre vestra & genitrice tot fratrum vestrorum diuturno morore tabefacta? Sic igitur, filii mei, contestor & adjuro vos per consolationem Christi, per solatium charitatis per societatem Spiritus Sancti, per viscera miserationis, ut gaudium, quod de vobis concepti hinc in loco compleatur. Intellegitis, puto, cur dixerim, implete gaudium meum; hoc significat aliquid gaudii captum esse, aliquid autem restare, ut impleatur. Captum est gaudium in corde meo, cum tempus huius sacri concilii celebrandi advenit, per quod mihi spes non parva, est ut filii mei undique colligendi infirmitatibus corporis mei, quae: prohi dolor! gravissimae sunt, opportune providerent, & fidem orthodoxam quam ipsam profiteor, viriliter ab impugnantibus tuerentur, pacemque ubique exultantem intra fines meos reducerent, ac virtutes multis in locis a personis fere extinctas resuscitarent, quemadmodum haec omnia in alius sacri concilii per Spiritus Sancti gratiam saepenumero facta sunt. Huiusmodi autem gaudium tunc actum est, cum per piissimas huius sacri Concilii literas Bohemiae populus ad hanc sanctam synodum, magna cum charitate convocatus est, & rei libera audientia oblata: sed tunc praesertim exultavit animus meus, cum convenientibus huius sacri Concilii & Bohemorum ambasciatoribus in oppida Hegre unanimiter conclusum est, ut vos Bohemi ad hunc locum proficiscamini, quod, Deo disponente, jam oculis meis factum video. Nunc autem spes futuri gaudii magis ac magis appropinquat, quoniam filios meos ante haec tempora invidia Diaboli inter se divisos, nec se respicere audentes, nunc in simul modeste confedere, pacifice loqui, & mansuete invicem conversari aspicio. Et quo magis corpora conjunguntur, & major spes est conciliandorum animorum.

Multum quid effluxit temporis, quo latiore diem quam istam experta non sum, quandoquidem vero similia futurae unionis fundamenta ex tam felici initio inter filios facta esse videntur. Agite igitur, filii mei, implete gaudium meum. Date operam ut quod tam laudabiliter inchoastis, optato sine terminetis; gaudium captum est, restat ut consumetur, in manu vestra est consummare illud, & consoletur matrem vestram; atque omnem exhilarare populum christianum, qui magno cum desiderio finem conversionis vestrae praesolatur; facite, obsecro, ne frustra hoc venisse videamini, sic agite ut tot labores jam ultra annum incassum non dispercant, & gentes tam grandi de vobis spe concepta non frustrantur. Quis tam duri cordi filius est, qui tam vehementer obsecratus audeat contraire maternis precibus? Quis tam inhumanus atque impius reperiri potest, qui sic efficaciter a matre adjuratus mox non acquiescat, & cum

cum *Sabomone* dicit: *peccator mater mea; neque*
scitis quis sit filius meus, ut avertam faciem meam. Sub
hac igitur spe, *filioli mei*, explicabo vobis
desiderium meum & confidenter aperiam,
quod illud sit gaudium, quod tantopere per
vos impleri obsecro; sed, hoc, *filioli mei*, sci-
tote, nihil difficile aut laboriosum me petira-
ram, dulcissimum erit & utilissimum, in quo
magis contrariabitur, eo dulcius atque utilius
erit; Hoc, inquam est gaudium, quod imple-
ri postulo, primum ut idem sapiat omnes,
deinde ut eandem charitatem habeatis. Quid
de hac duplici petitione vobis videtur, *fi-
lii*? Numquid precipio vobis, ut transiretis
maria, per orbem peregrinamini, cum hosti-
bus pugnetis, nam habeo ut contemnatu di-
vitiarum, ut corpora vestra maceratis jejuniis,
ut martyria & tormenta subeatis? Nihil hor-
rum, ut audistis, quamquam & si ista preci-
perem contemnenda non essent; nam & fra-
tres vestri qui vos precesserunt iussu meo hac
& maiora forti animo speraverunt facitarent.
Sed hoc dumtaxat hortor, hoc moneo, ut
ad ipsum credatis, & alter alterum diligat.
Credere facillimum est; amare dulcissimum;
utrumque vero utilissimum, his duobus pre-
ceptis conciliandis, re nulla extrinsecus opus
est. Credere & amare invicem in cordibus ves-
tris, & satisfecistis desiderio meo in momen-
to, in actu oculi: hoc agere potestis: velitis
& factum est.

Primum est igitur ut idem sapiat: quid est
idem sapiat nisi ut non diversa alter ab al-
tero fide Domini nostri Jesu Christi sentiat?
A fide inceperit, quoniam fides Christiana Re-
ligionis & omnis salutis janua est; hoc est
fundamentum & radix omnis edificationis,
quam crevit in domo mea. *aliud autem funda-
mentum, secundum Apostolum, nemo potest
ponere, quam quod possumus, quod est Chri-
stus Jesus.* Hoc autem fidei fundamentum,
quam firmiter sustentet edificium quod supe-
rimponitur, quantum illud virtute ac gratis
communiatur, & hac radix, quam saluberrim-
os suavissimosque ex se producat fructus,
quo alio probationis genere ut opus est. *nisi*,
hoc solo testimonio quod Christus Jesus per
quem facta sunt omnia, hujus edificii basis
ac fundamentum fieri dignatus est? Huic er-
go tam stabili fundamento si quis corde puro
& conscientia non facta inhaerit, primum ab
immunditiis, si quas habet, purificabitur, ut
in actibus Apostolorum scriptum est: *fide puri-
ficantur corda eorum*; purificatus vero mox in
Domino justificabitur, ut inquit Apostolus:
Arbitramur hominem justificari per fidem. Sic
autem anima per fidem purificata ac justifica-
ta merebitur desponsari a Domino, ut ipse
per *Oseam* inquit: *desponsabo te mihi in fide.*
Quicumque vero sic desponsatus fuerit, for-
tis fiet, ut illi magno adversario nostro leo-
ni rugienti, possit resistere, cui inquit Petrus:
resistite fortis in fide: Huic qui resistere po-
tuerit ejusdem fidei virtute facillime vincet,
& superavit mundum fides nostra. Mundo au-
tem derelicto benedictionem accipiet per eam-
dem fidem a Domino, quia qui *ex fide sunt*
secundum Apostolum, *benedicti a Domino*
cum filiis Abraham. Sed & hac amplius quia
Christus in corde fidelis animae habitaculum
facit: *habitabit inquit Apostolus, Christus per
fidem in cordibus vestris*, nec solum habitabit

A quinimo per fidem in filium adoptivum ad-
sumat: omnes enim, inquit Apostolus, *fili
Dei estis per fidem.* Postquam autem fidei me-
rito tantum muneris a Domino consecuti fue-
ritis, ut ejus filii efficiamini, confidenter a Pa-
tre vestro omnia postulare poteritis, & respon-
debit vobis, sicut olim Centurioni: *fat tibi fi-
cus credidisti*; & quemadmodum cananum: *me-
gna est fides tua, fat tibi sicut vis.*

Quam preciosa est hujus fidei radix & se-
mem ejus, quod si modicum quid ex ea hau-
rieris. Quid autem minus dici potest, quam
granum sinapis? dicitur *huic monti: transfer te,
& transfer te.* Quamvis autem non semper
eo modo quo verba petentis sonant quis ex-
audiatur; obtinetur tamen per fidem id quod
magis petenti prodest, ad vitam praesertim eter-
nam; in qua omne desiderium includitur,
cujus vita aeterna per fidem hic promissione
consequimur, inquit Tobias: *fili Sathorum
sumus & vitam exoptamus*, quam Deus datu-
rus est, his qui nunquam mutant fidem. Quid
plura? sine hac ambulare non potestis, quia
per fidem ambulamus inquit Apostolus; sine hac
nec etiam vivere, quia *justus ex fide vivit*, si-
ne hac ut idem attestatur apostolus, *impossibi-
le est placere Deo*; sine hac quiescet in aby-
ssum errorum mergitur, sicut in profundum
maris mergi incipiebat Petrus, cui dictum est
a Domino, *modica fidei cur dubitasti*. Vident
Cigitur unusquisque quantum stabilitatis & fir-
mamenti ex hoc fundamento, quam preciosus
fructus ex hac radice, quamque caelestia bo-
na ex hac fidei professione assequi possit. Quid
ergo illa pretiosius? recte inquit Petrus: *pro-
batio fidei pretiosior est auro, quod per ignem
probatur.* Sed ad veram adipiscendam fidem,
filioli mei, primum nosse oportet sub qua do-
mo hujus quod antea dixi fundamentum ja-
ctum sit, & quemadmodum ad eam perre-
niamur, super fundamento domus mea a Do-
mino edificata est, ipso dicente: *super hanc
petram videbitur fidei edificatio ecclesiam meam*:
videte quis est hic edificator & architector:
is cuius manus facti sunt caeli & terra, & cu-
jus ordinatione perseverant caeli, & omnia
serviunt sibi, hic noster fabricator tam solide
huic fundamento domum meam superimpo-
nit, ut quamquam potestas sathan tanta sit,
ut secundum *Job*, *nulla sit ei similis in terra*,
quem ipsa veritas principem hujus mundi ap-
pellat; tamen adversus hanc meam domum
privilegio Christi nihil prevalere possit. Scruta-
mini Scripturas & nullam domum sic fun-
datam, nec tale ei munus indultum invenie-
tis. Hanc domum perflare venti possunt, con-
cutere non possunt, fulguraque ac turbines
tam tangere, sed non evertere, quia hac
domus Domini firmiter edificata bene fun-
data supra firmam petram, non super arenam
aut trabes putridas, seu saxa mortua fundata
haec sacrosancta mea domus, sed supra lapi-
des pretiosos Jaspidis & Saphyri, ac aliorum
decem, quos in Apocalypsi nominatim Ioan-
nes enuntiat. Sed quidem omnibus pretiosis
lapidibus pretiosus est supra petram Christi
vineae, nec etiam mortali manu hominum
facta est, sed nova descendit de caelo a Deo
parata sicut sponsa ornata viro suo. Nemini
ut hanc domum demoliatu ingredi fas est,
quam 12. Angeli, ut in eadem Apocalypsi
scribitur, in portis custodiunt. Sed qualem in-
tus

tus putatis hanc esse domum: an caliginosam, an forte ad depellendum tenebras lumen ibi esse ex oleo aut cera compositum, aut quod plus est solem aut lunam in illa lucere? majus aliquid habet & longe majus. Sed quid illud esse potest sole & luna majus lumen, audite Joannem in Apocalypsi dicentem: & civitas quam paulo superius novam descendentem de caelo & uxorem agni dixerat, non eget sole neque luna, ut luceat in ea; claritas Dei illuminat eam & lucerna ejus est agnus: *Et ambulabunt gentes in lumine ejus; & supremum omnium testimonium adducamus, Christus qui mentiri non potest, pollicetur esse manere cum ea usque ad consummationem saeculi si qui in hac domo in nomine Jesu Christi congregantur, ibi ipse est in medio eorum, & Spiritus Sanctus lumine suo claritatis totam replet, ubi filii mei manent in unitate sedentes. Sed & hoc memoria perpetuo fixum tenete, quod Apostolus ad Timotheum scribit: *hac tibi scribo, fili mi Timothee, sperans me ad te venire cito; si autem tardavero, ut scias quomodo oportet te in domo Dei conversari, quam est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. Intra igitur omnis homo securus, tam lucidam & tam firmiter constructam domum, quam nec obtenebrari potest, talem ac tantum Dei Patris & Agni & Spiritus Paracliti fulgorem habens, nec corrui talibus superinixa basibus; & qui ingreditur maneat, & numquam exeat; & qui exivit redire non diserat, redeuntem autem neminem eicio: extra hanc domum omnia sunt caligo & tenebrae; extra istam nec est, nec esse potest vera fides, nec salus hominibus, & velut qui in arcam Noe recepti non sunt diluvium aquarum absorbit, ita & qui in hac sacra aede non permanserit caligine errorum obrui, & tandem perire necesse est. Sed nec ad hanc domum iter patere cuiquam potest, nisi illum ipsa docuero, quam nisi a me doctrinam fidei accipias, non fidem rectam nec ecclesiae unitatem habere poteris. Fides, ut scitis, ex auditu est, quomodo audietis sine praedicante, sed praedicari quid prodest, in quo sit salus, nisi evangelium Christi, quomodo autem verum fore Christi evangelium scire poteris nisi illud vobis patefecissem? Audistis nonnullos etiam ex Apostolis scripsisse evangelia: sed quoniam quatuor dumtaxat approbavi, illa ut evangelia venerantur, alia respuuntur. Neque etiam propterea, quod ad hanc domum iter vobis ostensum fuerit ingredi poteritis, nisi ego, cui claves hujus domus a Domino traditae sunt, meis manibus adaperiam, vosque introducam. Sine his clavibus ad secretos, thesauros caelestis Regis, sponsi mei, in domo mea reclusos nemini licet introire: & si quis alienus clavibus introire contendent, poterit videri intrare, sed non recte intrare. Restat igitur, & jam liquido intellexistis, quod pervenire ad fidem & perseverare in ea, nisi per me & mecum non potestis. Quamobrem sine mora derelictis omnibus unusquisque sequatur me, & mecum habitet, ut veritas fidei habitet in eo.**

Liber, in quo fides catholica descripta est, non incongrue illi libro comparari posset signato septem signaculis, quem, ut apocalypsis Joannis testatur, nemo neque in terra neque sub terra solvere potest, nisi solus agnus,

qui occisus est. Ita quidem & hunc librum fidei ac doctrinam ejus, nulli creature neque in caelo neque in terra aliter intelligere fas est, quam ego, catholica ecclesia, intelligam, ipsiusque veri agni vera sponsa, cui, sponsus, ut ex evangelio Joannis saepe legi audistis, *omnia quae auditur a Patre nota fecit*, neque enim Angelis neque hominibus quantumcumque praeditis potestate contra meam doctrinam quidquam credendum foret. Ita ad Galatas scribit Apostolus, per cujus os loquebatur Christus: *licet nos aut Angelos de caelo evangelizet vobis praterquam quod evangelizavimus, anathema sit*. Hoc nihil aliud significare videtur, nisi quod Angelos de caelo contra veritatem evangelicam quidquam dicere impossibile, est, me vero adhuc impossibile. De hominibus autem quis gloriari potest, ut sibi contra Ecclesiae auctoritatem credatur, cum apostolus seipsum velit esse anathema, si aliud evangelizet, quam quod prius secundum eam doctrinam evangelizaverat? His autem qui sub terris sunt nihil quoquomodo forte credendum, quis dubitet, cum Sathanas & Angeli ejus in veritate non steterint, sed mendaces sint, & mendacii patres, si Arius, manichaeus, Nestorius, Faustus, Donatus, & caeteri hujusmodi hominum monstra meis tantum clavibus & non propriis & adulterinis hunc fidei librum aperire voluissent, in inferno cum patre mendacii non cruciarentur; si hi pertinaces & obstinati homines meis paruisset preceptis, multarum gentium catervas ad locum sulphuris & ignis perpetui secum non praecipitassent. Initium salutis hominis est nolle propriae inniti prudentiae, sed seipsum ad suscipiendum majorum suorum disciplinam accomodare: illorum scilicet, quos diutina approbatio autenticos fecit, quorumque doctrinis sanctitas vitae ac manifesta miracula certum perhibet veritatis testimonium. Quis non sanctos Patres ac Doctores, per multa saecula a me ubique approbatos, quorum fuit tanta integritas, & veritatis zelus ut prius mortem, & omnia supplicia pati voluissent, quam levissimum proferre mendacium, potiusquam seipsum (non) rudis forte ingenii sed non exercitati merito sequi debeat? quis interpretationi excellentissimorum pene innumerabilium Doctorum ex omnibus mundi partibus in eadem convenientium sententia, qui ita in sacris scripturis studiosi fuerunt, ut omne vitae tempus in his exposuerint, non potius acquiescat, quam duobus aut tribus seu paucissimis hominibus, noviter scripturas legentibus, nullo fretis Doctore nisi proprio ingenio? quis non advertat, quam sit ecclesiae Dei perniciosus hic morbus nullo pacto ferendus? Si enim cuique fas est suo sensu exponere & interpretari scripturas, nihil certi erit, omnia confusura, & invicem adversa fient; novum redibit chaos, tot erunt sententiae quot capita. Quis ille ita hebes cui non suppetat audacia novam fabricare interpretationem? Melius ergo leges humanas conditas esse fateri oportebit, haec postquam vel a Principe vel a communitate latae sunt, nemini fas est contraire. Quod si forte aliquid ambiguitatis contineatur, privati non licet interpretari personis, sed ad legislatorem seu illum, qui iudicando praestit, habetur recursus, si forsitan vestrum aliquis ratione non movetur, exemplo populi Dei

moveatur: scriptum est in Nehemia, quod A
 congregati sunt Principes; familiarum uni-
 versi populi, sacerdotes & Levites, ad Es-
 dram scribam, ut interpretaret verba legis.
 Et quia vitio nature corrupti homines fre-
 quenter errant, frequenterque inter se discre-
 pant, necessario Dominus noster Jesus Chri-
 stus fidelibus suis providit, me Sanctam ca-
 tholicam & apostolicam ecclesiam in terris
 relinquens, atque adfidentis suae ac Spiritus
 Sancti usque ad consummationem saeculi, &
 in aeternum corroborans, ut in his, quae ad
 salutem pertinent errare non possem, & ad
 me omnes tanquam ad infallibilem regulam
 aspicerent. Si una sancta catholica & aposto-
 lica ecclesia toto orbe terrarum semper voca-
 ta & credita sum, nemo ab unitate me scin-
 dat, nemo, quod sanctum est, erroneum pu-
 tet, nullus iudicium proprium aut paucorum
 universali determinationi anteponat; catholi-
 cum enim Graecum est, quod Latine univer-
 sale interpretatur. Si apostolica vocor, ut cer-
 te sum, eredit unusquisque indubius quod si-
 cut Apostoli Spiritu Sancto inspirati locuti
 sunt, ita loquor & ego. Neque enim solum
 pro tempore apostolorum Christus per se &
 Spiritum Sanctum assistere promisit, sed saepe
 pro vestro profectu repetendum est, usque
 ad consummationem saeculi & in aeternum;
 nec pro illis tantum oravit Dominus, sed di-
 xit in evangelio Johannis: *Sanctifica eos in C*
unitate, sermo tuus verus est, sicut tu me mis-
isti in mundum, & ego pro eis sanctifico meip-
sum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non
autem pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui
credidit sunt per verbum eorum in me, ut om-
nes unum sint, & mundus credat, quod tu me
misisti, & ego claritatem, quam tu dedisti mihi,
dedit eis, ut sint unum, sicut & nos unum su-
mus. Hic aperte cognosci potest, quod sicut
 Pater & filius in unitate & veritate non di-
 scordant, sed unum sunt; ita omnis ecclesia,
 & apostolorum & eorum qui per eos credi-
 turi sunt usque ad finem, unius est veritatis,
 & unitatis. Hinc est quod in Apocalypsi di-
 citur murum civitatis descendens de caelo,
 quae est Ecclesia, habere fundamenta Aposto-
 lorum & agni; & Apostolus inquit: *iam non*
estis hospites & advena, sed crues sanctorum &
domestici Dei, superaedificati super fundamentum
Apostolorum & Prophetarum. Quis iam non
 videat quam turpiter seipsum confundit tot
 habens divinae veritatis testimonia, qui de
 mea doctrina ac fide aliquatenus dubitaverit?
 estultum prorsus se comprobatur, ut inquit in
 Proverbiis Salomon, *qui despicit matrem,* Jam
 igitur qui me audit, Christum se audire cre-
 dat, & qui me spernit, Christum spernere
 non dubitet, ut ipse attestatur. Sacrilegus est
 ac nomine Christiano, indignus, Christum e-
 nim mendacem facit, qui in mea doctrina a-
 liquid suspicatur falsitatis. Cavete ergo, filii
 mei, ne unquam in hanc incidatis tentatio-
 nem, ut scripturas proprio sensu, aut aliter
 intelligere velitis, quam ego intelligam. No-
 lite usurpare privilegium hoc, quod mihi so-
 li concepit Dominus; vos cum errare possitis,
 iudicium vestrum humiliter more patrum ve-
 strorum mihi submitte, quam experientia
 teste constat errare non posse. Me dispensa-
 tricem mysteriorum suorum reliquit Dominus,
 constituitque super omnem familiam suam, ut
 Concil. General. Tom. XXIX.

dem in tempore tritici mensuram. Multa in
 scripturis sacris esse fatemur, quae expositione
 indigent. quae si cortice tenuis intelligantur,
 facile in errorem legentes pertrahent; si quid
 legere in eis vos contingat, quod non tam
 plane, ut velletis, intelligitis, agite instar
 Discipulorum Christi, qui parabolam a Domi-
 no dictam non intelligentes, ipsum Dominum
 interrogant: *Domine, edifere nobis parabolam*
quam rogamus. Discipuli parabolam Domini non
 testantur proprio sensu intelligere, neque ad
 scribas & Phariseos, ut eis exponerent, sed
 ad magistrum veritatis profecti sunt. Vos er-
 go ad alium nolite accedere; pergite ad me
 discipulam Christi, matrem & magistram ve-
 stram; aperiam vobis & luce clarius manife-
 stabo sensus & arcana scripturarum, & inci-
 piens a Moyse & omnibus Prophetis interpre-
 tabor vobis in omnibus scripturis quae de Chri-
 sto sunt! Venite filii, audite me, & instruem
 vos in via hac qua gradiamini. Nullus per
 me unquam deceptus est, neque in aeternum
 decipietur. An ne experientiam queritis e-
 jus, qui in me loquitur Christus? ipse caput
 meum & Spiritus Sanctus ductor meus, quo-
 modo me fallere quemquam permittent? Vul-
 tis, filioli mei, viam vobis ostendam infalli-
 bilem, in qua si recto calle incedatis, nun-
 quam errare poteritis. Respicite semper ad
 me, considerate vestigia mea. & pedetentim
 me sequimini non declinantes ad dexteram
 neque ad sinistram, & si forsitam strictum cal-
 lem aut durum iter seu asperum monticulum
 ascenderitis, clamate ad me, & porrigam vo-
 bis dexteram, & sustentans vos, convertam
 aspera in vias planas, vosque illosos & sine
 labore ad montem qui est Christus perducam.
 Recurrite ad me audacter & confidenter, &
 nunquam vobis in necessitate deero. Non sum
 superba nec fastidiosa, mater benigna sum &
 pia sum, & charitate ardeo; omnes sive ve-
 nientes sive redeuntes ad me hilaris in gre-
 mio suscipio; omnes doceo, instruo & con-
 sortio, & vena aquarum viventium de ventre
 meo fluit in audientium ora. Memoriale hoc
 Dperenne superponite, filii mei, in frontibus,
 alligate in digitis, & super limina domorum
 affigite: credere videlicet quod ego credo,
 profiteri quod ipsa profiteor, & tunc nulla ca-
 ligo erroris nullaque tenebrae falsitatis vobis
 appropinquare poterunt. O sanctum documen-
 tum, o felicem semitam, o omni tempore
 jucunda vestigia! Quid certius aut securius
 viatoribus huius saeculi relinqui poterat, quam
 quod talis via exhiberetur, qua incedentes
 nullatenus deficere possent? Nolite abduci va-
 riis & peregrinis doctrinis, nec sequamini ma-
 gistros prurientes auribus, omnem doctrinae
 cibum, qui de mensa mea non propinatur,
 suspectum habetote venenosus est, virus ha-
 Ebens aspidis insanabilis; interpretationum, &
 expositionum novitates cavete, sensus insol-
 tos singularesque sententias fugite, doctores
 qui in mea schola probati non sunt, tanquam
 serpentes declinate; nam ut inquit Apostolus,
estis decem millia paucorum habeatis in Chri-
sto, sed non multos Patres, nam in Christo Ie-
su per evangelium vos genui. Rogo ergo vos,
 imitatores mei estote, sicut & ego Christi,
 nec filii mei, oportet omnium, quae a me
 audieritis, postulare ex humano ingenio ra-
 tionem; fides enim non habet mentem, cui
 X x hu-

humana ratio præbet experimentum, a Christo fides est, quam per me vobis infundat; certiores de fide & doctrina mea estote, quam si quid proprius aspiciatis oculis; humani enim oculi rem licet propinquam videntes, nonnunquam fallantur, putantes aliud esse quam sit; Deus autem nec falli a quoquam, nec fallere quemquam potest; doctrina autem mea non est mea, sed ejus qui desponsavit me. Sustinete ergo paululum, si forte omnia capere non potestis, usque ad locum, ubi ego in cælis triumpho, vos perduxerim, ibi sine ullo velamine rationem, quam modo fide creditis, oculis intuebimini manibusque palpabitis; nunc videtis per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Expofui vobis, B

Cætera quæ sequuntur ad charitatem pertinent. Et quoniam fides sola ad salutem non sufficit, nisi vestita sit & comitata charitate; nam ut inquit Apostolus, *et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum*; ideo post fidem præceptum charitatis traditum est. Non expectetis ut ego omnes limites charitatis hoc uno sermone complectam, ipsa quidem tam magna est, ut si linguis hominum loquar & Angelorum, vix mediocriter eam explicare possem utique cum tantæ dignitatis sit ut inter virtutes præcipuas sola Deus appelletur, Deus omnium charitas est: tantæ etiam est auctoritatis, ut cum gaudio referam more humano loquens de omnipotente Deo triumphans visa est, dum eum de cælo solo amore traxit ad terram, in cruce pro salute nostra affixit, & usque ad ima terræ pro redemptione filiorum Israel migrare coegit. Quid digne de hac virtute dici unquam poterit, quæ in cælo & in terra dominatur & regnat, & cum vult usque ad abyssum penetrat. Hæc est illa excellentior via, quam demonstrat Apostolus; nam & Propheta demonium eiicere, virtutes ac miracula facere sine charitate neminem gratum Deo efficiunt; talia enim facientibus tandem Christus dicturus est. *Recedite a me operarii iniquitatis, non novi vos.* & habentibus scientiam Dominus improperat. *Vos clamis locuta habetis, sed nec intratis in regnum colorum, nec alios intrare sinitis;* Dare sua omnia pauperibus, & seipsum martyrio sine hac nihil prodesse affirmat Apostolus: Charitas præceptum præceptorum est, in quo præcepto omne concluditur; nam ut inquit Apostolus; *finis præcepti est charitas.* Et rursus: *plenitudo legis dilectio.* Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, nec agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, & cætera omnia continet quæ, ut scitis beatus Paulus late commemorat: Charitas fons est perpetuus & singularis honor, cui non communiatur alienus, E

stem nuptialem, qua induti scire discumbentes in mensa regia non timebitis ut dicatur vobis; *cur hæc vestris non habentes vestem nuptialem.* Hæc veste induti pelletis a vobis frigus, qua frigebat Petrus calefactus se ad prunas Cayphas. Hæc vestis circumdati, quam omni armatura est fortior, intrepidi & illasi cuneos hostium pertransibitis; & ut uno verbo omnia complectar, si vultis perfecti esse, super omnia charitatem habete, quam secundum Apostolum vinculum est perfectionis. Sed quemadmodum paulo ante documentum tradidi, quo ad rectam fidei regulam perveniri possit, ita & vos nunc erudiam, quam faciliter a charitate nunquam excidatis. Respiciat semper ad me, considerantes me esse matrem, & vos filios; recogitate in visceribus meis vos esse conceptos & eodem lacte nutritos; tunc fratres vos esse invicem recognoscetis, & ex eadem carne eandem carnem vos inficari non poteritis. Quis ergo unquam carnem suam odio habere poterit? Attendite etiam quam tenerrime vos semper dilexerim, & quantam unicuique filiorum meorum charitatem exhibeam, quantoque labores & angustias in omni mea ætate pro vobis ubique terrarum perpessa sim, ut a me exemplar capientes diligatis vos invicem sicut dilexi vos. Sed & si partem superiorem dignioremque mei corporis, caput videlicet aspexeritis quod est Christus, efficacius charitatis magisterium cordibus vestris imprimetur. Cogitantes namque, quod cum mundus nihil meruerit, imo propter sua facinora morte dignus est, ipse Jesus Christus sola charitate tot tantaque in corpore suo pro salute hominum tormenta pertulit, totque beneficia conferre dignatus est, quot lingua humana exprimere nunquam posset, mox omnem compellemini rancorem deponere, & indissolubili charitatis vinculo confederati, in fraternumque amorem redire. Dicite mihi, numquid vos extraneos aut alienigenas esse putatis, filii mei? Si hoc putastis etiam injuriam facitis. Nonne in hoc vos utero tanto cum labore concepi & portavi? Nonne his lactavi uberibus, & his manibus cibum potumque tanto tempore præbui? Cum ergo, fratres, germani sitis ex eadem carne geniti, & talia exempla dilectionis a capite & toto meo corpore habeatis, debetis alter alterum fraterna charitate diligere, & cum omni sinceritate invicem reconciliari. O ossa de ossibus meis! O membra de membris meis! O viscera de visceribus meis! Quis vos ab invicem separavit? Quis inimicus homo inter vos zizaniam seminavit? Quis seductor ille antiquus, accusator fratrum suorum vos ad tantas inimicitias perduxit? Solentis idem sapere, invicem vos amare, fovete concordiam, insimul cum pace & charitate conversari, nunc mutatus est per omnia color optimus; nam unitas in diffensionem, charitas in odium, pax in bellum, fraternitas in hostilitatem perversa sunt. Cur sic inhumaniter, filii mei, configunt? Cur gladiis & igne decertant? cur tam crudeli bello & odio detestabili alter alterum persequitur? Sunt ne ista jura fraternitatis? Suntne hæc cognationis & proximitatis indicia? Erubescere ferens: vix barbari & infideles hoc inter se tam atrociter facere audeant. Convertite jam gladios in vaginas, quia omnis qui gladio ferit, glo-

gladio peribit; Remittite tunc vultus, abjicite animas, deponite arma, projice tela manus sanguis meus, abolite penitus ex cordibus vestris omnia discordiarum odiorumque fomenta; osculamini, obsecro vos, in presentis matris vestrae osculo pacis, amplectamini vos tenerrime, date invicem dexteram, congratulamini simul, epulamini in mensa mea cibos deliciarum mearum pacis & charitatis; celebrare solemniter hunc diem festum. Consolamini, consolamini, filii mei matrem vestram qua hunc diem tanto cum desiderio precolata est; amate vos invicem, ut fratres decet, & contenta sum. Impletum est gaudium meum, & nihil amplius postulo.

Sequitur in verbis Apostolicis: *unanimes idipsum sentientes*, hoc est ut in diversis corporibus idem sit animus eademque voluntas. Sit hic populus meus quasi vir unus; non scindamini in varias fermentationes, sed quid voluerit unus in Christo, alter similiter velit. Imitatores estote Patrum vestrorum, quorum in primitiva etate eor erat unum & anima una. Nihil unitate prestantius, quam quam Christianis sit necessaria, Christus ipse ostendit, qui pro eis oravit, non ut efficerentur divites aut sapientes hujus seculi, sed unum essent, sicut sunt ipse Pater & Filius. Quid utilius Reipublicis Christianorum esse potest quam unitas? hoc modo christiana crevit religio, & ego propter unitatem filiorum meorum toto orbe terrarum diffusa fui. Cavete modis omnibus discordias, & timete quod comminatur Dominus: *omne regnum in se divisum desolabitur, & domus supra domum ruet*. Scitis vulgare illud dictum: concordia parva res crescunt, discordia autem dilabuntur. Si vultis ire ad Christum, pacem inter vos perpetuam contrahite, qua nihil esse Deo acceptabilius, hominibusque expedientius ex hoc facile intelligetis, si memineritis Christum de caelo descendentem in terram pacem per angelos suos annuntiasse hominibus; de terraque in caelum redeuntem eandem pacem duntaxat discipulis in testamento reliquisse. Sentite idipsum inter vos, hoc est & bona malaque per charitatem sint omnium: hoc proprium charitatis est, flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus; nisi membra invicem jungantur, & suo ordine connexa persistant, & unus alteri opem in necessitate praebet, deficere corpus necesse est: *unum enim corpus sumus in Christo, singuli autem alterius membra in Christo Jesu Domino nostro*, ut inquit Apostolus; subdit deinde Apostolus, nihil per contentionem, inanem gloriam, sed in humilitate. Haec superioribus consentanea sunt & valde accommodata. Cum enim ad hunc locum causa fidei & charitatis veneritis, non decet ut tam sanctum opus contentiosis verbis agatis, sed cum omni potius mansuetudine & lenitate. Contentio animos irritat, mentem perturbat & odia accendit. Non possum pati in domo mea & inter filios meos fieri quaestiones pugnaeque verborum; ex his enim, inquit Apostolus ad Timotheum, *oriuntur invidia, contentiones, blasphemiae & suspiciones & rursus: his qui sunt ex contentione, & non acquiescunt veritati, ira, tribulatio & angustia*; cum contentiosis & per contentionem nihil tractare unquam consuevit. Ita de me inquit Apostolus: *si quis autem videretur contentiosus esse, nos talem*

Concil. General. Tom. XXIX.

A consuetudinem non habemus neque ecclesia Dei; sed nec per inanem gloriam in hoc sacro loco quidquam agitur, inanem gloria cujuscumque boni operis fermentum est insidiatrixque virtutum, ut fructum quem bene operando acquirerent, per elevationem evacuent. Inane est captare hominum laudes, qui cum secundum oculos judicent, sepe falluntur. Momentanea est ista gloria, ex fastu & cupiditate procedens; & quia inanis est, constat esse vanam ac vacuam, meritoque contemnendam; ex eo quod inane est, quem fructum referre poterit? Quinimo satagite placere Patri caelesti, qui videt in abscondito, hoc est quare non inane, sed aeternam gloriam. Quidquid facietis in gloriam Dei facite. Nolite fieri similes scribis & pharisaeis, qui, ut inquit Dominus, omnia sua faciunt, ut videantur ab hominibus, & ut vocentur Rabbi. Imitamini potius illa sancta quatuor Ezechielis animalia habentia facies extensas desuper, & pennas extensas desuper; hoc est cogitationes vestras qua significantur per pennas, & actiones qua significantur per facies ad Deum semper referri. Si quis inter vos sapiens esse videtur, non gloriatur, ut inquit Jeremias, in Sapia sua: nec fortis in fortitudine sua, nec dives, in divitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus. Vereamini quod minatur Psalmista: *Dominus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent*; absit vobis gloriari; nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. Si gloriari vultis, in Domino gloriemini, & haec gloria vestra testimonium conscientiae vestrae. Hujusmodi inanem gloriae appetitus in intelligendis Scripturis sacris supra modum obest, dum in humanis laudibus aucupandis animus intentus est, primo sensus insolitos, novaque opinionem querit; deinde quae ipse adinvenit, nimis tenaciter defendit, unde fit ut redligere intellectum in captivitatem recuset, quod necessarium est secundum Apostolum; aliter Scripturas intelligat quam Spiritus Sanctus efflagitet, & dum singularitate sententiae gloriatur, seipsum nolens corrigere in errore perseveret. Et quia inanem gloria filia est superbiae, quae non considerans imbecillitatem ingenii humani, effert se supra se, & apostatate hominem facit a Deo, sicut & olim multos ex Angelis; ideo confestim Apostolus in remedium hujus vitii subjicit humilitatis virtutem. Hortor ergo vos, ut vestras causas in humilitate agatis; nihil, dilectissimi mei, citius ad eandem fidei unitatem & charitatem adducere vos poterit, quam humilitatis spiritus; nihil vero magis dirimere, quam superbiae tumor; nam sicut nutrix est dilectionis humilitas, ita mater odii superbia; si gratiam appetitis, humiles estote, quia Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam. Et ne humilitatis persuasi forsitan communis cuiquam videatur, beatus Paulus postquam praedixit nihil per contentionem & inanem gloriam sed in humilitate; continuo subdit; *hoc enim sentie in vobis quod in Christo Jesu, qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Quod majus humilitatis exemplum tradi aut cogitari potuisset, quam quod Dominus & Creator omnium se exinaniverit & servilem conditionem acceperit? Quis tam e-

latus esse potest qui ista cogitans non com-
pellatur fieri humilis? hujusmodi exinanitio &
servilis forma acceptio, etsi facta foret ad
persuadendam omnem genus humilitatis, quia
tamen acta sponsi mei nimis mihi suave est
recensere, ideo moram mihi in misculando
gerite.

Nonne tota ejus vita summa redolet humi-
litate? Nascitur ex humillima matre, humili
nutritio commendatur, in humili tugurio &
inter humilia animalia reponitur, humiles pe-
ccatores & discipulos elegit, humiles parvu-
los amplectatur; predicando sibi nihil attri-
buit, sed dicit: *sermo quem audistis non est
meus, sed eius: qui misit me.* Faciendo miracula di-
cit discipulis: *videte nemini dixeritis visionem
hanc; leproso mundato: vide, nemini dixeris;*
abluat in documentum humilitatis pedes Di-
scipulorum, & ut impleat omnem humilita-
tem permittit se a servo baptizari; humiliter
omnes audit, humiliterque respondet etiam
casus. Taceo quam humiliter passionem &
crucem tulerit, ne forte fluxius lacrymarum
me reliqua dicere, & vos audire impediatur.
Desinerent mei quippe dies, si omnia Chri-
sti humilitatis gesta & documenta referre vel-
lem. Quid ergo intrumescis o homo! O pellis
mortua quid tenderis! O fames foetida quid
inlatis! Princeps tuus humilis, & tu super-
bus; caput humile, & membrum superbum!
Dicitur igitur, filii, a Christo, quam mitis
est & humilis corde. Sed si vultis, filii
mei in hoc sancto unitatis negotio, quod tra-
ctaturi estis, vitare contentionem, inanem glo-
riam & omnia ex humilitate agere, si vultis
celeriter & sine difficultate idipsum sapere, &
charitatem mutuam habere, accipite hoc sa-
lubre praeceptum quod vobis trado, quo nihil
consultius, nihil efficacius esse potest. In om-
ni controversia sedanda primum quaeritur ju-
dex peritus, & qui non sit acceptor persona-
rum, nam sine iudice litigantes raro inter se
convenire consueverunt. Ecce hujusmodi vo-
bis demonstro judicem; ipsa ego sum sancta
Dei ecclesia, mater vestra, compromittite in
me, eligite me in iudicem & arbitram. De
sapientia mea cui relinquatur dubitandi locus,
cum Spiritus Sanctus omnem me doceat veri-
tatem? Si evangelia & omnis Sacra Scrip-
tura a me fidei auctoritatem susceperunt, si
nihil catholicum dici potest quod per me non
fuerit approbatum, si omnes Doctores ac magi-
stri suas sententias meo semper iudicio submi-
serunt dicentes: *non crederemus evangelio, nisi
ecclesia catholica auctoritas commoveret.* Quis de
caetero ambigat, an cuilibet controversiae defi-
niendae competens ego iudex sim? De acce-
ptione personarum supervacuum est quidquam
dicere, cum leges humanae prohibeant, pa-
rentes a filiis, in quibus constat affectus, ju-
dicem recusari. Quis major vobis honor con-
tingere potest quam sponsa Christi, & regina
adhaerens a dextris ejus iudicet inter vos, quae
major rectitudo veritatis, quam quod discipu-
li Spiritus Sancti sententiam pronuntiet? Quem
umquam fideliozem iudicem invenire poterit-
is, quam amantissimam matrem vestram? No-
lite ergo disputando laborare, non contendo
verbis alter alterum laceffere; quid vos mul-
titudine librorum oneratis? cur diversorum
magistrorum sententias in medium afferitis?

Car intelligentias vestras humanis inquisitioni-
bus & subtilitatibus defatigatis? Ecce in me-
dio vestri adest magistra vestra, cui Spiritus
Domini sensus, mysteria, & arcana aperit
scripturarum. Non mihi opus est iudicando,
ut legisperitos advocem, neque bibliothecas
perfructer, nullius hominis consilio opus ha-
beo cui consulit Deus. Charitas Domini sem-
per meum intellectum illustrat, & agnus meus
Jesus Christus ante me lucernam defert, ne
errem, ut paulo ante ex Apocalypsi Joannis
recitatum audistis. Et quia ego cum sum to-
to orbe terrarum diffusus, in uno loco tota ef-
se non possum, soleo pro necessitatibus Chri-
stianae religionis nonnunquam urbem aliquam
insignem eligere, & ad eam ex omnibus fin-
ibus meae ditionis episcopos & sacerdotes &
alios Levitici generis, quos voluero, ex po-
pulo Christiano advocare, quibus in Spiritu
Sancto legitime congregatis, ego ipsa reprae-
sentor, & ibi tribunal meum erigens, quid-
quid per hujusmodi congregationem, quam
universalem synodum & generale concilium
voco, iudicatum statutumque fuerit, perinde
ratum habeo, ac si ego ipsa proprio ore ju-
dicassem ac statuissim, idque ab omnibus ju-
beo sub anathemate ubique observari. Hoc
autem tempore nusquam melius quam in hac
civitate Basileensi hujusmodi generalem syno-
dum visum est posse indicare. Huic ergo sa-
cro concilio quod in Spiritu Sancto legitime
congregatum fateor, omnem meam auctorita-
tem impartior, & ambas scientiam & potesta-
tis caelestes claves mihi a Domino traditas
veraciter consigno, ut quidquid in terris clau-
dere & aperire, solvere & ligare voluerit iux-
ta pollicitationem Christi indubitanter clau-
sum & apertum solutum & ligatum reputetur
in caelis. Itaque non aliter nec minus reve-
renter hoc Concilium quam meipsam existi-
mare velitis. Quamobrem, ut vestra fidelis
advocata vobis suadeo, ut pia mater consu-
lo, ut Sponsa Christi, & regina Christiani po-
puli impero, ut in omnibus vos ipsos huic
sacro Concilio penitus committatis, & ab ejus
functionibus nullatenus declinetis. Si nonnul-
li de fide aliquando contentiones unum, vel
duos aut paucos elegerunt homines, quorum
iudicio stare voluerunt: quanto magis & vos
hanc tam celebrem ex toto Christiano popu-
lo collectam synodum pro dirimenda vestra
contentione in iudicem acceptare debetis?
Deus in veteri Testamento populo suo man-
davit dicens: *si difficile aut ambiguum apud te
iudicium esse conspexeris, inter sanguinem & san-
guinem, inter causam & causam inter lepram &
lepram, & iudicium inter tuas portas audieris verba
variari, surge & ascende ad locum, quem elegit
Dominus Deus tuus, veniesque ad sacerdotes Le-
vitici generis, & ad iudicem qui fuerit in illo tem-
pore, quaresque ab eis, qui indicabunt tibi ju-
dicii veritatem, & facies quacumque dixerint,
qui praesunt in loco quem elegit Dominus, & do-
cuerint te iuxta legem ejus, sequarisque senten-
tiam eorum, non declinabis ad dexteram vel
sinistram.* Sed & hoc generale Concilium, lo-
cus est quem elegit Dominus, in quo spon-
sa sua sanctum tribunal erexit, & il, qui in
eo congregantur, in locum sacerdotum Levi-
tici generis successerunt; imo & plus quam
Leviti sunt, majoremque proculdubio scienti-
ae potestatisque copiam a Domino percepe-
runt:

rant: utique cum illi umbrae ministeri fuerint, hi vero sunt veritatis; illi sanguinis & carnis iudices, hi autem Spiritus & animas. Merito ergo ad verbum hujus concilii vestrum omne negotium pendet, & quicquid sanctum & profanum judicaverit; id sine hesitatione sanctam profanamve habetote, ne veniat super vos judicium mortis, quod inobediens comminatur Dominus. In hoc apparebit humilitas & obedientia vestra, si quemadmodum Christus venit facere voluntatem Patris, ita & vos veniretis facere voluntatem matris vestre. Acquiretis tandem, obsecro monitionibus meis, neque inimitabili prudentia vestra; accipitis iussu Dei & meo in iudicem hanc sanctam synodum, de cuius gremio quilibet esse potest. Qui ejus iudicio stare voluerit, polliceor vobis quod non aliud iudicabit, quam Spiritus Sanctus, dux & rector illius, dicitur; ipse adsit medius, iudex & arbiter, perfecte illuminaturus corda omnium, ut viam ambulent veritatis & pacis. Sed ut ipse Spiritus Paraclitus in cordibus vestris efficacius habitet & id ipsum sapere & eandem charitatem vobis largiri dignetur, cui humilium & mansuetorum semper deprecatio placuit. Sitis in oratione perseverantes, & tamdiu ac tam ferventem suam pietatem jejuniis, gemitibus, obsecrationibus & sanctis operibus interpellabit, usquequo ipse veritatis Doctor & charitatis auctor corda universi populi per sententiam hujus sacri concilii illustrabit ad cognoscendam: amplectendamque veritatis & humilitatis semitam.

Hora exigit ut jam finem dicendi faciam. Audistis ergo, dilectissimi mei, consilia & praecepta mea quam sancta & utilia sunt ostendi tandem viam, quam facillime prosequi poteris. Apprehendite, quaeso illam, qua certe nulla salubrior inveniri potest. Moveat vos honor Dei, qui supramodum ex vestra dissentione laeditur; fides enim catholica ab infidelibus blasphematur, inhonoratur, & irridetur, nec veram esse credunt, quam per tot sectas hincinde lacerare inspiciunt. Moveat vos honor matris vestre, quam hostes nominis Christiani propter dissidia vestra ubique contempnunt. Moveant vos acerbissimae lacrymae, quas pro vobis quotidie fundo, & aeternus dolor, qui me per vestram discordiam excruciat. Vere dicere illud possum, quod dicitur in Canticis: *invenerunt me custodes qui circumierunt civitatem, percusserunt me & vulneraverunt me*, tulerunt etiam pallium meum custodes murorum, nisi velitis ab omni humanitatis & gratitudinis vestigio deviare. Misereri vos decet tot ærurnarum & calamitatum mearum, siccare cum positis filii lacrymas meas, sanate vulnera mea, restituite etiam pallium meum, quod abstulerunt mihi custodes murorum; idololatras videlicet & gentiles, & qui in rebus mortuis hujus sæculi spem ponunt. Indulte me vestem deauratam, circumdatam varietate, deauratamque charitate membrorum, variatam autem copiosa filiorum multitudine. Sed & publica vos movere debet calamitas; circumspecte undique, quomodo plebs christiana a Turcis, Saracenis, Tartaris ac Barbaris conculcatur & devoratur. Cur non compatimini tot millibus fratrum vestrorum qui singulis annis in durissimam infidelium servitutem rediguntur? Oh si audiretis, cum


raptos prædam dividunt Christianorum, quanta sunt illa lamenta & suspiria, cum uxor cedit in sortem uni, vir alteri, uni pater, alii filius, uni frater, alii alius! Quanti sunt, filii, gemitus quantique singultus miserabilium filiorum meorum, cum invicem disjunguntur, numquam se amplius revisuri! Quis tunc vestrum abstinere posset a lacrymis? desineretis tunc forsitan bellis invicem decertare? Sed lacrymabilius est quod multi ex eis qui captivi ducuntur, nec valentes tam duram ferre servitutem, fidem catholicam abnegant, ad nefandam Mahometis sectam pervertuntur. Quot deinde Regna, Provincias, urbes, oppida quotidie eripiunt & depopulantur? Jam vos pene ad angulum Occidentis reduxerunt; modicum cessat, ut tandem de finibus terræ vos ejiciant. Heu mihi! cur tantam matris vestre fratrumque vestrorum afflictionem non recogitatis? Cur ista audientes, in vos ipsos bellum tam crudele convertitis, ac sanguinem fratrum sine ulla misericordia effunditis? Harum omnium calamitatum dissidia Christianorum sunt causa; si idem saperent, eandemque charitatem haberent, hujusmodi persecutio mox finem acciperet. Neque enim ullo pacto ferre possent adversarios meos sanctuarium Domini polluere, & in populum Catholicum amplius deservire; imo quæ infideles nunc Catholicis faciunt, facere possent hæc eadem Catholici infidelibus. Moveat denique vos regni Bohemæ ac regionum finitimarum miseranda calamitas: quanta in his partibus sanguinis christiani effusio, quot strages, caedes, conflictus, bella, ruinae, incendia, devastationes, depopulationes, quantaque in rebus & personis desolatio, ex hoc recenti dissidio jamdudum secuta sint, sic quoque verosimiliter formidetur in dies, nisi vera unitas inter vos fiat. Proh dolor! toti orbi plusquam manifestum est. Profecto lacrymarum potius foret hoc, quam loquendum foret. Vix inter Christianos alicujus scissuræ memoria est, unde Ecclesia Dei tantam jacturam perpessa sit, & tanto cruore resperdita. Sed si meo acquieveritis consilio, quemadmodum spero, id ipsum sapientes & mutuum charitatem habentes hæc omnia repente cessabunt. Novus tunc sol super vos quietis & tranquillitatis oriatur, resforebit in pace vestra catholicus populus christianus, orbis totus renovari videbitur, implebitis cælum terramque, Angelos & homines inenarrabili lætitia, jubilo & exultatione, tanto denique inter vos benevolentiae nexu conjungemini, quod præteritorum penitus obliviscentes, vos ipsos sicut fratres amabitis, & invicem in amore certantes, alter alterum charitate superare studebitis. Benedicetis semper diem istum, & maximas Deo omnipotenti gratias referetis, qui in eadem vos unitate, & charitate devinxit. Quid plura? succedet tandem vobis, quemadmodum successit & Christo, quantum tamen humana conditio capere potest; postquam enim beatus Paulus superius commemoravit, quod *Christus exinanivit se formam servi accipiens, humiliavitque se factus obediens usque ad mortem; in præmium hujus humilitationis & obedientiae subdit, propter quod exaltavit illum Deus & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genuflectatur caelestium terrestrium & infernorum & om-*

699 nis linguis confiteatur quia Iesu Christus in gloria est Dei Patris. Sic quidem si vos humiliaveritis & mihi obedientes fueritis, exaltabit vos Deus super terram, & magnificabit super filios hominum, & dabit vobis nomen, quod est super omne nomen, hoc est nomen regium Christianum, quo nullam inter gentes est gloriosus. Tunc enim digne Christiani eritis & vocabimini; nam hoc nomen nisi charitatem habentibus non recte congruit, atque in hoc vestro christianitatis nomine si vere christianum fuerit, id est si spiritalem charitatis unionem habueritis omne genuflectatur: nam inferi videntes vos eadem fide & charitate genuflectent, & tanquam victi & contremiscentes, nihil adversus vos prevalere poterunt, homines vos reverentur, & meo Christiano populo si unanimitas fuerit, totus orbis quasi genuflectus servire cogetur. Angeli vero & cives caelestes genua

charitatis decedentes, vos honorificabunt, & una vobiscum genuflecti presentabunt vos in jubilo coram Christo Iesu Sponse meo, ut in aeterna beatitudine vivatis & regnetis cum Christo. Tunc omnis lingua confitebitur quia meus populus catholicus in gloria est Dei Patris, ad quam gloriam ipse Iesus Christus vos ornes & alios filios meos ubique existentes perducere dignetur, qui vivit cum Deo Patre & Spiritu Sancto benedictus in saecula. Amen.

OBSEVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Notae Severini Bini in acta concilii Basiliensis quae in editione Luparini praeferuntur, ex ipso auctoris mentis relictione post orationes quatuor Joannis de Ragusio, Aegidii Carlierii, Henrici Kallisen et Joannis de Polemar egregiorum catholicae fidei pugilum, quae ex tomis antiquae lectionis V. C. Henrici Canisii academiae Ingolstadtensis IC. descriptae, collectioni suae inserendas censuit Binius. Quae vero fuerint eorum argumenta docere sequens indicabit.



ORATIONES QUATUOR ANNO CHRISTI 1433.

In concilio Basiliensi habitae.

Ex tomis antiquae lectionis Henrici Canisii.

Oratio Joannis de Ragusio generalis ordinis predicatorum pro. qua respondit per octo dies in concilio Basiliensi ad articulum primum Bohemorum de communione sub utraque specie. Oratio Aegidii Carlierii decani ecclesiae Cameracensis, qua per dies quatuor in concilio Basiliensi respondit ad articulum secundum Bohemorum corrigendis peccatis publicis. Oratio Henrici Kallisen Dominicanum, professoris theologiae in Coloniae academia, & haereticos praevaricatoris, qua in concilio Basiliensi per tres dies refutavit tertium articulum Bohemorum de libera predicatione verbi Dei. Oratio Joannis de Polemar archidiaconi Barcinonensis, apostolici palatii causarum auditoris, qua in concilio Basiliensi refutavit quartum Bohemorum articulum de civili dominio clericorum.

devotione, talique caritatis affectu fuissent a cunctis auditoribus accepta, quibus ab eodem patre prolata sunt:) responsum pro modulo mea parvitas, & ut Spiritus sancti gratia suggererit, ad articulum de communione sacratissima Eucharistiae sub utraque specie, per ambasiatores & oratores incliti regni Bohemiam propositum, daturus, videri me necessitate compellente in praesenti actu quatuor debere peragere. Et primo opportunas & necessarias excusationes praemittere. Secundo divinum auxilium implorare. Tertio necessaria & consuetas protestationes annexere. Quarto catholicae Romanae ecclesiae consuetudinem in communione unius speciei, quoad populum laicalem, firmare, stabilire & roborare, nec non & adversa, quantum fieri poterit & vires meae debiles permiserint, propulsare.

Quatuor orationes hae tractantur. 1. necessaria excusatio. 2. imploratio divini auxilii. 3. consuetas protestationes. 4. confirmatio communionis sub una specie.

Primum igitur prosequendo, triplici me intueor obrui difficultate. Prima est objectae materiae altitudo. Secunda est adstantis hujus gloriosissimi ac celeberrimi & sacratissimi coetus ingenii profunditas, & summae atque incredibilis & pene divinae sapientiae magnitudo. Tertia est proprii ingenii vehemens insufficientia, inextricabiles tenebrae, & profecto inexplicabilis hebetudo. Nam sic altam & profundam invenio, de qua ad praesens coram gloriosissimis conspectibus vestris sum prolecuturus materiam, ut profecto ad eam explicandam nonnumquam me insufficientem intuear, verum etiam totaliter inhabilem & ineptam. Si enim Paulus Apostolus divinorum contemplator & referator arcanorum, immersus divinae providentiae irreferabili atque inattingibili & imperferutabili profunditati, coactus fuit exclamare: *O altitudo divinarum sapientiae & scientiae Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & investigabiles vias eius?* quid ego miser dicere potero de hoc ineffabili sacramento, quod inter mirabilia opera Domini egregius propheta David enumerat, ita dicens: *Memoriam feci*

ORATIO.

Qua Joannes de Ragusio ordinis predicatorum procurator generalis respondit per octo dies in concilio Basiliensi ad articulum primum Bohemorum de communione sub utraque specie propositum a M. Joanne Rogkzana XVI. Januarii.

Reverendissimi reverendique patres, illustrissime princeps, regnum & principum, universitatum, atque communitatum ambasiatores, oratoresque egregii, utriusque juris divini pariter & humani doctores eximij & magistri, comites, barones, & nobiles, cives insignes, & caeteri in Christo Iesu omnes patres, domini & fratres dilectissimi, qui huic sacrae congregationi divinoque certamini interestis: Post valde utilem ac pernecessariam exhortationem reverendi in Christo patris & domini mei singularissimi domini Cisterciensis, (cuius exhortationis verba utinam tali fide, tali

feci

ANNO
CHRISTI
1483

ANNO
CHRISTI
1483

fecit mirabilium suorum misericors & miserator A
dominus, *escam dedit timentibus se?* Ibi enim
Apostolus divinæ sapientiæ insipientie oppressus
cogebatur exclamare: *O altitudo divitiarum sa-*
pientiæ & scientiæ Dei! Ego vero in confide-
ratione hujus divinissimi sacramenti veluti ma-
nibus & pedibus triplici, qui difficile rumpit-
tur, ligatus funiculo, nequeo me explicare.
In hoc squidem divinissimum eucharistiæ sacra-
mento divina omnipotentia ostenditur, sum-
ma sapientia explicatur, & immensa divini
bonitatis benignitas declaratur.

Et quidem divina omnipotentia ostenditur,
dum divino verbo ad elementum accedente,
hæc terrena materies, remanentibus accidenti-
bus, in Christi substantiam subito, & in in-
stanti convertitur: dum ipsa panis & vini ac-
cidentia, præter naturæ ordinem, absque sub-
jecto relinquuntur: dum eis modus existendi
substantiæ tribuitur, ita ut omnia possint age-
re & pati, sicut si eisdem adesset propria sub-
stantia: dum non mutans locum nec cælum
deserens Christus totus verus & integer sub
hoc incipit esse sacramento, & non solum parte:
& quantumvis species dividantur, frangantur,
dentibus masticeantur, sive in pluribus locis
aut ubique terrarum multiplicentur, ipse ta-
men Christus totus & integer sub qualibet
particula divisionis perseverat: idemque &
unus in cælo, & in omnibus locis in quibus
hoc sacrificium celebratur aut existit, non
multiplicatus manet idem penitus, qui ex Vir-
gine natus, qui in mundo conversatus, qui
in ultima cæna seipsum discipulis, hoc sacra-
mentum instituendo tradidit; qui in cruce pe-
pendit, qui mortem pro nobis pertulit, lan-
ceam militis sustinuit, in sepulcro jacuit, ter-
tia die de sepulcro gloriosus resurrexit, in
cælum ascendit, Apostolis Spiritum sanctum
misit, sedetque nunc ad dexteram Patris. Ipse
unus, inquam, idem & totus atque integer
est & apud Patrem in cælo & nobiscum in
altari, & ubicumque hoc divinum mysterium
celebratur: & sicut non alius & alius hic &
ibi Christus, sed unus verus & totus in om-
nibus altaribus; sic nec hoc aliud ab illo,
sed hoc & illud & omnia unum verum &
immaculatum sacrificium. Hæc & innumera-
bilia, quæ in hoc continentur sacramento,
mirabilia sunt omnipotentis virtute Dei.
Cum enim sacerdos illa Christi verba pro-
nuntiat; *Hoc est enim corpus meum, & hic*
est sanguis meus, panis & vinum in carnem
& sanguinem convertuntur, illa Verbi vir-
tute qua Verbum caro factum est & habita-
vit in nobis, qua dixit & facta sunt, man-
davit & creata sunt; qua seminam mutavit
in statuam salis, & virgam Moysi in colu-
brum convertit, qua fontes mutavit in san-
guinem, & aquam convertit in vinum. E
Nam si verbum Eliæ potuit igaem de cæ-
lo ponere, verbum Christi non poterit
panem in carnem mutare? quis hoc audeat
opinari de illo cui nullum verbum est im-
possibile, per quem omnia facta sunt, &
sine quo factum est nihil? Certe majus est
creare quod non est, quam mutare quod
est; ac longe majus, quod non est, de ni-
hilo procreare, quam quod est, in aliud
transmutare. Illud autem nemo est qui du-
bitet, & hoc aliquis dubitabit? absit. Om-

nino incomparabiliter majus est quod Deus
ita factus est homo, quod non desinit esse
Deus, quam quod panis ita fit caro, quod
non desinit esse panis, quia non annihilatur,
sed in corpus Christi convertitur. Il-
lud per incarnationem semel factum est,
istud per consecrationem jugiter fit.

Unde Ambrosius in libro de sacramentis:
& habetur de consecratione distinctione secun-
da, capite Revera: Cognovisti præstantiora:
potior est lux quam umbra, veritas quam
figura, corpus auctoris quam manna de cæ-
lo. Forte dicis, Aliud video; quomodo &
tu mihi asseris, quod Christi corpus acci-
piam? & hoc nobis adhuc superest ut pro-
bemus. Quantis igitur utimur exemplis ut
probemus hoc non esse quod natura forma-
vit, sed quod benedictio consecravit; ma-
joremque vim esse benedictionis, quam na-
turæ, quia benedictione natura etiam ipsa
mutatur? Virgam tenebat Moyses, projecit
eam, & facta est serpens: rursus apprehen-
dit caudam serpentis, & in virgæ naturam
convertitur. Vides igitur prophetica gratia
bis mutatam esse naturam serpentis & vir-
gæ. Currebant Egypti flumina puro meatu
aquare, subito de fontium venis sanguis
cepit erumpere. Non erat potus in fluvio,
rursus ad prophetæ præces cruor cessavit
fluminis, aquarum natura remeavit. Circum-
clusus erat undique populus Hebræorum,
hinc Egyptiis vallatus, inde mari conclu-
sus; virgam levavit Moyses, separavit se
aqua, & in murorum speciem congelavit,
atque inter undas via pedestris apparuit.
Jordanis retrorsum conversus contra natu-
ram in sui fontis revertitur exordium. Non
ne claret naturam vel maritimorum flu-
vium vel fluvialis cursus esse mutatam?
Sitiebat populus patrum, tetigit Moyses pe-
tram, & aqua de petra fluxit. Numquid
non præter naturam operata est gratia, ut
aquam vomeret petra, quam non habebat
per naturam? Mara fluvius amarissimus
erat, ut sitiens populus bibere non posset;
misit Moyses lignum in aquam, & amari-
tudinem suam aquarum natura deposuit,
quam infusa subito gratia temperavit. Sub
Eliseo propheta uni ex filiis prophetarum
excussus est ferrum de securi, & statim
mersum est: rogavit Eliseum qui amiserat
ferrum, misitque Eliseus lignum in aquam,
& ferrum natavit. Utrique & hoc præter
naturam factum cognovimus: gravior est
enim ferri species, quam aquarum liquor.
Advertimus igitur majoris potentie esse gra-
tiam quam naturam, & adhuc tamen pro-
phetice benedictionis numeramus gratiam.
Quod si tantum valuit humana benedictio,
ut naturam converteret, quid dicimus de
ipsa consecratione divina, ubi verba ipsa
Domini Salvatoris operantur? Nam sacra-
mentum istud quod accipis, Christi sermo-
ne conficitur. Quod si tantum valuit sermo
Eliæ ut ignem de cælo deponeret, non va-
lebit Christi sermo ut species mutet elemen-
torum? De totius mundi operibus legis:
Quia ipse dixit & facta sunt, ipse manda-
vit & creata sunt: sermo igitur Christi,
qui potuit ex nihilo facere quod non erat,
non potest ea quæ sunt in id mutare quod
non erat? Non minus est dare, quam mu-
tare

1 Ionoc. 1. a.
de off. mil.
c. 7.

Mat. 26.

Joan. 1.

Psalm. 118.
Genes. 19.
Ezod. 4. 7.
1. Pro. 20.
1. H. 1.
Joan. 2.
1. Reg. 2.
Joan. 1.

Exod. 14.

Non. 1. 4.

Psalm. 118.

Exod. 15.

1. Reg. 6.

Psalm. 118.

ANNO CHRISTI 1439

ANNO CHRISTI 1439

tare novas naturas rebus. Sed cur argu-
 mentis utimur? suis utamur exemplis, in-
 carnationisque exemplo adstruamus myste-
 rii veritatem. Numquid naturæ usus præ-
 cessit, cum Dominus Jesus ex Mariæ na-
 sceretur? Si ordinem querimus, viro mix-
 ta femina generare consueverat. Lique-
 tur quod præter naturæ ordinem virgo ge-
 nerat: & hoc quod consuevit corpus, ex
 Virgine est. Quid hic queris naturæ ordi-
 nem in Christi corpore? quæ præter natu-
 ram sit ipse Dominus Jesus partus ex vir-
 gine? vera utique caro Christi crucifixa est,
 quæ sepulta est: vere ergo illius carnis sa-
 cramentum est. Ipse clamat Dominus Je-
 sus: *Hoc est corpus meum*. Ante benedictio-
 nem verborum caelestium alia species nomi-
 natur: post consecrationem corpus Christi
 significatur. Ipsi dicit sanguinem suum: an-
 te consecrationem aliud dicitur; post con-
 secrationem sanguis nuncupatur; & tu di-
 cis. Amen, hoc est, verum est: quod os
 loquitur, mens interna fateatur; quod ser-
 mo sonat, affectus sentiat. Hæc Ambro-
 sius.

Sed si diceret aliquis: Certus sum om-
 nino quod Deus hæc valet, & majora: at
 non sum certus aliquo modo quod velit.
 Advertat ergo, quod Christus panem, cum
 accepisset, benedixit, & dixit: *Hoc est cor-
 pus meum*. Veritas enim hoc dixit, & ideo
 verum est omnino quod dixit. Quod ergo
 panis fuerat cum accepit, corpus suum erat
 cum dedit: panis itaque mutatus erat in
 corpus ipsius, & similiter vinum in sangui-
 nem. Non enim ut hæreticus sapit, sed de-
 sipit, ita debet intelligi quod Dominus
 ait: *Hoc est corpus meum*, id est. Hoc si-
 gnificat corpus meum: sicut quod dicit A-
 postolus: *Petra erat Christus*, id est, Pe-
 tra significabat Christum: hoc enim potius
 dixisset de agno paschali, quam de azymo
 pane. Nam agnus paschalis absque dubio
 figurabat corpus Dominicum, sed panis azy-
 mus cor sincerum. Sicut autem Joannes Ba-
 ptista qui dixerat: *Eccæ agnus Dei*, per ad-
 junctum determinavit, qui solus peccata mun-
 di: sic & Christus quod dixerat: *Hoc est
 corpus meum*, per adjunctum determinavit,
 quod pro vobis tradetur. Sicut ergo corpus
 Christi veraciter tradebatur, ita vere de-
 monstrabatur, non in figura que jam cessa-
 verat, sed in veritate, quæ jam advenerat.
 Hæc Innocentius.

Bene igitur omnipotens Dominus memoriam
 fecit mirabilium suorum, & talium, ad que
 nullius creature potentia valet nedum actu,
 aut opere, sed nec cogitatu attingere: ut me-
 rito ratione hujus ineffabilis potentie dicatur
 ei quod habetur Esther XIII. *Domine Deus
 rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt po-
 sita, & non est qui possit resistere voluntati tue,
 si decreveris salvare Israel. Tu fecisti calum &
 terram, & quidquid cali ambius continetur. Do-
 minus omnium es, nec est qui resistat majestati
 tue*. Ac si dicat, ut inquit dominus Albertus
 in tractatu suo de officio Missæ, Talem red-
 demptionis nostræ cibum & pignus impos-
 sibile est humane infirmitati preparare, sed
 tibi Domine Deus rex omnipotens, nihil
 est impossibile, quia in ditione tua cuncta
 sunt posita: quia tu Verbo simplici tibi con-

terno fecisti calum & terram, & omnia que
 in eis sunt contenta: & eodem Verbo crea-
 turas in id quod vis transmutas, quia Do-
 minus univerforum ipse tu es, cujus magni-
 ficentia cuncta obediunt & nihil resistit: &
 hoc est quod dicitur Sapientie xv. *Subest
 tibi cum volueris posse*: quia quamvis fides
 in omnibus articulis omnipotentie Dei in-
 nitatur, in sacramento tamen altaris, in
 quo consistit fundamentum fidei, & totius
 ecclesie communio maxime innititur omni-
 potentie. Et hoc est quod in signo hujus
 sacramenti dixit ad Saram angelus. Gen. 18.
 ubi simul promissio seminis facta est, &
 confessio cibi angelorum de tribus farina-
 stis, quæ magna fuerunt, & non nisi ab
 omnipotentia Dei fieri poterant. Numquid
 Deo quidquam erit difficile? quasi dicat, Non
 facile est enim Deo creaturas mutare &
 transsubstantiare, quas fecit, & de cibis no-
 bis consuets, hoc est pane & vino, cor-
 poris sui & sanguinis nobis dulcem cœnam
 preparare. Hinc est etiam quod Lucæ primo
 angelus dixit, cum de perfectione &
 conceptione dominici corporis & sanguinis
 ageretur: *Non erit impossibile apud Deum
 omne verbum*: & persuadens Virgini unde
 hoc fieri posset, dixit: *Virtus altissimi obum-
 brabit tibi*, quod exponens Origenes, dicit,
 virtutem altissimi esse virtuosam potentiam
 Patris, quæ umbram & imaginem sui ipsius
 perfecit in Maria virgine, de creatura ve-
 tustatis corruptæ novum hominem secundum
 Deum creatum perficiens, & hunc non ad
 imaginem, sed ipsam imaginem faciens per
 unionem, in quo perfecta resultaret poten-
 tia Patris. Hæc Albertus.

Summa etiam divina sapientia in hoc divi-
 nissimo sacramento eucharistie discernitur, dum
 juxta hominis naturalem conditionem hunc an-
 gelorum cibum in eis sensibilibus rebus præ-
 paravit, quibus communitur homines uti con-
 sueverunt, in cibo corporali, ut sic per cor-
 poralia & sensibilia discernent & discerent
 homines in caelestium & divinarum rerum co-
 gnitionem devenire. Etenim neque possibile
 est aliter nobis lucere divinum radium, nisi
 varietate sacrorum velaminum analogice cir-
 cumvelatum, ut divinus ait Dionysius primo
 capitulo caelestis hierarchie. Quemadmodum
 enim infirmi oculi solem nube tectum libere
 conspiciunt, qui coruscum lumen ejus intueri
 non possunt; sic & divinum radium lippien-
 tibus mentis oculis lucere impossibile est, nisi
 varietate sacrorum velaminum circumvelatum
 & preparatum providentia paterna connatu-
 raliter & proprie quæ secundum nos sunt,
 &c. Hugo de sancto Victore ibidem in glossa.

Unde Innocentius de officio missæ ita di-
 cit: Sapientia Dei quæ se per visibilia ma-
 nifestat, volens evidenter ostendere, quod
 ipsa est cibus animarum, carnem assumptam
 proposuit in edulium, ut per cibum huma-
 nitatis invitaret ad gustum divinitatis, de
 quo Psalmista: *Gustata & videt quoniam
 suavis est dominus*. Totum ergo se Christus
 pro nobis exhibet in cibum, ut divinitate
 nos resiciat, quem corporaliter ore comedi-
 mus, ut ita de visibilibus ad invisibilia, de
 temporalibus ad æterna, de terrenis ad ce-
 lestia, de humanis ad divina nos transfo-
 rat. *Ego sum*, inquit, *panis vivus, qui de
 celo*

1. J. H.

1. C. 10.

1. J.

Albertus Magnus de euchar. in c. de prepara. c. 1. h. p. 38. l. b.

Albertus Magnus de euchar. in c. de prepara. c. 1. h. p. 38. l. b.

1. J.

1. J. 4. c. 40.

1. J. 11.

1. J. 2.

celo

ANNO CHRISTI 1433

Optim. 77.

Gen. 1. Jan. 6.

Gen. 1.

Philipp. 1.

calo descendi: ecce cibus divinitatis: & panis, quem ego dediti, caro mea est. ecce cibus humanitatis: Panis ergo angelorum factus est cibus hominum, secundum illud propheticum: *Panem angelorum manducavit homo*, quatenus quid secundum animam cibus divinitatis accipimus, etiam secundum carnem cibus humanitatis fumamus: quoniam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus: & quia per gustum homo mortem incurrit, per gustum quoque vitam acquirit: quatenus ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret. Dicitur est quippe de illo: *Quocumque die comederis, morte morieris*, dicitur autem de illo: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum*. Cibus ille mortalis pendit in ligno scientiae boni & mali: cibus iste vitalis pendit in ligno vitae quod est in medio paradisi: illud fuit lignum inobedientiae, ad quod homo manus extenderet, ut heret sicut Deus, juxta quod serpens illi promiserat: *Eritis sicut dii scientes bonum & malum*: istud est lignum obedientiae, in quo Deus manus extendit ut heret homo, juxta quod dicit apostolus: *Exinanivit semetipsum formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitus inventus ut homo, solus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*.

Item Albertus Magnus in libro de officio missae ita dicit: De sapientia autem hunc cibum contemperante dicitur ad Romanos 11. *O altitudo divinarum sapientiae & scientiae Dei*, &c. Et subdit: Quis enim digne investigare valeat qualiter ex antiquo corpus incorruptum sit innovatum, qualiter nova anima vivificatum, qualiter utrumque horum deitati sit sociatum, & in unam personam unitum & assumptum, qualiter in carne infirmitates carnis portaverit, qualiter in cruce mortuus sit, & qualiter in corpore & sanguinem principalia elementa esculentae & poculentae humani mutaverit, & sic se homini in cibum praeberit. Haec enim via sapientiae Dei sunt nobis abscondite.

Unde Proverbiorum trigesimo dicit Salomon, haec esse sibi abscondita confitens: *Tres sunt discipuli mihi, quantum penitus ignoro: unam aquila in caelo, unam colubri supra petram, unam navis in medio mari, & unam viri in adolescentia sua*. Quae quidem quatuor idem doctor pulchre deducens, ac difficultates quae in hoc sacramento continentur persequitur ibidem: quae pro nunc causa brevitate omittuntur. In quibus valde pulchrum est considerare qualiter caelestis altitudo consilii disposuit, ut sicut tres sunt personae in unitate divinae substantiae, scilicet Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, ita tres essent substantiae in personae unitate, scilicet divinitas, corpus & anima. Et sicut Christus secundum divinam naturam tribus modis existit in omnibus, per essentiam, presentiam, & potentiam: in solis justis per gratiam & gloriam, in homine assumpto per unionem: sic voluit ut idem ipse secundum naturam humanam tribus modis in rebus existeret, scilicet localiter in caelo, personaliter in Verbo, sacramentaliter in altari. Sicut enim secundum divinitatem totus essentialiter est in omnibus rebus, ita secundum humanitatem totus sacramentaliter est in omnibus locis in quibus consumitur & celebratur.

Similiter & in hoc eodem venerabili sacramento immensa divinae bonitatis benignitas erga nos miseros & pauperes copiosissime declaratur. Ut enim suam ad nos caritatem ostenderet, & nostram erga se caritatem accenderet, qui dedit se pro nobis in precium, ipse tribuit se nobis in cibum: ut per precium redimeret nos a morte: per cibum aleret nos ad vitam. Unde: *Qui manducat me & ipse vivet propter me*. Quid amplius unquam pro nobis potuit efficere? Precium se dedit pro nobis in mortem, & cibum se tribuit nobis ad vitam, ut mortem nostram sua morte perimeret, & vitam nostram sua vita nutriet. Panis iste, si digne comeditur, impingat. *Poculum tuum inebrians quam praeclarum est!* Per hanc ergo sacramenti virtutem universae virtutes augentur, & omnium gratiarum fructus exuberant. Is enim in hoc sacramento iungitur totus & integer, qui est fons & origo totius virtutis & gratiae.

Quapropter antonomastice respectu omnium aliorum sacramentorum eucharistia dicitur Græce, quod Latine interpretatur bona gratia: genus nuncupationis sex possunt causae & rationes assignari: quarum una est, quia non est nisi gratia, & non nisi gratia esse potest. Secunda autem, quia non datur nisi a gratissimo. Tertia, quia non nisi gratissimis administratur. Quarta, autem quia non nisi gratiam operatur. Quinta quia gratia est super gratiam. Sexta, quia est omnis gratiae contentivum, etenim cum in omnibus sacramentis aliis gratiam eorum per partes participemus, in hoc sacramento totum quod videmus, quod tangimus, quod gustamus, est gratia. Unde Zachariae 4. dicitur de hoc sacramento: *Ex qua ubi gratiam gratia eius*, quia quidquid in omnibus sacramentis & virtutibus sparsim in gratia colligitur, totum simul hic in una gratia invenitur. Unde significatur per gomor, quod est mensura mannae, quae unicuique sufficiebat, Exodi 16. Mensura enim sufficiens homini ad salutem non est nisi quae continet gratiam perfectam, in qua totus Christus continetur. Haec est urna aurea continens manna, ad Hebraeos 9. quae intra sancta sanctorum collocatur, quae ad uniuscuiusque sufficit capacitatem.

Longum esset singulas bonitates, gratias & perfectiones huius sacramenti enumerare, & immensam divinae bonitatis benignitatem extollere pro praesenti, & potius mens & lingua, imo dies & tempora deficerent quam materia. Etenim ut dicit Innocentius: Per eucharistiae sacramentum Christus eripuit nos a potestate peccandi, liberat a peccandi voluntate. Nam eucharistia si digne sumatur, a malo liberat, & confirmat in bono, venialia delet & cavet mortalia: unde cum praemittimus in oratione dominica: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie*: statim adjungimus: *& dimitte nobis debita nostra, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo*, quia per panem istum caelestem liberamur a malis praeteritis, praesentibus & futuris. Dedit ergo nobis hoc sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ipse jam mori non potest, hoc

ANNO CHRISTI 1433

Innocent. 4. de off. Missae. 11.

Philipp. 11.

Innoc. 4. de off. Missae.

Matth. 6.

ANNO
CHRISTI
1641.ANNO
CHRISTI
1641.
p. 107. 2.

hoc sacramentum quod in memoriam mortis ejus accipimus, remissionem peccatorum quotidie consequamur. Hæc Innocentius.

Verum etiam ut aliqua ex multis sub compendio proferamus, primo hoc sacramentum digne sumptum in nobis remissionem peccatorum operatur: deinde vitam gratiæ tribuit, & ne a gratiâ deficiamus, nutrit, augetque ad perfectionem gratiæ, unionem nostri ad Deum operatur, fumentes in Christum transformat. Præter effectus hos adhuc famem patientes satiat, inebriat sitientes, tenues impinguat, confirmat debiles, lætificat mentes, ignit affectum. Illuminat intellectum, mitigat tentationes, affectum mortalium reprimat, firmat virtutes, a futuris præservat peccatis, poenam minuit, subvenit vivis, proficit defunctis. Spiritum sanctum mittit, terret dæmones, contra hostes etiam visibiles adjuvat, & tandem ad æternam vitam perducit. Nullum igitur est isto sacramento salubrius, quo peccata purgantur, virtutes augetur, & mens omnium spiritualium charismatum abundantia impinguatur. Quid plura? Hæc pro exercitio & excitatione mentis nostræ de mirabilibus hujus ineffabilis sacramenti, quam breviter curavi perstringere, in quibus & omnipotentiam Dei, summam sapientiam, & inenarrabilem erga nos divinæ dignationis & benignitatis bonitatem sedulo & grato animo contemplemur, & quamvis parum sit, quod a nobis aut intelligi aut exprimi possit, (est enim supra omnem sensum & omnem intelligentiam), id tamen modicum, etiam quantumcumque sit, debet esse magis amatum & desideratum a nobis omni cognitione quam habemus de rebus inferioribus, sic enim & Aristoteles ait in 11. de animalibus, quod quamvis parum sit quod de substantiis superioribus percipimus, tamen illud modicum est magis amatum & desideratum omni cognitione quam de substantiis inferioribus habemus. Et in 2. de celo & mundo dicit, quod cum de corporibus cælestibus quæstiones possunt solvi parva & topica solutione, contingit auditori, ut vehemens sit gaudium ejus. Et in 10. ethicorum cum Simonides cuidam homini prætermittendam divinam cognitionem persuaderet & humanis rebus ingenium applicandum, oportere inquiens humana sapere hominem, & mortalia mortalem; contra eum philosophus dicit, quod homo debet se ad immortalia & divina trahere quantum potest: quod utique & nos Deo adjuvante in præsentis altissima materia quantum poterimus faciemus: tali tamen a nobis sacrorum eloquiorum prædeterminata lege, ut non in persuasibilibus aut incredibilibus humanæ sapientiæ verbis spem ponamus, sed in demonstratione a Spiritu motæ theologorum virtutis, secundum quam ineffabilibus & ignotis ineffabiliter & ignote conjungimur secundum meliorem nostræ rationalis intellectualis virtutis & operationis unionem, ut divinus ait theologus Dionysius 1. cap. de divinis nominibus; erimusque circa hæc divina mysteria tractanda, ut idem Dionysius ait, temperantia & sanctitate constructi, sanctitate quidem divinis firmiter inherendo ab omni nos errore immunes Deo duce observabimus, temperantia vero, dum ad divina perscrutanda mysteria non magis nos ingerimus,

quam nobis datus de celo fuerit & ostendimus: verum quia ut vox testatur apostoli non sumus sufficientes non solum aliquid agere aut operari, sed nec cogitare quidem quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est, qui etiam omnia opera nostra in nobis operatur; ideo secundo loco, ut verbis utar Platonis, agamus & deliberemus cæpta, vocata, ut mos est, prius divinitate. Etenim, ut idem ait in principio Timæi, omnibus mos est & quasi quædam religio, qui vel de maximis vel de minimis rebus sunt asturi aliquid, precari ad auxilium divinitatem, & ut dicit sacer theologus Dionysius 3. cap. de divinis nominibus, ante omnia ab oratione incipere est utile, sicut nos ipsos tradentes Deo & unientes: hæc sunt enim summæ intentiones Dei gratiæ cum aguntur a mortalibus ut inquit Trismegistus Mercurius in lib. 0 de Deo. Igitur ut ea dicantur a nobis quæ placeant Deo, veritatem declarent, mentes nostras illuminent, gignant concordiam, caritatem accendant, pariatur unitatem & pacem: primum cum eodem divipissimo theologo Parisiorum antistite Areopagita videlicet Dionysio 1. cap. cælestis hierarchiæ, Jesum primum lumen invocemus, quod est, quod verum est, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, per quem ad principale lumen Patrem accessum habemus. Etenim ut idem ait Dionysius theologus, sicut omnis a Patre motæ manifestationis luminum processio in nos optime ac large provenit, sic iterum vivifica virtus quæ est Christus Jesus restituens nos replet, & ad congregantis Patris unitatem & deificam simplicitatem convertit. Sicut enim divinum verbum per Paulum apostolum testatur, *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*; origo enim fontium, ut inquit sanctus Bernardus, & fluminum omnium est mare, virtutum & scientiarum est dominus Jesus Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, continentia carnis, cordis industria, mentis rectitudo, casta consilia, justa judicia, sancta desideria ex ipso manant. Si quis videt ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde scientiæ, inde sapientiæ sermo, quia gratia & veritas per Jesum Christum facta est, *de cujus plenitudine omnes nos accepimus, & gratiam pro gratia*. Joan. 1. Igitur in nostris præcordiis, fundamentis jactis humilitatis, te Christe Jesu huic cæpto, penes quem hominum & omnium sanctorum communi consensu maris & terræ regimen esse voluit, certissima salus patriæ, invooco, ut noster præsens hic sermo, nostra hæc instans oratio, noster hic tractatus, atque pius certamen fidelium devote flagitantibus tuam Christe veritatem, fructus pariat salubres, utque noster actus hic opportunum sortiamur initium, progressum ordinatum accipiat, atque sine competenti & debito terminetur cum effectu sincera & vere unionis. Amen.

Sed jam accedo ad tertium mihi utique necessarium summe, & valde utile, scilicet ad consuetas, debitas & laudabiles protestationes, quibus puro & sincero corde iherendo putato & spero me ab omni erroris periculo liberari, maxime cum per hujusmodi protestationes, præcipue quæ est omnis erroris mater & origo præsumptio evitetur: & omniam vir-

Cap. 11.

Rom. 11.

Cant. 2.

ANNO CHRISTI 1621. 16. 66.

ANNO CHRISTI 1621. Cap. 1.

virtutum fundamentum stabiliatur humilitas. A cui semper præsto adest illuminator & illustrator cordium Spiritus sanctus, qui non nisi super humilem & mansuetum requiescit, docens ipsum omnem veritatem necessariam ad salutem. Protestor igitur in primis, quod in præsentis actus & in quocumque alio per me Deo concedente fiendo in posterum, non intendo, sicut nec unquam intendi, aliquid dicere, asserere, dogmatizare, aut pertinaciter defendere, quod sit contra fidem catholicam, sacram scripturam sane intellectam, determinationem sacrosanctæ catholicæ & apostolicæ ac Romanæ ecclesiæ, quod sit contra communem intentionem sanctorum doctorum ab ecclesiâ approbatorum, aut contra bonos mores, seu quod sit quovis modo parum aurum offensivum. Quod si ex ignorantia, quæ in me maxima est, & inadvertentia, aut ex lapsu lingue aliquid me contra prædicta dicere aut scribere contingeret, quod Deus sua pietate dignetur avertere, ex nunc prout ex tunc & ex tunc prout ex nunc revoco & annihilio, & habeo pro non dicto, subiciens me & dicta mea atque scripta correctioni & emendationi ecclesiæ sanctæ Dei, & specialiter hujus sacrosanctæ generalis Basileensis synodi in Spiritus sancti gratia legitime congregatæ, & universalem ecclesiâ representantis, & omnium aliorum, ad quos hujusmodi deviantes aut errantes pertinet ad viam reducere veritatis: & huic protestationi adhaerere pro præsentis, & adherere intendendo quamdiu vitam duxero in humanis: & utinam similem protestationem, quoad singulas ejus partes, fecissent domini qui pro regno Bohemiæ proposuerunt, quia & seipios & universam Christianitatem a multis laboribus, angustiis & perturbationibus satis facile potuissent & possent liberare, se determinationi ecclesiæ catholicæ Romanæ submittere, quod quandoque, imo nunc, & ipsis & nobis Deus sua immentia pietate dignetur concedere.

Protestor insuper toto & puro corde & sincera intentione, quod in præsentis actus & tota collatione quam habiturus sum coram hoc sacro concilio Basileensi publice cum dictis dominis ambasciatoribus & oratoribus regni Bohemiæ, nihil etiam privatim, non intendo aliquid quid dicere aut facere nutu vel signo quomodocumque aut qualitercumque animo vel intentione injuriandi, nec intendo uti terminis quibuslibet in præjudicium & quovis modo in confusionem ipsorum vergentibus; semper tamen manente veritate illibata, quam ecclesiâ catholica & Romana profitetur, in cujus defensione si aliquid me dicere contingerit quod forte possit eisdem rationabiliter displicere, ex inadvertentia, vel ex lapsu lingue: illud ex nunc habeo pro non dicto, & rogo eosdem dominos ut non capiant ad animam, offerens me usque ad condignam satisfactionem in omnibus, velintque recordari unius capituli in ipsorum salvoconductu inserti, sub tali verborum forma: Item liberum erit illis sicut & nobis, salva pace & bona honestate, coram dicto concilio si placuerit, objicere sive accusare quoscumque status exorbitantes, defectus sibi invicem, quos senserint, modeste exponendo: velint etiam ad mentem Christi regulam reducere, qua dixit: *In qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.*

Concil. General. Tom. XXIX.

Fateor insuper & protestor cum beato Augustino in libro de utilitate credendi, circa principium, quia rogavi Deum & rogo, & spero ita fore, si mihi bene conscius sum, quod ad hunc stylum, actum & tractatum pio & officioso animo, non vani nominis appetitione ac nugatorie ostentationis accessi: scit enim, ut idem inquit doctor: Deus, cui nota sunt arcana conscientiarum mearum, nihil me in hoc sermone malitiose agere, sed ut existimo accipiendum esse veri probandi causa, cui unirei vivere jam diu statumus & incredibili sollicitudine. Non igitur de vani nominis appetitu aut rancoris aut malitiose hodie sive in præsentis actu a vobis: præstantissimi patres, habear suspectus, nisi forsitan elatio incalligati vultus aut verba rigida hæc depingant. Sed rogo præstantissimi domini mei, si hæc eveniant, recolite, quod corde profiteor, & date signis veniam, & si forsitan interdum me contingat aliquid durius loqui, & a solita exorbitare mansuetudine, indulgete rogo fragilitati dicentis, & audacitati fidelis. Non enim possum omnes alloqui pari corde, nec tamen si in me hujusmodi contingant defectus, debent contumelia reputari ab auditoribus, secundum quod idem gloriosissimus doctor Augustinus declarat in consimili casu, in epistola ad Proculianum inter epistolas centesima septuagesima prima: *Audivi, inquit, de memorato fratre nostro, te fuisse conquesum, quod nescio quid contumeliose tibi responderit. Quod queso te ne illam contumeliam deputes, quoniam certum mihi est de non superbo animo processisse, novi enim fratrem meum. Sed si quid in disputando, pro fide sua & pro caritate ecclesiæ dixit forte ferventius, quam tua gravitas vellet audire, non illa contumacia, sed fiducia nominanda est. Proinde per viscera misericordiæ Dei nostri quemlibet hic assistentem rogo & obsecro, quatenus in inquisitione veritatis prædictorum quatuor articulorum propositorum studeat imitari atque servare, quod venerabilis doctor Augustinus in primo libro de Trinitate de seipso ait: Non pudebit me, inquit, sicubi hæsito querere, nec pudebit sicubi erro discere. Quisquis ergo hæc audit vel legit, ubi pariter hæsitat, querat mecum: ubi errorem suum cognoscit, redeat ad me; ubi mecum revocet me: ita ingrediamur simul caritatis viam, tendentes ad eum de quo dictum est: *Quærite faciem ejus semper.**

Cum denique coram reverendissimis paternitatibus vestris omni auctoritate & sapientia præditis considero me tam alta & grandia tractaturum, dum coram acutissimis ingenis, illustrissimis & omnium literarum peritissimis, investigandaque veritatis divino amore flagrantissimis me prospicio locuturum, profecto timor & tremor me taliter obruunt, ut potius silentio opus esset quam verbis: nec mirum, reverendissimi patres, nam si quibusdam etiam constantissimis dicturis in conspectu populi sudor erumpit, non aliter quam fatigatis & æstuantibus solet, quibusdam tremunt genua, quorundam dentes colliduntur, lingua titubabat, labia concurrent, ut Seneca ait duodecima epistola ad Lucillum; quid mirum si & nunc & alias mihi loquenti, non in conspectu vulgi aut rudis populi, sed in præsentia gloriosissimi senatus totius orbis Christiani, prædicta

Yy 2

Cap. 1.

Cap. 2.

Cap. 2. R. 2.

Nonnulla hic desunt.

Pfal. 100.

Epist. II. G. condon. dit. Rom. Murri.

Mura. 7.

ANNO
CHRISTI
1433

ANNO
CHRISTI
1433

mihi contigerint & coniungant? Inter hæc enim esse & roborem scio, inquit idem philosophus, qui gravissimis quoque viris subitus offunditur, magis quidem in juvenibus apparet, quibus & plus caloris est, & tenera frons: nihilo minus & veteranos & senes tangit, & quidem nunquam magis quam cum eruberint timendi sunt, quasi omne verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentissimus, cum faciem ejus sanguis invaserat. Nihil erat mollius ore Pompeii, nunquam non coram pluribus erubuit, utique in concionibus. Fabianum, cum in senatum esset restis inductus, erubuisse memini, & hic illum mire pudor decuit. Non accidit hoc ab infirmitate mentis, sed a novitate rei quæ inexercitatos esse non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos. Nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati & mobilis, & cito in os prodeunt. Et cætera. Hæc, ut dixi, nulla sapientia abigit. Superius enim dixerat, postquam verecundiam adolescentis cuiusdam descriperat, rubor hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmarent, & omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia corporis aut animi vitia naturalia ponuntur. Quidquid infixum & ingentum est, lenitur arte, non vincitur: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia, quæcumque attribuit conditio nascendi, & corporis temperamentum, cum multum diuque se animus composuerit, hærebunt: nihil horum vitari potest. Et infra: Nihil adversus hæc sapientia promittit, nihil proficit, sui juris sunt, iniussa veniunt. Iniussa discedunt. Hæc Seneca in eadem epistola.

Quid plura? esse nunquam prædictis naturæ defectibus impedire, quos, ut verum fatear, in primordiis dicendi nunquam arte quæcumque ab ineunte ætate mea comprimere valui, nihilo minus tamen attentæ altitudine rerum, & hujus sacratissimi cœtus ineffabili sapientia, meaque insufficientia atque inexperientia, tarditate ingenii, hebetudine sensuum, labilitate memoriæ, difficultate iudicii, indiscretione rationis, intellectus imbecillitate, qui se habet ad ea, quæ manifestissima sunt in natura, sicut vespertilionis oculus ad lucem dici, ut philosophus dicit in principio suæ primæ philosophiæ: honestior mihi fuga esset, quam quod tantillus in conspectu tantorum ac talium præsumam apparere. Grandes siquidem materias, ut gloriosissimus doctor noster Hieronymus ait, ingenia parva non suffe-runt, & in ipso conatu ultra vires ausa succumbunt: quantoque majus fuerit quod dicendum est, tanto magis obruitur qui magnitudinem rerum verbis vult explicare: sed etiam vulgi similia & pedestris materiæ nos in presenti tractatu dicere oporteret, in isto nihilo minus conventu sacratissimo me profecto prolocuturum erubescio, quibus non nisi difficilia intellectu, alta mysteriis, & imperferabilia placet sacramentis. Neminem namque, ut nobilissimi oratoris testatur sententia, excelsi ingenii virum delectant humilia & parva. Habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod ad ardua concitatur & honesta, magna-rum rerum species ad se vocat & attollit, atque

ignem flammæ comparatur, quæ surgens in re-ctum jacere ac deprimi potest non magis quam quiescere. Vos potius: gloriosissimi patres, vos qui omni terreno caretis negotio, vos qui celesti abundantis otio, lectione continua refecti, oratione assidua saginati, quorum sicut adipe & pinguedine repletur anima supernorum secretorum dulcedinem, inquam, labiis exaltationis deberetis animas eturientium reficere, sitientes potare, & ex superabundante spiritus vestri sagina cordium ariditatem impinguare, qui ejusdem panis verbo, quo vivunt angeli, dulci ac ineffabili suavitate estis repleti. Hæc quidem sunt, gloriosissimi patres, quæ me silere jubent, loqui non permittunt, & impositæ ori custodia ad taciturnitatem exhortantur. Et revera, si mea res esset hæc, & non fidei, & ecclesiæ catholicæ, cujus defensionem etiam usque ad sanguinis effusionem, specialiter in susceptione gradus magistratus, licet immeritus & indignus, juramento me astrinxit, longe altius perturiscerem. Et licet naturalis affectus, quo ex affinitate linguæ inclyto regno Bohemæ tota cordis affectione & caritate afficior, me ab hoc certamine quamplurimum retrahat, tamen quia secundum utriusque philosophi divinæ pariter & humanæ doctrinam: duobus existentibus amicis, ut dicit Aristoteles, sanctum est præhonorare veritatem: sic enim & ipse solitus erat dicere: Amicus Plato, sed magis amica veritas: quod proverbium etiam ab ipso suo præceptoræ Platone acceperat, qui & ipse solitus erat dicere: Amicus Socrates, sed magis amica veritas: & in evangelio dicit ipsa prima Veritas: Qui non odit patrem & matrem propter me, non est me dignus, & multo magis qui non odit patriam, linguam & gentem, quod quidem odium non excludit caritatem, ex qua & ipsi pater & mater sæpe præcipueque propter fidei veritatem odio habentur, sic etiam & tertio Esdræ 4. cap. dicitur: Omnis terra veritatem invocat, calum etiam ipsam benedicit, & omnia opera moventur & tremunt eam, & non est cum ea quidquam iniquum. & infra: nec est apud eam recipere personas, neque differentias, sed quæ iusta sunt, facit omnibus, & omnes benignantur in operibus ejus, &c. Et hæc quoad primum, scilicet quoad excusationes necessarias & opportunas dicta sunt cum omni humanitate & mansuetudine.

His itaque humiliter præsuppositis, venio ad quartum & principale nostri actus presentis intentum, videlicet ad responsonem articuli de communione divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie. Pro cuius rei executione proponitur questio sub tali verborum forma: Utrum communicatio divinissimæ eucharistiæ sub utraque specie, panis scilicet & vini, sit utilis multum & saluti expediens, toti credentium populo necessaria, & a domino præcepta sal-vatore. Omnis argumentis pro & contra, gratia brevitas, in determinatione hujus questionis sic procedam, quia primo proponuntur quædam necessaria ad intelligentiam discendorum per modum suppositivum quarundam. Secundo ponuntur conclusiones ad questionem propositam, & tertio respondebo ad objecta adversariorum & oppositum timentium. Quantum ad primum, ponentur suppositiones quædam generales fundantes omnem materiam fidem & ecclesiæ catholicæ concernentem: quæ

Luc. 14

propria

status que-
stions.

Ponentur
suppositio-
nes, 2

conclusio-
nes, 3
responsones
ad objecta.

ANNO CHRISTI 1699. In omnibus solentis opinio legi fert sedu. Ceterum ad prima principia indemonstrabilia.

Et tandem perveniendum ad unum principium, quod est dignitas dignitatum.

Et hoc in rebus ad se est credere unum suum, catholicam, & apostolicam oculi sum regi a Spiritu sancto.

quandam vero speciales & proprie ad propositionem questionem & materiam pertinentes. Pro executione primae partis, primo sciendum est & notandum, quod sicut in scientiis naturalibus oportet fieri reductionem ad principia quae per priora probari non possunt, sicut sunt indemonstrabilia & per se nota, quorum statim cognitis terminis cognoscitur veritas, & per ipsa omnium aliorum quae traduntur in scientia cuius sunt principia veritas innotescit, cuiusmodi in mathematica sunt: Omne totum est majus sua parte. Et: Si ab aequalibus aequalia demas, ea quae remanent sunt aequalia. Et ceterae tales propositiones. Et in metaphysica: De quolibet est esse vel non esse: Ita in doctrina & scientia fidei quae supernaturalis est, sunt quaedam principia indemonstrabilia & per se nota in lumine fidei, quae per alia non probantur: sed omnia alia quae in doctrina theologiae traduntur, habent notitiam & manifestationem per ipsa. Item sicut principia indemonstrabilia & per se nota sunt plura, & tamen omnia necesse est reduci ad unum universalissimum & primum atque commune omnium quod est dignitas omnium dignitatum, sicut est illud. De quolibet esse vel non esse, &c. ex cuius veritate & cognitione omnium aliorum notitia dependet & veritas, ut patet per Aristotelem iv. metaph. ita quamvis plures sint articuli fidei, tamen est unus inter eos qui est janua & principium omnium aliorum: qui est simpliciter per se notus quoad nos, vel nullo modo variabilis in aliquod aliud quod sit notius quoad nos in lumine fidei, per quod aut probari aut manifestari a priori quoquo modo possit in vita praesenti. Et hoc est credere sanctam catholicam & Apostolicam ecclesiam regi & gubernari a Spiritu sancto, nec eam posse ullo modo errare in his quae fidei sunt & necessitatis ad salutem. Et tangitur in symbolo, cum dicitur: Credo in Spiritum sanctum, sanctam catholicam ecclesiam. Quia per ipsum Spiritum sanctum scilicet catholica ecclesia sancta est: & gubernatur ac dirigitur per eundem qui nec falli, nec fallere potest. Quod autem praedictus articulus sit inter omnes alios primus, in quem omnes alii resolvuntur, manifestum est. Quia si qua dubitatio circa alios articulos contingit, statim ad sacram scripturam veluti ad certissimam & inobliquabilem regulam communiter recurritur, & secundum testimonium veritatis ejusdem, sublatis dubiis veritas elucescit. In tali autem recursum ad sacram scripturam adhuc duplex dubium remanet. Quia cum sacra scriptura non procedat ex rationibus convincentibus & ligantibus intellectum, quemadmodum in scientiis naturalibus, & praecipue mathematicis proceditur, oportet quod modus suus procedendi sit ex auctoritate: quia, ut dicit Boetius, argumentatio fit duobus modis, vel ex ratione, vel ex auctoritate. Et licet in scientiis humanis locus ab auctoritate sit debilissimus, nisi pro quanto fundatur in ratione, in scientia tamen divina locus ab auctoritate, qui non in humana ratione fundatur, sed etiam in divina revelatione, est firmissimus. Quae autem scripturae sint divina revelatione traditae, ut earum auctoritati assentiat, vel quae non sciri non potest nisi aliquo approbante, de cuius testimonio dubitari non possit. Quod utique de

nullo particulari homine dici potest, quia quilibet talis potest errare. Oportet ergo firmitatem scripturarum in approbationem resolvere ecclesiae, secundum quod gloriosissimus facit Augustinus qui in pluribus locis ait: Non crederem evangelio, nisi me ecclesiae auctoritas commoveret. Quod si & ipsa errare posset, utique nil firmi in scientia divina remaneret. Deinde cum sacra scriptura in plerisque locis sit ad intelligendum difficilis, in solvendis huiusmodi dubiis circa fidem emergentibus, saepe inter doctos accidit varietas & multiplicitas opinionum, & inextremabilis quodam modo difficultas. In hac ergo difficultate scripturarum & varietate opinionum, necesse est habere recursum ad aliquod metrum vel mensuram, per cuius applicationem verum a falso discernatur: quod utique non potest esse aliud in humanis, quam ipsa ecclesia sancta catholica, quam praesupponimus errare non posse. Item sicut in scientiis physicis contra negantem principia, & praecipue communissima, non est amplius disputandum, ad probandum ipsum a priori, quia non est aliquid prius per quod possit probari, cum ponatur simpliciter primum, ut patet per Aristotelem in iv. metaphysic. ita in doctrina fidei contra negantem articulos fidei, & sacrae scripturae veritatem, & praecipue ecclesiam regi a Spiritu sancto, & ita non errare, quod est simpliciter primum in doctrina fidei, non est amplius disputandum a priori, cum non sit aliquid prius in quod possit resolvi, ut dictum est. Item licet non sit disputandum a priori contra negantem principia, ad ipsa probandum, ut dictum est: tamen excipitur eorum experientia per sensum, & etiam, si adversarius concedat aliquid eorum, quae in lumine naturae nota sunt a posteriori, ex concessis potest ostendere defensor principiorum eorum veritatem, ducendo ipsum ad inconveniens aliquid: aut solvendo rationes, si quas contra veritatem ipsorum adducit. Si autem nihil concedat, tunc nec disputandum nec loquendum est cum ipso, ut patet per Aristotelem in iv. metaphysic. prout etiam per se manifestum est: sic & in doctrina fidei a posteriori quidem manifestari possunt & declarari quoad nos in lumine fidei ipsius principia aliquo modo, ut per exempla, & alia: & contra negantem adversarium, si aliquid eorum quae sunt fidei concedat, ex concessis procedi: ut si adversarius haereticus negaret resurrectionem futuram mortuorum, & concederet resurrectionem Christi, posset catholicus ex resurrectione capitis arguere resurrectionem mortuorum. Sic & Apostolus ad Corinthios facit epistola 1. cap. xv. Si autem nil eorum quae sunt fidei concedat, ut paganus, tunc cum ipso de negotio fidei nihil agendum est, quia talis longe erit a nostra philosophia, ut Dionysius ait in libro de divinis nominibus. Poterunt tamen fideles per exempla, manuductiones, & persuasiones aliquas, movere animos infidelium ad credendum non esse impossibilia, nec divinae potentiae, sapientiae, majestati & bonitati inconvenientia ea quae fides praedicat & affirmat; atque rationes naturales ex philosophia humana sumptas, si quas in oppositum & in contrarium fidei mundi sapientes adducerent, solvere & annullare: cum non possint esse demon-

ANNO CHRISTI 1699. Aug. contra epist. Manichaei cap. 1. d. 110. in concordia. Fam. Rom. cap. 1. tom. 6.

Contra negantem principia non est disputandum.

Si qua tamen adversarius concedat, potest ostendi veritas principiorum ex concessis, & a posteriori.

ANNO CHRISTI 1633

ANNO CHRISTI 1633

monstrationes, sed qualescumque persuasiones: A quia in infallibili veritate impossibile est demonstrare contrarium esse verum.

Quia ergo in doctrina fidei universalissimum principium & primum est, ecclesiam catholicam credere a Spiritu sancto dirigi & gubernari, ac per hoc non posse errare in his quae necessitatis sunt ad salutem, ut dictum est, & ex ipso & per ipsum omnis haereticorum nequitia eliditur: idcirco licet non a priori, a posteriori tamen ad ipsum declarandum & manifestandum insistendum est. Verum quia huiusmodi declaratio atque manifestatio praedicti universalissimi principii & aliorum in hoc tractatu dicendorum, praecipue & maxime sumenda est ex auctoritate sacrae scripturae, quae superficie tenus & in cortice intellecta, superbis hominibus & elatis multam materiam praestat erroris: sicut patet intuitu omnium antiquas haereses & modernas, quae in defensionem sui erroris pluribus auctoritatibus sacrae scripturae male intellectis se muniunt & defendunt: idcirco ut manifestius & clarius pateat veritas catholicae fidei, quam in praesenti, Deo auctore & direttore, defendere suscepimus, & omnium haereseon falsitas & malignitas quaedam generalia censuimus praemitenda, quibus in intellectu sacrarum scripturarum, veluti quibusdam regulis atque lineis, dirigamur.

Omnis doctrina veteris & novi testamenti edita est ex inspiratione Spiritus sancti.

In primis igitur tamquam omnium fundamentum firmissimum stabilizatur, quod omnis scriptura veteris & novi testamenti contenta in volumine Bibliae, sit edita ab auctoribus suis Spiritu sancto inspirante. Et de veteri quidem testamento habetur 2. Petri 1. capite, ubi ait: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines*: in nomine prophetiae tamquam in nobiliori parte includens ceteras partes scripturarum. De scripturis vero novi testamenti habetur Matth. 10. cap. ubi Christus mittens Apostolos & dans eis auctoritatem praedicandi & evangelizandi, dixit eis: *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabit enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquamini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*. Constat autem Apostolos conscripsisse & evangelistas novum testamentum; & de Apostolo Paulo notum est, quia non ab homine, neque per hominem, sed per revelationem Jesu Christi, ut ipse testatur ad Galat. 1. cap. Ex quibus sequitur, quod principalis auctor sacrarum scripturarum est Spiritus sanctus, qui est Deus: homines vero per quos editae & conscriptae sunt, fuerunt quasi instrumenta & calami ejusdem Spiritus sancti. Unde Prophetas: *Lingua mea calamus scribae velociter scribens*. Scriba enim doctissimus in lege, ut ait Hieronymus, est Spiritus sanctus.

Psal. 44.

Scripturae canonicae tanta est certitudo veritatis, ut nihil plane in eis falsum esse possit.

Secunda suppositio est: Tanta est certitudo veritatis sacrarum scripturarum, ut nihil in eis assertive positum aut expressum possit esse mendosum & falsum. Patet ex prima, quia auctor ipsarum sit Spiritus sanctus, cum sit prima & summa veritas, nec fallere nec falli potest aut mentiri. Et patet Matth. xv. cap. *Amen quippe dico vobis, donec transeat calamus & terra, tota unum aut unus apex non prateribit lege donec omnia fiant*. Et Luc. cap. xvi. *Facilius est calami & terram praterire, quam*

de lege unum apicem cadere; quin videlicet propter infallibilem certitudinem ita eveniat, prout lege tactum est & expressum, juxta sensum quem intendit Spiritus sanctus. Ad hanc veritatis regulam confirmandam sunt quodam modo infiniti textus scripturarum tam veteris quam novi testamenti, quos adducere longum esset & tediosum. Quam regulam & Augustinus confirmat his verbis in libro de videndo Deum: „ Fieri nullo modo potest, ut haec sacrarum litterarum auctoritas „ ex aliqua parte sui mentiat: haec enim „ omnium catholicorum firma & inconcussa „ est sententia: & oppositum dicere, est totius fidei nostrae diruere fundamenta. Quomobrem tota sacra scriptura debet considerari quasi esset una propositio copulativa, ad cuius veritatem exigitur utramque propositionem & partem esse veram, connectens singulas partes, & unam affirmans, elucidans & exponens per alteram; alioquin si propositio aliqua sacrae scripturae posita assertive per auctorem suum, qui est Spiritus sanctus, esset falsa, tota scripturae sacrae, sicut dicit Augustinus, vacillaret auctoritas.

Tertia suppositio: Sacram scripturam a Deo dari hominibus, divinae bonitati fuit congruum, & humanae salutis necessarium. Patet, quia cum bonum de ratione sua sit communicativum, & Deus sit non solum quoddam, sed & omne, summe ac per essentiam bonum; utique congruum fuit & est, ut se communicet liberalissime omnibus creaturis, secundum uniuscujusque naturae exigentiam, a qua, ut Plato ait, porro invidia hominis longe relegata est. Neque enim divinum invidum esse convenit, ut Aristoteles ponit in 1. metaph. contra poetas, qui maxime in communicatione sapientiae Deum invidere hominibus asserbant. Unde & Simonides quidam: „ Solus quidem Deus hunc habet honorem, inquit, virum vero non dignum esse querere quae secundum se est sapientiam: „ & secundum proverbium, ut idem Aristoteles ait, multa mentiuntur poetae. Cum igitur rationalis creatura, homo scilicet, capax sit secundum intellectum & voluntatem divinae felicitatis, quia ad hoc ipsum idem Deus & Dominus produxit & creavit propter bonitatem suam, dicente August. in lib. de doctrina Christiana, & allegatur a Magistro sententiarum „ lib. 2. distinct. 1. Quia, inquit, bonus est Deus summus, & in quantum summus bonus, summus: ut si queritur „ ad quid creata sit rationalis creatura? respondetur. Ad laudandum Deum, & ad „ serviendum ei, & ad fruendum eo; in „ quibus proficit ipsa, non Deus. Deus enim „ perfectus, & summa bonitate plenus, nec „ augeri potest, nec minui. Quod ergo rationalis creatura facta est a Deo, referendum „ est ad creatoris bonitatem, & ad creature „ utilitatem. Et iterum ibidem Magister dicit: „ Fecit Deus rationalem creaturam quam summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo frueretur. Verum quia haec frui non competit homini secundum naturam suam, licet insit ei capacitas ad eam obtinendam & habendam a natura per gratiam Dei, idcirco ipsa divina bonitas sicut ipsum hominem ad praedictam fruitionem; quae comprehenditur

Etiam hominibus data a Deo divina bonitati fuit congruum, & humanae salutis necessarium.

1. Metaph. cap. 2.

ANNO CHRISTI 1413.

ANNO CHRISTI 1413.

benignem rationis humanae excedit, ordinata-
 vit, secundum id *Isaia LXIV. Oculis non vi-*
dit, Deus, absque te, qua preparasti diligentibus te: ita eidem sua liberalissima communi-
 catione scientiam & doctrinam sacrarum scri-
 pturarum omnem humani intellectus exceden-
 tem capacitatem revelavit, per quam ad hunc
 finem dirigeretur. Oportet enim præcognitum
 esse finem hominibus, qui suas actiones &
 intentiones debent ordinare in finem: & hoc
 est valde homini utile & necessarium. Unde
 Apostolus 1. Tim. 111. *Omnis scriptura divini-*
tus inspirata utilis est ad docendum, ad arguen-
dum, ad corripiendum, ad erudiendum in ju-
stis.

Habet illa mo-
 dum ad quos se-
 rmo figuratus
 dicitur.

Quarta suppositio: Sacra scriptura in uno
 eodemque sermone habet plures sensus, lit-
 teralem scilicet & spirituales. Patet per
 Gregorium III. lib. moral. ubi dicit: Sacra
 scriptura omnes scientias ipso suo more lo-
 cutionis transcendit, quia uno eodemque
 sermone habet plures sensus. Dum narrat
 gestum, prodit mysterium. Quod S. Tho-
 mas 1. par. quest. 1. art. x. ita declarat:
 Auctor sacrae scripturae Deus est, in cujus
 potestate est non solum quod voces ad si-
 gnificandum accommodet, quod etiam ho-
 mo facere potest, sed etiam res ipsas; &
 ideo cum in omnibus scientiis voces signifi-
 cent, hoc habet proprium ista scientia, quod
 ipse res significat per vocem etiam significant
 aliquid. Illa ergo prima significatio, qua vo-
 ces significant res, pertinet ad primum sen-
 sum, qui scilicet est istoricus vel literalis
 sensus. Illa autem significatio qua res signifi-
 cant per voces iterum res alias significant,
 dicitur sensus spiritualis; propter quod sen-
 sus spiritualis super literam fundatur, &
 eam supponit. Hic autem sensus spiritualis
 trifasie dividitur. Sicut enim dicit Apo-
 stolus: *Lex vetus figura est nova legis;* & ip-
 sa nova lex, ut Dionysius dicit in ecclesia-
 stica hierarchia, est figura futurae gloriae. In
 nova etiam lege ea quae in capite gesta sunt,
 signa sunt eorum quae nos agere debemus.
 Secundum ergo quod ea quae sunt veteris
 legis, significant ea quae sunt novae legis,
 est sensus allegoricus. Secundum vero quod
 ea in Christo sunt facta, vel in his quae
 Christum significant, sunt signa eorum quae
 nos agere debemus, est sensus moralis, &
 dicitur tropologicus: prout vero significant
 ea quae sunt in aeterna gloria, est sensus
 anagogicus: sicut exemplariter posset de-
 clarari in illo versu Psalmistae: *Lauda Jerusa-*
lem Dominum.

Psalm. 147.

Sensus litera-
 lis principalis
 est, non quem
 littera prae-
 terit, sed quem
 Spiritus san-
 ctus inspiravit
 in auctoritate
 dicitur.

Quinta suppositio: Sensus literalis sacrarum
 scripturarum principalis est ille, non quem
 littera praetendit, sed quem auctor earum,
 scilicet Spiritus sanctus, intendit: patet exem-
 plariter in sensu parabolico, sive figurativo,
 qui sub literalis sensu continetur. Nam in
 huiusmodi locutionibus parabolicis per voces
 significatur aliquid proprie & aliquid figurati-
 ve: nec est literalis sensus ipsa figura, sed id
 quod est figuratum: sic enim cum scriptura
 nominat Dei brachium, non est literalis sen-
 sus, quod in Deo sit membrum huiusmodi
 corporale, quia *Spiritus est Deus*, ut dicitur
 Joannis iv. sed id quod per huiusmodi mem-
 brum significatur, scilicet virtus operativa.
 Ex quo patet quod sensui literalis sacrae scri-

pturae nunquam potest subesse falsum, ut di-
 cit S. Thomas ubi supra.

Sexta suppositio: Fides & omnia necessaria
 ad salutem, tam credenda quam agenda,
 fundantur in sensu literalis, & ex ipso solo
 argumentatio sumitur ad probandum ea quae
 fidei sunt, vel necessitatis ad salutem, & non
 ex his quae secundum allegoriam vel alium
 sensum spirituales dicunt; ut Augustinus di-
 cit in epistola contra Vincentium Donatistam.
 Et nil spirituali sensu continetur fidei neces-
 sarium quod scriptura sacra per literalem sen-
 sum alicubi manifeste non tradat, ut dicit S.
 Thomas in loco praallegato.

Septima suppositio: Sacra scriptura in sen-
 su literalis sine & bene intellecta est infallibi-
 lis fidei regula & sufficientissima. Prima
 pars huius suppositionis ex superioribus ma-
 nifesta est: sed probatur, quia cum intelle-
 ctum circa ea quae fidei sunt contingat erra-
 re, ut patet in haeticis, necesse est esse regu-
 lam aliquam per cujus deviationem aut con-
 formitatem percipiat se intellectus errare vel
 non errare: Alioquin semper in dubio mane-
 ret, & semper fluctuaret, & cum fides sit cir-
 ca ea quae humanam intelligentiam & ratio-
 nem excedunt, secundum illud apostoli ad
 Hebraeos: *Fide est substantia rerum speranda-*

Intellige
 explicite, vel
 implicite, ut
 ipsemet infra
 loquitur.

rum, argumentum non apparentium. Et secun-
 dum Ambrosium: Tolle argumenta, ubi fides
 quaeritur: & secundum Gregorium: Fides non
 habet meritum, ubi humana ratio praebet ex-
 perimentum, patet, nullam humanarum scien-
 tiarum regulam esse fidei. Relinquitur ergo
 quod huiusmodi regula fidei sit sacra scriptu-
 ra. Haec regula est Joannis 20. cap. ubi ait:
Hac autem scripta sunt ut credatis quod Iesus
est Filius Dei, & ut credentes vitam habeatis
in nomine eius. Et Petri secunda capitulo 1.
Habemus firmiorem propheticum sermonem cui
benefacitis attendentes quasi lucerna lucenti in co-
luginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer o-
riatur in cordibus vestris. Et apostoli ad Ro-
 manos 15. *Quaecumque scripta sunt, ad nostram*
doctrinam scripta sunt, ut per patientiam & con-
solationem scripturarum spem habeamus; & pa-
 tet quod praedictae auctoritates sunt sacrae scri-
 pturae, & de eadem sacra scriptura loquun-
 tur, & non de aliis scientiis humanitas adin-
 ventis. Secunda pars patet etiam, quia si sa-
 cra scriptura non esset sufficiens fidei regula,
 sequeretur, quod Spiritus sanctus insufficien-
 ter tradidisset eam, qui est auctor ipsius. Quod
 de Deo, cujus omnia opera sunt perfecta, nul-
 lo modo est sentiendum.

Praeterea si sacra scriptura in aliquibus,
 quae sunt necessaria ad salutem, deficeret, tunc
 licite & meritorie ea quae deficiunt possent a-
 liunde superaddi, aut si aliqua essent super-
 flua, diminui. Sed hoc est prohibitum a Jo-
 hane evangelista apocalypsis ultimo, ubi ita ait:
Si quis apposuerit ad haec, apponet Deus super
illum plagas scriptas in libro isto: & si quis di-
minuerit de verbis libri prophetiae huius, auferet
Deus partem ejus de libro vitae & de civitate
sancta, & de his quae sunt scripta in libro isto.
 Ex quibus verbis Joannis evangelistae clare o-
 stenditur, in sacra scriptura nihil diminute,
 nihilque superflue contineri, quod utique con-
 gruit auctori ipsius, qui est Spiritus sanctus,
 ut dictum est, cujus omnipotentiae congruit,
 ut nil diminute; sapientiae, ut nil superflue;
 & bo-

ANNO
CHRISTI
1433.

ANNO
CHRISTI
1433.

& bonitati, ut ordine congruo nostræ provi-
deat necessitati salutis. Unde Proverbiorum
30. *Sermo Dei ignitus clypeus est sperantibus in
se: ne addas quidquam verbis illius, & arguaris
inventarique mendax, & loquitur de divina sci-*
pientia. Sed pro declaratione ampliori hujus-
modi regulæ pro ista parte sciendum est, quod
sufficiencia alicujus doctrinæ necessario intelli-
gatur dupliciter, uno modo explicite, alio mo-
do implicite. Et hoc verum est in qualibet
doctrina & scientia, quia nulla unquam do-
ctrina fuit tam sufficienter tradita, quod omnes
conclusiones in ipsius principiis contentæ
explicite, & in propriis terminis fuissent tradi-
tæ & expressæ. Et sic est in proposito no-
stro: quia nihil est ad fidem & salutem quo-
modocumque & qualitercumque pertinens,
quod non in sacra scriptura sufficientissime ex-
plicitate aut implicite contineatur. Unde Augu-
stinus: „ Omnis veritas in scripturis contine-
tur latens aut patens, quemadmodum & in a-
liis scientiis sive speculativis sive moralibus &
civilibus, conclusiones & determinationes in
earum principiis continentur, quæ juxta exigen-
tiam rerum, temporis, & personarum, at-
que occasionum varietatem educuntur & ex-
plicantur, ut notum est cuilibet in scholasticis
disciplinis erudito. Quæ quidem educio fit
per modum illationis vel determinationis, ut
in processu huius operis fortasse clarius elu-
cescet.

Addere ali-
quid ad doctri-
nam & modis
intelligitur.

Item sciendum, quod ad aliquam doctri-
nam addere aliquid, potest intelligi quatuor
modis. Primo per modum explicationis, aut
declarationis. Secundo per modum suppletionis.
Tertio per modum ampliationis. Quarto per
modum destructionis, aut contrarii. Primus mo-
dus est necessarius in qualibet scientia & doctri-
na, & specialiter in sacra scriptura, non propter
seipsam quæ sufficientissima est & clarissima
in se, sed propter nos, unde & declarantibus
eam promittit præmium vitæ æternæ: *Qui elu-
cidant me, inquit, vitam æternam habebunt*, Ec-
clesiastici 24. Secundus modus est necessarius
scientiis ab auctoribus earum diminute & in-
sufficienter traditis ad ipsarum supplementum;
cujusmodi apud nos scientiæ aut philosophiæ
naturali, quam aut Aristoteles non plene &
sufficienter tradidit, aut si perfecte tradidit,
ad nos non pervenit complete aut perfecte:
Albertus Magnus & alii physicorum Latinorum
multos libros & tractatus ad complementum
ipsius addiderunt. Tertius modus, maxime si
non fuerit excessivus, sustinendus est toleran-
dus ad bene esse, licet non sit necessarius.
Quartus modus potest addi in scientiis duo-
bus modis: vel declarative tamquam opposi-
tum opposito, ut verum ex suo contrario,
& opposito quod est falsum, magis elucescat,
secundum quod Aristoteles posuit, & com-
muniter dicitur: „ Opposita juxta se posita
magis elucescunt, scilicet unumquodque in sua
ratione, quia falsum oppositum vero ejus fal-
sitas ex comparatione veri manifestior fit, &
e contrario veritas falsitati. Et sic modus iste ad
primum reducitur, qui est utilis & laudabilis
in qualibet doctrina: Vel assertive pro con-
clusionem tamquam verum, & sic cum destruat
veritatem doctrinæ & corrumpat omnino, in
qualibet doctrina tamquam venenum abjicien-
dum est, & tanto amplius quanto doctrina
certior fuerit & remotior a contradictione. Un-

de cum sacra doctrina sit certissima in verita-
te, ut patet ex secundo hujus, propter aucto-
ritatem ejus qui errare non potest, omne con-
trarium ejus omnimodo est repellendum: a-
liquin sic apponens incurret plagas descriptas
superius per Joannem evangelistam.

Et hoc modo intelligendæ sunt auctoritates
scripturarum quæ prohibent additionem vel
subtractionem ad sacram scripturam. Unde su-
per illo Deuteronomii 4. *Non addetis ad ver-
bum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo*,
glossa ordinaria dicit: „ Docet normam equi-
tatis, & omnem hæresim percutit. Vetat e-
nim rectæ doctrinæ aliquid pravæ intentio-
nis addere, vel aliquid veritatis subtrahe-
re. Via enim regia incedendum est, non
ad dexteram, vel ad sinistram, quia rectæ
via domini, & justi ambulabunt in eis.
Unde Nicolaus de Lyra: Considerandum est,
quod hic prohibetur additio depravans intel-
lectum legis, non autem additio declarans aut
elucidans, secundum quod Ecclesiastici 24.
Qui elucidant me, vitam æternam habebunt, &c.
Similiter super illo: *Sermo Dei ignitus*, &c.
dicit glossa interlinearis: „ Ut hæretici, qui
„ corrumpunt scripturas, ne eis convincan-
tur. Et Hieronymus ibidem: Ne corrup-
tas eloquia sacrarum scripturarum, sicut
„ quidam hæretici, ne eis convincerentur,
„ fecisse noscuntur. Et Nicolaus de Lyra:

Ne addas quidquam quod sit eis contrarium.
possunt tamen bene & meritorie addi illa quæ
faciunt ad verba domini declaranda, Eccle-
siastici 24. *Qui elucidant me*. Similiter super di-
cto Joannis Apocalypsis ultimo dicit glossa ordi-
naria, quia quosdam sciebat in Asia esse,
qui pro suis erroribus fovendis adderent, vel
diminuerent, supponit excommunicationi. Et
Nicolaus de Lyra: Si quis apposuerit, &c.
id est, discrepantia, sicut faciebant hæreti-
ci, qui tempore illo addebant discrepantia a
veritate evangelii, & aliqua diminuabant a
veritate, dicebant, dicentes Christum ante
Mariam non fuisse; per hoc tamen non ex-
cluditur quin possent aliqua addi licite quæ
faciunt ad declarationem totius sacræ scriptu-
ræ. Et sic fecerunt doctores sancti. Et ad
hunc modum reducitur si quis mandatis Chri-
sti dimissis & neglectis, alias humanas supe-
radderet traditiones, sicut dicunt doctores su-
per illo verbo Christi: *Va vobis qui decimatis
mentham, cyminum & anethum, & que potio-
ra sunt legis dimittitis, sicut misericordiam &
judicium*, Matth. 23. Et alibi increpat domi-
nus Judæos dicens: *Irritum fecistis mandatum
Dei propter traditiones vestras*. Et per Isaiam
prophetam: *Sine causa colunt me, mandata &
d. Arinas hominum docentes & sequentes*.

Octava suppositio: Non est inconveniens sub
uno & eodem textu sacrarum literarum esse
plures sensus literales. Declarat hæc sanctus
Thomas ubi supra, dicens: „ Quia auctor sa-
cræ scripturæ Deus, quia omnia simul suo
„ intellectu comprehendit, ideo non est in-
„ conveniens, ut Augustinus dicit 12. con-
„ fessionum, si etiam secundum literalem sen-
„ sum in una litera sacræ scripturæ plures
„ sunt sensus. Verbi gratia 1. Paralipomenon
„ 17. capite dicit dominus de Salomone: *Ego
ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium*.
Et intelligitur de Salomone ad literam, in
quantum fuit filius Dei per adoptionem in
juven-

Non est in-
conveniens
sub uno & e-
odem textu sa-
crarum literarum
plures sensus
literales.

Matth. 15.

Isai. 29.

ANNO CHRISTI 1629.

ANNO CHRISTI 1629.

juventute, propter quod Nathan propheta nominavit eum amabilem Deo, ut habetur 2. Reg. 12. Prædicta etiam auctoritas. *Ego ero illi in patrem*, inducitur ab apostolo ad Hebræos 1. tamquam dicta de Christo ad literam, quod patet ex hoc, quia apostolus inducit eam ad probandum quod Christus fuit major angelis, talis autem probatio non potest fieri per sensum mysticum, ut dicit Augustinus contra Vincentium Donatistam, ut supra allegatum est. Prædicta igitur auctoritas completa fuit ad literam in Salomone, minus tamen perfecte, quia fuit Dei filius, solum per gratiam; in Christo autem perfectius, imo perfectissime, qui est Dei Filius per naturam. Verba sunt Nicolai de B. Lyra in prologo bibliæ.

Ad recte intelligendum sensum scripturam, secundum sensum litteralem necesse est sæpe ut unus & idem textus ad præcedentia vel subsequenta referatur, vel ad alia loca in quibus de eadem materia tractatur, quia per ipsam quandoque exponitur, & quandoque suppletur: Unde Augustinus in libro octuaginta trium questionum, quest. 69. Solet circumstantia scripturarum illuminare sententiam: quapropter in verbis Christi hæc regula diligenter notanda est, quia per eam perpendimus sæpe, an verba Christi figurative dicta sint an non, quia ex præcedentibus vel ex sequentibus ibidem, vel simul ex utroque vel aliis locis sacre scripturæ perpenditur & aperitur intellectus; sicut si volumus intelligere quæ istarum locutionum figurativa sit & quæ non: *Ego sum vitis vero &c.*, *Hoc est corpus meum*. Ex his quæ subjunguntur, aperitur intellectus. Nam ad primam statim subjungit ad discipulos, & vos palmites, per quam subjunctionem manifeste ostenditur, quod cum discipuli sui non essent palmites naturales, sed tantum figurales, quod nec ipse erat vitis, cum dixit, *Ego sum vitis*, nisi secundum figuram. Ad secundam vero subdit, quod pro vobis tradetur, per quod intelligitur, cum ipse verum corpus suum & naturale, quod traxit de Virgine, tradiderit in cruce pro nobis, quod eadem illud idem corpus quod assumpsit de Virgine, & in quo in cruce pependit, tradiderit discipulis in coena, in hoc divinissimo eucharistie sacramento. Similiter sæpe truncata sententia per alium passum suppletur. Nam ille textus Matthæi ultimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit*, si præcisè intelligatur de fide, & de baptismo sine aliis virtutibus, falsus est & truncatus, quia prædicta non sufficiunt ad salutem, sed oportet quod alie virtutes concurrant, & specialiter caritas, sine qua nec fides, nec baptismus proficit ad salutem, ut patet per apostolum, & similiter facile esset videre in multis aliis sanctæ scripturæ locis.

1629. An. 10. Marc. 20.

10. Ad habendum verum sensum litteralem, oportet est attendere ad verum modum procedendi earundem. Nam in eodem contextu verborum sæpe aliqua verba accipiuntur literaliter & pure grammaticaliter, & aliqua mystice, & sæpe unum & idem verbum aliter & aliter: Nam illud Marci 6. *Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum*, habet prædictam distinctionem, ubi hæc verba, nihil tuleritis in via, accipiuntur literaliter, & sequentia, nisi virgam tantum, accipiuntur mystice pro potestate accipiendi victui necessaria. Item hoc ipsum, nisi virgam tantum, aliter accipitur nomine virgæ Matthæi 10. Lucæ 9. Marci 6. quia in primis locis ubi Christus loquitur de missione apostolorum, accipitur virga pro baculo, aut rebus necessariis humanæ sustentationi: hic vero accipitur mystice pro potestate accipiendi necessaria ab auditoribus, quam Christus dedidit evangelizantibus. Unde Augustinus de consensu evangelistarum: Solet inquit, quæri quomodo Matthæus & Lucas commemoraverint dominum dixisse discipulis ut nec virgam ferrent, cum dicat Marcus: *Et præcepit eis ne quaquam tollerent nisi virgam tantum*, quod ita solvitur, ut sub alia significatione dicantur virgam quæ secundum Marcum ferenda est, & sub alia quæ secundum Matthæum & Lucam non est ferenda, intelligamus. Potuit enim breviter sic dici; Nihil necessarium vobiscum feratis, nec virgam, nisi virgam tantum, ut illud quod dictum est, nec virgam intelligatur, nec minimas quidem res: quod vero adjunctum est, nisi virgam tantum, intelligatur potestas, quia per potestatem a domino acceptam, quæ virgæ nomine significata est, etiam quæ non portantur non deerunt, & subdit ad propositum: Quisquis autem putat non potuisse dominum in uno sermone quædam figurate, quædam proprie ponere eloquia, cætera ejus inspiciat, & videbit quam hoc temere & inrudite arbitretur. Similiter multi passus sacre scripturæ sibi invicem essent contrarii, si tantum ad grammaticalem sensum respiciamus, ut patuit in prædictis locis, in quibus Matthæus & Lucas dicunt, neque virgam, & Marcus, nisi virgam tantum. Similiter Matthæi ultimo præcipitur diligi inimicos, & Lucæ 14. præcipitur odiri patrem, matrem, uxorem, filios, fratres & sorores.

Decima suppositio: Ad habendum verum sensum litteralem sacrarum scripturarum, necesse est summopere cum studio & diligentia attendere varium modum procedendi earundem. Nam in eodem contextu verborum sæpe aliqua verba accipiuntur literaliter & pure grammaticaliter, & aliqua mystice, & sæpe unum & idem verbum aliter & aliter: Nam illud Marci 6. *Nihil tuleritis in via nisi virgam tantum*, habet prædictam distinctionem, ubi hæc verba, nihil tuleritis in via, accipiuntur literaliter, & sequentia, nisi virgam tantum, accipiuntur mystice pro potestate accipiendi victui necessaria. Item hoc ipsum, nisi virgam tantum, aliter accipitur nomine virgæ Matthæi 10. Lucæ 9. Marci 6. quia in primis locis ubi Christus loquitur de missione apostolorum, accipitur virga pro baculo, aut rebus necessariis humanæ sustentationi: hic vero accipitur mystice pro potestate accipiendi necessaria ab auditoribus, quam Christus dedidit evangelizantibus. Unde Augustinus de consensu evangelistarum: Solet inquit, quæri quomodo Matthæus & Lucas commemoraverint dominum dixisse discipulis ut nec virgam ferrent, cum dicat Marcus: *Et præcepit eis ne quaquam tollerent nisi virgam tantum*, quod ita solvitur, ut sub alia significatione dicantur virgam quæ secundum Marcum ferenda est, & sub alia quæ secundum Matthæum & Lucam non est ferenda, intelligamus. Potuit enim breviter sic dici; Nihil necessarium vobiscum feratis, nec virgam, nisi virgam tantum, ut illud quod dictum est, nec virgam intelligatur, nec minimas quidem res: quod vero adjunctum est, nisi virgam tantum, intelligatur potestas, quia per potestatem a domino acceptam, quæ virgæ nomine significata est, etiam quæ non portantur non deerunt, & subdit ad propositum: Quisquis autem putat non potuisse dominum in uno sermone quædam figurate, quædam proprie ponere eloquia, cætera ejus inspiciat, & videbit quam hoc temere & inrudite arbitretur. Similiter multi passus sacre scripturæ sibi invicem essent contrarii, si tantum ad grammaticalem sensum respiciamus, ut patuit in prædictis locis, in quibus Matthæus & Lucas dicunt, neque virgam, & Marcus, nisi virgam tantum. Similiter Matthæi ultimo præcipitur diligi inimicos, & Lucæ 14. præcipitur odiri patrem, matrem, uxorem, filios, fratres & sorores.

Item sæpe sacra scriptura sub uno contextu quasi una persona aliquando loquitur, non tamen ad idem singulæ partes locutionis referuntur, sed altera ad caput, altera ad corpus refertur, scilicet altera ad Christum, altera ad ecclesiam, quæ est corpus Christi mysticum: secundum quem modum intelligitur id Isaiæ 61. *Induit me vestimento salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me quasi sponsam decoratam corona, & quasi sponsam ornatum mulibus suis*. Quod enim dicitur hic, quasi sponsam, intelligitur de Christo capite: & id quod subditur, & quasi sponsam, intelligitur de ipsa ecclesia. Similiter canticorum primo: *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt uber tua vino*, cum enim dicitur, osculetur me, desiderium sponsæ sponsum desiderantis exprimitur, & quod subditur, quia meliora sunt ubera tua vino, verbum est sponsi sponsam commendantis. Quia vero mysticum ecclesiæ corpus est quasi sagena nondum tracta ad littus, continens malos permixtos cum bonis, ideo sæpe in sacra scriptura mali commendantur cum bonis quibus sunt permixti, sicut Osee 4. *Puer Israel, & dilexi eum*, & e converso sæpe boni vituperantur cum malis, sicut Isaiæ 1. scribitur: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus presepe domini sui, Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit*.

Concil. General. Tom. XXIX.

723
 xii. Similiter in eodem contextu, aliquando
 quid ad bonos pertinet, & quid ad malos,
 exprimitur, sicut canticorum 1. *Nigra sum,
 sed formosa, filia Jerusalem, sicut tabernaculum
 Cedar, sicut pelles Salomonis*, verba sunt ec-
 clesias, qua ratione malorum in ipsa consen-
 sorum dicit: *Nigra sum, sed ratione bono-
 rum subdit, sed formosa, & quod subditur,
 quasi pro exemplo inducitur, sicut tabernacu-
 lum Cedar. Cedar enim fuit filius Ismael, a
 quo descenderunt Saraceni, & refertur ad ma-
 los. Quod autem dicitur, sicut pelles Salomo-
 nis, refertur ad bonos. Per Salomonem enim
 intelligitur secundum expositores catholicos &
 Hebræos ipse Deus, & ideo pelles ejus di-
 cuntur, quibus operiebatur tabernaculum in
 quo boni colebant eum.*

Quandoque etiam sacra scriptura in suo
 modo loquendi transit de specie ad genus,
 sive de parte ad totum, & e converso, se-
 cundum quod patet Isajæ 13. ubi specialiter
 loquitur contra Babylonem, primo dicens:
*Onus Babylonis, & deinde transit ad intelli-
 gendum verbum de toto mundo generaliter
 per hoc quod subditur, a firmamento cali do-
 minus, & vasa furoris ejus, ut disperdat om-
 nem terram.* Postea revertitur ad loquendum
 contra Babylonem specialiter, cum dicit: *Ecce
 ego suscitabo super eos Medos qui argentum
 non quarant, nec aurum velint, sed sagittis par-
 vulos interficient, & lactantibus ueris non mi-
 serentur, & super filios non parcat oculus eo-
 rum, &c.* quia Darius Medus cum Cyro ne-
 pote suo cepit Babyloniam, & interfecit Bal-
 tassar regem Babylonis, ut patet Danielis 1.
 capite. Quia etiam diabolus cum malis con-
 stituit corpus malorum, sicut & Christus cum
 bonis constituit corpus ecclesie mysticum, di-
 cente Gregorio homilia 10. Certe iniquo-
 rum omnium diabolus caput est, & hujus
 capitis membra sunt omnes iniqui. Ideo
 propter connexionem utrorumque adinvicem
 scriptura in eodem contextu loquens de uno,
 transit ad loquendum de altero, sicut habet
 Isajæ 14. ubi loquens de rege Babylonis,
 qui erat membrum diaboli, transit ad loquen-
 dum de principe demoniorum, cum subdit
 ibidem: *Quomodo cecidisti de calo Lucifer,
 qui mane oriebaris? corruisti in terram qui vul-
 nerabas gentes? & similiter habetur Ezechie-
 lis 28. ubi loquens de principe transit ad lo-
 quendum de diabolo, cum subditur: Tu si-
 gnaculum similitudinis, plenus sapientia & de-
 core, in deliciis paradisi Dei fuisti. Saepe etiam
 in sacra scriptura contingit difficultas ex parte
 temporis, quod quidem contingit quadrup-
 liciter, videlicet per synecdochen, quando
 videlicet pars ponitur pro toto, sicut cum di-
 citur in evangelio Christus tribus diebus in
 sepulcro jacuisse, cum tamen prima & tertia
 dies non fuerint integre. Alio modo per mi-
 nutiarum temporis omissionem, que aliquan-
 do in scriptura computantur, & aliquando
 omittuntur, sicut cum aliquando scriptura lo-
 quente de aliquo numero annorum, in plu-
 ribus locis accidit varietas quia in uno loco
 numerantur minutie temporis, & ita viden-
 tur plures anni, in alio vero loco dimitten-
 do dictas minutias, pauciores videntur. Ter-
 tio modo contingit ex variatione termini,
 quia computatio annorum aliquando incipit in
 uno loco a priori termino, & in alio loco a*

posteriori, unde Genesis 11. cap. dictum fuit
 Abrahæ: *Scio profectus, quod peregrinum fu-
 rorum sit semen tuum in terra non sua, & su-
 bicient eos servituti, & affligent quadringenti
 annis: Exodi 12. de ista eadem peregrinatio-
 ne dicitur, quod mansit filiorum Israel in
 terra Egypti fuit 430. annorum, quia com-
 putatio hujus majoris numeri incipit a nativi-
 tate Isaac, qui fuit triginta octo annis post
 egressum Abrahæ de Haran. Quarto vero mo-
 do contingit, eo quod scriptura sacra loquitur
 de futuro per modum præteriti, sicut Isajæ
 9. *Parvulus natus est nobis, &c.* & hoc
 ad denotandum certitudinem prophetie, cu-
 jus eventus est de futuro ita certus sicut jam
 præterisset. Et hoc est propter certitudinem
 divina præstantia, ex qua fit revelatio ipsi
 prophetæ. Est tamen advertendum, quod ta-
 lis modus loquendi non habet locum nisi in
 prophetia prædestinationis, que est quando a-
 liquod certum contingens revelatur prophetæ
 eo modo, quo est in præsentia Dei, qui
 ita infallibiliter intuetur futura, sicut præsen-
 tia & præterita. In prophetia vero commina-
 tionis non habet locum que est quando ali-
 qua peccata revelatur prophetæ, indigenda po-
 pulis vel alicui personæ particulari, non se-
 cundum quod est in Dei præsentia, sed se-
 cundum ordinem causarum secundarum, ut-
 pote secundum demerita hominum, sicut est
 illa prophetia Jonas 3. *Adhuc quadraginta dies,
 & Ninive subvertetur.* Hanc enim subver-
 sionem meruerant peccata illius civitatis, verum-
 tamen quia talis causa mutabilis est, ideo ef-
 fectus aliquando non sequitur, sicut in pro-
 pheta, quia Ninivitis egerunt penitentiam,
 & sic dominus non induxit eis pro tunc po-
 nam comminatum.*

Infuper contingit difficultas in scriptura pro-
 pter variam mutationem recapitulationis & an-
 ticipationis in narratione, quia non semper
 eo ordine gesta & facta scribuntur, & ideo
 quando proponuntur posteriora, dicitur anti-
 cipatio, quando autem fit e converso, dicitur
 recapitulatio, sicut Genesis 10. dicitur de
 filiis Noe: *Ab his divisa sunt insula gentium in
 regionibus suis, unquamque secundum legem
 suam, & infra eodem capite: Hi sunt filii He-
 lem in cognationibus & linguis, postea 11. ca-
 pite dicitur: Erat autem terra labii unius, &
 sermonum eorundem, ex quo patet quod illud
 quod dictum est prius de divisione linguarum,
 dictum est per anticipationem. Similiter Ge-
 nesis 2. capite postquam Moyses describitur
 creationem cæli & terre, & distinctionem &
 ornatum partium mundi, dicit: *Iste sunt ge-
 nerationes cæli & terre in die quo creati sunt,*
 &c. Ex hoc patet, quod prædicta dicuntur
 hic, & restantur per recapitulationem. Ha-
 & multæ aliæ difficultates in intelligendis fi-
 cris scripturis interveniunt voluntate & ordi-
 natione divina, cujus natura & inspiratione con-
 scriptæ sunt, ad quarum difficultatem eluci-
 dationem Donatista quidam Tyconius nomine
 septem regulas advenit, quas Augustinus 3.
 de doctrina Christiana prosequitur, & docet
 Ildorus de summo bono, Nicolaus de
 Lyra in prologo biblicis, & alii multi docto-
 res, quorum in aperendis prædictis difficulta-
 tibus vestigia sunt hæc.*

Undecima suppositio: Prædicta difficultas in
 intelligentia sacrarum scripturarum est eccle-
 sia

Difficultas
 scripturae ex
 parte tempo-
 ris.

Postea, pro-
 ferentia.

Leg. No-
 gant.

11.
 Difficultas
 in scriptura

ANNO
CHRISTO
1600

sin valde utilis & necessaria, cum propter e-
meritum studioforum, & meritum eorum-
dem. Nam si singula poterant, & omnes pluri-
mum haberent necessarium ad divinam cognoscen-
da & capienda mysteria, humanum ingenium
pigresceret, & multi qui nunc in inquisitione
veritatis gloriose labore occupantur, aut otio
marcescerent, aut ad illicita procliverent,
nec in studio eorumdem scripturarum habe-
rent illud meritum, quod eis promittitur;
tam etiam propter vitandas irrisiones infide-
lium, & ne etiam apud fideles eadem divi-
na mysteria vilescerent, unde dominus ait Mat-
thæi 6. *Nolite serulum dare canibus, & mar-
garitas vestre projicere ante porcos, &c.*

ANNO
CHRISTO
1600

Duodecima suppositio: Tali ac tanta dis-
cultate in intelligentia sacrarum scripturarum
existente, necessario ipsæ scripturæ requirunt
diligentes & fideles expositores, qui sint præ-
dicti ingenio, exercitati studio, humiles in ju-
dicio, & immunis ab affectu vitio. Nam
ex opposito aliter illorum quatuor, scilicet
facillime falsus intellectus scripturæ labori,
ut si sit homo hebetis ingenii, inane & ne-
glector studii, si superbi & arrogantis judicii,
si denique fuerit infectus & damnatus ex af-
fectu alicujus vitii aut passionis, sicut plerum-
que exoritur malitia eorum, possunt prædicta
& quolibet ipsorum tam auctoritatibus quam
exemplis & rationibus multipliciter declarari,
quæ causâ brevitas, cum sint ex se nota, C
relinquuntur.

ANNO
CHRISTO
1600

Tertiadecima suppositio: Inter expositores &
declaratores sacra scriptura summa eum dili-
gentia faciendâ est comparatio, & illi quos
constat habere condiciones positas in præce-
denti suppositione, præferendi sunt non ha-
bentibus, similiter revelationem habentibus, non
habentibus eam; & dona gratis data possi-
dentibus, cæteris paribus, non possidentibus ea.
Magna enim similitudo & similitudo est hominis,
qui, dimissis doctoribus omni sanctitate & de-
votione ferventibus, summo ingenio præditis,
exercitati studio, humilibus in judicio, & om-
ni vitio ac passione spoliatis, qui etiam in
vita & post mortem miraculis claruerunt, & D
interpretandis & exponendis sacris scripturis
divinis & cælestes revelationes habuerunt, se-
querentur homines rudes ingenio, neglectores
studii, superbos & arrogantes ac presumptuo-
sos in judicio, depravatos & infectos omni
vitio, quibus a percipiendâ veritate huma-
nus animus retrahitur. Sed heu impletum est
hodie illud quod apostolus prædixerat 1. ad
Timotheum 4. *Erit enim tempus cum sanam
doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria
conversentur sibi magistros prurientes auribus, & a
veritate quidem evitent, ad fabulas
autem convertentur.* Ex quo sequitur quod anti-
qui doctores, cujusmodi fuerunt Hierony-
mus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & E
alii qui similiter prædictis conditionibus cla-
ruerunt, præferendi sunt modernis quibus &
viam sanctitatis, & ingenii acuitas, & cætera
conditiones videntur nostris peccatis defecisse;
atque inter modernos illi præferendi sunt qui
plures de prædictis conditionibus participant:
ac præsertim conviciatur & deprehenditur quo-
rundam arrogantia modernorum, usurpantium
sibi illa de psalmo: *Super omnes docentes me
intellexi, & locorum; super senes intellexi, &
locorum: super inimicos meos prudentem me se-
Concil. General. Tom. XXIX.*

ANNO
CHRISTO
1600

ANNO
CHRISTO
1600

ANNO
CHRISTO
1600

Sed utinam animadvertent si vera sint
omnia in eis que junguntur, quia testimonio
sunt expulsi: quia lex ipsa indicatio mea est:
sequitur aliter quod incautissimum est fide-
libus accipere & sequi novas scripturarum ex-
positiones aut interpretationes, quæ non com-
mendat famosa veterum traditio, neque no-
vorum exponentium vix sanctitas, nec mira-
culorum attestatio, nec sincera veritatis puritas,
nec universalis ecclesiam certa approbans
auctoritas. Patet, quia hoc est se exponere
periculo salutis, cum ignorantia legis Dei ne-
minem excuset; & e converso omnino cau-
tum & securum est in exponendo & allegan-
do sacram scripturam inais sententis anti-
quorum doctorum ecclesiam, de quorum condi-
tionibus & gratiis in precedenti dicebatur:
quo enim quisque magis ratione utitur, eo
majoris auctoritatis ejus verba esse videntur.

ANNO
CHRISTO
1600

Quartadecima suppositio: Sicut sacra scri-
ptura recipit interpretationem & expositionem
in suis verbis originalibus, sic etiam doctores
exponentes eam sepe recipiunt interpretatio-
nem & expositionem dictorum suorum, &
comparanda sunt dicta doctorum, & etiam
unius & ejusdem doctoris ad invicem, & si
aliqua contrarietas in dictis eorumdem vider-
etur, reducenda est ad concordiam, & si om-
nino repugnarent, tunc accipiendos est ille
doctor cujus sententia propinquior est veritati
& sensui quem intendit auctor scriptura-
rum, qui est Spiritus sanctus, vel ei quem
ecclesiam auctoritas corroborat. Similiter si di-
cta unius & ejusdem doctoris dissona & con-
traria videantur, ea accipiendâ est pars quam
doctor ex intentione prosequitur, & quæ mag-
is appropinquare videtur veritati aut sensui
literali quem ponit: ut si Augustinus ali-
quo in loco diceret communionem laicam utriusque
speciei esse de necessitate salutis, & alibi
diceret vel servaret oppositum, tunc la-
borandum esset ut dictus doctor ad concor-
diam reduceretur, vel ea pars esset amplecten-
da quam ex intentione prosequitur: prout fit
in expositione capituli 6. Joannis, ubi to-
tum illud capitulum ex intentione prosequens
exponit & declarat de manducatione spiritali,
ut clare declarabitur in sequentibus.

ANNO
CHRISTO
1600

Quintadecima suppositio: Sacra scriptura pe-
ditur in lectionibus superbis, & presumptivis,
permittente Deo quod errent: & proterve a-
gant incidantque in varias hæreses & errores,
& hoc multiplici ratione, neque enim omni-
potens Deus & optimus, hæreses permitteret,
sicut & alia mala, nisi etiam ex ipsis posset &
vellet meliora bona eligere, ut Augustinus di-
cit in enchiridio: *Diligentibus, inquit apo-
stolus, Deum omnia cooperantur in bonum, ad Ro-
manos 8.* Nam ex ipsis fideles probantur, do-
ctores per amplius illuminantur, electi purgan-
tur, innocentes majorem gloriam mereantur, &
humane presumptiones merito puniantur. Mul-
ti etenim tempore prosperitatis se putant esse
bonos & firmos in fide, exemplo Petri. Lu-
cæ 12. qui paratum se dixit cum Christo in
mortem & in carcerem ire, qui tamen tempo-
re persecutionis aut dubitant, aut a fide labun-
tur. Quapropter inquit apostolus 1. ad Corinth.
11. *Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt,
manifesti fiant in vobis.* Ubi glossa dicit: Non
vult apostolus nec optat ut hæreses sint, sed
sic futurum esse prædicit, ut quia hoc utile
est.

ANNO
CHRISTO
1600

ANNO
CHRISTI
1433.

ANNO
CHRISTI
1433.

est, idcirco ad quid sit utile declarare sub-
dit: Ut non tantum reprobi qui dicunt,
Ego sum Pauli, sed etiam qui probati sunt
in vobis, id est inter vos, sicut illi qui
dicunt, Ego sum Christi, manifesti sunt
hominibus; tunc etiam videtur qui sunt lo-
litum seu sizaria in agro ecclesie. Utiles
sunt, quia tunc doctores plus illuminan-
tur, unde glossa ex Augustino ubi prius.
Multa quidem ad fidem catholicam perti-
nentia, dam hereticorum callida inquietu-
dine exagitantur ut adversus eos defendi
possint, & considerantur diligentius, & in-
telliguntur clarius, & predicantur instan-
tius, ideoque divina providentia hereticos
multos esse permittit, ut cum insultant no-
bis, & interrogant nos quas nescimus, ex-
cutiamus pigritiam, & divinas scripturas nos-
se cupiamus. Utiles sunt hereses, quia per
eos electi purgantur, unde glossa ubi prius:
Omnes inimici ecclesie, vel errore concati,
vel malitia depravati profunt, quia si acci-
piunt potestatem corporaliter affligendi, exer-
cent ejus patientiam; si vero male sentien-
do adversantur, exercent ejus sapientiam. Ab
adversario enim mota questio discendi existit
occafio. Postremo utiles sunt hereses, quo-
niam tunc videtur quomodo divina justitia
humana presumptiones puniat, sunt enim
quidam hominum tam de suo ingenio pre-
sumentes, ut totam rerum naturam se repu-
tent suo intellectu posse metiri, ut dicit Au-
gustinus Thoma 1. contra Gentiles, existimantes
id solum esse verum quod eis videtur, & ef-
se falsum, quod eis non videtur, exempli gra-
tia si quis crederet intra calum & circulum
Luna esse omnia, necesse haberet credere non
esse quiddam intra ipsum non investiret: &
ex hoc, tanto amore amplectuntur opiniones
suas & sectas, ut de contrariis etiam nec co-
gitare velint, tanroque odio averfi sunt, ut
contraria errorum suorum nullatenus videre,
respicere, aut audire velint, in quibus veri-
ficatur illud Proverbiorum 18. *Non recipit stultus
verba prudentia, nisi ea dixerit quas versantur
in ejus corde.* Quare merito hujusmodi
presumptio nequam venit puniendi, quia ut
dicit apostolus ad Romanos 1. de Romanis &
sapientibus Paganorum: *Cum cognovissent Deum,
non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias
egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus
suis, & obscuratum est insipientis cor eorum: di-
centes enim se esse sapientes, stulti facti sunt,
ubi glossa: Obscuratum est cor, id est, ratio
tumore superbie obumbrante, & sic paulatim
usque ad insipientiam cor eorum deductum
est. Nebula enim erroris contextit cor eo-
rum. Unde Leo papa ait: Quid iniquius
est quam iniquus sapere, & sapientibus do-
ctoribus non credere? Sed in hanc insipientiam
cadunt quicumque ad cognoscendum
veritatem aliquo impediuntur obscuro, non
autem ad propheticas voces, nec ad evan-
gelicas auctoritates, sed ad semetipsos re-
currunt, & ideo magistri erroris existunt,
quia veritatis discipuli non fuerunt.*

Ultima suppositio pro presentia ad no-
strum faciens propositum: Scriptura sacra
in sui receptione & expositione authentica,
atque intellectu ejusdem plano & vero, nec
non & cujuscumque doctoris catholici expo-
sitione, intentio sive sententia, ad fidem catholi-

cam pertinentem, sanctius resolvitur in auctori-
tatem, receptionem & approbationem uni-
versalis ecclesie, tamquam in primum & uni-
versalissimum doctrinae & scientie fidei prin-
cipium: ad quod probandum ex eisdem fun-
datis auctoritatibus in eternam, & veritati-
bus ejusdem sacre scripturae procedemus divi-
na gratia & Spiritu sancto dirigente, qui est
in sacula seculorum benedictus. Amen. Et
huc de suppositionibus generalibus dicta sunt
pro presentia.

Quantum vero ad suppositiones speciales &
propriae presentem questionem divinitatis
eucharistie concernentes, primo supponitur
tamquam articulus fidei, quod in sacramento
divinitatis eucharistie sit verum corpus Chri-
sti & sanguis, licet nec sensu nec ratione pos-
sit deprehendi. Hanc suppositionem doctor
sanctus 1. parte summe questione 75. articu-
lo 1. triplici ratione declarat. Prima sumitur
ex perfectione nove legis respectu veteris,
quia sacrificia veteris legis illud verum sacri-
ficium passionis Christi solum in figura conti-
nebant; secundum illud ad Hebr. 10. *Um-
bram habens lex futurorum honorum, non ip-
sam imaginem.* & ideo oportuit ut aliquid
plus haberet sacrificium nove legis a Christo
institutum, ut scilicet ipsum Christum pas-
sum non solum in significatione vel figura,
sed etiam in rei veritate contineret. Quare
ratione perfectionis nove legis & sacramento-
rum ejusdem, necessarium est dicere quod
hoc eucharistie ipsum Christum continet rea-
liter; unde Dionysius dicit 4. capite ecclesia-
stica hierarchia, quod est perfectissimum om-
nium sacramentorum aliorum, in quibus vir-
tus Christi participatur. Secunda sumitur ex
perfectione caritatis & amicitie, qua ipse do-
minus Jesus Christus ecclesie sue sancte con-
jungitur, ex qua provenit, ut sicut pro salu-
te nostra corpus verum natura assumpsit, &
in eodem pro nobis passus est, ita etiam cum
eodem copore nobiscum & cum ecclesia ma-
neat in eternum. Nam, ut dicit philosophus
in ethicis, maxime proprium est amicitie con-
vivere amicis, & quia in propria specie fo-
cundum statum mortalem non erat conveniens
ut maneret nobiscum in eternum, tum prop-
ter redemptionem nostram peragendam, tum
etiam ut resurrectione sua futuram nostram re-
surrectionem adstrueret: nec etiam secundum
statum glorie congruebat, cum sit alterius
conditionis incomparabiliter distantis a natu-
ra, necessarium nobis & opportunum fuit, &
congruum fuit immensa bonitati, caritati &
amicitie, ut saltem sub alietta specie, in pro-
pria tamen corporali presentia, semper & in
eternum maneret cum ecclesia, ut sic per
veritatem corporis & sanguinis sui nos sibi in
hoc sacramento conjungeret. Unde & ipse do-
minus dicit Joan. 6. *Qui manducat meum car-
nem, & bibit meum sanguinem, in me manet,
& ego in eo.* Unde hoc sacramentum est si-
gnum maxime caritatis Christi ad nos, & no-
stra spei ad Christum sublevatio ex tam fami-
liari conjunctione ipsius & nostri. Tertia
ratio sumitur ex perfectione fidei, que sicut
est de divinitate Christi, ita est etiam de eius
humanitate, secundum illud Joannis 14. *Credidit
in Deum, & in me credit.* Et quia fides
est invisibilium, idcirco sicut Christus, dum
erat in hoc seculo, divinitatem suam exhi-
bebat

Prima sup-
positio de re-
ceptione euc-
haristie est
tamquam arti-
culus fidei
quod sit verum
corpus Christi
& sanguis
licet nec sensu,
nec ratione
possit depre-
hendi.

Scriptura
sacra in sui
receptione &
expositione
authentica,
atque intellectu
ejusdem plano
& vero, nec
non & cujuscumque
doctoris catholici
expositione, intentio
sive sententia, ad
fidem catholi-

ANTHO CHRISTI 1489

ANTHO CHRISTI 1489

hebet discipulis humanitate velatam invisibilitatem, ita & in hoc sacramento carnem suam simul & divinitatem aëneis speciebus velatam modo exhibet invisibili.

Predicta veritas ex verbis Christi patet, qui ait: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur.* Manifestum est autem quod Christus verum corpus suum reale & naturale pro nobis tradidit in cruce & in morte: Ergo illud idem quod sic tradidit, dedit discipulis, quando dixit: *Hoc est corpus meum.* Item idem patet per apostolum Paulum, 1. Corinth. 11: *Qui manducant & bibunt indigne, judicium sibi manducant & bibunt, non judicant corpus domini*, ubi expresse Paulus non dicit, Non judicant figuram corporis domini, sed simpliciter, corpus domini: propterea si esset ibi corpus Christi secundum solam significationem, ad quid oporteret judicare huic cibum ab aliis? quia quilibet panis eadem ratione posset significare & significat corpus Christi. Oportet igitur ponere: quod sit ibi verum corpus Christi. Ad hanc veritatem catholicam asserendam, corroborandam, & confirmandam est auctoritas ecclesie, que semper tenuit, tenet & tenebit in æternam, tam diu, quam diu hic mundus durabit, quod in hoc divinisimè eucharistia sacramento sit verus, totus, & integer Christus: que veritas fide tenetur omnium Christi fidelium, approbatur doctrina universonum sanctorum doctorum ecclesie, & innumeris miraculis existit declarata, que omnia peto hic haberi pro repetitis gratia brevitate.

SECUNDO supponitur, quod in eodem divinisimè eucharistia sacramento post consecrationem nullo modo remanet nec remanere potest panis & vini substantia, quod doctor sanctus declarat in 4. sentent. dist. 10. quest. 1. triplici ratione. Prima, quia est contra veritatem scripturam: nam si simul in hoc sacramento esset corpus Christi cum substantia panis, corpus Christi esset ibi concomitanter & quasi in loco, & sic cum pronomen hoc sit demonstrativum substantie, Christus falsum dixisset porrigens panem, *hoc est corpus meum*, & debuisset potius dixisse, Cum hoc vel hic est corpus meum. Quia igitur est contra veritatem verborum Christi, ut dicit idem doctor, omnino est hæreticum dicere substantiam panis & vini post consecrationem remanere. Secunda, quia sic dicere esset dare occasionem idololatris populo Christiano. Nam cum huic sacramento exhibeatur veneratio laicis ratione presentie domini nostri Jesu Christi in ipso existentis; si ibi remaneret substantia panis & vini cum specie extrinseca sint sacramento corporis Christi, utique non ducerent in verum corpus Christi per modum signi, sed magis in substantiam panis, & sic homines unum pro reliquo adorarent, quod esset maximum inconveniens & omnino importabile. Tertia, quia manere veritate in hoc sacramento corporis Christi prout prima suppositio presupponit, impossibile est eandem substantiam panis & vini remanere. Nam manifestum est quod ante consecrationem ibi corpus Christi non est; oportet igitur quod virtute consecrationis incipiat esse, ubi prius non erat. Non potest autem aliquid esse alibi ubi prius non erat, nisi aut per loci mutationem, vel per alterius conversionem in ipsum: sicut in deo aliqua de novo incipit

generatur, aut quia illuc defertur, aut quia ibi generatur.

Manifestum est autem quod corpus Christi non incipit esse in hoc sacramento per motum localem; quia ab extrinseco adveniret: primo quidem quia sequeretur quod non remaneret in celo; non enim quod localiter movetur pervenit de novo ad aliquem locum nisi deserat priorem. Secundo quia omne corpus localiter motum, pertransit omnia media, quod hic dici non potest. Tertio, quia impossibile est quod unus motus ejusdem corporis localiter moti, terminetur simul ad diversa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramento simul esse incipiat, & propter hoc relinquitur quod non possit aliter corpus Christi incipere esse de novo in hoc sacramento, nisi per conversionem substantie panis in ipsum; quod autem convertitur in aliquid, facta conversione non manet, unde relinquitur quod salva veritate hujus sacramenti, substantia panis post consecrationem remanere non potest, nec tamen substantia panis in præjacentem materiam, ut quidam posuerunt, nec etiam in nihilum convertitur, ut alii dixerunt, quia si sic fieret, non esset dare aliquem modum per quem corpus Christi verum inciperet esse in hoc sacramento nisi per solam substantie panis conversionem in ipsum corpus Christi, ut clare deducit idem doctor 3. summe eadem questione articulo tertio.

Ex prædictis sequitur Tertia suppositio: videlicet quod accidentia panis & vini que sensu deprehenduntur in hoc sacramento post consecrationem remanent sine subjecto. Nam ex quo ibi fides catholica ponit esse verum corpus Christi, ut dicit prima suppositio, nec remanet substantia panis, ut dicit secunda, oportet quod remaneant sine subjecto: quia si remanerent in subjecto, aut remanerent in ipso corpore Christi, aut in aere, aut in aliqua alia substantia, sed non poterit dici primum, quia corpus humanum nullo modo potest affici hujusmodi accidentibus, neque est possibile quod corpus Christi gloriosum & impassibile existens alteretur ad suscipiendas hujusmodi qualitates: nec potest dici secundum, quia aer non est hujusmodi accidentium susceptivus, quia etiam accidens non transit de subjecto in subjectum, ut scilicet idem accidens numero sit quod primo fuit in suo subjecto, postmodum fiat in alio: accidens enim accipit numero a subjecto, unde non potest esse quod idem numero manens sit postea quæ in hoc, quandoque in alio subjecto, & videmus etiam ad oculum, quod cum hujusmodi accidentia transferantur de loco ad locum, ad motum harum specierum aer depellitur, quod utique non fieret si in ipso aere existerent, sicut in subjecto, nec potest dici quod remaneant in aliqua alia substantia pari ratione, sicut nec in substantia panis ut superius dictum est, cum ibi nulla remaneat. Nec hoc est inconveniens divinæ omnipotentie & sue sapientie; cum enim effectus magis dependeat a causa prima quam a causa secunda, utique nulli dubium potest esse, quod Deus, qui est prima causa substantie & accidentis, possit sua virtute infinita conservare in esse accidens, subtracta substantia, per quam in esse conservabatur, sicut per causam

In eodem sacramento, post loci mutationem, ubi non, nec remanent substantie panis & vini.

si fuerit, est hæreticum.

Accidentia panis & vini in hoc sacramento, post consecrationem remanent sine subjecto.

ANNO
CHRISTI
1683

ANNO
CHRISTI
1683

secundam: sicut & in genere causae efficientis A potest alios effectus naturalium causarum producere, sine eisdem causis naturalibus, quemadmodum corpus humanum formavit sine virili semine in utero Virginis. Has tres suppositiones de veritate nostri divini sacramenti volui proponere duplici de causa, prima est, quia ad sequentia multum mihi deserviant, secunda est ad aliquantulum aperientiam maledictis & damnatissimis memoris haereticus Joannis Wiceliff. perfidiam, qui quantum in eo fuit, non divine sed diabolico spiritu inspiratus, visus est tollere a cordibus fidei-
 lum fidem hujus venerabilis sacramenti, & subvertere universam fidem & ecclesiam catholicam, ponens in forma tres conclusiones contrarias praedictis tribus veritatibus catholicis, videlicet: Christus non est in eodem sacramento identice & realiter in propria presentia corporali, contra primam: Substantia panis materialis, & similiter substantia vini materialis remanent in sacramento altaris: contra secundam. Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento: contra tertiam. Quae sententia & propositiones quam sint adversariae fidei, quam sint blasphemae in Deum, utpote ejusdem omnipotentis, summae sapientiae, & summae bonitati derogantes, quam sint piarum aurium offensiva, quantum derogant ipsius ecclesiae catholicae & sacramentorum ejusdem dignitati, quis sufficiat enarrare? cum etiam horror sit nescium loqui aut audire tantum in Deum & ecclesiam blasphemias, sed nec etiam pils mentibus cogitare. O hominem iniquitate plenum, a omnium errore seductum, omni individua suavitatem, omni blasphemiam sordidatam! Tibi profecto competit illa apostoli sententia quam Act. 23. capite protulit: *O plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vias Domini rectas.*

8. Pars, cui
est veritas.

In sacramento
eucharistiae
tria sunt con-
sideranda, vi-
delicet, id
quod est sa-
cramentum
tantum: id
quod est res
sacramentum
simpl: id quod
est res motum
& non sacra-
mentum.

QUARTA suppositio: Sciendum quod secundum Magistrum sententiarum in 4. distinctione 8. in sacramento eucharistiae tria sunt consideranda, videlicet id quod est sacramentum tantum, id quod est res & sacramentum simul, & id quod est res tantum & non sacramentum. Primum est species visibilis panis & vini, quae post consecrationem manet. Secundum est corpus Christi verum. Tertium est corpus Christi mysticum. Primum dicitur sacramentum, quia sacra rei signum, hujus autem sacramenti duo sunt res, quarum prima est contenta & signata, atque significans, & ideo est res simul & sacramentum, & haec res est caro Christi quam de Virgine traxit, & sanguis quem pro nobis in cruce fudit; quae res significatur per species visibiles panis & vini, & veraciter sub eisdem continetur, & hoc corpus Christi est figura corporis Christi mystici, & ipsum significat. Alia vero res hujus sacramenti est corpus Christi mysticum per ipsum sacramentum significatum, sed non contentum sub eo realiter: nec aliquid aliud secundum se ex vi hujus sacramenti significans, & ideo est res tantum & non sacramentum. Unde Innocentius in summa de officio Missae, ubi dicit: Tria quippe in hoc sacramento sunt discreta, videlicet forma visibilis, veritas corporis, & virtus spiritualis. Forma panis & vini, veritas, caro & sanguis, virtus, unitas & caritas. Primum oculo carni-

tur, secundum anima creditur, tertium corde percipitur, primum est sacramentum & non res, secundum est sacramentum & res, tertium est res & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminum rei, secundum vero sacramentum unius est, & res alterius, tertium vero est res gemini sacramenti. Nam forma panis utramque carnem Christi significat, id est veram & mysticam, sed veram carnem continet & significat, mysticam vero significat, sed non continet.

Item sciendum quod secundum praedictam duplicem rem hujus sacramenti, est duplex caro Christi sive corpus, una quam sumpsit & traxit de Virgine, & sanguis qui fusus fuit in cruce pro nobis; de hac carne dicitur Lucas ultimo: *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videns habere.* De sanguine vero dicitur Joan. 19. *Et continuo exiit sanguis & aqua.* Alia vero caro & sanguis Christi est spiritualis & mystica: id est corpus Christi mysticum, cujus corporis caput est ipse Christus, reliqui vero fideles sunt membra, de quo inquit Apostolus 1. ad Corinth. 12. *Sicut enim corpus unum est & membra multa habet, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt; ita & Christus, etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judaei, sive Gentiles, sive servi, sive liberi, & omnes in uno spiritu potui sumus, & infra: Vos autem estis corpus Christi, & membra de membris, nec est vis quod in praedicta distinctione in uno membro dicitur caro, in alio vero corpus: quia in hoc sacramento idem significant. Unde & salvator in institutione hujus sacramenti dixit: *Hec est corpus meum, & Joannis 6. Caro mea vere est cibus.* Corpus etiam mysticum Christi dicitur caro Christi, ut dicit Magister sententiarum in 4.*

Dicitur caro
Christi.
verum.

Mysticum.

Hanc distinctionem duplicis carnis sive corporis Christi tangit Augustinus 3. de Trinitate, dicens: Commendavit enim Christus in hoc sacramento corpus & sanguinem suum, quod etiam fecit & nos ipsos, namque & nos ipsius corpus facti sumus. Et habetur de consecratione distinctione 1. Commendavit. Et similiter Hieronymus super epistolam ad Ephesios, & ponitur in glossa 1. Corinthiorum ita dicens: Dupliciter intelligitur caro Christi & sanguis, vel spiritualis illa aequae divinae de qua ipse ait: *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Et nisi manducaveritis carnem meam & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, vel ea quae crucifixa est, & sanguis qui militis effusus est innocens, & ponuntur haec verba de consecratione distinctione 2. Dupliciter. Hujus itaque geminae carnis Christi ipsa visibilis species sacramentum est quae utramque significat & utriusque similitudinem gerit. Sicut enim panis pro ceteris cibis corpus reficit & sustentat, vitam hominem lenificat atque inebriat; sic vera caro Christi & ejus sanguis plus ceteris sacramentis, gratis interiorum hominem reficit & saginat. Similiter sicut ex multis granis perficitur unus panis, & ex plurimis racemis vitium in unum coadit: sic ex multis fidelium personis unitas ecclesiastica constat, & constituitur corpus Christi mysticum,*

Car 1.

ANNO
CHRISTI
1697.

quam, unde apostolus 1. Corinth. 10. dicit: *Unus panis & unum corpus multi sumus. super quo & Augustinus: Unus panis & unum corpus dicitur ecclesia pro eo quod sicut unus panis ex multis granis, & unum corpus ex multis membris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus caritate copulante connectitur. Similiter ipsa vera caro Christi aut eius verus sanguis, est carnis Christi mystica & ipsius sanguinis mystici signum & sacramentum. Sicut enim vera caro Christi ex multis membris purissimis & immaculatis constat, sic caro Christi mystica, que est societas ecclesiastica, ex multis personis a criminali macula, erroris scilicet vel operis, liberis consistit.*

Tertio est manducatio hujus sacramenti; quod est corpus Christi & sanguis mysticus. Prima pars corporalis, & in stomachum trahitur, & similiter bibulam, & postea digeritur, & ultimo in substantiam sumentis convertitur. Et sic vere manducantur & bibuntur illae species, sub quibus veraciter continetur verum corpus Christi. Alia vero manducatio est sumptio veri corporis & sanguinis Christi sub dictis speciebus panis & vini contentis; & haec manducatio dicitur sacramentalis, de qua dicitur Matth. 26. *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & ibidem: Bibite ex hoc omnes. Et ista manducatio fit dupliciter; uno modo in sacrificii oblatione. Luc. 22. *Hoc facite, id est comeditis, in meam commemorationem, & sic fit duplici specie. Alio modo fit in laica sive in simplici communione. Et illa secundum dispositionem & observantiam ecclesiae fit sub una specie tantum. Et praedictae duae manducationes pertinent ad os corporis. Tertia manducatio & bibitio est spiritualis, & haec ad os animae pertinet. Et haec est duplex secundum quod duplex est res hujus sacramenti. Prima primae rei, scilicet verae carnis & veri sanguinis Christi; & haec est devota cogitatio seu meditatio passionis Domini nostri Jesu Christi, sive ipsius Christi secundum quod sub hoc sacramento continetur, cum vero suo corpore & sanguine, in quo multiplicem sustinuit passionem, & quem pro nobis in ara crucis fudit. Et hanc ipsam cogitationem seu meditationem sequitur ipsius recogitantis unio transformativa ad ipsum cogitatum per actum amoris.**

Tertio spiritualis, que duplex est.

Quinta suppositio: Quod secundum tria praedicta quae in hoc sacramento attenduntur, triplex est manducatio hujus sacramenti & sumptio; scilicet specierum, vere carnis Christi, & ipsius carnis mysticae. Prima manducatio est pure corporalis, qua hoc sacramentum comestum masticatur, & in stomachum trahitur, & similiter bibulam, & postea digeritur, & ultimo in substantiam sumentis convertitur. Et sic vere manducantur & bibuntur illae species, sub quibus veraciter continetur verum corpus Christi. Alia vero manducatio est sumptio veri corporis & sanguinis Christi sub dictis speciebus panis & vini contentis; & haec manducatio dicitur sacramentalis, de qua dicitur Matth. 26. *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & ibidem: Bibite ex hoc omnes. Et ista manducatio fit dupliciter; uno modo in sacrificii oblatione. Luc. 22. *Hoc facite, id est comeditis, in meam commemorationem, & sic fit duplici specie. Alio modo fit in laica sive in simplici communione. Et illa secundum dispositionem & observantiam ecclesiae fit sub una specie tantum. Et praedictae duae manducationes pertinent ad os corporis. Tertia manducatio & bibitio est spiritualis, & haec ad os animae pertinet. Et haec est duplex secundum quod duplex est res hujus sacramenti. Prima primae rei, scilicet verae carnis & veri sanguinis Christi; & haec est devota cogitatio seu meditatio passionis Domini nostri Jesu Christi, sive ipsius Christi secundum quod sub hoc sacramento continetur, cum vero suo corpore & sanguine, in quo multiplicem sustinuit passionem, & quem pro nobis in ara crucis fudit. Et hanc ipsam cogitationem seu meditationem sequitur ipsius recogitantis unio transformativa ad ipsum cogitatum per actum amoris.**

Unde ad hanc manducationem spiritualem sicut in corporali, duo requiruntur: scilicet masticatio & incorporatio. Primo enim requiritur quod homo in fide vera recogitet devote passionem Christi, cujus memoriale est hoc venerabile sacramentum, & hoc sufficit quoad E minores seu vulgares. Sed quoad majores, ultra hoc requiritur, quod devote recogitent quomodo sub illis speciebus est realiter & vere corpus Christi, Deus & homo, cum suo sacratissimo corpore, quod pro nobis exposuit tam multiplici passioni. Et quod illud ex ineffabili sua bonitate dedit nobis in cibum animarum nostrarum, & caetera quae in hoc sacramento mirabilia opera pietatis continentur. Et talis devota recogitatio masticationi correspondet. Secundo requiritur quod recogitans

uniat per actum amoris ipsi cogitato scilicet Christo domino, & in ipsam per amorem quantum potest transformetur. Et hoc incorporationi correspondet. Secunda manducatio spiritualis, qua in hoc sacramento tertio principaliter attenditur, & bibitio, qua est secunda rei, est consecutio unionis seu adeptio per fidem & caritatem ad membra ecclesiae & cum Christo capite, quam unionem tam sacramentum quam prima res hujus sacramenti significat. Differentia inter praedictas manducationes est, quia prima habet veram & omnimodam rationem corporalis manducationis, ut dictum est, caetera vero non: quia caro Christi vera sumpta sacramentaliter, nec laceratur dentibus, nec secundum saporem gustum immutat, nec convertitur in corporale manducantis nutrimentum. Similiter nec aliae dum spirituales, quia nec Christus dum recogitatur ejus passio, aut dum sibi mens unitur per amorem, comeditur, aut materialibus dentibus premitur; nec similiter corpus Christi mysticum, dum quis sibi unitur per fidem & caritatem: intelliguntur tamen & dicuntur praedictae manducationes per aliquam similitudinem ad manducationem corporalem. Sicut enim cibus corporalis nutrit, augmentat, reficit, confortat, & sustentat corpus, & vitam conservat: sic & sumptio corporis Christi sive veri in sacramento, & recogitatio per devotionem; sive etiam mystici per fidei & caritatis unionem, animam nutrit, augmentat, & conservat in vita spirituali; differunt tamen & per contrarium ad manducationem corporalem, quia cibus corporalis sumptus in sumentem & manducantem convertitur. Sed Christus digne sumptus, sive sacramentaliter, sive spiritualiter, non in susipientem convertitur, sed potius ipse sumens in Christum transformatur, sive convertitur. Unde Augustinus in libro suorum confessionum dicit: Quasi audirem vocem Dei de excelso dicentem: Cibus sum grandium, cresce & manducabis me, nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me. Similiter in manducatione corporis mystici, sumens non sibi corpus mysticum incorporat, sed potius ipsi corpori mystico & Christo capiti conjungitur & in ipsum transformatur & incorporatur.

Item differentia est inter manducationem sacramentalem & spiritualem, quia manducatio verae carnis fit ore corporali, ut dictum est, sub speciebus sacramentalibus: manducatio vero spiritualis fit ore animae sive intellectu & voluntate, per fidem & caritatem. Per hanc enim habitat Christus in nobis & nos in ipso tamquam membra conjuncta capiti, secundum illud ad Ephes. 3. *Habitare Christum per fidem in cordibus nostris, & prima Joannis 4. Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet & Deus in eo.* Prima manducatio potest esse bona & digna, & etiam indigna, & tunc ad iudicium; secunda autem semper est bona. Prima exigit secundam, ut sit ad salutem, secunda est sola sufficiens & necessaria ad salutem. Prima vocatur sacramentalis, sine qua multi martyres sancti & parvuli salvati sunt; secunda vero vocatur spiritualis, sine qua nullus salvatur. Ultimo notandum est, quod licet necessarium sive necessitas tam a theologis quam a philosophis, & praecipue

Differentia
hujus manducationum.

Notandum
respectu hujus
triplicis.

ANNO CHRISTI 1481.

Ab hinc. Ex sequenti. Ex utriusque. Ex utriusque. Ex utriusque.

ab Aristotele in quinto metaphysica, multipliciter distinguatur, tamen quantum ad presentem spectat materiam necessarium respectu finis est tripliciter distinguendum, quia aliquid dicitur necessarium respectu finis simpliciter & absolute, id scilicet, sine quo nullo modo potest finis obtineri. Alio modo ex conditione sive ex suppositione. Tertio modo necessarium accipitur pro utili & expedienti: sicut respectu finis, qui est eterna felicitas: consequendi aliquid dicitur necessarium esse absolute & simpliciter, scilicet ipsa divina voluntas, sine qua impossibile est simpliciter & absolute dictam felicitatem consequi. Aliquid ex suppositione, & ex communi lege, sicut est baptismus, de quo habetur Joannis tertio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. Qui quidem baptismus non est ita necessarius ad consequendam vitam eternam sicut divina voluntas: quia Deus non sic suam potentiam alligavit sacramentis, ut sine ipsis non possit aut non valeat dare & conferre vitam eternam cui voluerit. Aliquid autem dicitur esse necessarium respectu dicti finis non simpliciter & absolute, nec ex suppositione, sed secundum quid, quia etiam sine eo potest finis obtineri, licet non ita expedite & de facili: cuiusmodi dicimus consilia Christi esse necessaria, id est, utilia ad eternam vitam consequendam, quia per ipsa facilius & expeditius ad dictum finem potest homo pervenire.

Communitio divinissima eucharistia sub utraque specie, scilicet panis & vini, toti populo credentium non est necessaria, primo modo accepta acceptate: nec secundo modo eodem communitio, statibus consuetudine & statuta ecclesie in oppositum est inultum utilis vel expediens. Probatio prima conclusio.

Istis presuppositis, venio ad secundam partem principalem propositae questionis, videlicet ad proponendas conclusiones, pro eisdem questionibus decisionem, & erunt tres in numero tantummodo, quarum prima sit ista: Communio divinissima eucharistia sub specie utraque scilicet panis & vini, toti credentium populo non est necessaria, primo modo accepta necessitate. Secunda conclusio: Communio divinissima eucharistia sub specie utraque, panis scilicet & vini, non est necessaria toti credentium populo, secundo modo accepta necessitate, nec a domino precepta salvatore. Tertia conclusio: Communio divinissima eucharistia sub specie utraque, panis scilicet & vini, consuetudine & statuta ecclesie stantibus in oppositum non est multum utilis nec saluti expediens toti credentium populo. imo est multum inutilis, & eidem nociva. Probationi primae conclusionis non intendo insistere, cum sit quasi per se nota, quia Deus non alligavit suam potentiam sic sacramentis, ut absque illis non possit & valeat salvare cum voluerit, nisi forte aliquis vichleista vellet dicere, quod omnia ex necessitate proveniunt. Ex quo sequeretur, quod solum per hanc viam sacramentorum Deus posset salvare, & non aliter. A quo errore pestifero quia video magistrum Joannem, qui hunc articulum proposuit, longe remote positum, idcirco in hac materia me non extendo, sed pergo ad 2. questionem in qua consistit pondus belli, & quae, & est: quam iterum replico, videlicet: Communio divinissima eucharistia sub specie utraque, panis scilicet & vini, non est necessaria toti credentium populo, secundo modo accepta necessitate, nec a Domino precepta salvatore.

Probatur haec conclusio sic: Laicis & non

conscientibus sufficit ad salutem sumere praedictum sacramentum sub una specie, ergo non est de necessitate salutis, neque de precepto Christi, sumere sub utraque, consequentia nota est, quia si una sufficit, sequitur quod altera non sit necessaria, neque de precepto Christi, ut patet ex rationibus sufficientibus, & necessariis atque preceptis. Assumptum probatur primo per legem divinam, deinde per praxin Christi, per praxin apostolorum & primitivam ecclesiae, tertio per sacra generalia concilia, quarto per dicta sanctorum doctorum veraciter se in lege divina fundantium: Post subjunguntur causae aliquae & rationes pro conclusione intenta, & primo per legem divinam tam novi quam veteris testamenti. Nam in nova lege Christus loquens de hoc sacramento secundum intentionem adversariorum, Joannis 6. quindecim vicibus, vel forte pluribus, fecit mentionem de hoc sacramento divinissimo, de pane quidem & de manducatione tantum undecim vicibus, de manducatione vero carnis & bibitione sanguinis quater, de vino vero in toto processu illo non fecit mentionem, ad ostendendum manifeste, quod sumere sub altera specie tantum, scilicet sub specie panis, sufficit ad salutem, & quod sub ipsa specie panis continetur vera caro Christi, & verus sanguis ipsius, unde inquit: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater significavit Deus. Ecce primum testimonium in quo nullam mentionem facit de potu, & dicit cibum permanere & sufficere in vitam aeternam. Item: Non Moyses dedit vobis panem de caelo, &c. Ecce secundum testimonium, in quo hic caelestis panis praefertur mannae dato per Moysem, quod inter hujusmodi cibos corporales habebat omnem saporem suavissimum, nec erat verus panis, & quod hic scilicet, de quo Christus loquitur, est panis verus: ubi iterum nulla mentio fit de potu, aut de vino. Panis enim verus est qui de caelo descendit, & dat vitam mundo. Ecce tertium testimonium de pane qui ddat vitam mundo, & nihil dicit de vino. Item: Ego sum panis vita; qui venit ad me non esuriat, & qui credit in me non sitiet unquam. Ecce quartum testimonium de pane vitae manifestissimum, qui non solum tollit esuriam, sed etiam sitim, ut eadem ratione sicut cibis dicitur, & est, sic etiam & potus dicatur. Item quinto: Ego sum panis vita: patres vestri manducaverunt manna in deserto & mortui sunt. Ecce iterum dicit se panem vitam, & nulla mentio fit de vino. Item sexto: Hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Item septimo: Ego sum panis vivus, qui de caelo descendit: si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Item octavo: Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Item nono: Amen amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ubi primo incipit mentionem facere de bibitione sanguinis, nullam tamen mentionem faciens de specie vini. Item decimo: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Item undecimo: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Item duodecimo: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me

ANNO CHRISTI 1481.

Probatio secundae conclusionis per legem divinam.

Christus Joannis 6. 15. vicibus fecit mentionem de hoc sacramento, de pane in manducatione undecim, de carne & sanguine quater, de vino quater.

ma-

ANNO
CHRISTI
1483.ANNO
CHRISTI
1483.

manet & ego in eo. In quibus solum quatuor
locis mentio fit de potatione sanguinis, & nul-
lo modo de potatione vini. Et cum sub spe-
cie panis contineatur totus & integer Chri-
stus, manifestum est, quod qui sumit sub u-
na specie, sumit utrumque, scilicet carnem &
sanguinem, & adimplet domini mandatum:
Nisi manducaveritis, &c. dato quod de sacra-
mentali sumptione intelligeretur. Deinde re-
dit ad pristinum modum loquendi, scilicet de
solo pane, unde subjungit tertio decimo lo-
co: *Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo
propter Patrem & qui manducat me, & ipse
vivet propter me.* Et iterum quarto decimo:
*Hic est panis qui de calo descendit. Non sicut
manducaverunt patres vestri manna in deserto,
& mortui sunt, & concludit finaliter: Qui
manducat hunc panem vivet in aeternum.*

Ecce quoties Christus fecit mentionem de
pane & nullam de vino: & quod qui man-
ducat hunc panem vivet in aeternum. Unde
cum toto illo processu evangelico nullam fac-
tiet mentionem de vino, sed solum de pa-
ne, manifestum est quod sumptio istius sa-
cramenti sub specie panis sufficit ad salutem;
cui pene in singulis clausulis vitam vel aequi-
valens tribuit, quem utique qui manducat,
veram Christi carnem manducat, & ve-
rum ipsius sanguinem bibit, etiam si nun-
quam de vino gustet. Unde & illud Chri-
sti praeceptum implet, si tamen de sacra-
mentali sumptione intelligatur; *Nisi manducaveris
carnem filii hominis, & biberitis ejus san-
guinem, non habebitis vitam in vobis:* quia
sumendo tantum sacramentum panis, sumit
vere utrumque, cum utrumque sub altera
specie contineatur. Unde sanctus Thomas in
postilla super Joannem super eodem verbo,
Nisi, &c. Solum sacerdos communicat sangui-
ni, nec tamen est contra sententiam domi-
ni; quia qui communicat corpori, communi-
cat etiam sanguini, cum sub utraque specie
totus Christus contineatur, etiam quantum ad
corpus & quantum ad sanguinem. Haec ille.
Si enim Christus praedicto mandato voluisset
ad utramque speciem obligare fideles, procul
dubio sicut panem toties nominavit & ex-
pressit, ita & vinum alicubi in praedicto pro-
cessu nominasset, quod minime fecit. Unde
in hoc decipiuntur adversarii quia arguunt a
contento ad continens, & praeceptum quod
determinat contentum & rem illius sacra-
menti, trahunt ad continens, scilicet species,
quae sunt sacramentum tantum. Christus liqui-
dem posuit praeceptum ad carnem & sangui-
nem dicens: *Nisi manducaveritis*; &c. & ipsi
trahunt ad panem & vinum.

Uterius manifesta in praedicto processu e-
vangelico & verbis Christi contraditio impli-
cetur si illa auctoritas, *Nisi manducaveris*,
&c. esset obligativa de necessitate & de
praecepto Christi, quod omnes ad utramque
speciem, & sic in uno illorum contraditio-
rum prima & summa veritas non diceret ve-
rum, quod nullo modo est dicendum: pa-
tet tamen sequela. Nam Christus in praedi-
cto processu promisit: *Ego sum panis vitae, qui
de calo descendit. Si quis manducaverit ex
hoc pane vivet in aeternum.* & iterum: *Si quis
ex ipso manducaverit, non morietur.* Et ne
cuncta replicem, ita concludit in praemissis:
Qui manducat hunc panem vivet in aeternum.
Concil. General. Tom. XXIX.

Ex quibus patet quod ad vitam habendam
sufficit sumptio hujus sacramenti sub specie
panis. Si autem ex opposito illa auctoritas:
nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c.
ut adversarius dicit, obligat ad sumendum
panem & vinum, sequitur expressa contradi-
ctio, quia sufficit sumere panem ad salutem,
& non sufficit sumere panem ad salutem, quia
ad hoc vinum requiritur, contradicunt, quod
nullus sanae mentis diceret. Et confirmatur.
Nam in praedicto processu pro eodem accipi-
panem, carnem suam, carnem & sanguinem,
& seipsum, & ad omnia praedicta idem prae-
mium apposuit. Nam dixit primo: *Si quis
manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum.*
Et declarans quis esset ille panis, subjungit:
*& panis quem ego dabo caro mea est pro mun-
di vita.* Et iterum: *Qui manducat me & ipse
vivet propter me.* Ex quibus patet quod idem
sunt praedicta quatuor, ex quo idem praemium
omnibus apponitur. Nam manducare panem,
manducare carnem & manducare carnem simul
& sanguinem bibere, nihil aliud sunt quam
manducare ipsum Christum, quod erat ulti-
mum, quia sive sub specie panis, sive sub u-
traque sumatur Christus, in tali sumptione nihil
conferat vitam nisi Christus qui sub illis specie-
bus continetur & sumitur. Et sic de primo.

Item secundo principaliter probatur idem
ex lege Christi, Lucæ 11. cum discipuli pe-
terent ut eos Christus orare doceret, ait:
Cum oratis, dicit: Pater noster qui es in calis.
&c. *panem nostrum quotidianum da nobis hodie,*
&c. Matthæi 6. dicitur: *Panem nostrum supersub-
stantialem da nobis hodie,* quod utique principa-
liter & specialiter de pane hujus sacramenti
intelligendum plurimi sanctorum doctorum ex-
posuerunt, qui materiam in nobis non sub-
stantialem, sed supersubstantialem, scilicet gra-
tiam auget & augmentat. Unde Hieronymus
dicit: *Quando petimus ut peculiarem vel
praeceptum nobis Deus tribuat panem, il-
lum petim qui dicit: Ego sum panis vi-
vus qui de calo descendit.* Et beatus Cypria-
nus: *Panis vitae Christus est, & panis hic
omnium non est, sed noster est, hunc au-
tem panem dari nobis quotidie postulamus.
Ne qui in Christo sumus, & eucharistiam
quotidie ad cibum salutis accipimus, inter-
cedente aliquo graviore delicto dum absen-
tes & non communicantes a caelesti pane
prohibemur, a Christi corpore separemur,
Petimus ergo, ut qui in Christo manemus
& vivimus, a sanctificatione ejus & corpo-
re non recedamus. Beatus quoque Augusti-
nus in libro de bono perseverantiae: Perse-
verantiam ergo a domino petunt sancti quan-
do petunt ne a corpore Christi separentur,
sed in ea sanctitate permaneant qua nul-
lum, quo inde separari mereantur, crimen
admittant. Et in collationibus Patrum dicitur:
Cum dicit hodie, ostendit eum quoti-
die esse sumendum & hesternam praebitionem
ejus non sufficere, nisi hodie quae
similiter fuerit attributus: omnique tempo-
re hanc orationem debere profundere, in-
digentia ejus quotidiana commonet, quia
non est dies in quo non opus sit nobis hu-
jus est ac perceptione cor interioris nostri
hominis confirmare.*

Praedictas auctoritates adducit S. Thomas in
glossa continua super Mathæum, ubi etiam

Jan. 6.

Cyp. de orat.
Domitico.August. de
bono perseverantiae
libro 1. c. 6.

Coll. p. 6. 2.

ANNO
CHRISTI
1412

cit: Panis ille medicinas animarum est, de-
ferens vitam per hominem, hanc ergo quo-
tidie accipe, ut tibi quotidie proficit: sic vi-
ve, ut quotidie mercaris accipere, & Lyra
tractans illud Matthæi c. 6. *Panem nostrum
quotidianum*, dicit: Omnia sacramenta ordi-
nantur ad hoc sacramentum quod petimus
quando dicimus: *Panem nostrum supersub-
stantialem*. Dicitur autem supersubstantialis,
quia transcendit vitam corporalem, & per-
ducit ad vitam æternam. Joannis 6. *Ego
sum panis vivus, qui de celo descendi, si
quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æ-
ternum*: & petendo hoc sacramentum, pe-
timus omnia alia que ordinantur ad ip-
sum. Et subdit Lyra: Lucas evangelista
capite vocat eum panem quotidianum, quia
quotidie ipsum sumimus per ministros ec-
clesiæ qui hoc sacramentum percipiunt pro
se & pro tota communitate. Ex quorum
doctorum auctoritate patet quod in prædicta
oratione dominica per panem quotidianum &
supersubstantialem intelligitur corpus Christi,
quod in sacramento altaris accipimus, quod
docet nos salvator patero ab eo. Cum igitur
in prædicta oratione Christus nullam fecerit
mentionem de potu aut vino, sed tantummo-
do de pane, manifestum est quod sufficit spe-
cies panis tantum, alioquin insufficienter Chri-
stus suos docuisset orare discipulos. Item
Joannis 1. dicitur: *Ecce Agnus Dei, ecco qui
tolli peccata mundi*. Ubi per Augustinum so-
lendum omnes doctores intelligitur Christus,
qui figurabatur per agnum paschalem como-
stum in figuram comestionis hujus sacramen-
ti, & sic eucharistiæ sacramentum hoc in lo-
co sub una specie scilicet comestibili exprimi-
tur. Item Lucas 15. habetur de prodigo,
quod ei patet occidit vitulum saginatum, per
quem Christus significatur propter gratiæ pin-
guedinem: qui vitulus occisus manducabatur,
nulla mentione facta de bibitione, & licet
forte biberant, non tamen fit mentio, tam-
quam de impertinenti, sicut nec de lotione
& de aliis que hujusmodi convivis solent
accidere & fieri, tamquam de impertinenti-
bus ad intentionem propositam: ubi inquit
Lyra: *Adducit vitulum saginatum ut epu-
lemur, & occidit ut manducemus*, id est,
sacramentum eucharistiæ fidelibus ministra-
re, in quo immolatur Christus, qui est vi-
tulus saginatus propter gratiæ pinguedinem,
ut manducemus, quia in primitiva ecclesia non
solum ministri ecclesiæ sumebant hoc sacra-
mentum, sed etiam omnis populus quotidie,
ut habetur Actuum 2. *Erant perseverantes in
fractone panis*.

Ex doctrina
apostolica.

Item tertio ex doctrina apostolica. 1. Co-
rinth. 5. inquit Apostolus: *Pascha nostrum im-
molatus est Christus*, per quem transire debe-
mus de hoc mundo ad Patrem, ut dicit glo-
sa, immolatus est, quem scilicet edere debe-
mus. Ubi apostolus non dicit, Immolatum
est vinum, quod bibere debemus, unde &
subdit postmodum: *Itaque epulemur, & non
dicit, bibamus, in æymis fuderatis & veri-
tatis*, ubi nullam mentionem facit de vino
aut de potu, sed solum de pane azymo, se-
cundum quod ecclesia Romana comest. Item
apostolus 1. Corinth. in fine capituli: *Itaque fra-
tres mei cum convenitis ad manducandum, invi-
cem expectate. Si quis esurit, domi manducet*,

non in iudicium convenitis. Qui textus se-
cundum glossam Ambrosii sic exponitur. Ita-
cundum glossam Ambrosii sic exponitur. Ita-
que fratres mei, cum convenitis in unum
ad similitudinem carnis dominicæ ad man-
ducandum, supple, corpus domini, invi-
cem expectate, supple jejuni, item omnes
conveniant, ut multorum oblatio simul ce-
lebratur. Si quis autem esurit, supple &
impatiens non vult expectare, domi man-
ducet, scilicet suos cibos, id est, pane ter-
reno pascatur, nec postea eucharistiam su-
mat, ut non in iudicium, supple damnatio-
nis, conveniat. Ecce quam aperte & no-
tante apostolus, licet in præcedentibus locu-
tus fuerat de modo quem Christus tenuerat in
ultima cœna, quando apostolos in sacerdotes
ordinans communicavit sub duplici specie,
in sola manducatione mentionem de bibi-
tione, nullam faciens mentionem de bibi-
tione, ad manifeste ostendendum, quod suf-
ficit sub specie panis & per modum mandu-
cationis non conscientibus hoc sacramentum
sumere.

Item quarto ex lege divina veteris testamen-
ti: Manifestum est enim secundum apostolum,
quod omnia vel plurima veteris testamenti con-
tingebant in figuram eorum que sunt in novo
testamento: *Omnia, inquit, in figuram contin-
gebant illis*. Unde & hujus sacramenti quod
est præcipuum & potissimum, atque finis o-
mnium aliorum sacramentorum novæ legis,
plura figuræ præcesserunt. Inter quas sunt res
præcipue secundum Magistrum sententiarum in
4. distinctione 8. videlicet panis & vinum ob-
blata per Melchisedec sub lege nature, agnus
paschalis, & manna sub lege Moisaica. Sed pan-
is & vinum oblata per Melchisedec summum
Dei sacerdotem Genes. 14. qui Christum præ-
figuravit, ut dicit Apostolus ab Hebræos 7. *Hic
enim Melchisedec rex Salem, sacerdos Dei sum-
mi, qui obviavit Abrahae regresso a cade regum,
& benedixit ei, qui decimas omnium dimisit A-
braham. Primum quidem quia interpretatur rex
justitia, deinde autem & rex Salem, quod est
rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealo-
gia, neque initium dierum, neque finem habens,
assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in
æternum*, de quo etiam ait Ambrosius super
illud Matthæi 16. *Accipite & comedite*, Chri-
stus, inquit, suis discipulis obtulit in cœna,
quod Melchisedec representant in figura. Et
idem in libro de sacramentis, & allegatur
per Magistrum sententiarum in distinctione
8. ex hoc accipit anteriora esse sacrificia Chri-
stianorum quam Judæorum, obtulit enim Mel-
chisedec panem & vinum, similis per omnia
Filio Dei, cui dicitur: *Tu es sacerdos in æter-
num secundum ordinem Melchisedec*, & beatus
Hieronymus super illo: *Cumantibus illis ac-
cepit*, dicit: Postquam typicum pascha fue-
rat impletum, & carnes agni cum aposto-
lis comederat, ad verum pascha transgre-
ditur sacramentum, ut sicut in præfigura-
tione ejus Melchisedec summi Dei sacerdos
panem & vinum offerens fecerat, ipse quo-
que veritatem sui corporis & sanguinis sic
figuratum representaret. Per hunc itaque
Melchisedec panis & vinum oblata, non le-
gantur a populo sub utraque specie sumpta,
sed solum per Melchisedec oblata. Sic etiam
hodie solum sacerdos celebrans sumit sub u-
traque specie.

Simi-

ANNO
CHRISTI
1412

Ex lege di-
vina veteris
testamenti.

1. Cor. 10

Lib. 4. c. 2.

Psal. 109.
Mans. 10.

ANNO
CHRISTI
1461.ANNO
CHRISTI
1461.

Similiter nec agnus paschalis sumptus reperitur cum vino vel huiusmodi bibitione, sed comestus, & licet forte biberiat, non tamen bibitio cadabat sub præcepto. Similiter manna omne delectamentum in se habens sine præcepto bibitionis sumebatur, quod quidem manna in scripturis panis angelorum & esca nominatur. Unde Sapientia 16. *Esca angelorum nutritiſſi populum tuum, & paratum panem de celo præſtitit eis sine labore, omne delectamentum in se habentem & omnis saporis suavitatem*, & in Psalmo: *Panem cali dedit eis, panem angelorum manducavit homo*. In quibus nulla mentio fit de vino aut de potu. Insuper sanguis in veteri testamento oblatu domino in altari (a sacerdote,) & non a populo visus est immolari, unde Levit. 1. dicitur sacerdotibus: *Sanguinem fundentes per altaris circumitum, & 4. Ibidem. Pro peccato sacerdotis vel etiam totus multitudinis sacerdos offerat vitulum, cuius sanguinem aspergat contra velum sanctuarii, & de eodem ponat super cornua altaris, residuum fundendo in basin altaris hircocauti, & 17. ibidem dicitur: Sanguinem dedit vobis ut super altare meum expietis pro animabus vestris: in cuius etiam signum soli sacerdotes veteris testamenti utebantur libaminibus, & his sacrificiis que fiebant ex fluida materia, scilicet oleo & vino. Item 1. Regum 2. capite, quidam sacerdos in desiderio populi & omnium non sacrificantium hunc cibum desiderantium dicebat & petebat: *Dimittite me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam bucellam panis*: dum enim partes sunt sacerdotis sacrificantis & conficiantis, scilicet panis & vinum, & sub ambabus & sub qualibet ipsarum totus & integer Christus.*

Populus utraque non ad ambas partes sacerdotis, sed ad unam petit & obsecrat admitti, & ad eam que est sub specie panis, ad quam utique admittitur, ut bucella corporis dominici satietur. Hujus insuper figura præcessit, ut inquit Albertus Magnus in tractatione de officio missæ, in tribus satis farine, Genesis 18. cum Abraham sederet in hostio tabernaculi sui, vidit tres angelos descendentes per viam, quibus tria fata farine simile commixta parari fecit in subcinericios & azymos panes; per quod innuitur laicos solum ad unam speciem debere admitti, eo quod de vino nullam mentionem facit. Tria vero fata fuisse narratur propter triplicem substantiam que in hoc sacramento continetur, scilicet corpus, anima, & deitas. Similiter in comestione Elis huiusmodi manducationis sacramentalis expressissima figura præcessit, quando subcinericio panem comedit cum potu aquæ, nulla facta mentione de vino, in cuius cibi fortitudine ambulabat quadraginta diebus & noctibus. Patet igitur ex lege divina tam novi quam veteris testamenti, quod communicare laicos, aut non conficientes, sufficit sub altera specie tantum, scilicet panis. & per consequens non esse de necessitate salutis, si ve de præcepto Christi, sumere sub utraque.

In præſi
Christi.

Secundo principaliter probatur ex præxi Christi: & primo quia in toto evangelio non reperitur, quod Christus communicavit aliquem laicum sub utraque specie: tantummodo duodecim apostolos, ut patet Joannis 12. ubi duodecim apostolorum pedes lavisse fertur, & Marci 14. ubi dicitur quod vespere factio

Concil. General. Tom. XXIX.

venit cum duodecim apostolis, & Lucæ 22. *Cum facta fuisset hora, discubuit, & duodecim apostoli cum eo*. Quos duodecim ante in sacerdotes ordinavit, ut dicunt communiter doctores omnes, in eadem cæna, per illa verba: *Accipite, hoc est corpus meum, & Hoc facite in meam commemorationem*, & postmodum eos communicavit, & licet pro tunc solus Christus conficeret & non apostoli, tamen communicavit eos sub utraque specie non ut laicos, sed ut sacerdotes, dans eis exemplum & doctrinam, qualiter & ipsi conficientes conficere & sumere deberent. Præterea si huiusmodi communio sub utraque specie fuisset de necessitate salutis, nequaquam matrem aliosque utriusque sexus caros, qui ipsum dominum & mentis & corporis passibus sequebantur, a prædicta communione exclusisset, quod tamen videtur fecisse, cum exceptis duodecim, ut dictum est, non legantur dictæ cæne interfuisse. Item hoc idem patet ex satietatibus Christi, quibus satiavit turbas, & discipulos suos ante & post suam resurrectionem. Scribitur etenim Matthæi 14. & Joannis 9. quod dominus satiavit quinque millia hominum de quinque panibus & duobus piscibus, & Marci 8. habetur quod satiavit quatuor millia de septem panibus, in quibus satietatibus nulla mentio fit de potu aut vino sive aqua aut quocumque alio liquore. Et licet non habeatur ex textu, quod satietates prædictæ fuerint de pane veraciter transsubstantiato in corpus Christi, tamen veraciter tenendum est, quod ille panis divina potentia multiplicatus, & tam mirabiliter satians corpora manducantium, typum & figuram gerat huius sanctissimi panis, qui de celo descendit & dat vitam mundo. Quia sicut ille panis ineffabili quadam suavitate refecit manducantium corpora, & in quadam admiratione omnes suspendit, ita ut quærent ipsum regem facere, & ut ipsum sequerentur: sic iste panis cælestis & supersubstantialis replet ineffabili suavitate animas se digne sumentes. & eas sic in sui amorem & admirationem convertit, ut nihil præter Christum in cordibus ipsarum regnare permittant, sicque ipsas attrahat, ut omnibus postpositis, currant in odorem unguentorum suorum.

Unde Christus Joannis 6. loquens de prædicta satietate corporali, ait: *Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturari estis*, & statim post subjunxit loqui de hoc sacramentali & spirituali pane, si tamen de sacramentali intelligitur, ut per prædictam satietatem corporalem manduceret in satietatem spirituales huius sanctissimi panis, de quo statim subjunxit: *Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit*. Item post passionem suam, & habetur Lucæ ultimo: *Et factum est cum disscumberet Iesus in Emaus*, cum illis scilicet duobus discipulis Cleopha & alio, *accepit panem, benedixit & fregit, & porrigebat illis*, ubi secundum multos doctores, corpus sub specie panis solum eis tradidit, eo quod nullam facit mentionem de vino, unde Augustinus in homilia de concordantia evangelistarum: „ A Christo facta est permissio impedimenti utique ad sacramentum panis, ut unitate corporis participata, removeri intelligatur impedimentum inimici, ut Christus possit cognosci. Item Beda super eodem: Impe-

ANNO
CHRISTI
1492

ANNO
CHRISTI
1492

dimentum permittit esse Deus, donec ad sacramentum perveniat, sed percepta veritate corporis Christi, impedimentum inibi aufertur, ut Christus possit agnosci. Item Theophylactus: Sed & aliud innuit, quod scilicet fumentibus sacrum panem aperiantur oculi eorum, ut eum cognoscant, magnum enim habet & ineffabilem domini caro virtutem. Item gloria est, & est Beatus: Per panem corpus Christi & ejus sanguinem signabat.

Item Joannis ultimo Christus manifestavit se discipulis septem ad mare Tiberiadis, ubi accepit panem & piscem assum, & dabat eis. quod verbum tractans Innocentius dicit: Per assum piscem quem Christus cum suis discipulis comedeat, intelligi debet corpus Christi quod in ara crucis assum fuit. Unde beatus Gregorius in homilia 27. dicit: Per assum piscem intelligi debet mediator Dei & hominum, pro nobis passus. Et patet ibi nulla mentio sit de potu vel vino. Item sequenti die post institutionem praedicti sacramenti Christus docuit exemplo & opere non solum non esse de necessitate salutis sumere sub utraque specie quoad laicos sed nec simpliciter assumptionem praedicti sacramenti, ut in larrone, cui mox credenti & dicenti: *memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*, promisit dominus paradisum dicens: *Hodie mecum eris in paradiso*, abque quacumque hujus sacramenti perceptione. Quod etiam in innumeris martyribus probatum est, qui absque hujus perceptione sacramenti ad regna caelestia feliciter pervenerunt, quod & de pueris baptizatis sancta tenet ecclesia.

Item probatur ex praxi apostolica & primitiva ecclesiae simul, quia dicitur Actuum 2. *Erant autem perseverantes in doctrina apostolorum, & communione fractionis panis sancti*, secundum glossam, ut Magister historiarum in scholasticis historiis exponit fractionem panis, id est eucharistiae, quia in primitiva ecclesia fideles crebro communicabant, & conveniebant ad percipiendam eucharistiam: in quo loco scriptura nullam mentionem facit de vino aut de potu. Eodem modo & Albertus Magnus exponit de apostolis & de ista fractione panis.

Item de nullo apostolorum legitur quod hujusmodi communionem duplicis speciei praestiterint quoad laicos, vel de eo doctrinam tradiderint aut praecceptum, excepto Paulo apostolo, qui recitative Corinthiis narrat, qualiter Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituerat, & solum Corinthiis apud quos solus erat hujusmodi consuetudo. Et indubitanter si fuisset Christi praecceptum indifferenter, quoad omnes, communicare sub utraque specie, sanctus Paulus expressius scripsisset de ipso tam Corinthiis quam & aliis fidelibus quibus suas transmisit epistolas, praecipue Romanis qui erant caput mundi, & Hebraeis pro quibus cupiebat esse anathema ut eos lucrificeret. Similiter quilibet apostolorum & evangelistarum scripsisset aliquid de hujusmodi praeccepto sine quo non esset salus hominibus, quod quia non fecerunt, ideo indubitanter tenendum est quod non sit praecceptum Christi. Item patet ex praxi multorum sanctorum antiquorum, & praecipue in ecclesia, de sancta Petronilla beati Petri apostoli filia, de qua sic in

ejus legenda legitur, quod in extremis post multa jejunia & orationes corpus domini suscepit, & demum in lecto se reclinans, post triduum ad Christum migravit. Item attestatur beatus Eusebius ad Damasum Portuensem episcopum de morte gloriosissimi Hieronymi, ubi refert quomodo beatus Hieronymus varie & multipliciter sacramentum dominicum commendans, eucharistiae sacramentum sub specie panis ab alio suscepit, ubi refert verba Hieronymi in hunc modum: *Rogo vos fratres, ut domini mei afferatis corpus, quantum in suo lumine videam lumen, ut firmans super me oculos suos, det mihi intellectum & instruat me in via hac qua gradiar*. His verbis finitis post longas orationes vir Dei gloriosus sacrum domini corpus suscipiens ad terram supinus rediit. Haec Eusebius.

Sic & idem beatus Eusebius in extremis positus sub specie panis communicavit, ut de eo scribit beatus Cyrillus in epistola ad beatum Augustinum de mirabilibus gloriosissimi Hieronymi. Illo etiam modo beatus Ambrosius in extremis communicavit de manibus beati Honorati Verocellensis episcopi. Idem habetur de beato Benedicto, de quo in legenda sua dicitur, quod ultima die exitus sui, in oratorium portari se fecit, & ibi exitum suum dominici corporis perceptione munivit. Item refert beatus Gregorius tertio dialogorum, quod beatus Agapitus papa quemdam claudum & mutum sub una specie communicans eum plene sanavit. Item habetur de beata Lucia, quod ipsa spiritum non tradidit post gladii in guttur ejus immersionem, donec sacerdos corpus dominicum ei traderet. Idem de beato Dominico & Francisco & in multis aliis sanctis habetur per omnia.

Item Wilhelmus in suo sacramentali Hugonem de sancto Victore sub una specie tantum communicare debuisse narrat, sub his verbis: *Quod cum Hugo de sancto Victore excellentissimus doctor ultima infirmitate laboraret, corpus domini instanter petebat sibi dari, & cum nullum cibum continere posset, fratres ejus turbationem timentes simplicem hostiam illi obtulerunt, quod ille cognoscens, per Spiritum, ait, miserere vestri Deus fratres, cur me ita deludere vultis? ite quem portastis, non est dominus Deus meus. Et illi attoniti mox corpus domini attulerunt. Sed ipse videns se non posse recipere, elevatis in caelum oculis ac manibus sic oravit: Ascendit Filius ad Patrem & Spiritus ad Deum qui misit illum, & inter haec verba emisit spiritum, & corpus domini ibidem disparuit. Ecce quam manifesta & clara narratione refert hic doctor sanctum Hugonem debuisse sub una tantum specie communicare.*

Tertio principaliter probatur ex doctrina & institutione sacrorum conciliorum. Nam ut habetur ex lib. conciliorum Isidori, in sexta Constantinopolitana synodo legitur: *Citra sanguinem ceremonias in ecclesiis celebramus: ita quippe accedimus ad benedictiones arcanae, & sanctificamus participes esse tam sanctus carnis quam pretiosus sanguinis Christi. Ecce quam aperte haec sancta synodus ponit distinctionem inter communionem laicam & sacerdotalem. Nam quoad laicos dicit: *Citra sanguinem ceremonias in ecclesiis celebrat*.*

Ex praxi apostolica.

Ex praxi multorum sanctorum antiquorum.

Ex doctrina sacrorum conciliorum. Ex concilio VI. Constantino.

ANNO
CHRISTI
1651.

lebramus, & vocat communionem laicam ce-
remoniis, quia precepto & statuto ecclesia in-
troducenda est. Quoad sacerdotes vero subjan-
git: Ita quippe accedimus ad benedictiones
arcanas, & sanctificamus participes effecti tam
sanctæ carnis quam preciosi sanguinis Chri-
sti. Nam si utraque pars istius decreti ad laicos
vel ad sacerdotes sine distinctione referretur,
utique manifestam implicaret contradic-
tionem. Nam in prima parte excludit sanguinem,
cum dicit: Citra sanguinem, & in secunda di-
cit: Participes effecti tam sanctæ carnis quam
preciosi sanguinis. Clarum igitur est hoc decretum,
nec aliquo modo potest inficiari aut infringi.

Ex Toletano
XI.

Cap. 11.

Idem longe clarius ostendit usdecimum To-
letanum concilium ita dicens: Cum nihil in
divino canone debeat esse confusum, nihil
dubium, nil etiam indiscretum, in collatio-
ne nostri cœtus relictus est canon Toletani
primi concilii, in quo preceptum est, ut
si quis acceptam a sacerdote eucharistiam
non sumperit, velut sacrilegus repellatur:
nec adjecta est ibi discretio voluntatum,
cum infidelis hæc & talia infideliter agat,
at fidelis accipiat fideliter quod naturalis il-
lum necessitas deglutire non sinit. Solet e-
nim humanæ naturæ infirmitas in ipso mor-
tis exitu prægravata tanto siccitatis pondere
deprimi, ut nullis ciborum illationibus re-
solvatur, sed vix tantundem illati delectetur
poculi gratia sustentari. Quod etiam in mul-
torum exitu vidimus, qui optatum suis vo-
tis sanctæ communionis expectantes viaticum,
collatam sibi a sacerdote eucharistiam re-
jecerunt, quod non infidelitate hoc agerent,
sed quod præter dominici calicis haustum
traditam sibi non possent eucharistiam deglu-
tire. Ex quo decreto manifeste ostenditur,
quod etiam tempore primi concilii Toletani
infirmi tantummodo sola hostia communica-
bant, quod patet ex declaratione supraposi-
ti decreti. Nam refert quod primum concilium
Toletanum fecerat statutum, ut quicumque
eucharistiam a sacerdote acceptam non
sumeret, velut sacrilegus repelleretur. Et
quia in hoc decreto non fuerat facta distinc-
tio de voluntate & necessitate, cum & infide-
lis hæc talia infideliter agat, & fidelis ac-
cipiat fideliter quod naturalis illum necessitas
deglutire non sinit: declarata sequens concilium
quia cum multi fideles in exitu mortis
posui, tanto siccitatis pondere deprimantur,
ut nihil possint deglutire, nisi aliquo poculen-
to vel liquido mediante, manifestum est quod
tales accipiendo eucharistiam, hostiam scilicet
sine poculo, bona & sancta intentione, si
eam propter siccitatem rejicerent, non incur-
rent sacrilegi crimen. Et hoc per experien-
tiam probant sancti patres in dicto concilio
existentes. Quod etiam, inquit, in mul-
torum exitu vidimus, qui optatum suis vo-
tis, sanctæ communionis expectans viati-
cum, collatam sibi a sacerdote eucharistiam
rejecerunt, non quod infidelitate hoc age-
rent, sed quod præter dominici calicis ha-
stum traditam sibi non possent eucharistiam
deglutire. Ex quo luce clarius patet, quod
sub sola specie panis tunc temporis sacra
communio ministrabatur infirmis, sit enim:
Præter dominici calicis haustum, quia quan-
do eucharistia sine calice ministrabatur, ideo
sæpe ex hujusmodi siccitatis pondere gravi

congebatur rejicere quam deglutire non vale-
bant. Et hoc est quod dicit: Sed quod
præter dominici calicis haustum traditam
sibi, non possent eucharistiam deglutire.

Item similiter ex concilio Rhemenfi ostenditur,
& habetur de communionibus & consecra-
tionibus distinctione 2. capit. Pervenit: ubi de-
claratur quod sufficit dare eucharistiam sine ho-
stiam infirmis sine vino. Nam quidam pres-
byteri in tantum parvipendebant divina mys-
teria, ut laico aut feminæ sacrum corpus tra-
derent ad deferendum infirmis, quos sancta
synodus graviter reprehendit, & statuit, quod
talis temeraria præsumptio amplius fieri non
debeat, sed presbyter per semetipsum debeat
infirmum communicare, in quo decreto so-
lum fit mentio de corpore Christi, & nullo
modo de vino aut de sanguine. Tenor vero
dicti decreti est talis: Pervenit ad noti-
tiam nostram quod quidam presbyteri in
tantum parvipendant divina mysteria, ut
laico, aut feminæ sacrum corpus Domini
tradant ad deferendum infirmis, & quibus
prohibetur ut nec sacramentum ingrediantur,
nec ad altare appropinquent, illis sancta
sanctorum committunt: quod quam sit hor-
ribile, quamque derestabile, omnium reli-
giosorum animarum advertit prudentia: ideo
interdicit per omnia synodus ne talis te-
meraria præsumptio ulterius fiat, sed omni-
bus modis presbyter per semetipsum infir-
mum communicet, quod si aliter fecerit,
gradus sui periculo subiacebit.

Item ex concilio Vormatiensi, eadem distinc-
tione, capit. Presbyter, precipitur quod pres-
byter eucharistiam, id est, hostiam, ut dictum
est, semper habeat paratam, ut quando quis
infirmus fuerit, statim eum communicet, ne
sine communionem moriatur, unde dicit Ca-
non: Presbyter eucharistiam semper habeat
paratam, ut quando quis infirmus fuerit,
statim eum communicet, ne sine communi-
one moriatur, super quo ait glossa: Sangui-
nem non precipit servare, quia opus esset
nimia cautela in eo servando. Et addit ar-
chidiaconus: Addere præterea non est opus:
quia ubi est corpus, ibi est & sanguis: &
in glossa super capit. Comperimus, eadem
distinctione super verba: Aut integra perci-
pian, Hoc intelligo de conficiente: nam infir-
mus, vel sanus, in necessitate sine vino corpus
sumere potest. Ex quibus omnibus patet, quod
communio sub utraque specie non est de neces-
sitate salutis, ex quo per sacra concilia sanis
pariter & infirmis concedebatur tantummodo
sub una specie. Item non solum infirmis sacer-
dotibus, sed etiam sanis ab eorum officio de-
positis a sacris conciliis concessa est unius speciei
communio, unde distinct. 50. capit. Si episcopus
& habetur ex concilio Agathensi, dict.

Eandem modum loquendi habet, distinc-
tione 55. ubi ita dicit: Si evangelica ra-
tio iracundiam nec usque ad verbum furen-
tem proficere permittit, ne si ræa fratri suo
quis dixerit, sit reus gehennæ ignis, quali

ANNO
CHRISTI
1651.

Cap. 30.

Cap. 31.

,, pu-

ANNO
CRIPISTI
1482

ANNO
CRIPISTI
1482

putamus poena plectendus est, qui non so-
lum pagnis impie percussit in Levitici ordi-
nis hominem ministerio servientem, sed qua-
si non sufficeret ad eandem manus, infligan-
te ita se diabolo rapens est ad iracundiam,
ut fuisse non solum percussit, sed etiam
erueret oculum fratris? Et quamvis hujus-
modi excessus graviore esset poena plecten-
dus, bene tamen fraternitas tua fecit, eum
ab officio presbyteratus removens. Hoc ta-
men sollicitudinis tuae sit, ut locum ei po-
nitentiae constituas, & in aliquo eum mo-
nasterio retradas, laica sibi tantummodo
communione concessa.

Similiter ex concilio Sardicensi habentur
duo decreta de eadem communione laica hu-
jusmodi sui tenore: Item Osius episcopus di-
xit: Non minus mala consuetudo, quam
perniciosa corruptela, funditus eradicanda
est, ne cui liceat episcopo de civitate sua
ad aliam transire civitatem, manifeste est o-
mnium causa qua hoc facere tentant; eum mul-
tus in hac re inventus sit episcopus qui de
majore civitate ad minorem transiret, unde
apparet avaritiae ardore eos inflammari, &
ambitioni servire, & ut dominationem exer-
ceant. Si ergo omnibus placet, hujusmodi
pernicies austerius vindicetur, ut nec lai-
cam communionem habeat qui talis est,
responderunt universi: Placet. Item idem
Osius episcopus dicit: Etiam si talis alias ex-
stiterit temerarius, ut fortasse excusationem
afferat quod populi literas acceperit, cum
manifestum sit potuisse paucis premio & mer-
cede corrumpi, qui sinceram fidem non ha-
bent, ut clamarent in ecclesia & ipsum petere
viderentur episcopum, omnino has fraudes
damnandas esse arbitror, ita ut nec laicam
in sine communionem talis accipiat, quod
si nobis omnibus placet, statuere. Synodus
respondit: Placet. Ex istis duobus decretis
manifeste declaratur, quod communicatio secun-
dum se non est de necessitate salutis, alio-
quin impie praedictum concilium statuisset,
ut taliter delinquens nec laicam communio-
nem in sine acciperet, ait enim: Ita ut nec
laicam in sine communionem talis accipiat.
Per communionem autem laicam quid po-
test intelligi aliud quam communicatio simplex
sub una specie, & sub ipsa praecipue, qua
ut communiter minus potest afferre periculi
reverentiae tanto sacramento debet, cujus-
modi est species panis: & ad hoc sunt omnes
doctores juris canonici, quibus credendum est
u. pote exercitatus & peritis in arte sua:
Unde super praedicto capite Hosius abbas
exponit laicam communionem, id est, cor-
pus Christi. Innocentius; id est, viaticum.
Hosienis; id est, panem benedictum, vel
corpus Christi, & idem dicit Joannes Andreas
in novella.

Item Clemens papa (& habetur de con-
secratione, distinctione 3. capit. Tribus gradi-
bus) dicit: Tribus gradibus commissa sunt
sacramenta divinatorum secretorum, id est,
presbytero, diacono, & ministro, qui cum
timore & tremore clericorum reliquias cor-
poris domini custodire debent, & sequi-
tur ibidem: Tanta in altari certo holocaus-
ta offerantur, quanta populo sufficere de-
beant, quod si remanserint, in crastinum
non referentur, sed cum timore & tremore

re clericorum diligentia consumantur. Qui
autem vestigia corporis domini que in sacra-
mento relicta sunt, consumunt, non statim ad
accipiendos communes cibos conveniant. Ec-
ce quam manifeste in praedicto canone habe-
tur, quod reliquias corporis domini custodien-
das sunt cum magna clericorum diligentia, &
nulla penitus sit mentio de reliquiis vini aut
sanguinis, nec de custodia ipsius, de cujus
tamen custodia, si fuisset in usu, potius de-
buisset cautela adhiberi, & ordinatio sive sta-
tutum fieri, cum in ipso sanguine majus im-
mineat periculum. Item sancta synodus Ro-
mana, cui beatus Leo papa praesedit, capit.
Quibus, de consecratione dist. 2. loquens de
veritate corporis & sanguinis Christi in hoc
sacramento, inter cetera ita dicit: Idem est
corpus de quo dictum est: Caro mea vere est
cibus, & sanguis meus vere est potus. Circa
hoc corpus aquila sunt, quae aliis circumvo-
lant spiritualibus, unde & idem corpus Chri-
sti edimus, ut vitae aeternae possimus esse par-
ticipes, ubi notanter sancta synodus corpori
Christi soli illam copulativam attribuit; caro
mea, &c. ad ostendendum quod sub specie
panis, sub qua, ex vi conversionis verbo-
rum, est proprius corpus Christi, vere & rea-
liter ac integre utrumque contineatur, scilicet
et caro Christi & sanguis, & quicumque
alia se habent ad perfectionem Christi ex na-
turali & reali concomitantia, & quod idem
corpus Christi edimus, nulla mentione facta
de sanguine, aut de vino, sive de potu, ut
vitae aeternae possimus esse participes: ad osten-
dendum quod sufficit sumere sub una specie,
novissime vero declaravit hoc sacrum Con-
stantiense concilium, cujus tenorem papa Mar-
tinus V. in quadam bulla sua interfertit,
quam pro praesenti recitare gratia brevitate
omitto.

Quanta autem sit auctoritas sacrorum con-
cilio- rum, ostendit Augustinus ad Januarium
ita dicens: Concilio- rum in ecclesia est sa-
luberrima auctoritas, quibus ecclesiae ne-
gotia terminantur, & in libro de fide
catholica idem dicit: Si quis aliquas scri-
pturas praeter illas quas ecclesia catholica
recipit & in auctoritate habendas esse tra-
didit, fuerit veneratus, anathema sit. Item
Gregorius, & habetur distinctione 15. Si-
cut sancti evangelii quatuor libros, sic
quatuor concilia suscipere & venerari me
fateor. Et subdit: Cunctas vero personas
quas praefata veneranda concilia venerantur,
veneror, & quas respuant, respuo. Quia
dum universali sunt consensu constituta, se-
& non illa destruit, quisquis praesumpserit
aut solvere quos ligant, aut ligare quos sol-
vunt, nec mirum, cum ipsa sacra generalia
concilia regantur & dirigantur a Spiritu san-
cto, imo ab ipso Jesu Christo. Nam si ipse
dominus promittit se esse in medio duorum vel
trium in nomine ipsius congregatorum, quan-
to magis erit in medio patrum seniorum om-
nium Christi fidelium in sacris conciliis gene-
ralibus congregatorum? quod expressis sancti
apostoli exemplo declaraverunt Act. 15. ubi
praesidentiam in concilio Spiritui sancto attri-
buerunt, vel potius insinuerunt, dicentes
in sua epistola decretali: *Visum est Spiritui san-
cto & nobis*: quod etiam attestatur Caeseli-
nus papa ad synodum in Epheso constitutam
Spi-

Auctoritas
Conciliorum
generalis
E. p. 118.

Cap. 2.

Greg. L. 1. n.
p. 14.

ANNO CHRISTI 1409
Causam
ep. 7. apud
Ipsam de
rationem
an
1. p. 1.
Mart. 17.
18. 17.

Spiritus sancti testatur profanum congru-
gatio sacerdotum. Certum est enim quod
legimus, quia nec potest veritas nostra
mentiri, cujus in evangelio ista sententia
est: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in
nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.*
Quod cum ita sit, non nec huic tam brevi
numero Spiritus sanctus deest, quanto magis
omni nunc interesse credamus, quando in
unam convenit tanta turba sanctorum. San-
ctum namque est pro debita veneratione
concilium, in quo utique nunc apostolorum
frequentissimus illius quam legimus congrega-
tionis aspicienda reverentia est. Numquam
his defuit magister quem receperant predi-
candum, adfuit semper in dominus & ma-
gister, sed nec docentes a suo doctore de-
ferri sunt: docebat ille qui miserat, doce-
bat qui dixerat quod docerent: docebat qui
in apostolis suis se confirmat audiri. Hec
Caelestinus.
Item Damasus papa ad Aurelium archiepi-
scopum de servandis canonibus sanctorum pe-
trus & decretis in concilio editis, prout refert
Igorus in libro conciliorum, ita scribit: Re-
verendissimo fratri & coepiscopo Aurelio Da-
masus: Scripta sanctitatis tuae debita vene-
ratione suscepimus, in quibus sitae venera-
tionem ac prudentiam tuam apostolica infi-
rta, ut dignum erat, cognovimus. Qua
de re quaedam ex his, quae peristi, misimus
& quaedam adhuc cum iterum miseris, mis-
tere cupimus. Nullum tamen a beato Petro
principe apostolorum sive praedecessorum no-
strorum praetermissum, de quorum statutis
aliquid per Ammonium presbyterum, & Fe-
licem diaconum sub certis signaculis non mit-
teremus. Quae te & custodire optamus &
aliis praedicanda ac publicanda mandamus,
ut ab omnibus inviolate debita veneratione
custodiantur & inviolate servantur, atque
ab omnibus futuris temporibus diligenter
venerentur. Quod violatores voluntarii cano-
norum graviter a sanctis patribus judican-
tur, & a Spiritu sancto, cujus instinctu ac
dono dictati sunt, damnantur, qui blaspho-
mare Spiritum sanctum non incongrue vi-
dentur, & quia contra eosdem sanctos cano-
nes non necessitate compulsi, sed liben-
ter, ut praefixum est, aliquid aut proterve
agunt, aut loqui praesumunt, aut facere
volentibus sponte consentiunt: talis enim
praesumptio manifeste unum genus est bla-
spemantium Spiritum sanctum, qui, ut jam
praebitum est, contra eum agunt, cujus
impulsi & gratia iidem sancti editi sunt cano-
nes. Diabolica vero nequitia plerisque
subtiliter fallere solet, & ita quorundam
imprudenciam per similitudinem pietatis sap-
pissime illudit, ut pro salubribus nocitura
persuadeat: idcirco norma sanctorum cano-
num, qui sunt Spiritu Dei conditi & totius
mundi reverentia consecrati, fideliter a
nobis est scienda, & diligenter tradenda,
neque quoquo modo sanctorum patrum statu-
ta, absque inevitabili necessitate, quod
absit, transgrediamur, sed fidelissime per ea
gradientes, cum eis qui eos instinctu con-
diderunt divino, mercedis gloriae & labo-
ris commutatae coram meritis, auxiliante do-
mino habere speremus, quod nobis praes-
tare dignetur ipse Spiritus sanctus, in cujus

nomine in hac sancta synodo congregati su-
mus, Amen.
Quarto principaliter probatur ex consuetu-
dine ecclesiae, quae ex antiquissimis temporibus
& ex multis centenariis annorum fuit uni-
versaliter in ecclesiam introducta. Sunt enim
ultra ducentos & trecentos annos, vel saltem
prope, quibus doctores catholici in libris suis
& scriptis consperunt laudare & approbare uni-
versalem ecclesiae consuetudinem in commu-
nitione sub una specie, ut paulo post patebit
in allegatione doctorum. Clarum autem est
quod haec consuetudo non fuit uno die, aut
uno mense, seu uno anno in ecclesiam uni-
versaliter introducta. Imo nullus doctorum ip-
sam laudantium & approbantium potuit aut
scire assignare temporis originem, quo haec
consuetudo universaliter ortum habuerit, pro-
pter antiquitatem suam: unde indubitanter te-
nendum est quod communio sub utraque spe-
cie nunquam fuit in ecclesia Dei univer-
sali, sed secundum varium exemplum Chri-
sti, varia fuit semper habita consuetudo. Chri-
stus enim in coena sub duplici specie tradidit,
instante sua passione: sed post resurrectionem
suam legitur, secundum intentionem sancto-
rum, consecisse sub sola specie panis, ut pa-
tuit superius, quando in Emaus cognoverunt
eum duo discipuli in fractione panis. Sic etiam
& de primitiva ecclesia & de apostolis
legitur in Hierosolymis, quod erant perse-
verantes in fractione panis, & communicatio-
ne, Actuum 2. quod intelligitur de commu-
nitione panis sancti, ut in precedentibus fuit
declaratum: & Corinthii sub duplici specie
communicabant, ut patet per apostolum, &
sic communiter semper mansit hujusmodi di-
versitas communionis laicalis, sub una vel sub
duplici specie, donec propter pericula & varios
errores, universalis ecclesiae consuetudo obtinuit
communione unius speciei, cujus consuetudi-
nis principium aut initium, nec in memoriis
hominum, nec in scriptis doctorum, aut in an-
nalibus scribentium reperitur: Et cum consue-
tudo, cujus initii memoria non habetur, jure
statuti habenda sit, ut dicunt leges, utique
pro lege habenda est & tenenda.
Quanta autem sit auctoritas consuetudinis
ecclesiae Romanae, ostendit Augustinus in libel-
lo de cura pro mortuis agenda, qui ait:
Quod si nulla esset auctoritas sacrae scriptu-
rae, quae doceret orare pro defunctis, tanta
est auctoritas ecclesiae Romanae, quod pro
lege firmissima sine dubitatione est tenen-
da. Similiter sanctus Thomas secunda 2.
questione 10. articulo 12. dicit: maximam
auctoritatem habet ecclesiae consuetudo, quae
semper in omnibus est emulanda: quia &
ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ec-
clesia auctoritatem habet. Unde subdit:
Quo magis standum est auctoritati eccle-
siae, quam Augustini vel Hieronymi vel cu-
juscumque doctoris.
Qualiter autem transgressores consuetudi-
num coercendi sint, ostendit Augustinus ad
Casulanum presbyterum, & habetur distin-
ctio 2. capite. In his rebus: Qui dicit,
quod mos populi Dei, & instituta ma-
jorum pro lege tenenda sunt, & sicut pra-
varicatores legum divinarum, ita contem-
ptores consuetudinum ecclesiasticarum coer-
cendi sunt. Et in libro confessionum ita dicit:
Quae

ANNO CHRISTI 1409
Ex consuetudine ecclesiae

Epistola ad
Distinctionem
11. c. 7.

ANNO CHRISTI 1411. M. J. L. B.

Cap. 7.

Augustinus de pilula 16.

Ex testimonio sanctorum patrum.

Cap. 49. Ambrosius de his qui inchoantur laici, cap. 2. & 3. Cap. 76. Cap. 83. Cap. 91. Cap. 94.

Ambrosius de paradiso c. 9.

Quis sane contra mores hominum flagitia A
 pro morem diveritate vitanda sunt, ut pa-
 ctum inter se gentis aut civitatis consuetu-
 dine aut lege firmatum nulla civis aut pe-
 regrina libidine violetur. Turpis est enim
 omnis pars universo suo non congruens.
 Item Augustinus facere contra consuetudi-
 nem prohibet epistola 18. ad Hieronymum
 ita dicens: Contra ecclesie fundatissimum
 modum nemo sentiat. Item Damascenus li-
 bro 4. sententiarum suarum: Semper consu-
 etudo ecclesie servanda est, & contrarium
 dogmatizantes & suam praxiam confirmantes
 non sunt audiendi. Item Hieronymus in qua-
 dam epistola contra Vigilantium: Quid pe-
 cce est in manus sumere quod ecclesia non
 recipit? nisi forte Balsamum mihi, & Bar-
 belum, & Thesaurum Manichaei, & ridicu-
 lum nomen Lenfiborum proferas, &c. Cum
 igitur ecclesia non recipit in communione lai-
 ca utramque speciem, ipsam utique recipere
 ridiculam est, perniciosum & superfluum:
 propter quod B. Thomas dicit secunda 2. que-
 stione 93. artic. 1. Sicut enim falsarius ef-
 fet, qui aliqua proponeret ex parte alicuius
 qui non essent ei commissa, ita vitium
 falsitatis incurrit, qui ex parte ecclesie cul-
 tum exhibet Deo contra modum divina au-
 thoritate ab ecclesia constitutum, & articu-
 lo 2. Si enim aliquid sit, quod quantum
 est de se, non pertinet ad Dei gloriam ne-
 que ad hoc quod mens feratur in Deum,
 aut quod carnis concupiscentie moderate
 refrmentur, aut etiam si praeter Dei &
 ecclesie institutionem vel consuetudinem
 communem, quae secundum Augustinum pro
 lege habenda est, totum hoc reputandum
 est superfluum & superstitiosum, &c. Cum
 itaque dicta communio sub utraque specie,
 quoad laicos, sit contra communem consue-
 tudinem ecclesie, utique tanquam superflua
 repellenda est. Manifestum est autem quod
 iam a multis centenis annorum, praedicta consu-
 etudo communicandi laicos seu non confite-
 ntes, sub una specie tantum, scilicet panis,
 in ecclesiam, nemine contradicente, univer-
 saliter introducta est, ut patebit statim ex di-
 ctis doctorum de hac consuetudine mentio-
 nem facientibus.

Quinto principaliter probatur per sanctorum
 doctorum attestationem, qui in locis quodam-
 modo innumeris de huiusmodi sacramento &
 communione facientes mentionem, nihil de
 potu aut viro memorati sunt, sed tantummodo
 de corpore Christi, sive de parte aut esca
 locuti sunt: per hoc ostendentes sufficere sub
 sola specie panis sumere divinitissime eucharis-
 tiam sacramentum, Unde Ambrosius in libro
 de sacramentis: Ista esca quam accipis, iste
 panis vivus qui de caelo descendit, vitam
 aeternae substantiam administrat. Et quicum-
 que hunc panem manducaverit, non morie-
 tur in aeternum, quia corpus est Christi &
 habetur de consecratione distinctione 2. capi-
 te, Revera. Idem eadem distinctione, scilicet
 consecratione, in multis capitulis, videlicet
 in capite, Omnia, & in capitulo, Nullo sa-
 cramento, & in capitulo, Non iste panis est,
 & in capitulo, Ante benedictionem, in qui-
 bus locis manifeste habetur quod sumptio hu-
 jus sacramenti sufficit tantum sub specie pa-
 nis. Item idem Ambrosius in libro de para-

diso loquitur sub his verbis: Cum igitur in
 cibo neque primum sit, quia esca nos non
 commendat Deo, neque malignam pericu-
 lam sit, quia non quod intrat in os colu-
 quat hominem, sed quod exit de ore,
 videtur sine dubio a tanto auctore non ef-
 se preceptum, nisi hunc cibum ad illam
 prophetica referas, quem pro magno prom-
 mio dominus sanctis pollicetur suis: Ecce
 qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem
 esurietis. Hic est enim cibus in quo vita
 diffusit aeterna, quo quisquis fuerit de-
 fraudatus, morte morietur. Quandoquidem
 panis vivus atque caelestis ipse dominus est,
 qui vitam dat huic mundo. Unde & ipse
 ait: Nisi manducaveritis carnem meam & hi-
 beritis sanguinem meum, non habebitis vitam
 aeternam. Erat ergo panis aliquis, de quo
 praescriperat edendum paradisi incolis: quis
 ille? accipe quem dicat: Panem, inquit,
 angelorum manducavit homo. Est enim bo-
 nus panis, si facias voluntatem Deis; vis
 scire quam bonus panis? ipse Filius man-
 ducat hunc panem, de quo ait: Meus ci-
 bus est ut faciam voluntatem Patris mei, qui
 in caelis est: Haec Ambrosius, ubi primo no-
 tandum quod hic doctor sanctissimus & u-
 nus ex quatuor columnis ecclesie, veraci-
 ter se fundat in sacra scriptura & in do-
 ctrina Christi. Deinde notandum est quod
 dicit: Videtur sine dubio a tanto auctore
 non esse preceptum, ubi dicit, Sine du-
 bio, omnem ambiguitatem excludens, non
 esse preceptum. Tertio notandum est ex
 dictis suis, quod si intelligatur preceptum,
 quod hoc spiritualiter intelligendum est, de
 spirituali manducatione, ut patet per totum
 residuum quod sequitur: Nisi hunc cibum ad
 illam prophetica referas. Item beatissimus
 noster Hieronymus, ut superius fuit allegatus,
 loquitur de dupliti carne Christi, videlicet
 spirituali & divina, de qua intelligitur illa
 auctoritas: Nisi manducaveritis, de ea que
 crucifixa est & sepulta, que ut fides catho-
 lica tenet, est vere, realiter, & in propria
 persona ipse Christus in hoc sacramento, &
 non spiritualiter tantum.

Item idem B. Hieronymus super Leviticum
 ita dicit: De hac quidem hostia que in Chri-
 sti commemoratione mirabiliter fit, edere li-
 cet; de hac vero quam Christus in ara crucis
 obtulit, secundum se nulli edere licet, ubi
 notanter dicit, Edere, & nullam mentionem
 facit de Bibere, & habetur de consecratione
 distinctione 2. De hac. Item beatus Hiero-
 nymus in quodam sermone dicit: Singuli
 autem accipiunt Christum dominum, & in
 singulis portionibus totus est, nec per sin-
 gulos comminuitur, sed integrum se praebet
 in singulis. Et habetur de consecratione di-
 stinctione 2. Singuli. Item Augustinus in epi-
 stola ad Irenaeum: Christus panis est, de
 quo qui manducat, vivit in aeternum, &
 de quo ipsemet dicit: Panis quem ego de-
 do, caro mea est pro mundi vita: & habetur
 de consecratione dist. 2. Christus. Item
 in sermone de verbis domini, & habetur in
 glossa 1. ad Cor. 10. Non ergo timemus,
 fratres, manducare panem istum, ne for-
 te sumamus, id est, consumamus illum,
 & postea quod manducemus non invenia-
 mus: manducatur Christus, vivit mandu-

ANNO CHRISTI 1411.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

Cap. 97.

ANNO CHRISTI 1499
In quibus hinc
alibi habetur
quod, vide de
consecratione
in c. 70. l. 1. c. 1.

Cap. 19. Hinc
verba habetur
quod apud An-
gustinum cap.
118. Cap. 82.

Insuper
partibus.

Alexander de
Alm.

Quod
m. 4.

canus, quis surrexit occisus, nec quando
manducamus, partes de illo facimus. Et
quidem in sacramento sic fit, & nonni si-
deles quemadmodum manducant carnem
vel corpus Christi. Et super psalmo 10.
idem dicit: Judaei pascebantur tanquam de
coma domini, & nos de cruce domini pa-
scimur, quod corpus ipsius manducamus.
Ecce August. in predictis omnibus solum
mentionem facit de pane, & nullam de
potu.

Item Hilarius dicit, & habetur de con-
sec. dist. 2. Si non sunt tanta peccata ut
quis excommunicetur, non se debet a me-
dicina corporis domini nostri Jesu Christi
separare. Item idem de Trinitate, & ha-
betur de consec. dist. 2. In Christo Pater,
& Christus in nobis est, unus in his esse
nos faciat. Si vero carnem corporis nostri
Christus assumpsit, & vere ille homo qui
ex Maria natus fuit, Christus est, nosque
vero sub mysterio carnis corporis ejus
sumimus, & per hoc unum erimus, quia
Pater in eo est, & Christus in nobis. In
quibus similiter Hilarius de potu nullam fa-
cit mentionem. Quid plura? longum esset
narrare antiquorum sanctorum doctorum di-
cta, per quas videntur omnia innere suffi-
cientiam communionis sacrae sub una specie.
Sed jam oculos nostros dirigamus ad docto-
res posteriores, qui tamen nos & hanc no-
vitatem per plura centena annorum praeces-
serunt, quorum dicta & sententiae sequuntur
in hunc modum.

In primis igitur occurrit antiquissimus do-
ctor & summus pontifex Innocentius in tra-
ctatu de officio missae, particula quarta de sa-
cramento eucharistiae, capite. Utrum panis
sine vino vel e contrario valeat consecrari.
Ubi inter caetera ita loquitur: „ Si vero vi-
num inveniri non possit, vel aliquo casu
defuerit, quaeritur utrum necessitate vel ca-
su cogente, sola panis materia possit in eu-
charistiam consecrari, sicut sub sola panis
specie debet eucharistia servari. Et infra
concludit: In iis itaque regionibus, in qui-
bus alterutrum inveniri non potest, licite
posset alterum sine altero consecrari, minus
enim ignorantia, quam necessitate, vel ne-
gligentia quam difficultas, excusat. ” Hec
Innocentius. In quibus verbis hic doctor af-
firmative ponit primum, quod sub sola panis
specie debet eucharistia servari; secundum,
quod in iis regionibus, in quibus alterutrum
inveniri non potest, licite possit alterum sine
altero consecrari, quae nullo modo possent
stare in veritate, si communio sub utraque
specie esset de precepto Christi.

Item Alexander de Ales doctor antiquus,
solemnis, & profundus in doctrina divina pa-
riter & humana, & sancta vitae, magnaque
auctoritatis in tota schola theologiae, in 4. par-
te sua summam de materia sacramenti eucha-
ristiae quaerit, utrum liceat corpus Christi sumere
sub specie panis tantum, sive sub specie vi-
ni. Et respondendo ad illud dubium, dicit
quod quia Christus integre sumitur sub utra-
que specie, bene licet Christum sumere sub
specie panis tantum, sicut fere fit a laicis ubi-
que in ecclesia. Quod autem dicit canon,
Comperimus, intelligitur de conscientie. Ec-
clesia autem illud sacramentum dispensare con-

Concil. General. Tom. XXIX.

suavit sub specie panis tantum, tum propter
periculum effusionis quod forte accideret, si sub
specie vini dispensaretur, tum propter vitii in-
fidelitatis amotionem, quod se non immerito
simplicium mentibus ingereret, si semper sub
speciebus panis & vini daretur, quia si ita fo-
ret, possent simplices credere, quod Christus
non contineretur integer sub altera specie, si-
cut contigit quandoque; unde aliquibus reli-
giosis presentibus & instantibus ut sub utraque
specie sumerent hoc sacramentum, sacerdote
quodam pio celebrante, cum faceret fractio-
nem, concavum patens totum visum est re-
pleri sanguine. Ad quod obstupuerunt ipse &
circumstantes; sed cum conjungeret sacerdos
partes hostiae, totus ille sanguis visus est re-
intrare, & sic petitioni & tentationi illorum
sunt penitus satisfactum. Et in scripto suo su-
per Joannem, ubi exponens illud Joannis 6.
Nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c.
dicit quod solus sacerdos communicat sangui-
ni. Reliqui vero, scilicet non sacrificantes,
communicant corpori.

Item Albertus Magnus summus philosophus
& maximus theologus sanctaeque vitae, qui &
in vita & post mortem claruit miraculis, in
tractatu de corpore Christi dicit: „ Hoc est
quod dicitur 1. Regum 2. in desiderio po-
puli hunc cibum desiderantis: *Dimitte me
obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut co-
medam bucellam panis.* Unica enim & sin-
gularis pars sacerdotalis est hostia corporis
Christi, ad quam populus admittitur ut buc-
cela corporis dominici satiatur. Et conse-
quenter subdit figuram unius speciei in tri-
bus satis, dicens: „ Et hoc est figuratum
Genesis 18. „ ubi dicitur, cum Abraham se-
deret in ostio tabernaculi sui, vidit tres
angelos descendentes per viam, quibus tria
sata farinae simile commixta parari fecit in
subcineritios & azymos panes. ” Hec Al-
bertus, per quae innuit laicos solum ad unam
speciem esse admittendos, eo quod de vino
nullam facit mentionem. Item idem Albertus
Magnus tenuit & credidit, quod ecclesia pos-
set dispensare cum sacerdotibus, in partibus
in quibus vinum non reperitur, quod cum sola
hostia possent consecrare. Cujus verba in pro-
pria forma sunt quae sequuntur, & habentur
in tractatu de officio missae, circa finem. „ Ad
hoc autem quod quaeritur de terris in qui-
bus vinum nullo modo possit haberi, di-
cendum videtur quod de hoc consultatio ad
curiam haberi debeat, quid sit agendum;
tamen propter intolerabile damnum anima-
rum, quod incurritur ex sacramenti defe-
ctu, videretur mihi esse cum talibus dispen-
sandum, ut corpus Christi sine calice habe-
rent, & consecrarent sacramentum. Quia si-
cut patet per ante dicta, corpus non est si-
ne sanguine, & anima, & deitate, quamvis
non sit ibi sanguis ex virtute consecrationis
sacramenti. Hec Albertus.

Item beatus Thomas discipulus ejusdem Al-
berti Magni, qui fuit excellentissimi ingenii,
imo potius angelici quam humani, diligentis-
simum studii, humillimum iudicii, & omni omni-
no spoliatus inordinata passione, vitae sanctis-
sime, qui scientiam suam plus oratione &
meditatione, quam studio & lectione a domi-
no promeruit. Quoties enim sanctus Dei di-
sputare, legere, scribere, vel dictare voluit,

Bbb prius

ANNO CHRISTI 1499.

Albertus Ma-
gnus.

Cap. Quod
Christus con-
tinetur in sub-
stantia sacra-
mentalis.

De ritu con-
secrationis et
parte mis-
sae.

Beatus Tho-
mas.

ANNO
CHRISTI
1626.ANNO
CHRISTI
1626.

prius ad orationis secretum accessit, & inde A
furgens inveniebat sic in promptu, quod scriberet vel diceret, quasi in libro aliquo didicisset. Hoc doctor cum quadam nocte orationi insisteret, sancti apostoli Petrus & Paulus ipsum de textu dubio scripturæ prophetice plenissime instruxerunt, cujus doctrinæ & ipsa prima Veritas testimonium perhibuit. Nam postquam ediderat officium corpori Christi, & scripserat materiam in tertia parte hujus divinisissimi sacramenti, orante, ab imagine Christi crucifixi talis vox audita est, bene scripsisti de me Thomas, quam ergo recipies pro tuo labore mercedem? & respondit sanctus Thomas: Domine, non aliam mercedem recipiam nisi teipsum. Audiamus B
igitur quid talis ac tantus doctor dicat in materia nostra. Ecce ipse in 3. parte summæ suæ, quæstione 80. articulo 12. movens in forma articulum * in responsione ad 3. articulum sic dicit: * Circa hujus sacramenti *
* Cum duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte summentium. Ex parte ipsius sacramenti convenit quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti, & ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem summentium, reverentia summa requiritur & C
cautela, ne aliud accidat quod vergat ad injuriam tanti mysterii, quod precipue posset accidere in sanguinis susceptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, juvenes, & parvuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum hujusmodi sacramenti adhibeant, ideo provide in quibusdam ecclesiis servatur, ut populo sanguis sumendus non detur, sed solum a sacerdotibus sumatur. Hæc ille.

Ad rationes vero quas adducit in oppositum respondet ut sequitur, & primo ad auctoritatem Gelasii, quæ habetur de consecratione distinctione 2. Comperimus, dicit quod Gelasius papa loquitur quantum ad sacerdotes, qui licet totum consecrant sacramentum, ita etiam toti communicare debent: Ut enim legitur in concilio Toletano: Quale erit sacrificium, ubi nec ipse sacrificans esse dignoscitur? Ad secundum, de perfectione hujus sacramenti, dicit quod perfectio hujus sacramenti non est in usu fidelium, sed in consecratione materiæ. Et ideo nihil derogat perfectioni hujus sacramenti, si populus sumat corpus sine sanguine, dummodo sacerdos consecrans sumat utrumque. Ad tertium de representatione dominicæ passionis, dicit, quod representatio dominicæ passionis agitur in ipsa consecratione hujus sacramenti, in qua non debet corpus sine sanguine consecrari, potest autem a populo corpus sine sanguine sumi, nec exinde eidem aliquod sequitur detrimentum, quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit, & sub utraque specie totus Christus continetur, ut supra habitum est. Hæc sanctus Thomas in propriis terminis. Item idem in postilla super Joannem dicit: Propter periculum effu-

sonis in aliquibus ecclesiis servatur, ut solus sacerdos communicet sanguini, reliqui vero corpori, Nec tamen est contra sententiam domini: quia qui communicat corpori, communicat etiam sanguini, cum sub utraque specie totus Christus continetur, etiam quantum ad corpus & sanguinem. Sed sub speciebus panis continetur corpus Christi ex vi conversionis, sanguinis vero ex naturali concomitantia. Sub speciebus vero vini continetur sanguis Christi, ex vi conversionis, corpus vero ex concomitantia. Hæc ille, qui & paulo superius declarans, quid intelligat per id quod dicit, In plerisque locis, In quibusdam ecclesiis, dicit, ubi ministri altaris continue & corpori & sanguini communicant. Per quæ verba manifeste declarat quod tempore suo in nulla ecclesia laici communicabant sub utraque specie, nisi solum ministri altaris, & hoc solum in quibusdam, & non in omnibus. Item idem doctor in scripto suo super 4. sententiarum, distinctione 12. sic arguit uno articulo: * Communicatio corporis & sanguinis domini equaliter debetur omnibus membris Christi, sed aliis datur corpus Christi sine sanguine, ergo sacerdos saltem a sumptione sanguinis abstinere potest. Respondet præfatus doctor, quod perfectio hujus sacramenti in utroque consistit, & ideo sacerdos celebrans qui alterum tantum sumeret, imperfecte sacramentum perageret. Unde reus sacrilegii secundum canones judicatur, de consecr. dist. 2. cap. Comperimus. Secus autem de aliis, qui istud sacramentum non perficiunt, quia eis subtrahitur sanguis propter effusionis periculum. Unde & sacerdos in pasche, quando non consecrat, corpus sine sanguine sumit. Item idem sanctus Thomas in 4. distinct. 12. quæstione 2. in responsione ad 3. articulum primi articuli dicit: Ad tertium dicendum, quod populo non datur sanguis propter periculum effusionis, quia citius una gutta sanguinis laberetur, quam aliqua particula corporis. Unde ministris altaris, secundum consuetudinem aliquorum, datur participatio sanguinis, de quibus præsumitur quod in talibus magis sint cauti. In lege etiam veteri de libaminibus nihil habebant offerentes, sed soli sacerdotes, per quæ significabatur cibus hujus sacramenti. Hæc S. doctor.

Item idem doctor in alio loco dicit quod laicis debet dari simplex vinum, non consecratum, aut aqua, pro ablutione, non tamen propter mysterium aliquod, sed ut laventur ora summentium, ne maneant aliqui reliquiis eucharistie intra dentes vel gingivas, & etiam ut non servetur eucharistia in ora propter maleficium exercendum, ut expertum fuit tempore Ambrosii, quo in truce apum hostia consecrata per unam mulierem fuit servata & abscondita, ut apes auferentur. Et ulterius dicit, quod sacerdoti semel sufficit in die communicare, aliis autem probatis perfectis sufficit de octava in octavam, communiori autem populo, qui non est magna devotione occupatus, ad minus semel in anno. Et consequenter dicit: Sacerdos porrigens aliis eucharistiam sub una specie, potest illa vel similia verba proferre: Corpus & sanguis domini nostri Jesu Christi proficiat tibi in vitam æternam, & non solum, Corpus domini nostri, & dans vinum simplex pro ablutione, de-

* Imo, in
conclusionem
sui corpore
articuli.Quod, p
ad 2.Simile quid
habet Cas-
simus Hosti-
lianus lib. 9.
c. 2. & Tho-
mas Cantipra-
tanus lib. 2. c. 40.Lectione 7
in 6. Joann.
24.

ANNO
CHRISTI
1413.
S. Thomas de
Sacramentis al
lib. 2. c. 29.
ib. 2. c. 29.

debet vel potest dicere. In nomine domini A
nostri Jesu Christi Amen.

Longam efficit replicare verba & loca qui-
bus & in quibus dictus doctor hanc verita-
tem fidei catholicæ ex proposito & intentio-
ne profequitur. Nam in sermonibus de cor-
pore Christi; sermone 29. ad longam spa-
tium, & per medium sermonis, sub tali ti-
tulo: „Secundo quaritur quare populus non
accipiat sanguinem, sicut sacerdos, sub spe-
cie vini.“ Profequitur respondens & assi-
gnans triplicem rationem quam ibidem de-
ducit ad longum. Similiter & in compendio
theologicæ veritatis, & in questionibus de
sacramentis, & in multis aliis locis. Quoad
prædictum doctorem pro præsentis dictæ alle-
gationes sufficiant.

S. Bonaven-
tura.

Item Bonaventura doctorum utique devotif-
simus, & sanctæ vitæ, profundæque scientiæ
& doctrinæ, qui etiam miraculis claruit, dis-
tinctione 11. quarti summarum dicit: „Duo
sunt circa hoc sacramentum consideranda,
primum est ejus efficacia, secundum ejus si-
gnificantiæ, & sic aliquid potest esse de in-
tegritate vel de perfectione hujus sacramen-
ti dupliciter. Uno modo quoad efficaciam,
(scilicet illud quod ex parte sacramenti
requiritur ad totalem efficaciam ejus) &
sic neutra species est de integritate sacra-
menti, sed quilibet, quantum est ex ope-
rato operato, sufficit sine alia ad causandum
totalem sacramenti effectum, & hoc ideo,
quia efficacia sacramenti non est ratione
signi, sed ratione contenti sub sacramen-
to: idem autem per omnia continetur sub
utraque specie & secundum eundem mo-
dum existendi, nec plus sumit qui sumit
utramque speciem, quam qui sumit alteram
tantum, ut dicit Magister distinctione 11.
quarti. Unde sicut sub speciebus panis est
totus Christus cum corpore, anima, sangui-
ne & deitate, ita sub speciebus vini est
totus Christus cum omnibus eisdem & se-
cundum eundem modum existendi: quia
sicut sub speciebus panis deitas est unita
humanitati, sic sub speciebus vini & sicut
hic anima informat corpus, ita & ibi: &
sicut hic sanguis est inclusus inter venas cor-
poris, ita ibi sub speciebus vini, & ita in
modo existendi nulla est diversitas hic &
ibi, quamvis in conversione sit diversitas,
quia panis convertitur in corpus tantummo-
do, & cætera sunt ibi concomitanter. Alio
modo aliquid est de integritate sacramenti,
quantum ad omnem significationem, scili-
cet illud quod requiritur ad totalem & com-
pletam illius sacramenti significationem: hoc
modo ambæ species sunt, & quilibet illa-
rum est de integritate & perfectione sacra-
menti, eo quod per ambas & per nullam
eorum seorsum sufficienter & complete ex-
primatur hujus sacramenti significatio, quod
sic patet. Hoc sacramentum significat Chri-
stum, ut nutrimentum perfecte reficiens se
digne communicantes sacramentaliter, sed
cum perfecta refectio corporalis ut commu-
nicatio sui sine miraculo non fiat in pane so-
lo, aut in vino solo, sed in utroque; non
potest una species sola significare Christum
ut perfecte reficientem, sed una significat
eum per modum cibi reficientis, ratione cor-
poris sui, & alia per modum potus ratione
Concil. General. Tom. XXIX.

Quod. 2.

sanguinis, ambæ vero simul hoc complete
significent. Quare requiruntur ad integra-
tem significationis hujus sacramenti. Et dicit
notanter, Ut communiter, seu sine mira-
culo: quia in satiætaribus Christi, quibus
plura millia quinque panibus & duobus pi-
scibus satiavit, populus plene ac perfecte fuit
refectus sine potu, tunc ad argumentum pri-
mum respondendo dicit: Est totum in u-
traque specie continetur, non tamen alte-
rum perfecte significatur, & ideo fideles per-
fectum sacramentum recipiunt, quia ad ef-
ficaciam recipiunt. Sed quantum ad signifi-
cationem, sufficit quod ecclesia facit in co-
rum præsentia. Subdit: Nec oportet quod
ipsi recipiant sub speciebus vini propter peri-
culum effusionis & erroris. Hæc Bonaven-
tura.

ANNO
CHRISTI
1413.

Item Petrus de Tarentasia doctor excellen-
tissimus, summus Romanorum pontifex, & sanctæ
& devotæ vitæ dist. 11. quarti. „Cum e-
nim in hoc sacramento sit ratio signi, scilicet
cet significatio pertinet ad sapientiam, &
ratio causæ seu causalitas pertinet ad gratiam;
& quia gratia est omnibus necessaria, ideo
omnibus traditur sub una specie perfectione
causativæ gratiæ. Sub qua cum majori cau-
sela sive reverentia potest tradi. Sed sapientia
non est sic omnibus necessaria, ideo a solis ma-
joribus, id est presbyteris vel ministris altaris,
sumitur sub utraque specie, quia majorem cau-
sam & reverentiam reservare sciunt. Hæc ille.

Petrus de Tar-
rentasia.

Item Richardus de Media-Villa doctor pro-
fundus & magnæ auctoritatis in scholis, di-
stinctione 11. quarti dicit: „Communiter non
debet hoc sacramentum populo tradi sub
utraque specie propter periculum effusionis
sanguinis, & etiam propter periculum erro-
ris, ne scilicet populus communis crederet
Christum non esse totum sub utraque spe-
cie. Majoribus tamen, in quibus neutrum
prædictorum periculorum probabiliter timetur,
sub utraque specie dari potest, non
tamen minorem efficaciam recipiunt illi qui-
bus datur sub altera specie tantum, quam
illi quibus datur sub utraque, eo quod
sub utraque specie totus Christus contine-
tur. Sumptio tamen sub utraque specie
facit ad expressiorem mysterii significatio-
nem.

Richardus de
Media-Villa
articulo 4. qd.

Item Nicolaus de Lyra, in expositione sa-
crarum literarum meo judicio post antiquos
doctores excellentissimus & bonæ vitæ, tra-
ctans illud Joannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c.
dicit: „Non intelligendum quod hoc sacra-
mentum sub utraque specie fidelibus sit ex-
hibendum, sed tamen hoc modo a sacerdo-
te sumendum, licet enim in primitiva eccle-
sia populus sub utraque specie communica-
ret, tamen postea proinde ordinatum est, ut
non communicet sub specie vini propter peri-
culum effusionis, & quia sub specie panis ac-
cipitur quodammodo sanguis, in quantum
ibi continetur, quia sub utraque specie est
totus Christus, tamen aliter & aliter, quia
sub specie panis est vera caro Christi virtu-
te sacramenti, cætera vero sunt ibi per con-
comitantiam: & eodem modo sub specie
vini est sanguis Christi ex vi sacramenti cæ-
tera vero concomitative: & ibidem dicit,
quod sacramentum eucharistiæ non solum
proficit sacerdoti sumenti, sed etiam toti

Nicolaus de
Lyra.

ANNO
CHRISTI
1493.

ecclesie & illis qui sunt in purgatorio. Cuius ratio est, quia eucharistia non est tantum sacramentum, sed etiam est sacrificium ecclesie, in quantum continet Christum passum, & ideo proficit omnibus fidelibus: Si sumatur alio modo, sicut a laico tunc proficit sibi soli fumentum, quia officium eius non est offerre sacrificium, sed tantum sumere sacramentum. Et super illud apostoli 1. ad Cor. 11. *Probet autem se ipsum homo*, dicit idem: Hic fit mentio de duplici specie, nam in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus, sed propter periculum effusionis sanguinis modo datur tantum sub specie panis. Sacerdos tamen celebrans accipit sub utraque specie, non tantum pro se, sed pro aliis. Hec ille.

Petrus de Palude 9.

Item dominus Petrus de Palude, patriarcha Hierosolymitanus, doctor utique magni ingenii & profundae scientiae & sanctae & devotae vitae in 4. sententiarum distinctione 11. sic dicit: Secunda conclusio est, quod non debet sub utraque specie dari populo, sed solum sub specie panis propter periculum effusionis, sicut olim offerentes edebant de sacrificiis & oblationibus quae erant in materia solida; sed soli ministri de libaminibus, quae erant in materia liquida. Graeci tamen communicant carni & sanguini, & in quibusdam ecclesiis est consuetudo quod communicent sub utraque specie. nec est peccatum, quia quando mos errat, crimen non erat, & ita caute in illis ecclesiis sive monasteriis faciunt, quod nihil effundant; sed si vulgo indifferentes darentur, esset majus periculum. Item Scotus, qui praeter altitudine & subtilitate doctrinae antonomastice nomen doctoris subtilis in scholis obtinuit, in 4. sententiarum distinctio 8. in 1. quaestione. Utrum sacramentum a non jejunis possit recipi, dicit in summa, quod sacerdos post consecrationem hujus sacramenti rigidissimum habet mandatum ecclesiae ad hoc ut percipiat utrumque, laicus autem non habet aliquod mandatum ecclesiae ad hoc ut percipiat utrumque, ergo non est necessarius, Hec ille.

Thomas de Argentina

Item Thomas de Argentina doctor valde profundus & magnae auctoritatis in scholis, supra 4. dist. 8. dicit: Sicut sacerdos in die parateves celebrando non debet uti vino consecrato ex statuto ecclesiae, sed sola hostia reservata in praecedente die, nec obligatur ad consecrandum & sumendum sanguinem sub specie vini tali die, sic nec laica persona post communionem corporis Christi tenetur ad sumptionem sanguinis, sed potest sumere vinum non consecratum. Hec ille; & idem in alia quaestione dicit: Licet in passione domini sanguis fuerit separatus a corpore usque ad horam qua surrexit a mortuis. Et si in medio tempore fuisset consecratum corpus Christi, fuisset corpus sine sanguine, & si calix fuisset consecratus, sanguis fuisset sine corpore, & post resurrectionem sanguis est unitus corpori, & in sempiternum sic manebit, & propter hanc unionem realem sanguinis & corporis Christi sub utraque specie panis & vini, recipiens habet totum corpus Christi & totum sanguinem. Ideo communi populo; secundum consuetudinem Romanae ecclesiae, veritas corporis & sanguinis Christi datur sub specie pa-

nis tantum, & hoc propter periculum de stillatione sanguinis, quod posset accidere si sub specie vini rudi & impetuoso populo traderetur sacramentum. Et consequenter arguit pro utraque specie sic: Sanguis per modum potus solum datur sub specie vini: igitur cuilibet Christiano sanguis Christi debet dari sub specie vini, ne privetur vita spirituali: Respondetur: Cui datur corpus Christi, illi datur spiritualis perfectio per modum cibi & potus, quantum ad rem significatam, licet non quoad speciem significantem. Et consequenter arguit: Omnis ordinata refectio de communi lege, & sine miraculo, datur per modum cibi & potus: Respondetur, quod qui digne recipit corpus Christi sub specie panis, vere manducat ejus carnem & bibit ejus sanguinem, quamvis hoc non fiat ita sub proprio signo expresso, sicut si reciperet illud sub speciebus vini. Nam Christus sub speciebus panis est animae spiritualis cibus & potus. Hec ille. Item ibidem arguit sic: Si sub speciebus panis haberetur sanguis Christi, tunc in vanum iterum sacerdos consecraret sanguinem calicis. Consequentia tenet, quia frustra ordinatur alius actus ad habendum quod de facto habetur realiter. Respondetur, quod ideo distinctim & divisim debet fieri consecratio sanguinis, ut expresse significetur quod in Christi passione sanguis per effusionem fuerit separatus a corpore. Ergo quamvis sanguis Christi concomitanter sit sub speciebus panis, sub quibus corpus est unitum sanguini ex vi sacramenti, propter tamen dictam significationem idem sanguis ex vi sacramenti est sub speciebus vini, & corpus concomitanter. Et ideo non est frustra, quia ille actus qui ordinatur ad sanguinem, est alius ex vi verborum sacramenti panis. Hec ille. Ad idem est Hugo primus postillator totius Biblicae, similiter Gorra, & pene quotquot scripserunt super evangelia, aut super sententias. Item quidam doctor Anglicus solennis & valde profundus, Dicitur Fiscare, super 4. dist. 11. ita dicit:

Queritur, inquit, quare non datur populo corpus Christi sub speciebus vini sicut sub specie panis, vel simul sub utraque? Responso: Multiplex assignatur ratio: Una, quam tangit Julius papa de consecratione dist. 2. Alia est propter periculum, facilius enim elaboratur gutta quam hostia. Tertia, quia in lege & in sacrificiis offeruntur libamina, de libamine autem nihil habebant offerentes, sed tantum sacerdotes, licet de sacrificio haberent. Et ideo ut innotescat congrua veritatis significatio de sacrificio, scilicet de corpore Christi sub specie panis, datur populo, sed sub specie libaminis, non. Hec ille. Quid plura? longum esset omnes doctores theologos hoc in loco enumerare, & uniuscujusque propria sententiam in hac nostra materia replicare.

Sed jam ad doctores juris canonici accedamus quorum sententias breviter perstringemus. Ecce glossa ordinaria distinctione 2. de consecratione cap. Presbyter, super verbo, Eucharistiam semper habeat paratam: ita Cap. 39. dicit: Sanguinem non precipit servare, quia opus esset nimia cautela in eo servando. Item eadem glossa de eodem 3. cap. Comperimus.

ANNO
CHRISTI
1493.

Petrus de Palude 9.

Doctores juris canonici.

ANNO CHRISTI 1432. Cap. 11.

ANNO CHRISTI 1432.

mus, super verbo, Aut integra, dicit: Et hoc intellige de conscientie. Nam infirmus vel fatus est necessitate sine vino corpus sumere potest. Ad quod confirmandum adducit dicta glossa tres solemnes doctores & antiquos, videlicet Hugolinum, Laurentium, & Joannem, ut patet ibidem. Item Archidiaconus in eadem dist. cap. Presbyter, addit ad glossam parallelatam, dicens: Addero præterea non opus est, quia ubi est corpus, ibi est sanguis, Item idem Archidiaconus in capite, Comperimus, hanc materiam ex dictis Petri de Tarenasfa, hoc modo declarat: Dicit ad hunc jus declarationem quod in hujusmodi sacramento est ratio signi & ratio causæ; significatio pertinet ad sapientiam, sed causalitas ad præteritiam. Quia ergo gratia communiter omnibus necessaria est, sed non sic satisfactio, efficaciam vero æqualis est sub utraque, sed non significatio, ideo omnibus traditur sub altera specie, in qua potest tradi cum reverentia & cautela majori. A majoribus vero tantum, id est, presbyteris, & ministris sumitur sub utraque specie. Hinc Archidiaconus. Ad idem est Joannes in summa confessorum, & Hostiensis in summa sua. Item Rudolphus in pastorali novello in metris de hac eadem materia loquens, ita dicit:

Hic & ubi cautela fit hæc, ne presbyter agris Aut sanis tribuas laicis de sanguine Christi Nam fundi leviter possent, simplexque potaret Quod non sub specie esset Jesus totus utraque. Sed fecit hic aliter novitatem gratia mater.

Attendant igitur quomodo oppositum hujus veritatis tenentes, & libera ratione dijudicent, quæ pars habeat doctores ex proposito & intentione in materia loquentes potiores in conditionibus superius enumeratis, in quadam suppositione generali: Comparabitur quidam Jacobellus, primus universalis consuetudinis ecclesiæ effractor, & primus hujus novitatis in regno Bohemis inventor, in perpicuitate ingenii, in exercitatione studii, in humilitate iudicii, in immunitate vitii & passionis, in sanctitate vite, in revelationibus & inspirationibus divinis, in intellectu divinarum scripturarum, in perceptione divinæ voluntatis, in cognitione veri, præfatis tot & tantis sanctissimis & profundissimis doctoribus, in quorum doctrina & vita fulget ecclesiæ ut Sol & Luna: Ubi quomodo præfati Jacobelli miracula vite sanctitatem testantur? Ubi gradus magistralis seu doctoralis, vel potius scripta & opera sufficientiam doctrinæ suæ declarant? Mira res utique & non mira. Non mirum quidem quod unus homo detur in reprobum sensum, sed mirandum quod post se trahat innumeram multitudinem fidelium; mirandum utique & dolendum, quod tam gloriosum & notabile regnum, derelicta universalis ecclesiæ consuetudine, unius hominis novitate sequi voluerit. Ecce tot doctores, tam sanctissimos in vita, & tam in doctrina & scientia divinarum scripturarum profundissimos, qui ex proposito & ex intentione atque in propriis terminis sole clarior nostram declarant & determinant sententiam, adduxi, & adduco in medium; det mihi magister Joannes, sive pars adversa, a tempore quo

Christus hoc instituit sacramentum, usque in presentem diem, unum doctorem fidelem & catholicum, qui ex proposito & ex intentione moverit in libris, aut scriptis, sive in dictis suis, hanc questionem in forma sive in sententia: Utrum in communione laica utraque species panis scilicet & vini sit de necessitate salutis, & de præcepto Christi: & qui determinet pro parte adversa, contra tot, tantos, & tam sanctissimos viros, & in divinis scripturis doctores profundissimos, in loco præfati per me adductos, & offero me ad subeundam omnem penitentiam & poenam corporalem distandam & inferendam per hoc sacrosanctum generale concilium in Spiritu Sancto legitime congregatum. Nec apud partem adversariam dicti sancti doctores per me hic inducti pro præfati, & quorum libri hic in oculis omnium fuerunt revoluti, possunt aut debent haberi suspecti quoquo modo, cum omnes per longa annorum spatia hanc novitatem præcesserint, alii pene per ducentos annos, imo per plures, ut Innocentius. Alii fere per ducentos, ut Alexander de Ales, Albertus Magnus, sanctus doctor Bonaventura. Alii per centum quinquaginta, & alii per centum, & nullus est qui ad minus non præcesserit per quinquaginta annos, quorum utique vita & doctrina etiam in regno inclyto Bohemis, & in universitate Pragensi ante hoc disturbium claruit, & in magna veneratione habiti sunt.

Sexto principaliter prædicta veritas rationibus quibusdam persuaderi videtur, ex suppositione fidei ecclesiæ & doctrinæ sanctorum. Et primo sit prima ratio: Omnis substantia habens omnem perfectionem & virtutem sub uno accidente, sicut sub pluribus, & nihil perfectionis aut virtutis sive effectus ab accidentibus capiens, dum talis substantia sub uno accidente accipitur non est necesse quod sub pluribus capiatur, sine Christi præcepto vel statuto ecclesiæ. Sed Christus est substantia omnem perfectionem & virtutem habens, & continens sub uno accidente, id est, sub specie panis vel etiam sub specie vini; igitur si accipitur sub uno accidente scilicet panis, non est necesse quod capiatur sub pluribus, nisi obstaret Christi præceptum vel ecclesiæ statutum. Major patet per illud octavi physycorum, ubi dicitur quod peccatum est fieri per plura, quod competenter potest fieri per pauciora. Nec hoc etiam est de præcepto Christi, nec pro nunc de statuto ecclesiæ. Minor etiam patet, quia si Christus non haberet omnem perfectionem sub uno accidente sicut sub alio, tunc Christus sub uno accidente non esset perfectus, & quod ab accidentibus aliquam acquireret perfectionem, quod nullus sanæ mentis dixerit.

Secunda ratio: si sacerdotibus quandoque congruit communicare sub una specie tantum, sine peccato, tunc a fortiori laicis. Sed de facto sacerdotibus in sexta feria parasceve ex statuto ecclesiæ congruit, sicut præmittitur, communicare; igitur & laicis. Consequentia tenet per regulam topicam, Si illud quod minus videtur inesse, & inest, tunc & illud quod magis. Statuit autem Innocentius papa eucharistiam a die coenæ reservari sub specie panis pro fidelibus communicandis, & ad implendum officium sequentis diei, in quo

Probat hanc veritatem rationibus. Prima

Secunda

sa-

ANNO
CHRISTII
1482ANNO
CHRISTII
1482

facramentum non conficitur. Ratio autem a do-
doctrinis assignatur, quia in praedicta sexta fe-
ria sanguis fuit effusus de corpore domini, &
divisus a corpore realiter, unde non oportet
illa die qua ex se rerum toto officio praedictam
divisionem commemorat, per huiusmodi spe-
cies visibiles designari. Quapropter & eadem
die sacerdos sumit sacramentum transubstantio
sub specie panis ad refectionem potius in per-
sona totius ecclesiae, quam ad significationem.
Item quia sicut in veteri lege in secundo ta-
bernaculo, quod dicebatur sancta sanctorum,
semel in anno solus pontifex intrabat, non
sine sanguine, quem offerret pro sua & po-
puli ignorantia, ut ait apostolus ad Hebraeos
5, sic ad ostendendum quod ea die solus noster
summus sacerdos dominus Iesus Christus in-
travit per proprium sanguinem, de quo apo-
stolus ibidem: *Christus autem assistens ponti-
fex futurorum honorum, per amplius & perfe-
ctius tabernaculum, non mansuetum, id est,
non huius creationis, neque per sanguinem hin-
corum aut vitulorum, sed per proprium sangui-
nem introivit semel in sanctis, aeterna redem-
ptione inventa: nullus ea die celebrat.* Unde
Rabanus de institutione clericorum cap. 67.
In hac die sacramenta penitus non celebran-
tur, sed eucharistiam in cuncta domini con-
secrationem, peracto officio lectionum & ora-
tionum, & sancta crucis salutatione resumunt.

Tertio.

Tertia ratio: Si praedicta communicatio lai-
ca sub utraque specie esset de necessitate su-
luta sequeretur quod omnes sacerdotes & lai-
ci a tempore quo huiusmodi communicatio
sub una specie ortum habuit, peccassent mor-
taliter, & per consequens quod essent dam-
nati. Quod est error manifestus, quia sic
sanctus Ambrosius, Hilarius, Hieronymus,
Augustinus, Gregorius, & alii innumeri san-
ctissimi patres essent damnati: quod pia au-
res exaudire perhorrescunt. Assumptum pro-
batur: primo de sacerdotibus quidem, quia
obligabantur populo ministrare hoc sacramen-
tum sub utraque specie, ex divino praeccepto,
& hoc facere neglexerunt, imo facere no-
luerunt, & sic populum privaverunt iure suo
quod habuit in tali sacramenti perceptione,
& impederunt salutem ipsorum. Quod non
potuerunt sine gravi & mortali peccato face-
re. Si enim spoliare honore, aut rebus, aut
iure quod habet in aliqua possessione, esset
peccatum mortale, quanto magis spoliare quem-
quam salute & iure suo in perceptione tan-
tae rei? Item non solum sacerdotes non mi-
nistrabant aut subtrahebant populo tantum sa-
cramentum, sed etiam docebant populum quod
licitum esset sic sub una sola specie commu-
nicare, nec timebantur aliter. Et in hac sup-
posita adversariorum opinione pro veritate do-
cebant errorem contra divinam legem, & fa-
ciebant sibi gregem commissum in tam ma-
gnis & arduis rebus periculosissime errare,
quod unquam facere non poterant sine gravis-
simo peccato mortali: Sicut si praelatus do-
ceret gregem sibi commissum quod fornicari
esset licitum, aut se ipsum propria auctori-
tate indifferenter vindicare, & similia, quae
omnino erronea sunt. Similiter laici, si fuis-
sent obligati ad utramque speciem, peccassent
mortaliter non faciendo diligentiam, nec pe-
tendo id quod sibi ad salutem compete-
bat. Sicut non excusatur laicus si non sit bap-
tizatus, nec petit baptizari, quia quilibet te-
netur diligentiam facere ad habendum id sine
quo salvari non potest. Consequentia patet
similiter. Omnis enim qui peccat mortaliter,
nec saltem in extremis positus contritum &
confessum, is profecto inter damnatos com-
putatur.

Manifestum est autem, quod a multis cen-
tens annis a quibus praedicta communio sub
una specie introducta est, nullus sanctorum
sacerdotum sic laicis ministrantium, sive et-
iam ipsi laici sic accipientes, contriti sunt aut
confessi de huiusmodi ritu, quasi peccassent
mortaliter, & sic omnes essent damnati, &
per consequens omnes patres nostri, & Bo-
hemorum, & qui nos & eos in regno Bo-
hemis praecesserunt, essent damnati & aeter-
nus ignibus & poenis deputati, quod nec ipsi,
nec aliquis sanae mentis assereret. Et sic ul-
terius pro huiusmodi & taliter defunctis non
esset orandum, nec alia suffragia essent pro
eisdem facienda, & per consequens praedictam
communione sub utraque specie adherentes
pro parentibus eorum orare non deberent,
nec aliqua alia pietatis opera exercere, quod
credo non solum apud nos catholicos, sed
etiam apud ipsos adversarios impium esset as-
serere, & audire. Nec sufficit dicere, quod
praedecessores salvati sunt per unam speciem,
quia notitiam scripturarum non habuerunt,
sed iam ex quo scripturae aperte sunt & re-
velatae, non sufficit sub una specie tantum,
sed sub duabus communicare, quia nullus
excusatur per ignorantiam alicuius quod de
necessitate scire debetur, & specialiter, cum
ea quae credenda sunt explicite, expresse in
sacra scriptura sunt posita, *ignorans enim igno-
rabitur.* Et sequeretur quod eadem de causa
omnes pagani & infideles essent salvandi: pa-
tet, quia ignorant baptismum esse de neces-
sitate salutis, mandata Dei, articulos fidei,
sacramenta & alia quae in ecclesia sunt de ne-
cessitate salutis, & dicuntur esse. Item omnes
persequentes & obidentes Christianos, pro-
pter nomen Christi, putantes se obsequium
praestare Deo, essent immunes a peccato,
quia propter ignorantiam putant se bene fa-
cere, de quorum numero quandoque fuit Pau-
lus apostolus, qui de seipso ait 1. ad Timo-
theum 1. *Qui prius blasphemus fui & persequi-
tor & contumeliosus, sed misericordiam Dei
consecutus sum, quia ignorans feci in increduli-
tate.* Ubi manifeste dicit se fuisse blasphemum
& contumeliosum, licet ignoranter fecerit,
& nisi fuisset misericordiam consecutus, uti-
que ignorantia non excusasset eum. Simili-
ter si praelatus doceret populum suum, quod
Christus non esset Deus, sed pura creatura,
& populus crederet, sic certe non excusare-
tur a gravi peccato: sic etiam ignorans for-
nicationem esse prohibitam lege divina, non
propter hoc, si fornicatur, excusatur a pec-
cato mortali. Ad confirmationem huius fa-
cit illud evangelii: *Si caecus caeco duxatum praes-
bet, ambo in fossam cadunt.* Oportet ergo eos
de necessitate scire, aut quod patres & an-
tecessores eorum in regno Bohemiae, qui fue-
runt per multa centena annorum ante ipsos,
cum ignorantia non excuset eos, damnatos
esse, aut quod ipsi harum novitatum inven-
tores erant, & per consequens damnentur, si
pernaciter agant.

Et

ANNO
CHRISTI
1611ANNO
CHRISTI
1611

Et præterea scripturæ, de quibus adversarii gloriantur se noviter intellexisse, ante multa centena sanorum a sanctis patribus sensum Christi, secundum apostolum, habentibus in se, lecta & optime exposita atque intellecta fuerunt, nec non & optimo fundamento stabilita. & per singula studia affirmata & approbata, qui si necessitatem huiusmodi communicationis sub utraque specie in his scripturis cognovissent, utique statuto ecclesiæ fuisset huiusmodi communicatio assignata, cuius oppositum apparet manifeste. Non enim verisimile est tam sanctissimos viros & sapientes, atque totam ecclesiam, per tam grande sanorum spatium, tam damnabiliter errasse, & hodie in errore persistere, cum ipsa a Spiritu sancto regatur, qui eam non sinit errare, in his potissime, quæ necessaria sunt ad salutem, ut infra manifestissimis testimoniis approbatur. Præterea si prædicta communio sub utraque specie fuisse sub præcepto, sequeretur quod Deus præcepisset aliquid impossibile aliquibus: consequens falsum, quia derogat divinæ pietati: unde Hieronymus excommunicat, imo verius excommunicatos denuntiat in quadam epistola, omnes qui dicunt Deum aliquid impossibile præcepisse: consequentia tamen patet, quia multi homines sunt qui naturaliter nec bibere, nec odorari vinum possunt, & per consequens nec sub speciebus vini possent communicare. Si ergo antecedens esset verum, sequeretur, quod omnes huiusmodi essent in statu damnationis, quod nullo modo est dicendum, quia propter inexistentiam a natura nullus est vituperandus, ut dicit Aristoteles in ethicis. Idem etiam accidit de multis infirmis, qui sub una, vel sub alia specie eucharistiam sumentes, ipsam deglutire non possunt, & si deglutiant, tamen retinere non possunt, sed potius evomunt. Unde aut impie aut improvide Christus suum corpus & sanguinem sub duplici specie sumendum præcepisset. Impie quidem, quia multi contra naturam & sine causa damnerentur; improvide autem, si nescivisset huiusmodi casibus providere, quod de omnisciente & Sapientia Patris nullo modo est suspicandum. Item ad solos sacerdotes pertinet offerre sacrificium, secundum illud ad Hebræos 8. *Omnis enim portus ad offerenda munera & hostias constituitur.* Sed vinum & sanguis nunquam offerebatur nisi in sacrificio per manus sacerdotum in lege veteri, ergo ratione correspondentia figuræ ad figuratum, nec in nova lege debet offerri vinum, quod sanguinem repræsentat, nisi in sacrificio per sacerdotes.

Item Augustinus in libro qui inscribitur contra epistolam Manichæi, quam vocant Fundamentum. Id autem scientia & voce secunda est asserere, quod in gubernatione ecclesiæ Dei salvatoris nostri Jesu Christi universalis ecclesiæ consensione roboratum est. Cum igitur communio sub una specie consensione universalis ecclesiæ roborata sit, ut patet de superius inductis, scientia utque & voce illam asserere & tenere securum est, & oppositum omnimode insegurum. Item beatus Hieronymus scribens symbolum fidei ad Damasum papam, ita loquitur: & habetur 14. quæst. 1. *Hæc est fides, papa beatissime, quam in catholica ecclesia didicimus, quamque sem-*

per tenuimus & tenemus, in qua si minus perire aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus a te, qui Petri fidem & sedem tenes. Si autem hæc nostra confessio apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, te imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, sed hereticum comprobabit. Item idem gloriosissimus Hieronymus eidem & causâ & quæstione, capite, Quomodo vetusto; loquens ad Romanum pontificem dicit: Ego nullum prævium nisi Christum sequens, beatitudini tue, id est, cathedræ Petri, communionem confocior: supra illam petram ædificatam ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe arca non fuerit, peribit regnante diluvio. Et in fine capituli subdit: Non novi Vitalem, Meletium respuo, ignoro Paulinum. Quicumque tecum non colligit, spargit. Qui Christi non est, antichristi est. Ex prædictis gloriosissimi Hieronymi auctoritatibus bene pensatis & intellectis concludat ratio uniuscuiusque quid sequatur.

Postremo licet prædicta sufficiant ad prædictam communionem veraciter confirmandam & communicandam, & specialiter ecclesiæ consuetudo, atque factorum conciliorum, quæ errare non possunt, statutum & ordinatio: nihilominus ad maiorem veritatis manifestationem & ad convincendum contumaces, motiva aliqua ex plurimis, quibus sancta mater ecclesiæ hunc ritum introduxit, bene & laudabiliter continuavit, hodieque continuat, & observat, sunt inducenda. Et primum quidem est, ut evitetur periculum distillationis & effusionis sanguinis domini nostri Jesu Christi, quem tractare est valde periculosum, propter specierum naturalem fluxibilitatem, quæ possent effundi de facili, præsertim cum in multitudine frequenter fiat prestura, & multi sæpe ad communionem veniant homines tremuli, barbati, infirmi & parvuli, circa quorum sacramenti sumptionem multa possent & gravia pericula imminere, & per consequens peccata, quæ non de facili possent evitari.

Quale autem sit peccatum effusionis & distillationis sanguinis domini nostri Jesu Christi, ostendit Augustinus lib. 5. homil. 16. & habetur 1. quæst. 1. Interrogo vos fratres, dicite mihi, quid plus esse videatur vobis, verbum Dei, an corpus Christi? Si vultis vere respondere, hoc utique dicere debemus, quod non sit minus verbum Dei, quam corpus Christi: & ideo quanta sollicitudine observamus, quando nobis corpus Christi datur, ut nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta sollicitudine observemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat, quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit. Ecce quod Augustinus dicit, quod reus erit, qui sua negligentia corpus Christi in terram cadere permittit, & non minus qui verbum Dei negligenter audierit, reus autem est quilibet, qui in gravibus peccatis delinquit; quapropter & sacerdos qui per negligentiam

Motiva quæ
ad confirmandam
& communicandam
ecclesiæ consuetudinem
& factorum conciliorum
continuantur

Cap. 91.

ANNO
CHRISTI
1653.

Cap. 17.

gentiam guttam sanguinis Christi super terram aut pallam fundit, debet ponitum quadraginta diebus, & palla comburi, & lapis radi, & terra lambi, & in sacrarium reponi, ut dicitur de consecratione dist. 2. Si per negligentiam aliquid de sanguine domini stillaverit in terram, lingua lambetur, tabula radetur. Si vero non fuerit tabula, ut non conculcetur locus, corraderetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur, & sacerdos quadraginta diebus poeniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat ministri stillam, & tribus diebus poeniteat, &c. Hac autem tam dura poenitentia non imponeretur sacerdoti, si non esset valde grave peccatum. Si ergo per negligentiam cadente sanguine terra lambi, & tabula radi debet, & post ad ignem projici rasura ut comburatur: quanto magis pepla mulierum, & barbe virorum Christi sanguine madidatæ deberent comburi, eo quod ex proposito & sine necessitate, ac irreverenter sic Christi sanguine perfunduntur? Si etiam sacerdos qui sic negligens repertus fuerit, tam dure puniendus est, ut per quadraginta dies poeniteat, quanto magis personæ laicæ puniendæ sunt? & si non magis aut æque, nihilo minus graviter puniendæ venient pro hujusmodi excessibus, & irreverentiis commissis, quam utique punitionem & poenitentiam cum magna difficultate laici facere possent, & utique absque causa & necessitate. Cavendum ergo fuit ecclesiæ, & summa diligentia procurandum, ut radius populus non exponeretur gratis tam gravibus periculis peccatorum & poenarum. Ex quo decreto Pii papæ, manifestissimo signo conjecturari potest, quod consuetudo unius speciei est antiquissima. Nam hic Pius papa fertur fuisse decimus post beatum Petrum pontifex in ecclesia Romana, ut refert Augustinus in epistola ad Generosum, & sedit in cathedra Petri circa annum domini centesimum quinquagesimum tertium, qui absque dubio si fuisset tempore suo consuetudo utriusque speciei, ita bene providisset circa effusionem sanguinis, quæ contingeret aut posset contingere in sumptione laicorum, sicut providit circa pericula, quæ non contingunt in ministracione ministrorum sive sacerdotum: imo amplius & diligentius, in quantum laici, marres & femine, senes & juvenes, infirmi, & alii sunt minus cauti, & minus circumspetti atque discreti in tractando divina mysteria, quam sint ministri ad hoc specialiter deputati.

Cap. 18.

Aut igitur adversarii producant tam antiquum decretum, quod sciunt provisionem circa hujusmodi pericula laicorum facere, quod non facient in æternum, aut fateantur nobiscum antiquitatem consuetudinis unius speciei, ex hoc decreto provisionem faciente in periculis contingentibus circa effusionem sanguinis per ministros, sicut etiam fit in alio decreto ex concilio Aurelianensium de custodia corporis Christi, nulla facta mentione de sanguine, aut de specie vini, & habetur de consecratione distinctione 2. capit. Qui bene: ubi ita concilium determinat: Qui bene non curaverit sacrificium, & mus vel aliud aliud animal comederit, quadraginta diebus poeniteat. Ex quo decreto similiter patet, quod sola hostia sive eucharistia ser-

vabatur sine sanguine: Qui autem perdidit illud in ecclesia, aut pars ceciderit & inventa fuerit, triginta dies poeniteat. Ex quo decreto similiter patet, quod sola hostia sive eucharistia servabatur sine sanguine quia indubitanter, si sanguis fuisset præceptus servari, multo major cautela fuisset adhibita in custodiam illius, quam in custodiam hostiæ, cum sit majoris periculi ad custodiendum. Quocirca sanctus doctor tertia parte summæ suæ dicit, quod circa usum hujus sacramenti duo possunt considerari, unum ex parte ipsius sacramenti, aliud ex parte sumentium. Ex parte sacramenti, convenit quod utrumque sumatur, scilicet corpus & sanguis, quia in utroque consistit perfectio sacramenti. Et quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare & perficere, nullo modo debet corpus Christi sumere sine sanguine. Ex parte autem sumentium requiritur summa reverentia & cautela, ne aliquid accidat quod vergat in injuriam, aut in irreverentiam tanti mysterii, quod præcipue posset accidere in sanguinis sumptione, qui quidem si incaute sumeretur, de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi Christiani, in qua continentur senes, & juvenes, & parvuli, quorum quidam non sunt tantæ discretionis, ut cautelam debitam circa usum hujus sacramenti adhiberent, ideo provide in quibusdam ecclesiis observatur, ut sanguis sumendus non detur populo, sed solum a sacerdote sumatur.

Secundum, propter infirmos, pro quibus deberet sanguis sub speciebus vini in sacrario reservari, circa quem multa horribilia posset contingere. Nam de facili congelaretur, vel in acetum transmutaretur, & ita corrumperetur sacramentum, & sic acetum purum pro sanguine Christi daretur fidelibus, & sic de facili idololatria committeretur: in æstate etiam de facili vermes aut musculæ in eo orientur, etiam quantumcumque vas clausum custodiretur, unde fieret abominabile sumentibus ad bibendum, & multa alia quæ non possunt exprimi. Similiter in portando ad infirmos ad longum spatium sanguinem, multa posset occurrere pericula & intervenire, sive eques sacerdos ipsum portaret, sive pedes, ut tempore pluviarum, glaciæ, & multis aliis modis.

Tertium propter vitare errores, ne videlicet populus communis, qui tantum judicat secundum sensum, credat Christum non esse totum sub una specie, sicut multi hæreticorum, ut Nestorius & Pelagius, & eos sequentes astruxerunt. Nestorius enim sic sub utraque specie ministravit: existimans quod sub specie panis esset tantummodo corpus Christi sine sanguine, & sub specie vini sanguis sine corpore, quia sic in parasceve sanguis fuit divisus a corpore, & e converso; quod omnino falsum est & hæreticum; quia licet in parasceve ita fuerit, & sic in hoc sacramento, si eadem die fuisset celebratum, sic fuisset ut asserit, propter mortem, qua & anima & sanguis separabantur ab invicem, & a corpore, non tamen nunc ita est, quia Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, & per consequens, nec sanguis ab ipsius corpore separatur. Pelagius vero & ipsius sequaces dicitur sal-

ANNO
CHRISTI
1653.Secundum
modum.Tertium
modum.

Rom. 6.

sal-

ANNO CHRISTI 1493

salvatoris innoxentes: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, etc. dederunt laicis sub utraque specie, & etiam parvulis statim post baptismum: & si speciem panis sacramentalem non possent sumere, dicebant quod debebat conterri cum sanguine, & sic infundi in ora puerorum; & si fortasse quippiam eiecissent, dicebant illud esse comburendum, innoxentes illi scripturam Exod. 12. *Si quid residuum fuerit, comburetis*. Multi etiam ita extensive hanc textum acceperunt, ut ultra Pelagianos non solum ministrarent vivis utramque speciem, sed etiam defunctis, ut refert venerabilis Beda in homilia super Matthæi 26. capite.

Datur ergo non conscientibus sub una specie, ut evitentur prædicti errores, ut videlicet Christus non credatur in hoc sacramento divisus secundum divisionem specierum, sed quod sub altera totus sit & ineger, contra id quod Nestorius asserbat; & ne credatur illud dictum Christi necessitatem inducere absolutam, ut Pelagius asseruit, ita ut etiam pueris usu rationis carentibus, & aliis amentibus dari deberet, & ministrari, ne forte eis sub diversis speciebus alius & alius Christus crederetur, præcipueque apud illos qui intelligere nequeunt, idem corpus per divinum miraculum sub alienis dimensionibus posse in diversis locis contineri.

Quartum, ut veritas umbræ & figuræ corresponderet. In veteri enim lege, de libaminibus, per que sanguis Christi præfigurabatur, nihil fumebant laici, sed soli sacerdotes, ut prædictum est. Quintum, propter honorem & dignitatem sacerdotalis officii: dignum enim & iustum est, ut characterem & dignitatem sacerdotalem & officium quibus a communi populo distinguuntur, etiam non quantum ad rem & effectum cæteris paribus, in signis tamen dum ministrant & celebrant hoc sacramentum, a cæteris distinguantur, & quadam extrinseca in mysterii hujus oblationis dignitate resurgant.

Unde quidam doctor dictus Albertus de Padua, in quadam sua quadragesimali homilia in D. cœna domini, ait: *Congruit etiam inter ministros ecclesiæ & populum esse differentiam, & ideo populo sufficit esse de corpore Christi: sed ministros oportet esse quasi animam corporis, dirigendo populum subditum, ideo illi corpus tantum, isti etiam sanguinem, in quo est anima, sumant. Ne etiam crederetur virtus hujus sacramenti æque principaliter consistere in sumptione & consecratione. Si enim laici ad utramque speciem admitterentur æqualiter sacerdotibus, & sub utraque specie communicarent, facile, crescente temeritate & malitia hominum, laici fortasse & mulierculæ possent præsumere aliquid non solum sic sumendum, sed etiam concipiendum, quod quam detestabilis & damnabilis error esset, nullus sanæ mentis dubitat.*

Finaliter ecclesiæ debuit cessante causa tollerere & amovere effectum. Cum enim eucharistia sacramentum etiam secundum virtutem nominis, sit sacramentum caritatis, que sola celat & operit multitudinem peccatorum, 1. Petri 4. in primitiva autem ecclesiâ, laicorum caritas effluerat in tantum, quod pro Christiano nomine stitabant, sicut fuit *Concil. Generali. Tom. XXIX.*

cervus ad aquæ fluvium, effundere sanguinem proprium; & hoc principaliter ex triplici causa. Primo ex vicissitudine amoris, ad quam invitabat apostolus dicens: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu*. Secundo ex recompensatione satisfactionis, prout beatus Petrus hortabatur fideles, dicens: *Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini*. Tertio propter exemplum apostolorum quos videbant ultro se passionibus ingerere atque persecutionibus, de quibus dicitur actorum 5. *Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati*: in cujus fervoris signum Christo eos ad passionem invitanti, secundum beatum Hieronymum, *potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* efficaciter responderunt, *posumus, ex fervore martyrii*.

His itaque & aliis de causis illa sacra primitivæ ecclesiæ non solum clericorum, sed etiam laicorum caritas, ita eos ad passionem martyrii animabat, ut alter alteram certaret prævenire, decantans cum Propheta: *Quod retribuat domino pro omnibus que retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini invocabo*. Tunc etenim qui episcopatum desiderabat, non aliud quam martyrium optabat, secundum Gregorium in pastoralibus: ad quam intentionem dicebat apostolus: *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*. Tali igitur devotione & caritate in sanctis laicis existentibus, & persecutoribus omni momento & loco mortem intentantibus, tunc qualibet hora licebat laicis in provocationem & devotionem effundendi sanguinem proprium, bibere de calice altaris sanguinem Christi, & hac in causa & ad propositum loquebatur beatus Cyprianus epist. 37. de lapsis: *Et cum*

ad hoc fiat eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra adversarios volumus, munimento dominicæ securitatis armemus. Nam quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere. si eis ministraturus Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in ecclesiâ poculum domini jure communicationis admittimus?

Tunc igitur talis fervor caritatis erat singularis privilegii, apostolo attestante cap. 1. ad Philipp. *Vobis datum est pro Christo non solum ut in eo credatis, sed etiam ut pro illo pnamini*. & secundum Augustinum: Sicut nullus est melior in hac vita introitus quam per baptismum, sic nullus tutior exitus quam per martyrium, in quo sicut in baptismo omnia tolluntur peccata; in cujus mysterium super Christum primum baptizatum, & super Stephanum primum pro Christo lapidatum, cæli leguntur aperti. Cessante illo fervore caritatis & devotionis, & hoc singulari privilegio, quod erat martyrii desiderium, utique cessare debuit & debet hoc, quod in signum illius desiderii dabatur laicis.

Nec obstat, quod sacerdotes conscienties sumunt sanguinem, in eis deficiente illa caritate & devotione, de quibus prædictum est, quia non solum pro seipsis, sed pro tota ecclesiâ, in qua non est extincta caritas, nec in sempiternum existuntur, *Ded offerunt*

Quartum multorum.

Quintum.

Sermon. 4. f. 110. s. Martini in ordine 2. 4.

Sermon.

ANNO CHRISTI 1493

Psalm. 1.

1. Pet. 4.

Mart. 10.

Psalm. 115.

1. Tim. 4.

Iuxta edit. Pamelii epist. 34.

Augustinus.

ANNO CHRISTI 1613

ANNO CHRISTI 1613

sacrificium . Et etiam quia ad ipsos pertinet non solum ad efficaciam sumere , sed etiam ad significationem . Unde Nicolaus de Lyra super illud Joannis 6. *Nisi manducaveritis* , &c. dicit : Sacramentum eucharistiae non solum proficit sacerdoti sumenti , sed etiam toti ecclesiae , etiam illis qui sunt in purgatorio . Cujus ratio est , quia eucharistia non est tantum sacramentum , sed etiam sacrificium ecclesiae , in quantum continet Christum passum , & ideo proficit omnibus fidelibus . Si sumatur alio modo , ut a laico , tunc proficit sibi soli sumenti , quia officium ejus non est offerre sacrificium , sed tantum suscipere sacramentum . & quia etiam apostolus praeceptive dictum est . *Hoc facite in meam commemorationem* : per quae etiam verba in sacerdotes constituebantur , ut patebit . Ex his & aliis motivis . consuetudo & auctoritas ecclesiae obtinuit , ut non conscientibus tantummodo hoc sacramentum sub specie panis traderetur . Et haec de positione mea praesentis dicta sufficiant , ad laudem omnipotentis Dei , cui sit honor & gloria in saecula saeculorum . Amen .

M. Rocker 1613. Intelligens protestationem .

Expedita divino auxilio positione primae & secundae conclusionum propositarum pro veritate catholica , * postergata etiam tertia , quae ex dicendis dependet , accedo ad ultimam partem praesentis actus , videlicet ad respondendum objectis partis adversae . Et licet quamplurimum cogitaverim , quem ordinem in respondendo tenere deberem , an ordinem conclusionum mearum , vel suae positionis , tandem deliberavi potius inaequi positionem proponens , licet ordo doctrinae & materiae propositae exigeret oppositum . In qua respon- sione tenebo hunc modum , quia ea in quibus convenimus vel differimus , referam breviter , ut hoc venerabile auditorium percipiat tam convenientiam quam differentiam nostram . In primis igitur quod protestationem quam idem magister nomine omnium suorum proposuit in medium , videtur quod sit insufficientis . Primo quoad credulitatem fidei articulorum . Secundo quoad ecclesiam quam proferitur . Tertio quoad submissionem , qua dicunt se velle summitti correctioni in casu quo deficerent . Quia in praedictis locis solum stant in genere . circa quod latent equivocationes , ut dicit Aristoteles , non terminantes se ad aliquod certum particulare & determinatum . Nam dicunt se credere articulos fidei ad illum intellectum ad quem benedicta Trinitas & dominus Iesus praecipit & vult credi . Cum enim voluntas benedictissimae Trinitatis non innotescat hominibus , nisi per scripturas sanctas , quas contingit bene & male intelligi ; aut per ecclesiam , quam ipse dominus non sinit errare : vel per revelationem : cum nihil eorum expriment , patet quod insufficienter articulos fidei profiterentur . Similiter cum dicunt se credere sanctam ecclesiam per totum mundum diffusam , cum multiplex sit varietas in acceptione ecclesiae per totum mundum diffusa . Nam multi dicunt ecclesiam catholicam tantummodo constare ex praedestinatis , sive fidelibus , sive infidelibus , multi etiam dicunt eam constare ex fidelibus in gratia gratum faciente constitutis . Alii vero ex cunctis fidelibus , in unitate fidei , ritu sacramentorum , & praceptorum Dei existentibus dicunt con-

stare ecclesiam , cum ad nullam praedictarum acceptionum se determinent quoad credulitatem ecclesiae , patet quod protestatio eorum est insufficientis .

Deinde cum proprie ad ecclesiam , deviantes & errantes a fide & in moribus , pertinet corrigere , ad cuius iudicium quemlibet fratrem errantem dominus , tanquam ad inobliquabilem regulam , remisit , dicens : *Si re non auderis , dic ecclesiae : quod si ecclesiam non auderis , sit tibi sicut ethnicus & publicanus* . Matth. 18. patet , quod submissio ipsorum est in individuo vago , & in re instabili & incerta , & per consequens omnino protestatio eorum est insufficientis ; quia non submitunt

se alicui certo iudici . Secundo in declaratione terminorum in conclusione sua positorum , ponit trimembrem divisionem de communione corporis Christi , & dicit quod primo modo communicio corporis Christi dicitur societas sanctorum . & solum talium est unum corpus Christi mysticum , cuius caput est Christus . Secundo modo communicio significat sacramentum corporis & sanguinis Christi , per cuius sumptionem dignam homo ingeritur ad communionem primo modo acceptam . Tertio modo accipitur communicio pro congregatione omnium credentium in Christum , bonorum Christianorum simul & malorum , & haec est vulgaris acceptio communis & minus propria .

Circa primum membrum magister proponens intendit quod corpus Christi mysticum , quod est ecclesia , sit societas & ecclesia sanctorum , cuius caput est Christus , ex quo declaratur , quod ipse intelligat per ecclesiam solum congregationem fidelium in gratia constitutorum , ut patet etiam per declarationem suam , cum dicit , quod in hac communitate fidelium , de qua loquitur , talis & tanta est unio . quod quodlibet membrum omnium bonorum est particeps , nisi per peccatum mortale sit mortuum & abscessum .

In qua re quantum deviet a veritate , ostenditur ex duplici capite . Primo ex ratione capitis , quae ipsi Christo competit . Secundo ex ratione membrorum & corporis , secundum quod corpus ejus in hac vita peregrinatur . Ratione primi , scilicet ratione capitis , probatur sic : Propria ratio capitis accipienda est ex propria operatione eiusdem , maxima autem & propria operatio Christi hominis , secundum quam vere & proprie est caput ecclesiae , est salvare : a qua operatione tanquam sibi maxime propria , proprio vocabulo ac nomine nuncupari voluit , Iesus scilicet , quod idem est quod salvator , quod nomen sibi impositum ab aeterno , licet ab angelo fuerit pronuntiatum ex tempore , Luc. 1. *Et vocabis nomen eius Iesum* , & Matth. 1. quod vocatum est ab angelo prius quam in utero conciperetur . Cuius interpretationem & sensum ibidem angelus exprimens , postquam dixerat : *Et vocabis nomen eius Iesum* , subiunxit : *ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum* . Quorumcumque igitur ipse Christus & salvator erit , utique & caput . Ex quo ipsius propria operatio est salvare . *Sed ipse est salvator omnium hominum , & maxime fidelium* , ut ait apostolus secunda ad Timotheum capite 4. *Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris , non autem pro nostris tantum , sed etiam pro*

Conclusio ad. Rocker. talis de communicatione .

Christus quomodo a quo rum caput .

pro

ANNO
CHRISTI
1411.

Differencia
inter corpus
naturale &
mysticum.

pro totius mundi, ut dicitur prima Joannis A
cap. 2. ergo ipse Christus est caput omnium
hominum, & maxime fidelium, & non
tantum omnium nostrum, sed etiam totius
mundi.

Pro cuius declaratione sciendum est, quod
differentia est inter corpus naturale homi-
nis, & corpus ecclesie mysticum, ut dicit
doctor sanctus parte 3. quest. 8. articulo 3.
quia membra naturalia sunt omnia simul,
non sic autem ecclesie, neque quantum ad
esse naturae, cum constituitur ex omnibus
hominibus qui fuerunt a principio mundi,
usque ad finem ipsius, qui non sunt simul;
neque etiam quantum ad esse gratiae, quia
etiam eorum qui sunt in uno tempore, qui
dam caret gratia, eam postmodum habi-
turi, aliis iam habentibus. Sic igitur mem-
bra corporis mystici non solum accipiuntur
secundum quod actu sunt, sed etiam secun-
dum quod in potentia; quaedam autem in
potentia, quae nunquam ad actum reducuntur,
quaedam vero ad actum reducuntur
quandoque. Et hoc secundum triplicem gra-
dum, quorum unus est per fidem, secundus
per caritatem viae, tertius per fruitionem
patriae. Sic ergo dicendum est, quod acci-
piendo generaliter secundum totum tempus
mundi, Christus est caput omnium homi-
num: sed secundum diversos gradus, quia
primo & principaliter est caput eorum, qui
actu sibi per gloriam uniantur. Secun-
dario eorum, qui ei actu uniantur per
caritatem viae, tertio qui sibi uniantur
per fidem, quarto eorum qui uniantur
sibi solum in potentia nondum ad actum
reducti, quandoque tamen reducendi per
divinam praedestinationem. Quibus eor-
um qui sibi uniantur in potentia, quae
tamen nunquam reducitur ad actum,
cujusmodi sunt homines in hoc mundo
videntes, qui non sunt praedestinati, qui
nunquam sibi uniantur per fidem, aut
caritatem, qui tamen decedentes de hoc
mundo, desinunt esse in potentia ut unian-
tur Christo, haec in summa sanctus Tho-
mas ubi supra.

Ex quibus sequitur primo quod Christus
est caput principaliter ecclesie triumphantis,
& non solum animarum omnium, sed etiam
angelorum, secundum illud quod apostolus
dicit ad Colossenses 2. loquens de Christo,
qui est caput omnis principatus & potestatis, &
ad Ephesios 1. quod constituens eum, scilicet
Christum, Deus Pater ad dexteram suam in
caelestibus super omnem potestatem, & principa-
tum, & virtutem, & dominationem, & omne
nomen quod nominatur, non solum in hoc sa-
culo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit
sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput super
omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius & ple-
nitudo ejus qui omnia in omnibus adimpletur.
Sequitur etiam quod Christus est caput secun-
dario ecclesie militantis, de qua in presenti
loquimur, ordine tamen praescripto servato in
personis, & non solum aliquorum, sed etiam
omnium hominum, qui ab initio mundi fue-
runt, & erunt usque ad finem mundi; hi ta-
men actualiter Christi ecclesiam militantem
constituunt, qui actu Christo aliquo modo
uniantur, scilicet per fidem aut caritatem. Ex
quibus manifeste colligitur, quod Christus est
Concil. General. Tom. XXIX.

vere & proprie caput non solum in gratia con-
stitutorum, sed etiam in fide sibi unitorum &
unitate sacramentorum.

Secundo declaratur falsitas praedicti primi
membri ex ratione conditionis ecclesie pere-
grinantis & militantis in hac vita, in qua ne-
cesse est esse simul malos cum bonis, quod
utique efficacissimis scripturarum & doctorum
testimoniis ostendendum est. Et primo qui-
dem ex similitudinibus quas Christus adducit
in evangelio, quibus comparat praesentem ec-
clesiam, unde Matthaei 25. ait dominus: Si-
mile est regnum caelorum decem virginibus, quin-
que videlicet prudentibus, & quinque fatuis.

Super quo sic ait Gregorius: Sed sciendum
nobis est quod saepe in sacro eloquio re-
gnum caelorum praesentis temporis ecclesia
dicitur, de quo in alio loco dominus di-
cit: *Mittet filius hominis angelos, & colli-
gat omnia scandala de regno ejus.* Neque e-
nim in illo regno beatitudinis, in quo pax
summa est, inveniri poterunt scandala quae
colligantur: Unde rursus dicitur: *Qui ergo
solverit unum de mandatis istis minimis, &
docuerit sic homines, minimus vocabitur in
regno caelorum:* in quo, doctor qui manda-
tum solverit, minimus vocatur: cujus enim
vita despicitur, restat ut ejus praedicatione
condemnetur. Quid ergo per hanc senten-
tiam nisi praesens ecclesia regnum caelorum
dicitur? Et quis ex utroque sexu fidelium
multitudo colligitur, sancta ecclesia decem
virginibus similis denuntiatur, in qua quia
mali cum bonis, & reprobi cum electis sunt
admixti, recte similis virginibus prudenti-
bus, fatuisque esse perhibetur. Quousque
enim hic vivimus, necesse est ut vitam praes-
entis saeculi permixte agamus. Boni enim
soli nusquam sunt nisi in caelo, & mali soli
nusquam sunt nisi in inferno: haec autem vita
quae inter caelum & infernum sita est, sicut
in medio subsistit, ita mixta utrarumque par-
tium cives communiter recipit, quod tamen
sancta ecclesia & nunc indistincte recipit, &
postmodum in egressione discernet.

Item sancta ecclesia comparatur sagena mis-
se in mari, & ex omni genere piscium con-
greganti. Idem ubi supra Gregorius homilia
11.: Sancta ecclesia sagena missa in mare
comparatur, quia & piscatoribus est com-
missa, & per eam quisque ad eternam re-
gnum a praesentis saeculi fluctibus trahitur,
ne in aeternae mortis profunda mergatur,
quae ex omni genere piscium congregat,
quia ad peccatorum veniam sapientes &
fatuos, liberos & servos, pauperes & di-
vites, fortes & infirmos vocat, & infra:
Nunc enim bonos malosque communiter
quasi permixtos pisces fidei sagena conti-
net; sed litus sanctae ecclesiae, id est finis,
judicat sagena quid trahebat. Et Chryso-
stomus super illud: *Collegerunt bonos in vasa
sua,* &c. inquit: Ecclesia media est inter
caelum, quod est tantum bonorum locus,
& infernum, qui est tantum malorum. Ipsa
vero ecclesia est media, quia indifferenter
bonos & malos colligit.

Item ecclesia militans comparatur aram, se-
cundum illud Lucae 3. *Ipse nos baptizabit in
aqua & igne, & Spiritu sancto: Corpus ventila-
brum in manu ejus, & congregabit triticum in
horreum suum, palas autem, &c. ubi per arcam*

Conc. 2 Joan.

ANNO
CHRISTI
1411.

In ecclesia
militante sunt
boni, mali
permixti.

Matth. 13.

Matth. 5.

Gregorius
homil. 18.

Matth. 13.

Matth. 13.

ANNO
CHRISTO
1612ANNO
CHRISTO
1612

Joannes intelligit & designat presentem ecclesiam, ut exponunt communiter sancti, & presertim Augustinus, qui super psalmo 24. *In dica me domine*, dicit: *Area est ecclesia hujus temporis: sive diximus &c, sive dicimus, & paleam habet, & frumentum.* Item ad Petrum diaconum in libro de fide dicit, cap. 43. *Firmissime tene, & nullatenus dubites, aream Dei esse catholicam ecclesiam, & in ea usque ad finem seculi frumento mixtas paleas contineri, & infra: In fine vero seculi, bonos a malis etiam corpore separandos, quando veniet Christus habens ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili.*

Item eadem presens ecclesia comparatur nuptiis, de quibus Matthæi 22. dicitur: *Simile est regnum calorum homini regi qui fecit nuptias sibi.* &c. *qui egressi congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos, & impleta sunt nuptie discumbentium.* Ubi, ut Gregorius inquit, aperte ostenditur, quia per has regis nuptias ecclesia designatur, in qua mali cum bonis conveniunt, permixta quippe est diversitate filiorum, quia sic homines ad salem generat, ut tamen omnes per imitationem vite ad libertatem spiritualis vite, culpis exigentibus, non perducatur. Quousque namque hic vivimus, &c. ut supra de decem virginibus, &c. Idem super illud Matthæi 22. *Intravit autem rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* &c. dicit: *Intrat enim ad nuptias, sed cum veste nuptiali non intrat, qui in sancta ecclesia existens fidem habet, sed caritatem non habet.* Et Simon de Cassia super illud: *Egressi sunt servi ejus in vias, congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos.* & *impleta sunt nuptie discumbentium,* &c. dicit, quod ex omnibus nationibus crediderunt homines, ex quibus ecclesia impleta est, & ex malis & ex bonis Christianis constat ecclesia, & mixtum est ecclesie Christi corpus, quamquam ipse velit eam exhibere gloriosam, non habentem maculam neque rugam: sed in area negotium agitur ubi palee sunt & triticum. nondum enim ventilabrum excussit unum ex altero, sed boni & mali discumbunt in nuptiis ecclesie militantis, dispari vita, dispari cultu, disparibus moribus atque meritis, quousque decernat super utrumque rex, qui novit non perperam, sed in veritate proferre judicium, qui excludet merito excludendos, & iusto absque macula super mensam ecclesie epulantes in pace dimittet.

Item presens ecclesia comparatur arce Noe, in qua animalia mitia fuerunt cum immitibus, corvus cum columba, & homines cum animalibus, per que boni & mali in arca ecclesie significantur.

Item ecclesia militans comparatur domui magnæ, de qua apostolus loquitur: *In magna domo,* inquit, *non solum sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea, & fictilia, & quadam quidem in honorem, quadam autem in contumeliam:* Ubi inquit glossa: *In magna domo,* que est ecclesia, scilicet domus Dei viri, columna & firmamentum veritatis. 2. ad Timotheum 2. *non solum sunt*

vasa aurea & argentea, quod dupliciter intelligitur: uno modo per vasa aurea & argentea intelliguntur electi, per lignea & fictilia, reprobi, & sic, quod sequitur, *quodam in honorem,* refertur ad vasa aurea & argentea, *quadam in contumeliam,* refertur ad lignea, & fictilia vasa. Alio modo per vasa aurea & argentea intelliguntur boni in presenti, sive electi sive reprobi, per lignea & fictilia omnes mali in presenti, sive reprobi sive electi, & tunc quod sequitur, *quadam in honorem, quadam in contumeliam,* refertur indifferenter ad utrumque. Primo ergo modo exprimitur sic: *In magna domo,* id est, in ecclesia, *non solum sunt vasa aurea,* id est, electi perfecti, *& argentea,* id est, electi imperfecti, *sed lignea,* id est, reprobi aperte mali, *eternò incendio preparati, & fictilia,* id est, reprobi facti boni, qui non ita aperte sunt mali: *& quadam quidem,* scilicet vasa aurea & argentea, *sunt in honorem,* scilicet in usum honorabilem ordinata, hic gratie, & in futuro glorie. *Quadam autem,* scilicet lignea & fictilia, *in contumeliam,* id est, in usum vilem, hic culpæ, & in futuro gehennæ. Secundo modo legitur sic: *In magna domo,* id est, in ecclesia, *non solum sunt vasa aurea & argentea,* id est, omnes boni perfecti & imperfecti, *& hoc sive presciti, sive electi, sed & lignea & fictilia,* id est, mali aperti & occulti, & hoc similiter sive electi sive reprobi: *& quadam quidem,* scilicet ex utrisque, tam ex bonis, quam ex malis, *sunt in honorem,* scilicet electi: *Quadam autem in contumeliam,* scilicet reprobi. Ex bonis enim quidam ad tempus tantum boni sunt, tamen in fine sunt mali, & hi sunt in contumeliam. Quidam autem perseverantes in bono, & hi sunt in honorem. Similiter de malis quidam ad tempus sunt mali tantum, tamen in fine sunt boni, & hi sunt in honorem: Quidam autem sunt perseverantes in malo, & hi sunt in contumeliam. Ecce quam planum & apertum testimonium sacrarum scripturarum, & sanctorum doctorum, quod presens sancta ecclesia militans continet in se bonos & malos, predestinatos & prescitos, sicut navicula que Christus cum apostolis & Judæis continebat, qui & inter apostolos habebatur apostolus. Est ergo, ait Augustinus super psalmo 11. in prologo, *regnum terrenum & regnum caeleste, regnum eradicandum, & regnum in æternum plantandum.* Modo in hoc seculo cives utriusque regni permixti sunt, corpus regni terreni & corpus regni caelestis commixtum est.

Post hæc declaratur prædicta veritas catholica ratione fundata in veritate divinarum scripturarum, & assumitur sic: Ecclesia catholica est illa ecclesia, quam fideles profitentur in simbolo tam apostolorum quam etiam Nicæno, cum dicitur: *Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, & iserum:* Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Aut igitur profitentur id quod credunt, aut id quod non credunt; aut solum id quod dubitant. Non est dicendum, quod profitentur id quod non credunt, quia tunc mentirentur; nec id etiam quod dubitant, quia nec non haberent fidem, quæ est fir-

ANNO CHRISTI 1497

ANNO CHRISTI 1497

firma adhaere ad credibilia, quam dubitatio A
excludit. Oportet igitur quod profiteantur id
quod firmiter credunt. Aut igitur ulterius cre-
dunt se esse de gremio ecclesie catholice.
Non profitentur, aut non? si non, tunc he-
retici manentur quando dicunt apud eos ef-
se ecclesiam catholicam, vel se esse de gre-
mio ecclesie catholice, ex quo non credunt
se esse in ea; si sic, oportet quod per ali-
quid accipiant huiusmodi credulitatem. Aut
igitur hoc erit, quia nota est eis predestina-
tio, aut quod sint in gratia gratum faciente
constituti per se, aut quia habent per revela-
tionem: Sed non primo modo, quia cum di-
vina predestinatio nihil ponat in predestina-
to, cum sit sola divina volitio, qua ab eter-
no voluit aliquem ad vitam eternam ordina-
re, non potest esse nota predestinato, nisi
quantum sibi a Deo revelaretur: Similiter ne-
mo secundum se, nisi sibi reveletur, scit an
amore vel odio dignus sit, ut scriptura dicit.
Si igitur heretici credunt se esse de gremio
ecclesie catholice, oportet quod habeant hoc
per revelationem, & tunc unusquisque eorum
examinet coram Deo conscientiam suam, ubi
& quando hoc fuerit sibi revelatum. Si igitur
numerus predestinatorum tantum, vel eorum,
qui sunt in gratia constituti, esset eccle-
sia catholica, patet quod nulla esset certitudo
ipsius, quod nullo modo est dicendum
de ecclesia catholica, que est civitas super
montem posita, id est, super Christum edi-
ficata, que non potest abscondi, unde Chry-
sostomus super Mattheum & super hoc ver-
bo: *Non potest civitas abscondi*, & allegat san-
ctus Thomas eum: „ Hec civitas ecclesia sa-
ctus Thomas eum: Hec civitas ecclesia san-
ctorum est, de qua dicitur in psalmo: *Glo-
riosa dicta sunt de te, civitas Dei*. Cives ejus
sunt omnes fideles, quibus apostolus ait:
„ Vos estis cives sanctorum, hęc ergo civitas
posita est super montem Christi, de quo
„ Danielis 2. dicitur: *Lapis abscessus sine ma-
nibus salus est mons magnus*. Sane non po-
test abscondi supra Christum posita, etiam si
„ ipsa voluerit, mons enim qui eam portat
„ facit eam omnibus manifestam, sic & apo-
„ stoli, & sacerdotes, qui fundati sunt in
„ Christo, non possunt esse absconditi, etiam si
„ voluerint, quia Christus eos manifestat. Hęc
Chrysostomus. Quę idcirco supra montem po-
sita describitur, ut & habitantibus in ea sit
firma & certa securitas, & ut cunctis exteris
pateat ad eam confugere seu venire volenti-
bus: in qua licet gratia Dei insunt, ut firmi-
ter credimus, multi predestinati & multi in
gratia constituti, quorum meritis adhuc durat
mundus, non tamen propter predestinationem
aut gratiam quę occulta sunt sancta ecclesia
dicitur catholica, sed propter communionem
vniuersi fidei, sacramentorum, & preceptorum,
quę omnibus possunt esse nota & communia,
bonis scilicet & malis.

Item predestinatio & gratia huiusmodi ec-
clesie quam fingunt adversarii, minus nota est
aliis, quam ipsismet qui se dicunt in eadem
existere: igitur quantumcumque fulgerent per
mundum bonis operibus, cum sape angelus
satanas transfigurer se in angelum lucis, non
propter hoc auderet homo seipsum coniungere,
tamquam ecclesie catholice, quia semper du-
bitandum esset de ipsis, an essent pseudopro-

phetę, de quibus cautos nos reddidit domi-
nus, dicens: *Attendite a falsis prophetis, qui
veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus
autem sunt lupi rapaces*. Oportet igitur quod
certa & manifesta sint signa & indicia eccle-
sie catholice, per quę discernantur oves a lu-
pis. Huius autem signa sunt unitas fidei, uni-
tas sacramentorum & preceptorum Dei.

Item Christus resolvens ultimam correctio-
nem fratris remisit ad ecclesiam, ita dicens:
*Si te non audierit, dic ecclesia, si autem eccle-
sia non audierit, sit tibi sicut ethnicus & pu-
blicanus*. Aut ergo Christus remisit nos ad a-
liquem certum iudicem aut incertum. Non
est dicendum, incertum, quia tunc nunquam
B fratris correctio sequeretur. Oportet igitur quod
ad certum iudicem transmittat nos. Cum igitur
ecclesia predestinatorum & in gratia consti-
tutorum, sit homini incerta, ut dictum est,
oportet quod huiusmodi remissio sit ad eccle-
siam, quę sit nota & certa viatoribus, se-
cundum statum vite presentis, cuiusmodi est
ecclesia catholica in unitate fidei & sacra-
mentorum ubique per orbem perseverans. Ex
quibus patet, quod corpus Christi mysticum,
prout in hac valle miserie peregrinatur, quod
est ecclesia eius, non solum predestinatos aut
solum in gratia gratum faciente constitutos
retinet & comprehendit, sed insinuat bonos &
malos, fide rectos, Christo capiti adherentes.

Uterius ex predictis potest colligi una de-
scriptio ecclesie catholice, talis videlicet,
quod ecclesia est corpus mysticum organicum,
fide Christi animatum. Corpus ponitur loco
generis, additur Mysticum ad differentiam cor-
poris naturalis, licet ad similitudinem eju-
dem dicatur, sic Organicum propter diver-
sitate statuum, graduum & officiorum, ad si-
militudinem diversorum membrorum in cor-
pore naturali, quę sunt diversa organa, quę
declarat apostolus inquit 1. ad Corinth. 12.
*Sicut corpus unum est, & multa membra ha-
bet, omnia autem membra corporis cum sint mul-
ta, unum corpus sunt, ita & Christus habet mul-
ta membra in suo corpore, & iterum: Vos au-
tem estis corpus Christi & membra de membro,
& iterum: Sicut in uno corpore multa membra
habemus, omnia autem membra non eundem a-
lium habent: ita multi unum corpus sumus in
Christo, singuli autem alter alterius membra*. Et
sicut unum membrum servit sibi & toti cor-
pori, sic in ecclesia militante diversi in diver-
sis statibus & officiis sibi & aliis in ecclesia
subministrant. Ex quibus verbis & sententiis
apostoli clare habentur predictę particula-
res, scilicet, quod ecclesia est corpus mysti-
cum, organicum, additur autem, fide Chri-
sti animatum, per quam ecclesia militat in ta-
li esse constituitur, & ab omni alia ecclesia,
sive congregatione distinguitur. Dicitur autem
E animatum fide, quia sicut anima corpus, sic
fides animam & specialiter formata per gra-
tiam vivificat, secundum id ad Romanos 1.
& 10. ad Hebręos: *Iustus autem meus ex fi-
de vivit*, quod non solum intelligendum est
de fide formata, sed etiam informi, quia et-
iam mali fideles per fidem, & in seipsis vi-
vunt, licet non vita perfecta, & ceteris mem-
bris ecclesie ac Christo capiti conjunguntur, &
multas vite operationes exercent. Et ita se ha-
bet fidelis peccator ad caput Christi, & ad cor-
pus ecclesie, sicut membrum in corpore natu-
ra-

Si numerum
predestinatorum, sed in
gratia consti-
tutorum tan-
tum esset ec-
clesia in sym-
bolo creden-
da, nullis es-
set ipsius cor-
ticando, nec
esset civitas
supra montem
posita, Chry-
sostomus, 2. in
Matth. in ope-
re imperfecto.
Mans. 3.

Psal. 86.

Eph. 2.

Dan. 2.
Nemo possit
aliam com-
parare.

1. Cor. 11.

Mans. 8.

Aut patris
peccatum et-
dem denun-
ciare.

Ecclesia ca-
tholica quid?

Peccator quo-
modo se oc-
cedat.

779 rali, non quidem mortuum totaliter & praecifum, sed tamquam membrum mortificatum & unitum corpori, quia adhuc in ipso est radix vita, scilicet, ipsa fides.

Non igitur verum est quod fidelis per peccatum moriatur ex toto, aut abscindatur a corpore, ut proponens dicit. Et de mortificatione quidem dicit sanctus Thomas 3. parte summas, articulo 3. loquens de huiusmodi peccatoribus fidelibus: „ Percipiunt, inquit, tamen tales a Christo quendam actum qui est credere, sicut si membrum mortificatum aliquantulum moveatur ab homine. Quod etiam non sint membra abscissa, ostendit Augustinus contra Donatistas, dicens: Si cuius est manus arida, verum quidem est membrum, quamvis sine sanguine & inefficax, & mortuum, sic & fides cum sit vera, tamen sine operibus mortua est: Et habetur 1. questione 1. Sicut urgeri.

Alii vero sic describunt ecclesiam. Ecclesia sancta catholica militans sive viatrix est universitas fidelium bonorum & malorum orthodoxam fidem tenentium, in sacramentis ecclesiasticis societatem habentium: quae in sententia in idem redit cum prima. Sed jam ad id quod in prima generali suppositione praemissimus, & saepe promissimus, gressus nostros dirigamus, scilicet, ad probandum ecclesiam catholicam errare non posse. Pro cuius declaratione ponitur talis propositio: Impossibile est ecclesiam Dei militantem catholicam errare in his quae fidei sunt & necessitatis ad salutem. Quae propositio licet quondam fuerit apud omnes doctores catholicos, & sanctos, & alios fideles, & nunc sit principium fidei per se notum & manifestum, tamen propter quosdam qui eam irivole difficultant ad consolationem fidelium, & eorum qui eam difficultantes confutationem, ipsam ex fundamentis in aeternum fundatis sacrae scripturae, multipliciter probabimus in praesenti. Et primo, quia praedicta propositio virtualiter est articulus fidei ut patet in symbolis tam apostolorum quam Niceno. In quibus fideles professentur, se credere sanctam catholicam ecclesiam. In altero enim dicitur: Credo in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. In altero: Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Idem autem est credere ecclesiam catholicam esse sanctam, & ecclesiam catholicam non posse errare in his, quae necessaria sunt ad salutem: quia pro tempore quo erraret in praedictis, non esset sancta, sed esset maculata errore mortifero peccati mortalis. Unde beatus Augustinus in expositione symboli: Ista est sancta ecclesia, non habens maculam aut rugam: multi etenim alii ecclesias congregarunt, ut Marcion, ut Valentinus, ut Ebion, ut Manichaeus, ut Arius, & ceteri omnes haeretici, sed illae ecclesiae non sunt sine macula vel ruga perfidiae: & ideo dicebat de illis propheta: *Odium ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebit.* De hac autem ecclesia quae fidem Christi integram tenet, audi quid dicit Spiritus sanctus in canticis canticorum: *Una est columba mea, perfecta mea, electa genitrici suae.* Qui ergo hanc fidem in ecclesia susceperit, non declinet in consilia vanitatis, & cum iniqua generantibus non introcet. Haec Augustinus.

Ex hoc argumentor sic: Nihil erronei aut falsi subest aut subesse potest articulis fidei, sed praedicta propositio est articulus fidei, ergo sub ipsa aut in ipsa non subest, nec potest subesse aliquid erronei aut falsi. Assumptum pro minori parte probatum est, sed major patet, quia qua ratione sub uno articulo daretur falsum, eadem ratione & sub alio, & ipsa tota fides vacillaret, & omnia in dubium verterentur, Quod nullo modo est dicendum. Secundo, ecclesia regitur a Spiritu sancto, sed Spiritus sanctus errare non potest, ergo nec ecclesia. Prima pars innuitur tam per symbolum apostolorum, quam Nicenum, cum statim post articulum Spiritus sancti, cum dicitur, Credo in Spiritum sanctum, subiungitur articulus de ecclesia, videlicet, sanctam ecclesiam, catholicam; ut sit sensus, Credo in Spiritum sanctum, supple dirigentem, gubernantem, & sanctificantem sanctam ecclesiam, imo & vivificantem, ut dicitur in symbolo Niceno. Unde Albertus Magnus in expositione symboli quam ponit in tractatu de officio missae, dicit: „ Deinde suam symbolum posuit Jacobus minor, dicens: Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem: respiciens enim ad hoc quod sanctus Spiritus datur & mittitur ad sanctificandam creaturam, quae sanctitas nunquam fallit in ecclesia, sed nonnumquam fallit in persona, dixit, sanctam ecclesiam. Et quia omnis articulus fundatur in divina & aeterna veritate, & non super creatam veritatem, quia omnis creatura varia est, & non habet solidam veritatem, ideo iste articulus sic resolvendus est ad proprium opus Spiritus sancti hoc est, credo in Spiritum sanctum non solum secundum se, sicut dixit praecedens articulus, sed etiam credo in eum, secundum proprium opus eius quod & quod sanctificat ecclesiam, quam sanctitatem profudit in sacramento & virtutibus & donis quae dat ad sanctitatis perfectionem, & eandem in miraculis & donis gratis datis, sicut sapientia, scientia, fides, discretio spiritum, operatio sanctorum & prophetia, & huiusmodi quae dat Spiritus ad sanctitatis ecclesiae demonstrationem. Haec Albertus.

Similiter patet per illud Joannis 14. *Regno Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis.* Similiter per illud: *Paraclitus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia.* Et per illud: *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit Spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem.* Per omnia & similia datur manifestissime intelligi commissum fuisse regnum ecclesiae Spiritui sancto, Christo praesentia corporali ab ecclesia recedente, secundum illud: *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.* Et Spiritus sanctus docuit ecclesiam omnem veritatem, scilicet, ad salutem necessariam, & in signum huius invisibilis missionis & assistentiae, Spiritus sanctus fuit datus in die pentecostes in signo visibili, scilicet in linguis igneis, apostolis, & ceteris fidelibus, in quibus pro tunc erat ecclesia, & qui eam constiterant. Secunda pars patet, quia Spiritus sanctus dicitur a Christo Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, & cum sit Deus qui

ANNO CHRISTI 1493

78. 2. art. 3. ad secundum.

Lib. 4. c. 4.

Cap. 47. Alia ecclesia Dei scripturae.

Impossibile est ecclesiam Dei militantem in his quae fidei sunt & necessitatis ad salutem, errare.

Alloqui non est problem. quod errant, laudat. Expositio illa est nulli habetur in 3. sermo Cyrilli.

Dial. 13.

Conc. 4.

ANNO CHRISTI 1493

Non regitur a Spiritu sancto.

1. Cor. 12.

1. Tim.

ANNO CHRISTI 1412

ANNO CHRISTI 1413

San. 6.

Non dicuntur in omnibus verbis ut quod ad consummationem mundi. Mem. 91. in Mem.

S. Thomas in Carta super hoc caput Mem. 91. in Mem. Hieronymus in 12. cap. Mathiam.

qui est prima veritas, errare non potest. Sed fortasse dicit adversarius quod predicta verba sunt de apostolis & primitiva ecclesia, quando ecclesia erat in vera imitatione doctrine & vite Christi constituta; sed recedente ab imitatione Christi, & immergente se vitium & peccatis, recessit ab ea Spiritus sanctus, qui non habitat in corpore subito peccatis. & per consequens, incidit in varios errores & hæretes; sed contra Christus promisit indefectibilem sui assistentiam ecclesie, usque ad consummationem sæculi, ideo predicta non solum intelliguntur de apostolis, & primitiva ecclesia sed simpliciter de ecclesia duratura usque ad finem sæculi. Assumptum patet Matth. ultimo, cap. *Euntes docete omnes gentes*, &c. Et subdit: *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Manifestum est autem quod apostoli non sunt, nec erunt in hoc mundo usque ad consummationem sæculi, non igitur pro ipsis solis dictum est, sed & pro successoribus eorum duraturis usque ad consummationem sæculi. Unde Chrysostomus in homilia super hoc eodem passu: Quia vero eis magna inunxerat, erigens eorum sensus dicit: *Ecce ego vobiscum sum*, quasi dicit, ne dicatis difficile esse in junctum negotium, ego sum vobiscum, quia omnia facio levia. Non autem illis solum dixit se futurum esse, sed & cum omnibus qui post illos creduat, non quia usque ad consummationem sæculi apostoli mansuri erant, sed sicut uni corpori fidelibus loquitur. Hæc Chrysostomus. Item Beda: Ex hoc autem intelligitur quod usque ad finem sæculi non sunt defuturi in mundo, qui divina mansione & inhabitazione sint digni in ecclesia. Item in glossa ordinaria habetur sic: Quod apostolis per successionem universali ecclesie promittit. Nota quod usque ad finem sæculi. Item Hieronymus ibidem: Qui ergo usque ad consummationem sæculi cum discipulis se esse promittit, & illos ostendit semper esse victuros, & se nunquam a credentibus recessurum. Hæc Hieronymus.

Si igitur ecclesia aliquo tempore errasset, aut erraverit de facto, quomodo Christus erit aut fuit semper cum ea omnibus diebus? Similiter etiam promisit assistentiam Spiritus sancti usque in æternum ita dicens Joanni 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis*. Sed dicit adversarius: Predicta verba dicta sunt apostolis, cum quibus fuit Christus, quamdiu fuerunt in hac vita, eos hic per gratiam protegendo, & in persecutionibus adjuvando, & post hanc vitam fuit & erit cum eisdem per gloriam usque ad consummationem sæculi, & usque in æternum cum eisdem manebit Spiritus sanctus, unde predicta verba non videntur extendi ad alios, sed tantum ad apostolos. Contra hoc expresse est intentio Christi, quia mittens eos in mundum universum predicare & docere omnes gentes, dixit eis: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*. Ibi enim promisit se permanere cum eis quos ipse mitterat, usque ad consummationem sæculi. Cum ergo in mundum eos mitteret, in mundo se esse cum eis promisit manifeste, & cum eisdem mansurum Spiritum sanctum, & hoc est

etiam quod dixit superius Chrysostomus, Beda & Hieronymus.

Præterea Christus fuit exauditus in omnibus petitionibus, & rogationibus, sed ipse rogavit pro fide Petri, ut non deficiat, ergo fides Petri non deficiet, nec deficit. Primum patet ad Hebræos quinto, ubi dicit Apostolus, quod Christus exauditus est pro sua reverentia; & Joannis 11. ubi Christus ait: *Pater gratias ago tibi quoniam audisti me: ego enim sciebam quia semper audis me*. Secundum patet Lucæ 22. ubi dominus ait ad Petrum: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua*. Hoc autem non potest intelligi de fide personali Petri, quia in illa defecit in trina personali negatione, ut patet ex textu evangelii, & similiter patet ex verbis consequentibus, cum subjungitur: *Et tu aliquando concessus confirma fratres tuos*, qui utique non diceretur conversus, nisi fuisset prius a fide propria aversus. Intelligendum est igitur, quod Christus rogaverit pro fide, quam ipse confessus fuerat, dum dixit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*, & super quam ipse Christus fundavit suam ecclesiam, eodem domino dicente: *Tu es Petrus, & super hanc petram adificabo ecclesiam meam*. Pro fide igitur ecclesie Christus rogavit, ut non deficeret, & non pro fide personali Petri. Quare si in aliquo necessarium ad salutem pro aliquo tempore erraret, aut errasset ecclesia totaliter, Christus dominus & prima veritas non dixisset verum, nec fuisset exauditus pro sua reverentia, quod est contra predicta, & omnino falsum. Unde Albertus Magnus super eodem passu, *Ego rogavi ut non deficiat*, scilicet finaliter, fides tua. Hoc argumentum efficax est pro Sede Petri, & successore ipsius, quod fides non finaliter deficiat: *Non adjiciet ultra ut pertransseat per te Belial: universus intuetur*; Hæc Albertus. Item Gorramus, *Fides tua*, id est ecclesie tibi commisse, scilicet Romanæ ecclesie. Unde hoc est argumentum quod fides Romanæ ecclesie, quam in ea Petrus plantavit, sit semper duratura. Hæc ille.

Item quod Christus rogaverit non solum pro Petro & apostolis, sed pro omnibus sequentibus, patet manifeste Joannis decimosextimo, ubi cum præmississet ardentissimæ caritatis pro ipsis discipulis orationem, ut, *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi ut unum sint, sicut & nos*. Et infra: *Sanctifica eos in veritate: Sermo tuus veritas est; sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, & ego pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate*. Post hæc subjungit: *Non pro eis rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te: ut mundus credat quia tu me misisti*. Et patet, quod omnes qui crediderunt, & credunt, sive credent usque ad finem sæculi in Christum, credunt in ipsum per verbum & doctrinam apostolorum. Quamobrem & symbolo Nicæno profitemur: Ecclesiam apostolicam, non alia de causa, nisi quia in verbo & doctrina apostolica fundata est, dicente apostolo ad Ephesios: *Jam non estis hostes & adversa, sed estis cives sanctorum & domesticæ Dei superadificati super fundamentum apostolorum & prophetarum*. &c. Unde & Joannes in Apocalypsis 21. describens murum civitatis.

Decret. 6. deo Petri contra omnes nomines Christi.

Matth. 16.

Albertus in cap. 22. Lect. 7.

Nabru. 1.

Item aliorum apostolorum pro quibus Christus rogavit.

Ephes. 1.

vita.

ANNO CHRISTI 1622.

ANNO CHRISTI 1622.

vitatis sanctæ Jerusalem, quæ est ecclesia militans, describit enim eam habere duodecim fundamenta, & in ipsi nomina duodecim apostolorum, & agni. Si igitur aliquando deviasset ecclesia ab hoc fundamento, seu fundamentis doctrinæ apostolicæ per errorem, sequeretur quod Christus non fuisset exauditus, ut prius.

Nulla esset securitas, neque aliqua certitudo credibilium existentibus in ea, & per consequens nec aliqua fides pateret, quia qua ratione unus articulus, & unum dogma ecclesiæ in dubium verteretur, eadem ratione & omnia alia per ipsam prædicata & ordinata, sicut si quis dubitaret an Christus resurrexerit, eadem ratione dubitaret an in cælum ascenderit, & similiter de aliis, & ita non haberet securitatem certitudinis de aliquo, & cum dubius in fide, infidelis sit, quemadmodum habetur caput 1. de hæreticis, quia fides cum dubitatione stare non potest, sequitur manifeste, quod si ecclesia errare posset, quod nulla securitas certitudinis esset in ea, & per consequens fides non esset in ecclesia, quod est omnino contra Christum, indefectibilem securitatem ecclesiæ suæ promittentem, qui ait Petro: *Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam.* Super quo verbo beatus Hieronymus, portas inferi, inquit, vitia reor esse atque peccata (quo ad agenda) vel certe hæreticorum doctrinas (quoad credenda) quæ adversus ecclesiam prævalere non possunt.

Mark. 16.

Qui dicunt se habere doctrinam domini, per constitutionem & revelationem privam, per miracula & signa præbere debent.

Cap. 1. Sancti Roman.

Præterea si ecclesia posset errare, in his, quæ necessaria sunt ad salutem, sequeretur, quod non esset securitas, neque aliqua certitudo credibilium existentibus in ea, & per consequens nec aliqua fides pateret, quia qua ratione unus articulus, & unum dogma ecclesiæ in dubium verteretur, eadem ratione & omnia alia per ipsam prædicata & ordinata, sicut si quis dubitaret an Christus resurrexerit, eadem ratione dubitaret an in cælum ascenderit, & similiter de aliis, & ita non haberet securitatem certitudinis de aliquo, & cum dubius in fide, infidelis sit, quemadmodum habetur caput 1. de hæreticis, quia fides cum dubitatione stare non potest, sequitur manifeste, quod si ecclesia errare posset, quod nulla securitas certitudinis esset in ea, & per consequens fides non esset in ecclesia, quod est omnino contra Christum, indefectibilem securitatem ecclesiæ suæ promittentem, qui ait Petro: *Super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prævalent adversus eam.* Super quo verbo beatus Hieronymus, portas inferi, inquit, vitia reor esse atque peccata (quo ad agenda) vel certe hæreticorum doctrinas (quoad credenda) quæ adversus ecclesiam prævalere non possunt.

Nec potest dicere adversarius, quod aliunde capiat certitudinem, aut securitatem credendorum, quam ab ecclesia, quia aut eam haberet a Deo per singularem inspirationem, aut ab aliquo homine particulari, aut forte per evangelia quæ continent doctrinam Christi. Sed non primo modo, quia talis inspiratio cum sit occulta & supernaturalis, oporteret quod aliquibus signis supernaturalibus, seu miraculis manifestaretur, quemadmodum doctrina apostolorum confirmabatur signis & miraculis. Si igitur doctrina adversariorum haberet per inspirationem, ostendant signa & miracula, & credemus eis, quod non facient in æternum, quia summa veritas, cujus est miracula facere, non potest perhibere testimonium mendacis & falsitatis, similiter nec secundo modo, quia multo magis potest errare quilibet particularis homo, quam ecclesia universalis, ut patet, quia plura vident & subtilius oculi quam oculus, similiter nec tertio modo, quia nec ipsa evangelia habent certitudinis securitatem, nisi fuissent ab ecclesia approbata & acceptata. Cum enim multa evangelia & actus reperiantur, quæ dicuntur fuisse ab apostolis compilata, sic enim legitur

in decretis distinctione 15. Actus nomine Andreæ apostoli apocryphi, actus nomine Petri apocryphi, actus nomine Philippi apostoli apocryphi, actus nomine Thomæ apocryphi, evangelium nomine Thaddæi apostoli apocryphum, evangelia nomine Thomæ apostoli, quibus Manichæi uruntur, apocrypha, evangelia quæ falsavit Lucianus, apocrypha, evangelia quæ falsavit Hircius, apocrypha, & infra: Revelatio quæ appellatur Pauli, apocrypha, revelatio quæ

appellatur Thomæ, apocrypha, revelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha. Cum itaque omnia prædicta evangelia, & ceteri libri prænotati reperiantur scripti, unde certi sunt adversarii, quod ista quatuor evangelia contineant veritatem, alia vero non, & quod ista scripta sunt a veris apostolis, & non illa? quodque illa falsificata sint, & non ista, & per consequens ista quatuor sint recipienda, alia vero tamquam falsa respicienda? cum ipsi non audierint Christum prædicantem, nec docentem, nec viderint ipsum mirabilia facientem, nec alia dicta aut facta ipsius, a quæ in dictis quatuor evangelis scripta sunt, nec ulterius viderint, hos quatuor e-

angelistas magis quam alios, ut possent ex doctrina, vita aut miraculis magis approbare istorum evangelia, quam aliorum, nisi quia universalis ecclesia ista quatuor recipit, illa vero respuit? Si ergo universalis ecclesia non dirigeretur a Spiritu sancto in his quæ fidelis sunt & de necessitate salutis, & posset in illis errare, sequitur, quod in recipiendo illa quatuor evangelia, & alia respuendo, errare potuerit, & ita verteretur in dubium, an ista quatuor evangelia contineant doctrinam, facta & miracula Christi. Et ulterius, quidquid prædicti adversarii affirmant ex dictis distorum evangeliorum, totum erit dubium, & sic apud eos nihil erit certum in fide, aut securum, & consequenter nullam habebunt fidem. Hoc profecto intellexit Augustinus, cum

dixit in libro contra epistolam Fundamenti, & etiam contra Faustum hæreticum, & in multis aliis locis: Non crederem evangelio, nisi me auctoritas ecclesiæ commoveret. Si dicat adversarius, Accepto hæc quatuor evangelia, & non alia, quia primitiva ecclesia, quæ propter assentiam Spiritus sancti errare non poterat, illa respuit, & ista acceptavit, quibus tamen non crederem, si ea moderna, a qua propter vitia & peccata recessit Spiritus sanctus, tantummodo aliis spreis, acceptasset: Contra quod potest argui ut superius, per illud Christi: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, &c. Præterea cum prædicti adversarii non fuerint in primitiva ecclesia, unde sciunt, quod ipsi hæc acceptaverit, & alia respuerit? revera non aliunde quam ex attestatone modernæ ecclesiæ, cujus attestatio si dubia fuerit, multo magis & id quod attestatur, sub dubio remanebit.

Præterea cum hæc evangelia veram Christi doctrinam, facta & mirabilia contineant, utique ad veram & certam fidem habendam, intelligentia in verbis & factis Christi opus est, ut videlicet eum sensum in verbis Christi apprehendamus, quem ipse Christus intendit: alioquin non haberemus veram doctrinam ejus, neque fidem, quemadmodum contingit pauperibus Lugdunensibus, qui secundum literalem sensum, sed non Christi, illud dictum intelligentes: *Si oculos tuos scandalizaveris te, erue eum & propece abs te*, oculos sibi eruebant cum contingebat eos peccare per oculos, qui utique sic facientes, non habebant sensum Christi: non enim dominus eruitionem corporalem oculorum, sed spiritualem vitiorum, quæ per oculos, & alia membra committuntur, præcepit ibidem, unde & Joannis 6. loquens de manducatione & bibitione sui corporis & sanguinis, cum diceret,

Per hoc, quod...

Cap. 2.

Mark. 16.

Mark. 16.

Nis

ANNO CHRISTI 1411. a. Co. 2.

ANNO CHRISTI 1411.

Nisi manducaveritis, &c. manifeste scandalizati etiam discipulorum quidam retro abierunt, putantes ipsum loqui de carnali manducatione, subjunxit: *Spiritus est qui vivificat, carnem autem non prodest quidquam:* & Paulus apostolus: *Literis occidis, spiritus autem vivificat*, quia in intelligendo sacras scripturas non semper literalis sensus & grammaticus est accipiendus, sed mysticus & spiritualis est requirendus, ut superius dictum est. Cum ergo quilibet particularis homo in intelligendo doctrinam Christi, & verba ejus possit errare, & decipi, quemadmodum & omnes haeretici decepti sunt, qui ex aliquo dicto sacrae scripturae male intellecto sui erroris occasionem tumberunt & originem, dicente Augustino homilia super Joannis 18. *Neque enim nazae sunt haereses, & quaedam dogmata pervertitatis illaqueantia animas, & in profundum precipitantia, nisi dum scripturae bene intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter afferitur. Itaque carissimi, valde caute audire debemus, ad quae capienda parvuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptum est: *Non tenentes regulam sanctorum, ut quod secundum fidem qua imbuti sumus, intelligere valuerimus, tamquam de cibo gaudeamus; quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non potuerimus, dubitationem non auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, ut etiam si quid sit nescimus, bonum tamen & verum esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis, cogitandum sum vobis qui susceperim, & quae susceperim. Suscepi enim tractandi divina homo, spiritualia carnalis, aeterna mortalis. Etiam a me, carissimi, longe sit vana praesumptio, si volo sanus in domo Dei confervari, quae est ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis, pro modulo meo capio, quod vobis appono, ubi aperitur, & pascor vobiscum, ubi clauditur, pulvis vobiscum.* Haec Augustinus.*

Nemo esset certus de vero scripturae sensu.

Et si similiter universalis ecclesia posset errare in intelligendo & exponendo doctrinam Christi, sequitur manifeste quod nullus esset certus de vero intellectu scripturarum, & per consequens de fide, quae ex vero intellectu scripturarum accipitur, & sic omnes essent infideles, cujusmodi sunt adversarii, asserentes ecclesiam universalem posse errare in his quae fidei sunt & necessitatis ad salutem. Nec sufficit, quod aliquis confiteatur ore verba, nisi etiam sine dubitatione credat intelligentiam & significationem verborum Christi, quia utrumque apostolus ad Romanos 10. conjunxit, inquit: *Corde creditur ad justinam, ore autem confessio fit ad salutem.* Unde si quilibet particularis homo potest errare, & similiter ecclesia universalis in accipiendo veram significationem verborum Christi, patet quod nullus haberet fidem, quae omnimodam excludit dubitationem, ex quo intelligentia verborum Christi sub dubio remaneret. Dicendum est igitur universalem ecclesiam in exponendo evangelia & sacram scripturas errare non posse, & a Spiritu sancto dirigi, ac eidem, tamquam infallibili & divinae regulae debere quemlibet fidelem adherere, & qui non faciunt, pro ha-

Concil. General. Tom. XXX

reticis sunt habenda. Unde sanctus Thomas secunda secunda quaest. 1. articulo 3. dicit: *Objectum fidei est veritas prima, secundum quod manifestatur in scripturis sacris & doctrina ecclesiae.* Unde quicumque non inhaeret sicut infallibili & divinae regulae, doctrinae ecclesiae, quae procedit ex veritate prima in sacris scripturis manifestata, non habet habitum fidei. Et infra: *Et sic manifestum est quod haeretici qui pertinaciter discedit unum articulum, non est paratus in omnibus sequi doctrinam ecclesiae.* Et infra: *Unde & manifestum est, quod talis fidem non habet de uno articulo, sed opinionem quamdam secundum propriam voluntatem.* Et infra: *responsione ad secundum argumentum dicit: Omnibus articulis fidei inhaeret fides propter unum medium, scilicet propter veritatem primam propositam nobis in scripturis secundum doctrinam ecclesiae sane intelligentis, & ideo qui ab hoc medio decedit, totaliter fide caret.* Haec beatus Thomas.

Sed forte dicit advertentius, volens fugere verum ecclesiae iudicium, se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum & non ecclesiae. Contra, quia sicut dictum est de evangelio, cum multi scriperint & exposuerint scripturas & evangelia, unde ipsi adversarii erunt certi, qui doctorum fuerint & sint boni, & sequendi, & qui multi, & respuendi, cum non omnes indifferenter acceptentur, nec etiam respuantur, propter contrarietatem & diversitatem plurium ipsorum circa eundem passum scripturarum: manifestum est quod hoc iudicium & discretio ecclesiae relinquitur, & non alicui particulari homini, ut patet in decretis distinctione 11. ubi illi doctores approbati, vel reprobati habentur, quos ecclesia approbat vel reprobat. Quis enim advertentius indicavit, beatum Augustinum vel Hieronymum, vel quemcumque alium esse sanctum, & doctorem catholicum, nisi approbatio ecclesiae? Et si dicat, quod ex vita ipsius, unde suis legendam ipsius non esse apocrypham, nisi ex auctoritate ecclesiae? quae si potuit & potest errare in aliis, utique & in hac doctorum approbatione. Praeterea cum inter doctores multa sit varietas opinionum & contrarietas, & saepe circa idem dictum doctoris ejusdem multa contingat ambiguitas, necesse est per aliquem doctorem, infallibilem tolli huiusmodi dubia, & declarari: & cum quilibet particularis homo falli possit & errare, necesse est quod ecclesia sit huiusmodi infallibilis expositor & doctor credendorum & agendorum.

Talis doctrina non potest esse alicuius doctorum non potest.

Praeterea nemo debet majorem fidem dictis & expositionibus doctorum adhibere, quam ipsimet doctores sibi ipsis adhibuerunt, vel ab aliis adhiberi voluerunt: sed ipsi in dictis & expositionibus ipsorum saepe dubitabant, & ne damnabiliter errarent, in omnibus se & sua dicta omnia correctioni ecclesiae subiecerunt. Ergo fideles non debent expositiones doctorum certitudinaliter esse veras reputare, nec eis certam fidem adhibere, nisi in quantum fuerint doctrinae ecclesiae consonae vel per ecclesiam approbatae. Minor patet per omnes doctores qui sua dicta corrigenda

Nemo doctores sibi adhibere debet & de his auctoritatem habere.

ANNO CHRISTI 1511
1500. papa
epi. 26.

Cap. 14

Bernardus
epi. 114.

Berol. 1. 9.

ecclesie vel summo pontifici subijciebant. Unde 24. quest. 1. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres nostros & coepiscopos non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem referri debere. Contra cuius auctoritatem nec Hieronymus, nec Augustinus, nec aliquis sanctorum doctorum suam sententiam defendit. Sic enim dicit Hieronymus eadem questione: „ hęc est fides, „ papa beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quamque semper tenuimus & tenemus, in qua si minus perite, aut parum caute forte aliquid positum est, curamus emendari a te, qui Petri fidem & apostolatus tui iudicio approbatur, quicumque me culpate voluerit, se imperitum, vel malevolum, vel etiam non catholicum, sed hæreticum comprobavit. Beatus etiam Bernardus in epistola ad canonicos Lugdunenses ita dicit: quę autem dixi, abique præiudicio sane dicta sint sanius sapientis, Romane præsertim ecclesie auctoritati atque examini totum hoc, sicut & cetera quę eiusmodi sunt universa, reservo, ipsius, si quid aliter sapio, paratus iudicio emendare. Similiter sanctus Thomas in proœmio suo per evangelia scribens Papę Urbano IV. ita dicit: Suscipiat itaque vestra sanctitas opus vestro discutiendum corrigendumque iudicio, vestre sollicitudinis, & obedientie meę fructum; ut dum a vobis emanavit præceptum, vobis etiam referretur finale iudicium ad locum unde exeunt flumina, revertantur. Idem secunda secundę questione 11. art. 10. dicit: „ Maximam „ habet auctoritatem ecclesie consuetudo, „ quę semper est in omnibus æmulanda, „ quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia auctoritatem habet. Unde magis est standum auctoritati ecclesie, quam auctoritati Augustini vel Hieronymi, vel cuiuscumque doctoris. Hęc sanctus Thomas.

Ecce quomodo & quam manifeste se & dicta sua sancti doctores correctioni sanctę matris ecclesie subijciunt: Unde & nullum dictum alicuius sancti valeret, si contra determinationem ecclesie allegaretur; quia auctoritas ecclesie semper maior est auctoritate cuiuscumque quantumcumque docti, aut sancti viri, & per consequens, omnibus æmulanda. Præterea si dicunt adversarii se velle intelligere scripturas secundum expositionem doctorum, & non ecclesie; tunc aut ipsi stabunt expositioni doctorum viventium, aut eorum qui ab hac vita migraverunt. Si primo modo, cum inter vivos sæpenumero, imo sæpiissime contrarietas oritur, & dissensio, ut patet specialiter, inter doctores catholicos & hæreticos: ad contrarietatem & dissensionem hanc tollendam, quis erit iudex in vita præsentis nisi ecclesia? Si secundo modo, ut quidam doctorum adversariorum dicunt, tunc si discordia oritur de intellectu auctoritatum sanctorum doctorum iam defunctorum, quis erit iudex? numquid alii doctores defuncti? & si sic, tunc orta discordia in dictis aliorum, quis iudicabit? Si ulterius, alii doctores defuncti; tunc erit processus in infinitum, quod est omnino absurdum. Dicendum igitur est, quod tam dicta doctorum viventium

quam defunctorum, ad iudicium ecclesie, tamquam ad infallibilem & divinam regulam sunt referenda; & eius sententia tam in expositione scripturarum sanctorum, quam intelligendo dicta doctorum, & in aliis necessariis ad salutem tamquam divino ore prolata, a cunctis Christi fidelibus est amplectenda & acceptanda.

Præterea ad principale propositum redeundo, inter Christum & ecclesiam est matrimonium spirituale, teste Apostolo; qui ex verbis protoplasti dicens: *Et erunt duo in carne una*, concludit: *Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & ecclesia*. Sed sicut in matrimonio carnali præcipue fides tori exigitur, sic & in spirituali, dicente propheta: *Desponsabo te mihi in fide*. Sicut igitur fractio nem fidei in toro adulterii macula sequitur; sic & in matrimonio spirituali deviationem ab his quę fidei sunt & necessaria ad salutem sequitur macula erroris, & per consequens adulterii spiritualis, quod est contra Apostolum dicentem ad Ephesios 5. quod Christus tradidit semetipsum pro ecclesia, ut exhiberet eam sibi gloriosam; non habentem maculam neque rugam, neque aliquid huiusmodi.

Præterea quicumque dat alicui ex caritate id quod incomparabiliter majus est respectu alicuius finis consequendi, dat etiam id quod minus est, respectu ejusdem, & tanto amplius, quanto magis est necessarium ad dictum finem consequendum; sed Christus dedit sponse sue ecclesie seipsum, ut patet per Apostolum immediate allegatum, quod incomparabiliter majus est, quam ipsam non sinere errare in his quę fidei sunt. Ergo eadem contulit ut nullo modo possit errare in prædictis, quod est maxime ecclesie necessarium, quia ad ipsius salutem. Si igitur Christus ex caritate seipsum tradidit ecclesie, & pro ecclesia; si *Deus Pater mundum sic dilexit, ut Filium suum unigenitum daret*, ut inquit Joannes, *& qui pro filio suo non peperit*, ut ait Apostolus, *sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo nobis omnia donavit?* & si omnia, quomodo assistentiam sui, seu Spiritus sancti indefectibilem nobis, seu sue ecclesie, quę eam non sinat errare in his quę necessaria sunt ad salutem, non donavit? *Commendat Deus caritatem suam in nobis*, inquit Apostolus ad Romanos 5. loquens in persona omnium ecclesiam constituentium: *quoniam si cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salvi erimus*. Quomodo autem nos vel ecclesia salvi erimus, si in his quę fidei sunt erraverimus? aut quomodo derelinquet ecclesiam, ex fidelibus collectam, lavacro baptismi regeneratam & suo sanguine pretiosissimo redemptam, ut non ei adsit in his, quę necessaria sunt ad salutem; si pro ea dum adhuc ex infidelibus & peccatoribus atque idolatris colligebatur, tam turpissimam & ignominiosissimam mortem sustinuit, ut exhiberet sibi eam gloriosam non habentem maculam, neque rugam, ut dictum est? Et hæc profecto conclusio & intentio Pauli est in prædictis verbis: *Commendat Deus caritatem suam*, &c.

Præterea nullus sapiens sui ipsius, aut ejus, quod ex caritate & dilectione vera amantem in amatum transformantem seipsum reputat, dum potest

ANNO CHRISTI 1501

Si Christus (pater suo dicit seipsum, cur non & caritatem, & gratiam, & cetera quę?

Joan. 3.
Rom. 8.

Nobis vero non amatur & magis carum & providum potest

ANNO CHRISTI 1413. Non depositi, sed in nomine Christi ecclesie.

ANNO CHRISTI 1413.

potest & valet, curam & providentiam pratermittit: sed Christus tanto caritatis affectu ecclesiam diligit, ut non aliam & aliam, sed unam & eandem personam se & ecclesiam reputet, ut patet Actuum nono, ubi Christus ad Saulum loquens ecclesiam persequens, ait: *Saule, Saule, quid me persequeris?* Christus jam in celo regnabat, & Saulus in terra non ipsum, sed membra sua & fideles suos persequabatur: & tamen transformans caritas cogebat ipsum persecutionem sponse propriam reputare, & unam eandemque personam faceri, cum ait: *Quid me persequeris?* sic & in fine mundi, mundum judicaturus, dicit: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Ergo Christus cum potens sit & valeat, nunquam sponse sue ecclesie providentiam pratermittit & curam.

A suam firmiter, & supra firmam petram, & per consequens, quod non fuerit architectus sapiens, & quod falsum dixisset, quod portam inferi non prevalerent adversus eam: quae omnia sunt a fide aliena. Dicendum est igitur & concludendum firmiter, quod licet deiciat pluvia, sicut venti, veniant flumina hereticorum & malorum hominum, & irruant in domum hanc ecclesie catholice, non tamen cecidit, neque cadet, quia firmata est supra firmam petram. Unde & Apostolus vocat eam columnam & firmamentum veritatis, 1. ad Timoth. 3. ita scribens Timotheo: *Sicut quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei veri, columna & firmamentum veritatis.* Super quo Ambrosius in epistola ad Timotheum ita dicit: « Cum totus mundus Dei sit, ecclesia tamen domus ejus dicitur, cujus hodie rector est Damascus. » Mundus enim in pravicatione est, diverso turbatus errore, ideo illic necesse est ut dicatur esse domus Dei, & veritas, ubi secundum voluntatem suam timetur. » Haec Ambrosius. Ecce quam aperte hic doctor declarat ubi sit ecclesia, quae est domus Dei, illa salicet & ibi, cui tempore suo Damascus Papa praesidebat, sancta ecclesia Romana. Tendendum itaque est fide inconcussa, ecclesiam Christi & Petri naviculam, quamvis agitur multis interdum turbinibus in hoc tempestuoso mari & procelloso, nunquam privari praesentia Christi, & gubernaculo Spiritus sancti, qui eam non sinit errare in his quae fidelis sunt, & necessitatis ad salutem. Caetera quae de ecclesia erant dicenda hoc in loco, gratia brevitatis dimissa sunt, cum haec in audientia publica fuerint recitata.

Præterea quanto gratia est potior natura, tanto & divina providentia, quae est secundum gratiam, est potior & efficacior respectu provisorum, quam sit providentia, quae est secundum naturam: sed divina providentia, quae est secundum naturam, nunquam deficit universaliter: ergo nec secundum gratiam deficit totaliter, ut videlicet Christus sponsam suam ecclesiam, quam indefectibiliter gubernat secundum esse naturae, & eidem providet secundum conditionem suae naturae, permittat errare in his quae maxime necessaria sunt ad statum gratiae & salutis, cujusmodi est errare in fide.

Præterea ecclesia Christianorum est multo praestantior, quam fuerit synagoga Judaeorum. Patet tam ratione legis, quam sacerdotum, sacramentorum, & omnium in ea contentorum. Sed Deus: nunquam ex toto deseruit synagoga Judaeorum, pro tempore quo ipsam durare oportuit, nec eam errare permittit circa fidem, de qua Isaiae 21. *Super speculam Domini ego sum stans jugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus.* Eiusdem 49 dicit Dominus: *Nunquid potest mulier oblivisci infantem suum? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tu.* Quae omnia & infinita hujusmodi dicta sunt ad litteram de synagoga, pro tempore suae durationis. Unde & Phariseorum doctrinam Dominus tanquam veram, licet ipsi essent mali, approbavit, cum dixit: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei, &c.* Ergo nec ecclesiam Deus deseruit, aut errare permittit in his quae sunt necessaria ad salutem, pro toto tempore dominationis suae, quod quidem durabit usque ad consummationem saeculi. Præterea omnis architectus sapiens aedificat domum suam firmiter, tantum quantum scit & potest, sive supra firmam petram, sive aliter: sed Christus fuit & est sapientissimus architectus: ergo aedificavit domum suam, quae est ecclesia, firmiter, & supra firmam petram: Major patet per Apostolum, qui ait: *Ut sapiens architectus fundamentum posuit.* Et Matthaei 7. *Similis est sapienti qui aedificavit domum suam supra firmam petram.* Minor etiam patet, quia Christus Dei sapientia, & Dei virtus secundum Apostolum, est etiam architectus, quia aedificavit ecclesiam, secundum illud: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.*

Synagoga non destruit, quo modo ecclesiam?

Matth. 21.

Non imperitiam reliquit Christus, sed sciam quoniam supra firmam petram aedificabo.

1. Cor. 3.

Matth. 16.

Prosequendo responsionem inchoatam die sabbati ad dicta magistris proponentis in materia articuli communionis sub utraque specie, quia coactor temporis brevitatis, non valeo omnia dicta ejus, ut opportunum esset, perscrutari: tamen ne clavis oculis pertranscam illa, quae mihi videntur in positione sua difficultatem habere, referam per articulos, discussionem eorum sequentibus reverendis magistris & doctoribus relinquendo. Curabo autem pro praesenti ad ea solum respondere, quae faciunt, vel videntur facere contra intentionem meam, in articulo proposito per eundem. In primis igitur post ea quae de insufficientia protestatione dicta sunt, & de acceptione ecclesiae, quae visus fuit ponere ecclesiam constare solum ex justis, & in gratia gratum faciente actualiter constitutis difficultatem offert id quod dicit in secundo membro divisionis, quam facit de communione, quod per assumptionem dignam corporis & sanguinis Christi homo ingeritur ad communionem primo modo acceptam, & sit de societate sanctorum. Et quod ad hunc sensum intelligatur auctoritas Augustini in homilia: « Corpus Domini a quibus sumatur. Item circa tertium membrum dictae divisionis dicit, quod a communione, quae minus proprie & vulgariter accipitur, sit excommunicatio hominum a iudicibus ecclesiae: & quod hujusmodi excommunicatio fertur quamplurimum non pro peccato mortali, sed solum de facto, & non de jure, & solum pro veniali. Item in resurrectione praedictae trimembris divisionis dicit: Boni Christiani cum malis non habent unitatem vitae & spiri-

Si ergo ecclesia posset errare, aut erravit aliquando, ut dicunt adversarii, sequitur manifeste, quod Christus non aedificaverit ecclesiam Concil. General. Tom. XXIX.

ANNO CHRISTI 1433

ANNO CHRISTI 1433

2. 1. Pro. 10. refutatio

spiritus in Christo, sicut vivum membrum a mortuo; & ad hoc inducit Apostolum, 1. Corinth. 10. *Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum.* Et 2. Corinth. 6. *Qua est conventio Christi ad Belial?* Item in correlariis quae inferunt ex precedenti notabili. In primo dicit, quod non omnis qui eclusus est de tertia communione, puta per excommunicationem iudicis, eclusus est de secunda communione. Item in secundo correlario dicit, quod minus est perniciosum & incautum communicare tam cum scito excommunicato a iudice, quam cum scito mortaliter peccante. Et ad hunc sensum adducit Apostolum: *Nolite communicare,* &c. Item in tertio correlario ponit, quod notorii peccatores debent a communione sanctorum propelli. Et ad hunc sensum inducit exemplum de Dathan & Abiron, Numerorum 16. ubi dicitur: *Recedite a tabernaculis hominum,* &c. quae ibi profequitur contra manifesta peccata; praedicta scilicet, quae mihi videntur, salvo iudicio meliori extra materiam meam posita, non modicas de continere difficultates, quas ut praedixi, doctores & magistri subsequentes, ut spero, plenissime aperient & declarabunt.

Cap. 21. Superius in textu prima pars probatur.

1. quod. 73 articulo

Deinceps ad ea quae me contingunt oculos aperiam. Et primo ad id quod supponit, videlicet quod communio eucharistiae Graece dicitur panis & calicis sacramentum. Ad quod dicendum, quod hoc non semper verum est, quia quandoque accipitur pro hostia tantum, sicut patuit ex concilio Toletano 12. superius allegato, & etiam per cap. Presbyter de consecr. dist. 11. ubi ex concilio Wormacensi praecipiebatur sub his verbis: „ Presbyter eucharistiam semper habeat paratam, „ ut quando quis infirmatus fuerit, statim „ eum communique, ne sine communione „ moriatur: ubi secundum glossam, eucharistiae nomine sola hostia designatur. Nam „ dicit Sanguinem non praecipit servare, quia „ opus esset nimia cautela in eo servando; nec est de intentione Gregorii dicere in loco praedictato, quod eucharistia significet panem & calicem, quasi de suo principali significato. „ imo dicit ne Cujus panis & calicis sacramentum Graece eucharistia dicitur, Latine bona gratia interpretatur. Et sequitur: Et quid melius sanguine & corpore Christi? Ex quibus verbis patet, quod nomen eucharistiae non competit speciebus: sed ipsi rei, scilicet, carni & sanguini Domini nostri Jesu Christi. Unde sanctus Thomas tertia parte summae suae loquens de nominibus huius sacramenti, & Petrus de Palude in 4. dist. 8. dicunt in forma, quod licet istud sacramentum sit unum perfectione & ordine, est tamen diversis nominibus nuncupatum. Nam in quantum est rememoramentum Domine Passionis, dicitur sacrificium, hostia & oblatio, & hoc modo significatio ejus refertur ad praeteritum. In quantum vero significat rem, respectu praesentis temporis, tunc cum duplex sit res huius sacramenti, una significata & contenta, scilicet ecclesiastica unitas, ideo ratione primae rei significata & contenta, ut dicit dominus Petrus de Palude, dicitur eucharistia quasi bona gratia, quia continet fontem gratiae: eucharistia enim Graece, bona gratia Latine interpretatur. Ratione vero secundae rei significatae, scilicet unitatis ecclesiae-

stice, nominatur communio, vel synaxis, secundum quod omnes per hoc sacramentum significantur aggregari in unum corpus Christi mysticum. Unde dicit Damascenus quarto libro, quod dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo & participamus ejus carne & deitate; & quod communicamus & unimur per ipsam ad invicem. Dicitur etiam in Graeco metalepsis, *metalepsis*, id est, assumptio, quia ut Damascenus dicit, per hoc Filii deitatem assumimus. Quare suppositio generaliter non est vera, imo ut in pluribus & quasi semper eucharistia supponit pro hostia tantum.

Quantum ad secundum notabile, quod est de differentia terminorum, scilicet, Licet, Expedi, & Necessarium, & quod huiusmodi sacramenti sumptio non sit necessaria necessitate absoluta sumus satis concordantes, ut dictum fuit in prima conclusione mea. Quantum ad tertium notabile, de differentia praecceptorum Dei, licet concordemus de eo quod dicit, quod quaedam obligant semper, & pro semper, quaedam autem ad semper, sed non pro semper. Nihilominus in exemplo posito, de diligere Deum, videat ipse si bene dictum sit, cum diligere dicat actum elicium a diligente, licet sit actus immanens, & non transiens in exteriorem materiam, sicut & intelligere, & si quilibet teneatur sub praeccepto omni tempore & momento incessanter, & sine interpellatione intelligere, & diligere Deum actuali elicitione actuum, & si ipse faciat, dum dormit, comedit, & bibit, & in aliis rebus occupatur, videat ipse & iudicet, quia hoc est proprium angelorum & comprehensorum in patria. Credo tamen quod accipit diligere pro habitu dilectionis & non pro actu, & sic utique verum est. Et haec dicta sint contra praesupposita breviter.

Precepta quaedam obligant semper, quaedam semper, sed non pro semper.

Sed jam venio ad primam partem suae positionis, in qua dicit, quod communio divinis eucharistiae sub specie utraque, panis scilicet & vini, utilis multum est, & saluti expediens. Contra quam in forma posui conclusionem meam tertiam, in terminis contrariam, in quibus conclusionibus tam sua quam mea duo tanguntur, unum est quod communio divinis eucharistiae sit multum utilis, & saluti expediens, & in hoc sumus concordantes, quia tanta est utilitas huius sacramenti, & tot effectus divinos in fumentibus signe operatur, ut nec ipse magister, nec ego, imo nec omnes linguae mortalium, etiam omnia membra converterentur in linguas, sufficerent enarrare, imo nec etiam ipsi angeli, & sancti in patria comprehendere possunt, nec valent comprehendere. Secundum, quod attenditur in praedictis conclusionibus, est in quo consistit contrarietas inter ipsam & me, videlicet, quod sub duplici specie, vel sub una ministraretur quoad populum laicalem.

Utilitas eucharistiae infinita.

Auctoritates igitur quibus probat utilitatem sumptionis huius sacramenti, concedo, quia nihil aliud intendunt quam utilitatem simpliciter sumptionis huius sacramenti, quae utilitas, sequitur plene & perfecte in dignis fumentibus, sive sub una, sive sub duabus speciebus sumatur, cum sub altera plene & integre caro Christi, & sanguis ejus, imo & totus Christus sumatur, ratione cuius sumptionis sequuntur omnes praedicti effectus. Quapropter

Et hoc tam proinde conceditur ad convenientiam sub uno quam sub utraque specie.

ANNO
CXXXI
MCC.

ANNO
CXXXI
MCC.

faile inferitur, & male, cum ex prædictis au-
 thoritatibus sic concluditur: Quare sequitur,
 quam utilis est & quam expediens saluti fide-
 lium divinissima eucharistia sub specie utra-
 que communio, si fuerit digne celebrata; Nisi
 forte propter id quod dicit, Digne celebrata,
 vellet referre ad celebrationem sacerdotum,
 quia proprie celebrare & offerre sacrificium
 in rebus sensibilibus Deo, pertinet ad sacer-
 dotes, licet etiam ex prædictis auctoritati-
 bus nec hoc sequatur, cum pure loquatur de
 manducatione, & sumptione corporis Christi,
 nisi forte auctoritas Alexandri pape, qui
 licet: Nihil sacrificio majus esse potest;
 quia ut dictum, solum sacerdotum est of-
 ferre sacrificia domino.

De consecra-
tione dicitur in
Cap. 9. Nihil.

Sed jam præ declaratione auctoritatum Am-
 brosii, sancti Thomæ, Alberti Magni, Inno-
 centii, & multorum aliorum, qui sequuntur,
 est diligenter notanda distinctio que sequitur,
 ex qua spero per gratiam Jesu Christi satisfacere
 omnibus audientibus, non habentibus ani-
 mum passionem aliqua obumbratum, que dis-
 tinctio, præsupposita catholica veritate, est
 ita clara & ita distincta, quod nemo poterit
 contra eam aliquid objicere, nisi proterva
 voluntate.

Triplex est
perditio hu-
jus sacramen-
ti rei, spiritus
sancti, præ-
sentis rei, non
est in ipso
Christo in-
ter sub quali-
bet specie.

Sciendum igitur quod triplex est hujus sa-
 cramenti perfectio, videlicet rei, signi, &
 effectus. Perfectio hujus sacramenti, quan-
 tum ad rem, consistit in integritate & totali-
 tate presentis rei & contentæ & signatæ in
 hoc sacramento, videlicet ipsius Christi, &
 sic sub utraque specie hujus sacramenti simul
 totus Christus vere & totaliter continetur, &
 sub altera similiter. Unde idem per omnia
 continetur sub utraque specie simul, & sub
 altera tantum, & secundum eundem modum
 existendi, unde sicut sub speciebus panis &
 vini simul totus & unus Christus & integer
 continetur, scilicet cum corpore, anima,
 sanguine, & deitate, sic per omnia sub spe-
 ciebus panis per se sumptis, & similiter sub
 speciebus vini, imo & sub qualibet particula
 panis, & sub qualibet gutta vini, & secun-
 dum eundem modum etiam existendi, quia
 sicut sub specie panis est unita deitas huma-
 nitati, sic & sub speciebus vini: & sicut hic
 anima informat corpus, ita ibi, & sicut hic
 sanguis est inclusus intra venas corporis, ita
 sub speciebus vini, & ita quantum ad rem,
 & in modo existendi rei in hoc sacramento,
 nulla est diversitas, sive consideretur sub am-
 bas, sive sub altera tantum speciebus. Sed
 in conversione est diversitas, quia ex vi sa-
 cramenti, panis tantummodo in corpus Chri-
 sti convertitur, videlicet, quod ex carne, of-
 fibus, nervis, & aliis hujusmodi integratur.
 Cætera vero sunt ibi ex vi naturalis & realis
 concomitantie, scilicet, anima, sanguis, &
 deitas, que corpori Christi realiter, & natu-
 raliter consequenter sunt unita, quia ut dicitur
 ad Romanos 6. *Christus resurgens ex mor-
 tuis jam non moritur, mors ibi ultra non domi-
 nabitur. Quod enim vivus, vivit Deo.* Unde
 cum corpus non vivat nisi per animam, &
 anima animalis in sanguine sit, ut habetur
 Genesis nono, necesse est naturali concomi-
 tantia sit ibi & sanguis & anima. Et cum
 deitas nunquam corpus quod assumptis depo-
 fuerit aut dereliquerit, necesse est ut etiam
 sit ibi deitas, non solum absolute considerata,

Diversitas
est in conver-
sione.

ratione sua immensa majestatis, sed etiam
 hypostatice ex reali concomitantia.

Similiter sub speciebus vini est tantum san-
 guis Christi ex vi sacramenti directe, tam-
 quam terminus per se consecrationis, corpus
 vero, anima, & deitas sunt ibi ut dictum
 est, ex naturali & reali concomitantia. Si
 quis vero in triduo mortis domini consecisset
 hoc sacramentum, prædicta realiter separata
 in ipso, scilicet corpus, sanguis, & anima,
 ab utroque, quia sub specie panis fuisset cor-
 pus & divinitas, sed non anima, neque san-
 guis, quia erant in re per mortem separata,
 & similiter sub specie vini. Sic igitur in hoc
 sacramento ubicumque est aliqua pars sacra-
 menti, sive sub specie panis, sive sub specie
 vini, sive aliqua pars corporis aut sanguinis
 Christi, ibi est totus & integer Christus: unde
 beatus Hilarius loquens de hoc sacramen-
 to, & habetur de consecratione, distinct. 2.
 "Ubi pars est corporis, ibi & totum. Hic-
 "onymus etiam, & habetur eadem dist.
 "Singuli: Singuli accipiant Christum domi-
 "num: & in singulis portionibus totus
 "nec per singulos minuitur, sed integrum
 "se præbet singulis. Magister quoque sen-
 "tentiarum libro 4. dist. 11. ita dicit: Sub
 "utraque specie totus sumitur Christus, nec
 "plus sub utraque, nec minus sub altera.
 "Eadem enim ratio est, ut ait Hilarius, in
 "corpore Christi, que in manna præcessit,
 "de quo dicitur Exodi 16. *Qui plus collegerat,
 "non habuit amplius, nec qui minus par-
 "ticipavit, habuit minus,* & infra: Nec debent
 "dici duo sacramenta, sed unum, quia sub
 "utraque specie idem sumitur, & habetur
 "de consecr. dist. 2. Ubi pars. Item Augu-
 "stinus in lib. sententiarum Prosperi: Quia
 "semel immolatus est Christus, hoc autem
 "sacrificium exemplum est illius, id ipsum,
 " & semper id ipsum, proinde unum est hoc
 "sacrificium, alioquin quoniam in multis lo-
 "cis offertur, non multi sunt Christi, sed
 "unus ubique est Christus, & hic plenus, &
 "illuc plenus, & habetur de consecratione
 dist. 2. In Christo. His auctoritatibus ostendi-
 tur manifeste, quod in hoc sacramento sub
 qualibet specie est totus & integer, atque
 plenus Christus, & sub utraque simul, imo
 & in qualibet particula, scilicet, cum cor-
 pore, sanguine, anima & deitate, & cum
 omnibus que ad perfectionem & integritatem
 ipsius pertinent, nec in hoc debet ali-
 quis fidelium dubitare, quia hæc est fidei ca-
 tholicæ, & omnium sanctorum doctorum sen-
 tentia, &c.

Cap. 79.

Perditio dicitur
in 10.

Perditio dicitur
in 10.

Alia perfectio hujus sacramenti consistit in
 signo, sive in significatione, secundum quod
 concurrunt omnia illa & integre, que requi-
 runtur ad totalem & completam illius sacra-
 menti significationem; & secundum hoc ambæ
 species, sicut & qualibet earum est de inte-
 gritate, & perfectione sacramenti, eo quod
 per ambas, & per nullam illarum seorsum,
 sufficienter & complete exprimitur hujus sa-
 cramenti significatio, quod patet; primo,
 quia hoc sacramentum significat Christum, ut
 nutrimentum perfecte reficiens se digne man-
 ducantes: sed cum perfecta refectio corpora-
 lis non in solo pane, aut in solo vino con-
 sistat, sed in utroque simul, utique una sola
 specierum non potest significare Christum, ut
 per-

ANNO
CHRISTI
1453ANNO
CHRISTI
1453

Luc. 12

perfecte reficientem, sed una significat eum A
per modum cibi reficientis, & famem tollentis, ratione sui corporis, & alia per modum potus suum extinguentis, ratione sanguinis, unde nulla seorsum, sed ambæ simul hoc complete significant, quia ambæ species ad integritatem significationis hujus sacramenti requiruntur. Secundo, quia hoc sacramentum institutum est in memoriam dominicæ passionis, secundum illud: *Hoc facite in meam commemorationem*, & apostolum prima ad Corinth. 11. *Quotiescumque manducaveritis panem hunc, & calicem biberitis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat*, prout videlicet Christus in sua passione fuit in corpore suo subjectus multiplici afflictioni, & secundum quod eius sanguis fuit a corpore separatus. Sed hoc non potest significari nec representari per alteram speciem tantum, sed per utramque simul: igitur ad completam & perfectam significationem passionis Christi & representationem, utraque species requiritur, scilicet, species panis, quæ post consecrationem in altari frangitur, per quam corpus Christi subjectum multiplici fractioni seu pernalitati significatur; & species vini, per quam seorsum sanguis Christi effusus ostenditur.

Ad hujus passionis igitur completam significationem requiruntur ambæ species, unde Augustinus in libro sententiarum Prosperi: *Dum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio, ejusque sanguinis effusio de latere significatur?* Tertio, quia sacramentum hoc significat assumptionem totalis humanitatis assumptæ a Christo, tam quoad animam, quam quoad corpus, & etiam significat perfectam nostram redemptionem, scilicet in anima & corpore. Unde dicit magister sententiarum in 4. distinctione 2. quod in duabus speciebus celebratur, & animæ & corporis in Christo susceptio, & utriusque in nobis liberatio significatur: hæc autem significatio non potest fieri per alteram speciem tantum, sed per ambas simul, ut per speciem panis significetur corpus, per speciem vini significetur anima, cujus sedes est in sanguine, secundum modum scripturæ dicentis quod sedes animæ est in sanguine.

Tertia vero perfectio hujus sacramenti est effectus ipsius, qui est augmentum gratiæ, deletio peccatorum venialium, preservatio a futuris peccatis, quædam refectio spiritualis animæ, & tandem in perseverantibus & digne sumentibus adeptio æternæ gloriæ. Hi autem effectus, ut manifestum est, non dependent a speciebus sacramentalibus, nec ex significatione qua representantur per dictas species passio dominicæ, perfectum spirituale nutrimentum, perfectæ a Christo nostræ humanitatis assumptio, & totius hominis per passionem suam perfectæ & integra redemptio, sed ex perfectione & totalitate rei, secundum quod superius dictum est. Unde Albertus Magnus in tractatu de officio missæ ita dicit respondendo ad quædam objecta: Ad hæc autem & similia non est difficile respondere ei, qui apud se bene habet scientiam sacramentalium: dici enim debet quod sicut in omni sacramento, ita & in isto est aliquid sacramentum tantum, sicut formæ sacramentalis, & aliquid res & sacramentum, sicut

corpus Christi verum, & aliquid res tantum, sicut gratia nutriens spiritualiter ad incorporationem in Christum faciendam. Formæ enim sacramentales significant tantum, & nihil causant; corpus autem Christi verum significat & causat: gratia autem nutriens spiritualiter significatur & causatur, & nihil ulterius significat, sed causat in mystico corpore incorporationem, quæ sit fidelium in Christum. Et hæc de causa ista tria sunt in sacramento; ita scilicet, quod primum est significans, & non significatum: tertium autem significans, & significatum: medium autem est significatum & significans. Quidquid autem ex institutione divina significat gratiam, sacramenti nomen habet & rationem, quia sacramentum est invisibilis gratiæ visibilis forma, cujus speciem gerat, & causa existat, sicut dicit Augustinus. Hæc Albertus.

Cum igitur sub utraque specie totus & integer Christus contineatur, & seorsum sub qualibet, manifestum est quod sive sumatur sub ambabus speciebus, sive sub altera tantum, eum totus & integer sumatur utroque modo, quod in digne sumentibus totus & integer effectus consequitur. Ita igitur distinctione præsupposita, venio particulariter ad auctoritates quæ inducuntur, & primo ad auctoritatem beati Ambrosii. Dicendum igitur quod verum est, quia in morte Christi liberati sumus, & quod hoc sacramentum in memoriam illius divini beneficii celebratur, & quod ad tuitionem utriusque animæ scilicet & corporis, utrumque scilicet caro & sanguis sumitur, sive sub duplici specie, sive sub una accipiatur, verum quantum ad significationem, hæc tuitio utriusque completus & perfectus sub duplici specie, quam sub una designatur, licet non magis sub duplici, quam sub una, quoquo modo in simplici sumptione ad prædictorum tuitionem operetur. Quod ad significationem faciendam, sicut & passionis Christi, quantum ad species visibiles, pertinet ad sacerdotes, quibus solis ipse Deus dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*. &c. Unde in libro sententiarum distinctione 2. quarti libri, post prædicta verba beati Ambrosii subditur: Sub utraque specie sumitur, quod ad utrumque valet, quia sub utraque specie sumitur totus Christus. Sed si in altera tantum sumeretur, ad alterius tantum, id est, corporis aut animæ, non utriusque pariter, tuitionem valere significaretur. Ecce quomodo Magister loquitur de significatione. Non enim dicit, ad alterius tuitionem tantum valeret, sed ad alterius tantum tuitionem significaretur valere. Imo dicit, quod sub utraque specie sumitur, quod ad utrumque valet.

Ad idem est Hugo in quarto de sacramentis, ubi ita dicit: Nunc videtur dicendum quod licet in duabus speciebus sumatur, tamen sub utraque integer Christus sumitur. Non enim potest esse corpus sine sanguine, nec sanguis sine corpore esse potest. Sed ideo in duabus speciebus sumitur, hujus ut significetur sacramenti duplex effectus. Valet enim, ut ait Ambrosius ad tuitionem corporis & animæ, & quod sumitur in pane, valet ad utrumque & similiter quod in vino sumitur, quia in pane

Perfectio refectio rucha-
nia.Cap. Quid
in hoc sacra-
mento et sa-
cramentum
tantum: quid
res tantum
&c.Ad S. Am-
brosium.

Ad Hugonem.

ANNO
CHRISTI
1433.

totum & integrum sumimus. Sed si in panem tantum sumeremus, alterum tantum significaretur, secundum quod ad tuitionem corporis valeret. Iterum, si in vino tantum sumeretur, licet hoc sufficeret ad corporis & animæ tuitionem, tamen hoc solum significaretur quod pro salute animæ susciperetur. Hæc ille.

Ad 8. Th.

Post hæc adducit sanctum Thomam parte 3. qu. 74. art. 1. dicentem de distinctione duplicis speciei, & similiter eadem parte quæst. 76. art. 2. Ad quem dicendum, quod sanctus doctor ex proposito & ex intentione tam in 3. parte, quam in quarto sententiarum, & pene in omnibus scripturis suis, in quibus tractat hanc materiam, determinat pro parte consuetudinis Romane ecclesie, & eandem consuetudinem multipliciter laudat & approbat, secundum quod in precedentibus ex dictis suis satis fuit diffuse declaratum. Sunt autem doctores allegandi ad eum sensum quem ipsi intendunt in dictis ipsorum, & non ad sensum repugnantem, sicut & sacra scriptura. Sed videtur mihi quod magister opponens, omnia doctorum clara & manifesta intentione, nitatur & laboret eosdem doctores capere in sermone, quemadmodum & Judæi observabant Christum. Verumtamen ne credat se doctores catholicos in hac materia in contradictione deprehendisse, respondendum est. Et primo ad dicta hujus doctoris, qui in prædictis locis intendit assignare causas, quare in consecratione hujus sacramenti utraque species requiritur, cum tamen idem contineatur utrobique, & quod una specierum nullo modo superfluit, & ad hoc ostendendum triplicem causam assignat. Prima est expressio significationis dominicæ passionis. Secunda est expressio significationis completæ refectionis spiritualis. Tertia expressio significationis salvationis utriusque hominis, quorum omnium representationem facere pertinet ad sacerdotes, quibus dictum est & præceptum: *Hoc facite in meam commemorationem*. Quod autem dicit: *Conveniens est ut seorsum exhibeatur fidelibus tam ratione usus, quam ratione effectus*; dicendum est quod doctor loquitur de institutione hujus sacramenti, causas assignando, quod non frustra sub duplici specie institutum sit, & sic id quod dicit quod seorsum exhibeatur fidelibus refertur indifferenter ad ecclesiam, & verificantur verba sua, tam in sacerdotibus; quam in non sacerdotibus, quibus sic ex consuetudine ministrabatur, ut dictum est de ministris quarundam ecclesiarum, specialiter in ordine Cisterciensium. Id vero quod dicit, quod corpus Christi exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ sub diversis speciebus, intelligendum est significative, ut sæpe dictum est, & secundum quod dictum est ad auctoritatem Ambrosii. Ex quibus patet, quod quantum ad rem, & simpliciter, nulla est utilitas major capere sub utraque specie, quam sub una, imo stantibus consuetudine universali, & statuto ecclesie in oppositum, quibus fideles tenentur conformari & obedire, capere sub utraque est damnable & perniciosum.

Uterius, quod ex communione sub utraque specie augeatur gratia in sumente, scilicet ratione adjunctæ secundæ speciei, negatur simpliciter. Et ad auctoritatem Augustini di-

dicendum, quod dicta auctoritas Augustini ponitur in glossa ordinaria super psalmo 22. In quo psalmo David enumerat decem dona Dei, quæ prædicta glossa vocat decem gratias, & post nonam gratiam ponit auctoritatem jam allegatam, quam sic incipit: *Nota quod calicem & sanguinem Christi psalmita per se ponit, quasi aliam gratiam a mensa & a corpore Christi, cum tamen caro sine sanguine, &c.* In qua auctoritate glossa implicate solvit illam questionem, Cur psalmita enumerando dicta dona Dei seu gratias, mensam & corpus Christi & calicem & sanguinem distinguit, velut duas gratias & duo dona Dei? cum species panis & vini sint unum sacramentum totale & non duo, & caro Christi non possit de lege communi esse aut sumi sine sanguine, & e converso, eo quod totus Christus est sub utraque specie.

Et respondendo reddit istius distinctionis tres causas. Prima est distinctio essentialis corporis Christi & sanguinis ejus. Et hanc tangit cum dicit: *Sed quia caro non est sanguis, & sanguis non est caro.* Secunda est diversitas conversionis & illam innuit cum subjungit: *Et panis in carnem convertitur, & vinum in sanguinem, & non e converso.* Tertia est distinctio specierum panis & vini, & istam dat intelligere, cum addit: *Et sub diversis speciebus utrumque sumitur.* Et hæc est totalis intentio auctoritatis illius, in qua nulla mentio fit de communione laicorum sub utraque specie, & illud quod in fine ipsius ponitur: & sub diversis speciebus utrumque sumitur; refertur ad sacerdotes sacrificantes, ad quos pertinet sub utraque specie conficere, & sumere propter perfectam sacramenti significationem.

Et ex hoc patet quod falso infertur & male, cum dicitur, quod sit alia gratia sub illis diversis speciebus, & per consequens sumens sub una non sumit utraque, quia illa distinctio tantum ponitur propter rationes prædictas, quæ nullo modo inferunt aliquam distinctionem in re aut in effectu. Unde & caute Augustinus & glossa inquit: *Ideo mentiam & calicem hic distinguit, velut diversas gratias.* Et superius in principio auctoritatis dixerunt: *Qui calicem, id est, sanguinem Christi per se ponit quasi aliam gratiam, &c.* Non enim ajunt quod sint diversæ gratiæ, sed propter prædictas diversitatis causas dicunt *Velut, id est, quasi diversas gratias.* Ex quo nullum potest inferri præjudicium communioni sub una specie, quasi minus contineat in se aut rei aut gratiæ.

Ad illud igitur quod ex prædictis auctoritatibus videlicet Ambrosii, Thomæ & Augustini concludit, videlicet quod sint diversæ gratiæ sive efficacæ, & diversi fructus sub duabus speciebus, negatur, ut expositum est, quia ex dictis illorum nihil sequitur. Quare fideles intelligere debent, quod nihil utilitatis, nihil virtutis, nihil gratiæ aut cujuscumque spiritualis effectus, sumitur per sumentes hoc sacramentum sub duplici specie magis, quam per sumentes sub altera tantum, cæteris paribus. & ex opere operato, & quod eis per consequens nihil auferatur spiritualis effectus, nisi occasio erroris, periculum effusionis, & irreverentia, quæ in multitudine populi minus discreti & minus cau-

Non plus sumitur, quod effectum, sub utraque specie, quam sub una, cæteris paribus.

ANNO
CHRISTI
1433.

Ad Aug. 8.

ti, posset accidere huic venerabili sacramento in administratione sub specie vini.

Uterius, ad auctoritatem Alberti Magni dicendum primo, quod tempore Alberti Magni non dubium est quin modus & consuetudo unius speciei jam erat in ecclesia introducta, nec reperitur quod eam hic doctor profundissimus in loco aliquo redarguerit, aut reprehenderit, quod utique audacter fecisset, si ipsam quoquo modo credidisset aut putasset illicitam: imò prædictus doctor putavit & credidit, non solum ecclesiam posse ministrare laicis hoc sacramentum sub una specie, sed etiam credidit quod ecclesia posset cum sacerdotibus dispensare, ut in illis partibus, in quibus non potest vinum de facili reperiri, conficerent sub una specie. Unde in tractatu suo de missa prope finem dicit: Propter intolerabile damnum animarum quod incurrunt habitantes in terris ubi non habetur vinum, expediret ut dispensaretur, ut Christi corpus sine calice confici posset. Et subdit rationem illius dicti dicens: Corpus enim non est sine sanguine, & anima, & deitate, quamvis non sit ibi sanguis vi consecrationis. Non est igitur dicendum nec presumendum, quod tantus doctor sibi ipsi in allegatis auctoritatibus fuerit contrarius.

Ad auctoritatem igitur ejus allegatam dicendum, quod loquitur de sacerdotibus celebrantibus & conficiantibus hoc sacramentum, quod manifestissime patet, & sole clarius ex ipsius responsione, quam immediate ad dictum dubium motum subsequitur, quam responsionem magister Joannes ea ex causa dimisit, quia totaliter facit contra eum. Nam Albertus respondens ita dicit: Sed hoc dicimus, quod Christus postquam exhibuit corpus suum sub specie panis, tunc etiam postea exhibuit sanguinem suum sub specie vini, & utrumque sacramentaliter esse celebrandum præcepit in ecclesia per statuta apostolica, & ideo ecclesia instructa actione Christi, utrumque celebrat, divisim conficiendo corpus sub specie panis, & divisim conficiendo sanguinem sub specie vini. Quod autem sic divisim hæc duo exhibuerit, & celebranda instituerit Christus, patet Matthæi 27. Hæc Albertus. Qui post prædicta cum testimoniis evangelicarum probaret quod Christus sub duplici specie hoc sacramentum instituerit, & ita celebrandum & conficiendum in ecclesia per statuta apostolica præceperit, subiungit: Ex omnibus istis accipitur, quod Christus sub una specie panis corpus suum tradidit, & sub altera specie vini tradidit sanguinem, & sic servandum instituit: & cum Christi actio sit, nostra instructio, pro certo hæc duo nobis servanda esse præcepit, & ideo sub una specie corpus, & sub alia tradidit sanguinem. Hæc Albertus in loco ubi dictus magister allegat eum, in quo unusquisque vel sciens grammaticam potest intelligere hunc doctorem, quod non loquitur nisi de celebrantibus & conficiantibus hoc sacramentum.

Uterius, valde notandum verbum, quod ibi dicitur, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum esse præcepit in ecclesia per statuta apostolica. Ex quo verbo patet intentio hujus doctoris, quod etiam celebratio hujus sacramenti per sacerdotes in ec-

clesia non est præcepta immediate a Christo sed per statuta apostolica? quæ tamen statuta apostolica ipsi Christo attribuit ad declarandum quod nihil ecclesia statuit, aut potest statueri, quod concernat fidem, aut aliquid necessarium ad salutem sine Christo ipsam dirigente, & eidem assistente usque ad consummationem sæculi. Unde & inferius ait assignans rationem de duplici specie in celebratione: Hujus autem facti Christi & ecclesie hæc est causa, &c. ubi & Christo & ecclesie hoc factum attribuit, & ex hoc fundamento dependet illa sententia sua, qua ut superius dictum est, asseruit, quod in partibus, in quibus non reperitur vinum, ecclesia posset dispensare ut sub specie panis tantum sacerdos conficeret, quod utique nullo modo posset fieri, si fuisset Christi præceptum tantum obligans in celebratione hujus sacramenti, & sumptione, quantum adversarii conantur persuadere.

Ad verbum, autem, Tradimus sanguinem, dicendum, quod sæpe doctores subinducunt personam totius communitatis, vel ecclesie, & loquuntur in numero plurali, & sic ille doctor loquitur in persona ecclesie. Nam superius dixerat, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum esse in ecclesia per statuta apostolica præceperat, & postmodum subdit: Et ideo sub una specie corpus, & sub altera sanguinem tradimus, per modum scilicet statuti & doctrinæ, quasi diceret, Nos ecclesia tradimus & mandamus, sive statuimus & docemus sub una specie corpus, & sub altera sanguinem debere celebrari. Secundum quod & apostolus in nostra materia loquitur 1. ad Corinth. 11. *Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis.* Non enim apostolus acceperat communionem sacramentalem a domino per modum quo communicans accipit eucharistiam a sacerdote, nec similiter ipse ita tradidit Corinthiis, nisi per modum doctrinæ; unde arguens paralogizat in acceptione termini, Tradimus.

Ad aliud autem quod inducitur de eodem doctore, videlicet de divisa vel diversa operatione corporis a sanguine, &c. dicendum, quod idemmet doctor super illa litera textus Augustini, quod sacramentum componatur ex visibili elementorum specie, & domini nostri Jesu Christi carne, sacramento videlicet, & re sacramenti, dicit sic: Non intendit hic Augustinus determinare partes essentielles sacramenti, sed potius dicere ea quæ exiguntur ad veritatem & sacramenti perfectionem, secundum quod est effectivum unitatis corporis mystici, quod est ecclesia. Species autem visibiles operantur illam per modum significandi, ut Magister dicit in sequenti distinctione, quia sicut unus panis fit ex multis granis deputatis, & vinum confuit ex multis uvis, sic ecclesia congregatur ex multis fidelibus, corpus autem Christi efficit illam per modum causæ. Hæc ille.

Ex quibus verbis ejusdem doctoris manifeste colligitur, quæ sit operatio specierum sacramentalium, quia est ipsa significatio, pro ut etiam superius dictum est per eundem doctorem, quod formæ sacramentales nihil causant, sed solum significant. Ista igitur ejusdem doctoris præsupposita declaratione, manifeste-

ANNO CHRISTI 1493.

A. J. Alberti Magni

Opera in te. Amalia factum per eum.

In cap. De hujus potest proprie esse. Hæc operatio.

ANNO CHRISTI 1493.

Lib. sent. 4. d. R. 10.

ANNO
CHRISTI
1432

manifesta est intentio sua, quia videlicet sicut ad nutrimentum corporale sumitur potus ad perfectionem nutrimenti, ita & in nutrimento spirituali datus est potus ad perfectionem nutrimenti spiritualis, scilicet ipse sanguis Christi, & quantum ad hoc, ut superius dicebatur post Hugonem de sancto Victore & Magistrum sententiarum, totum completur & continetur sub altera specierum. Verum quia perfecta refectio, quæ consistit in cibo & potu spirituali, non significatur per unam speciem, idcirco idem doctor ait, quod divisam habet operationem sanguis a corpore, corpus enim dedit Christus in communionem sui & membrorum, sanguinem autem dedit in redemptionem. Istæ autem sunt diversæ operationes, quod utique verum est tam in se, quam etiam in signo: tamen cum utrumque scilicet corpus & sanguis contineatur sub altera specie, patet quod sub altera specie utrumque sit, communicatio scilicet & redemptio, non tamen utrumque per alteram speciem significatur. Et ideo sunt diversæ operationes, & essentialiter inter se, & etiam in signis. Et hoc est quod idem doctor concludit: Quod cum Dominus sic ordinaverit, & multiplicaverit sacramenta, quod omnes gratias sacramentales habeamus in sacramentis; supple, effective, & significative; & alia gratia sit redemptionis per sanguinem, quam communionis per corporis sumptionem; non sufficit in sacramento habere elementum significans communionem, nisi etiam haberetur elementum significans redemptionem; ubi expresse doctor includit totam istam diversitatem existere in diversitate significationis, & non in re, quoad effectum. Non enim dixit, Non sufficit in sacramento habere elementum efficiens seu causans, sed, significans communionem. Ex quibus manifeste patet, quod quantum pertinet ad esse rei, nulla utilitas resultat communionis duplicis speciei: quia ista pluralitas solum requiritur propter completam significationem faciendam complete refactionis, seu aliorum, quæ per hoc sacramentum efficiuntur in nobis per dignam sumptionem.

Ad Innocentium.
Superius in testimonio SS. Patrum.

Ad auctoritatem Innocentii dicendum, quod ipse, ut superius dictum est, tenet in sequenti capitulo, quod sub sola specie panis debet eucharistia servari. Item quod in illis regionibus, in quibus alterutrum inveniri non potest, licite potest alterutrum sine altero consecrari: & in fine capituli approbat modum qui tenetur in pasceve de sumptione eucharistiæ sine specie vini. Ex quibus patet, quod hic doctor non fuit opinionis, quod utraque species fuerit vel sit de necessitate salutis, sive de præcepto Christi: quia si sic, nullum prædictorum potuisset rationaliter concedere. Ad auctoritatem igitur quæ hic inducitur, dicendum, quod loquitur de sacerdotibus actu conscientibus, quorum est conficere simul, & sumere sub utraque specie, propter perfectam significationem, ut in superioribus sæpe dictum est: quod patet ex hoc, quia nullam mentionem facit de laicis, & quia loquitur de oblatione & consecratione, quæ solis competunt sacerdotibus. Hoc etiam rubrica ejusdem capituli ostendit, quæ dicit, Cur eucharistia sub duplici specie consecratur? Et item quod de sumptione dicit, referendum est ad sacrificium, quia ad

Concil. General. Tom. XXIX.

A sacrificantem pertinet, ut dictum est, uterque actus, scilicet conscientiam & sumendi, & hoc propter significationem perfectam, tam Christi passionis, quam etiam salutis utriusque hominis. Si enim in sacificatione una tantum species conficeretur, & sumeretur, ad alterius, corporis scilicet, vel animæ, salutem pertinere significaretur: sed idcirco utrumque a sacerdotibus conficitur & sumitur, ut mors Christi & salus utriusque hominis significetur.

Quod autem ulterius addicitur, quod nec sanguis sub specie panis, nec corpus sub specie vini bibitur & comeditur, verum est quoad signum extrinsecum: sed tamen quoad rem quæ est caro & sanguis, & quoad effectum, qui est extinctio etiam & sitis, vel quoad perfectam & completam cibationem, quæ principaliter in quolibet nutrimento attenduntur, ita plene & perfecte sub una specie utrumque sumitur, sicut sub utraque, & vere comeditur corpus Christi, & vere ipsius sanguis bibitur. Unde Præpositivus, qui fuit doctor antiquissimus, quem sanctus Thomas & multi antiquorum doctorum allegant, in questionibus de sacramentis dicit: Sub hac specie sanguinis est corpus & sanguis, & sub specie panis hæc sumis sanguinem: vel ergo comedis vel bibis sanguinem: sed non est dicendum quod comedis, ergo bibis; & sub hac specie comedis. Solutio: sub hac specie comedo & bibo. Hæc præfatus doctor antiquus. Idem dicunt Petrus de Tarentasia, & Thomas de Argentina, & pene omnes, qui approbant communionem sub una specie. Nec tamen in sacrificio una species superfluit alteri: imo sicut utraque requiritur ad perfectam significationem prædictorum, sic & prædicti duo actus, qui respiciunt ratione significationis prædictas species, necessario exiguntur. Quare totum quod idem doctor & Pontifex loquitur, ad sacrificium referendum; in quo tam utraque species, quam uterque actus propter significationem prædictam requiruntur.

Ad auctoritatem sancti Thomæ de diversis instrumentis, dicendum est, quod in hoc sacramento, panis & vini non sunt diversa instrumenta, sicut nec diversa sacramenta, nisi materialiter: & ita non est nisi unum instrumentum, per quod Deus in nobis operatur perfectam nutritionem & cibationem: unde nec sub duplici specie divina virtus diversas efficacias operatur. Unde Albertus in tractatu de Missa dicit: Quod autem obijciatur quod duæ institutiones faciunt duo sacramenta: dicendum, quod non sequitur, nisi duæ institutiones essent de duabus materiis a diversis, & duabus formis diversis, & duabus gratiis in sacramentis substantialiter effectis diversis, quæ hic non sunt: quia duæ materiæ panis & vini indicant unum perfectum nutrimentum, quod in perfectione nutritionis altera illarum materiam indicare non sufficit: forma etiam ad formam refertur ad perfectionem unius sacramenti: una etiam est gratia in utroque effecta, & ideo duæ esse non possunt. Hæc Albertus. Ex quibus sole clarius patet, quod nullam bonum, nulla utilitas sequitur ex sumptione duplicis speciei, cum nulla efficacia magis sub una, quam sub duplici contineatur, & cum fiat

De huius sacramenti forma superius.

Imperfectum exemplar habet, diversa.

E e e con-

ANNO
CHRISTO
1431.

contra determinationem ecclesie, non solum non est expediens sibi, sed omnino est dam- nabilis, & nociva, maxime si pertinacia ad- jungatur.

S. Thom. 2^a
2^a 2^a art. 2.

Ceteris, ad auctoritates sequentes, qui procedunt ex effectibus appropriatis sanguini. Et primo ad auctoritatem sancti Thomae dicendum, quod ipsemet doctor declarat se ipsum & verba sua atque sententiam. Nam dicit: Per hæc verba, *hic est calix sanguinis mei*, significatur ipsa conversio vini in sanguinem, per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione, qui operatur in hoc sacramento: quæ quidem, scilicet virtus sanguinis effusi in passione, ad tria ordinatur. Primo quidem & principaliter ad adipiscendam æternam hereditatem. Secundo ad justitiam gratiæ, quæ est per fidem. Tertio, ad remo- vendum impedimenta utriusque prædictorum, scilicet peccata. In quibus verbis expresse doctor ostendit, quod prædicta tria conse- cuti sunt fideles ex effusione sanguinis Christi in Passione, & eadem virtus Passionis operatur in hoc sacramento. Et non dixit doctor, In sacramento tantum sanguinis; sed in sacramento simpliciter. Et licet præ- dicta verba, *novæ & æterni testamenti*, & alia quæ sequuntur, adjuncta sint formæ con- secrationis sanguinis propter majorem expres- sionem & similitudinem, quæ ejusdem san- guinis habetur in specie appropriata, scilicet vini; tamen effectus prædicti cum non sequan- tur speciem, manifestum est quod ubicumque est sanguis ille qui effusus est, ibi sunt omnes effectus ejus.

Ibid. ad
2^a 2^a art. 2.

Cum igitur sub specie panis sit verus san- guis Christi, imo totus & integer Christus, manifestum est, quod ibi erunt omnes effe- ctus virtualiter & sufficientissime ejusdem san- guinis. Et mirabilis causa quam adducit, e- jusdem doctoris declarat veritatem, cum subdit, quod sanguis non solum habet ef- fectum in sacerdotibus qui hoc consueverunt sacramentum, vel in aliis qui sumunt, sed etiam in illis pro quibus offertur. Si enim sanguis Christi proficit illis, pro quibus of- fertur, licet non sumant ipsi, nec in re, nec in signo; quanto magis proficiet illis qui capiunt & sumunt ipsum in re, licet non in signo, ut sacerdotes faciunt, ex quo secun- dum se nulla virtus sequitur aut causatur, ut dixit Albertus? Ex quo patet, quod populus fidelis in subtrahone calicis non spoliatur qui- buscumque effectibus salutaribus, aut quomodo- cumque utilibus, cum sanguis Christi non auferatur ab eis, sed solum species & signum representans, & hoc propter pericula effusio- nis & erroris.

Ad 2^a Cy-
2^a 2^a art. 2.
2^a 2^a art. 2.

Ad auctoritatem Cypriani dicendum primo, quod ipse in hac auctoritate nullam necessita- tem ponit aut præceptum Christi, nec ulter- rius facit mentionem de comunione laica sub utraque specie, imo nec de specie vini, sed solum de sanguine, quem quilibet sumit, ita bene communicans sub una specie, & omnem effectum ejus, sicut qui communi- cat sub utraque. Ad aliam auctoritatem sancti Thomae, quam allegat sermone trige- simo, dicendum primo, quod mirum est quomodo magister proponens non adverterit ad præcedentem sermonem, imo ad unam lineam præcedentem dicta, quæ assumat pro

se. Nam idem doctor in sermone xxxix. ques- rit ex intentione, Quare populus non acci- pit, sanguinem sicut sacerdos? & assignat tres rationes quas ibidem diffuse persequitur, quarum prosecutio hic gratia brevitatis omitti- tur, quia dicti sermones satis communes sunt. Dicitur igitur quod omnes illi effectus quos enumerat doctor præfatus in dicto sermone trigesimo, sunt effectus ipsius rei, id est, veri sanguinis Christi, & non speciei: Idcirco sanguis Christi sive significetur per aquam, sive significetur per vinum, sive per quem- cumque alium liquorem, seu aliam rem sen- sibilem, & quidquid potest dici de effecti- bus ejus, de utilitatibus, de dulcedine, to- tum sibi competit ratione sui, & non ratio- ne speciei neque signi, Idcirco quicumque digne sumit, sive sub specie panis, sive sub specie sibi appropriata, semper consequetur suos effectus.

ANNO
CHRISTO
1431
Sapientia in
St. Petrum
& doctorem

Et idem dicendum est ad effectus & utili- tates, quas enumerat Chrysolomus, & non solum Chrysolomus, sed quidquid unquam dixerunt omnes Apostoli, omnes doctores, & quidquid potest cogitari, aut imaginari de ipso sacratissimo sanguine Christi, totum sibi competit, secundum naturam suam, & non secundum speciem, a qua nihil accipit vir- tutis aut efficacis; quod utique dicere esset non solum hæreticum, sed omnino insanum.

Ad S. Chry-
solomum.

Cum igitur totus & integer sanguis, & Christus contineatur sub una specie, vel sub duabus, quomodoque consideretur, totum sibi com- petit, ut dictum est, ratione sui, & non ratione speciei; quapropter non valet illa- tio, quam magister proponens infert ex di- ctis auctoritatibus sancti Thomae & Chryso- stomi dicens: Ex quo patet quam preciosos & nobilissimos effectus gratiarum facit calix sacramentalis illis, qui cum puritate con- scientiæ accedunt & quam salutem omnium fidelium necessarios & opportunos: quod quidem efficit in eis ex vi sacramenti, & ex institutione Christi speciali. Quia nullo modo prædicti effectus veniunt ex vi sacra- menti, sed ex vi præsentis & existentis san- guinis Christi veri, qui ita perfecte, com- plete & integre est sub una specie sicut sub duabus, licet non sit ibi tanquam in appro- priato signo. Ideo universi fideles, & conside- rantes pura & sancta fide tam preciosos effe- ctus non consequi species & accidentia sine substantia & subiecto existentis, sed veram Christum, id est, veram sanguinem ejus; nec contineri sub illis accidentibus ex vi sa- cramenti, sed ex vi præsentis & existentis Christi. Idcirco per viscera misericordis Dei nostri exhortor & obtestor omnes Christi fideles, quatenus etiam si oporteret perferre mille mortes, pestes, & ignes, non permit- tant se abduci a consuetudine sanctæ Romanæ ecclesiæ catholice, in comunione sacratissimi corporis sub specie panis, sub qua totus, per- fectus, & integer Christus continetur, plenus gratiæ, & veritate, de cujus plenitudine omnes nos accipimus gratiam pro gratis, Joann. 1.

Propter, con-
siderat.

Ad auctoritatem Amachi dicitur primo, quod dictus doctor in multis aliis suis dictis fuit suspectus, & de hæresi notatus. Patet ta- men me hoc dicere ex auditu, & ex relatio- ne multorum, non quod legerim errores suos.

Dein-

ANNO
CHRISTO
1517.

Deinde dico quod hanc auctoritas sua non facit contra me, q in sumendo sub una specie sacramentali, est sumptio sacramentalis corporis & sanguinis Salvatoris nostri: & sic dico, quod non est negandum, sed firmiter asserendum, quod sic sumere multum prodest fidelibus ad vitam spirituum agendam.

Ad morem
sumendum ut
dicitur.

Ad illud quod inducitur de ecclesia primitiva, concedo quod propter devotionem qualibet die sumebant fideles sacramentum eucharisticum, non tamen sub utraque specie. Et hoc patet per auctoritatem quam proponens inducit Actuum 11. capit. ubi dicitur de quotidiana fractione panis, nulla facta mentione de vino, sat de calice. Similiter dicendum est ad auctoritatem Anacleti Papae, qui videlicet statuit, quod fideles sepe communicarent, non tamen haberet, quod sub duplici specie. Et dato etiam quod sub duplici specie statuisset, non tamen praeferret hoc fuisse statutum Christi immediatum sive preceptum ipsi, sed ecclesiae, sat Papae; unde & ipsemet Anacletus testatur, non quod Christus, sed quod Apostoli ita statuerunt, ita enim dicit: Sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet ecclesia. Et dato etiam quod sub duplici specie communicassent, non tamen hic fervor erat in sanctis viris propter species unam vel duas, sed propter verum Christum Dominum nostrum, qui in hoc sacramento aequaliter, & secundum rem & secundum effectum continetur, sive sub una sive sub duplici specie sumatur.

Epist. 1. De
consecratione
4. l. 10.
Trad. 26.

Quod autem saepe accedere digne & devote, & cum discussione debita sit utile & valde proficuum, imo summe necessarium cupienti, & desideranti in via Domini non regredi sed progredi. omnes doctores catholici praedicant, laudant, hortantur, admonent, & obsecrant incessanter fidelem populum: imo contra negligentes ecclesia Romana catholica poenas indigit, ut vel saltem semel in anno hoc sacratissimo cibo reficiantur. Et licet antiquitas in frequentatione hujus mysterii fidelis populus fuerit ferventior, nihilo minus & adhuc in veneratione ejusdem solers & diligentissima cura adhibetur, tam in ministrando, quam in sacriis, in quibus conservatur, quam etiam in celeberrima festivitate, qua singulis annis apud universos Christi fideles praeter quotidianam venerationem, solemniter & devotissime peragitur.

Regratio autem magistro proponenti de auctoritate quam adducit ex Exodi quinquagesimo, ubi Dominus in figura hujus sacramenti praecipit Judaeis, dicens: *Ecce ego ptinam vobis panes de caelo; egredietur populus, & qua sufficiens per singulos dies colligat: quia in dicta figura nulla mentio fit de pluvia vini, cui tamen magis competeret quod plueret, quam panis, cum vinum originaliter sit aqua, cui competit pluere proprie; & non panis.*

Uterius ad epilogum, quem facit ex praecedentibus, cum dicit: & patet quam utilis & expediens sit saluti hominum communio divinitus eucharistiae sub specie utraque a Christianis digne celebrata: hoc autem patet ex verbis Christi, sententia doctorem, praxi primitiva ecclesiae, & libro conciliorum, ex dicto Anacleti supra Concil. General. Tom. XXX.

jam & immediate additis & allegatis. Dico primum, quod iste epilogus & illatio peccat in materia & in forma. In materia quidem, quia nulla praedictarum auctoritatum neque Christi neque doctorum, neque praxi primitiva ecclesiae, neque Papae dictam Anacleti ex libro conciliorum, neque etiam figura facit quantumcumque mentionem in verbo, vel in sensu, de duplici specie perueniente quoquo modo ad communionem laicam, sed solum de carne & sanguine Domini nostri, quae sub una specie continentur & celebrantur, atque de conscientibus illa sacerdotibus, Patet intuitu, & examinatur omnes auctoritates inductae, quae non reperitur aliqua quae intendat aliquo modo tangere communionem laicam sub utraque specie. Secundo peccat praedictus epilogus in inferendo a dicto simpliciter ad secundum quid. Nam omnes auctoritates praedictae intendunt persuadere utilitatem devota sumptionis hujus sacramenti, simpliciter & absolute, non habendo respectum ad unam vel ad duplicem speciem, nisi pro quanto quilibet tenetur in ritu sacramentorum qui consuetudinem & statuta ecclesiae catholicae & nihilo minus proponens trahit has contra consuetudinem & statuta ecclesiae, & ad sensum repugnantem, & omnino contrarium intentioni doctorum, qui semper & in omnibus nisi sunt sequi consuetudinem & ordinationem ecclesiae, omnia dicta eorum correctioni ecclesiae submittent.

Tandem successive dicendum est ad corollaria, quae inferuntur. Et primo quoad primum, quando dicit, quod quamvis Christus totus plenus Deus & homo sit sub alterutra specie cum plenitudine omnium gratiarum, non tamen uno modo omnem gratiam dispensat, sed per diversa sacramenta diversas gratias idem ipse Christus confert. Ex isto corollario habentur tria. Primum est, quod sub alterutra specie est totus Christus plenus Deus & homo cum plenitudine omnium gratiarum. Secundum, est quod non uno modo omnem gratiam dispensat. Tertium est, quod per diversa sacramenta diversas gratias idem ipse Christus confert: ex quo applicando ad propositum, panis & vinum sunt diversa sacramenta. Contra praedictum corollarium ex opposito tertii, & primo instabo contra secundum dictum praedicti corollarii, & assumo sic Panis & vinum non sunt diversa sacramenta, sed unum: ergo Christus non confert diversas gratias per illa duo. Argumentum patet ab oppositis, quia sicut ad diversitatem sacramentorum sequitur diversitas gratiarum, ut dicit adversarius: ita per oppositum, ad unitatem causae sive sacramenti sequitur unitas gratiae. Assumptum patet per omnes doctores, qui loquuntur de unitate hujus sacramenti: omnes enim concorditer concludunt, unum esse sacramentum formaliter, ratione huius & perfectionis, plura secundum quid & materialiter.

Ad hoc nota doctores Albertum Magnum, S. Thomam, & alios etc. Manifestum est autem, quod unitas effectus sequitur unitatem formae. Patet etiam, quia effectus hujus sacramenti est unus principalis, videlicet ipsi spiritualis refectio, ut superius dixit Albertus. Si ergo non sit nisi unum sacramentum, & unus

ANNO
CHRISTO
1517.

ANNO
CHRISTI
1482

ANNO
CHRISTI
1482

effectus, sequitur ipse Dominus sub altera specie cum plenitudine gratiarum, ut prima pars corollarii dicit; sequitur de necessitate, quod uno modo omnem gratiam dispensat, prout competit ei secundum rationem hujus sacramenti, qua est refectio spiritualis, quod est contra secundum: & per consequens, si ve sumat sub una specie, si ve sub altera, tantundem sumit & eodem modo de gratia, si ve quacumque diversitate, aut diminutione, quantum ad rem: licet cum sub altera sumitur, non utrumque significatur, prout superius dictum est secundum intentionem Magistri sententiarum & Hugonis de sancto Victore. Similiter dicendum est, quod sub prima specie Christus est verus cibus, & vera vitis, reficiens plene & perfecte utrumque, animam scilicet & corpus; & similiter sub secunda specie, licet non utrumque significetur per proprium signum.

Ad illud autem quod dicit, quod primam degustationem Christus vocat comestionem si ve manducationem, & secundam bibitionem ad species panis & vini, sed ad ipsas res, scilicet carnem & sanguinem, cum dicit: *Carno mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, &c. Et: *Nisi manducaveritis*, &c. Quare si ve sub una specie sumat, si ve sub duplici, vere utrumque facit, quia vere comedit carnem, & vere bibit ejus sanguinem. Quare non sequitur quod sit alia & alia efficacia sub una & sub alia specie, quia sub altera sumit completam nutritionem, & completam refec-tionem.

Ex praedictis patet, quod falsum inferit & male secundum corollarium, videlicet quod sub duplici specie capiens, dispositivè duplicem gratiam accipit supra illum qui in una specie accipit, ceteris tamen paribus, quia ut declaratum est, hoc falsum est, & satis responsum est ad auctoritatem Augustini. Item in tertio corollario inferit, quod iure clarius patet, quod magnum sacrilegium committunt qui sacramentum calicis ab ecclesia fidelium contemptibiliter auferunt. In quo ecclesia Romana duo imponit, sacrilegium scilicet & contemptum, & ex his tertio damnationem, quia in probatione dicit, quod a populo Christiano sub altera specie gratiam & efficaciam abstrahunt damnabiliter. Nam si praecipuum Christi tradit & determinat utramque speciem, & ita manifeste proponens dicit, nullo modo ecclesia posset a contemptu excusari, & per consequens a sacrilegio, & ulterius a damnatione. Nec potest dicere quod ignorantia excusaret ecclesiam a sacrilegio, & contemptu, & per consequens a damnatione, quia ut alias dictum est, ignorantia juris, in his, quae sunt necessaria ad salutem, cujusmodi sunt praecipua divina & Christi, non excusat. Quare si tam aperte notaverit partem nostram, & tam dure eidem sacrilegium, contemptum & damnationem imposuerit, fueritque & ipse, & sua pars, patienter & modeste auditus ab hoc sacro concilio, & ab hoc venerabili auditorio, utique & ipse & sui, verba non ad eos directa, nec etiam de eis, Deo teste, intellecta, vel dicta, imo pure, & sincere, pro-lata, deberent patienter & modeste sufferre: & ita rogo propter plium Jesum, procedamus in inquisitione veritatis iuxta regulam B. Augustini in 1. de Trinitate hic: per me alias al-

legatum, qui de se ipso: Non pigeat me, inquit, scilicet habito quare: non potest me, scilicet erro ducere. Quisquis ergo hoc audit vel legit, ubi pariter habito, quare mecum, ubi pariter habito, quare mecum, ubi errorem suum cognoscit, redat ad me, ubi meum, revocat me. Ita ingredia-mur simul caritatis viam tendentes ad eum de quo dictum est: *Quare faciem ejus semper*.

Verum quia auctoritates & rationes quas adducit, praecedentes & subsequentes, ad corroboracionem dicti corollarii, non faciunt ad propositum, ideo nihil concludit. Similiter quantum corollarium, in quo dicit, quod multum damnificatur fideles altera specie subtracta, nihil concludit, quia patet, quod nihil minus nec in re, nec in effectu capit sumens sub una specie, quam sub utraque. Et hac dicta sint quo ad primam partem sus positionis, ad laudem omnipotentis Dei, cui sit honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

Uterius progrediendo ad secundam partem propositionis, in qua intendit tria probare, videlicet quod communicio sub utraque specie sit a Christo toti populo credentium ad communicandum instituta. Secundo quod ipsa communicio sacramentalis sit de necessitate, & de praecipuo Christi. Tertio quod illa auctoritas, *Nisi Manducaveritis*, &c. intelligitur de sacramentali manducatione, & non de spirituali. Licet possit dici pro expeditione materiae, quod praedictae difficultates sint omnino extraneae, & nullo modo facientes ad propositum: & probationes introductae, aut auctoritates consimili modo in vanum occupant membra-nas in hac materia. Quia dato quod Christus hoc sacramentum instituerit pro singulis generibus omnium fidelium, & quod ejus usum mandaverit observari sub praecipuo, quodque etiam dicta auctoritas Joannis 6. *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, &c. intelligeretur de sacramentali manducatione, non tamen adhuc haberent intentum, imo nullo modo habent de communione utriusque speciei, quod scilicet cadat sub praecipuo. Nihil minus ne videar subterfugere materias propositas, quamvis non sit ad propositum principalis insenti, pro veritate dilucidanda dicam aliquid de quolibet.

Et quantum ad primum, dicendum, quod Christus instituit hoc sacramentum in ultima coena sub utraque specie, & sic suos discipulos communicavit: & hoc intendunt & reserunt narrative auctoritates inductae evangelistarum, videlicet Matthaei, Marci & Lucae: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus*, &c. Et ex istis auctoritatibus nihil potest aliud inferri, nec inferri. Ad auctoritates vero quas ex sexto capitulo Joannis adducuntur, dicuntur in sequentibus loco suo.

Uterius cum dicit quod Paulus apostolus dicit esse institutam coenam sacramentalem communitati fidelium, propter dominicam passionis commemorationem. 1. ad Corinthios 11. cum dicit: *Ego enim accipi a domino*, &c. dicendum primo, quod Paulus loquitur ibidem de communione sacramentali, deinde quod ipse loquitur pure & sincere narrative referendo scilicet, qualiter Christus in coena hoc sacramentum consecravit. Tertio, quod ipse Paulus nec in verbis, nec in sententiis, nec in quo-

ignorantia
in his, quae
necessaria sunt
ad salutem
non excusat.

Supra in pro
positione.

ANNO CHRISTI 1577. 150.

ANNO CHRISTI 1577. 150.

quocumque signo evidenti: referendo prae-
 dictam cenam dominicam, inquit, quod Chris-
 tus sic agendo in cena instituit dictum sa-
 cramentum sub utraque specie pro apostolis,
 aut pro fidelibus quibuscumque, & qualiter-
 cumque in futurum, nec ulterius dicit apo-
 stolus, quod Christus hoc sacramentum fre-
 quenter sicut celebrandum sive etiam su-
 mendum praecepit, aut mandaverit; nec eti-
 am ipse apostolus in toto illo processu ali-
 quid mandat vel praecepit, sed omnia quae ibi
 dicuntur, vel narrative referuntur, aut ex sup-
 positione per admonitionem dicuntur. Nam
 totum illud ad narrationem pertinet, quid-
 quid dicitur ab illo loco: *Ego enim accipi a
 domino, usque ad locum, hoc facite, quoties-
 cumque hiberis, in meam commemorationem.*
 Quicquid autem ulterius sequitur, ad exhor-
 tationem pertinet, videlicet, *quotiescumque e-
 nim manducaveritis, &c.* Non enim dicit quod
 Christus sic facere praecepit aut mandavit. Ne-
 que ego praecepit aut mando ut sic faciatis,
 aut ut sic sumatis, sed, *quotiescumque enim
 manducaveritis, &c.* quo modo dicendi, etiam
 secundum sensum grammaticalem, nihil infer-
 tur, aut intelligitur, nisi conditionalis suppo-
 sitio, quasi diceret, quod Christus sic in ce-
 na fecit, & si vos vultis facere, faciatis ad
 eum finem, ad quem ipse dixit faciendum,
 scilicet in dominicam mortis commemorationem.
 Deinde taliter sumite, quod potius ce-
 dat vobis in salutem, quam in damnationem,
 & antequam aliquis accedat, probet seipsum,
 ne videlicet cum conscientia peccati mortalis
 accedat, habeat etiam discretionem, ut cum
 ea reverentia accedat, sicut decet tantum sa-
 cramentum, dijudicando corpus domini ab
 aliis cibis corporalibus & carnalibus, & nihil
 aliud Paulus in toto processu hoc intendit aut
 deducit.

Et notandi sunt hic duo textus apostoli:
*Probat autem seipsum homo: & Non adjuvans
 corpus domini,* contra illos, qui in maximam
 irreverentiam huius divinisissimi sacramenti com-
 munitatis infantes statim post baptismum, &
 alios amentes & usu rationis carentes. Dein-
 de magister proponens prosequitur intentionem
 suam, dicens: *Quod autem communio divi-
 nissima eucharistia sub utraque specie toti cre-
 dentium populo sit necessaria, patet per illud
 Joannis 6. Nisi manducaveritis carnem filii ho-
 minis, &c.* Importat namque haec dictio, nisi
 necessitatem praeceptivam, non solum de co-
 messione, sed & de bibitione sacramentali,
 obligativam omnium fidelium sub carentia vi-
 tae aeternae. Haec proponens.

Respondendo ad hanc auctoritatem quae ma-
 je intellecta est Achilles adversariorum, potest
 dici tripliciter. Primo, quod dicta auctoritas
 non intelligitur praeceptiva, nec includit in
 se aliquid praeceptum vel mandatum. Secun-
 do, dato, quod importaret praeceptum, non
 intelligitur de sacramentali, sed de spiritali
 manducatione, quarto modo acceptae mandu-
 cationis in precedentibus declarata. Tertio,
 dato, licet non concessio, quod dicta auctori-
 tas staret praeceptiva, & de sacramentali sum-
 ptione intelligeretur, adhuc non habet adver-
 sarias intentiones de duplici specie. Primus mo-
 dus dicendi declarat, quia non est necessa-
 rium quod ubicumque in doctrina Christi po-
 nitur nota praecepti vel affirmative, vel nega-

tive, quod ibi vel illud obliget ex necessitate,
 sed semper oportet recurrere ad intentionem
 dicentis. Unde legitur Marthae nono de duo-
 bus caecis, quibus curatus comminatus est do-
 minus, dicens: *Videte ne quis sciat.* Illi au-
 tem excaecati, diffamaverunt eum in tota ter-
 ra illa, ut pota gratias agentes: manifestum
 est autem quod Christus non intendebat eos
 obligare ad ingratitude vel ad peccatum.
 Similiter praecepit apostolis, dicens: *Nihil ca-
 leritis in via, neque baculum, neque peram, ne-
 que calcamenta, neque duas tunicas habebitis,*
 quod utique nullo modo ad literam, & prae-
 ceptive potest intelligi, quia neque Christus,
 neque sui discipuli hoc fecerunt. Nam ipse
 dominus plures vestes habuit, ut patet Juan-
 nis 13. *Surge a cena, & ponis vestimenta tua.*
 Non est autem dicendum quod tantum unam
 tunicam habuit, & illa deposita nudus laverit
 pedes discipulorum. Similiter quando crucifi-
 xus fuit, plures vestes habebat, secundum il-
 lud: *Diviserunt sibi vestimenta mea, & super
 vestem meam miserunt sortem.* Item beatus Bar-
 tholomaeus habuit sandalia, Paulus calcium,
 Petrus caligas, & per consequens calcamen-
 ta. Unde angelus ad eum Actuum 12. *Surge,
 praecingere & calcera te caligas tuas.* Similiter
 idem salvator ait in alio loco: *Nisi quis renun-
 taverit omnibus quae possidet, non potest meus
 esse discipulus.* Quae sententia si praeceptiva in-
 telligeretur, & literaliter, non video quomo-
 do reges, duces, marchiones, barones, mili-
 tes, nobiles, cives, & alii divites salvaren-
 tur: cum discipulatus Christi sit ad vitam a-
 ternam consequendam necessarius, cum tamen
 legamus Mariam Magdalenam, Martham, &
 Lazarum, caeterasque mulieres, quae de facultatibus
 earum ministrabant domino, divites fuisse,
 & discipulas ejusdem. Similiter Ioseph
 ab Arimathea, singulariter discipulum domini
 nominatum, divitem fuisse evangelium com-
 memorat, & Nicodemum similiter, & Zac-
 charum. Sanctum denique Gregorium, Silve-
 strum, Constantinum, Carolum Magnum, Hen-
 ricum, Wenzeslaum, caeterosque innumeros san-
 ctos, quos opulentissimos constat extitisse, san-
 cta ecclesia inter Christi discipulos, & regni
 caelorum possessores commemorat. Similiter
 Marci decimo Christus permissionem libelli re-
 pudii in lege veteri vocat praeceptum, ubi ita
 loquitur ad Phariseos de libello repudii: *Quid
 vobis praecepit Moyses? & infra, Ad duritiam
 cordis vestri scripsit vobis Moyses praeceptum istud,*
 manifestum est autem omni homini scienti sa-
 cras literas, quod nunquam fuit praeceptum,
 accipiendum in propria significatione praeceptum,
 de libello repudii dando in lege veteri: so-
 lum permiffum fuit propter vitare homicidia,
 & alia majora scandala. Ex quibus patet,
 quod praedicta auctoritas, nisi manducaveritis,
 potest intelligi non praeceptiva, non obstante
 nota praecepti.

Verumtamen dato, quod dicta verba intel-
 ligantur praeceptiva, dico quod non intelli-
 gantur de manducatione sacramentali, sed de
 manducatione spiritali, quod quidem multi-
 pliciter ostenditur, & primo per expositionem
 ipsius Christi, quia nulla melior esse potest,
 qui qualiter essent praedicta verba intelligenda,
 nisi manducaveritis, mox declarat, subiuncte
 dicens: *Qui manducat meam carnem, & bibit
 meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.*
 Ubi

Supra in hyp-
 othesi
 Non est ne-
 cessarium ut
 ut possit
 nota praecepti
 affirmative,
 vel negative,
 ubi sequitur
 obligatio sub
 conditione.

Verba Christi,
 nisi manducaveritis,
 potest, &c.
 intelligitur
 de manduca-
 tione spirita-
 li.

ANNO
CHRISTO
431.

Ubi notandum, quod sicut Christus loquens de A
baptismo. Joannis 3. primo præmisit indistin-
cte & indeterminate præceptum, & de ipso
inquiens: *Amen amen dico tibi, scilicet Nico-*
demo, nisi quis natus fuerit denuo, non potest
videre regnum Dei, & cum multiplex sit na-
tivitas, carnalis scilicet, de qua idem Nico-
demus intelligebat, unde dixit: Quomodo po-
test homo nasci cum sit senex? nunquid potest
in ventrem matris sue iterum intrare & rena-
sci? & spiritualis: ad declarandum, de utra-
istarum nativitatum intelligeretur, mox sub-
junxit, modum etiam ipsius ostendens: Amen
amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua
& Spiritu sancto, non potest intrare in regnum
Dei, ita est omnimode in proposito: quia B
cum multiplex sit comestio, scilicet, carna-
lis, de qua ad litteram Judæi intelligebant,
sacramentalis, & spiritualis, ut in prima par-
te declaratum est, Christus loquens de man-
dicatione sue carnis, primo præmisit præ-
ceptum indistinctum & indeterminatum, non ex-
primens modum manducationis, dicens: *Amen*
amen dico vobis, nisi manducaveritis carnem fi-
lii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non ha-
bebitis vitam in vobis; postmodum vero quo-
modo hoc heret, & quis modus esset man-
ducationis sue carnis declaravit inquiens: Qui
manducat meam carnem, & bibit meum sangui-
nem, in me manet, & ego in eo. Sicut igitur
præceptum baptismi indistinctum determinatur C
& declaratur per aquam & Spiritum, videli-
cet: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiri-*
tu sancto: ita præceptum indistinctum de man-
dicatione sue carnis determinatur & declara-
tur per id quod dicitur: In me manet, & ego
in illo.

Hæc autem non mea, sed Augustini senten-
tia est, homilia vigesima sexta super Joannem.
ubi primo declarat quis sit cibus iste & po-
tus, de quo Christus hic loquitur: *Nisi man-*
ducaveritis carnem, & biberitis sanguinem, ita
dicens: Hunc itaque cibum & potum so-
cietatem vult intelligi corporis & membro-
rum suorum, quod est sancta ecclesia in
prædestinatis, & vocatis, & justificatis, & D
glorificatis sanctis, & fidelibus ejus, quo-
rum primum jam factum est, id est, prædesti-
natio: secundum & tertium factum est, & sit,
& fiet, id est, vocatio & justificatio: quar-
tum vero nunc in spe est, in re autem fu-
turum est, id est, glorificatio. Hujus rei
sacramentum, id est, unitatis corporis &
sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi
certis intervallis dierum, in dominica men-
sa preparatur, & de mensa dominica sumi-
tur quibusdam ad vitam, quibusdam ad exi-
tium, res vero ipsa cujus sacramentum est
omni homini ad vitam, nulli ad exitium,
quicumque ejus particeps fuerit. Hæc Au-
gustinus: Ecce quam aperte hic doctor decla-
rat, quid intelligat dominus per cibum & po-
tum, de quibus dominus loquitur in prædicto
textu, nisi manducaveritis, &c. ait enim:
Hunc cibum & potum societatem vult in-
telligi. Ulterius cum dicit: Hujus rei sa-
cramentum, id est, unitas & corporis &
sanguinis Christi, &c. per hoc etiam quod
dicit, Quibusdam ad vitam, quibusdam ad
exitium; ostendit differentia inter manduca-
tionem sacramentalem & spirituales, quia
sacramentalis indifferens est ad vitam & ad

mortem: spiritualis vero semper est ad vi-
tam, unde dicit: Res vero ipsa, &c. omni
homini ad vitam, nulli ad exitium: Item
idem doctor ibidem supra dictam sententiam
replicans, ostendit quid sit cibus & potus qui
eos a quibus sumitur in mortales & incorra-
ptibiles facit, id est societate ipsorum sancto-
rum. Et subdit declarans rem ex similitudine
sacramenti: Nam sacramentum est sacra rei
signum, & similitudinem ejus gerit, dicens:
Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc
intellegerunt homines Dei, dominus noster
Jesus Christus corpus & sanguinem suum
in rebus commendavit quæ ad unum aliquid
rediguntur. Namque aliud in unum ex mul-
tis granis conficitur, aliud in unum ex mul-
tis acinis conficitur. Hæc illi. Propterea, in-
quit, quasi diceret, ideo dominus tradidit
corpus & sanguinem suum sub speciebus pa-
nis & vini, ut similitudine sua esset sacra-
mentum corporis Christi mystici, scilicet ipsius
societatis sanctorum, de qua hic agitur & tra-
ctatur.

Ulterius idem doctor prosequens inceptam
explicationem de spirituali manducatione quo-
modo fiat, & quid sit manducare & bibere
subdit ibidem ita dicens: Denique jam ex-
ponit quomodo id fiat quod loquitur, &
quid sit manducare corpus ejus, & sangui-
nem bibere: *Qui manducat meam carnem,*
& bibit meum sanguinem, in me manet, &
ego in illo. Hoc est ergo manducare illum
etiam, & illum bibere potum, in Christo
manere, & illum manentem in se habere,
ac per hoc, qui non manet in Christo, &
in quo Christus non manet, procul dubio
nec manducat ejus carnem, nec bibit san-
guinem, etiam si tantæ rei sacramentum ad
judicium sibi manducet & bibat. Hæc Au-
gustinus. Ubi expresse idem doctor declarat,
quod manducare & bibere nihil aliud est in
hoc loco, nisi in Christo manere, & illum
manentem in se habere, quod etiam in se-
quenti homilia circa principium ostendit di-
cens: Expositus autem modus attributionis
hujus doni sui, quomodo daret carnem
suam manducare, dicens: Qui manducat
meam carnem, & bibit meum sanguinem, in
me manet, & ego in illo. Signum quia man-
ducavit & bibit, hoc est, si manet & ma-
netur, si inhabitat & inhabitatur, si heret
& non deseritur, hoc ergo nos docuit &
admonuit mysticis verbis, ut simus in ejus
corpore, sub ipso capite in membris ejus,
edentes carnem ejus, non relinquentes uni-
tatem ejus. Hæc ille. Et in fine ejusdem
hom. 24. idem epilogando dicit: Hoc to-
tum quod dominus de carne & sanguine
suo locutus est, & quod in ejus distributi-
onis gratia vitam nobis promisit æternam,
& quod hinc voluit intelligi manducatores
& potatores carnis & sanguinis sui, ut in
ipso maneant, & ille in ipsis. Et infra:
Hoc ergo totum ad hoc nobis valet, di-
lectissimi, ut carnem Christi & sanguinem
non edamus tantum in sacramento, quod
& multi mali, sed usque ad spiritus parti-
cipationem manducemus & bibamus, ut in
domini corpore tanquam membra manea-
mus, aut ejus Spiritu vegetemur. Hæc
ille.

Item idem doctor libro vigesimo primo de
civi-

ANNO
CHRISTO
431.

† Spirituali-
ter, habet
impresso o-
mnino in
hoc loco, sed
manuscripta
Ragusiana
non Hæc.
Causus.

Aug. trah. 27.
in Joas.

Tract. 27.

ANNO
CHRISTI
1599.

civitate Dei, capite vigesimoquinto, de hac A
eodem materia ita loquitur: Qui ergo est
in ejus corporis unitate, id est, in Chri-
stianorum compage membrorum, cujus cor-
poris sacramentum fideles communicantes
de altari sumere consueverunt, ipsi vere di-
cendus est manducare corpus Christi, & bibere
sanguinem Christi: ac per hoc heretici &
schismatici, ab hujus unitate corporis separa-
ti, possunt idem percipere sacramentum, sed
non sibi utile, imo vero etiam noxium,
quo judicatur gravius, quam vel tardius
liberentur. Non sunt enim in eo vinculo
pacis, quod in illo exprimitur sacramento.
Et infra post multa consequenter subdit:
Nec isti ergo dicendi sunt manducare cor-
pus Christi, quoniam nec in membris com-
putandi sunt Christi, ut etiam alia taceam,
non possunt simul esse & membra Christi,
& membra meretricis. Denique ipse di-
cens: Qui manducat meam carnem, & bibit
meum sanguinem in me manet, & ego in eo,
ostendit quid sit, non sacramento tenus,
sed revera corpus Christi manducare, & e-
jus sanguinem bibere. Hoc est enim in
Christo manere, ut in illo maneat & Chri-
stus, sic enim hoc dixit, tanquam diceret,
Qui non in me manet, & in quo non ma-
neo, non se dicat aut aestimet manducare
corpus meum aut bibere sanguinem meum.
Non itaque manent in Christo, qui non sunt
membra ejus, non sunt autem membra Chri-
sti qui se faciunt membra meretricis, nisi
malum illud poenitendo esse desierint, &
ad hoc bonum reconciliatione redierint.
Hec Augustinus. Ubi apertissime declarat in-
tellectum prædictarum auctoritatum, & quid
sit manducare & bibere, quia non sacramen-
to tenus, sed revera corpus Christi mandu-
care, & sanguinem ejus bibere, est in Chri-
sto manere, ita ut in illo maneat & Chri-
stus. Habitat autem Christus in nobis, & ma-
net per fidem, dicente apostolo ad Ephesios
tertio, habitare Christum in cordibus nostris per
fidem, manet etiam in nobis, & nos manem-
us in Christo per caritatem, dicente Joan-
ne 1. capite 4. Deus caritas est, & qui manet
in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Et
per consequens manducare carnem Christi,
& bibere sanguinem ipsius, nihil aliud est,
quam credere in Christum, & eidem per car-
ritatem adherere.

Quod etiam ipse dominus eodem capitu-
lo apertissime declarat, cum ait: Ego sum pa-
nis vita, qui venit ad me, non esuriet, & qui
credet in me, non sitiet unquam. Manifestum est
autem quod ad non esurire & non sitire per-
venitur per manducare & bibere, & per con-
sequens credere in Christum, & venire ad ip-
sum, quod sit per fidem & caritatem, idem
sunt quod manducare & bibere. Unde eodem
capitulo ait idem dominus: Qui credit in me,
habet vitam æternam. Et post: Si quis mandu-
caverit ex hoc pane, vivet in æternum. Manife-
ste ostendens idem esse, qui credit in me, & si
quis manducaverit, &c. & per consequens, qui
idem sit credere, & manducare. Quod autem
manducare hunc panem sit idem quod mandu-
care carnem ejus, & ipsius sanguinem bibere,
ut omnis tolleretur ambiguitas, & ne ferret vis
in verbis, similiter ipse dominus declarat, in-
quiens: Et panis quem ego dabo, caro mea est

pro mundi vita, de qua carne litigantibus Ju-
deis, & dicentibus: Quomodo potest hic nobis
dare carnem suam ad manducandum? subjan-
xit. Amen amen dico vobis, nisi manducaverit-
is, &c. Manifeste ostendens idem esse man-
ducare panem hunc, & manducare carnem
suam, & suum sanguinem bibere, & per con-
sequens ut fiat processus de primo ad ulti-
mum, idem quod credere in ipsum, & eidem
per caritatem adherere.

Ex quo processu patet primo, quod Christus
manet in nobis & nos in Christo, per fidem
& caritatem. Secundo patet, quod credere
& amare per caritatem, idem est in hoc lo-
co quod manducare & bibere, quæ duo con-
firmantur per beatum Augustinum, qui qualiter
maneamus in Christo, & qualiter Christus
in nobis, ostendit in homilia 27. ubi ita di-
cit: Diximus enim fratres, hoc dominum
commendasse in manducatione carnis suæ &
potatione sanguinis sui, ut in illo manea-
mus & ipse in nobis: manemus autem in
illo, cum sumus membra ejus, manet autem
ipse in nobis, cum sumus templum
ejus. Ut autem simus membra ejus unitas nos
compaginat. Ut compagineet unitas, quid fecit
nisi caritas? & caritas Dei. Unde aposto-
lum interroga, Caritas, inquit, Dei diffusa
est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui
datus est nobis. Ergo Spiritus est qui vivifi-
cat. Spiritus enim facit viva membra, nec
viva membra spiritus facit, nisi quæ in cor-
pore, quod vegetat, ipse spiritus invenit.
Nam spiritus qui est in te, o homo, quo
constas ut sis homo, numquid vivificat
membrum, quod separatam invenitur a car-
ne tua? Spiritum tuum dico animam tuam
anima tua non vivificat nisi membra quæ
sunt in carne tua. Unum si tollas, jam ex
anima tua non vivificatur, quia unitatis cor-
poris tui non copulatur. Hec dicuntur, ut
amemus unitatem, & timeamus separatio-
nem, nihil enim sic debet formidare Chri-
stianus, quam separari a corpore, si enim
separatur a corpore Christi, non est mem-
brum ejus: si non est membrum ejus, non
regetur Spiritu ejus. Quisquis autem, inquit
apostolus, Spiritum Christi non habet, hic non
est ejus. Spiritus ergo est qui vivificat, caro au-
tem non prodest quidquam. Verba quæ ego lo-
cutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid
est, spiritus & vita sunt? Spiritualiter intel-
ligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? Spiritus
& vita sunt. Intellexisti carnaliter? Et-
iam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi
non sunt. Hec Augustinus.

De hac eadem spiritali manducatione & in-
habitatione Christi in nobis, & nostra in Chri-
sto, idem doctor homilia 22. exponendo il-
lud, Caro mea est pro mundi vita, loquitur
ita dicens Norunt fideles corpus Christi. Si
corpus Christi esse non negligunt, sicut cor-
pus Christi si volunt vivere de Spiritu Chri-
sti: de Spiritu Christi: non vivit nisi corpus
Christi. Intelligite fratres mei, quid dixerim,
Homo es & spiritum habes, & corpus habes.
Spiritum dico, qui anima vocatur, quæ
constat quod homo est, constat enim ex ani-
ma & corpore. Habes spiritum itaque, spi-
ritum invisibilem, corpus visibile. Dic mihi
quid ex quo vivat? spiritus tuus vivit ex cor-
pore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo?
Re-

ANNO
CHRISTI
1599.

T. 2. 2.

ANNO
CHRISTI
1522

ANNO
CHRISTI
1522

Respondit omnis qui vivit, qui autem hoc non potest respondere, nescio si vivit. Quid respondet omnis qui vivit? Corpus utique meum vivit de spiritu meo. Vis ergo & tu vivere de Spiritu Christi? in corpore esto Christi. Numquid enim corpus meum vivit de spiritu tuo? meum vivit de spiritu meo, tuum vivit de tuo, non potest vivere corpus Christi, nisi de Spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis apostolus Paulus hunc panem: *Unus panis*, inquit, *unum corpus multi sumus*. O sacramentum pietatis, o signum unitatis, o vinculum caritatis! qui vult vivere habet unde vivat, habet ubi vivat, accedat, credat, incorporetur ut vivificetur, non abhorreat a compage membrorum, non sit putre membram quod refecari mereatur. Non sit distortum de quo erubescatur, sit pulcrum, sit aptum, sit sanum, hæreat corpori, vivat Deo de Deo, nunc laborat in terra, ut postea regnet in celo. Hæc Augustinus. Cujus verba utinam tali virtute cordibus audientium & legentium imprimerentur, quali fervore a dicto doctore sanctissimo edita, conscripta & prolata sunt. Et hæc dicta sint ad confirmationem primi.

Quod autem manducare & bibere idem sit quod credere, ostendit idem doctor homil. 22. exponens illud: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam*, ita dicens: „Dixerat enim illis: *Operamini escam æternam*. Quid faciemus? inquit, quid observando hoc præceptum implere poterimus? respondit Jesus & dixit eis: *Hoc est opus Dei, ut credat is in eum quem misit ille* hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Ut quid paras dentes & ventrem, crede & manducasti.” Hæc Augustinus. Ubi expresse declarat, quod operari cibum, de quo hic dominus loquitur, idem est quod manducare, & manducare idem quod credere. Item idem eadem homilia: „Vetus ergo panis ille, qui dat vitam mundo, & ipse cibus est, de quo paulo ante locutus sum: *Operamini cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam*. Item ibidem ostendit, quod non solum credere & manducare idem sint, sed etiam manducare & bibere idem sunt declarans illud: *Ego sum panis vita; qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet unquam*, ubi ita dicit: „Qui venit ad me, hoc est quod ait, & credit in me, & quod dixit non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet unquam, utroque enim illo significatur æterna satietas, ubi nulla est egestas.” Hæc Augustinus. Item idem doctor homilia 23. ad idem dicit: Daturus ergo dominus Spiritum sanctum, dixit se panem qui de celo descendit, hortans nos ut credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est manducare panem vivum; qui credit in eum, manducatur, invisibiliter signatur, quia & invisibiliter signatur, quia & invisibiliter renascitur, infans intus est, novus intus est, ubi novellatus, ibi satiatur.” Hæc Augustinus. Ex quibus luce clarius patet, quod secundum intentionem Augustini in hoc loco, & in toto processu hujus capitali, idem est manducare & bibere, quod credere, & invisibiliter intus per caritatem pinguefcere & signari. Credere au-

tem in Christum, & eidem inhaerere per caritatem, quid aliud est quam vivere in vita gratie? & per consequens habere in se vitam æternam? dicitur enim de fide ad Romanos 1. *Justus autem meus ex fide vivit*. Et de caritate 1. Joannis 4. *Qui non diligit, manet in morte*. Fides autem & caritas ideo præstant vitam, quia illi conjungunt & faciunt inhaerere, apud quem est fons vitæ, imo qui est ipsa vita, qui de se ipso ait: *Ego sum via, veritas & vita*, Joannis 14. & de quo dicitur Deuteronomi 30. *Illi adhaereas, ipse enim est vita tua*. Idem ergo est credere in Christum, & ipsum diligere, & habere vitam. Unde Augustinus homil. 23. super illo: „*Amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam*, ita dicit: Revelare se voluit quid effet: nam compendio dicere potuit, Qui credit in me, habet me. Ipse enim Christus verus Deus est, & vita æterna, (qui ergo credit in me, inquit, in me, & qui in me, habet me,) Quid est autem habere me? habere vitam æternam. Vita æterna mortem assumpsit, vita æterna mori voluit, sed de tuo, non de suo. Hæc Augustinus. Ex quibus omnibus tam ex intentione Christi, quam etiam ex intentione Augustini verba Christi postillantis & exponentis, patet quid intelligatur, per hunc cibum & potum, de quo ipse dominus loquitur, quia ipsa unitas & satietas sanctorum, denique quomodo fiat hujusmodi manducatio & bibitio, & quid sit utrumque, scilicet manducare & bibere, quia hoc est manere in Christo, & Christum in se manentem habere.

Uterius quomodo per fidem & caritatem Christus in nobis, & nos manemus & inhabitamus in Christo, posthæc quomodo credere & caritate diligere idem est quod manducare & bibere, imo etiam quod manducare & bibere idem sunt, & finaliter quomodo ad credere & manducare tamquam ad unum & idem sequitur vita æterna, per quam omnia luce clarius ostenditur, quod predictus textus Joannis 6. *Nisi manducaveritis*, &c. imo & totum illud capitulum intelligitur de spirituali manducatione, & nullo modo de sacramentali. Item Christus removens carnalem intelligentiam Judæorum & discipulorum, exposuit qualiter hæc manducatio intelligenda sit, cum dicit: *Spiritus & vitæ sunt*, spiritualiter intelligenda sunt: intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt: intellexisti carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. De illa igitur manducatione Christus loquebatur, quæ secundum se vitam præstat, & hæc est sola manducatio spiritualis. Sacramentalis autem manducatio non semper dat vitam, imo sæpe mortem, ut patet per apostolum dicentem: *Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit*. Unde hæc differentia est inter spirituales manducationem & sacramentalem, ut in prima parte dictum est, quia spiritualis manducatio semper dat vitam, sacramentalis vero sæpe dat mortem, ut dictum est: & quod de spirituali manducatione Christus hic loquitur, patet, quia ubicumque hic de manducatione loquitur, semper adjungit vitam, quæ utique ad sacramentalem semper non sequitur, imo po-

220. 11.

Augustinus
De Civitate Dei
lib. 10. c. 22.

220. 24.

Hæc verba
non habet
textus im-
pressus.

Augustinus
tractatus 67.
in Joannem.

Super in sup-
positione 3.

ANNO CHRISTI 1484

ANNO CHRISTI 1484

panem meum, unde & in ipso precepto, Non Aut panem & martyres, salvati sunt, & sal-
vabitis vitam in vobis, quia qui manducat
hunc panem, vivit in aeternum, &c. qui man-
ducatur me, & ipse vivit propter me. Quia si de
sacramentali intelligeretur, utique semper qui
sacramentaliter sumeret, semper viveret vita
spirituali, quod falsum est, quia multi co-
medunt ad mortem.

Trist. 21.

Unde Augustinus homil. 23. super Joan-
nem: „ Quam multi de altari accipiunt, &
„ moriuntur, & accipiendo moriuntur! Un-
„ de dicit apostolus: *Judicium sibi manducat*
„ *& bibit.* Non enim buccella dominica
venenum fuit Judæ, & tamen accepit, &
„ cum accepit, inimicus in eum intravit,
„ non quia malum accepit, sed quia bonum
„ male malum accepit. Hæc quam expresse
„ Augustinus ait, quod sumptio sacramenta-
„ lis est indifferens & ad bonos & ad malos,
„ & ad vitam & ad mortem, sed non sic est
„ de sumptione & manducatione, de qua hoc
„ in loco dominus loquitur, quod aperte idem
„ Augustinus eadem homilia loquens de hoc
„ precepto, *Nisi, &c.* declarat dicens: „ Quo-
„ modo quidem datur, & quibus modus sit
„ manducandi ipsum panem, ignoratis, ve-
„ rantamen *Nisi manducaveritis, &c.* hæc
„ non utique cadaveribus, sed viventibus lo-
„ quebatur. Unde ne istam vitam intelligen-
„ tes de hac re litigarent, securus adjunxit:
„ *Qui manducat meam carnem & bibit meum*
„ *sanguinem, habet vitam æternam,* hanc er-
„ go non habet, qui istum panem non man-
„ ducat, nec istum sanguinem bibit. Nam
„ temporalem vitam sine illo habere homi-
„ nes possunt, æternam vero omnino non
„ possunt. Qui ergo non manducat ejus car-
„ nem, nec bibit ejus sanguinem, non ha-
„ bet vitam in se, & qui manducat ejus
„ carnem, & bibit ejus sanguinem, habet
„ vitam æternam. Ad utrumque autem re-
„ spondit quod dixit, *æternam,* non ita est
„ in alia esca, quam sustentanda hujus
„ temporalis vite causa sumimus, nam qui
„ eam non sumpserit, non vivet, nec tamen
„ qui eam sumpserit, vivet: fieri enim po-
„ test, ut senio vel morbo, vel aliquo casu
„ plurimi, & qui eam sumpserunt, morian-
„ tur, in hoc autem cibo & potu, id est,
„ corpore & sanguine domini non ita est.
„ Nam & qui eam non sumit, non habet vi-
„ tam, & qui eam sumit, habet vitam, &
„ hanc utique æternam. Spirituales igitur
„ manducatio, de qua hic agitur, pertinet
„ ad bonos tantum, sacramentalis vero indiffe-
„ renter ad utroque, unde ecclesia cantat in
„ proâ festi corporis Christi: „ Sumunt bo-
„ ni, sumunt mali, forte tamen inæquali,
„ vita vel interitus. Mors est malis, vita
„ bonis, vide parit sumptionis quam sit dif-
„ fer exitus, &c. Sic enim Petrus & Judas sa-
„ cramentalius comederunt, sed alter ad salu-
„ tem, alter vero ad damnationem, quare pa-
„ tet manifeste, si prædicta doctrinâ Christi de
„ sacramentali manducatione intelligeretur, quod
„ omnes sacramentaliter manducantes essent sal-
„ vati, & omnes sacramentaliter non mandu-
„ cantes, essent damnati, quod patet esse fal-
„ sum in utroque, quia multi sacramentaliter
„ manducantes damnantur, ut patet de Judæ,
„ & multi sacramentaliter non comedentes,
„ *Council. General. Tom. XXIX.*

1. Qui in
2. Sic habet
3. Non e-
4. in se, ut non
5. in ipso
6. manet.

et. corpus
7.

Aut panem & martyres, salvati sunt, & sal-
vantur.

Nec valet si dicat adversarius, quod intel-
ligitur de manducatione sacramentali simul
cum spirituali, quia spiritualis manducatio &
sacramentalis sunt manducationes propriis pro-
prietatibus condistinctæ, & spiritualis quidem
manducationis proprietas, quam necessario con-
sequens, est semper manducanti conferre vi-
tam formaliter. Sacramentalis vero manduca-
tio est indifferens ad vitam, vel ad mortem:
licet enim ex se semper sit ad vitam, quia
ipsum sacramentum in se continet fontem vi-
tæ, tamen ratione suscipientis, id quod se-
cundum se vita est, sit mors male sumenti.
Non enim buccella dominica venenum fuit
Judæ, & tamen accepit, & cum accepit,
inimicus in eum intravit, non quia malum
accepit, sed quia bonum malum accepit.
Hæc Augustinus homilia decima tertia.

Trist. 21.

Cum igitur ex propriis effectibus devenia-
tur ad cognitionem propriarum causarum, ut-
rique si ex verbis Christi volumus sine erro-
re venire in notitiam, de qua manducatione
in hoc loco Christus intelligat, necesse est ut
conferamus effectus harum manducationum,
ad ipsas manducationes, tamquam ad pro-
prias causas. Quia ergo in isto toto processu
hujus capitali manducationi Christus tribuit
vitam, quæ est proprius effectus hujus spiri-
tualis manducationis, utique ex proprio effe-
ctu, ex necessitate concluditur, quod Chri-
stus loquitur hic de spirituali manducatione.
Et sicut ex sensibili nunquam possemus veni-
re in cognitionem hominis in quantum ho-
mo, nisi per aliquod additum ad sensibile,
licet etiam ipsum sensibile conveniat homini:
ita quantumcumque vita sequatur ad manu-
cationem sacramentalem, ex quo non est sibi
necessario nec tamquam proprium annexa, ex
ipsa vita non potest argui aut inferri manu-
cacio sacramentalis. Oportet igitur quod sicut
ex sensibili inferatur animal, sic ex vita in lo-
co præfenti inferatur manducatio spiritualis:
præcipue cum Christus in nulla parte præsen-
tis capitis nec per se, nec per accidens, faci-
at quoquo modo mentionem de sacramen-
tali manducatione. Satis enim mirabile esset,
quod Christus divina sapientia, Dei virtus,
& immensa bonitas, voluisset sua præcepta
& salutem humanam tali involucre verbo-
rum obumbrare, & tam periculose instan-
tibus temporibus universalem ecclesiam errare,
& tam longo tempore, cujus initium
aut origo, nec in memoriis hominum, nec
in annalibus scribentium, reperitur: unde præ-
ter prædicta, manifestissimum signum quod
non de sacramentali manducatione loquatur,
est, quia in prædicto præcepto, si tamen
præceptive tenetur, nullam facit mentionem
de speciebus, panis scilicet, aut vini, imo
quod plus est, quotiescumque loquitur Joan-
nis 6. de corpore aut sanguine suo, nullam
unquam facit mentionem de speciebus, ad
ostendendum, non de specifica seu sacramen-
tali sumptione intelligenda fore verba ipsius,
sed spirituali, ut dictum est.

7. foras, pe-
nultimo.

Item si illa verba, *Nisi manducaveritis,* in-
telliguntur præceptive de sacramentali sum-
ptione, pari ratione & illa: *Qui manducat meam
carnem & bibit meum sanguinem, in me manet,*
E f f

ANNO
CHRISTI
1491.

ANNO
CHRISTI
1491.

ego in illo, quia non videtur ratio, quod Christus in tam modico spatio mutasset modum & sententiam dicendi, ut nomen sacramentali & immediato post de spiritali assumptione loqueretur sine aliqua nota diversitatis. Sed quod secunda auctoritas non intelligatur de sacramentali, patet, quia sensus esset, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, id est, in sacramento panis & vini manet, & ego, id est, sacramentum panis & vini, in illo, quod nullus sane mentis diceret. Item quod spiritaliter intelligenda sunt verba Christi & doctrina de manducatione & bibitione, ostendit apostolus 1. ad Cor. 10. Nolo vos, inquit, ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysse baptizati sunt, in nube, & in mari: & omnes eandem escam spiritaliter manducaverunt, & omnes eundem potum biberunt. Bibebant autem de spiritali confluente eos petra, petra autem erat Christus. Super quo ait glossa; & colligitur ex dictis Augustini homilia 23. Omnes eandem escam manducaverunt spiritaliter quam & nos, corporalem vero alteram, id est, manna, quod significat Christum, & idem credentibus efficit, quare? quia visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter gustarunt, spiritaliter gustaverunt, ut spiritaliter facerentur. Nam & nos hodie accipimus visibilem cibum, sed aliud est sacramentum, aliud est virtus sacramenti. Sacramenta illa fuerunt, sacramenta sunt & nostra, & utique ejusdem rei Manna enim Christum significavit, hunc panem significat altare Dei. Christus enim panis est qui de celo descendit. Si quis manducat ex hoc pane, non morietur in eternum, sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non ad visibile sacramentum, qui manducat intus, non foris, qui manducat corde, non qui premit dente, ideo apostolus vigilanter non simpliciter ait, *manducaverunt, eandem escam, sed addit, spiritaliter, quia spiritaliter eandem manducaverunt quam & nos; corporalem vero alteram, quia illi manna, nos aliud: & vigilanter ait, patres nostri, & non illorum, per hoc tantum bonos significans, quibus nos similes sumus. Nam illi fuerunt, qui eandem escam spiritaliter manducaverunt quam & nos, & tamen & aliud illi, & aliud nos, sed specie visibili aliud, quod tamen hoc idem significaret virtute spiritali. Hinc ibi.**

Ex quibus verbis patet tam apostoli, quam glossa, quod eandem escam spiritaliter patres nostri manducaverunt, & nos manducamus, & eundem potum spiritaliter bibemus, & nos bibimus, quod nequaquam intelligi potest de sacramentali, quia ut dicit glossa, aliud ipsi, aliud nos. Quis est igitur illa esca spiritalis? & quis potus? nonne caro Christi & sanguis? utique, ipse enim nira mediator Dei & hominum, Christus Jesus, qui est caput super omnem ecclesiam, ad Ephes. 1. qui erat cibus & sitis secundum veritatem, angelorum, secundum humanitatem factus est cibus & esca viatorum, non solum eorum qui post adventum suum in carne in ipsum crediderunt, sed etiam

iam praeceptorum. Sed quomodo manducaverunt? fide utique, & dilectione, tunc enim manducaverunt carnem, quando crediderunt implicite vel explicito, Filium Dei carnem humanam de nostra mortalitatis substantia assumpturam, & similiter biberunt ejus sanguinem, quando modo simili se crediderunt & speraverunt liberari per supplicium suum amarissimum passionis. Ea propter summo desiderio clamabant sancti patres veteris testamenti per oracula prophetarum: *Utinam auferamur peres calos & descenderes, & rursus: Emitte domine agnum dominatorem terra de petra deserti ad montem filia Sion.* Verba ista sunt Isaia decimo sexto capite. Hoc itaque modo manducare carnem suam, & bibere sanguinem suum, turbis Judaeorum & discipulis suis dominus praecipit, ut videlicet, in eum crederent, sicut ipse ait: *Qui credit in me, habet vitam aeternam: Ego sum panis vita, & hic est panis de calo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur, & hoc est in Christo manere, & ipsum in se manentem habere, hoc est quod longo sermone autem discipulorum inculcare volebat, non speciosum panis aut vini, dicens: Manete in dilectione mea.* Sicut Joannes testatur, maxima caritate, ferventissimo desiderio perfusus, precibus suis, dilectissimum Patrem pro hac spiritali manducatione, ut eam sui discipuli haberent, rogabat dicens: *Non pro mundo rogo, sed pro his qui credituri sunt in nomine meo. Rogo Patrem, ut sint unum nobiscum, sicut ego & tu unum sumus. Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.* Quid plura? innumerabilia sunt loca Augustini in quibus dictam auctoritatem Joannis 6. *Nisi manducaveritis, &c.* de spiritali manducatione exponit & declarat, & ne omnia praeteream, homilia 11. super Joannem, declarans in facto Nicodemum illud quod dicit evangelista, videlicet, quod multi crediderant in nomine ejus, & ipse Jesus non se credebat eis, simpliciter & de plano hoc 6. capite Joannis inducens, declarat & exponit de spiritali manducatione. Item idem libro tertio de doctrina Christiana, qui locus non est parvipendendus, quia in eo tradit modos & regulas ad intelligendum sacras scripturas, & ad accipiendum verum sensum literalem sacrarum scripturarum, ubi inducens saepe dictam auctoritatem, *Nisi manducaveritis*, ita dicit: *Si autem flagitium aut facinus videtur jubere, aut utilitatem & beneficentiam vetare, figurata est. Nisi manducaveritis, inquit, carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem; non habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitium videatur jubere, figura ergo est, praecipiens passioni dominicae esse communicandum, & suaviter atque utiliter esse recordandum in memoria, quod pro nobis caro ejus crucifixa & vulnerata sit. Hinc Augustinus.*

Ad idem est glossa ordinaria super eodem textu: *Nisi manducaveritis, quae ita dicitur: Sed queritur, quomodo in vitam aeternam, cum quidam ad mortem, ut dicit apostolus? & respondet, Si quis comedit in altari cum hac comestione, de qua hic agitur, scilicet, cum fide operante ex dilectione, hic comedit in vitam aeternam. Si quis vero aliter, in mortem. Hinc glossa. Ecce quam aperte demonstrat, de qua*

Tract. 14.

Tract. 14.

Tract. 11.

Tract. 11.

Cap. 16.

co-

ANNO
CHRISTI
1427.ANNO
CHRISTI
1427.

Ann. 12.

comestione hic agatur, quia de illa, quæ catholicam in veritate fidei & doctrinæ catholica ecclesia recipit, & veneratur, videlicet Augustinum, Hieronymum, Ambrosium, Gregorium, inter quos Augustinus præcellit ingenio, & excellentissimus habetur, præferenda est igitur auctoritas sua in expositione catholice veritatis omnibus doctoribus modernis, quantumcumque auctoritatis vel ingenii fuerint, & ita in quantum Nicolaus de Lyra vel quicumque doctorum modernorum eidem Augustino in aliquo passu contradicere viderentur, omnino sunt postponendi, maxime quando expositio Augustini propinquior est sensui, quem auctor scripturarum intendit.

Vel dicendum, & melius, quod principalis intellectus literalis illius auctoritatis, cum sit figurativa, ut patuit superius per Augustinum in tertio de doctrina, Christiana, est spiritualis communio, eo modo quo expositum est, sed ad sacramentalem sæpe per quamdam adaptationem a doctoribus adduci consuevit. Solent enim doctores, sicut & ecclesia, multas auctoritates adaptare ratione similitudinis vel alterius correspondentis, vel secundum literam, vel secundum sensum ad intentionem ipsorum. Nam evangelium, quod ecclesia in festo assumptionis decantat, quantum ad literam & sensum ejus, non est de beata Virgine, sed ei adaptatur: sic & doctores loquentes de hoc ineffabili sacramento, sæpe ad confirmationem dictorum adducunt auctoritates habentes, vel sonantes similitudinem vel secundum literam, vel secundum sensum ad intentionem ipsorum, sicut cum doctores loquuntur de veritate hujus sacramenti, probant verum corpus Christi in eo contineri per illa verba Christi, cum dixit: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur*, & verum sanguinem ipsius per illa verba: *Hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur*, quæ verba non possunt intelligi figurative, sicut illa: *Ego sum vitis vera*, &: *Petra autem erat Christus*, vel alio quocumque modo, ut quidam hæreticorum intellexerunt, sed vere & realiter, & secundum literam, sicut vere & realiter corpus suum pro nobis tradidit, & verum suum sanguinem pro nobis fudit, & nihilo minus ad id probandum inducunt alios, cujusmodi sunt in dicto capitulo Joannis 6. *Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus*, & iterum: *Panis, quem ego dabo caro mea est pro mundi vita*, quæ quidem auctoritates habent omnimodam similitudinem quantum ad literam cum primis, sed non quantum ad sensum literæ primæ & immediatæ: quia primæ vere & realiter intelligendæ sunt, secundæ autem spiritualiter, & secundum eundem sensum secundum quem exposita est illa: *Nisi manducaveritis*, &c.

Ad idem est Innocentius in libro de officio missæ, parte 4. capite 10. super illo verbo, *accipite & comedite*, ubi ita dicit: *Accipite & comedite*, ac si diceret, comedite & comedite, utramque hujus sacramenti comestione infirmans. Dupliciter enim corpus Christi comeditur, quia dupliciter, intelligitur, verum scilicet quod de Virgine traxit, & in cruce pendit; & mysticum, quod est ecclesia Christi Spiritu vegetata. De vero corpore dominus ait: *Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur*; de mystico dicit apostolus: *Unus panis & unum corpus multi sumus*: verum corpus Christi comeditur sacramentaliter, id est, sub specie; mysticum autem comeditur spiritualiter, id est, in fide: de comestione sacramentali dominus ait: *Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem*; hoc modo tam boni quam mali corpus Christi manducant, sed boni comedunt ad salutem, mali vero comedunt ad judicium, nisi enim & mali corpus Christi manducarent, non dixisset apostolus: *Qui manducat indigne, judicium sibi manducat & bibit, non judicans corpus domini*. Nam & Judas cum aliis eucharistiam traditur accepisset: De spirituali vero comestione dominus ait: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, &c.* Hoc modo comedunt corpus Christi soli boni, unde, *qui manducat carnem meam, & bibit, &c.* ut quid paras dentem aut ventrem? crede & manducasti, *qui manducat*, id est, credit in Christum, comedit ipsum, quando incorporatur Christo per fidem, id est, membrum ejus efficitur, vel in unitate corporis ejus firmius solidatur. Hæc Innocentius. Longum esset singulos doctores inducere, qui hanc auctoritatem, & totum præfens capitulum de spirituali manducatione principaliter & ex directo exposuerunt. Sed hæc tantum sufficiant pro præfenti.

His itaque luce clarius præsuppositis, accedo ad respondendum objectis, quæ videntur facere contra hanc intentionem & declarationem Christi & sanctorum. Et primo ad auctoritatem Nicolai de Lyra, & forte aliorum, qui videntur prædictam auctoritatem, *Nisi manducaveritis*, &c. exponere de sacramentali manducatione: ubi primo reducenda est ad memoriam quædam suppositio generalis, quam præposui in principio præfentis actus, videlicet quod inter doctores exponentes sacram scripturam, facienda est comparatio in ingenii acuitate, in studii assiduitate, in humilitate judicii, in immunitate vitii & passionis, in sanctitate vite, in divinis inspirationibus, & aliis hujusmodi, quæ præstant auctoritatem doctoribus: & ille doctor sequendus est circa expositionem unius passus scripturæ, in quo reperiuntur plures conditiones prædictis.

Et dicebatur ulterius, quod doctores antiqui, qui in prædictis conditionibus excelluisse reperiuntur, præferendi sunt modernis doctoribus, præcipue quatuor doctores, quos tanquam quatuor columnas sustentantes ecclesiam

Concil. General. Tom. XXIX.

Quodam scripturarum locis ob similitudinem quibusdam specialiter adaptantur.

Tit. 16. c. 9. nico.

Matth. 23.

ANNO CHRISTI 1611. Martij 12.

nobilis: sicut enim in celum, dixit apostolis & eorum sequacibus: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi, benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret, & esset cum eis etiam presentia corporali. Nec potest dici in hoc loco, quod uterque sensus tam spiritalis quam sacramentalis sint ex aequo sensus literales, & quod obligent ad utrumque, quia illi duplices sensus literales reperiuntur solum in his scripturis, in quibus aliquid competit figura, & aliquid secundum excellentiorem modum figurato, prout ipse Nicolaus de Lyra declarat, in illis verbis c. 17. Paralip. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.

Dicendum igitur ad Nicolaum de Lyra, vel quod auctoritas sua cedat auctoritati Augustini, vel quod ipse exponit predictum textum per quandam applicationem ad sacramentalem manducationem, nec dicit quod Christus precipiat, sed dicit, quod hic consequenter ostenditur hujus sacramenti necessitas, dictum est autem quod necessarium accipitur multipliciter, & inter alias acceptiones, accipitur pro utili: & sic ego concedo: quod sumptio hujus sacramenti est valde & multum utilis, & valde necessaria. Eodem modo intelligitur dictum Augustini, quod dicit, penam quotidianam huic tempori necessarium, id est, utilem, quod ex ipsius dictis apparet, cum dicit: «Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum est eos accipere. Non ergo bene infert ex predictis, cum dicit: Ex quo patet quod eucharistia est panis huic tempori necessarius, & sic ex necessitate & precepto expetendus & accipiendus, quia non sequitur. Iste panis est necessarius, id est, utilis & valde utilis, Ergo est ex precepto, & ulterius non sequitur, Hoc sacramentum est ex precepto Christi, Ergo sub utraque specie. Et quia pene in singulis auctoritatibus, quas adducit pro necessitate hujus sacramenti, dictum modum arguendi tenet & inferendi, in quo paralogizatur, mutans quod in quale, & substantiam in modum: idcirco venio ad tertium modum dicendi pro expeditione faciliore, videlicet dato quod dicta auctoritas Joannis intelligeretur de sumptione sacramentali, & quod hoc sacramentum sit de precepto Christi, quoad singulos fideles, adhuc tamen advertari non habent intentum de utraque specie, Nam de necessitate & precepto hujus sacramenti inter doctores nulla videtur varietas, etenim quidam videntur dicere quod hoc sacramentum neque quoad celebrationem seu consecrationem ipsius per manus sacerdotum in sacrificio, est de precepto Christi immediate, & multo minus quoad sumptionem vulgarem, dicentes; quod verbum imperativi modi in sacra scriptura multipliciter accipitur, & non semper preceptivum. Sumitur enim quandoque preceptoris, quandoque exhortatoris, quandoque optativi sive deprecatoris, quandoque invitatoris, quandoque juxta vulgarem modum ironice, & fortasse pluribus aliis modis quos diligens scrutator scripturarum posset reperire.

Sed quantum ad presens spectat de predictis modis exempla in medium adducantur: & pro primo facit illud Osee propheta, cui dominus precipiens dixit per verbum imperativi modi:

Vade, sicut tibi visum fuerit, & fac tibi sicut visum fuerit, quis tunc fornicans fornicabitur a domino, & rursus sapientiam. Diligite justitiam, qui iudicatis terram. Pro secundo modo, scilicet exhortativo, facit illud apostoli: Surge a mortuis, & illuminabit te Christus, & Matthaei 6. Nolite flicari esse quid manducabitis, & quod bibitis, &c. cui etiam simile est quod dicit Mattheus 1. Nolite jurare omnino, neque per celum, neque per terram, &c. prout tradit Augustinus in libello de sermone domini in monte, & in sermone quem de perjurio scripsit, ubi dicit, quod non prohibuit dominus licitam iurationem. De tertio modo, videlicet optativo, sive deprecatorio, pleni sunt libri prophetales, qui expectantes adventum Christi, verbis imperativi loquebantur, quorum unus dicebat: Veni ad nos liberandum dominus Deus stratum, & ostende nobis faciem tuam, & salvi erimus, & Ilijas capit. 16. Emitte, inquit, domine aquam dominatorem terra de petra deserti, &c. Et in alio loco: Veni domine, & noli tardare. Pro quarto modo, videlicet invitatorio, habetur Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes, & da pauperibus, & sequere me, & multa huiusmodi similia possent induci, ad ostendendum, non semper modum imperativi preceptivum poni. Et de ironico modo, modus communis saepe habet, quemadmodum si magister dicit discipulo pigritanti: Dormi puer, dormi, volens ipsum a desidia & gravi torpore ad vigilantiam excitare. Dicunt igitur, consecrationis his acceptionibus impetrativi modi, quidam, quod, accipite, &, hoc facite, licet sint verba imperativi modi, non tamen preceptum important, & ita similiter ponuntur ibi, ut dicunt, exhortatoris, & invitatoris, quasi dicat; Hoc facite in meam commemorationem, quia vobis proderit ad magnum augmentum gratiae unde poetas per modum consilii quam precepti dictum est, sicut & illud: Vade & vende omnia quae habes, & ita etiam se expediunt de gloria interlineari, qua dicitur, Et aliis ministrare; qui modus dicendi satis videretur conveniens, qui vellet insequi textum Joannis, Nisi manducaveritis, secundum spirituales manducationem tantum. Haec sententiam videtur secutus fuisse Albertus Magnus, qui, ut alius allegatus hic per me & lectus, dicit, quod Christus utrumque sacramentaliter celebrandum precepit in ecclesia per statuta apostolica, attribuens preceptum ecclesiae Christo tanquam principali agenti & imperanti, propter indefectibilem sui assistentiam qua ipsi ecclesiae assistit, & assistet usque ad consummationem saeculi. Nam ecclesia nihil potest facere sine Christo, ipso dicente: Sine me nihil potest

ANNO CHRISTI 1611. Martij 12.

Lib. 1.

quatuor.

Phil. 7.

interlineari.

ironice.

Modo 19. Insuper in respondendo ad 1. partem predictae magistri Joannis. Ad auctoritatem a horis Magni.

Joan. 12.

Abbr. de Ales 1. c. 10. art. 4. 60.

Imperativo verba Aliquando intelliguntur,

preceptoris Osee 1.

ANNO CHRISTI 1482

ANNO CHRISTI 1482

Un posse in decreto de sum. d. 2. cap. 1. d. 6.

sequuntur in hanc modum. Nam Alexander A
 quarta parte summa sua querens de necessitate
 utrum manducandi, querit, utrum necesse
 sit manducare corpus Christi, & arguit ex
 auctoritatibus Joannis 6. *Nisi manducaveritis,*
 " *Sec. & 1. Corinth. 11.* Item ex statuto ec-
 " clesiam, Omnis utriusque sexus. Item quia
 " baptismus est sacramentum necessitatis, Joan-
 " nis 3. *Nisi quis renatus fuerit, Sec.* Et simi-
 " li modo videtur, quod hoc sacramentum
 " sit necessitatis propter eundem modum lo-
 " quendi, *Nisi manducaveritis, Sec.* In con-
 " trarium arguit, quia illud sacramentum, &
 " solum illud, est necessitatis, quo non su-
 " scipio, non vivit quis vita gratia, sicut
 " patet de baptismo ante susceptionem ejus-
 " dem, ergo si hoc sacramentum est neces-
 " sitatis, utique ante ipsam susceptionem nul-
 " lus viveret vita gratia, quod manifeste fal-
 " sum est, quia tunc nullus salvaretur, si mo-
 " rireretur ante ejus susceptionem. Respondet
 " iste doctor, quod hoc sacramentum non est
 " de necessitate salutis, quantum est de sua
 " institutione, sed si est, hoc est ex assum-
 " pto officio, vel de mandato superaddito, ver-
 " bi gratia, ecclesia constituit, ut fideles com-
 " municent semel in anno, & in morte, un-
 " de si quis negligit, non est sine contem-
 " ptu, & peccat mortaliter, & hac constitu-
 " tio ecclesie est sub precepto, ut patet ex
 " decretali predicta, scilicet, Omnis utriusque
 " sexus. Post predicta respondet predictus
 " doctor ad argumentum, & primo ad illud
 " Joannis 6. *Nisi manducaveritis, Sec.* dicit,
 " quod intelligitur de manducatione spirituali
 " & per fidem, sine qua nullus adultus salva-
 " bitur, nec etiam parvulus: aut de mandu-
 " catione sacramentali, ratione institutionis ec-
 " clesie: & sic intelligitur etiam quod adducit
 " de similitudine baptismi. Ad aliud de in-
 " stitutione ecclesie, dicit quod communicatio, eo
 " modo quo institutum est ab ecclesia, debet
 " observari, nec potest negligi sine offensa mor-
 " tali, suppetente facultate. Hinc iste doctor in
 " summa.

Item dominus Bonaventura in 4. distinctio- D
 ne 11. movens questionem, Utrum necesse sit
 ad hoc sacramentum accedere, & arguit eis-
 dem auctoritatibus quibus supra, Joannis 6.
 " In contrarium vero arguit per Augustinum,
 " Quid parat dentem & ventrem? crede &
 " manducasti: sufficit ergo ad manducandum
 " credere, nec tenemur sumere sacramentum,
 " Item effectus hujus sacramenti est deletio ven-
 " nialium peccatorum, & augmentum virtu-
 " tum, sed neutrum est de necessitate salu-
 " tis, ergo, &c. Item si necesse esset accede-
 " re, parvuli qui non accedunt, nec mandu-
 " cant, omnes damarentur. Respondendo
 " dicit iste doctor, quod hoc sacramentum
 " non est de necessitate salutis, quantum est
 " de sua institutione, sed si est, hoc est ex
 " assumpto officio, vel mandato superaddito.
 " Ex assumpto officio, quod necessarium est
 " exequi, ut cum sacerdos vivit de altari,
 " ut parochianus debet servire altari. Si au-
 " tem non vivat de altari, sed in libertate
 " sua remaneat, non tenetur magis quam a-
 " lius homo ex debito: sed magis de bono
 " & ex aequo. Ex mandato superaddito, quod
 " ecclesia instituit ut fideles communicent se-
 " mel in anno, & in morte, unde si quis

negligit, non est sine contemptu, & pe-
 " cat mortaliter: ratio autem quare ecclesia
 " instituit, est, quia hoc sacramentum est su-
 " labre, & multi erant negligentes de sua
 " salute. Institutio autem ecclesie sub prece-
 " pto fuit: Omnis utriusque sexus fidelis,
 " cum ad annos discretionis pervenerit, ut
 " ad minus in pascha recipiat eucharistiam sa-
 " cramentum, nisi forte de proprio sacerdotis
 " consilio ob aliquam rationabilem causam do-
 " xerit abstinendum; alioquin vivens ab in-
 " greffu ecclesie arceatur, & moriens Christia-
 " na careat sepultura. Constat autem quod
 " hac est poena excommunicatorum. Ex his
 " patet responsio ad objecta. Nam verbum
 " domini Joannis 6. intelligitur de manduca-
 " tione spirituali, que est per fidem & cari-
 " tatem, sine qua nemo adultus salvatur.
 " Hac iste doctor in forma. De hac etiam
 " opinione fuisse videtur sanctus Thomas dum
 " legeret sententias, ut patet in 4. sentent.
 " distinctione 9. quest. 1. art. 1. ubi sic querit:
 " Ulterius videtur quod manducatio corpo-
 " ris Christi sit de necessitate salutis, &c. & in
 " fine positus argumentis pro & contra, sic de-
 " terminat dicens, quod gratia est sufficiens cau-
 " sa gloriæ: unde omne illud sine quo potest
 " haberi gratia, non est de necessitate salu-
 " tis: hoc autem sacramentum presupponit
 " gratiam, quia presupponit baptismum, in
 " quo gratia datur, neque debet peccato pro-
 " venire, quod gratiam privet; & ideo quan-
 " tum est de se, non est de necessitate salu-
 " tis, sed de ordinatione ecclesie homines
 " obligantur secundum ecclesie statutum, cor-
 " pus Christi semel in anno sumere. Hinc do-
 " ctor prefatus, quoad eandem sententiam,
 " in multis aliis replicat.

Alii vero videntur sentire, quod tam cele-
 bratio hujus sacramenti, per modum sacri-
 ficii, quod fit per sacerdotes, quam etiam ip-
 sius usus, quoad singulos fideles, est de pre-
 cepto Christi, & hanc opinionem sequentes,
 adhuc videntur variari, quia alii dicunt hoc
 esse de precepto Christi expresso & explicito,
 quantum ad substantiam, & ea que sunt es-
 sentialia sacramento. Alii vero ex precepto
 implicito. Primum modum videtur sequi Ni-
 colaus de Lyra, secundum modum sanctus
 Thomas in quarta parte summa, ubi allegat
 eum dominus proponens: etenim dicit: quod
 spiritualis manducatio includit votum seu de-
 siderium percipiendi hoc sacramentum, & sic
 secundum ipsum in predicto loco spiritualis
 manducatio expresse cadit & explicito sub pre-
 cepto Christi, quod patet, quia dictus doctor
 ubique illam auctoritatem, *Nisi manducaveritis,*
 principaliter declarat & exponit pro spi-
 rituali manducatione, & in ipsa specialiter in-
 cludit votum percipiendi hoc sacramentum,
 & ita secundum eundem intelligenda est au-
 thoritas, quam inducit ibid. ex Math. *Hoc*
facite in meam commemorationem, quia sicut
 in illa, *Nisi manducaveritis,* secundum ipsum
 includitur implicito sacramentalis sumptio, sic
 & in illa: cum enim per dicta verba commu-
 niter secundum omnes doctores, *Hoc facite in*
meam commemorationem, apostolos in sacerdo-
 tes ordinaverit, si illa verba expresse & ex-
 plicite quoad substantiam, & quoad modum
 obligative, ad omnes indifferenter fideles ex-
 tenderentur, manifeste sequeretur, quod om-
 nibus

S. Thom. 2. 2. q. 82. art. 11.

ANNO
CHRISTI
1412

ANNO
CHRISTI
1412

nibus fuisse collata potestas consuecendi hoc A sacramentum, viris & mulieribus, parvis & magnis, & sic quilibet esset hic & hinc sacerdos, quod nullo modo est dicendum, neque etiam cogitandum.

Oportet ergo secundum intentionem dicti doctoris, quod preceptum de sumptione sacramentali in predictis verbis includatur, implicite & in modum: cum autem in predicto precepto, *Hoc facite in meam commemorationem*, duo includantur, videlicet substantia sacramenti, quae significatur per hoc pronomen demonstrativum, *hoc*, & commemoratio dominicae passionis, oportet quod alterum, videlicet id quod est substantiam, pertineat ad omnes; id autem quod se habet ex consequenti, & quasi finis quidam atque modus, tantummodo ad sacerdotes pertinet, ipsa videlicet sub diversis signis & speciebus dominicae passionis representatio. Et quod haec fuerit dicti doctoris intentio, patet ex articulo immediate sequenti, in quo ex intentione querit, utrum liceat sumere corpus Christi sine sanguine, & determinat sicut alias hic lectum est & declaratum. Non est autem pium credere, nec est verisimile, quod talis ac tantus & tam sanctissimus vir & doctor in tam modico spatio, sibi ipsi contradiceret, ibi ponendo necessitatem sacramenti, & hic vero necessitatem alterius speciei. In procedenti igitur articulo declarat eodem sub precepto substantiam & rem hujus sacramenti quoad omnes. In isto autem articulo declarat & substantiam & modum eodem sub precepto solum sacerdotibus, non autem universis Christi fidelibus.

2. 75. 1111
2. 4. 20. 211
11. 1. 1. 1. 11
12. 1. 1. 1. 11
23. 1. 1. 1. 11
24. 1. 1. 1. 11
25. 1. 1. 1. 11

Prosequor igitur ordinem auctoritatum suarum respondendo ad singulas, & ascendendo ad oculum & cum digito, quod per nullam eorum concludit inessentiam. Adducit igitur Ambrosium in glossa ordinaria super verba. *Cetera, cum venero, disponam*, &c. Ex quibus infert tam apostoli quam glossa verbis, quod apostolus praecipit de sacramento, dicens: *Tenete quod dixi, scilicet Accipite & manducate, & calicem bibite, tenete inquit, & non intermittite nec mutate*. Haec est illatio domini proponentis, quae quantum aliena & adversa sit tam a mente apostoli, quam a glossa, nullus habens intellectum potest decipi. Dicit enim apostolus: *Cetera, cum venero, disponam*, glossa autem dicit, *Tenete quod dixi, cetera autem de eodem, id est, quae ad ejusdem sacramenti ordinem pertinent, cum venero disponam*. In quibus verbis nullo modo dantur intelligi ea quae infert dominus proponens, qui omnimodo distrahit textum glossae Ambrosii contra intellectum apostoli. Nam apostolus in predicto loco non instruit Corinthios, neque docet qualiter debeant communicare, sed qualiter pacifice, modeste, cum discretionem, cum probatione conscientiae debeant accedere ad sumptionem hujus sacramenti, unde refert Ambrosius, *tenete quod dixi, id est, Accipite, manducate, & calicem bibite, & non intermittite, nec mutate: sed potius tenete quod dixi quantum ad devotionem, puritatem conscientiae, pacem, concordiam & pietatem*.

2. 11. 11
24. 1. 1. 1. 11
11. 1. 1. 1. 11
11. 1. 1. 1. 11
11. 1. 1. 1. 11

Similiter dicendum ad id quod dicit: *His carere non potestis*, videlicet virtutibus predictis, ad digne sumendum hoc sacramentum: unde, *His carere non potestis*, non refertur ad communionem sub utraque specie, sed ad virtutes de quibus dictum est, licet similitudo quam inducit de vita corporali, quae videlicet sine cibo & potu non potest continuari, valeret transferendo ad vitam spiritualem, respectu hujus sacramenti, non tamen sequeretur, quod utraque species exigatur, quia vita animae non consistit in speciebus, sed in ipsa vera carne Christi, & vero sanguine ejus, unde cum sumendo sub una specie quisque fidelis sumat carnem & sanguinem, manifestum est quod sumit perfectum alimentum & nutrimentum, quo vivit anima, quia vere comedit carnem Christi, & vere bibit sanguinem ejus, de quibus ipse dominus dicit: *Caro mea vere cibus est, &c. sed tamen simpliciter falsum est, quod sine sumptione quotidiana aut frequentati, anima non possit stare, vegetari, augmentari & continuari in vita perfecta & spiritali, ut patet in multis sanctis patribus; & specialiter in sancto Paulo primo eremita, qui per 40. annos mansit in eremo absque hujus sacramenti sumptione. Similiter de S. Maria Aegyptiaca, quae fere per totidem annos sine communicatione permanit. Et sic ad Nicolaum de Lyra dico, quod ipse loquitur persuasive & communitate, inducens populum ad frequentem sumptionem hujus sacramenti, quod utique valde utile est: non autem intendit ibi necessitatem preceptivam inducere ad quotidianam sumptionem vel frequentem, & multo minus frequentem sumptionem sub utraque specie. Ad auctoritatem Patristicam dicendum, quod ipse loquitur de carne & sanguine, quae duo praestant vitam animae, non autem specie-*

Joan. 6.

Ad Pathe.
Sum. 111. de
sacramento
corpore &
sanguine de
mali cap. 116

ANNO CHRISTI 1603

ANNO CHRISTI 1603

o. at. codex. catholice.

Mon. 10.

Loc. 11.

D. 12. q. 2. ad quartum.

Supra in 2o. Sessio 55. pernam & de. Barum. ad 5. non.

cibus panis & vini, que secundum & nihil
 constant in anima, nec nec gustat eas cum
 corporaliter sumuntur, & corporaliter in sto-
 machum trahuntur, unde dicit, Quod iustum
 & pernecessarium est, &c. quod autem dicit,
 Quod ideo hanc simul in calice reddun-
 tur, quia de uno calice passionis Christi hanc
 duo nobis manerunt, intelligendum est quod
 caro Christi & sanguis in calice redduntur,
 id est, traduntur, quia etiam in calice uerus
 & integer Christus continetur, sicut & sub
 specie panis, & qui hoc non credit, infelix
 est. quia si cibus & potus materiali vita huma-
 na sustentetur, multo magis carne & sangui-
 ne domini nostri Jesu Christi vita spiritalis,
 potius autem in hoc loco hic doctor calicem
 nominavit, quam panem, quia comparat ef-
 fectum hujus sacramenti ad passionem Christi,
 tamquam ad causam, que passio magis in spe-
 cie & in similitudine vini exprimitur, & et-
 iam quia passio in scripturis calix appellatur,
 secundum illud: *Potestis bibere calicem, quem
 ego bibiturus sum?* & idem dominus in ora-
 tione de monte dixit: *Pater transfer a me
 calicem istum*, unde dicit, Quia de uno ca-
 lice passionis Christi, &c. quare cum in di-
 cta auctoritate Paschali nulla mentio fiat de
 pane & vino, sed solum de cibo & po-
 tu, que duo carni & sanguini Christi attri-
 buit, utique non bene refert proponens di-
 cti doctoris intentionem ad sacramentum pa-
 nis & vini.

carne Christi & sanguinem in sacramento:
 nec tamen probant preceptum Christi, sed
 tantum ecclesiam que habet auctoritatem li-
 gandi & solvendi, statuendi & precipiendi,
 & cujus preceptum obligat ad penam eter-
 nam, quemadmodum & precepta divina: Un-
 de sicut contemptores legum divinarum, sic
 contemptores legum ecclesiasticarum, & hoc
 in futuro, si sine penitentia decesserint, ve-
 niunt puniendi unde lex ecclesiastica ita ne-
 cessitatem imponit subditis ejusdem, sicut &
 lex divina, quia ipsa lege divina precipiendi
 & statuendi auctoritas ecclesiam data est, &
 secundum id: *Qui vos audit, me audit*, &:
*Qui ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethio-
 picus & publicanus*, & secundum illud: *Super
 cathedram Moysi, &c. quocumque dixerint vo-
 bis, facite*, &c. tamen quicquid sit, nulla
 predictarum auctoritatum deservit sibi, quo-
 cumque modo intelligantur, aliquid ad pro-
 positum duplicis speciei.

Uterius magister proponens inducit aucto-
 ritates ad probandum quod ille textus Joan-
 nis 6. *Nisi manducaveritis*, intelligatur de
 manducatione sacramentali & bibitione, &
 non de sola spiritali. Et primo ad glossam
 duplicem ordinariam dicendum, quod dato
 quod illa auctoritas intelligatur de sacramen-
 tali manducatione, non tamen ex dicto textu
 habetur necessitas duplicis speciei, nec ex
 ipsis glossis. imo ex dictis glossis habetur
 manifeste sufficientia unius speciei & com-
 munionis. Nam in nulla sit mentio de bibitione
 vini, sed de sola comestione. Et ulterius
 utraque glossa exponit de comestione altaris,
 & per consequens glossa trahit hanc textum
 ad sacerdotes, qui soli conficiunt, & come-
 dunt in altari, & sic intelligendo hanc tex-
 tum sive spiritaliter, ut Augustinus & alii
 doctores antiqui, sive de sacramentali com-
 estione altaris, bene dicant: ergo, per locum
 a contrario sensu, omnes adversarii, dicendo
 illam literam non esse exponendam de spiri-
 tuali vel sacramentali manducatione altaris,
 sed eam debere trahi ad communionem lat-
 eam utriusque speciei, decipiuntur, & male
 dicunt.

Deinde adducit auctoritatem Remigii mul-
 tam & satis longam super eodem verbo, *Nisi
 manducaveritis*, &c. in qua tota auctoritate,
 & in omnibus per proponentem ex ea elici-
 tis, non reperio nec video aliquid, in quo
 possit vel valeat suum fundare intentum, quo-
 ad preceptum communionis sub utraque spe-
 cie. Deinde quoad auctoritatem communionis,
 plus facit contra eum dicta auctoritas, quam
 contra tenentes oppositum. Nam cum dicit:
 Ad hanc spirituales alimoniam, ad hoc mys-
 ticum epulum & divinum nos dominus in-
 vitat, &c. manifeste declarat se loqui de spi-
 rituali manducatione, quod manifestus decla-
 ratur, cum consequenter dicit in §. Nam ve-
 ro: Subsequenter exponit quomodo ad fiat,
 & quid sit manducare carnem ejus, & san-
 guinem bibere. *Qui manducat, inquit, meam
 carnem, & bibit meum sanguinem, in me ma-
 net, & ego in illo*, hoc profecto est hanc ec-
 clesiam manducare, & hunc potum bibere, ma-
 nere in Christo, & Christum in se habere
 manentem, &c. Ubi hic doctor S. Remigius
 conformiter ad Augustinum exponit quid dicit-
 tive & essentialiter quid sit manducare car-
 nem

Loc. 10.

Mon. 10.

Ad quartum.

Ad Remigium.

ANNO
CRALETTI
1609.

ANNO
CRALETTI
1609

nem ejus, & sanguinem bibere, & respon-
det: Qui manducatur, inquit, meam carnem,
&c. ubi expresse declarat, quod manducare
& bibere in hoc loco sumitur pro manere in
Christo, & e converso Christum in se manen-
tem habere.

Ad eundem sensum, totum residuum illius
auctoritatis tendit, scilicet de spiritali man-
dicatione. Nec obstat de exemplis qui indu-
cit de comestione sacramentali, ut expositum
est in dictis Augustini, loquens enim Augu-
stinus & Remigius abbreviator ejusdem de ve-
ro sensu, quem Christus intendit de his ver-
bis, scilicet, de spiritali manducatione, ad-
ducunt sermones de sacramentali manducatione.
Sicut cum adducitur figura ad figuratum,
& sacramentum ad id quod significat & figu-
rat; sicut si loqueremur de passione Christi,
adduceremus figuram veteris testamenti, que
Christi passionem prefigurabant; utique non
omnia que dicerentur de ipsa passione Christi
in se, & que dicerentur de figuris illis, ad
idem referrentur, quia semper aliud est figu-
ra, aliud figuratum.

Similiter si loqueremur de corpore Christi
vero in hoc sacramento, & adduceremus ma-
teriam sacramenti, ut puta panis & vini, uti-
que non quidquid diceretur, in multo
corpore Christi, hoc intelligeretur de speciebus,
nec e converso: ita est proprie in proposito.
Cum enim hoc sacramentum altaris, quan-
tum ad species suas, & quantum ad primam
rem contentam, que est vera caro Christi,
& verus sanguis ejus, sit sacramentum corpo-
ris Christi mystici, ut patet omnibus mate-
riam hujus sacramenti intelligentibus, si sa-
cerdotes loquentes de corpore Christi mystico
& spiritali, & carne ejus mystica, adducant
materiam hujus sacramenti, sive quoad spe-
cies, sive quoad ipsam primam rem ejusdem,
sicut signi ad signatum, & sacramenti ad id
ejus est sacramentum, non est dicendum
quod idem sit, & quod ad idem referantur
omnia que dicuntur, tanquam idem esset
signum & signatum, res & sacramentum. Et
hac est profecto, salvo judicio meliori, vera
intentio Augustini & Remigii & multorum al-
iorum doctorum, dictum capitulum Joannis
exponentium, qui exponentes de spiritali
corpore Christi mystico, & de manduca-
tione, adducunt materiam sacramenti altaris,
tanquam signi ad signatum, & sacramentum
ad id quod significat & figurat.

Uterius dato quod Remigius loqueretur
in illa parte, Ad hanc spiritalium alimo-
niam, de sacramento altaris: adhuc ex ipsis
verbis suis declaratur, quod non necessitatem
sumenda hujus alimonie nobis inducit, per hoc
enim cum dicit, Tanquam, cum sit adver-
bium similitudinis, utique similitudinariam,
non perfectam necessitatem expressit; per quod
dat intelligi quamdam magnam & vehemen-
tem utilitatem, non precepti innuit necessita-
tem. Uterius patet per illud licet quod se-
quitur, quod dictus sanctus Remigius non ac-
ceperit in verbis predictis stricte necessitatem.
Nam infra dicit, quod ipse dominus my-
sterium sui corporis & sanguinis quotidie a sa-
cerdotibus per sacerdotum ministerium fieri man-
davit rationabili sacramento, quod utique,
proprie accipiendo mandatum & preceptum,
nullo modo stare potest in veritate, quin om-

nino catholicis veritati, sanctarumque patrum
traditionibus, & sensentis esse contrarium &
adversum, qui nullo modo dicant ob-gari
universam fidelium congregationem ad hujus
venerabilis sacramenti quotidianam sumptionem.
Unde Augustinus, & habetur de con-
secrationis distinctione secunda; Quotidie cu-
charitatem famere nec laudo, nec vitupo-
ro, &c. Dicendum igitur, quod Remigius
in dicta auctoritate verbum mandati large ac-
cepit, non pro precepto proprio, sed exhorta-
tione, quia qui taliter potest disponere vi-
tam suam, ut omnino caveat a peccatis mor-
talibus, & ex sumptione quotidianam hujus
sacramenti sentiat & in devotione ac fervore
proficere, valde necessarium est & utile sic
animam dispositam frequenter & quotidie ad hoc
sacramentum accedere. Sicut igitur hoc ver-
bum, Manducate, proprie non potest deter-
minare illud quod dicitur, Quotidie, sic mi-
nus determinat illam necessitatem. Ex omni-
bus tamen predictis hoc indubie habetur &
manifeste, quod dicta auctoritas Remigii in
nullo deseruit sibi ad communionem laicam
sub utraque specie. Ad auctoritates Augustini
(que consequenter inducit, que videntur
eiusdem doctore contrariari, qui, ut dictum
est, Sole clarius & luce meridiana, in mul-
tis locis declaravit evangelium Joannis debe-
re intelligi de spiritali manducatione) non
cesset difficile respondere, eundem doctorem
ad concordiam revocando ex libris ejusdem,
ex quibus dicta auctoritates assumuntur. Ni-
hilo minus quia tempore coarctor, dico quod
nulla predictarum auctoritatum, dato quod
omnes intelligerentur de sacramentali sumptione,
probat propositum de duplici specie, in
communione laicali. Et sunt auctoritates Au-
gustini, prima in libro de meritibus & remis-
sione peccatorum. Secunda contra Cresconium
grammaticum. Tertia in lectionibus do-
minicis prima in adventu domini. Quarta in li-
bro primo de baptismo parvulorum, ut ipse
allegat eam, que incipit, Auferatur ergo du-
bitatio, &c. que tamen ponitur in libro de
meritis & remissione peccatorum, nisi velit
unum & eundem librum predicto duplici ti-
tulo insignire. Quinta psalmo 98. super illo
verbo, Adorate scabellum pedum ejus, verum-
tamen ut detur occasio volenti dictas aucto-
ritates Augustini intelligere in quo sensu ab
eo prolatae sunt, subjungo auctoritatem suam,
que habetur transumptive de consecratione
distincti 4. capite, Nulli dubitandum & am-
bigendum est, ubi ita dicit: Nulli ambigan-
dum est, tum corporis & sanguinis domi-
ni ut unumquemque fidelium participem fieri,
quando membrum Christi in baptismo ef-
ficatur, nec alienari ab illius panis calicif-
que consortio, etiam antequam panem
illum edat & calicem bibat, de hoc sacra-
mento, in unitate corporis constitutus, abice-
dat, quia illius sacramenti beneficio non
privatur, quando in ipso hoc quod illud
sacramentum significat, invenitur. In illo
enim sacramento corpus & sanguinem suum
in nobis commendavit, quod & fecit nos
ipso, nam & nos corpus Christi facti su-
mus. Hac Augustinus.

Et iterum idem ad Bonifacium ita scribit:
& habetur eodem distinctione 4. capite. In
ecclesia, ubi dicit: Non cogitetur vitium
habere.

Cap. 19.

De consuetudine
dicitur in
libro cap. 11.

Ad 2. Augu-
stinum.

Lib. 1. cap.
11. Lib. 1. cap.
11. Cap. 4.

Cap. 19.

De consuetudine
dicitur in
libro cap. 11.

ANNO CHRISTI 1483. Cap. 19a. Jan. 6.

Cap. 6.

Ad Oportere a Chry. bda. uent.

Innocentium.

Armoth. om.

Eusebium.

Eusebium in hunc. de corpore Christi.

habere non posse parvulos qui fuerint ex-
partes corporis & sanguinis domini nostri
Iesu Christi, dicens domino: Nisi mandu-
caveritis carnem, &c. Manifestum est enim
tunc unumquemque corporis & sanguinis
domini participem fieri, quando in baptis-
mo membrum Christi efficitur. Hac Au-
gustinus.

Ex his auctoritatibus & ultima resolutione
quam facit idem doctor doctorum suorum libro
tertio de meritibus & remissione peccatorum,
sive de baptismo parvulorum, studiosus lector
& pius dictum excellentissimum doctorem non
contrarium nec sibi ipsi dissonum, sed maxi-
me uniformem & concordem in suis dictis &
sententiis clare percipiat & intelligat.

Similiter dicendum est ad auctoritates Orig-
enis & Chrysoctomi, quia ex ipsis nihil conclu-
ditur ad auctoritatem communionis sub utra-
que specie, cum nullam mentionem faciant de
specie vini, sed solum de carne & sanguine,
qua ita integre, plene, & perfecte sumuntur
a fidelibus sub una specie, sicut si sumerentur
sub duplici. Similiter dicendum est ad aucto-
ritatem Innocentii, quia nihil facit ad propo-
situm de praecepto aut necessitate communionis
sub utraque specie. Eodem modo ad dominum
Armachanum dicendum est, quod nihil con-
fert sua auctoritas ad communionem utriusque
speciei: imo quantum potest concipi ex verbis
ejusdem dicti textus Joannis 6. Nisi manduca-
veritis, &c. non intelligitur de manducatione
sacramentali quantum ad intentionem suam,
dicit enim: Si quis vero dictum salvatoris om-
nino velit accipere de manducatione & bibi-
tione sacramentali, tunc intelligendum est de
modificatione, &c. ubi expresse & manifeste
declarat se loqui non ex sua intentione cum
dicit: Si quis vero, &c.

Ad auctoritatem vero Eusebii dicendum,
quod Eusebius loquitur de consecratione qua
Christus in cena vinum in sanguinem com-
mutavit, & quotidie commutat in altari,
quod manifeste ostenditur ex verbis ejus, dum
dicit: Adverte quam evidentem constat vini
creaturam Christi sanguinem nuncupandam.
Quod utique non fit nisi in altari, ubi prius
est vini creatura, & deinde Christi sanguis
post consecrationem nuncupatur, post quam
consecrationem nullo modo sanguis Christi est
vini creatura. Et ad hunc sensum per quam-
dam adaptationem ad sacramentum altaris
inducit auctoritatem: Nisi manducaveritis car-
nem filii hominis, &c. Et praeterea dictus do-
ctor nullam mentionem facit in praedictis
verbis de communionem licet aut de praecep-
to sive de necessitate illa de qua hic lo-
quitur, nec etiam de quacumque alia. Et
haec sint dicta ad secundam partem suae pro-
positionis, ad laudem & gloriam omnipoten-
tis Dei.

Uterius prosequendo tertiam partem suae po-
sitionis proponens ita dicit: Cum gutem plu-
rimi adversariorum divinissimam communionem
sub utraque specie ad laicos propter tot tes-
timonia & sanctorum auctoritates resistere non
valentes ipsam communionem benedictis eu-
charistias sub utraque specie ad laicos fideles
concedant, quantum in se est, & de se esse
licitam & catholicam, quia a Christo instituta,
& ab apostolis & ecclesia primitiva praedi-
cata, & haec eorum confessio patet per so-
Concil. General. Tom. XXIX.

rum plurima scripta: sed in hoc latibulum
omnes confugiunt, dicentes, quod ipsa com-
municatio utriusque speciei non fit de praecepto.
Hac proponens. Ad hoc dico, non propter
auctoritates & rationes quas adversarii addu-
cunt, quia nullae sunt, sed propter veritatem
in se, quod communicatio hujus sacramenti se-
cundum se considerata, est licita & catholica,
& digne sumentibus ac devote multum utilis
ac necessaria: sed quod fiat sub una vel sub
duplici specie, est indifferens ad meritum vel
demeritum, nisi pro quanto ecclesiam con-
suetudo aut statutum determinat ad unam vel
ad duplicem speciem. Nam Christus instituit
sacramenta, sed modum eadem dispensandi re-
liquit ecclesiae, ut tenent omnes doctores con-
corditer.

Quando igitur consuetudo ecclesiam habebat
duplicem speciem, tunc nulli licebat communi-
care sub una specie in locis in quibus hujusmo-
di consuetudo servabatur, & similiter opposita
consuetudine in ecclesia ex rationabilibus causis
invalescente, & maxime statuto & praecepto u-
niversalis ecclesiae confirmata, nulli licet non
conscienti communicare sub utraque specie:
unde nullo modo concedimus ipsam communi-
onem sub utraque specie esse licitam & cat-
holicam quoad laicos, licet sic Christus fe-
cerit & apostolis tradiderit, & apostolus in
primitiva ecclesia Corinthiis sic facere permal-
serit, stante statuto ecclesiae in oppositum.
Nec confugiunt in latibulum, qui est locus
haereticorum, dicentes, quod ipsa communicatio
sub utraque specie non fit de praecepto: imo
manemus in ipsa veritate catholica, sicut in
civitate supra montem posita, quae omnibus
sole clarior elucescit.

Ad auctoritates igitur evangelistarum, vi-
delicet Matth. 26. Marci 14. & Lucae 22. di-
co, quod stant narrative, quia evangelistae
narrant modum quem Christus tenuit in con-
secratione hujus sacramenti, & verbum hoc,
facite, quod innuit praeceptum, si praeceptive
teneatur, refertur ad apostolos, quos per illa
verba in sacerdotes ordinavit, & ad ipsorum
successores tantum; alioquin omnes viri & mu-
lieres essent sacerdotes, & possent hoc consecrari
sacramentum. Quod nullus sanus mentis dixerit.

Ad glossam autem quam dicit, Et aliis da-
te: dicendum quod glossa non dicit, quod
Christus praecepit apostolis aliis dare. Dato e-
nim, quod non concedatur pro presenti, quod
Christus praecepisset discipulis dare aliis hoc
sacramentum; non tamen praecepit sic dare,
quapropter notanter glossa non expressit sic,
vel taliter, vel hoc modo aliis dare.

Ad canticum ecclesiae, Dedit fragilibus &c.
dicendum quod Christus sacrificium istud &
instituit, & commisit ipsum celebrandum so-
lum presbyteris, quibus sic congruit sumere,
E non tamen sic dare ceteris, quapropter no-
tante dicit: Quibus sic congruit ut sumant &
deat ceteris. Et quod ista sit intentio illius
canticum, patet tam ex summo pontifice,
quam ex compositione officii, quam ex ipsa ec-
clesia cantans dictum canticum. Nam tempore
Urbanus, & doctoris sancti qui officium cor-
poris Christi, & praedictam canticum compo-
suit, per totam ecclesiam universaliter erat u-
niversae speciei consuetudo, ut patet ex doctrina
ejusdem doctoris.

Ad Nicolaum de Lyra dicendum quod se-
G g g

ANNO CHRISTI 1483.

Ad verbum hoc. facite.

Ad glossam.

Ad verba hujus. Dedit fragilibus.

Ad Nicolaum de Lyra.

ANNO
CHRISTI
1693.

Ad Domi-
nicum lib.
2. c. 19.

Pfal. 148.

Paschasium
de corpore &
sanguine do-
mini, cap. 13.

Quid per illa
verba, hoc
facite, usual
ligantur?

candum opinionem verum dicit, quod per illa verba, *hoc facite*, injungitur ecclesie huius sacramenti usus, sed non habetur ex hoc quod injungatur laicali populo usus communionis sub utraque specie. Uterius ad auctoritatem Damasceni cum dixit: Dixit dominus *Jesus: Hoc est corpus meum*, &: *Hic est sanguis meus*, & hoc facite in meam commemorationem, Omnipotenti eius precepto, donec veniat, efficitur. Dicendum est quod ibi preceptum Damasceni non intendit referre ad apostolos, quasi ipse sit preceptum, ut sic ministrant aliis, sed refert ad naturam panis scilicet, & vini consecrandam, ut obediat precepto omnipotentis Dei sive Christi, dum videlicet ad verba prolata sacerdotis, panis & vini substantia in corpus & sanguinem Christi divina & Omnipotentis virtute convertitur. Est igitur sensus, *hoc facite*, id est, conficite, & consecrate transmutando naturam substantiam in corpus Christi & sanguinem, non utique virtute vestra, sed omnipotentis eius precepto, quo scilicet non solum ea que sunt, possunt converti in alia, sed etiam ea que sunt, possunt in nihilum redigi, & ea que non sunt, ad esse produci: secundum quod dicitur in psalmo: *Ipsa dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt*. Si enim Damascenus voluit referre id preceptum ad apostolos, ut sic deberent facere donec veniat, sufficeret sibi simpliciter dicere: *Hoc facite* precepto eius, sine additione, Omnipotentis, quia ad mandatum obligatorium faciendum non exigitur omnipotentia, cum & prelati & puri homines possint obligatorie precipere, in quibus non est omnipotentia, que utique ad naturalem transubstantiationem subitam & instantaneam: de necessitate requiritur.

Et ad hunc eundem sensum proprie loquitur Paschasius in sequenti allegatione, cum dicit. Crede o fili, quia ita est quomodo ipse dixit, & dubitare factum non potes, ipse mandavit & creatum est, preceptum posuit dicens: *In meam commemorationem hoc facite*. Nam tota intentio Paschasilii in hoc loco est, inducere fidem transubstantiationis panis & vini in veram carnem Christi & in verum sanguinem eiusdem, ad quam transubstantiationem credendam ipse hortatur quemlibet fidelem: quod ex verbis eius patet, & ex persuasionibus, cum dicit: *Crede o fili, &c.* & ibi punctus faciendus est, Preceptum posuit, & postmodum sequendum est, *in meam commemorationem facite*. Quidquid tamen sit, sive Paschasius, sive Damascenus, sive Nicolaus de Lyra, & quicumque alii dicant, quod illa verba, *hoc facite in meam commemorationem*, dicta fuerunt a Christo apostolis preceptive, & in persona ipsorum ceteris sacerdotibus, & per consequens ecclesie, in cuius persona sacerdotes ut ministri tenentur hoc sacramentum celebrare, conficere, & passionem Christi sub utraque specie representare in conspectu & presentia fidelium concedo, nec tamen aliquid sequitur pro communionem sub utraque specie.

Ad illud igitur quod refert proponens, quod per illa verba *hoc facite*, intellexit non solum confederationem, sed manducationem & bibitionem sacramentalem, & quod illa verba dixit preceptive, dicendum quod preceptum illud, si tamen preceptive tenetur, extendit se

simul ad confederationem & ad manducationem & bibitionem, quoad ipsum conficiendum quia sacerdos conficiens tenetur sicut conficere, sic & utramque distincte, solum & separatim sumere: unde non sequitur, quod per illa verba dominus precipiat solum manducationem & bibitionem sacramentalem, secundum quod respicit universaliter omnes, sed solum prout manducatio & bibitio sunt conjuncte consecrationi, scilicet in ipso sanctificante. Ad auctoritatem sancti Thomae dictum est in precedentibus, quod in dictis verbis dictus doctor intendit fundare preceptum implicite sacramenti secundum se considerati, sed non sub utraque specie, quam in sequenti articulo dicit non esse de necessitate, neque de precepto. Etenim, secundum quod fuit in precedentibus attingit apertum, in hoc sacramento duo sunt attendenda: vel ea que sunt essentialia, vel ea que sunt accidentalia. Quantum ergo ad essentialia, que sunt forma, materia, intentio, & ordo, Christus dedit preceptum, quod utique invariabile ac immutabile est, sed non quantum ad accidentalia, cuiusmodi sunt, tempus, conditio materie, modus sumendi, ritus conficiendi, & huiusmodi, que Christus dimisit in potestate ecclesie, ut circa ipsa ordinaret, prout et Spiritus sanctus rector eiusdem inspiraret. Unde sicut in potestate ecclesie fuit statuere, ut non nisi a jejunis hoc sacramentum conficeretur, & etiam nisi in certis casibus sumeretur, cum tamen Christus post cenam ipsum confecerit & discipulis dederit ad sumendum. Et sicut in potestate fuit ecclesie per aliquod tempus in fermentato conficere, licet Christus in azymo confecerit, sic eodem & pari modo fuit & est in potestate ecclesie propter aliquas causas necessarias & rationes mutare modum communicandi laicos, ut videlicet sub uno & non sub duobus speciebus, quemadmodum Christus tradidit communionem. Nec videtur ratio quare potius illa quam hunc modum mutare potuerit, cum iste modus ita se habeat per accidens sicut & illa. Et hoc distinctio expresse innuitur in precepto Christi, cum ait: *Hoc facite*, non autem dixit, Sic, vel hoc modo facite. Hoc enim ad substantiam refertur, non ad modum.

Sed contra arguit proponens, quia ipse Christus ad utrumque addit preceptum, *hoc facite*, ut recitat apostolus, dicendum quod materia in hoc sacramento potest duobus modis considerari: Uno modo respectu rei contentae cuiusmodi est verum corpus Christi, & verus sanguis eius. Alio modo respectu rei significatæ cuiusmodi est passio Christi, resurrectio spiritualis, transitio corporis & anima, & cetera, si qua sunt que in hoc sacramento representantur. Ratione primi, panis & vinum cadunt sub precepto disjunctive, quia vel utrumque vel alterum ipsorum sufficit, cum sub utraque, & sub altera ipsarum, verus & integer Christus continetur, ut fuit declaratum in superioribus satis diffuse. Ratione vero secundi, cadit utrumque copulative sub preceptum, quia passio Christi non potest perfecte representari sub altero ipsorum, & hoc ipsius Christi verbis expresse comprehenditur. Non enim ait simpliciter, *hoc facite*, sed addit, *in meam*

ANNO
CHRISTI
1693.

Septa in conditione huiusmodi verborum.

Non manducationem.

In sacramento consideranda essentialia, & accidentalia. Illa hoc immutabile, hoc variabile.

Materia in hoc sacramento dupliciter consideratur.

ANNO
CHRISTII
1439.ANNO
CHRISTII
1439.

meam commemorationem. Si enim dixisset tantummodo, *hec facite*, planum esset quod altera species sufficeret: quia vero addit, *in meam commemorationem*, utraque necessaria est: unde & Paulus utrumque complexus est copulativo in huiusmodi commemoratione facienda dicens: *Quotiescumque enim manducabitis panem. Haec & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis donec veniat*: ideo etiam ad utrumque apposuit preceptum, ut utrumque simul ostenderet fore necessarium ad huiusmodi dominice mortis representationem: si enim ad unam solum apposuisset, videretur quod sola species sufficeret ad representationem: unde apostolus est declarativus Lucam evangelista in hac parte, & Lucas aliorum evangelistarum, qui non fecerunt mentionem de huiusmodi precepto. Quia vero huiusmodi commemoratio dominice passionis tantummodo conscientibus sive sacerdotibus precepta est, ut ex superioribus patet, cum ait, *facite*, quod idem est quod *consecrite* vel *sacrificate*, ideo sufficit quod soli sacerdotes in ecclesia coram populo conscientibus & sacrificantes huiusmodi representationem passionis signis exterioribus, speciebus scilicet panis & vini, non autem quod sic ceteris ministrant. Et licet si non sacrificantes fuerint sub utraque specie, sicut antiquitus Corinthii faciebant, & modo faciunt Graeci similiter, & representarent mortem domini, sicut & sacrificantes, non tamen eodem modo, quia sacrificantes, ex precepto, hi vero sine precepto: & ulterius expressius significantes: quia non solum in sumptione sub utraque specie, sed principaliter in consecratione, & in elevatione, & ceteris signis & ritibus Christi, passio representatur, quam in sola sumptione.

Ad S. Cyprianum.

Ad auctoritatem Cypriani quae hic ponitur, & ad ceteras quae infra ponuntur, primo dicendum est, quod non omnia opuscula neque dicta ejusdem sancti martyris ab ecclesia acceptantur, ipse enim cum octuaginta episcopis in quadam synodo provinciali, sub eodem Cypriano in civitate Carthaginensi celebrata, dixit, haereticos & schismaticos non posse baptizare; & quod baptismus ab haereticis collatus esset lavacrum diaboli, in quo tamen ipse non tenetur eo quod ecclesia oppositum determinat, ut habetur 3. distinctione. Sed sciendum: & in quarto sententiarum distinctione 6. contra quem in hac materia egregius doctor Augustinus edidit librum, quem de unico baptismo nominavit: de quo martyre idem Augustinus dicit: Ego visa sanctitate Cypriani, eidem adhaesisse, nisi me Romana synodus retraxisset. Et subdit: Ego dicta Cypriani non approbo, cujus martyrium veneros, cujus ingenium laudo, quia nec ecclesia approbavit: ubi male sensit, hoc purgatum est igne passionis. Haec Augustinus. Ubi bene attendendum est excellentissimi doctoris Augustini exemplum & documentum, & perpetuo memoria retinendum: libenter siquidem, tum propter sanctitatem tuam propter excellentiam ingenii, secutus fuisset opinionem huius sancti & gloriosissimi martyris Cypriani, quod tamen non fecit propter Romanam synodum, quae oppositum illius determinaverat: nec ausus fuit dicta Cypriani approbare, quae non approbaverat ecclesia. Si tantus doctor & tam excellentissimi ingenii ac sanctissimas vitae, Augustinus scilicet, Concil. General. Tom. XXIX.

A non fuit ausus loqui tam sanctissimum & profundissimum martyrem, stante in oppositum determinatione ecclesiae, quid faciemus nos miseri homunculi, qui vix scimus alphabetum componendo balbutire, non dico profunda scripturarum indagare? numquid prudentia mea insistendo, erecta scilicet cervice, huius hominis quantumcumque sancti & excellentis ingenii sententiam aut sensum nostrum praeponeamus & antefereamus sententiae & determinationi catholicae ecclesiae? absit hoc a nobis, & a cordibus cunctorum Christi fidelium.

Prædicta ideo præmissi de dicto martyre, non quod velim ipsum in hac materia nostra negare, sed ut appareat quia non in omnibus ejus doctrina est sequenda. Dicendum igitur, quod nec in ista auctoritate, nec in omnibus aliis sequentibus, quoquo modo prædictus martyr, nec implicite nec explicitè ponit aut dicit, communionem utriusque speciei, quoad laicos, esse de precepto Christi, aut de mandato ejus: deinde in hac auctoritate loquitur de sacerdotibus & celebrantibus, quibus dominus præcepit facere in commemorationem suae mortis, quod patet, quia loquitur in propria persona, qui erat episcopus, & etiam loquebatur & scribebat episcopis: quibus utique præceptum fuit ut facerent in commemorationem mortis domini: unde dicit, quod sic a domino præcipitur, ut quotiescumque biberimus, in commemorationem domini hoc faciamus. Hanc autem reprehensionem faciebat prædictus martyr aliis episcopis non occasione unius vel duplicis speciei, quoad populum laicalem, sed in primitiva ecclesia multi sacerdotes multipliciter aberrabant tam circa celebrationem huius sacramenti, quam circa dispensationem ejusdem ad populum. Nam aliqui hostiam sanguine intinctam populo porrigebant, alii uvae vino aponebant, & vinum presbyteri sumebant, uvae vero dabant communicantibus laicis, & pro infirmis in sacrario reponebant: alii vero pannum lineum musto tinctum per totum annum servabant, & in tempore sacrificii aqua partem ejus lavantes, loturam illam ministrabant. Alii lac dabant pro sanguine, ut patet de consecratione distinctione 2. Didicimus. Et capitulo, Cum omne crimen. Illa igitur advertens, & multa alia hic sanctus martyr fieri præter modum a Christo traditum in ministrante & oblatione huius sacri mysterii, zelo accensus praesertim episcopos reprehendit, tamquam eos ad quos pertinebat alios corrigere & ad viam reducere veritatis, & haec est totalis & vera intentio prædicti martyris, tam in presenti auctoritate, quam in omnibus sequentibus, prout declarabitur loco suo: & per dicta patet, quod ea quae inserte proponens, omnino falsa sunt, quia non sequuntur ex intentione dicti doctoris.

Epist. 47.
editionis Pat.
melii antiquae
autem lib.
2. epist. 3.

Cap. 6.

Uterius ad auctoritatem Joannis 6. *Nisi manducaveritis*, cum Nicolao de Lyra dicendum, dato quod esset preceptum de sacramentali sumptione, nullo modo tamen preceptum est, de utraque specie, ut dictum est, & clare ostensum etiam secundum intentionem Nicolai de Lyra, qui ponit ibidem, ut alias allegatum est, verba in hunc modum: « Non est intelligendum quod scilicet hoc sacramentum sub utraque specie fidelibus sit

exhibendam, sed tantum hoc modo a sacerdotibus est sumendum. Licet enim in primitiva ecclesia populus sub utraque specie communicaret, tamen postea a proinde ordinatum, ut non communicet sub specie vini propter periculum effusionis.

Item ad S. Thomam quem inducit in questionibus super 4. similiter dicendum, quod nihil concludit de utraque specie. Similiter glossa interlinearis nullam mentionem facit de specie vini. Item inducit S. Thomam sermone 20. & ejus auctoritatem recitat per longum spatium in qua auctoritas sanctus doctor nec in verbis nec in sententia nec in quocumque signo explicite vel implicite facit mentionem de communione laica utriusque speciei, nec in tota illa auctoritate facit mentionem de vino aut de secunda specie. Et quantum ad auctoritatem Joannis 6. Nisi manducaveritis, &c. saepius repetitum est, quod si intelligitur de sacramentali, solum cadit praeceptum ad carnem & sanguinem & non ad species sacramentales: quapropter corollaria quae infert, pro quanto aliquid infert pro utraque specie, false & male infert, quia in toto processu ille doctor non fecit mentionem de utraque specie, sed solum de corpore & sanguine Christi alicubi vero sine determinatione de sacramento. Quare ex dicta auctoritate nihil concludit quoad utramque speciem.

Ulterius inducit eundem doctorem in eodem sermone, quod spiritualis simul & sacramentalis manducatio corporis & sanguinis Christi est utilior & salubrior sola manducatione spirituali, quod utique concedo, ceteris paribus, tamen hoc nihil facit ad utramque speciem.

Item ad Paschasium, quem inducit in tractatu suo de corpore Christi, dicendum primo, quod dictus doctor nullam facit mentionem de praecepto aut de necessitate. Deinde ipse loquitur in persona laicorum de sola manducatione, cum dicit: Et comedimus; & de modo quo sacerdotes consueverunt dicitur sacramentum, scilicet in pane corporis & potu sanguinis, quae de agro dicitur corpus nobis quotidie per officium sacerdotum maturefcunt. Et ad hoc inducit figuram benedictionis frumenti & vini. Quare nihil dicta auctoritas valet ad propositum: in sequenti particula solum loquitur de carne Christi & ejus sanguine, & nullam facit mentionem de speciebus, & sic similiter nihil concludit ad intentum utriusque speciei. Ad Albertum Magnum dictum est superius, quia loquitur solum de conscientibus & sacerdotibus, & cum hoc de significatione. Item ad beatum Bernardum quem inducit in sermone ad Petrum de corpore Christi, primo dicendum, quid iste doctor senserit de illa auctoritate, Nisi manducaveritis, &c. qui super 3. versu psal. 90. dicit: Quid est autem manducare ejus carnem, & bibere ejus sanguinem, nisi communicare passionibus ejus, & ejus conversationi quam gessit in carne? Unde & in hoc designat illud illibatam altaris sacramentum, ubi dominicum corpus accipimus, ut sicut videtur illa panis forma in nos intrare, sic noverimus per eam quam in terris habuit conversationem, ipsum intrare in nos, & habitare per fidem in cordibus nostris. Haec ille.

Item idem Bernardus in epistola ad fratres de Monte Dei ita dicit: Sicut enim quicumque habet sensus Christi, quantum Christianam pietati expedit, quantum servum Dei, servum redemptionis Christi debeat, & utile eis sit, una saltem aliqua diei hora passionis ipsius ac redemptionis attentius recolere beneficia, ad fruendum suaviter in conscientia & recondendum fideliter in memoria, quod est spiritualiter manducare corpus Christi, & bibere ejus sanguinem in memoriam ejus, qui in se credentibus praecepit, dicens, Hoc facite in meam commemorationem, in quo etiam propter peccatum inobedientiae, quam impium sit hominem tanta pietatis, Dei esse immemorem, palam omnibus est, cum amici hominis abeuntis sub quolibet signo commendatam memoriam nefas sit oblivisci. Ex quibus verbis manifeste patet quid praedictus doctor sentiat de illa duplici auctoritate, videlicet, Nisi manducaveritis, &c. Hoc facite: quia ambas interpretatur praeceptive & spiritualiter.

Sed jam ad auctoritatem suam per adversarium adductam dicendum est, videlicet quod dominus noster Jesus Christus ecclesiam sponsa sua & columba dulcissima hoc dotavit, scilicet corpus & sanguinem suum, indulsit sub sacramento in sua passionis & mortis memoriam: & quidem quotidie frequentatur & fit in ecclesia per operationem & ministerium sacerdotum, pro omnibus fidelibus tam vivis quam defunctis. Non enim omnia quae Christus dimisit ecclesiae, eodem modo conveniunt singulis de Ecclesia, alioquin cum Christus dimisit ecclesiae sacerdotum, sequeretur quod omnes essent sacerdotes, omnes prophetae, omnes apostoli, omnes pastores & doctores, quod patet falsum esse manifeste, quia nec omnes sunt sacerdotes, nec omnes prophetae, &c. & tamen omnia Christus indulsit ecclesiae suae sponse secundum quod dicit apostolus: Quisquam quidem dedit apostolos, &c. in consummationem sanctorum, in opus ministerii, in edificationem corporis Christi. Similiter in corpore naturali oculus datus est non sibi soli, sed corpori, nec tamen omnia membra sunt oculus. Similiter Christus hoc dotavit, in quantum est memoriae suae mortis indulsit ecclesiae in persona sacerdotum, ut non solum sibi, sed toti ecclesiae deservirent. Ad istud autem quod dicit Bernardus: Idem fieri praecepit; referendum est ad illud praeceptum, quo Christus praecepit apostolis, dum eos in sacerdotes ordinavit, dicens: Hoc facite in meam commemorationem, ubi praecepit confessionem hujus sacramenti in pane & vino, quod ad solos pertinet sacerdotes. Quod quidem praeceptum si universos fideles obligaret, sequeretur quod omnes laici, maris & femina deberent & possent hoc sacramentum consicere, quod omnino falsum est, absurdum & erroneum. Item ad Durandum dicendum, quod nullam mentionem facit de duplici specie, sed tantummodo dicit quod sacramentum hoc est de necessitate salutis, ratione praecepti domini, & etiam ecclesiae, ex quo non sequitur quod utraque species sit de praecepto. Item ad Armachanum primatem Hierusalem dicendum, quod iste expresse approbat ritum ecclesiae Romanae & consuetudinem usum.

ANNO CHRISTI 1491.

De Sacramento altaris c. 20.

Ad S. Thomam.

De Sacramento altaris c. 20.

Paschasium de corpore Christi.

Ad Albertum Magnum.

S. Bernardus in psal. Qui habuit, de sacris variis.

ANNO CHRISTI 1491.

Non omnia quae Christus ecclesiae reliquit, ad omnes spectant: alioquin omnes essent sacerdotes, prophetae, apostoli, &c.

Epist. 4.

In sermone de cena domini.

Ad Durandum lib. 4. dist. 9. c. 2.

Ad Armachanum.

ANNO CHRISTI 1453



nies speciei, vel saltem eam non reprobatur, quod unigue fecisset, si credidisset eam fore illicitam, alioquin assimilaretur cani muto non valenti latrare: & cum duo sint officia sapientis, videlicet meditari, & defendere veritatem, & falsitatem atque impium detestari, secundum illud: *Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium*: utique non fuisset doctor veritatis, si visa impietate, non fuisset eam detestatus. Approbat igitur consuetudinem ecclesie Romanae ex quo narrat eam, & fulcit rationibus, nec eam reprehendit, ut decussit doctorem catholicum, ut patet in fine auctoritatis ejus.

» Nam ita dicit: Ecclesia tamen Romana in usu habet solum vinum calicis consorte post communionem corporis Christi. Ecce narratio; ne forte per negligentiam, quam leviter posset contingere in ministrando in multitudine populi sacramentum sanguinis Christi fidelibus quibuscumque, aliquid esset funderetur de ipso sacramento, quale periculum non est in ministracione corporis Christi fidelibus indistincte & ideo populo sacramentum sanguinis non ministrat quamvis fieri posset licite juxta scripturam canonicam. Hec Armachanus. Ulterius ipse idem in precedentibus, non dicit quod utraque species sit de necessitate, aut de precepto Christi, sed juxta legem sive scripturam canonicam licite possit sub utraque specie ministrari, supple, non obstante consuetudine & statuto Ecclesie in oppositum.

Ulterius magister proponens inducit, quod multum accommodum esset in materia fidei, & aliis, conformari ecclesie primitivae, & ad hoc inducit auctoritatem Bedae in homilia infra octavam ascensionis domini, dicens: Perfectum vitae magisterium est ecclesie primitivae actus imitari. Ad idem inducit apostolum, qui dicebat fideles imitari eos, & debere stare & tenere traditiones, quas didicerant sive per sermonem sive per epistolam. Ad quod dicendum, quod si praxis Christi & exemplum non obligat sub precepto, multo minus praxis apostolorum, aut primitivae ecclesie. Nam praxis & exemplum Christi non obligat de necessitate salutis ad imitandum in omnibus suis actionibus & operationibus, quod patet inductive in singulis generibus operum Christi. Nam non tenemur de necessitate Christum imitari in operibus supernaturalibus: ut puta in faciendis miraculis, similiter nec in omnibus operibus moralibus, ut puta in his quae pertinent ad perfectionem, nisi quis se sponte voto proprio astrinxerit, ut est paupertas, castitas, obedientia & hujusmodi, quae si ratione exempli obligarent, utique omnes Christiani ad praedicta obligarentur, & sic omnes divites, in matrimonio constituti, essent in statu damnationis, quod est omnino haereticum. Similiter Christus jejunavit quadraginta diebus & noctibus, non habuit propriam domum, sponte permisit se crucifigi, & multa alia pati, in quibus imitari non tenemur de necessitate. Alioquin omnes haeretici, sicut sunt eo quod haeretici, essent in statu damnationis, qui in praedictis Christum non sequuntur. Similiter in sacramentalibus & ceremonialibus, Christus permisit se circumcidi; octavo die in templo presentari, pascha vetus

Nam tenentur fideles in omnibus imitari Christum, in suis actionibus, facere in miraculis, observationem conditionum, jejunium quadraginta dierum, abstinentiam, castitatem & ceremonialibus.

celebravit, & ut ad nostra veniamus, hoc ineffabile sacramentum, de quo est sermo in praesenti, ipse dominus in cena confecit, & post alios cibos ipsum tradidit edendum discipulis: in quibus omnibus ecclesia nec imitatur Christum, nec tenetur imitari, imo tenetur non imitari. Et pari ratione non tenetur nec obligatur ex ratione praxis vel exempli imitari Christum in communione sub utraque specie. Si igitur praxis Christi & exemplum non obligat sub precepto, multo minus praxis apostolorum aut primitivae ecclesie. Sive igitur in primitiva ecclesia fuit hic modus communicandi laicos sub utraque specie universalis in tota ecclesia, sive partialis in aliquibus ecclesiis, ut communiter teneant omnes quia non potest sufficienter probari hunc modum fuisse universalem, nec aliquem apostolorum dedisse communionem sub utraque specie, excepto apostolo, hoc Corinthis permittente, non sequitur tamen, quod etiam nunc ita debeat fieri aut observari, cum Christus nullibi, ut declaratum est, sic vel sic fieri mandaverit aut preceperit.

Ad auctoritatem vero Bedae dicendum primo, quod nullam facit mentionem de hoc sacramento: demum quod ipse loquitur de imitatione vitae in moribus nec necessitatem imponit, sed invitans ad perfectionem; unde dicit: Perfectum vitae magisterium est ecclesie primitivae actus imitari, non autem dicit, Necessarium vitae magisterium, &c. multa enim in primitiva ecclesia fiebant, ad quae tamen moderna non obligatur ex precepto. Et ut exemplariter dicatur, legitur quidem in Actis apostolorum 4. cap. quod multitudinis credentium erat cor unum & anima una, neque quisquam eorum quae possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & quod offerebant precia eorum quae vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum, dividebaturque singulis prout cuique opus erat: hoc quidem tunc fiebat, sed tamen non ex precepto neque de necessitate salutis, nec tenentur omnes fideles ad hujusmodi communitatem. Paulus etiam circumcidit Timotheum Actuum 16. & apostoli preceperunt quod Gentiles conversi ad fidem abstinerent a sanguine & suffocato, Actuum 15. quae tamen sine periculo omittimus, cum nullum ipsorum sit de necessitate salutis. Similiter sacerdotes tunc licite ducebant uxores, non autem tempore praesenti, & multa alia fiebant in primitiva ecclesia, quae modo licite non sunt, & sic dicendum est de communione utriusque speciei, &c. Item in primitiva ecclesia quasi omnibus indifferenter licitum erat baptizare, praedicare, & hujusmodi. unde Ambrosius super epistola ad Ephesios, *Et ipse dedit quosdam apostolos*, ita dicit: Ut cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est evangelizare & baptizare & scripturas in ecclesia explanare: at ubi omnia loca circumplexa est ecclesia, conventicula constituta sunt, & rectores ac caetera officia in ecclesiis ordinata sunt: quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Haec ille.

Post praedicta magister proponens praxin dicat ecclesie primitivae volens diligenter confirmare

ANNO CHRISTI 1453

Multo minus tenetur observare in omni praxi ecclesie primitivae.

Ad Bedam.

Ut constat ex communitate verum, circumcidit aliquando aliquos & similibus.

Ita utarati promovebantur ad sacerdotium, ab iis quibus tamen absteriebant.

Ambrosius super epistolam ad Ephesios.

mare & pertractare, inducit multa exempla, A
& primo exemplum Corinthiorum, apud quos
viguit communio praeacti calicis, prout ex
epistola apostoli Pauli colligitur: ad quod
dicendum, quod sicut praxis Christi, qui
sub utraque consecit & tradidit discipulis,
non obligat ex necessitate aut ex praecepto,
sic multo minus exemplum Corinthiorum &
praxis eorumdem obligabit ecclesiam ad sic
vel sic faciendum.

S. D. onybus
cap. 7

Uterius inducit practicam & auctoritatem
Dionysii scribentis de ecclesiastica hierarchia,
cap. de eucharistia, Comperitur. Ad quod
dicendum quod praedictus sanctus philoso-
phus & summus theologus fuit discipulus
Pauli, & Graecus, & Atheniensis natione.
Quia igitur in primitiva ecclesia Graeci ab a-
postolo susceperunt consuetudinem utriusque
speciei, eam servarunt usque ad praesentem
diem, & sic Dionysius consuetudinem Grae-
corum sequens, loquitur in praedicta sua au-
thoritate, & glossa ejusdem, de praedicta com-
munionem utriusque speciei. In nulla tamen
parte illius auctoritatis, nec in toto illo ca-
pitulo, imo nec in tota sua doctrina, beatus
Dionysius dicit illam communionem esse ne-
cessariam vel de praecepto Christi, & per
consequens per ipsam nihil contra veritatem
catholicam & ecclesiam consuetudinem conclu-
ditur. Vel dicendum ad dictam auctoritatem
Dionysii, sicut dicit Sanctus Thomas in 3. C.
parte, quod sicut sacerdos offert unum cali-
cem pro omni populo, & ideo calix populo
non datur, sicut etiam sacerdos sacrificans un-
ionem calicis quod meritum & remissionem
peccatorum omnibus qui adsunt de populo
fide & devotione dividit & distribuit. Sicut
enim pro omnibus orat & pro omnibus offert
imo & ipsi cum ipso offerunt, sicut enim
sacerdos ait pro omnibus orans, & omnium
circumstantium, quorum tibi fides cogita-
ta est, & nota devotio, pro quibus tibi of-
ferimus vel qui tibi offerunt hoc sacrificium
laudi, &c. Sic & ipse sumens in persona
omnium, omnes sumunt cum ipso, quia ip-
sius oblationis omnes fideles efficiuntur
participes per remissionem peccatorum &
augmentum gratiae, & in his sacerdos sacram
consummat actionem.

D. Fern. de
11. 1. 1.

Ad Origenem
100.

Uterius ad Origenem quem inducit in ho-
milia 16. supra lib. Numerorum, dicendum
quod ipse intelligit praedictam textum Joan.
6. Nisi manducaveritis, &c. de duplici man-
dicatione, sacramentali scilicet & spirituali:
unde eodem modo intelligitur dictam suam,
sicut & praedicta auctoritas, Nisi manducave-
ritis carnem filii hominis. Espositum est autem
supra, quod praedicta auctoritas sive intel-
ligatur de sacramentali mandicatione, sive
spirituali, non tamen adversarius habet in-
tentum, quod utraque species cadit sub
praecepto, in cuius sensum nulla mentio fit
de speciebus panis & vini. Verum si pra-
dictus doctor vel ex praedicta auctoritate vel
ex aliis dictis ejusdem adhereret ad com-
munionem utriusque speciei, tunc dicendum
esset, quod ipse loquitur secundum consue-
tudinem Graecorum, cum ipse Graecus fuerit
natione, apud quos, ut dictum est, fuit &
est consuetudo utriusque speciei, non tamen
aliquo modo dicit eam esse de necessitate aut
de praecepto Christi.

Deinde inducit practicam beati Donati,
allegans beatum Gregorium & passionale &c.
Dicendum quod beatus Gregorius nullam
mentionem in loco praescripto facit de san-
guine, sed solum de reparatione calicis. Et
ad istoriam legenda sua est dicendum, quod
B. Donatus ministrabat populo sanguinem se-
cundum consuetudinem quae tunc in ecclesia
sua observatur, & secundum quod quidam di-
cunt, propter praedictum scandalum, quod
sibi contigit in praedicta fractione, licet per
miraculum reparaverit, deinceps dictus martyr
coeperit populo ministrare hoc sacramentum
sub una specie: ejus exemplo alii propter si-
milia scandala, & alia quae numerata sunt,
coeperunt similiter facere: & quia praedictus
martyr non affirmabat neque docebat dupli-
cem speciem esse de salutis necessitate aut
de praecepto Christi, ideo non plus conclu-
dunt adversarii exemplo suo, quam fecerunt
exemplo Christi & aliorum sanctorum, qui
sub utraque specie hoc sacramentum mini-
straverunt.

Ad Leonem
Thom. 1. 2.
dist. 84. q. 2.
art. 1. ad 3.

Item ad id quod inducit de sancto Tho-
ma, quod videlicet diaconi habent dispensa-
re sanguinem Christi fidelibus, dicendum
quod doctor sanctus ibidem describit actus
quos in sacris constituti ex officio ipsorum ex-
equi possunt: quapropter si esset consuetu-
do, vel si ecclesia non statuisset oppositum,
quod sanguis Christi sub specie vini popu-
lo ministraretur, utique diaconi ex officio
possent ministrare: secundum quod de beato
Laurentio legitur, & allegatur per beatum
Augustinum: sed hoc nihil facit ad proposi-
tum de necessitate & praecepto utriusque spe-
ciei.

Uterius ad Leonem papam dicendum, Ad Leonem
quod praedictus Leo papa scripsit contra Ma-
nichaeos, qui negabant Christum resurrexisse
a mortuis, & per consequens nec diem do-
minicum volebant celebrare, sed in contem-
ptum dominicae resurrectionis & ecclesiae Dei,
illo die jejunabant, & sic de hujusmodi ha-
reticis loquitur, quod ad tegendam suam in-
fidelitatem immiscebant se conventibus Chri-
stianorum, & interdum quando latere am-
plius non poterant, indigno ore simulando
se esse catholicos, corpus Christi recipiebant,
sanguinem autem Christi haurire de calice
omnino declinabant, existimantes nondum
Christum resurrexisse, sed ipsum adhuc mor-
tuum esse, ideoque ex consequenti crede-
bant corpus ejus sine sanguine existere, & sic
propter illam infidelitatem Christi sanguinem
omnino cavebant recipere ab altari. Non est
similis ratio in illis & in nostris Christi fide-
libus catholicis, quia illi propter dictam in-
fidelitatem sanguinem volebant capere, no-
stri autem propter consuetudinem & prae-
ceptum ecclesiae laudabiliter & ex causis neces-
sariis & rationabilibus introductam. Et ulterius
patet quod in dicta auctoritate Leo papa
nullam fecit mentionem de necessitate aut de prae-
cepto Christi, quare nihil facit ad propositum,
ad quod probandum eam adversarii introducunt,
& per consequens non sequitur quod commu-
nicantes sub prima specie, & calicem haurire
declinantes, dicantur sacrilegii crimen commi-
tere: nec etiam a societate sanctorum sunt
expellendi, & sic excommunicandi, nec ab ipsis
tamquam ab excommunicatis esse declinandum,
ut

Ad Leonem
papam.

ut magister proponens ex dicta auctoritate Leonis infert: quia nec commento calicis est praecepta, & per consequens nec grande scelus contra legem Dei committunt communicantes sub una specie, nec subest etiam eodem casu in nobis, sicut subest in illis hereticis, de quibus Leo papa loquebatur. Potuisset tamen dominus proponens honestius inferre quod intendebat, vel saltem honestatem mentem cum majori patientia supportare.

Ad 2. *Gregor.* Deinde ad auctoritates Gregorii dicendum, quod Gregorius loquitur in dicta auctoritate de sanguine domini, & non de specie vini, qui sanguis vere & complete sumitur sub prima specie sanguinis Christi per ora fidelium popularum.

Ad 3. *Augu.* Ulterius ad auctoritates Augustini & primo ad illam quae habetur de consecratione distinctione 2. Quia passus, &c. dicendum quod Augustinus loquitur de fidelibus & populis, invitans eos ad huiusmodi sacramenti perceptionem, magis sub nomine calicis, non ratione sacramentalis sumptionis, sed ratione significationis, scilicet ratione contenti & effectus, qui sanguini appropriatur, videlicet ratione refrigerii & laetitiae spiritualis; quantum manifeste innuitur cum dicit: Et vos post jejunia, post labores, post humilitatem, & contritionem, iam in nomine Christi si tamquam ad calicem venistis; quasi diceret, Post anxietates & labores praesentis saeculi, tamquam ad refrigerium, id est, ad consolationem spiritualem, ad calicem venistis; & notanter ait, Tamquam ad calicem, & non simpliciter, Ad calicem venistis; ad inveniendum quod non de sacramentali calice, sed de eo quod per calicem significatur, intelligit, quod etiam sequentia verba declarant cum dicit: Et vos ibi estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis. Est enim populus in calice simul cum sacerdotibus, in quantum populus Christo conjungitur, qui per aquam significatur: ideo enim aqua in calice miscetur, ut populus Christo suo capiti uniri significetur, & cum subiunxit: Simul enim hoc sumimus, simul bibimus; non ibi substitit, sed quomodo populus simul bibit nobiscum declarans adiunxit: Quia simul vivimus, dicuntur igitur laici bibere nobiscum, quia simul vivunt nobiscum caritate conjuncti.

Ex quibus patet manifeste quod Augustinus non dicit absolute, quod populus bibat de calice sacramentali, quod ostendit per illud quod dicit, Tamquam ad calicem venistis, &c. per illud enim declarat, Simul bibimus, per, Simul vivimus. Quare secundo potest dici, quod Augustinus ibi loquitur de bibitione & sumptione mystica, ut patet per illud, Simul bibimus, quia simul vivimus, supple-
viti in caritate Dei, qua fideles efficiuntur una vita in Christo & cum Christo. Et quod sic debeat intelligi dicta auctoritas, quia passus, &c. ostenditur per subsequentem auctoritatem, Nulli ambigendum est, unumquemque fidelium corporis & sanguinis domini participem fieri; ut suis superius allegatum.

Ad 4. *Augu.* Item ad secundam auctoritatem ejusdem doctoris, quae ponitur de consecratione distinctione 2. Cum frangitur hostia, &c. dicendum quod haec auctoritas omnino intelligitur de sacrificantibus sacerdotibus, ad quos Chri-

si personam suis mysteriis & actibus pertinet representare. Nam dictum est quod apostolis & eorum successoribus sacerdotibus dicta sunt illa verba: *Hoc facite in memorem commemo-* rationem, quod igitur illa auctoritas sic intelligitur, patet ex verbis in eadem positis, & debite ponderatis. Nam dicit: Dum frangitur hostia, &c. patet autem quod hostia frangitur a sacerdotibus & non a laicis, quae fractio nihil aliud significat, quam corporis domini in cruce immolationem: frangitur autem in tres partes, secundum triplicem differentiam corporis Christi mystici, ut patet per Magistrum distinctione 12. 4. libri sententiarum. Sicut igitur per praedictam fractionem, quae

fit per sacerdotem, vulneratio veri corporis Christi designatur, sic & per species vini & earum de calice in os sacerdotis fideles susceptionem, expressa effusio sanguinis Christi in cruce facta pro nostra reconciliatione ad Deum significatur. Unde & simul praedicta duo conjungit, videlicet: Dum frangitur hostia, Dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, ut ad eundem utrumque pertinere designaret, scilicet fractionem & sanguinis sumptionem, scilicet ad sacerdotes. Per sano tamen intellectu eius quod dicit Augustinus & multi alii sancti doctores, notandum est id, quod dicit Wilhelmus Parisiensis de sacramentis parte 3. Si a sanctis aliquando dicitur quod sanguis ille sanctissimus in ora fidelium funditur, intellige quod non funditur, sed mittitur, & hoc cum ipso & in ipso sacro corpore cuius est, non extra. Hac ille, quia ut superius declaratum est, sanguis Christi eundem modum habet existendi, quantum ad veritatem, sub speciebus vini, quem habet sub speciebus panis, quia sub utriusque sanguis est in corpore, in vena, & non extra. Unde proprie nec corpus manducatur nec sanguis bibit, sed hi actus proprie ad species terminantur, sub quibus vere & proprie sumitur, caro scilicet & sanguis, licet ex vi conversionis aliter & aliter. Vel dicendum, quod etiam si indifferenter intelligatur de omnibus fidelibus, verum erit in communione unius speciei, quod sanguis Christi in ora fidelium funditur sub speciebus panis, quia cum non alium modum sanguis Christi habeat existendi sub speciebus vini, quam sub speciebus panis, cum nec ibi, nec hic sit effusus, sed intra venas corporis inclusus, ita bene sub speciebus panis in ora fidelium funditur, sicut sub speciebus vini. Unde sicut praedicta fractio hostiae in altari non est nisi specierum tantum, & non corporis Christi, cum sit infrangibile, impassibile, & incorruptibile, sic etiam nec illa effusio est sanguinis Christi eadem ratione, sed tantummodo specierum vini. Quare sub quibuscumque speciebus tradatur fidelibus, semper sanguis Christi in ora ipsorum funditur, eo modo sane intelligendum quod dictum est.

Ulterius dicendum est ad auctoritates quae inducuntur ex dictis sancti martyris Cyrilli & ex epistolis ejusdem. Et primo ad primam, quod dictus martyr reprehendit episcopos, quia sub una specie populo ministrarent, imo in tota doctrina praedicti martyris & in omnibus epistolis suis nunquam reperietur, nec in verbis nec in sensu, quod ipse traclaverit

ANNO
CHRISTI
1494.ANNO
CHRISTI
1494.Ad 2. *Gregor.*Ad 3. *Augu.*
Distin.
Cap. 24.

Cap. 2.

Ad 3. *Cyrril.*
Distin.
Cap. 1.Ep. ad Cecil.
lib. 1.

ANNO
CHRISTI
1555.

ANNO
CHRISTI
1555.

in materia unius vel duplici specie, an vi-
delicet cariat sub precepto Christi vel quod
ipse dicat duplicem speciem esse de precep-
to Christi, sed quia in calice dominico san-
ctificando, & plebi ministrando, non hoc facie-
bant quod Jesus Christus fecerat, scilicet
vinum cum aqua tantummodo mixtum offe-
rendo, sed aut lac pro vino, vel uvas admi-
scendo, vel aliquod aliud offerendo, conse-
crando, sicut & ministrando populo contra
ritum & modum a Christo traditum, & ideo
reprehendendi erant, quia graviter errabant,
vel forte quia calicem non consecrabant, aut
forte aquam vino non miscebant. Offerre au-
tem populo sub una specie, ex consuetudine
& statuto ecclesie, non errare, & ita non
reprehensibile, imo laudabile & meritorium,
cum nihil agatur in calice dominico sanctifi-
cando, quod Christus non fecerit, in quo to-
tus error predicatorum consistebat. Si enim in
sanctificando & consecrando calicem domini,
consecrassent vinum & aquam, sicut Christus
fecerat, & sicut nunc ecclesia facit, licet al-
liter populo post consecrationem hostiam mi-
nistrarent, non consecratum vinum vel aquam
sicut nunc facimus, non fuissent tantum re-
prehensibiles, nisi in quantum contravenissent
consuetudini ecclesie.

Ep. 16. Supra
in materia
ecclesie pro
una specie
circa form.

Ad secundam auctoritatem ejusdem, di-
cendum, quod loquitur martyr secundum con-
suetudinem quam habebat in ecclesia cui prae-
sedeat. Et sicut tunc necessarium erat, id
est, utile, in quotidiana pugna existentibus
sumere eucharistiae sacramentum juxta morem
ecclesie sub utraque specie: sic & nunc valde
hoc utile esset & est fidelibus sapienter accipere
hoc divinitus sacramentum sub una spe-
cie, qua armentur contra instantia hujus mi-
serabilis mundi pericula & tentationes quas
jam antichristus per suos ministros parare in-
cepit, & gravissime producere, nec minus
erunt armati fideles, sub una specie sumen-
tes, quam essent illi qui idem & tantumdem
sumebant sub utraque. Et utique optime fa-
cit ad propositum auctoritas ejusdem marty-
ris loquentis de pressura & de temporibus
antichristi, qui Christi milites his gravissimis
temporibus fide incorrupta & veritate robu-
sta debent se parare ad persistendum fortiter,
& ut armentur & fortificentur, debent quoti-
die spiritualiter fide & devotione calicem do-
mini bibere, & saepe ad sacram communio-
nem unius speciei, sub qua vera caro Christi
& verus sanguis Christi cum ceteris concomi-
tantibus continetur, accedere: quemadmodum
& ad communionem sub duplici specie, de
qua idem martyr loquebatur, propter consue-
tudinem quae tunc in ecclesia sua habebatur,
fideles devotissime accedebant.

Ad tertiam ejusdem dicendum, quod dicitur
martyr loquitur de communione simpliciter,
nec est sensus quod tunc aliqui sacerdotes mi-
nistrassent militaris pro Christo, hostia
tantum sine vino, & quod propter hoc ipsos
reprehenderet, sed quia denegabant eis sim-
pliciter sacramentum: utitur autem magis ter-
minis sanguinis & poculi propter similitudi-
nem effundendi sanguinis in martyrio.

Ad quartam ejusdem martyris dicendum,
quod calix domini laticat turbam non ratio-
ne specierum, sed ratione rerum, ut saepe di-
ctum est, & ideo sive sub una specie, sive

sub duplici sumatur fideliter & devotis, sum-
per laticat turbam. Quia vero tempore pre-
dicti martyris consecratus erat duplici spe-
ciei, idcirco ex quo calix dabatur populo,
debebat dari eo modo quo Christus dederat,
videlicet vinum cum aqua mixtum propter si-
gnificationem. Nam aqua populum significat,
qua mixta in calice conjunctionem populi ad
Christum significat, quod utique non facie-
bant illi, quos dicitur martyr reprehendebat,
& ob hoc errabant, unde merito erant repre-
hendendi. Cum autem dicitur: Veritas domi-
nica, &c. dicendum quod verum est quod
Christus scorum panem, & scorum vinum
tradidit: non tamen sic precepit laicis tra-
dendum, nec de hac veritate loquitur hic
martyr, sed de veritate sanguinis sive vini &
aqua, quae in calice debet offerri, & pro
tunc populo tradi, quam veritatem non se-
quebantur illi, qui hic reprehenduntur, quia
vel lac offerebant, vel aquam non admisce-
bant, vel aliquid alium errorem ex predi-
ctis in consecrando & ministrando committe-
bant. Ad aliud, quod qui ex contemptu dimi-
tebant tunc bibere sanguinem Christi, quasi e-
rubescerent, errabant & graviter peccabant,
cum ex contemptu, tum quia contra consue-
tudinem ecclesie faciebant, & ex hoc signum
erat modicum devotionis & modici fervoris qui
ad sustinendum martyrium maximus requiri-
tur. Similiter & nunc dicere possumus, quod
sanguinem pro Christo effundere non pote-
runt, qui sanguinem Christi sub duplici spe-
cie, sicut sunt sacerdotes, vel sub una ut lai-
ci, bibere erubescunt, sacram communionem
contemnent.

Ad auctoritatem quae sub nomine Fulgentii
allegatur, dicendum primo nullam facit men-
tionem de necessitate aut de precepto Chri-
sti, nec facit mentionem de communione
laica, quare in nullo adversariis suffragatur.
Sed advertendum quod praedicta auctoritas
sub nomine Fulgentii allegata, non est illius
antiquissimi doctoris, cujus auctoritas in ma-
gna veneratione habetur apud ecclesiasticos
doctores, quod patet tam ex diversa allega-
tione dictae auctoritatis, quam etiam ex sus-
pecta doctrina quae in dicta auctoritate vide-
ri contineri. Nam ut refert magister Tho-
mas Anglicus, qui doctrinam Wickleff plenif-
sime legit, optime intellexit, & fortissime at-
que acerrime, ut verus ecclesie catholicus fi-
lius & doctor catholicus, impugnavit, hunc
Fulgentium Wickleff * animo vocabat ma-
gnum Ambrosium, vel saltem magni Ambro-
sii discipulum. Alii vero subsequentes Wickle-
vistae hunc eundem vocaverunt & vocant Ili-
dorum, alii vero Waldranum; alii autem vo-
cant & nuncupant Fulgentium: hanc autem
falsam nominationem dictae auctoritati & aliis
E. fortasse dederunt Wicklevista, ut propter au-
thoritatem dictorum doctorum, quorum false
nomina assumunt, facilius valeant simplices &
incautas mentes decipere. Unde videtur pra-
dicta auctoritas esse Berengarii, qui aliquando
male sensit de veritate hujus sacramenti, cu-
jus revocatio habetur de consecratione discin-
tione 2. Ego Berengarius, qui, ut refert
magister Thomas in 2. a damnata memoria
Wikleff discrebat, quia dicebat in hoc sacra-
mento post consecrationem panis & vini sub-
stantiam remanere simul cum vero corpore & san-

Ad Fulgentium.

Thomas
Waldredus de
Berengario
controversia
c. 92.

Cap. 92.

ANNO CHRISTI 1409.

ANNO CHRISTI 1409.

sanguine domini nostri Jesu Christi. Wickliff autem et clavus clavo retundatur, cum adducant
 vero totaliter amovit substantiam & veritatem corporis Christi ab hoc sacramento. Ita dicit Valerianus 3. capite de azymo & fermentato: Significari pane illo dixi ecclesiam, non in eo quod offertur, & consecratur, sed in eo quod de multis granis, ut dicitur, fit, conficitur. Nam in eo quod consecratur, nec ipsam individuum corpus domini significat, sed est: transfuso in se Dei Verbo per fidem passionis. Dominus enim non hoc significat, sed *Hoc est corpus meum*, inquit. Hinc ille, cujus memoria in damnatione est: videtur autem fuisse predictus Berengarius tempore Anselmi, ut potest perpendi ex epistola, qua in proemio ponitur libri ejusdem Anselmi de corpore & sanguine domini, in qua eundem redarguit de errore suo, quem tenebat in capitulo de eucharistia, & fratrem monet, ut errorem suum corrigat.

Patet secundo quod dicta auctoritas non sit magni Fulgentii, propter suspectam doctrinam in ea contentam. Nam manifeste sapit errorem Berengarii, qui posuit substantiam panis & vini simul cum substantia corporis Christi in hoc sacramento remanere. Unde dicit: Verbum Patris carni & sanguini, quem de utero Virginis assumpserat, & pane ac vino quod in altari sumitur, medium interveniens, unum efficit sacramentum. Ecce quam aperte hic patet veniens ex carne & sanguine & pane ac vino unum efficit sacramentum, quod est omnino contra fidem catholicam. Idem ostenditur error per verba sequentia, cum dicit, quod cum in ora fidelium sacerdos distribuit, panis & vinum absorbuntur & transit, partus autem Virginis cum upito sibi Verbo Patris & in celo & in hominibus integer permanet & inconsumptus. Ecce iterum dicit quod in ora fidelium sacerdos distribuit panem & vinum quod omnino est a fide ecclesie alienum. Ex quibus manifeste colligitur, quod dictus auctor cujus est dicta auctoritas, & multa alia similes nec auctoritate Ambrosii magni fuerit, nec ejus discipulus, nec fide Isidorus, nec etate Fulgentius, sed potius Berengarius quandoque in fide de vino, & contemporaneus Anselmi: vel forte aliquis ejus Berengarii discipulus in errore: quapropter simpliciter neganda est hujusmodi auctoritas, & cetera similes, cum eodem auctore. Laborandum tamen esset ut originalia haberentur magni Fulgentii, & aliorum, ut manifestior fieret sacrilega malitia Wickliffitarum, qui non desinunt sacrarum scripturarum & catholicorum doctorum sanum pervertere sensum. Legi siquidem ejusdem Fulgentii tractatum de fide incarnationis Filii Dei, insuper libellum ejusdem de quinque questionibus ad Ferdinandum Cartaginensem diaconum, & nihil de hujusmodi suspecta doctrina valui deprehendere in dictis ejusdem preclarissimi & gloriosissimi doctoris.

a) Peter, 100.

b) Peter, 100.

c) Fernando.

Ad antiqua missalia dicendum, quod missalia antiqua continent rubricam & notulam secundum consuetudinem primitivae ecclesiae, in qua in aliquibus locis consuetudo erat communionis utriusque speciei quoad populum: nec tamen in illa notula dicitur quod sic fieri debeat ex necessitate aut ex precepto: & Concilii Generali. Tom. XXIX.

et clavus clavo retundatur, cum adducant antiqua missalia, adducamus & nos antiquissima, in quibus rubrica & notula de officio diei parasceves sentit & ponit, quod illo die corpus & sanguis non debent consecrari, sed quod hostia a precedenti die debet servari, sola species, scilicet, panis debeat sumi a sacerdote. Quod si tali ac tanto die sufficit toti ecclesiae sub sola specie panis, corpus Christi & sanguinem sumere, multo magis sufficit sic sumere laicus. Et sine dubio si fuisset preceptum Christi semper sumere sub utraque specie, nequaquam ecclesia tali die, in quo maxime Christo passo compatitur & conformatur in penitentia, in jeuniis, in vigiliis, in peregrinationibus, & aliis partibus sanctis, & devotis operibus, pratermitteret preceptum Christi adimplere, nec permisisset Deus a tantis temporibus tam periculose errare ecclesiam, & in tali die in qua maxime fideles & populus Christianus humiliatur, compungitur, & Christo domino ex intimis cordibus afficitur & compatitur.

Ad relationem Nicolai de Lyra, quod fideles antiquitus in utraque specie communicabant, & quod sic dabatur fidelibus in primitiva ecclesia, saepe concessum est, & conditur, nec tamen Nicolaus de Lyra dicit aut refert quod hoc faceret ex precepto Christi. Similiter ad Wilhelmum de monte Lauduno dicendum est, quod ipse refert quod tempore suo in multis locis communicabatur cum pane & vino, & cum toto sacramento, sane intelligendo pro pane & vino species sacramentales: non tamen dicit doctor, quod in illis multis locis fieret hujusmodi communicatio sub utraque specie ex precepto Christi.

Similiter ad id quod Nicolaus de Lyra dicit quod per apostolos suos facit & fecit dominus hoc convivium ministrari omnibus Christianis per orbem diffusis, verum dicit, sive sub una specie sive sub duplici ministraretur, quia etiam sub una specie verum & perfectum convivium carnis Christi & sanguinis ministratur, nec dicit quod sub utraque specie Christus preceperit omnibus Christianis ministrare. Et idem dicendum est ad auctoritatem ejusdem de multiplicatione virginum. Ad auctoritatem S. Thomae. In qua facit mentionem de dispensatione sanguinis per diaconos, & de sancto Laurentio, & ad auctoritatem Augustini, qui inducit sanctum martyrem in Romana ecclesia Christi sanguinem dispensasse, dictum est superius in responsione ad quandam auctoritatem dicti sancti Thomae.

Sed jam auctoritates duorum conciliorum quas etiam adducit, dicendum est, & primo ad decretum concilii Carthaginensis quarti dicendum, quod eucharistia, ut dictum est superius in quodam decreto duodecimi concilii Tolletani, proprie accipitur pro hostia, tamen quandoque accipitur pro toto sacramento, hostia videlicet, & sanguine. Nunquam vero, quantum memorie occurrit, eucharistia accipitur pro solo sanguine. Tota ergo difficultas hujus decreti remanet in hoc verbo, Infundatur, quia infundi pertinet ad liquidam materiam. Quare dicendum quod illud verbum, Infundi, reducatur ad eucharistiam, ut sit sensus, Infundatur, id est, immittatur, non sub specie vini, quia non dicit hoc canon, sed sub specie panis, vel e converso eucharistia nomen

Supra probatum est, quod doctrina hujusmodi non concilio.

ANNO
CHRISTI
1619.

ANNO
CHRISTI
1619.

nomem trahatur ad verbum, Infundi, ut videlicet ut sit sensus Originis, Infundatur eucharistia, scilicet sub specie vini, vel quod utrumque sit in propria significatione, & per synecopen de toto sacramento intelligatur, ut sit sensus, quod detur sacramentum sub specie panis, ratione nominis eucharistia, & sub specie vini ratione verbi, Infundi, & quocumque modo intelligatur, nullum inconveniens sequitur, nec adversarius habet intentum, quia concilium disponebat administrationem sacramentorum secundum consuetudinem, que tunc in ecclesia Africana & Cartaginesi servabatur. Nec dicit ille canon, quod ideo sic sanctum concilium instituerit, quia esset preceptum Christi aut cujuscumque apostolorum, quod statutum & preceptum concilii, ex quo non emanabat originaliter ex precepto & oblatione Christi, potuit rationabilibus & iustis de causis per consuetudinem, vel per decreta summorum pontificum aut etiam conciliorum generalium sequentium abrogari.

C. 17.

Ad illud autem quod adducitur de concilio IV. Toletano dicendum, quod nullus mentio fit ibi de speciebus, sed tantummodo de corpore & sanguine domini nostri, que duo plene & perfecte sumuntur sub specie panis. Postremo & finaliter adducit dominus proponens tres rationes, quarum rationum omnes majores propositiones concedo, sed pro declaratione minorum propositionum, reducenda est ad memoriam distinctio posita a principio responsionis ad auctoritates inductas per eundem: dicebatur enim ibi, quod in conclusionibus suis & meis duo erant attendenda, videlicet ipsa communio secundum se considerata, non habito respectu ad unam vel ad duplicem speciem: aliud, quod talis communio debeat dari sub una vel sub duplici specie populo laicali vel non conscientibus.

Quantum ad primum, concordia est inter ipsum & me, videlicet, communio divinissima eucharistia est multum utilis, valde necessaria Christi fidelibus, & quod innumeros effectus spirituales efficit in accipientibus & sumentibus digne, & quod etiam secundum multorum doctorum intentionem & opinionem, cadit sub precepto omnibus Christi fidelibus usum rationis, & discretionis habentibus & taliter dispositis, prout decet & congruit honori & reverentia tanti sacramenti; & ad hunc sensum concessi sibi auctoritates sanctorum extollentes utilitates & effectus divinissimi sacramenti; eas etiam que necessitatem aut preceptum videntur importare: & similiter ad hunc sensum concedo sibi omnes propositiones suas minores, & auctoritates quibus probat eas.

Sed quantum ad secundum, videlicet, quod sit utile & necessarium, aut de precepto Christi sumere dictum sacramentum magis sub duplici specie quam sub una, nisi in quantum ecclesie consuetudo vel statutum magis ad unum modum vel ad alium declinaret, negavi, & nunc finaliter nego, quia nulla auctoritas in tota sua positione posita, sive sit auctoritas sanctarum scripturarum, sive cujuscumque sancti, aut doctoris, nec implicita, nec explicita, nec aliquo modo dicit, innuit, aut preterdit preceptum Christi determinare magis duplicem speciem, quam u-

nam, vel e converso, in commensatione vel suspensione licorum vel non conscientium. Unde patet, quod in omnibus hujusmodi argumentationibus paralogizatur arguendo a simpliciter, ad secundum quid: Imo in istis ultimis rationibus, auctoritates quas adducit ad probandum minores suas, ut plurimum potius faciunt pro una specie, quam pro utraque: sicut est: *Panem de celo dediti*, etc. Item de convivio sive de nuptiis, quas rex fecit filio suo, in quibus nulla sit mentio de vino aut potu, tanquam de impermentis ad sacramentum, quod illa nuptia prefigurabant. Ex quibus nullo modo concluditur necessitas aut preceptum utriusque speciei. Et hac dicta sunt de 3. parte & ultima, & per consequens de tota positione, quam dictus dominus proponens posuit coram hoc sacro concilio Basiliensi in Spiritu Sancto legitime congregato, pro defensione communionis laicalis seu non conscientium sub utraque specie: in qua responsione & defensione consuetudinis ecclesie catholice si quid minus sufficienter positum est, pium & benevolam desiderio correctorem, & nihilo minus predicta subsidio correctioni & emendationi hujus sacrosanctis generalis synodi Basiliensis, & ex toto corde adhaereo protestationi per me in principio hujus actus premissa, ad laudem omnipotentis Dei, cui sit laus, honor, & gloria, per infinita secula seculorum, Amen.

Pro finali confirmatione veritatis catholice, & consuetudinis communionis sub una specie, quantum archiduo temporis permittit presentis actui, vivendum est per exemplum & per experientiam, que est rerum omnium magistra, quid possit universalis ecclesia catholica circa ea que pertinent ad fidem & regimen Christi fidelium. Et ante omnia presupponendum est, quod ecclesia Christi fidelium non est minoris auctoritatis sub lege evangelica, quam fuerit synagoga Judaeorum sub lege Moisaica. Reperimus autem quod non solum synagoga vel in ea existentes pro tempore preter legem Dei nova statuta, traditiones, & ceremonias statuerit, sed etiam circa precepta divina dispensaverit, quod plane inducitur & declaratur per exempla. Et 1. Esther 9. ubi Judaei constituerunt 14. diem Martii esse solemnem; fertur enim ibidem, quod quando sententia, que erat in mortem omnium Judaeorum sub rege Assuero degentium, mutata fuit in sententiam salutis, tunc statutum fuit ut 14. dies mensis 12, cum omni letitia inter dies festos celebraretur, ut in posterum agnosceretur, &c. Et Paulo post: *Omni autem provincia & civitas que noluerit hujus solemnitatis esse particeps, gladio & igne pereat.* ut habetur ultimo capit. Ete ibidem. Preceptum igitur de die hujus festivitatis non erat legis divinae, sed unanimi consensu populi statutum est, & tantum universaliter in lege veteri per Judaeos, & tenetur omni anno usque in presentem diem. Item Judas Machabeus & fratres ejus, & universa ecclesia Israel constituerunt ut agatur dies dedicationis altaris, ab anno in annum per dies octo, primo Machabeorum 4. David quoque constituit cantores & summos sacerdotes 1. Paral. 19. multa hujusmodi statuta, ceremonias & ordinationes diligens lector in veteri lege perordi-

Ecce illud eucharistia non est minoris auctoritatis quam synagoga.

Synagoga non modo pro tempore, sed etiam statuta, traditiones, & ceremonias instituit. Per hoc in solo factum eucharistiarum, institutione canonum, obligatione Reformationis a parte.

AVVO CHRISTI 1549

epiet, sive communi consensu populi factis & ordinatis, sive etiam particularium, insignium tamen personarum, gratis & acceptas Deo, quemadmodum habetur de Jonadab patre Rechabitarum, de quibus legitur Jeremias 35. ubi habetur quod Dominus precepit Jeremias ut intraret in domum Rechabitarum, & inductis Rechabitis in domum domini, daret illis vinum ad bibendum, & eidem Jeremias juxta verbum domini facienti responderunt Rechabitis in domo domini: *Non bibimus vinum nec et domus nostra in aeternum; ad quos Jeremias dixit: Cur bibere non vultis juxta verbum domini vobis oblatum vinum? Responderunt: Quia pater noster Jonadab filius Rechab nobis construxit, ut non edificemus domos, non colamus agros, aut vineas, & non bibemus vinum in aeternum.* Et circa finem ejusdem capituli laudavit dominus obedientiam Rechabitarum, & premium adjiciens dixit: *Pro eo quod obedierunt Rechabitis preceptis patris sui Jonadab, non deficiat homo de domo Rechabitarum in sempiternam.* Ecce quam aperte declaratur, quod etiam prater legem Dei licet facere particularibus personis ordinationem vel statuta, semper tamen in bonum, & in his que tendunt ad perfectionem, quemadmodum fecit Jonadab filius Rechab, cujus preceptum ipse dominus approbavit, quod utique non fecisset nisi placuisset ei.

Quodam modo in Joanne non habetur

Idem in quibusdam pro- ceptis divinis observari. Patet in circumcissione.

Quantum vero ad mutationem divinarum preceptorum, in veteri lege patet, quia licet circumcisio strictissime precepta fuerit, ut patet Gen. 17. quando dominus apparuit Abraham 99. annorum exstanti, dicens ad eum: *Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & esto perfectus, ponamque fœdus meum inter te & me.* Et infra: *Statuamque pactum inter me & te, & inter semen tuum post te in generationibus tuis fœdere sempiterno.* Et infra: *Tu ergo custodias pactum meum & semen tuum post te, in generationibus suis: hoc pactum est quod servaveritis, circumcidetur ex vobis omne masculinum, & circumcidetis carnem praputii vestri, ut sit signum fœderis inter me, & vos: infans octo dierum circumcidetur in vobis: omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus quem nuptius circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra: erique pactum meum in carne vestra in fœdus aeternum, masculus corpus praputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fuit.* Ecce fœdus aeternum, ecce pactum sempiternum inter Deum ex una parte, & Abraham & semen ejus in generationibus suis post ipsam, parte ex altera: nihilo minus Moyse cum de Egypto Israel filios educeret, tam stricte a domino preceptam circumcissionem per annos quadraginta ob causam laboris itineris pratermisit, non enim filii Israel leguntur circumcisi in deserto, sed postquam eos Josue eduxerat in terram promissionis, trans Jordanem, ibi in Galgalis seu in colle praputiorum juxta preceptum domini eos circumcidit. Josue 5.

Item in Machab.

Item legitur 1. Machabæorum 2. quod Machabæus cum sua societate, non obstante quod dies sabbati fuisset tam de lege nature, quam de lege scripta, strictissime precepta, constituerunt scilicet Judæis quod non liceret secundum legem, ut pugnarent contra

Concil. General. Tom. XXIX.

gentes etiam diebus sabbatorum. Item Levitici 8. habetur, quod panis propositionis laicis non debebat exponi ad manducandum, & tamen David cum pueris suis, tempore necessitatis, apud Abimelech sacerdotem eis usus fuit, ut patet 1. Regum 2. Matth. 12. Luc. 6. Sic denique serpentem aneum, quem dominus precepit feri Moyse, dicens Numerorum 21. *Et fac serpentem aneum, & posuerum pro signo, sanctus Baschias rex 4. Regum 18. destruxit; sic enim refert scriptura de eo: Fecit quod erat bonum coram domino, juxta omnia que fecerat Dominus pater, ipse dissipavit excelsa, & contrivit statuas, & succidit lucos, confregitque serpentem aneum quem fecerat Moyse. Siquidem usque ad illud tempus filii Israel adorabant ei incensum.*

AVVO CHRISTI 1549. Postquam propositio David ad manducandum datur. Serpens aneum adhibetur.

Ex quibus & quampluribus aliis exemplis veteris legis, satis manifeste colligitur, quod si synagoga Judæorum, vel ejusdem gubernatoribus, vel aliis particularibus licuit, statuta, ordinationes, & ceremonias statuere, & ex certis & rationabilibus causis etiam divinam legem interpretari, & ex hoc immutare aut tollere, sive suspendere pro tempore; multo magis hoc licet & licebit ecclesiis catholicis, & ejus universali pontifici pape, scilicet qui totius ecclesiæ curam gerit, qui non est minoris auctoritatis in populo Christi, quam fuerit Moyse in populo Judæorum,

Et ecclesia postea statum condere, proinde de quo loquitur scriptura: et profectus sunt, et ipsam legem interpretari.

maxime cum ipse Christus indefectibilem assistentiam sui & Spiritus sancti ecclesiæ catholicæ promiserit, dicens & loquens apostolis. *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi.* Et similiter eidem loquens de assistentia Spiritus sancti, Joannis 10. dicit: *Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis.* Et ne quis estimet quod apostolis & non futuris ecclesiæ rectoribus sit hoc dictum, ideo Joannis 14. idem dominus dicit: *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabo vobis ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis.* Potest igitur ecclesiæ catholica statuta & ordinationes facere, prater ea que in lege Christi expresse continentur, & etiam ipsam legem Christi interpretari, & ex certis & rationabilibus causis, pro locorum & temporum varietate precepta ejus & ordinationes suspendere, tollere, aut immutare pro tempore, quod tamen nunquam factum est, quia nunquam preceptum in virtute aut in substantia usquequaque ab ecclesiâ sublatum est aut immutatum: & ex hoc concluditur, quod si etiam communio utriusque speciei fuisset de precepto Christi, quod tamen nullo modo conceditur, quia nullo modo verum est, ipsam ecclesiæ catholicam ex certis causis potuisse immutare aut tollere, multo magis quam Moyse circumcissionem vel Machabæi sabbatum, quam tam strictissime divina lege observari mandabantur, & ritum unius speciei statuere. Et hæc ratio in materia omnino convinceret adversarios, si convenirent nobiscum in acceptance, quid est ecclesiæ catholica, quia nullo modo audeat negare præminentiam legis evangelicæ & ecclesiæ catholicæ ad legem Moysaycam & synagogam Judæorum.

Mem. 11.

Sed jam ad ea que ecclesiæ catholica Christi in præteritum fecit, statuit & ordinavit, oculos dirigamus, ut præteritorum memoria

H h h 2 men-

ANNO
CHRISTI
1693.

Ut constat
acceptatione
a approbatio-
ne librorum
novi & vete-
ri testamenti.

Augustinus
contra Fan-
tium Mani-
cheum lib. 11.
cap. 2. & lib.
13. cap. 5.
Contra episto-
lam Manichaei
quam dicitur
fundamentum
cap. 5.

mentem moveat nostram de presentibus & futuri cogitare. In primis quidem manifestum est bibliam, quae est fundamentum totius fidei nostrae, & ecclesiastica disciplina, robor & auctoritatem accepisse ex acceptatione & approbatione ecclesiae universalis, secundum reparationem & innovationem Ebraeorum scribae magni sacerdotis, cujus innovatio per multa tempora ante Christi adventum fuerat, per synagogam Judaeorum acceptata & approbata. Insuper manifestum est multos in eodem volumine libros contineri, qui apud Judaeos in auctoritate non habentur, sed inter apocryphos computantur. Qui tamen apud nos in eadem veneratione & auctoritate habentur, sicut & ceteri, & hoc utique non nisi ex traditione & acceptatione universalis ecclesiae catholicae, quibus contradicere nullo modo licet pertinaciter.

Insuper cum multi evangelia scripserint, ut habetur distinctione 15. in decretis, utpote, Bartholomaeus, Nicodemus, & quamplures alii, de quibus dictum est in superioribus, tamen ecclesia catholica omnibus aliis spreto, quatuor tantummodo accepit, approbavit & in auctoritate atque in summa veneratione habere voluit. Et quod praedicti libri divinae legis tam veteris quam novi testamenti auctoritatem ab ecclesia habeant, patet per egregium doctorem Augustinum contra Faustum haereticum ita dicentem: Nostrorum librorum auctoritas ex gentium consensione per successores apostolorum conciliorumque roborata vobis adversa est. Et iterum: Non credere evangelio, nisi me ecclesiae catholicae auctoritas commoveret. Item: Quis 14. epistolas Pauli in auctoritate habendas statuit, & quis quintadecimam rescavit? Nam & unam Laodicensibus scripsit, de qua ipsemet apostolus facit mentionem Coloss. 4. cap. in fine ubi dicit: *Et ea quae Laodicensium est vobis legatur.* Similiter cum apud plures dubium fuerit quis eam quae ad Hebraeos est epistolam scripserit, quis eam adscripsit Paulo apostolo? cum plures etiam ejusdem epistolae ad Senecam legantur, quis eas removit, ut non cum ceteris in auctoritate haberentur? utique haec omnia auctoritate solius ecclesiae gesta sunt, cujus etiam auctoritas epistolas canonicas, auctus apostolorum & Apocalypsin Joannis inter canonicos & divinos libros haberi voluit, statuit, & ordinavit.

Item cum plures bibliam in Latinum translulerint, sive de Hebraeo sive de Graeco, solius tamen nostri Hieronymi gloriosissimi translatio ecclesiae auctoritate antefertur. Cum igitur omnis nostra auctoritas in affirmanda veritate catholica & adversa falsitate confutanda ortum habeat a fonte sacrarum scripturarum, utique multo fortius habebit ab ipsa ecclesia catholica, quae & ipsas scripturas sacras tradidit, & statuit in auctoritate habendas. Praeterea glossa ordinaria super totam bibliam, libri sanctorum doctorum, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, Gregorii, & aliorum, leges civiles, decreta, decretales, & omnes aliae scripturae, quae inter Christianos in auctoritate habentur, non aliunde habent auctoritatem, nisi ab ecclesia, & in tantum valent quantum ab ecclesia probantur, aut saltem suscipiuntur, aut permittuntur. Insuper auctoritate ecclesiae universitates & studia funda-

ta sunt, gradus magistrales & doctorales in omni facultate ordinari & concessi sunt in eisdem.

Denique quanta circa fidem ecclesia statuerit vel ordinaverit, vel pro infallibili veritate tenenda mandaverit, manifeste liquet. Nam licet ex scripturis sanctis constet esse Trinitatem in divinis, tamen quod singuli in Trinitate existentes, personae nominentur, hoc ecclesia catholica ordinavit & statuit. Insuper quod in Christo non sint duae personae, ut quidam haereticorum posuerunt, cum ex scripturis manifeste non habeatur, hoc per doctores suos ecclesia declaravit. Similiter, quod mater Christi, mater Dei diceretur.

Item nusquam in canone sacra scriptura reperitur, quod parvulus recenter baptizatus, qui nec corde credit ad justitiam, nec ore confitetur ad salutem, inter fideles & credentes computetur, & nihilominus ecclesia ita determinavit, & statuit, quod si quisquam negare hoc ausus fuerit, apertus utique judicabitur haereticus. Unde Augustinus de verbis apostoli, sermone 14. Ubi ponis parvulos baptizatos? profecto in numero credentium. Nam ideo ex consuetudine antiqua canonica & fundatissima, parvuli baptizati fideles vocantur. Et infra: Inter credentes baptizatos parvulos numerabis, nec judicare ullo modo aliter audebis, si non vis apertus esse haereticus, ergo ideo habent vitam aeternam, quia qui credit habet vitam aeternam. Nolo eis sine ista fide, & sine isto sacramento hujus fidei, promittere vitam aeternam. Et infra: Rationationes eorum, scilicet Pelagianorum, adhuc videntur compellere, sed auctoritate reprimuntur ecclesiae, ne non dicam spiritus hominum obruantur, sed ipsorum infantium lacrymis tamquam fluvio pertrahuntur: & sic patet quod ecclesia fundavit ibi silem, quae ex canone scripturae non habetur.

Item nullus canon biblicae se docet, quod si aliquis mortuus fuerit, & non crediderit, quod talis salvetur: imo habetur oppositum, Marci ultimo: *Qui crediderit & baptizatus fuerit salvus erit, qui vero non crediderit, damnabitur:* & nihilo minus fides ecclesiae statuit, ut quilibet fidelis firmiter credat, parvulum baptizatum, etiam si ante usum rationis moriatur, salvari. Unde Augustinus, & ponitur in capite 19. questione 1. capite. Firmissime, ubi sic habetur: Parvulis vero qui necdum propria voluntate credere. nec poenitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum baptismum, quamdiu rationis etas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem. Item sola auctoritas ecclesiae constituit ut compates in baptismo parvuli fidem pro ipso respondeant loco ecclesiae, & quod fides ecclesiae sufficit parvulo sic baptizato, quamdiu ad etatem non pervenerit, ad salutem. Et sic auctoritas ecclesiae nobis instituit, ut parvuli per aliorum pedes ad fidem veniant, per aliorum corda credant, per aliorum linguas in baptismo respondeant & fidem constentur. Unde Augustinus in libro 3. de libero arbitrio, & habetur de consecratione distinctione 4. Illud perscri, tari homines solent. sacramentum baptismi Christi quid prodest parvulis cum eo accepto

ANNO
CHRISTI
1693.

Ex acceptatione
sanctae pro-
prie in tra-
ditissima Tri-
nitatis, item
baptismo par-
vulorum, &
affiguatione
computatum.

Cap. 13.
Cap. 4.
ple-

ANNO
CHRISTI
1612.

plernaque moriantur, priusquam ex eo quidquam potuerunt cognoscere: quare factis pie recteque credimus, professe parvum hanc fidem eorum a quibus consecrandus affertur, & hoc ecclesiam commendat saluberrima auctoritas, ut ex eo quisque sentiat quid sibi pro se fides, quando in aliorum quoque beneficio, qui propriam nondum habeat potestatem, commoda sit.

Ex symbolo
apostolorum.

Insuper nusquam legitur in sacris literis quod apostoli symbolum minus, quod in diversis horis diurnis silentio dicitur, composuerint aut fecerint, vel in duodecim articulos distinxerint, & tamen fideles tenent & credunt, imo & nominant ipsum symbolum apostolicum: & hoc non nisi auctoritate ecclesie, & specialiter concilii Niceni, cujus etiam auctoritate articulus de descensu Christi ad inferos tenetur, & firmiter creditur. Ipsum etiam sacrum concilium Nicenum secundum & majus symbolum edidit, in quo plurima fidei concernentia declaravit, quod & publice & aperta voce ubique in cunctis ecclesiis catholicis dicitur & cantatur, cui postmodum articulum de processione Spiritus sancti a Filio ecclesia addidit, cujus auctoritate etiam symbolum Athanasii in divinis officii canitur. Quanta vero ecclesia catholica de his que ad fidem pertinent interpretata fuerit, declaraverit, & proposuerit, manifestat confutatio innumerabilium hereseon, ad quas enumerandas non sufficeret tempus, nec manus ad scribendum, nec lingua ad narrandum valeret, in quarum confutatione tot veritates fidei elucidatæ, manifestatæ & apertæ fuere, que prius latebant in opero, quot fuerunt hereses confutatæ.

Ex ubi imago.

Sed jam descendamus ad ea, que eadem catholica circa divina præcepta sacramenta immutaverit. Etenim licet in lege veteri prohibita fuissent lege divina imagines visibiles, nedum ipsius Dei, sed quorumcumque sanctorum hominum, nec post in scripturis sive veteris sive novi testamenti concessa licentia eas faciendi aut fabricandi reperitur, nihil minus ecclesia catholica edocta a Spiritu sancto, nedum permisit, imo statuit & ordinavit, ut venerabiles imagines Christi, gloriosissime suæ matris, & cæterorum sanctorum fierent, quibus manuaderentur homines ad memorandum & recordandum gesta & facta domini nostri Jesu Christi, & aliorum sanctorum, ut sic excitarentur ad eorum imitationem, & ut eorum sæpius implorarent pro se suisque, vivis & defunctis, suffragia & auxilia.

Ex mutatione
dies sabbati in
dominicum.

Insuper licet dies sabbati fuerit strictissimo ad observandum & custodiendum præcepta & mandata, ut patet Genesis 2. capite, ubi legitur quod post creationem sex dierum cessavit dominus die septimo ab omni opere quod patraverat, & benedixit diei septimo, atque in lege scripta postmodum in legitimum sempiternum constituit sub diversis poenis diem hunc septimum a cunctis generationibus celebrandum observari. Unde & collectorem lignorum in die sabbati mandavit dominus lapidibus obrui, ut patet Numerorum 15. & pro firmiori ratificatione suæ constantissimæ voluntatis, & pro diligentiori custodia speciali munimine consignavit hoc præceptum, dicens. *Memoratis ut diem sabbati sanctificetis.* Nullum e-

ANNO
CHRISTI
1612.

nam aliorum præceptorum tanta memorie signo consignavit: qui dies magna sub custodia & religiose observatione semper habitus fuit & custoditus, etiam tempore apostolorum, & longe post observatus, & nihilo minus propter reverentiam & beneficium dominicæ resurrectionis dictus dies sabbati ex sola consuetudine ecclesie universalis fuit in diem dominicum commutatus, præter auctoritatem eujuscumque scripturæ sacre veteris vel novi testamenti.

ANNO
CHRISTI
1612.

Item dominus præcepit Exodi 12. in legitimum sempiternum, quatenus fidelis populus celebraret pascha domini ad vesperum diei 14. mensis prima, quod præceptum etiam ecclesia catholica per multa tempora post observavit: tandem Spiritu sancto duce, sine eujuscumque scripturæ auctoritate prædictum ritum, quoad tempus, propria auctoritate permutavit, taliter ut nunquam pascha nostrum cum pascha Judæorum coincideret, & semper in die dominico celebraretur. Item ut supra habitum est, in principio licet circumcisio in lege fuerit strictissime mandata observari, fueritque ipse dominus noster Jesus Christus circumcensus, & omnes apostoli, & etiam post ascensionem domini fuerit observata, nihilominus absque alia auctoritate scripturæ apostoli eam immutaverunt auctoritate Spiritus sancti ecclesiam dirigentis & gubernantis, ut habetur Actuum 15. ubi dicit Petrus: *Quid utilitatis imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus, sed per gratiam domini nostri Jesu Christi credimus salvari quemadmodum & illi.* Unde & infra statuerunt apostoli omnino eam debere tolli, scribentes epistolam ad fideles, qui erant Antiochiæ, per manus Pauli & Barnabæ dicentes: *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil ultra vobis imponere oneris quam hæc necessaria, &c.* Ex quibus manifeste ostenditur potestas ecclesie, & veritas indefectibilis in his que fidei sunt & necessitatis ad salutem: & Paulus ad Galatas 3. post decretum & statutum apostolorum ait: *Si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit,* ubi apparet totalis ablatio, imo annihilatio circumcisionis, que debuit sub poena mortis lata ab ipso domino æternaliter observari.

Ex ordinatio
pasche.

Item innumeræ ceremonie erant in lege veteri præceptæ celebrari a domino, quas apostoli post & ecclesia sustulerunt ex certis rationabilibus causis. Item videamus mutationes factas circa præcepta Christi & sacramenta novæ legis, & primo circa sacramentum baptismi, quod ipsi circumcisioni in nova lege succedit. Nam dominus noster Jesus Christus ascendens in cælum, præcepit apostolos dicens, Matthæi ultimo: *Ita docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti,* in quibus verbis dedit eis & limitavit formam baptismi, & in persona eorum toti ecclesie, & tamen non post longum tempus, ipsi apostoli & ecclesia, dimitto dictam formam, in nomine Patris, &c. traditam per dominum, baptizabant tantum in nomine Christi, dicentes: *Te baptizo in nomine domini Jesu Christi.* Cum autem hoc nomen Jesus Christus dicat unam personam tantum duarum naturarum, hæc autem nomina, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, dicant tres personas in una natura tantum, patet maximam esse differentiam inter has duas for-

Ex abolitio
ne ceremoniarum veteris
legis.

ANNO
CHRISTI
1477

ANNO
CHRISTI
1477

formas baptismi, scilicet, in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & in nomine Jesu Christi, & licet secundum rem & essentiam idem sit baptismus, qui habet primo, & nunc in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & in nomine Christi, tamen tanta videtur esse differentia, ut si quis nunc in nomine Christi baptizaret, non baptizaret, ut dicit sanctus Thomas in tertia parte.

Nec prætermittendum est, de mutationibus factis in ecclesia, hoc sacramentum baptismi tam quoad tempus baptizandi, quam quoad etatem baptizandorum, quam etiam quoad personas qui possint hoc sacramentum ministrare. In principio enim hujus sacramenti baptizabantur solum illi, qui per se sciebant fidem interrogati respondere. Sed postmodum, ne parvuli & alii usu carentes rationis, subessent periculo damnationis, ecclesia providit circa eorum baptismum, ut etiam superior tractatum est. Tenuit etiam ecclesia pro statuto, quod præter vigiliis paschatis & pentecostes nullo modo solemniter baptismus celebraretur, omnesque ad prædictas vigiliis, excluso necessitatis articulo, baptizandi servarentur. Porro nec ex doctrina Christi & evangelii, nec etiam ex doctrina alicujus apostolorum habetur expresse, quod aliquis habeat potestatem baptizandi exceptis ecclesiasticis, quorum statum præfigurabant apostoli, quibus solis dictum est, *Ite baptizantes*, &c. & nihilominus in necessitatis articulo mares & femine, Pagani, Judæi, & hæretici possunt baptizare, dummodo servent formam, materiam, & intentionem ecclesiæ: unde hoc certe quia sic declaravit ecclesia, sic ordinavit, & quia sic ei placuit suam auctoritatem omnibus communicare in necessitatis articulo.

Item non modica mutatio etiam in sacramento matrimonii secundum successionem temporum auctoritate ecclesiæ facta est. Nam in principio sum institutionis erat illimitatum, ita quod masculus & femina, uterini & germani, poterant legitime matrimonialiter copulari, & post aliquam multiplicationem humani generis ordinatum fuit, ne in prima linea consanguinitatis contraheretur, deinde post abundantem multiplicationem, usum hujus articulo sacramenti, ordinatum existit, ut non in propinquiori quam quinta linea consanguinitatis posset matrimonium contrahi: ex quibus patet quod certus usus sacramentorum conceditur paucitati hominum, qui tamen multitudini ex certis causis denegatur. Et sic potuit esse, imo ita fuit, quod in primitiva ecclesia, quando adhuc homines pauci erant Christiani, dabatur eucharistia sacramentum fidelibus populis sub utraque specie, quibus multiplicatis propter sæpe enumerata pericula, quod paucis concedebatur, nunc multitudini denegatur.

Item quamvis Deus in lege naturæ, quando hoc matrimonii sacramentum instituebatur, statuisset, quod unus viri tantummodo una esset uxor, & e converso, prout patet Genesis 2. quando Spiritus sanctus dixit per Adam: *Relinquet homo patrem suam & matrem suam & adhaerebit uxori suæ: sequitur: & erunt duo in carne una*: nihilo minus hæc lex mutata fuit in sanctis patriarchis, ut patet in Lamech, qui primus simul duas uxores habuit, in Abraham similiter, & Jacob, in aliis et-

tiam sub lege constitutionis, in quibus lex vetus uxorum pluralitatem videtur approbasse. Sed adveniens lege nova, in qua perfectio evangelica exprimitur, mutata est lex nuptiarum atque matrimonii, & reducta ad priorem institutionem & honestiorem, ut unus uni, & e converso, tantummodo conjungantur in figura Christi & ecclesiæ unicus sponsus, de quorum matrimonio ait apostolus ad Ephesios 5. *Sacramentum hoc, scilicet matrimonii, magnum est, sicut autem in Christo & ecclesia*.

Hanc autem reductionem ad pristinum statum nullo modo legitimus reductam ex quibusvis sacris literis, nisi ex statuto & consuetudine ecclesiæ, nec audebit quis dicere quod tempore legis naturæ & legis Mosaicæ non fuerit in hominibus verum matrimonium, aut quod ipsorum fuerit aliud sacramentum matrimonii a sacramento legis gratiæ, propter dictum Christum in evangelio loquentis de hujusmodi sacramento: *Quod Deus conjunxit, homo non separet*. Etenim sacramentum matrimonii, & sacramentum poenitentis in lege naturali scilicet, Mosaicæ & evangelicæ locum habuerunt, quamvis in usu fuerint multipliciter immutata. Item præcipitur 25. capite Deuteronomii, quod habitantibus fratribus germanis simul, uno moriente absque liberis, uxor defuncti alteri non nubat, sed accipiat eam frater ejus, ut suscipiat fratri suo semen: quod in nova lege ad aliquod tempus fertur perdurasse, quæ tandem lex nulla adhuc scriptura promovente, per ecclesiæ consuetudinem & statutum sublata est, quibus statutum & prohibetur quod sponsus non possit contrahere matrimonium cum aliqua consanguinea sponse mortuæ usque ad quintum gradum consanguinitatis exclusive. Item salvator noster dominus noster Jesus Christus, Matthæi 19. accedentibus ad eum Pharisis ad ipsum tendendum, & ab eo querentibus, *Si licet homini dimittere uxorem suam quocumque ex causa?* ita respondit: *Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornicationis, & aliam duxerit, machatur*: & nihilo minus sancta ecclesia catholica non solum ex hac causa, sed ex pluribus aliis permittit & facit rationabiliter divortia fieri, ut patet in frigidis & maleficiis, de affinibus, ex causis hæresis, & pluribus aliis causis. Ecce quot & quantæ mutationes circa tam magnum & necessarium sacramentum auctoritate ecclesiæ contigerunt.

Item in sacramento poenitentis, quod ab Adam in paradiso inceptum & debet durare usque ad consummationem sæculi, similiter mutatio magna facta est secundum successionem temporum. Nam cum confessio sit pars principalis poenitentis, tempore legis naturæ ad eam tantummodo Deo faciendam mentaliter tenebantur: succedente vero lege Mosaicæ, ultra hoc homines obligabantur ad confessionem ceremoniam extrinsecam, prout per aliquod sacrificium homines manifestabant se hoc vel illo peccato deliquisse, ut habetur Levitici 4. & 5. ut habetur eodem libro 16. sacerdotes positus manibus super caput hirci, omnes filiorum Israël confitebantur iniquitates: sed adveniente veritate evangelicæ legis, etiam confessionem vocalem de universis cogitationibus, locutionibus, operibus, & omissionibus clare distincteque faciendam instituit ecclesia sacerdoti auctoritatem & jurisdictionem

ANNO
CHRISTI
1433.

sem habenti, in secreto, non ut homini, sed ut Deo, sine offensa quicumque honoris confitentis, sub formidabilibus & execrabilibus penis precipiendo & mandando sacerdoti, ne quocumque modo signo aut verbo prodatur aut revelet peccata confitentis: de qua quidem confessione singulariter & specialiter, quatenus solum sic secreta & auriculariter fieri debeat sacerdoti, nulla de scripturis sacris habetur traditio, nisi quantum ad sic agendum Spiritus sanctus movit & direxit ecclesiam, quae nihil minus originaliter fundat se in auctoritate clavium, quae ipsi ecclesiae ab ipso domino tradita sunt, dicens Petro: *Tibi dabo claves regni caelorum, & quodcumque ligaveris, &c.* Et Joannis 20. *Quorum remiseris peccata remittentur eis, & quorum retinueris retentus erit:* quia igitur sacerdotes habent remittere peccata, utique oportet ut agnoscant ea, & sic Spiritu sancto ducente sancta ecclesia confessionem, ut praemittitur, secretam statuit & ordinavit.

Mark. 16.

Item circa sacramentum ordinis videtur ecclesia addidisse. Nam in primitiva ecclesia erant duo tantummodo ordines, diaconatus, scilicet, & sacerdotium. Et secundum beatum Hieronymum idem tunc erat episcopus & sacerdos, quoad nomen, non autem quantum ad rem, quod tamen nunc non est. Item circa sacramentum divinissimum eucharistiae multa videntur addita vel mutata. Nam forma qua calix consecratur, in nullo evangelistarum in propria forma verborum reperitur, sed videtur per ecclesiam ex omnibus dictis evangelistarum compilata, & in ea sunt aliqua addita. Etiam in consecratione hostiae ecclesia addidit hanc dictionem, Enim, Ceterum Christus instituit hoc sacramentum, & ministravit post coenam, & tamen ecclesia immutavit, & ordinavit ut non nisi a jejunio de mane celebraretur & ministraretur, nisi in necessitatis articulo. Imminente etiam errore de observatione legalium, Leo papa ordinavit, ut pro tempore in fermento conficeretur, licet Christus consecrasset in azymo, ad quem ritum postmodum, cessante dicto errore, ecclesia reversa est. Denique ecclesia ordinavit ritum & modum ad hoc sacramentum celebrandum cum talibus orationibus, epistolis & evangelis, secretis, mysticis signis, vestibus sacris & vasis consecratis, in ecclesia, in altari, cum luminaribus, cum assistentibus, & aliis quae pro devotione & solemnitate tanti sacramenti sunt, de quibus per singula discurrere longum esset.

Item in pluribus quae apostoli statuerunt, secundum temporum successionem & temporum varietatem facta est mutatio. Nam apostoli in concilio 3. Hierosolymis celebrato, quod habetur Actuum 15. sublata circumcissione, & omnibus quodammodo ceremoniis veteris legis, statuerunt ut fideles deberent tantummodo abstinere ab immolatis simulacrorum, sanguine, suffocato, & fornicatione, & nihilo minus statim post praedictam sublationem circumcissionis Paulus apostolus circumcidit Timotheum qui ex patre Gentili natus fuerat, propter vitare scandalum Judaeorum, qui erant in illis locis, ut habetur Actuum 16. Insuper hoc dictum concilium de cessatione legalium, apostoli & seniores qui erant Hierosolymis, adveniente Paulo, propter scan-

dam evitandum, sustinuerunt adhuc ceremonias legales, & voluerunt, ut Paulus ascendens templum, purificaret se & sanctificaret tamquam ambulans & custodiens legem, ut habetur Actuum 21. Et post praedicta etiam ex ipsa praecipis quae per apostolos tradita erant servanda, quaedam consuetudo ecclesiae immutavit. Nam ex praedictis quatuor, primo & quarto manentibus illata, de non edendo de immolatis sive idolochyris & de custodiendo se a fornicatione, secundum & tertium mutata sunt, quia & sanguinem edimus & suffocatum. Item Paulus apostolus dicit: *Oportet episcopum unius uxoris virum esse*, in quibus verbis praecipit apostoli includitur, & ex hoc, & etiam ex ratione significationis bigamiae, cui semper est annexa irregularitas: & nihilo minus papa, & multo magis ecclesia potest, imo & de facto dispensat in bigamis, non obstante praecipit praedicti apostoli: Unde dicit sanctus doctor in 4. distinctione 27. in respon-

ANNO
CHRISTI
1433.

2. Tim. 1.

Quaest. 1. art. 2. ad 2.

sione ad dictam auctoritatem Pauli.
Quantum ad ea quae sunt de necessitate sacramentorum & fidei, nec ecclesia nec papa potest dispensare, sed in aliis quae sunt de institutione apostolorum, cum ecclesia nunc habeat eandem potestatem statuendi & destituendi quam tunc habuit, potest per eum qui primatum tenet in ecclesia dispensare: quapropter & Lucius papa dispensavit cum Panormitano qui erat bigamus.

2. Thom. 16.

Item sancta mater ecclesia docuit signum sacratissimae crucis in fronte depingere, ipsa docuit in eodem signo benedictiones fieri sacramentorum & consecrationes, pro defensione & contra insidias malignorum spirituum sal & aquam benedicere, & ea simul miscere. Ipsa docuit fontes baptismatis benedicere, pro congregatione fidelium, ad sacramenta percipienda, ad doctrinam divinam audiendam, ad divina mysteria peragenda, & laudandum Deum specialiter ecclesiae fabricari, coemeteria ubi fideles sepelirentur, & exequias mortuorum facere & omnem alium ritum ecclesiasticum adinvenit, quem per singula explicare dies nobis potius deficeret, quam materia dicendi. In quibus immutationibus faciendis, sancta mater ecclesia pro locorum, temporum, & personarum varietate exemplum habuit a Deo, & a Christo domino. Nam licet fides consistat Deum esse omnipotentem, omniscientem, aeternum, invariabilem, & omnimode incommutabilem, ipse tamen immutabilis & immobilis secundum exigentiam & diversitatem temporum, & varias leges dedit ut aliter homo in statu naturae, aliter in tempore legis, & aliter in statu gratiae salvaretur: non quod tunc esset alia fides quam nunc, sed una & eadem, per quam omnes justi ab Abel usque ad ultimum justum Deo placuerunt, quia secundum apostolum, *una fides, unum baptisma, unus Deus omnipotens*, & ita licet semper eadem fides manserit, ceremonias & protestationes fidei ipse Deus immobilis & invariabilis secundum varietatem temporum variavit.

Ephes. 4.

Ipsae etiam dominus noster Jesus Christus magister & exemplum omnium actuum ecclesiae, in assumpta humanitate suas sanctissimas constitutiones, & sua praecipit, juxta qualitatem temporum pro informatione ecclesiae immu-

immu-

ANNO
CHRISTI
1641

ANNO
CHRISTI
1641

immutavit. Nam ut habetur Matth. 10. Marci 7. & Lucæ 9. dominus Jesus Christus mittens suos discipulos ad prædicandum, præcepit eis ut non haberent sacculum neque peram, & similiter præcepit eis: *In viam gentium ne abieritis, in civitates Sarracenorum ne intraveritis.* Nihilominus, mutata conditione temporum, & ipse dominus mutavit sua præcepta. Etenim instante passionis tempore, quod cum oportebat sua præsentia corporali suos relinquere discipulos, plurima exempla relaxavit. Nam Lucæ 22. ait: *Quando nisi vos sine sacculo & sine pera, numquid aliquid defuit vobis?* Respondērunt: *Nihil.* Tunc Christus dixit eis: *Nunc autem dico vobis, qui habetis sacculum, tollat, similiter & peram, & post resurrectionem suam ascensurus in celum, quos ante passionem suam tantummodo ad Judicem miserat, mittit in universum mundum, dicens Marci ultimo: *Ite in mundum universum, & prædicate evangelium omni creatura, & similiter Matth. ultimo ita: *Docete omnes gentes baptizantes eos, &c.*** His nimirum exemplis divinis, & Christi hominis, sancta universalis ecclesia edocta, nihilo minus a Christo & a Spiritu sancto directa, cum sciat nihil velle Deum nec Christum dominum nisi salutem nostram, & omnia præcepta, statuta, consilia, & alia ad hunc unum & solum finem ordinari, prædictas mutationes, variationes, statuta, ceremonias fecit, & statuit & ordinavit. Si igitur ecclesia catholica tot & tanta, ducta & directa a Spiritu sancto fecerit, in præteritum statuerit, & ordinaverit, iuste, sancte, & rationabiliter & sine reprehensione, ac etiam in divinis Christi & apostolicis præceptis mutationes, & interpretationes fecerit, quis tam infans & hebetis ingenii audebit asserere ecclesiam, ex rationabilibus & urgentibus causis, non potuisse communionem duplicis speciei mutare in communionem unius? præcipue cum nec sit de præcepto Christi, nec aliquid detrimentum incurrant non conscientibus sic sumendo? Si enim immutaverunt apostoli formam baptismi, quæ dat essentiam sacramento, taliter ut si quis nunc in illa forma, qua ipsi apostoli baptizabant, baptizaret, non esset baptismus, quanto magis potest ecclesia mutare vel tollere unam speciem, qua se tenet ex parte materiæ, & ex qua nihil essentia sacramento deperditur, nec etiam sumentis gratia? Si tot & tanta facta sunt tam circa hoc sacramentum quam circa alia, auctoritate ecclesiæ, mirum profecto videtur, cur etiam circa communionem & usum huius sacramento ecclesia non possit statuere ut sic vel sic sumatur.

Et si queratur, quæ, aut ubi, aut quo tempore, ante Constantiense concilium fuit duplicis speciei in unam auctoritate ecclesiæ facta mutatio? Respondendum est secundum Augustinum, & habetur distinctione 1. cap. 2. Ecclesiasticarum, ubi dicitur: quod ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturas, quasdam vero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas, accepimus, quasdam vero consuetudine roboratas approbavit usus, quibus par ritus, & idem utriusque pietatis debetur affectus. Et infra, enumeratis plurimis, de quibus auctor & locus & tempus ignorantur, subjungit hæc & alia in hunc modum non

paucæ, nisi quia tacita ac mystice tradidit, ne a patribus ecclesiastico more, & reverentiori diligentia sunt in mysteriis obsecrata magis silentio, quam publicata scripto. Cujusmodi sunt immutatio sabbati & paschalis festivitatis, crucis signatio, aquæ & salis benedictio, multorum præceptorum & ceremoniarum veteris legis immutatio: multa quoque quæ nunc in sacrificiis sunt, ut & forma consecrationis calicis, benedictiones fontium, baptismatis & multa hujusmodi, quibus sola consuetudo universalis ecclesiæ auctoritatem tribuit, & sic est etiam communio unius speciei cujus immutationis & auctor & tempus & locus ignorantur, & usque ad Constantiense concilium, sola ei rationabilis consuetudo & sanctorum doctorum comprobatio auctoritatem præbuit, quam postmodum compellente adversariorum instantia, idem sacrosanctum concilium approbavit. Et ut postmodum, non ut consuetudo tantum, sed ut statutum & ordinatio ecclesiæ universalis veneraretur, ad laudem omnipotentis Dei, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Ultimo vero & finaliter pro facili & manuali solutione dictarum auctoritatum & aliarum quas pro se adducunt adversarii, notanda sunt diligenter septem regulæ quæ sequuntur. Primo itaque sciendum, quod quamvis plures auctoritates sacre scripturæ & etiam sanctorum loquantur indifferenter de communionem sub utraque specie, panis scilicet, & vini, non tamen prætendunt præceptum, nec dicunt, hujusmodi communionem sub utraque specie quoad laicos esse de necessitate salutis, vel de præcepto Christi, & sic omnes hujusmodi auctoritates adducuntur per eos frivole & impertinenter, nihilque contra catholicam veritatem concludentes, cujusmodi sunt auctoritates apostoli 1. Corinth. 11. quæ indifferenter loquuntur tam de sacerdotibus conscientibus, quam laicis, in quibus tamen nullum præceptum exprimitur, ut plene patuit loco suo, dum de ipsis superius ageretur in speciali.

Secundo sciendum, quod auctoritates tam sacre scripturæ, quam etiam doctorum multorum, facientes mentionem de communionem sub utraque specie continentem in se præceptum vel vim habentes præcepti, ut in pluribus loquuntur, & sunt intelligendæ de sacerdotibus sacrificantibus, quorum est conficere hoc sacramentum, & sub utraque specie sumere propter perfectam significationem & representationem dominicæ passionis, & mortis, spiritualis refectionis completæ, & aliorum quæ in hoc sacramento representantur, non autem de communionem laicorum, quorum capere & sumere est solum propter efficaciam, & non propter representationem, cujusmodi est auctoritas Christi, qui solis apostolis, quos in sacerdotes instituerat, præcepit ut hoc facerent sub utraque specie in suam commemorationem. Hoc modo etiam intelligitur caput papæ Gelasii, Comperimus: de quibus in locis suis dictum fuit superius.

Tertio sciendum, quod auctoritates sanctorum, si quæ forte sunt loquentes de hujusmodi communionem sub utraque specie, restringendæ sunt ad tempus illud, in quo mos ille in ecclesia servabatur. Consuetudo enim ecclesiæ quæ

Septem regulæ pro institutione auctoritatum inducentium notandæ. Prima.

Secunda.

Tertia.

ANNO
CHRISTI
1611.ANNO
CHRISTI
1611.

que habuit ex causa rationabili originem, si-
ve fuerit generalis simpliciter in tota ecclesia,
sive in aliqua sui parte notabili, utpote in u-
na natione, vel regno; sive etiam in una
provincia, aut diocesi, vim habet obligati-
vam legis & præcepti, nec alicui particulari
scienter licet contra eam agere, aut ipsam
sua sponte præterire in loco ubi communiter
observatur: unde dicit Augustinus ad Casula-
num presbyterum, quod mos populi Dei &
instituta majorum pro lege tenenda sunt: &
sicut prævaricatores legum divinarum, ita
contemptores consuetudinum ecclesiasticarum
coercendi sunt. Quapropter si quis Lati-
norum in orientali sive Græca ecclesia contra
morem ipsorum in azymo conficere, pecca-
ret, ut dicunt doctores communiter, & e
converso si Græcus apud nos ageret in fer-
mentato, propter diversam consuetudinem ec-
clesiarum.

Quia igitur Christus ita sub duplici specie
discipulis in ultima cena ministravit hoc
sacramentum, multi sequentes hunc ritum te-
nuerunt, & in multis ecclesiis indistincte,
quoad non sacrificantes, habitus est pro in-
variabili consuetudine, & pro lege; nun-
quam tamen hæc consuetudo ministrandi lai-
cis sub utraque specie fuit in ecclesia omni-
mode generalis, quia etiam tempore apostolo-
rum legitur Actorum 2. quod erant perseve-
rantes fideles in doctrina apostolorum, & C.
communicatione fractionis panis, & orationi-
bus, & in fine capituli, quod erant fideles
frangentes panes circa domos quotidie, quod
utique de pane sacramentali doctores intelli-
gunt, & specialiter magister historiarum in hi-
storii scholasticis, ubi nulla mentio fit de vi-
no aut potu, nec est verisimile quod in tan-
ta re ab hoc ritu ecclesia tam generaliter re-
cessisset, nisi in aliquibus aliquo exemplo præ-
cedente deducto ex apostolis & primitiva ec-
clesia, etiam rationabilibus & necessariis cau-
sis concurrentibus.

Auctoritate igitur loquentes sub præcepto
de laicis, restringendæ sunt ad tempus, & ad
ecclesias in quibus huiusmodi consuetudo pro
lege habebatur, qua consuetudine cessante,
cessat obligatio huiusmodi auctoritatem & ve-
ritas, quia quilibet auctoritas vera ex causa
tantum; cessante causa veritatis ejus, cessat
veritas & allegatio ejus, sicut ista. Christus
est incarnandus, quandoque fuit vera, quia
causa veritatis ipsius erat futuri temporis quod
nondum advenerat, sed jam, futuro pro tunc
tempore adveniente, & Christo nato, causa
ipsius veritatis ablata est, & per consequens
ipsa pro nunc remanet falsa, quia non est ve-
ra: Christus est incarnandus. Cum igitur au-
toritates huiusmodi doctorum non erant ve-
re, nisi ex consuetudine, vim legis & præ-
cepti habente, cessante consuetudine, eorum
veritas cessabat & allegatio.

Et valde diligenter est advertendum, quod
nullus doctorum catholicorum per adversarios
allegatorum (& ita credo de omnibus aliis lo-
quentibus de huiusmodi communione sub u-
traque) dixit eam indifferenter quoad omnes
esse de præcepto Christi, aut de necessitate sa-
lutis, ita quod una species non sufficiat sine
alia: nec aliqua auctoritatem per adversarium
adductarum dictum præceptum Christi inten-
dit quoquo modo aut prætendit, E contrario
Concil. General. Tom. XXIX.

autem multi doctores catholici dicunt com-
munionem divinissimæ eucharistiæ non confi-
cientibus sufficere sub una specie, ut in supe-
rioribus diffusè ostensum est.

Quarto notandum, quod auctoritates tam sa-
cræ scripturæ quam aliorum doctorum, que
videntur facere mentionem de sumptione hu-
jus sacramenti sub duplici specie, quoad lai-
cos, vel indifferenter quoad omnes, duplici
modo loquuntur, vel nomina rerum assumen-
tes, vel nomina specierum. Exemplum pri-
mi, Joan. 6. *Nisi manducaveritis carnem filii
hominis; & biberitis eius sanguinem, non habebi-
tis vitam in vobis.* Caro enim & sanguis sunt
res sacramenti, & ea que ex naturali aut rea-
bli concomitantia consequuntur ad hæc. Exem-
plum secundi, 1. Corinth. 11. *Quotiescumque
enim manducabitis panem hunc, & calicem bi-
betis, mortem domini &c.* panis enim & calix,
qui vinum continet & pro vino accipitur, si-
cut sæpe continens pro contento, sunt nomi-
na specierum huius sacramenti. Inter has au-
tem locutiones diligens lector hanc differen-
tiam attendat, quoniam in auctoritate, que
est ex terminis specierum, nunquam aut raro
inveniet notam præcepti aut terminum vim
præcepti habentem, per quam possit depre-
hendi, quod huiusmodi sumptio specierum cad-
dat & obliget ad præceptum, ad postenden-
dum quod huiusmodi sumptio sub utraque
specie non est de necessitate salutis, & per
consequens de præcepto dominico.

Quod si forte in aliqua auctoritate doctoris
alicujus repertum fuerit, ad præcedentem im-
mediate regulam recurrendum est, vel saltem
ad eam que in loco ultimo adducetur, que
est finalis resolutio omnium. In auctoritate
vero que constat ex terminis rerum, sæpe,
imo sæpissime reperitur præceptum, vel in
propriis terminis, vel in æquivalentibus, sicut
patet in primo exemplo, *Nisi manducaveritis,*
&c. si tamen de sacramentali manducatione
dicta auctoritas intelligatur, ad declarandum
quod ex præcepto divino tenetur quilibet fi-
delis Christianus rem utramque huius sacra-
menti sumere, sive spiritualiter, sive etiam
realiter, secundum quod in sacramento con-
tinetur: & cum utraque res vere & integre
sub qualibet specierum contineatur, perfe-
cte adimplet præceptum quicumque sub u-
traque vel sub una accipit specie, quia præ-
ceptum rem, non speciem determinat. Et
per hanc advertentiam multæ auctoritates &
rationes adversariorum evanescunt, imo ipso-
rum totale & principale fundamentum, sci-
licet, *Nisi manducaveritis,* &c. penitus e-
vanescunt.

Quinto sciendum, quod in auctoritatibus
sacræ scripturæ & sanctorum per manduca-
tionem corporis, & bibitionem sanguinis, in-
telligitur in generali sumptio utriusque, quod
utique ita vere & integre fit sub una sola
specie, sicut sub utraque, cum sub qualibet
ipsarum per se sumpta, totus & integer Chri-
stus, contineatur, ut declaratum est. Et et-
iam si ad proprietatem locutionis attendamus,
non proprie sanguis in calice bibitur, sed sola
vini species, cum sub specie vini eundem
modum sanguis Christi habeat existendi, quem
habet omnimode sub specie panis. Etenim si-
cut sub specie panis sanguis habet esse intra cor-
pus Christi, & intra venas ipsius inclusus, sic

ANNO
CHRISTI
1431

per omnia & sub specie vini, quia non est effusus extra corpus, aut a corpore divisus, sicut per species designatur, in memoriam dominicæ passionis. Sepe itaque scripturæ & doctores sancti loquentes de hoc sacramento, etiam secundum quod sub una specie continetur, utuntur manducationis & bibitionis terminis pro sumptione, ad significandum fidelibus, quod sub una sola specie panis sumant corpus & sanguinem Christi verum vere & realiter, & non aliter sub ambabus, quam sub una earum, nec magis efficaciter.

Sexta.

Sexto etiam intelligendum, quod multæ auctoritates facientes mentionem de communione laicali sub utraque specie, potius spiritualiter intelligendæ sunt, quam sacramentaliter, ut de multis patuit. Quando enim sacerdotes in altari in conspectu populi consueverunt sub duplici specie, & similiter sumunt in memoriam dominicæ passionis, tunc populus assistens fide & devotione manducat & bibit & corpus & sanguinem domini spiritualiter in sinceritate fidei, per recognitiones bonas & sanctas meditationes, masticando & hauriendo ore cordis, & se Christo uniendo per affectum amoris. Hunc modum actualis manducationis spiritualis, qui tertius fuit superius assignatus, tangit Augustinus: Ut quid paras ventrem & dentes? Crede & manducasti. Multæ auctoritates intelliguntur de modo spiritualis manducationis superius similiter tacto, secundum quem modum illam auctoritatem, *Nisi manducaveritis carnem*, &c. exponit Augustinus, ut clare ostensum est loco suo.

Supra in se-
p. 867. in
tertia manda-
catione spiri-
tuali.

Septima.

Septimo & ultimo notandum, quod nulla auctoritas cujuscumque sancti aut doctoris habet efficaciam ad aliquid probandum aut concludendum authentice in aliqua materia fidei aut salutem animarum concernente, nisi in quantum doctrinæ ecclesiasticæ congrueret, aut ab ecclesia approbaretur: ubi autem contrarium & dissonum haberet aliquid, totum ut falsum repudiatur & inutile, & hoc ideo, quia non doctrinæ doctorum ecclesia subijcitur, sed e converso doctrina ipsorum ecclesiæ tamquam indeficienti regulæ, quæ errare non potest, ut clarissime monstratum est in capitulo hujusmodi materiam declarante. » Unde » & Augustinus contra epistolam Fundamentum: Non solum doctrinæ doctorum, sed etiam ipsi evangelio præfertur ecclesiæ: evangelio non crederem, inquit, nisi me ecclesiæ auctoritas commoveret. Etenim cum plura reperiantur scripta evangelia, quam quatuor, ut puta Andreæ, Thomæ, & multorum aliorum, illa nihilo minus obtinuerunt auctoritatem, quæ ipsa ecclesiæ approbavit, & illa reprobata sunt, quæ ipsa reprobavit. Quare & omnes doctores ecclesiæ suas doctrinas merito ecclesiæ judicio submiserunt, & submitunt quotidie. Sic & Paulus ad Galatas 2. non obstante quod evangelium suum a Christi revelatione habuisset, tamen ut authenticaretur, ascendit cum Barnaba Hierusalem, ubi pro tunc ecclesiæ principaliter residebat, & contulit cum illis, scilicet apostolis, & aliis in quibus ecclesiæ consistebat, & seorsum cum illis, qui videbantur esse aliquid, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset.

Cum igitur ecclesiæ consuetudo obtinuerit generaliter a multis retro temporibus, ut non sacrificantes sub una specie communicent,

fueritque dicta consuetudo per generalia concilia approbata & declarata, non esse contra divinam voluntatem aut Christi præceptum, manifestum est, omnem auctoritatem cujuscumque doctoris, quantumcumque sancti, aut ingenio & sapientia præditi, contra hanc consuetudinem & statutum ecclesiæ nihil posse concludere, quapropter si adduceretur aliqua auctoritas, cui per aliquam prædictarum regularum non posset satisfieri ad plenum, maxime propter proterviam adversantis, respondens fidelis catholicus ad hanc ultimam regulam: tamquam ad portum tutissimum, confugiat, quia unico hoc ecclesiæ Sole, ut ait Hieronymus in disputatione contra Luciferos, omnium adversariorum argumentationum rivulus facile poterit desiccare. Ad laudem omnipotentis Dei, & exaltationem fidei catholicæ.

ANNO
CHRISTI
1431.

Et hic finis est posttroni & responsionis magistri Joannis de Ragusio sancta theologia professoris, ordinis fratrum prædicatorum, facta in sacro generali Basiliensi concilio, ad dicta magistri Joannis de Rothenano Bohemi, in articulo communionis sub utraque specie, anno domini MCCOCCXXXIII.

ÆGIDII CARLERII DECANI

ECCLESIE CAMERACENSIS

O R A T I O,

Qua respondit per dies quatuor in concilio Basiliensi ad articulum secundum Bohemorum, de corrigendis peccatis publicis, quem proposuit per biduum Nicolaus Taborita.

A Udists reverendissimi patres, illustrissime princeps, celeberrimi, incliti & doctissimi viri, venerabilesque oratores regni Bohemiæ, profundam, præcellam & veram positionem de communione divinisque eucharistiæ, per quam ostensum est, non esse de necessitate salutis, nec præceptum a Christo salvatore quoscumque non conscientiam sanctam communionem accipere sub utraque specie, scilicet panis & vini. Jam precor patientes aures commodate, facite quietum silentium, ut dum sermo, qui ut spero, de regalibus sedibus venit, in hoc divino cœtu libere currat, nullus subtilia speret ab ore dicentis; neque subest ingenium, neque hoc patitur materia. Debet, si philosophorum dicta meminimus, sermo rei esse subjectus, non res sermō. Unde cum de punitione peccatorum futura sit oratio, in ea ut in moralibus, typice & figurative procedendum est. Cum manus ad opus ponere tentavi, quorsum oculos, quorsum articulos digitorum scribentium, quorsum denique animam voverem pavidus nesciebam. Obluit se lata materia, & angustus erat locus ingenii, sparsa valde, & colligendi virtus non erat. Quodque cum necessitatem rei intelligerem, quod in ea pendeat salutis orbis, & signanter catholicæ ecclesiæ, ultra quam credi potest, timor & tremor venerunt super me, & con-

Plato. 1.
& con-

ANNO
CHRISTI
1682ANNO
CHRISTI
1682

Et contexerunt me tenebra. Ea propter postu-
lavi a domino, ut oriretur mihi sol verita-
tis, ut pergerem ad opus meum, & ad ope-
rationem meam usque ad vesperam, id est fi-
nem hujus ætus, & dixi: *Revela oculos
meos, & considerabo mirabilia de lege tua,*
psalmo 118.

Non miretur aliquis, quod revelationem pe-
to Aculorum: pro regendo uno populo rex
Salomon sapientiam poposcit, ut sciret introi-
tum & exitum suum. Et ego vermis & cinis
pro reparatione populi universi lumen sapientie
non queram? Ille de populi circumcisi te-
ginis æturus erat, nec in viribus suis fuit
confidens: & ego pro salute Christianorum, pro
quibus dominus nosset Jesus Christus sangui-
nem suum fudit, pro pace & unitate labo-
rem assumens, ut qui conjunxit duos parietes
Judeorum & Gentilium, in uno angulari lapi-
de Christo Jesu, jungat & nos in vinculo Spi-
ritus & caritatis. Spero in virtute mea?
magna certe mihi cura est vos & hoc famo-
sum atque inclytum regnum Bohemæ, Gal-
lie meæ regioni olim amicam, conciliare &
sociare in fœdere sempiternæ pacis, & ut u-
nanimis de cætero habitemus in domo domi-
ni, unde ipsos dilectos propter Deum véné-
randos nuntios Bohemorum oratores velim, ut
si aliter sapiam quoad aliqua, quam ipsi in
articulo de punitiione publicorum peccatorum,
non moveantur eorum resides animi neque
enim ad rosas venit nisi per medium spina-
rum, nec mel quis reperiat, nisi se ingesse-
rit exercitui apom, neque in difficilibus nisi
post disputationem veritas lucebit. Si in hoc
non fit modicus labor, non erit tenuis glo-
ria. Aperui oculos mentis.

Peto patres dignissimi, quoniam visio mihi
offensa est, & eam non plene intelligo, cala-
mitatem ecclesiæ mente revolvens, cum super
eam plorarem planctu magno, ut alter Jere-
mias, vidi ollam succensam & faciem ejus a
facie Aquilonis. Et quoniam intelligentia o-
pus est in tali visione, dixi Deo: *Revela
oculos meos, & considerabo mirabilia de lege
tua.* Dicam tamen ut intelligo, quoniam sit
hæc olla, quæ succensio, quæ facies contra
faciem Aquilonis. Olla ista hujus sacrosanctæ
synodi, nec non & horum venerabilium o-
ratorum Bohemæ cogitatio est, in qua ut in
olla, concepta & avitata reponuntur. Siqui-
dem intellectus possibilis est omnia fieri, ut
agens omnia facere: succensio, ardor & ze-
lus est; facies, quæ anterior pars est capitis,
intentio non incongrue accipitur. Aquilo re-
gio frigida & sicca, a qua, ut Jeremias pro-
pheta testatur, panditur omne malum & pec-
cata. Carent enim calore gratiæ, & humore
pietatis.

Cogitatio itaque hujus sacri concilii & præ-
sentium venerabilium oratorum Bohemæ suc-
cenditur, & hujus cogitationis intentio versa
est contra peccata in olla cogitationum ve-
strarum, patres eximii, & viri venerabiles,
professo comburantur, quoniam adversus ea
zelus affectuum vestrorum commotus est. Sed
quemadmodum ignis in aliena materia urit
& crepitat, ita quamdiu in peccata zelus ac-
cenditur, turbidus est & inquietus. Et sicut
ignis in propria materia jam non ignis, car-
bo, aut ignis flamma, sed ignis lux est non
urens, sed lucens, non agitata, sed quieta:

Concil. General. Tom. XXIX.

ita cum zelus exultis peccatis in meditatione
permanet, lucidus est, non urit, non laborat,
sed tamen in ardore crevit, de quo Propheta
psalmo 38. *In meditatione mea exardebit ignis.*

Quis vero succensior & olla faber est qui sus-
flavit sub ea prunas? ipse est venerabilis pro-
ponens articulum de punitiione peccatorum,
prunas rationum suarum & auctoritatum cum
retulit, sufflavit, quem creans dominus ad vos
misit, ut ollam ardentem amplius succenderet.

De quo Isaiæ xii 34. capite: *Ecce ego crederi sa-
brum sufflavit in igne prunas, & proferentem
tus in opus suum, adeo dilectus meus faber ex-
sufflavit, & prunas succendit, ut olla ipsa pe-
no resoluta liquecat.* Sed sicut cum videt o-

perarius flammam excretere, ut vas proferat
in opus suum, aquam mittit in ignem, neque
tamen succendere desinit, ita cum zelum ven-
erabilis proponens admodum vehementem
viderem ad combustionem vitiorum, timens
cum vitia etiam ipsius ollæ ustionem, aquam
moderationis hujus ignei zeli ut alter faber
mittere curavi, videram equidem quoniam flamma
ultra fornacem effundeatur cubitis multis,
& succenderat eam valde, unde ego intelligens
omnem excessum periculolum, imo utile in
vita esse. Ne quid nimis, præterea quod ma-
le ministrat omnia impetus, socius officio, dif-
ferenti ministerio, præparavi antidotum, aquam
ad ignem attuli, ut aliquid ex ambobus no-
bis medium fieret; medium enim amat do-
minus: stat medius venientium ad bap-
tismum: Jesus in medio doctorum est: in medio
duorum aut trium congregatorum in nomine
suo in medio discipulorum suorum, dum dixit,
pax vobis. Non est ergo pax nisi in medio.

Igitur extremitatem venerandi proponens
ad medium tentabo reducere, ut ad pacem
veniamus, tunc in camino ignis erit, ut in
propria materia, dum purgatus vitiorum rubi-
ginibus & combustis, ignis cælestium deside-
riorum ardeat suaviter, hunc dominus susci-
tat, hunc dominus agitat, hunc succendit,
de quo ipse loquitur Luca 12. *Ignem veni
mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?*

Ideo ignem misit in terram quoniam juxta ver-
ba legis, Deus ignis consumens est, Deus æ-
mulator qui in rubo ardenti apparuit, qui du-
ctor fuit populi in columna ignis per noctem:
tunc impletum est verbum evangelici prophete
Isaiæ 10. *Erit lumen Israel in igne, & san-
ctus in flamma ignis,* luceat ignis iste obsecro
domine in corde meo, ut revelentur oculi
mei, & considerem mirabilia de lege tua, ar-
deat ad consumptionem peccatorum, ut ver-
ba ignea proferam, & sit sermo meus ut facula
ardens, ut illo ollam cordis per venerabi-
lem proponentem supra modum, quantum in
se fuit, succensam, nec furere faciam, nec
extinguam, sed asperis aquæ moderationis,
servorem cordium in correctione temperet, &
ignitum eloquium frigida commoveat, quate-
nus reformatione sanctæ ecclesiæ ad Dei laudem
peracta, zelus domus Dei ultra non crepiter,
nec prunas denuo sufflare necesse habeamus
in præsentii; sed luceant fidelibus quasi lumi-
naria in firmamento, & tandem in lumine
fortis sanctorum fulgeant ut stelle in perpe-
tuas æternitates, præstante domino Jesu Chri-
sto, qui est lucerna ejus, qui cum Patre &
Spiritu sancto est Deus benedictus in sæcula
seculorum. Amen.

ANNO CHRISTI 1635

Ad declarationem veritatis materiam secundam articuli, qui est de punitione peccatorum, nuper pro parte venerabilium oratorum inclyti regni Bohemiae propositi venturus, & veritatem iuxta vires ostensurus, unam protestationem, unamque supplicationem ut componerem, ratio iudicavit. Protestor, quod iam dicenda submitto correctioni, & emendationi hujus sacrae synodi Basileensis, affirmans quod affirmandum dictabit, negans quod negabit, a sua confessione nullatenus, quamdiu vixero, discessurus. Supplico cum omni reverentia, ut dicenda universi cum omni mansuetudine suscipiant, scientes quod neque animo turgido vel indignanti, neque temerario proposito, sed in spiritu lenitatis, & in visceribus caritatis zelus domus Dei hanc sarcinam me suscipere coegit.

Articulus Huiusmodi

Audistis, patres reverendissimi, inclyti domini, ac viri percelebres, prolatum articulum sub hac forma: Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri potest, privata, aliaque deordinationes legi Dei contrariae, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorundem, debite iuxta dictamen divinae legis per Christi fideles tam spirituales, quam seculares, prout congruit utriusque, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propollenda. Deducendo enim proponens propter Christum dilectus, multa interruit, scilicet de potestate legis humanae, per quos, & quando peccata publica & secreta, quantum fieri potest, sine corripienda, de peccatis prelatorum & sacerdotum, de indulgentiis, absolutionibus & consecrationibus, de peregrinationibus, & venerationibus reliquiarum, & excessibus circa illas, de pluribus sceleribus alius intrinsecus & extrinsecus contingentibus sacerdotes ipsos & alios fideles. Materiam igitur hanc latam & spatiosam ad tria puncta breviabo. Primum erit de punitione peccatorum publicorum, de veritate tenenda circa unam specialem materiam huic proposito aliquoties attinentem. Secundus pertrahabit, per quos fieri debeat peccatorum publicorum punitione. Tertius satisfacet pro posse rationibus per proponentem inductis, & erit de aliquibus incidenter per eum expositis, & excessibus narratis, cum indicatione, ut circa haec fiat debita per reformationem provisio.

De his rebus tractat

Quantum ad primum de punitione peccatorum privatorum, non est magna difficultas, maxime ut in articulo proponitur, quia dicitur: Et quantum rationabiliter fieri potest privata. Tamen de illis aliquid dicitur in prosecutione materiae de punitione peccatorum publicorum. Notandum ergo quod peccatum mortale multas habet descriptiones, non enim habet definitionem dicentem quid est. Nam multa sunt entia non habentia quidditatem vel essentiam, ut sunt privationes & negationes, & sic descriptiones peccati mortalis sunt sermones majoris declarationis. Ita dantur a beato Augustino quatuor descriptiones peccati mortalis. Primum, peccatum mortale est, dictum, factum vel concupitum contra legem Dei. Secundum, peccatum est voluntas retinendi vel consequendi quod iustitia vetat, hoc dicitur libro de duabus animabus. Tertium, peccatum est, neglectis rebus aeternis temporalia sectari, hoc dicit de libero arbitrio. Quartum, peccatum est, uti fruendis,

Contra Fasam Manichaeum II. 22 c. 17. De duabus animabus cap. 11. De libero arbitrio c. 14. L. 23. quae omnia quae. 30.

& frui utendis, libro 83. quaest. Ambrosius sic peccatum diffinit: Peccatum est praevicatio legis divinae, & celestium inobedientia mandatorum. Anselmus peccatum est carentia debite iustitiae ex propria voluntate procedens. Quoniam vero formale peccati est defectus a rectitudine; rectitudo autem por essentiam est lex aeterna participata in recta ratione: Forma peccati est exorbitatio a lege Dei, aut recta ratione: & hic recessus a rectitudine debita, ponitur in omnibus descriptionibus Augustini. Est verum quod etiam ponitur materiale peccati scilicet actus. Itaque omnes descriptiones peccati ab Augustino datae complectuntur materiale & formale. Descriptio Ambrosii dicit solum formam & causam deficientem, ex quod illud formale procedit, cum dicit, a voluntate procedens, a voluntate scilicet non efficiente, sed desciente, cuius defectus est causa carentiae rectitudinis debite inesse actui, qui dicitur culpa aut peccatum. Haec dicta sunt, quia quid nominis est principium doctrinae. Inter caeteras descriptiones, illa quae est Ambrosii, videtur bene propria, quia formalis, & illam accepit proponens articulum.

ANNO CHRISTI 1635
Ambrosii de praevicatio legis divinae & celestium mandatorum, lib. 1. cap. 7.

Secundo notandum, quod peccatum dicitur publicum, quod habet facti evidentiam, quod probabiliter negari non potest. Privatum vero, quod caret tali evidentia facti, quemadmodum dixit proponens.

Tertio notandum, ad tollendum equivocationem in sequentibus quadruplex est iudicium. Quoddam est discussionis, aliud est condemnationis vel generaliter diffinitionis secundum quod est actus iustitiae. Aliud comparationis, aliud affectionis. De iudicio discussionis seu discretionis ostendens apostolus quomodo homo debet se ipsum probare, ait: Quod si nosmetipsos iudicaverimus, non utique iudicabimur. De iudicio comparationis, quo aliqui iudicari dicuntur, quia respectu aliorum aliqui iudicantur, ut loquitur Alexander de Ales in 3. scribitur Matthaei 12. Viri Ninivitarum surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in praedicatione Iona, & ecce plus quam Iona hic, Regina Aegypti surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terra videre sapientiam Salomonis; & ecce plus quam Salomon hic. De iudicio affectionis Matthaei 19. Iudicantes 12. tribus Israel. Haec ista distinctio utilis erit ad propositum in sequentibus de consideratione peccati secundum se, & in comparatione ad subiectum, non est inutilis distinctio ut in sequentibus cohibito ad peccatum in se referatur, correctio autem, punitione & propulsio, ad peccatum in subiecto, id est ad peccantem.

1. Cor. 11.

Par. 2. c. 11. art. 2.

Quarto notandum, quod duplex correctio: quidam est actus iustitiae pro cohibitione peccati, alia est caritatis ad conservationem conscientiae, & hoc iterum ad tollendam equivocationem in tollendis non erit impertinens. Nam saepe propter identitatem nominis confusio quae de una in aliam.

Exordiendo igitur ab origine legum, sit haec propositio 1. Ponenda est lex aeterna in summo omnium principio, cum eadem vivandis divina providentia regatur, necesse est in gubernante esse dictamen practicum omnium ab eo directorum, in quantum a ratione practica artis increatae processit, ut sic sua providentia in ipsum

propositio prima.

ANNO CHRISTI 1613. Aug. de libero arbitrio cap. 6. Aug. de vera relig. cap. 10. tom. 1.

Rom. 13. Glof. ord. in cap. 1. ad Rom.

Præmissa. Summa.

S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 3. in corp.

ut finem ultimum reducat. De qua dicit beatus Augustinus in libro de libero arbitrio: Lex que summa ratio nominatur, non potest cuiquam intelligenti nisi incommutabilis æternaque videri. Et idem de vera religione dicit: Menti nostræ concessum est videre legem veritatis immutabilem, sed omne immutabile dicitur æternum: ponenda est ergo lex æterna. Ab hac derivatur in nobis lex naturæ, velut quedam participatio ejus, per quam inclinamur ad proprios actus ad finem vitæ humanæ, de qua super illo ad Romanos 2. Cum gentes que legem non habent, naturaliter ea qua legis sunt faciunt, hujusmodi legem non habentes sibi ipsis sunt lex. Dicit glossa: Bisi non habent legem scriptam, habent tamen legem naturalem, qua quisquis intelligit & sibi conscius est, quid bonum, quid malum. Hæc est impressio de qua Propheta in psalmo quarto: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. De hac etiam dicit Augustinus in libro 83. ex ineffabili atque sublimi rerum administratione, que fit per divinam providentiam, quasi transcripta est lex naturalis in animam rationalem.

Secunda propositio. Ultra legem æternam & legem naturalem oportet ponere legem humanam, humana enim ratio non potest participare ad plenum dictamen rationis divinæ, sed suo modo & imperfecte ac secundum obsecram resonantiam, ut loquitur Albertus Magnus. Ideo sicut ex parte rationis speculativæ per naturalem participationem divinæ sapientie inest nobis aliquorum communium principiorum cognitio, non autem cujuslibet veritatis, sicut in divina sapientia continetur; sic etiam ex parte rationis practicæ naturaliter homo participat legem æternam secundum quedam principia communia, non autem secundum particulares directiones singulorum, que in æterna lege continentur. Unde necesse est quod ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones. Et hæc dicuntur lex humana. Sic dixerunt quidam, quod initium juris est a natura profectum, deinde quedam in consuetudinem, ex utilitate rationis, venerunt: postea res a natura profectas, a consuetudine probatas legum metus & religio sanxit.

Igitur prima ratio necessitatis legis humanæ sumitur ex imperfectione rationis nostræ que de singulis agendis non potest iudicium ferre ex solis principis practicis legis naturæ. Et illam tangit S. Thomas 1. 2. quæst. 91. art. 3. in corpore. Præterea etiam vi resurgentiæ legis æternæ in nobis, & super vultus rationalis creaturæ infusis radiis divini luminis, quedam naturalis inclinatio fit in nobis ad virtutes, perfectio tamen est per aliquam disciplinam, que perfectio præcipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas proni sunt homines, maxime juvenes. Ideo necesse est hanc disciplinam haberi ab alio. Et quidem in bene dispositis ad virtutes ex bona dispositione naturæ, vel consuetudine, vel divino munere, sufficit disciplina paterna, que est per monitiones in proutis vero ad vitia, qui verbis non facile moventur, necessaria est disciplina coercitiva per vim aut metum, ut saltem sic male facere desistant, denique cæteris vitam quietam, & tandem mediante consuetudine,

ad hoc perducantur, et voluntarie faciant, quod a principio metu impleverunt. Tali vero disciplina est disciplina legum. Hæc ratio tangitur a B. Thoma 1. 2. quæst. 95. artic. 1. in corpore. Hæc duæ viæ differunt, quia una sumitur penes cognitionem, alia penes actionem. Ex prima ratione sequitur, quod multa præcepta legis humanæ derivantur ex præcepto legis naturalis, & communiter per modum determinationis communium principiorum, sicut ex illo principio legis naturæ: Qui male facit est puniendus; derivatur præceptum, quod tali vel tali pena est puniendus. Aliqua etiam derivantur ex præceptis legis naturæ per modum conclusionum ex principio, ut ex illo legis naturæ: Nullum malum est faciendum; derivatur illud præceptum legis humanæ, Non est occidendum, scilicet propria auctoritate: Et ea que derivantur per modum conclusionum ex præceptis legis naturæ, sicut ex principis, vigorem habent, non solum quia lege sunt posita, sed etiam ex lege naturæ. Quæ vero derivantur per modum determinationis, cum non sint inclusa in illis, ut sunt conclusiones in principis, habent ex sola lege humana vigorem. Hæc in summa habentur a Thoma 1. 2. quæst. 91. art. 1. in corpore. Et infra, quæstione 90. art. 3. & 4. ostendit, quod lex divina ordinat hominem ad Deum, & ad hominem & quod utrumque in communi pertinet ad dictamen legis naturæ, ad quod pertinet præcepta moralia determinare. Determinatio in his que ordinant homines ad Deum, facta est in lege veteri per ceremonialia. Determinatio vero in his que ordinant homines ad invicem, facta est in lege ipsa per judicialia. Et hujus determinationis ceremonialium & judicialium necessitas fuit, quia universalis non movent sufficienter ad opus: unde ex hoc præcepto: Deus est adorandus, sine particulari pius & religiosus affectus nesciebat exire in opus, sed aut ut inspirabatur unicuique, ut factum est ante legem datam, aut exposit per ceremonialia sunt determinatum, sic adoratum est, sic sacrificatum est tunc: ideo etiam ex præceptis: Non furum facies, Non mæchaberis, & sic de aliis, qua sunt legis naturæ & moralia, si non fuisset determinatum postea, qua pena fur, aut mæchus, aut homicida, & sic de aliis, puniendus erat, iudex non nisi proprio arbitrio penam scivisset infligere; ideo ut debitus ordo hominum ad invicem & pacis ordo servaretur, oportuit judicialia præcepta superaddere moralibus.

Videns exemplum quantum ad illud de observatione sabbati, quod in generali, quantum ad actum colendi, morale est, quoniam Moyses non habens qua pena puniendus erat, qui ligna collegerat in sabbato, dominum consuluit. Et iterum Josue super furto Achior, quod non simplex furtum videbatur, sed furtum de anathemate Jericho, responsum petiit a domno. Quoniam vero ceremonialia legis veteris sunt mortua & mortifera, & judicialia ejusdem mortua, necesse fuit sub lege gratiæ esse leges humanas, que præcepta moralia legis divinæ & naturalis per derivationem ab illa determinarent. Alioquin iudex homo sepe nesciret furem, homicidam, adulterum qua pena puniret sicut sciens quod currendum est, sed nesciens quo cursum diri-

ANNO CHRISTI 1613.

Num. 15. Josue 7.

Pro Achas.

ANNO
CHRISTO
1411

ANNO
CHRISTO
1411

Proposito
111.

dirigeret, numquam inchoaret. Hæc ideo posita sunt, ut non despiciantur leges humanæ, sed omnino teneantur necessariæ, quæ tantum bonæ sunt, quantum divinæ legis rectitudinem & iustitiam imitantur.

Tertia propositio. Quamvis omnia peccata mortalia, & maxime publica, sint a quolibet fideli detestanda, non tamen omnia possunt puniri lege humana. Primam partem conclusionis suppono: probo sic: Isidorus v. Etymologici cap. XXI. dicit, quod lex debet esse honesta, iusta possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriæ loco, temporisque conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obsecrationem in captione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium conscripta. Ex hoc ergo quod lex debet esse possibilis secundum naturam & consuetudinem patriæ, & ex hoc quod pro communi omnium fertur utilitate, deducitur conclusio sic: Lex pendenda est hominibus secundum eorum conditionem: ergo secundum diversos hominum mores, diversæ leges sunt ferendæ, imo secundum varietatem temporum sunt mutandæ.

Cum igitur non sit eadem conditio perfectorum & imperfectorum: & aliqua sint possibilia perfectis, quæ non imperfectis; legislator, qui multitudini præest, cui & fert legem, in qua communiter major pars est imperfectorum, cuius intentio est civis facere bonos, possibilia multitudini debet præcipere: alioquin faceret eos deteriores, cum transgredierentur perfectionis præcepta. Ille ergo prohibet a quibus possibile est faciliter multitudinem abstinere, & quæ vertuntur in nocendum communitatis. Alia vero, quæ non sunt huiusmodi, tolerat & permittit. Hæc ex Thomas I. II. questione xxv. articulo III in corpore. Si vero multitudini, in qua major pars regulariter est imperfectorum, difficulta præciperet, & aut minus gravia prohiberet, quia nimis vellet emungere, eliceret sanguinem rebellionis & contemptus, aut turbationis pacis.

Part. 5.

Math. 9.

1. 1. q. 84.

Quod si vinum novum, id est, præcepta perfectæ vitæ, mittatur in utres veteres, id est, in homines imperfectos, utres rumpuntur, & vinum effunditur, id est: præcepta contemnuntur, & homines ex contemptu ad peiora mala prorumpunt. Hæc ex sancto doctore accipiuntur. Unde furta, homicidia, adulteria, &c. quæ conturbant politiam, & a quibus multitudo faciliter abstinere potest, humana & civilis lex prohibet. Simplicem autem fornicationem, aut simplex meretricium, si fiat vis in verbo, licet sit peccatum mortale, & divinæ majestatis offensivum tolerat. Nam per ipsum non turbatur politia: nec plebium multitudinem lusu, deliciis & voluptatibus deditam facile est abstinere. Dicit enim Hieronymus in epistola ad Oceanum: Venter mero æstuans cito desumpat in libidines: & quidam, Proximus, ait, a libero patre intemperantiæ gradus est. Imo punitio penalis huius peccati occasionem daret majoribus criminibus, & pararet in politia grave scandalum. Item Augustinus de hoc peccato loquens, lib. de ordine, ut Thomas refert, ait: Aufer mere-

trices de rebus humanis, turbaveris omnia libidinibus. Item de tolerantia Judæorum scriptum est Psalm. LVIII. Dominus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos. Et tamen sunt mali: igitur, &c.

De hac vero tolerantia sic dixit Thomas I. 2. questione x. articulo xi. in corpore: Humanum regimen derivatur a divino, & ipsum debet imitari. Deus autem quamvis sit omnipotens & summe bonus, permittit tamen aliqua mala fieri in universo, quæ prohibere posset; ne eis sublati, majora bona tollerentur, vel etiam peiora mala sequerentur. Sic ergo in regimine humano illi qui præstant recte, aliqua mala tolerant, ne aliqua bona tollantur, vel etiam ne aliqua peiora mala incurrantur. Allegat ibi Augustinum lib. de ordine dicentem. Aufer meretrices, &c. ut supra: Sic ergo infideles tolerari possunt, quamvis peccent, propter aliud bonum quod ex eis provenit, vel propter aliquod malum quod vitatur. Ex hoc autem quod Judæi ritus suo observant, in quibus olim præfigurabatur fidei veritas, quam tenemus, hoc bonum provenit, quod testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus, quasi figura nobis repræsentatur, quod credimus, & idem suis ritibus toleratur. Aliquorum vero infidelium ritus, qui nil veritatis aut utilitatis afferunt, non sunt aliquantulum tolerandi: nisi forte ad aliquid malum vitandum, scilicet, ad vitandum scandalum, vel dissidium, quod ex hoc posset provenire, vel impedimentum salutis eorum, qui sic tolerati convertuntur paulatim ad fidem: propter hoc enim etiam hæreticorum & Paganorum ritus aliquando ecclesia toleravit, quando erat magna infidelium multitudo. Hæc ille.

Item Gregorius dicit de Judæis, & habetur in decreto, distinct. XLV. cap. Qui omnes festivitates suas sicut hactenus ipsi & patres ipsorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant observandi celebrandique licentiam. Item Augustinus primo de libero arbitrio dixit: Lex humana non potest omnia quæ male sunt punire, vel prohibere, quia dum auferri vellet omnia mala, tollerentur etiam plura bona, & impediretur utilitas communis. Propterea idem eodem lib. ait: Ista lex quæ regendis civitatibus fertur, multa concedit atque impunita relinquit, quæ per divinam providentiam vindicantur: neque enim quia non omnia facit, ideo quæ facit improbanda sunt. Verum, si non omnia mala publica possit penaliter punire, tamen prohibet omnia & punit quæ vergunt in aliorum nocendum in politia. Nam Augustinus, ut Alexander recitat in suo III. ponit in lib. de decem chord. differentiam inter flagitiosos & facinorosos; & dicit, quod flagitiosi sunt, qui peccant in se; facinorosi vero, qui peccant in alios, eis nocendo. Et contra tales, qui nocent proximis, datæ sunt leges, ut cito de mediis rapiantur, uti scilicet sunt velut membra putrida in corpore societatis humanæ. Et ideo a societate sunt abscindendi.

Propterea sic dicit Isidorus v. lib. etymologici: Factæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formatio

Lib. II. ep. 11. cap. 3. distinct. 4.

Lib. I. cap. 3.

Cap. 10.

Isidoro lib. 5. cap. 20.

ANNO
CHRISTI
1433.

Augustinus
cap. 47.

dato supplicio refrenetur nocendi facultas. Co-
git interdum lex humana nonnullos legem e-
vangelicam observare, secundum quod dicitur
Lucæ XIV. *Exi in vias & spes, & com-
pelle intrare, ut impleatur domus mea.* Et
hoc testatur beatus Augustinus ad Vincentium
» Donatistam, dicens: Hæc autem primitus
» sententia mea erat, neminem ad unitatem
» Christi esse cogendum: verbo enim agen-
» dum, disputatione pugnandum, ratione vin-
» cendum, ne fidos catholicos haberemus
» quos apertos hæreticos noveramus. Sed
» hæc opinio mea non contradicentium ver-
» bis, sed demonstrantium superabatur exem-
» plis. Nam primo mihi opponebatur civitas
» mea, quæ cum tota esset in parte Dona-
» ti, ad unitatem catholicam timore legum
» imperialium conversa est, quam nunc vi-
» demus ita hujus vestræ animositatis perni-
» ciam detestari, ut in ea nunquam fuisse
» credatur. Et commemoratis aliis pluri-
» bus, subjungit: His omnibus terror legum,
» quibus promulgandis reges serviant Deo
» in timore, ita profuit, ut nunc ali dicant:
» Jam hoc volebamus, sed Deo gratias, qui
» nobis occasionem præbuit, & dilationum
» morulas amputavit. Alii dicant: Hoc esse
» verum jam sciebamus, sed nescio qua con-
» suetudine tenebamur: Deo gratias, qui vin-
» cula nostra dirupit, & nos ad pacis vin-
» cula transtulit. Alii dicant: Nesciebamus
» hic esse veritatem, nec etiam discere voleba-
» mus; sed nos ad eam cognoscendam metus
» fecit esse intentos, quo timuimus, ne for-
» te sine ullis rerum æternarum lucris, dam-
» no rerum temporalium feriremur: gratias
» Domino, qui negligentiam nostram stimulo
» terroris excussit. Alii dicant: Mos falsis
» rumoribus terrebarum intrare, quos falsis
» esse nescieremus nisi intraremus, nec intrare-
» mus, nisi cogereur: gratias Deo, qui tre-
» pidationem nostram flagello abstulit, exper-
» tos docuit, quam vana & inania de eccle-
» sia sua mendax fama jactaverit. Alii di-
» cant: Putabamus quidem nihil interesse,
» ubi fidem Christi teneremus: gratias Deo,
» qui nos a divisione collegit, & hoc uni
» Deo congruere, ut in unitate colatur, o-
» stendit. Serviant ergo reges terræ Chri-
» sto, leges edendo pro Christo. Hæc Au-
» gustinus.

Ex quo sequitur, quod illa mala quæ lex
humana permittit ad vitandum majus malum,
& maxime illa quæ sunt circa delectationes
tactus, gustus, & olfactus, sicut est simplex
fornicatio, & magis proprie loquendo, sim-
plex meretricium, tenetur pro posse restringe-
re, puta quantum ad locum, ut meretrices
non sint in loco honesto civitatis, sed in lo-
co quasi sterquilini, ubi sunt purgamenta
civitatis. Nec sint in locis privatis, ne inve-
recundius peccetur, sed in loco publico. Et
melius videtur fortasse, ut in suburbis ci-
vitatum. Quantum ad progressum, nec cur-
rere permittantur per vicos & plateas civita-
tis, non tabernas aut comestiones cum viris
frequentare. Quantum ad ornatum, ne pretio-
sis utantur vestimentis, ne auro vel argento
capita fulgeant, non intortis crinibus, non
in extrinseca capillatura videantur ab ho-
minibus, non tunice manicas ad terram ha-
beant, non redimicula mitræ, ne, ut quidam

loquuntur, videantur Idææ Peregynthiæ matris.
Sicque, et legem humanam civilem fieri de-
bet, ut non sicut licitum, hæc pestis maneat
in urbibus, sed tamquam malum, licet mi-
nus, ad vitandum majora: ita ut quantum
possibile est, insolentia reprimatur, nec in lo-
co permittantur meretrices manere, ad quem
pateat aliunde licitus accessus. Propellantur
ergo omnino a domibus mechanicorum, stu-
sarum, & locis balnealibus: ne sub prætex-
te alicujus liciti peccetur licentius: quin imo
nec permittantur simili habitu uti, ut honestæ
mulieres.

Tenetur insuper lex civilis delectationes gu-
stus temperare pro posse, scilicet ne tabernas
virii scurriliter, & sic ingurgitando frequen-
tent, nec illic taxillarii aut alii accedant: nec
pateat illic femine suspectæ accessus. Ne ta-
bernarii vina sophisticent: ne ad eos acceden-
tibus falsa offerant irritamenta malorum. Et
generaliter posset prohibere humana lex, &
punire omnia peccata mortalia publica, a qui-
bus facile est multitudinem abstinere, tribus
concurrentibus, scilicet jurisdictione, a con-
junctione, & pace salva, de quibus dicitur
infra. Alia tolerat & permittit propter quid,
bonus legislator, ut ædificatores in Lesbia in-
sula. Est enim Lesbia insula, in qua regula
plumbea ædificare oportet, eo quod sunt ibi
durissimi lapides citius malleo frangibiles,
quam ut possint eorum nodi resuscitari. Ita-
que regula ibi ædificantium plumbea est, ut
ad durissimos lapidum nodos flectatur, &
rursus resuscitetur, non omnes, sed enormes
tortuositates devitans.

Hæc est doctrina principis Peripateticorum
Aristotelis, v. Ethicorum: a quo sicut a cæ-
teris, ut ait Augustinus, tamquam ab in-
justis possessoribus catholici possunt extorque-
re veritatem: Sic servit Domino in timore
lex humana. Sic tamen discat a lege Do-
mini lex humana, ut non puniat omne pec-
catum mortale quod fit in hoc sæculo. Et ta-
men aliqua crimina licite potest punire mor-
tis supplicio. Nec in hoc contradicit evange-
lica legi, ut proponens exposuit. Probat
hoc sic: Glossa interlinearis super illo Exodi xx.
Non occides, dicit: Judex non occidit reum,
sed lex quæ jubet. Innuens quod auctoritate
justitiæ hoc liceat: quia si nulla auctoritate
hæret, superflue dixisset, Sed lex. Hæc glof-
sa non est præcepti judicialis nec mortui, sed
moralis in lege gratiæ manentis in vigore.
Nam secundum quod dicit Rabbi Salomon,
ut recitat Nicolaus de Lyra, in isto precepto
homicidium tantum prohibetur, propter quod
imponitur poena mortis. Alia vero mala quæ
corpori aut rebus possunt inferri, prohiben-
tur aliis præceptis judicialibus. Item scriptum
est Proverbiorum VIII. *Per me reges regnant,
& legum conditores iusta decernunt.* Deus au-
tem potest occidere, cum sit auctor vitæ, &
mortis habeat imperium, ipso dicente Deuter.
XXXII. *Ego occidam, & ego vivere faciam
percutiam, & ego sanabo.* Ergo reges quibus
ipse concessit regnare, hoc possunt facere
per justitiam, scilicet, mortem inferre. I-
tem ad Romanos I. dicitur de committenti-
bus gravia mortalia: *Qui agunt talia, digni
sunt morte.* Sed de iudice dicitur in XIII.
quod Dei minister est: ergo quos Deus judi-
cat ad mortem, potest iudex licite interfice-
re;

ANNO
CHRISTI
1433.

Leg. con-
silio.

Art. III.
Ethicorum,
cap. 10.
S. Thomas,
1^o 2^o q. 15. Au-
gust.

ANNO CHRISTI 1431

ANNO CHRISTI 1431

re: & maxime illos, qui per legem divinam adjudicandi sunt morti. secundum quod dicitur Luca XIX. Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me liem ad Romanos x i i s. dicitur de temporali principe: Non sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum facit. Ergo maleficum occidendo non peccat, cum facit auctoritate iustitiam, quia Dei minister est.

Cyprianus ad Fortun. de exhortatione martyris cap. 3.

Cyprianus super illo Deuter. XIII. Si audiveris in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illis, dicentes: Eamus, servemus diis alienis quos non nosti, interficiens necabis omnes qui sunt in civitate ea. de gladii, dicit: Huius precepti memor Mathias i. Mach. II. interfecit illum, qui super altare sacrificabat. Si autem adventum Christi hæc precepta sunt, quanto magis post adventum Christi sunt observanda? Et si dicitur quod non est observandum hoc preceptum, quia iudiciale, & per consequens mortuum: esto, quod ea ratione, qua iudiciale erat, non sit servandum: tamen ea parte qua in nova lege fundamentum habet, sicut expositum est ex verbis Apostoli ad Romanos I. & XIII. & sicut statim patebit in verbis Salvatoris implicite contentum, licite potest impleri.

Augustinus in questionibus Leviticus 24. q. 48. ad cap. 16. S. Hieronymus ep. 53. adver. Vigilantium. Num. 15. 3. Reg. 18. Abt. lib. 6. Act. 5. Act. 13. Deuter. 13.

» Amplius beatus Augustinus dicit: Cum quis iuste occiditur, lex occidit, non tu. ait ad iudicem. Rursum dicit Hieronymus ad Riparium: Non est crudelitas criminis pro Deo punire, sed pietas: & quod de punitione ultimi supplicii scilicet mortis intelligat, apparet, quia premisit: Legi vindictam Phineas, austeritatem Eliaz, zelum Simonis Chananei, qui in duos magos Zaroë & Arphaxat ignitos serpentes extorsit, Petri severitatem Ananiam & Sphiram trucidantis Paulique constanciam, qui Elymam inagnam æterna cecitate damnavit. Et tunc subiungit: Non est crudelitas criminis pro Deo punire, &c. Et post hæc verba subiungit: Unde & in lege dicitur: Si pater tuus & amicus, & uxor qua est in sinu tuo, depravare te voluerint a veritate, si manus tua super eos & effunde sanguinem eorum, & auferes malum de Israel. Item Augustinus in sermone Domini in monte, ait: Elias multos morte affectit, & propria manu & igne divinitus impetrato, quem constat Spiritu sancto repletum. Sic dicitur Luca x. de Joanne Baptista, Ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliaz, & alii multi magni & divini viri eodem spiritu consulendi rebus humanis non temere id fecerunt. Item idem in eodem: Verbis Apostoli Petri Ananias & uxor eius, sicut in Actis Apostolorum legimus, exanimis ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti. Ex quo sumitur ratio, quod si in plenitudine temporis nullum liceret occidere, Petrus aut non occidisset, aut, ut communiter dicitur, sententiam mortis non promulgasset.

lib. 1. ultra medium.

Act. 5.

Part. 3. quæst. 67. membr. 6. art. 1.

Adduco pro hac parte rationes Alexandri de Ales doctoris irrefragabilis. Prima, si ex iustitia leviores pœne inferendæ sunt alicui pro culpa aliqua, cum ipse per illas non dum corrigatur, sed addit præteritæ culpæ contumaciam; manifestum est quod cum con-

tumacia est grave peccatum, quod merito contumaciæ debet crescere pœna, aut contumacia remanebit impunita. Quia ergo crescere potest quantumlibet contumacia, crescere potest de iure quantumlibet & pœna. Quare necesse est, ut ipsa vel sit mors corporalis, vel æqualis illi, cum mors corporalis non sit pœna infinita. Per hanc autem viam a flagellis levibus venit ad gravia, a gravibus ad vulnera, ab illis ad tormenta, a tormentis ad ipsam mortem, per similia contumaciæ tormenta.

Secunda ratio. Cum proportionales sint culpæ pœnæ illis debite, si ergo alicui culpæ debetur flagellatio, majori culpæ dubio major flagellatio debetur. Et sic in decuplo, & centuplo, & tanta poterit esse flagellatio, quod inducet mortem; sequitur ergo de necessitate, quod mors corporalis pro aliqua culpa potest infligi.

Tertia ratio. Occidens hominem iniuste, aut puniendus est pœna mortis, aut minori. Si primum, habetur intentum. Si pœna minori, aut finite minori, aut infinite. Non secundum, quia non servaretur æqualitas pœnæ ad culpam, contra illud: Secundum quantitatem delicti erit & plagarum modus: & contra illud Apocalypsis XVIII. Quantum glorificavit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Si finite minori, adhuc idem. Et sicut dum quis damnificavit aliquem in mille marcis, non sufficienter puniretur restituendo unam, sic nec in proposito.

In periculo sentis magis quam verba cœnantur. Deuter. 35.

Quarta ratio. Aut mors corporalis major est omni culpa, aut non. Si primum, ergo iniustus est Deus, qui eam infligit toti generi humano pro comestione fructus ligni scientiæ boni & mali. Iniustus est Christus, qui eam inferet Antichristo, sicut dicitur II. ad Thessalonicenses II. Quem Christus Iesus interficiet spiritu oris sui. Si secundum, ergo inferri potest licite pro aliqua culpa. Nec valet quod dicunt Dominum Matthæi v. dixisse: Ego autem vobis omnino non resistere malo. Nam sicut dicit Augustinus, non prohibetur vindicta que fit ad correctionem. Et iterum idem ait ibidem: Officia vindictæ possent bono animo impleri, quomodo iudex, quomodo lex. Intelletur ergo prohibita injuria personalis vindicanda libidine vindictæ, non de injuria Dei vel sceleris vindicanda zelo iustitiæ: Nec illud quod allegant ex Matthæi XIII. de prohibitionem eradicationis zizaniorum, valet: nam hoc fecit Dominus ut parceretur tritico, non ut parceretur zizaniis in detrimentum tritici. Ideo ubi crescunt zizania in detrimentum tritici; & suffocationem, nullatenus crescere sinendi sunt; sed si opus est per mortem corporalem vindicandi.

Augustinus questionibus super evangelium lib. 1. quæst. 10.

Rursus nec prohibuit Dominus simpliciter eradicationem zizaniorum, sed eradicationem generalem, dubiam & suspectam; ne scilicet de ambiguo iudicemus, ut est inter lolium & triticum, dum sunt in herba. De isto inferius aliqua dicentur. Dicit ergo Alexander: Maleficus potest interfici duplici de causa, aut quia homo, aut quia maleficus. Si interficiatur quia homo, interficitur odio personæ: & hoc prohibetur cum dicitur, Non occides: quia maleficus occiditur odio malitiam & amore iustitiæ. Et tunc distinguendum Aut

Alexander de Alie part. 3. quæst. 14. membr. 1. art. 1.

ANNO
CHRISTI
1493Sv. lib. 8.
super Ezechiel.
in c. 1. Item
89. q. 1.
Qui male,
cap. 19.

Aut occiditur ab illo, qui habet auctoritatem, ut, a principe seculari: & hoc non prohibetur ibi, *Non occidas*. Aut ab illo, qui non habet potestatem: & sic prohibetur, cum dicitur: *Non occidas*. Non est ergo, illicitum occidere maleficum in eo quod maleficus, ab eo qui habet auctoritatem: imo in hoc ille est Dei minister, teste beato Hieronymo libro IV. super Ezechiel, dicente: Qui malos percussit in eo quod sunt mali, & habet vasa interfectionis, id est, potestatem ut occidat pessimos, minister Domini est. Sanctus Thomas II. II. questione LXIV. articulo II. & III. in corpore, determinat quod peccatores possint iuste occidi pro salute totius reipublice, ad quam quilibet comparatur ut pars. Unde sicut membrum putridum pro salute corporis licite potest a corpore abscindi: sic peccator periculosus reipublice & infectivus, qui verisimiliter non potest sanari, propter salutem boni communis laudabiliter & salubriter occiditur: *Moticum enim fermentum totam massam corrumpit*, I. ad Corinth. V. Ostentis in summa I. libro titulo XXV. idem dicit in substantia quod Alexander & Thomas: & rursus de eodem libro XIV. De Lyra idem sentit Exodi XXXIII. *Infontem & iustum non occidas*. Ex verbis enim suis potest hoc elici, & in hoc concordant doctores. Unde nescio unde venerit hæc adinventio, nisi ut major licentia detur, fingere volentibus nova.

Tanta de lege humana dicta sunt, quia ponens in articulo suo videtur eam negligere, quoad correctionem, castigationem, expulsiōnem peccatorum publicorum, aut parvipendere, imo contemnere in quodam notabili, ubi dicit: » Ne autem aliqua ex istis divinis modis peccata castigandi aut corrigendi occasione accipiant secundum judicialia » legis pro nunc obligantia, aut secundum » humanas leges legi evangelicæ dissonas, » reos mortis supplicio puniendi. Illud præmissis adjungimus. Ubi videtur dicere eas legi evangelicæ dissonas, plectere mortis supplicio: cum tamen audiveritis Salvatorem nostrum hoc facturum in Antichristo, Petrum fecisse, aut a Domino factum promulgasse in Anania & Sapphira; audiveritis auctoritates veteris & novi testamenti, & doctorum sanctorum, cum rationibus difficilibus Alexandri.

Propositi
quarta.

Jam ad eorum intentionem magis accedo, ponens hanc unicam conclusionem: Licet omnia peccata mortalia sint divina lege expresse vel implicite prohibita, non tamen omnia peccata mortalia publice ab homine sunt, ex dictamine hujus legis, pœnaliter per judicium punienda. Prima pars conclusionis nota est; secunda probatur: Deus qui est justissimus iudex, aliqua in lege veteri permisit; multo ergo magis habet homo permittere, cujus potentia executiva est remissior lege divina præceptiva, aut prohibitiva. Patet assumptum. Primo: Moyses occidendo Egyptum peccavit. Nam Augustinus contra Faustum loquens de illo, & etiam de Petro qui abscidit auriculam Malchi sententialem dicit, quod uterque nondum regimen assumpserat, hic synagoga, iste ecclesia: uterque non detestabili immanitate, sed emendabili animositate justitiam regulam excessit: uterque odio improbitatis alienæ, sed ille fraterno, iste Dominico, concil. General. Tom. XXIX.

An. lib. 82
8. 94. contra
Falsum.

A licet adhuc carnali, tamen amore peccavit. Tamen illud peccatum Moysi non legitur a Domino punitum, imo postea ducatum populi Hebræorum ab eo accepit.

ANNO
CHRISTI
1493

Item utra est de se mala, sed licet Deus possit facere de se non tua quod sit tua, quia est Dominus universorum; tamen fieri non potest, ut quod habet in se convolutam malitiam, licite fiat. Cum ergo utra, in ratione utraque, habeat in se convolutam malitiam, licite fieri non potest: tamen in lege veteri non puniebatur, imo ad extraneos permittebatur. Deuteronomii enim XXXIII. scriptum est: *Non sanaberis fratri tuo, ad usuram, nec fruges, nec quamlibet aliam rem, sed alieno*. Hoc vero, *sed alieno*, non dicitur velut præcipiendo aliquid iusto, sed permettendo infirmo. Poteram allegare de repudio uxoris in veteri lege, quod utique permittebatur: & ut communis doctores tenent, erat peccatum mortale: propter varietates opinionum, dimitto.

Item inquisitio seu investigatio de adulterio per sacrificium zelotypiæ, si hoc non ex zelo justitiæ, ac reverenter, ac cum supplicatione fieret, erat peccatum mortale publicum: tamen non puniebatur, imo in lege illa Numer. V. lex sacrificii zelotypiæ fuit instituta in hunc modum: *Si spiritus zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem suam, qua vel pollutata est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro ea, &c.* Erat ibi duplex actus, unus sacerdotis, qui secundum divinam institutionem quasi coactus offerebat, ne vir pejus faceret, puta ne suæ suspitioni relicto, uxorem interficeret. Et iste actus erat acceptus Deo & approbatus. Alius actus erat spiritu zelotypiæ concitati: & hic si sine præsumptione probabili, aut ex invidia, vel alio inordinato affectu procedebat, erat malus, tamen permissus a Deo, non approbatus. Arguit ratio.

Item occisio filie Jephthe fuit mortale peccatum publicum: » dicit enim canon Isidori » XXXI. q. IV. In male promissis rescinde si dem, in turpi voto muta decretum: quod » incaute vovisti, ne facias: impia est promissio que scelere adimpletur. Non tamen legitur a Deo fuisse punitum. Quod autem fuit peccatum, patet aliunde. Ad hoc quod juramentum sit licitum, requiruntur tres comites, scilicet iudicium, iudicia & veritas, sicut scriptum est Jeremias IV. *Jurabis, vivit Dominus, in justitia, iudicio, & veritate*: promissio autem illa caruit iudicio discretionis, & fuit ejus impletio injusta & impia. Item Sapientia II. scriptum est: *misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter penitentiam: diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti*. Et post pauca. *Parcis autem omnibus, quoniam tuam sunt, Domine, quia amas animas*. Ex quo patet, Deum non semper punire propter peccata, sed parcere aliquando. Item Ezech. XXXIII. dicitur: *Si dixerio impio: morte morieris, & egerit penitentiam a peccato suo, feceritque justitiam & iudicium: sequitur: vita vivet, & non morietur: omnia peccata ejus quæ peccavit, non imputabuntur ei*. Item glossa ordinaria super illo Psalm. c. *In matutino interficiebam omnes peccatores terra, ut dispergerem de civitate omnes*.

Cap. 3.

k k k nes

ARTO. CHARITI. In K. Aug.

nos operantes iniquitatem. Dicit sic in persona Christi: Tempus misericordiam est, non est, nondum omnia sunt manifesta in hac nocte: abundant tentationes, in qua pertranseunt bestias silvestres, & catuli leonum, id est, diaboli, querunt escam sibi. In hac ergo nocte parco, tolero, corrigo: sed in matutino cum dies iudicii advenerit, & erunt omnia aperta, quae omnia sunt occulta, interficiebam omnes peccatores terra, id est, omnes mali mittentur in ignem eternum: vel interficiebam, id est, puniebam in matutino iudicii interficiendos. Nam Nicolaus de Lyra dicit super illo Exodi xxi. Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo accelles cum, ut moriatur; pena homicidii intelligitur de interfecione Judaei: ideo dicitur, occiderit proximum suum, non intelligitur de interfecione gentilis. Lax ait, ut dicit Rabbi Salomon, qui per insidias occidebat, interficiebatur, & extraheretur, si ad ipsum confugisset, de altari. &c. Si sacerdos occidisset, extraheretur, nisi officium ministrandi incepisset: quo casu expectabatur complementum ministerii, quo peracto trahebatur ad mortem. Et sic locus sacer erat refugium in aliquibus casibus, inter quos erat homicidium gentilis, quod erat mortale, & interdum publicum: tamen non puniebatur, si homicida confugisset ad altare.

Probatum est indumento legis novae.

Joan. 8.

Tertio probatur conclusio ex testimoniis legis novae. Joannis viii. Dominus & Salvator noster dixit mulieri in adulterio deprehensa sibi oblat: Nemo te condemnabit? nec ego te condemnabo: nocentem in misericordia indemnatum remisit. Cum ergo Christi actio nostra sit instructio, ut allegavit proponens articulus de communione divinis sacramentis, aliqua crimina sunt ab homine misericorditer relaxanda per iudicium, vel non punienda. Praeterea peccatum Samaritanorum nolentium recipere Jacobum & Joannem, fuit mortale & notorium, tamen non fuit punitum. Nam cum indignati discipuli dicerent: Vis ignis descendat de caelo, & consumat eos? Respondit Dominus: Nescitis cujus spiritus estis filii. D. Lucae ix. Amplius de zizanii seminatis in agro quae servi volebant eradicare, & dicebant: Vis imus & colligimus ea? dominus respondit: Ita finite ea crescere usque ad messem, & colligemus zizania simul eradicetis cum eis & triticum, Matthaei xiiii. Ex qua parabolosa apparet, quod mali tolerandi sunt inter bonos, donec sine periculo honorum poterunt ab eis separari, quod erit ad messem finalis iudicii. Sic enim ipse Dominus Jesus illam exponit dicens: Ager est mundus, semina sunt filii regni, zizania filii nequam, messem vero est consummatio saeculi, messores angeli. Rursus scriptum est ubi supra, Matthaei xiiii. Simile est regnum caelorum sagena missa in mari, & ex omni genere piscium congregant: qua cum impleta esset, advenientes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Regnum caelorum est militans ecclesia, & haec est similis sagena missa in mari tempestuoso hujus mundi: habet pisces bonos & malos, hoc est, justos & injustos. Nam Habacuc i. Facies homines quasi pisces maris. Implebitur illa sagena dum erit completus numerus electorum: educetur, cum de vita corruptibili transibit ad incorruptibilem,

quod fit in consummatione saeculi, & honorum piscium in vasa recentia, & quodam malorum, & iustorum praematio in vasa ligna, & impletorum tortura, & compedes, ac alia gehennae supplicia. Et haec omnia patet ex expositione Salvatoris, qui ait: Sic erit in consummatione saeculi. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, ubi erit fletus & stridor dentium. Ergo usque ad consummationem saeculi in sagena ecclesiae militantis erunt simul boni & mali.

Unde super illo sic dicit Gregorius, ut Thomas in expositione recitat, Saecula ecclesiae sagena comparatur, quia & piscatoribus est commissa, & per eam quisque ad aeternum regnum trahitur a praesentibus saeculi fluctibus, ne aeterna mortis profundo mergatur. Quae ex omni genere piscium congregat, quia ad peccatorum veniam, sapientes & fatuos, liberos & servos, divites & pauperes, fortes & infirmos vocat. Post pauca sequitur: Sicut enim mare saeculum, ita saeculi finem signat litus maris, in quo in fine boni pisces in vasis eligentur, mali projicientur foras, &c. Nunc enim bonos autem loquuntur communiter quasi permixtos pisces fides sagena continet, sed litus indicat sagena ecclesiae quod trahebat.

Et hoc est quod Hieronymus dicit, ut Thomas recitat, dum sagena extrahetur ad litus, tunc verum discernendorum piscium signum demonstrabitur. Item id patet in nuptiis quas fecit rex regum Deus Pater Filio suo, in quibus vocati sunt boni & mali, & impletae nuptiae iustis & iniustis. Nam dicitur Matthaei xx. Egredi servi congregaverunt omnes quos invenerunt, bonos & malos, quia in ecclesia militante admixti sunt boni cum malis. Sic ergo in ecclesia militante sunt boni & mali: sed in ecclesia triumphante solum boni. Propterea cum Dominus intrasset, quod erit generaliter in finali iudicio, & particulariter in morte cujuslibet hominis, & vidisset hominem non habentem vestem nuptialem, scilicet caritatis, rex praecipit eum ejeci, & mitti in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium. Et quod simul sunt boni & mali in ecclesia militante, dicit sponsus Cantuorum i. Sicut libum inter spinas, sic amica mea inter filias.

Item Matthaei xxv. dicit ipsa Veritas: Simile est regnum caelorum decem virginibus, quae accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso & sponsa: quinque autem erant fatuae, & quinque prudentes. Sed quinque fatuae occupis lampadibus suis non sumpturunt oleum factum in vasis suis cum lampadibus. Regnum hoc caelorum non est ecclesia triumphans, quia ab ea nullus fatuus recipitur: Est igitur ecclesia militans, in qua sunt virgines prudentes & fatuae; igitur boni & mali; ergo non omnia peccatum etiam publicum de ea possunt aut excluditur. Praeterea Apocalypsis ii. Scriptum est angelo Ephesae ecclesiae: Memor es unde cecideris, & age penitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi, & morbo candelabrum de loco suo, nisi penitentiam egeris. In angelo, &c. praepositum & episcopatum ecclesiae Ephesinae intelligere debemus, secundum quod scriptum est: Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem de ore eius requirant, quia angelus

ARTO. CHARITI. In K. Aug.

Greg. Ann. 11.

In 17. cap. Matth.

Matth.

ANNO CHRISTI 1431

ANNO CHRISTI 1431

solus Dominus exercituum est. Ipse peccaverat, & tamen non expellitur a Joanne, sed monetur.

dam propter invidiam, quidam propter contentionem. Dicitur enim ad Philipp. 1. Quidam propter contentionem & invidiam, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum predicant.

Isidorus autem super eodem textu ait: Præpositus lapsus in vitium monetur ut memoretur unde ceciderit, & penitentiam agat, & priora opera faciat, ut non moveatur candelabrum ejus. Nam candelabrum domus Christianæ sacerdotalis, vel honor potestatis quem gestabat, intelligitur: malus ergo interdum præpositus est in ecclesia militante. Non ergo statim postquam malus, est compellendus imo sustinendus ad tempus: & tale vitium esse posset, quod puniendus & expellendus esset de officio, per eum ad quem spectat; & tale quod permittendus, ut postea videbitur.

Quidam autem ex caritate, scientes, quoniam in defensione evangelii positi sumus. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant, non sincere, existimantes se pressuram suscipere vinculis meis. Quid enim? dum omnimodo sive per occasionem, sive per caritatem Christus annuntietur. Maledictiones etiam in Apostolos erant peccata publica, nec tamen puniebantur, ad eorum saltem instantiam: imo 1. Cor. 11. dicit Apostolus: Maledicimur, & benedicimur, blasphemamur & obsecramur. Rursus contradictio Judæorum verbo Dei, erat peccatum mortale publicum, nec leguntur Apostoli eos punivisse poena justitiæ positiva, sed solum privativa, quia dixerunt: Oportebat vobis primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos Judicatis aeterna vita, ecce convertimur ad gentes. Sic enim Dominus præcepit nobis. De aliis sanctis idem ostendit sancta mater ecclesia, quorum patientiam in tormentis, absque in tortores contemptu aut indignatione, pulcherrimo metro canit suaviter, cum ait: Cauduntur gladiis more bidentium. Non murmur resonat, non querimonia. Sed corde tacito mens bene conscia. Conservat patientiam.

Ann. hom. de verbis Domini 91.

Abot. 13.

Præterea super maledictione ficus quam tribus annis fructum non stulit, dicit beatus Augustinus libro de verbis Domini sermone xxxi. Arbor siculnea est humanum genus: tres anni, in quibus illa non fecit fructum, tria tempora sunt: unum ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia, in quibus humanum genus, quantum ad multos, infructuosum fuit, puta sine meritorum operibus: maledictio est illa divina sententia, que in finali judicio fulminabitur. Hoc ille. Tertio anno, scilicet tempore legis evangelicæ dimittitur & non præscinditur. Nam Lucas xiiii. per cultorem vineæ dicitur: Dimitte eam & hoc anno, usquequod fodiam circa illam, & mittam serenos. Post tres annos succiditur, quis post seculum peccator aridus, sola folia, non fructum boni operis habens, in ignem æternam mittitur. Parcit ergo Dominus multis in ecclesia existentibus: ergo & homo parcere debet, & nonnulla mala permittere sive tolerare ex causa.

Dehinc auctoritatibus sacrorum canonum probatur conclusio; ostendendo enim quomodo rigor justitiæ debeat temperari ex peccantium multitudine, ait sanctus Augustinus Bonifacio, & habetur L. dist. cap. Ut constitueretur:

Ex auctoritate sacrorum Canon.

Ex præxi Christi.

Ex præxi Christi apparet quoniam peccata in illum commissa patientissime sustinuit. De eo enim Iohannes LIII. Tamquam agnus ad occisionem ductus coram tendente se non aperuit os suum. De cuius patientia quoad proprias iniurias, ait beatus Gregorius homilia xviii. super illo Joannis vii. Ego gloriam meam non quero, est qui querat & iudicet. Illatas contumelias Patris iudicio reservat, ut profecto nobis insinuet quantum nos patientes esse debemus, dum se adhuc ulcisci non vult ipse qui iudicat. Item non contentus Scribas & Phariseos non puniri, ex abundantia caritatis suadet turbis ut obediant ipsis, quamquam multa mala publica committerent, dicens illis Mathæi xxiii. Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei; que dicunt facite.

Verum in huiusmodi causis, ubi per graves divisionum scissuras non huius aut illius hominis, est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum est aliud quid severitati, ut majoribus malis sanandis sincera caritas subveniat. Item 1. quæst. vi. cap. Quoties, dicit Innocentius episcopus. Quoties a populis aut a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem vindicari non potest, inultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcavendum. Iterum xxiii. quæstione iv. Forte: & habetur ab Augustino libro unius de baptismo. Forte, inquit Augustinus, tibi in populo Dei stat juxta te avarus, raptor, inhians rebus alienis, quem nosti talem, & fidelis est: vel fidelis nominatur. Non eum de ecclesia pellere potes, non habens aliquem aditum castigando & corripiendo corrigere: accessurus est tecum ad altare, noli timere, unusquisque onus suum portabit. Sed quomodo, inquis, ferrem quem novi malum? Nonne melius est ipsum ferre, quam te foras efferre? Ecce quomodo feres, attende Apostolum dicentem: Unusquisque onus suum portabit. Liberet te ista sententia.

Distinct. 30. cap. 25. in 4. p. ad Bonifacium 10. II. constituitur. 1. quæst. 13. Quoties 13.

Ex præxi Apostolorum.

Ex præxi Apostolorum manifesta est conclusio. Nam illi multa mala viderunt, nec puniverunt omnia, quantum ex sacro codice potest perpendi. Legitur Actuum vi. murmur factum fuisse Græcorum adversus Judæos quod videtur eorum despiciebantur in quotidiano ministerio. Nec hoc legisur judicialiter aut per penas justitiæ punitum, quamvis esset publicum. Leguntur contentiones fuisse & non ad invicem inter Corinthios, non tamen legitur hoc peccatum personaliter fuisse punitum. Item erant aliqui pseudoapostoli, & illi erant publici peccatores; tamen illos puniebat Apostolus: quia quamvis bene docebant, tamen malo animo faciebant, qui Concil. General. Tom. XXIX.

Ex isto habetur quod ferendi sunt interdum mali, Item xxiii. quæst. iv. Tolerandi: & habetur ab Augustino libro de verbis Domini, dicitur enim ibi: Tolerandi sunt mali pro pace, ne corporabiter ab eis recedatur, sed spiritualiter. Spiritualiter autem exire est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu cuiusque salva pace. Habetur hic quod pro pace salvanda tolerandi sunt quandoque mali, imo & quod a correctione malorum pro pace sal-

23. quæstione 4. Post. cap. 13. Augustinus serm. 24. de verbis Apostoli, ad Galat. 6.

Galat. 6.

Cap. 1.

Augustinus de verbis Domini, cap. 18.

ANNO CHRISTI 459

1. quæstio
2. Quæstio
cap. 12.

Ex auctori-
tate Docto-
rum.

Matth. 13.

Matth. 18.

1. Prom. 2.
ad exemplum
habemus.

Contra epist.
Parmeniani,
lib. 2. cap. 11.

cap. 1.

Ita 5.

salvanda est nonnunquam cessandum, alioquin frustra addidisset: Ad correctionem salva pace. Quod etiam interdum rigor pariter relaxatur ad vitandum contentiones, patet per illud 1. quæst. VII. Quoniam quidquid. Ubi Hilarus Papa sic ait & Quoniam quidquid ab alterutra parte est iudicatum, omnium videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta hanc rationem decernimus ad veniam pertingere quod gestum est. Ibi tolerat Papa quemdam ad episcopatum assumptum suo metropolitano inficio; quia ut ait Apostolus 1. Cor. 11. Si quis videtur contentiosus esse, nos talem non habemus consuetudinem.

Postea probatur conclusio auctoritatibus sanctorum doctorum: puta, non omnia peccata mortalia publica sunt ab homine, ex dictamine divins legis, penaliter per iudicium puniendâ. Quædam enim illorum sunt, quæ sine periculo bonorum puniri non possunt ab homine, ut cum in multitudine sunt boni & mali, & non possunt discerni isti ab illis: & talia sunt permittenda ab homine: si tamen ex illa permissiope non sequatur majus scandalum quam ex punitione: Quædam sine periculo schismatis ecclesiis, aut gravis turbationis puniri non possunt, ut peccatum principis, aut alterius qui sociam habet multitudinem: Quædam, etsi sunt manifesta illi, cui punio de jure convenit, cum illa convinci non possunt. Hæc & similia per hominem non sunt puniendâ ex dictamine legis divins. Illud vero dictamen est: Simile utraque crescere usque ad messem. Consequenter idem in parabola de sagena maris bonos & malos pisces continente; & in nuptiis filii regis, in quibus fuerunt boni & mali, designatur. Hæc declaratio ideo facta est, ne videar fautor peccatorum, dum nitor ostendere talia non esse per hominem judicialiter castiganda; & ne videar agnitor conditionis ecclesiæ militantis, ponendo in ea bonos & malos, dum tamen sit unus Deus, una fides, unum baptisma.

Prima auctoritas ad probationem conclusionis est Augustini in lib. contra epistolam Parmeniani, dicentis: Hæc de scriptis sanctis documenta proferimus, ut appareat facile non esse quidquam gravius sacrilegio schismatis: quia præscindendâ unitatis nulla est justa necessitas, cum sibi nequaquam spiritualiter nocituros malos boni ideo tolerant, ne spiritualiter se jungantur a bonis; cum disciplinæ severitatem consideratio custodiendæ pacis refrenat, aut differt: quam tamen securitas exserit, cum apparet, sine vulnere schismatis, ad salubrem correctionem posse aliquid ecclesiastico iudicio vindicari.

Item idem respondens circa principium 11. libri contra epistolam Parmeniani Donatistæ Carthaginensis episcopi ad illud per sequaces ipsius adductum: *Va his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem, qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce*, concludit post multa: Quisquis ergo vel quod potest arguendo corrigit, vel quod non potest corrigere salvo pacis vinculo excludit, vel quod salvo pacis vinculo excludere non potest æquitate improbat,

firmitate supportat; hic est pacificus, & ab illo maledicto immunitis, de quo dicit scriptura: *Va his qui dicunt quod bonum est nequam, & nequam bonum, &c. omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. Porro idem respondens ad illud per sequentes Parmeniani in istis propositum: Nampqui valet manus Domini salvas facere, aut aggrevavit aurem ne exaudiat? Sed delicta vestra distinxerunt inter medium vestrum & Dei. Ubi cumque fuerint mali inter bonos, non obturati bonis, sicut nec paleæ frumentis: donec veniat Dominus aram ferens ventilabrum in manu sua, ut mundet aram suam, frumenta recondat in horreum suum, paleas vero comburat igne inextinguibili: sicut non obturati bonis tanta multitudo fœderatorum, qui per Eschielem dicti sunt, illi videlicet, qui gementes & mordebant facinora populi quæ fiebant in medio eorum: unde quia eos corrigere non poterant, nec ab unitate populi Dei se ullo modo separare volebant, pro merito incoenitissimo tolerantis sue signari meruerunt, & in illorum perditorum vastatione atque interitu liberari. Hæc ille.*

Item idem in 111. lib. contra epistolam Parmeniani super illo verbo 1. ad Corinthios v. *Si quis vero frater nominatur in vobis, & est aut fornicator, aut idolis serviens; aut avarus, aut obriofus, aut rapax, nec quidem cum eo cibum sumere: dicit in sententia quod non præcipitur sola separatio cordis; nam idem Apostolus dicit alibi: Si quis cocoverit ex infidelibus & volueritis ire, omnia que vobis opponuntur manducate, nihil interrogantes; & sic hic permittit communionem fidelis cum infideli, ut prius prohibuit communionem fidelis cum infideli peccatore: modo ab omni malo se separandum est corde: ergo plus prohibet, puta separationem corporalem, quam cum infideli permittit. Dicitur igitur in sententia Augustini, quod se separandum est corpore ab his de quibus loquitur Apostolus, si tamen sine periculo schismatis fieri potest: ait enim in forma: Cum quis fratrum, id est, Christianorum intus in ecclesiis societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est, atque id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit secundum ad Thessalonicenses 11. dicens: *Ut inimicum non existimatis, sed corripite ut fratrem. Non enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Quod si se non agnovenerit, neque ponitendo correxerit, ipse foras exi, & per propriam voluntatem ab ecclesiis unitate dirimetur. Nam tunc non est metus eradicandi triticum.**

Itaque quando, ut ait Augustinus in forma, ita cujusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, ut vel prorsus nullos vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere: non dormiat severitas disciplinæ, cum sine læsione unitatis ecclesiis potest fieri vindicta, cum ecclesia ab illo crimine quo anathematizatur, est aliena. Ideo dixit Apostolus, *Si quis, ad differentiam ab aliis notandam. Item, nominatur, ad ostendendum, quod crimen est notorium & famosum. Tunc subjungit in forma: Neque enim*

ANNO CHRISTI 459

Ita 5.

Matth. 13.

cap. 1.

1. Cor. 11.

Habetur etiam in 11. lib. 2. cap. 11. que, etc.

1. Cor.

enim

ANNO CHRISTI 1482

ANNO CHRISTI 1482

animi potest esse salubris a multis correptione, cum ille corripitur, qui non habet locum multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonae rebus quam dolor & gemitus, &c. Ideo Apostolus cum jam multos comperisset infamanda luxuria & fornicationibus inquinatos, non eisdem praecepit ut cum talibus nec cibum sumerent, in secunda epistola xii. capite, sicut veterat prius. Nec dici poterat: Si quis fornicator nominatur in vobis, propter multitudinem: sed dixit, *Ne utrumcumque vobis cum vobis sumere humiliter me Dominus, & lucem multos quibus ante peccaverunt, & non egerunt penitentiam, & super imbecillitate & luxuria.* Aliquibus autem interpositis dicit beatus Augustinus: Consilia separationis & inanis sunt & perniciose aeque sacrilega, quia & impia sunt & superba: & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animos malos.

Item. 494.

Item beatus Gregorius super illo Deuteronomii. VII. de septem civitatibus gentilibus inveniendis usque ad interfessionem, ait: Patienter tolerandi sunt mali, ubi aliqui inveniuntur boni, juxta illud dictum Abraham, Genes. xviii. *Si fuerint in civitate Sodorum decem iusti, non delebo eam propter illos.*

Cap. 1.

Item beatus Hieronymus epistola ad Dardanum ait: Ipsa metropolis tua prius Jebus postea Salem, tertio Hierosolyma, & nunc Elia, Jebusos expellere non valuit, sed manserunt cum eis in scandalum exemplumque vitorum. Hoc ipsum, quod aliquis peccata per hominem hic non puniuntur, sed Deo reservantur vindicanda, significatum est in David, qui peccatum Jeab non punivit, sed Salomoni vindicandum reservavit, ut quod manu forti iudex, scilicet non puniverit, verus Salomon Christus inultum non relinquit.

Cap. 2.

Insuper isto Apostoli I. ad Corinth. v. *Auferre malum ex vobis ipsis*, in III. lib. contra epistolam Parmeniani dicit Augustinus in sententia, quod ubi quis impeditur separare malos a congregatione ecclesiae, si a seipso auferat malum, non eis corde miscetur, atque ita spiritualiter non solum conjungitur bonis, sed etiam separatur a malis. Sed quod hoc modo non sufficiat, ubi non impeditur, declarat, cum insert aliquibus interpositis, & dicit sic in forma: Quapropter quisquis etiam contempserit ecclesiae Dei disciplinam, ut malos cum quibus non peccat, & quibus non favet, desistat moerere, corrigere, arguere, si etiam talem gerit personam & pax ecclesiae patitur ut etiam a participatione sacramentorum possit quompiam separare, non alieno malo peccat, sed suo. Ipsa quippe in tanta re negligentia grave malum est. Et ideo sicut Apostolus admonet, si auferat malum a se ipso, non solum auferat audaciam committendi, aut pestilentiam consentiendi, sed etiam pigritiam corrigendi, & negligentiam vindicandi, adhibita prudentia & obedientia in eo quod praecipit Dominus, ne frumenta laedantur. Haec ille. Ergo si pax ecclesiae turbaretur, aut frumenta laederentur, cessandum esset a punitiōne pro tunc.

Augustinus

Præterea Augustinus super illo Joannis VIII.

Ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnavit? nec ego te condemnavo, ait: Audivimus vocem iustitiae, quia dixerat Dominus: Qui vestrum est sine peccato, prius in illum lapidem misit. Audiamus vocem mansuetudinis: dixit ei Jesus: Nec ego te condemnavo, a quo forte te condemnari timuisti. Quia in me peccatum non invenisti, nec ego te condemnavo. Quid est, Domine: faves ergo peccatis? non plane. Attende quod sequitur, Vade, & jam amplius noli peccare. Ergo & Dominus damnavit peccatum, non hominem. Nam si peccatorum fautor esset, diceret, Vade, vive ut vis, de mea liberatione esto securus: ego te quantumcumque peccaveris, ab omni poena, etiam gehennae & inferni tormentibus liberabo. Non hoc dicit: intendant ergo qui amant in Domino mansuetudinem, & timeant veritatem: etiam dulcis & rectus Dominus.

Amplius beatus Ambrosius super eodem sic dicit ad Studium epistol. lxxvi. Exierunt, scilicet qui accusabant adulteram, exierunt foras, & remansit solus Jesus & mulier in medio stans: bene ait, quod exierunt foras, qui nolebant esse cum Christo. Foris licita est, intus mysteria. Denique descendit illis remansit solus Jesus & mulier in medio stans. Donatus peccatum solus remansit Jesus, quia non potest hoc cuiquam homini cum Christo esse commune ut peccata condonet: solus hoc munus est Christi, qui tollit peccata mundi. Meruit & mulier absolvi, quae recedentibus Judaeis remansit sola cum Christo. Vide, lector, divina mysteria, clementia Christi: cum accusator mulier, caput Christus inclinat: elevat autem ubi deficit accusator: ita nullum damnari vult, absolvi omnes. Ecce & hic ait: *Nemo te lapidavit?* quo modo utique interrogat qui videbat? sed interrogat nobis, ut nosceremus, non esse lapidatam. Adverte quomodo propriam sententiam temperavit, ut Judaei de absolutione mulieris calumniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent, si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absolvitur; quia deerat accusator, non quia innocens esse probatur. Quid ergo quereretur qui priores a persecutione criminis, & ab executione supplicii desisterant? Addit autem deus: *Vade, & amodo vade ne pecces.* Emendavit ream, non crimine absolvit. Etenim severiore sententia culpa damnatur, si unusquisque crimen suum oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis quam culpa puniuntur: ubi vero culpa depunitur, absolutio est pro poena peccati: Quid est ergo, vade, & amplius noli peccare? hoc est, ex quo Christus te redemit, corrigit gratia, quam poena non emendavit. Haec Ambrosius. Ex qua auctoritate apparet aliquod peccatum a Christo non esse puniunt, concretive loquendo: id est, feminam istam adulteram non esse lapidatam, ut lex jubebat.

Ceterum super illo: *Nescitis cujus spiritus filii estis*, dicit Beda: Reprehendit Dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quae adhuc erat in in rudibus; animadvertens eos non amore

Luc. 9. 2. Thom. in Cantua.

cor-

ANNO
CHRISTI
1400.

correctionis, sed odio desiderare vindictam. Itaque postea quando eos docuit, quid esset diligere proximum sicut se ipsum, infuso etiam Spiritu sancto non defuerunt tales vindictæ. quamvis multo rarius, quam in veteri testamento, quia sequitur: *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare*. Quasi dicat: Et vos, qui ejus Spiritu signati estis, etiam acta ejus imitemini, nunc pte consulentes, sed in futuro iuste judicantes. Item super eodem sic loquitur Ambrosius. Non enim semper in eos, qui peccaverunt, est vindicandum, quia nunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapsa ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt a quibus hoc loco ignis arceatur.

In cap. 23.
Matthæi.

Ita Hieronymus super illo: *Vis imus & colligimus ea?* quod de zizaniis dicitur, ait: Datur locus penitentiam, & monemur ne cito amputemus fratrem, quia fieri potest ut ille qui hodie noxio depravatus est dogmate, cras respiciat & defendere incipiat veritatem. Unde subditur: *Ne forte colligentes zizaniom, eradicetis & triticum*. Chryostomus autem super eodem ait: Intuenda est servorum diligentia: etenim festinant zizaniam evellere, quod monstrat eorum de semine sollicitudinem, ad hoc enim solum respiciunt, non ut aliquis puniatur, sed ut seminata non pereant. Quid autem Dominus respondit, subditur, & ait: *Non*. Hieronymus vero circa hoc dicit: Videtur hoc esse contrarium illi præcepto, *Auferre malum de medio vestrum*. Si enim prohibetur eradicatio, & utique ad messem tenenda est patientia, quomodo ejiciendi sunt quidam de medio nostrum? Sed inter triticum & zizaniam, quod nos lolium vocamus, quamdiu herba est, & necdum calamus venit ad spicam, grandis similitudo est, & in discernendo aut nulla aut perdifficilis distantia. Præmonet ergo Dominus, ne ubi quid ambiguum est, cito sententiam proferamus, sed Dei iudicio referemus.

Ratio autem quare aliqui mali in ecclesia sunt interdum tolerandi, quia tales sunt utiles bonis, sive ut per eos exercentur, sive ut illorum comparatione magna eis exhortatio fiat, ut nitantur ad melius, sicut dicit Augustinus de questionibus evangelistarum: aut quia bene docent, quia pura donum habent scientiam, aut interpretationis scripturarum, aut aliud. Quæ omnia dantur ad utilitatem non recitantis, sed ecclesiam, teste Apostolo 1. ad Corinthios xii. Quod propterea sæpius divina dispositione bonis mali sunt permixti: ubi enim erant Moyses & Aaron, ibi fuerunt murmuratores sacrilegi; ubi Zacharias, Simeon, & ceteri sancti, ibi fuerunt Anna & Caiphas; ubi Christus & discipuli, ibi Judas, Scribæ & Pharisei. Propter quod attendenda sunt Domini Jesus Salvatoris verba, quibus docuit, a quibus nos observare debeamus, dixit enim: *A falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces*. Matthæi vii. Non dixit, A mercenariis, qui licet vera dicant, querunt quæ sua sunt, & mali sunt: imo de his qui super cathedram Moysi sedebant, quia vere docebant: dixit: *Qua di-*

cutunt facite: Unde mali viri recte doceantur videntur tolerandi interdum. Verum, quod illorum & censorum peccata publica sunt puniendæ, quibus concurrentibus, scilicet jurisdictione, convictione, & pace salva.

De jurisdictione dicit Augustinus super illo verbatim: *Quid enim mihi de his qui foris sunt id est infidelibus, iudicare? Deus iudicabit. De his qui intus sunt, id est fidelibus, potestis est a me refacienda*; loquitur ibi in persona iudicis, puta Apostoli, sed de hoc videbitur in secundo puncto. De convictione dicit idem Augustinus super illo primo ad Corinth. 11. *Quis manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit*. Sibi, inquit, non tibi. Sane si iudex es, si apud te accusatur, si vere documentis testibusque convincitur coerce, corrippe, excommunica, degrada: iudicium siquidem humanum procedere debet ex causis manifestis, cum homo tantum videas ea quæ patent, i. Regum vi. Ideo puniendus de criminis debet convinci.

Tertio de pace salvanda dicit Augustinus, ad illud Isaiæ: *Recedite, recedite, exite, exite, immundum nolite tangere*, per adversarios allegatum, dicit: Immundum non tangit, qui ad peccatum nulli consentit. Exit autem inde, & salva sit ejus causa apud Deum, si etiam disciplinam corripiendi & arguendi salva pace non negligit. Nam qui vult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritualiter deserit latentibus bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dum separationem suam conatur defendere. Multis interpositis dicit: Cum laude patientiam mali tolerantur, ne ignoti boni damnetur, sic Isaias ipse dicit: *Recedite, recedite, exite inde, immundum nolite tangere*. In medio immundi populi polluta etiam labia habentis corporaliter habitavit Jeremias: ab immundo populo non discessit David mundus & iustus, qui dixit: *Non sedi cum concilio vanitatis, & cum facinorosis non introibo*: non reliquit corpore omnes malos, imo reprobatum Saullem venerabatur. Non ergo corporalis recessus, ubi salva pace ecclesia fieri non potest, est necessarius, sed spiritualis, ut malis non consentiamus.

Alexander de Ales in tertia parte tangit ista sub alia forma dicens, quod ad interdicendum secundum legem requiruntur plura, scilicet iusta causa, iustus ordo, iustus animus. Iusta causa, quod reus meruerit interfici, quia dicitur Exodi xxiii. *Innocentem & iustum non occides*. Iustus ordo, ut occidens habeat potestatem, & reus sit convictus de criminis: habeat potestatem, inquam, iudex, vel a divina auctoritate, quæ est in lege, vel ab ejus voluntate, scilicet Dei, intellecta per inspirationem internam: quam, dico ego, probet per miracula aut per sacram scripturam, priusquam sit ei de necessitate credendum. Propterea dicit Augustinus super illo Matth. v. *Officia vindictæ possunt impleri quomodo iudex, quomodo lex*.

Per Ambrosium super illud 1. ad Corinth. v. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Si quis potestatem non habet quam fecit reum

ANNO
CHRISTI
1400.

Alexander
de Ales l. 1.
c. 23. memb.
in collect.
Iustitia habet
August. Item
de punit. qui
est in v. 1. dicit
l. 1.

Augustinus
adversus op.
Parmentianum
l. 1. c. 6. s. 7.
l. 1. c. 1. contra
Parmentianum.

Jer. 13.

Psal. 15.

Part. 3. q. 24.
c. 2. ad 2.

Supra præcept.
l. 1. c. 4.
Ambros. in
quod. collect.
l. 1. c. 2. ab A.
lexando de
Ales in dicit
q. dicitur.

Augustinus
dicit Alexander
de Ales q.
eodem quod.

ANNO CHRISTI 1480

ANNO CHRISTI 1480

rum abhorre, vel probare non valet, im-
munitis est; & iudicis non est sine accusatio-
re damnare, sicut nec Christus Judam ab-
jecit. Iustus animus, ut fiat solum amore
iustitiae, non libidine vindictae, vel appeti-
tu potest.

Augustinus in questionibus super Exo-
dum: Cuius minister iudicis occidit quem
iudex iustus occidit, profecto si id sponte fa-
cit, homicida est: etiam occidit eum, quem
scit a iudice debuisse occidi.

Quod haec tria sint necessaria ad iustam pu-
nitorem exsequendam, deducitur sic: Iudex
gerit in iudicando vices Dei Deuteronomii 1.
dicitur, *Audire illos, scilicet populum, &
quod iustum est iudicare, sicut civis sit ille, sicut
peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ut
parvum audieris ut magnum: nec accipietis cu-
iuscumque personam, quia iudicium Dei est.* De-
bet ergo iudex ex quo eius iudicium est Dei,
in tribus se ei conformare, in potestate, in
veritate, & bonitate: ut potestas referatur
ad ordinem iustum, veritas ad iustam cau-
sam, bonitas ad iustum animum. Hoc Exo-
di xviii. insinuat, cum dicitur: *Provide
de omni plebe viros sapientes, timentes Deum,
in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam.*

*Sapientes; timentes Deum, ecce primum: in
quibus sit veritas, ecce secundum: qui oderint
avaritiam, ecce tertium.* Item Deuteronomii 1.
repetitur sub alia forma, cum dicitur: *Date
ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum con-
versatio sit probata in tribus vestris, ut ponam
eos vobis principes.*

In sapientia intelligitur ve-
ritas, in conversatione probata bonitas, in
principatu potestas. Ubi vero alterum predi-
ctorum, scilicet iudicium, convictio, & pax
salva defecerit, non poterunt peccata publica
puniri. Nam si puniendus non est isti subje-
ctus, non habebit in eum fere iudicium, si
crimina non possunt manifesti iudicis proba-
ri: esse quod sint iudici ut persona singulari
nota, non poterunt puniri, quoniam iudicium
humanum ex testimoniis manifestis procedere
debet. Si sine periculo schismatis aut turba-
tionis ecclesiae iudicium exerceri non potest,
cessandum est a poenali punitiione & iudiciali,
ut est in peccato multitudinis, aut principis
quem sequitur multitudo. Nam Augustini e-
pistola ad Aurelium de peccato multitudinis,
offendens quod non severiter cum ea agen-

Tom. 1. ad
iudicium, ep.
40.

dum est, dicit: Non asperere, quantum re-
sistat, non duriter, non imperiose pecca-
ta multitudinis, aut pravae consuetudinis
corripienda sunt. Ista tolluntur magis do-
cendo, quam iubendo; magis monendo,
quam minando; sic enim agendum est cum
multitudine peccantium; & si quid mina-
tur, cum dolore fiat; de scripturis commi-
nando vindictam futuram, ne nos in nostra
potestate, sed Dominus in nostro sermone
timeatur. Haec Augustinus. Et ubi istae
tres conditiones sunt, peccata mortalia pu-
blica possunt puniri. Ex quibus patet,
quod hoc modo dicendo non defenduntur
peccata: cum tribus scilicet, iudicium, con-
victione, & pace salva concurrentibus,
dictum sit omnia peccata publica mortalia es-
se punienda, sed non conceditur peccata pu-
niri absque ordine juris, ut in detrimentum
ecclesiae vel boni communis.

Articulum autem propositam multum invo-

luntum reperio equivocationibus, compositio-
ne, vel divisione. Posset enim habere sensum
verum & sensus falsos, prout in fine secundi
puncti declarabitur. Et quoniam magis ex
probationibus & notabilibus, quam ex serio
terminorum articuli proponens praesens dicitur,
omnia peccata mortalia publica esse ar-
guenda, punienda, corripienda, castiganda
& expellenda, praemissa, ut auditis in
conspectu huius sanctae synodi narraui; cu-
jus correctioni & emendationi eidem devo-
to corde submitto. Hoc de primo puncto
sufficiat.

Duplex mo-
dus correctio-
nis. Unus ex
caritate fra-
terna proce-
dit. Propo-
situm prima de
correctiōne
fraterna.

Quantum ad secundum punctum, ubi vi-
dendum est per quos & quomodo correctio,
castigatio & expulsio peccatorum est facienda,
Nam dicit articulus sic: Peccata mortalia pu-
blica, & quantum rationabiliter fieri potest,
privata, alique deordinationes legi Dei con-
trariae in communitatibus Christianorum, &
quolibet statu eorumdem, debite iuxta dista-
men divinae legis per Christi fideles tam sa-
culares, quam spirituales, prout congruit u-
trisque, sunt cohibenda, corripienda, ca-
stiganda, & pro posse expellenda. Et quo-
niam duplex est modus correctionis & ca-
stigationis, unus ex fraterna caritate proce-
dens, alius ex auctoritate & potestate; e-
runt duae conclusiones. Prima de fraterna ca-
ritate, & est talis: Quilibet fidelis potest,
& casu tenetur, quemlibet pro peccatis suis
saltem privatis alium corripere correctione
fraterna.

mandatur autem correctio ista in verbis Sal-
vatoris nostri Iesu Christi, Matthaei xviii.
*Si peccaverit in te frater tuus, vade, corripe
eum inter te & ipsum solum. Ordo autem ser-
vandus est in illa, de quo subditur: Si te
audierit, lucratus es fratrem tuum; si autem
te non audierit, adhibe tecum unum vel duos,
quos in ore duorum vel trium fiat omne ver-
bum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiae. Si
autem ecclesiam non audierit, sit tibi ut ethnicus
& publicanus.*

Quod correctio ista sit licita & honesta, pa-
tet ex triplici lege, naturali, scripta, & gra-
tiae. Ex naturali, quia lege naturae preceptum
est, Hoc facies alii quod tibi vis fieri, id
est, quod velle debes tibi fieri. Debes au-
tem velle, ut alius te corrigat quando pec-
cas, ut emendes: ergo debes tu hoc unicui-
que facere.

De cor. 1.
iura motus.

Ex lege scripta, nam Deuteronomii xxii.
dicitur: *Non praeferbis bovem aut ovem erran-
tem, sed reduces fratri tuo. Etiam si non est
propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces
in domum tuam, & erunt apud te quoad
quarret ea frater tuus, & recipiat. Similiter fa-
cies de asino, & de omni re fratris tui: &
si videris asinum fratris tui aut bovem cecidit-
se in via, non despicias, sed sublevaris eum
cum eo.* Haec de benignitate legis ad litte-
ram observanda erant. Quod si de brutis
proximorum debebat alter esse sollicitus,
quanto magis de proximo errante? Propte-
rea scriptum est Ecclesiastici xvii. *Unicusque
mandavit Deus de proximo suo. Via illorum
eorum ipso sunt semper, non sunt abscondita
ab oculis ipsius.* Huius autem curam negle-
ctam a proximo, in lege tamen praecep-
tam, beatus Bernardus ad Eugenium deplora-
bat dicens: In effectu cadit astra, succur-
ritur

ANNO CHRISTI 1418.

ANNO CHRISTI 1418.

ritur ei: cadit anima, & non est qui re-
 " levet eam.
 Ex lege gratia per textum allegatum Mat-
 thei XVIII. Si peccaverit in te frater tuus,
 vade & corripue eum inter te & ipsum solum.
 Glossa autem ostendit eam esse licitam, quia
 dicit: Peccantem de zelo iustitiae corripia-
 mus & penitenti viscera misericordiae pandimus.

Cap. 4. & 5. quod sequitur.

Beatus Augustinus ibidem de correctione &
 gratia ponit quatuor causas cur exercenda est
 fraternalis correctio. Prima, ut peccator suum
 peccatum & se recognoscat. Proverbiorum
 XXIX. *Firga & correctio tribuit sapientiam*: unde
 non correpti, quia se ignorant & peccata
 sua, alios confundunt: propterea sequitur
Puer, qui dimittitur voluntatem suam, confundet ma-
trēm suam. Secunda, ut de peccato cognito
 dolorem, pudorem, & timorem habeat. Ter-
 tia, ut peccator se deformem ex peccato vi-
 dens, reformari desideret, & Deum oret, ne
 in tali debilitate permaneat. Quarta, ut si cor-
 riptus correpto non proficiat, tamen sibi va-
 leat ut peccatum effugiat & meritum acqui-
 rat: unde XXXIII. moralium capite XX. Gre-
 gorius dicit: Caritatis zelus mala quae corri-
 gere non valet, increpare non desinat, ne
 se participem delinquentium ex consensu
 taciturnitatis adiciat.

Cap. 18.

Et Augustinus de correctione & gratia ait:
 Sine desperatione corripimus, quia si filius
 pacis est quem corripimus, requiescet super
 eum pax nostra; sin autem, ad nos rever-
 tetur. Quod vero sit in praecepto affirmati-
 vo, quod obligat semper, sed non pro semper
 tantum, sed pro tempore, & loco, & aliis
 circumstantiis, patet ex textu Salvatoris di-
 centis, *corripue*, ubi manifeste videtur impera-
 re. Glossa ibi ait: Ita peccat qui fratrem
 suum videt peccare & tacet, sicut qui pec-
 canti non indulget. Sed praeceptum est non
 indulgere peccanti, ergo & corripere pec-
 cantem.

Glossa ordi-
nata in 18.
c. March.

Serm. 16.
S. Th. 4. R. 19.
17. 2.

Et Augustinus in libro de verbis Domini sic
 ait: Si neglexeris corrigere, peior factus es
 eo qui peccavit. Beatus Thomas II. II. quaes-
 tione XXXIII. articulo II. in corpore, dedu-
 cit quod sit in praecepto, ex ratione finis qui
 est fratris emendatio: ad hoc autem ordi-
 natur correctio fraternalis, sicut ista quae est
 paterna: aut per cohibitionem poenae & vir-
 tute iustitiae quis ordinatur ad bonum com-
 mune. Et dicit, quod est necessaria fra-
 terna correctio secundum quod ad emenda-
 tionem fratris ordinatur.

Et hoc in quarto magis declarat distinctio-
 ne XIX. ostendendo quod per praecepta legis
 divinae sufficienter homines in vita ordinan-
 tur: & quemadmodum in exercitu est du-
 plex ordo, unus quo totus exercitus ordina-
 tur ad ducem, alius partium exercitus ad
 se invicem; sic in Christiana conversatione
 duplex est ordo; unus ad praelatum, alius
 singulorum ad invicem: unde uterque debet
 praecepto legis divinae institui. Juxta primum
 ordinem omnes tendere debent ad illud, ad
 quod praelati intentio recta versatur: & ad
 hunc finem, commune scilicet bonum, de-
 bet praelatus eos dirigere. Juxta secundum,
 unusquisque alteri praebere debet auxilium ad
 bonum suum consequendum. Sicut ergo te-
 neatur subditi praelato suo obedientiam ex-

libere, & ille subditis eorum sollicitudine
 impartiri: ita isti sibi invicem ferre auxi-
 lium non solum in corporalibus, imo ma-
 gis in spiritualibus. Haec sententia de obli-
 gatione ad correctionem fraternalis, est Al-
 berti in quarto suo, Richardi de Media
 villa, Ostiensis in sua summa, & omnium
 doctorum.

Auctoritates autem aliquorum audiamus.

Dicit Augustinus de verbis Domini: Mo-
 net nos quidem Dominus non negligere in-
 vicem nostra peccata, non querendo quid
 reprehendas, sed videndo quid corrigas:
 debemus enim amando corripere, non no-
 cendi cupiditate, sed studio corrigendi.
 Chrysostomus autem dicit sic: Consideran-
 dum autem quod quandoque Dominus eum
 qui contristavit, ad eum qui contristatus
 est ducit, sicut cum dicit: *Si recordatus*
fuertis quod frater tuus habet aliquid adversus
te, vade, reconciliare fratri tuo. Quando-
 que eum qui injusta passus est jubet di-
 mittere proximo, sicut ibi: *Dimitte nobis*
debita nostra, sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris. Hic autem alium excogitat
 modum: nam eum qui contristatus est,
 ducit ad eum qui contristavit: ideo di-
 cit: *Si peccaverit in te frater tuus, vade*
ad eum. Quia enim ille qui injuste fe-
 cit, non facile veniret ad excusationem
 verecundatus, hunc qui passus est ad il-
 lum mittit, & non simpliciter, sed ut
 corrigat quod factum est: ideo ait: *Va-*
de, corripue eum. Item idem. Non autem
 dicit, Accusa, neque increpa, neque vin-
 dica, neque vindictas expete, sed argue,
 id est, rememora sibi peccatum, dic ei
 quid ab eo passus es: ipse enim ira &
 verecundia destinetur ebrius factus, quasi
 gravi somno: unde oportet te, qui san-
 nus es, ad illum qui aegrotat adire.

Et beatus Hieronymus ait: Sciendum ta-
 men quod si peccaverit in nos frater nos-
 ter, & in qualibet causa nos laeserit, di-
 mittendi habemus potestatem, imo neces-
 sitatem, qua praecipitur ut debitoribus no-
 stris debita dimittamus: propter quod &
 hic dicitur: *Si peccaverit in te frater tuus, &c.*
 Rursum Chrysostomus dicit: Ideo autem
 praecipit ei arguere, qui passus est injuriam,
 & non alii: quia ille qui fecit injuriam,
 ab eo manifestis sustinet, & maxime si solus
 eum corripiat. Cum enim qui vindictam ex-
 petere debet, hic salutis videtur diligentiam
 habere, maxime hoc eum potest propitium
 facere. Ne tamen ex verbis istis & quibus-
 dam praemissis quis credat, quod solum inju-
 riam passus habeat delinquentem corripere,
 cum juxta doctores cuilibet hoc comparat,
 cui peccatum est notum, tamen cum certis
 circumstantiis: dicendum est, quod hoc quod
 dicitur, *in te*, non intelligitur solum contra
 te, tamquam injuriam sustinenti, nisi dica-
 tur quod sive Deo sive alio injuriato injurio-
 ris, sed, *in te*, id est, te sciente.

Unde Augustinus: Aliquando scias fratrem
 tuum esse corripendum inter te & ipsum so-
 lum; aliquando vero coram omnibus. Quid
 autem quando facere debemus iudicere? Si
 peccaverit in te frater tuus, corripue eum inter te
 & ipsum solum. Quare? quid est, in te pec-
 cavit? tu scias quia peccavit: quia enim se-
 cre-

Richardus de Media-villa
116. c. 17. c. 18.
118. c. 17.
August. de
verb. Dom.
Serm. 16.

Chrysost. in
c. March. 3.
& 18.

Monach. 3.

Item 2. n.

Hieronymus
in 18. ep.
Marchali.

Ubi supra.

Idem ser-
mon. de ver-
bis Dom. 16.

AVVVO
CRISTTI
1455

creatum fuit quando in te peccavit, secre-
tam quere, cum corrigis qui peccavit.
Non enim solum notis quia peccavit in te, &
cum vis eam omnibus arguere, non es
corruptor, sed preditor. Hinc Augustinus.
Si tamen sint occulta peccata, sic videtur ha-
bere locum quod dicit Dominus: Si peccaveris
in te frater tuus: quoniam enim te publi-
ce offendit, jam non solum in te peccat, sed
etiam in alios, quos turbat.

Constitutum
I.

Ex conclusione sequitur primo, quod superio-
res possunt inferiores corrigere & corrigere
correctione fraterna, & contra subditi superio-
res. Et tempus dicitur fraterna, si debitis
circumstantiis suis induta: nempe prelatas,
est frater, & est pater, & superior dignitate
vel officio: patet beneficio, frater fide, reli-
gione, aut natura conformitate. Quia prela-
tus & superior, debet inferior ei reverentiam
& honorem: quia pater, amorem; quia fra-
ter, adiutorium, & ita si peccat, correctio-
nem, secundum quod Proverbiorum XVIII.
scriptum est: Frater qui adjuvatur a fratre,
quasi civitas firma, &c.

Superiores
possunt infe-
riores corrigere
correctione
fraterna, &
ver verb.

Augustinus de
Abrahamo quod
est. I. Corin-
thios cor-
ripit. Nemo fratrem

1) Per-
qui est.

Debet autem hac correctio habere tres condi-
tiones, maxime dum superiores ab inferioribus
corripiuntur, ut dicit Augustinus de An-
tonio. Primo debet habere discretionem & de-
bitam diligentiam, ut semper speretur & pro-
babiliter credatur eius emendatio. Secundo
debet habere subjectionem & debitam reve-
rentiam, ut non fiat modo temerario & cum
protervia. Tertio debet habere dilectionem &
benevolentiam, ut non fiat causa diffamatio-
nis & detractionis. Propter defectum prime
conditionis debent inferiores increpari, si si-
ne discretionem debita superiores corrigant &
corripiant: & secundum hoc in lege divina
justam erat bestiam que montem tangeret la-
pidari, Exodi XIX. Propter defectum secundam
Ora fuit percussus. Nam cum esset de ge-
nere sacerdotali, secundum quosdam, propriis
humeris debebat portare arcam Domini. Tho-
mas in IV. dicit quod tangere arcam non e-
rat Levitarum, sed sacerdotum. Ideo percus-
sus fuit, quia officium superioris usurpavit.
Et in utraque responsione apparet, quod irre-
verenter se habuit, ideo percussus fuit. Pro-
pter quod dicitur in textu II. Regum VI. cap.
Propter temeritatem percussus est a Domino. Pro-
pter defectum tertium Maria soror Moyse fuit
percussa lepra, quia causa mormurationis, diffamatio-
nis & detractionis insurrexit contra Moy-
sen, ut habetur Numerorum XII.

Constitutum
II.
Magna di-
rectio in corre-
ptione hoc adhi-
benda.

Infero secundo: Cum discretionem magna
hujusmodi correctio facienda est: ad quatuor
sequidem inspiciendum est, ut dicit Albertus
Magnus in quarto sententiarum, scilicet ad
quantitatem culpe delinquentis, ad spem
emendationis, ad statum personam que ad-
monetur, & ad seculum qui movet corripien-
tem. Si culpa est levis, & timetur ne tur-
batio gravior sequatur, non tenetur corri-
gere, quia pejus subsequetur. Item si pro-
babiliter desperatur de emendatione, non
tenetur corrigere, quia nihil faceret nisi
provocare ad penam. Ad hoc, si status al-
tus est personam, cum reverentia & excusa-
tione delicti, debet potius admonere quam
increpare. Quare si videt se ex rancore &
invidia moveri vel aliquam alia radice, tunc
non debet facere, quia tales cito prorumpunt
Concl. General. Tom. XXIX.

ponit in verba contumelias, & tunc ex re-
noti malo factum est majus malum. Et ista
distinctio est optima. Hinc Albertus Magnus.

AVVVO
CRISTTI
1455

Tertio infero quod correctio inferiorum a
superioribus debet esse aliquando lenis, ali-
quando aspera, nunquam tamen omnino ce-
rere daleodine. Offensis in summa sua distin-
guit, & partem habet a Thoma in IV. sic
inquit: Si peccatum fiat ex ignorantia vel
infirmitate, debet corrigere leniter & mo-
derate. Et hoc etiam dicit Thomas ubi su-
pra: Galat. VI. Si preoccupatus fueris homo in
aliquo delicto, vas qui spirituales estis, instruite
hujusmodi in spiritu lenitatis. Si peccatum fit
ex passione, & superinducta mala consuetudi-
ne, est corripiendum partim leniter, & partim
dure, prout dicit commentator I. Ethicorum.
Juvens enim, inquit, passionum sectator,
non solum persuasionibus & monitionibus cor-
ripiendus est, sed opprobriis & contumeliis
frequenter indiget. Unde Heli, licet moneret
filios suos juvenes per quos noverat ini-
que agere, quia non intulit opprobria aut
contumelias, dicitur non corripuisse, id est,
non sufficienter. I. Reg. II. Quando peccatum
committitur ex electione & pura malitia,
tunc corripiendum est dure. Gregorius in Pa-
storalis: Nonnulla peccata sunt vehementer
increpanda, ut cum culpa ab actore non
cognoscitur quanti sit ponderis ab incre-
pantis ore sentiat. Hoc etiam dicit Tho-
mas. Præterea ex parte increpantium distin-
guendum est: aut increpantes sunt juvenes,
aut senes: si juvenes, debent corrigere aut
monere humiliter: si senes, corripiant mo-
derate & mature: alios senes reverenter,
prelatos humiliter. Si vero corripientes essent
prelati, corripiant senes obsecrando, juvenes
humaniter monendo, I. Timoth. IV. Seniores
ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes
ut fratres, &c. Quia autem generosus est ani-
mus humanus, & facilis ducitur, quam tra-
hatur, ut dicit Seneca: in omni correctione
aliquid miscendum est mansuetudinis, ut ca-
ritas, ex qua ut ex radice correctio procedere
dignoscitur, semper fulgeat. Idem Seneca
ait. Semper objurgationi aliquid blanditiæ
admisce.

Correctorium
III.
Correctio de-
bet aliquando
esse lenis, ali-
quando aspera.

1) Sen-
dit.

Seneca de de-
monia lib. I.
c. 24. In illo
quid habet.

Constitutum
IV.
Correctio est
præceptum.
non tamen o-
bligat pro
tempore.

Infero quarto ex hoc, quod correctio est
præceptum, quod obligat non pro semper, sed
pro aliquo tempore, quia est præceptum af-
firmativum: tria autem ex parte corripientis
debent esse, & tria ex parte correpti, qui-
bus existentibus obligat, alias non. Primum
est certa peccati cognitio, Ecclesiastici II. Primum
quam interroges, non vituperi quemquam; &
cum interrogaveris, corripere jure. Secundum est
mansuetudo in corripiendo, Psalm. 89. Quoniam
supervenit mansuetudo, & corripemur. Tertium
est quod in alio non sit tanta aptitudo ad cor-
ripiendum: quoniam si alii aequè boni vel me-
liores adsint, aut peccanti magis familiares;
& probabiliter estimatur quod magis proficiant,
pro tunc non obligatur iste, præsertim nisi ve-
risimiliter appareret quod isti eum non negli-
gerent. Sic enim profecto obligaretur: non
tunc sibi competit illud III. Reg. XX. Casti-
di mihi orem istum, qui si lapsus fuerit, erit
anima tua pro anima illius.

Ex parte cor-
ripientis re-
quiritur pec-
catoris cogitatio
certa mansuetudo
in corripiendo &
in alio non sit
tanta aptitudo
ad corripiendum.

Ex parte pec-
cantis, (per
mansuetudinem.

Primum requisitorum ex parte peccantis est
spes de correctione: alios ut dictum est, non
obligatur quis talem corrigere. Proverbiorum

Quod peccati
mortalis.

ANNO
CHRISTI
1491.
Si non sit
spes majoris
opportunitatis

Augustinus de
civitate Dei
lib. 1. cap. 9

Corollarium
v.
Correctio ordi-
nata est ad e-
mendationem
peccatis, in
quo ordo a Sal-
vatore datus
observandus
est.
a) Alium
exemplum, non
patet.

Loco supra ci-
tato.

12. *Noli arguere derisorem, ne oderis te.* Secun-
dum, quod summa peccatum sit mortale. Nam
dicitur: *Si te audieris, lucratus es fratrem tuum;*
si non, tandem dic ecclesie. Per hoc quod libe-
ratur quis a veniali, non est lucratus quis eum,
quia propter hoc non erat perditus: nec oportet
talem propter hoc denuntiari ecclesie. Tertium,
quod non est spes majoris opportunitatis in
corripiendo; dicit enim Augustinus primo de
civitate Dei: *Si propterea quisque*
objurgandis & corripiendis male agentibus
paruit, quia tempus opportunum inquiritur,
non est occasio cupiditatis, sed consilium ca-
ritatis, hæc sententialiter ex illo doctore.
Tres autem casus tangit sanctus Thomas se-
cunda secunda, questione xxxiiii. articulo ii. B
ad tertium, & item Ricardus de Media villa.
in quorum primo merito a correctione fra-
terna quis se abstinere, si scilicet opportunum
tempus expectetur. In secundo cum peccato
mortali, dum probabiliter scit se posse fratrem
peccantem emendare tamen pro temporali com-
modo aut metu amittendi aliquid temporale.
In tertio cum peccato veniali, dum non ha-
bet spem probabilem de emendatione fratris
per eum, & nimis inhiat iste, qui habet cor-
ripere, temporalibus. Non tamen ita, quod
si constaret, quod fratrem posset a peccato
retrahere, & propter timorem, vel cupidita-
tem omitteret, quibus in animo suo præpo-
nit caritatem fraternam.

Sequitur per hoc quod ista correctio ordinata
est ad emendationem peccantis, ordo, si pec-
cata sunt occulta, a Salvatore datus, servandus
est: si admonitioni caritative peccans ipse
paruit: itaque si monitus non paruit aut ac-
quiescit est ultra procedendum, suppositis dis-
positionibus & circumstantiis antedictis. Advo-
candus est enim unus testis vel duo, quos
spereamus probabiliter velle correpto prodesse,
non obesse; quos si non audierit, dicendum
est ecclesie, id est, prelato uti iudici. Ratio
hujus sicut ubi una lenis medicina non proficit
ad salutem corporis, adhibenda est fortior, ut
tamen minus gravetur infirmus, quantum fieri
potest: sic in sanatione spiritali ubi secreta
monitio non sufficit, ad graviora proceden-
dum est, quod fit cum testis unus assumitur
vel duo, qui triplici ratione advocantur: prima
ut videant; secunda, ut testes sint admoni-
tionis factæ: tertia, ut negantem coram eccle-
sia, id est, prelato convincant. Possem etiam
non incongrue per ecclesiam intelligere conci-
lium generale. Et sic talis ordo est observandus:
primo frater delinquens monendus est caritative:
si non acquiescit, dicendum est prelato, ut
est privata persona, quia nullus est qui magis
debat illi prodesse quam persona prelati.
Si sic eum non audierit, adhibendus est unus
testis vel duo ad iterum monendum; Et
si illos non audierit, dicendum est prelato
ut iudici. Si coram illo conventus negaverit,
convincendus est per testes adhibitos, quia
scriptum: *In ore duorum vel trium stat omnis*
testimonium.

Hunc ordinem tangit Thomas in quarto.
Et quod dicendum est prelato ante testium
adhibitionem, ut tamen est privata persona,
habetur ab Augustino in regula. Verum quod
in aliquibus secretis vel privatis peccatis non
est observandus iste ordo de necessitate, ut si
quis tractaret de prodicione civitatis, aut de

subvertendo populum in fide, aut moribus:
Nam statim procedendum est ad denuntiatio-
nem talium, admonitione secreta pretermissa,
ut impediatur tantum nocentem: nisi fir-
miter quis existimaret quod per solam secre-
tam admonitionem posset hujusmodi mala impe-
dire. Nec tamen contra ordinem Christi fit,
quia talia peccata non sunt solum in te, sed
etiam in alios; sed in illis peccatis que tan-
tum nocent peccanti directe & per se, aut
paucis, ordo tenet.

De prelati autem qui committunt peccatum
occultum, & postquam moniti caritative & hu-
militer ac reverenter fuerint, nolunt acquiescere
correctioni, utrum sic procedendum est ad
denuntiationem, dicit Albertus super iv. quod
non, & dicit in forma sic: In distinctione xix.
111. questione, utrum idem ordo observan-
dus est in correctione cujuslibet hominis? Ad
responsionem post reprobationem cujusdam opi-
nionis, dicimus cum quibusdam, quod ad o-
mnes extendatur, sed ad omnes prelatos est
admonitio in denuntiatione non procedens.
In aliis autem potest procedere in denun-
tiatione, ut supra dictum est. Et in arti-
culo priori, utrum hæc correctio fraterna sit
omnium in omnes, dicit sic in solutione: O-
mnis homo omnem hominem cum reveren-
tia & mansuetudine tenetur admonere & corri-
pere de delicto: sed non ulterius potest de-
nuntiare si est inobediens, quia si prelatus
supremus est, non habet iudicem. Ibi lo-
quitur de supremo prelato specialiter, &
etiam statim dixerat universaliter de omni
prelato. Quidquid sit manifestum est quod ubi
prelatus monitus non obediit, licet ad
superiorem, si habeat, recurrere quis posset,
non est ad populum recurrendum; prout di-
cit proponens coram eodem hæc peccata sua
arguenda; nisi immineret fidei periculum, ut
communiter doctores exemplificant: addere
possem, & in periculo schismatis & corruptio-
nis morum in ecclesia per malam doctrinam.
Unde dicit Thomas secunda secunda questione
vigesima tertia articulo quarto, ad secundum,
quod in faciem resistere coram omnibus ex-
cedit modum fraternæ correctionis. Et ideo sic
Paulus Petrum non reprehendisset, nisi aliquo
modo esset par quantum ad fidei defensionem.
Sed in occulto admonere & reverenter hoc
potest etiam ille qui non est par. Unde Apo-
stolus ad Colossenses capite ultimo scribit, ut
prelatum suum admoneant, cum dicit: *Di-*
cite Archippo episcopo, Ministerium tuum imple.

Sciendum tamen quod ubi immineret fidei
periculum, etiam publice essent prelati a sub-
ditis arguendi. Unde etiam Paulus, qui erat
subditus Petro, propter imminens periculum
scandali circa fidem, publice Petrum arguit.
Et sicut glossa dicit, Augustinus ad Galatas 11.
Ipse Petrus exemplum majoribus præbuit,
ut sibi forte rectum tramitem reliquissent,
non dedignarentur etiam a posterioribus cor-
rigi. Hæc Thomas ibidem, in iv. distinc-
tione decima nona dicit sic in forma, respon-
dendo ad unam rationem que est de repre-
hensione Petri a Paulo, Dicendum, inquit: quod
Paulus resistit in faciem Petro coram omnibus,
sicut ibidem ad Galatas 11. dicitur. Hoc
autem excedit modum fraternæ correctionis,
qui prelati a subditis debentur. Non enim
prelati a subditis coram plebe seu multitu-
dine,

ANNO
CHRISTI
1491.

Ordo in corri-
piendo Prela-
to servandus.

Epist. 19. In-
ter modum &
scandali.

ANNO CHRISTI 1433.

ANNO CHRISTI 1433.

Gregorius Nazianzenus oratione 40. de subdito populo.

« dicit, sed humiliter in privato corripiendi
 « sunt, nisi immineret periculum fidei. Tunc
 « enim prelatus minor feret, si in infidelita-
 « tem laberetur, & subditus fidelis major. I-
 « dem dicit Richardus de Media villa. Dico ul-
 « terius quod fraterna correctio de peccatis præ-
 « teritis publicis locum habet. Etiam dicit Tho-
 « mas: Publica reprehensio: salvis his quæ di-
 « cta sunt de prelatis. Dicit enim hic sanctus
 « Thomas secunda secunda questione trigesima-
 « tertia, articulo septimo, in corpore: « Quo-
 « niam fierat enim utrum in correctione fraterna se-
 « creta admonitio ex necessitate præcepti de-
 « beat præcedere denuntiationem. Distinguen-
 « dum est, inquit: Aut enim peccata sunt publi-
 « ca, non tantum adhibendum est remedium
 « ei qui peccavit, ut melior fiat, sed etiam a-
 « liis in quorum notitiam devenit, ut non scan-
 « dalizentur. Et ideo talia peccata sunt publi-
 « ce arguenda, secundum illud 1. Timoth. v.
 « Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri ti-
 « morem habeant. Quod intelligitur de pecca-
 « tis publicis, ut dicit Augustinus in libro de
 « verbis Domini. Ibi dicit sanctus Thomas
 « quod remedium ut melior fiat illi adhiben-
 « dum est. Et hoc fit per correctionem frater-
 « nam; sicut quod coram omnibus arguitur, re-
 « medium est aliis, ne ipsum in culpa sequantur,
 « ut de republica tollatur scandalum.

Serm. 16.

Corollarium VI.
 Ecce sancti presbyteri non sunt publicè corripiendi, nisi in certis casibus, de populo abstrahatur a debita obedientia.

Alexander de Alea part. 1. quæst. 33. membr. 3. ar. 5.

Telephorus in epistola sua decretali.

« Ipsi qui proprio ore corpus Domini confi-
 « ciunt, ab omnibus sunt audiendi & timen-
 « di, & non dilacerandi, aut detrahendi:
 « quia a quibus populus Domini se benedici-
 « salvari, & instrui cupit, nullatenus debet
 « eos arguere, nec vulgus in eorum accusa-
 « tione suscipi: populus enim ab eis docen-
 « dus est, & corripiendus, non ipsi a popu-
 « lo, quia non est discipulus supra magi-
 « strum. Apparet per hoc quod populus debet
 « obedire sacerdotibus, & se non subtrahere
 « ab eorum obedientia.

Item Gregorius Nazianzenus secunda oratione in sancta lumina post medium, demum etiam illud docet, quomodo subiectos esse oporteat eos qui accedunt ad gratiam, his quibus dispensatio mysteriorum Dei commissa est maxime etiam si dignitate aliqua sibi vel sapientia præditi videantur: « Nemo dissimulet
 « baptismum, nemo contemnat, nemo prædi-
 « catoribus fidei & dispensatoribus gratia resistat atque repugnet, sed cum omni humilitate & veneratione subiaceat. Hæc ille.

« Præterea Chryostomus super epistola secunda ad Timotheum homilia secunda dicit: « Nescis quid est sacerdos? quoniam angelus
 « Dei est, non enim quæ sui ipsius sunt loquitur.
 « Si contempseris, non eum contemnis, sed eum
 « qui inthronizavit eum, Deum. Et unde manifestum est quod Deus inthronizavit eum?
 « nisi hanc habeas opinionem, spes tua evacua-
 « ta est. Si enim nihil agat Deus per eum, ne-
 « que lavacrum habes, neque mysterii partici-
 « ceps es, neque benedictionibus fruereis: Non
 « ergo Christianus es. Quid ergo? Omnes ordi-
 « nat, etiam indignos? Non omnes quidem
 « inthronizat, per omnes tamen ipse operatur,
 « salutem populi moliens, non illorum intrans
 « merita. Hæc ille. Profecto hæc sententia in
 « illo verbo Salvatoris fundata est: Qui vos au-
 « dit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.

Math. 10.

Forse dicit quispiam: Ideo publice malis sacerdotibus non obedio, quia propter suam malitiam publicam dominium super me perdidit. Putas, quæso, dominium in caritate fundari? si hoc credis, cum certi esse non possimus de alio si sit in caritate, cum nec de nobis ipsis sumus, Sapiente teste, qui ait Ecclesiastici 1x. Nemo sit an odio vel amore dignus sit: & Apostolo qui dicit 1. ad Corinthios 1v. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; certi est non possimus de aliquo, si sit verus dominus: & ita non solum spiritualia dominia ambigua erunt, sed & temporalia. Quod si dicatur, imo certi erimus, donec aliquid publicum mortale commiserint; si sic dicitur, ergo dominium aut spirituale aut temporale in caritate non fundatur, cum per mortale occultum quis dominium non amittit.

Per peccatum quidem mortale non amittitur dominium.

Porro ostendo, quod per mortale publicum non amittitur dominium, saltem per peccatum personale, quod fidem non corrumpit, aut ecclesiam non scindit, vel bonos mores per malam doctrinam directe non perimit. Dignitates & dominia sunt a Dei providentia derivata: nam ad Romanos xiiii. dicitur. Qui potestati resistit divina ordinationi resistit. Et Proverbiorum oclavo dicit æterna sapientia, cujus munere omnia gubernantur: Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ergo quibus dedit Dominus potestates & imperia, illi veri

ANNO CHRISTI 1477.

ANNO CHRISTI 1477.

Apr. 2. & p.

Alibi libet haberi August.

sunt domial. Constat autem Dominum interdum facere malum hominem regnare super populum ad populi afflictionem, Job xxxiv. *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi.* Igitur tales quamvis sint mali culpa personali, tamen domini sunt.

Idem manifestum est in angelis Ephesi, Pergami, Thyatirum, Sardium, & Laodicea: adversus enim illos episcopos Dominus comminationes revelat, quarum aliqua non sunt pro peccato veniali imo mortali, & tamen adhuc episcopi sunt, & non ipso facto depositi.

Præterea Anselmus in glossa super illo i. Corinth. i. *Et scias quæ a Deo donata sunt nobis.* ait: Multi habent donum spiritus Dei, & nesciendo a quo habent impia vanitate jactantur. Nemo donis Dei beatus qui danti est ingratus. Idem Augustinus super Psal. lxxvi. v. i. *Alia sunt dona quæ dat Deus inimicis suis, & alia quæ non servat nisi amicis suis. Quæ sunt dona quæ dat Deus inimicis suis? quæ nunc memoravi, Non enim soli boni plenas habent domos rebus necessariis, aut soli boni vel salvi facti sunt, vel ab ægritudine convalescunt.* Hæc Augustinus. Quid mirum, si dominia dat peccatoribus, fidelibus tamen, qui etiam infidelibus larga dedit imperia? imo & infidelem super populum suum regnare constituit? patet in Nabuchodonosor. Erat enim ille idolatra, sed & rex constitutus a Domino super populum Israel peccantem. Jeremias siquidem xxvii. scriptum est: *Ego feci terram & homines & jumenta, quæ super faciem terræ sunt in fortitudine mea magna, & in brachio meo extenso, & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. Et nunc: utique ego dedi omnes terras istas in manus Nabuchodonosor regis Babylonis servi mei. Insuper & bestias agri dedi ei ut serviant illi & servient ei omnes gentes. & filio ejus, & filio filii ejus.* Videtis quomodo Deus eum præfecit in regem terræ Israel, sicut de ipso propheta loquitur in textu: nec solum eum, sed filium, & filium filii. Nec potest dici quod Deus dicatur facere hoc permissive, quia Dominus addit: *Servi mei, & bestias agri dedi ei.* Iterum Cyro adhuc idolatra dedit Dominus regna terræ. Isaie enim xlv. *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subiciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam.* Sequitur & ibi: *Dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Hieronymus in commentario lib. xli. ait: *Hujus dexteram apprehendit & tenuit, ut nullus fortitudini ejus valeret resistere: legamus Xenophontis octo librorum Cyri majoris historiam, & prophetiam Isaie cernemus expletam.* Quis enim civitas illi non patuit? quis non regum terga subiecit? qui muri prius inexpugnabiles non illius obediens subversi sunt? Hæc ille.

Amplius Casar erat injustus injustitia fidei, tamen Dominus dominium suum confirmavit, cum ait: *Reddite quæ sunt Casaris Casari.* Pilatus etiam erat iniquus Christo, judicans in favorem Judæorum, tamen suam potestatem approbavit, cum ait: *Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Propterea dicit Augustinus libro de questionibus veteris & novi testamenti: *Dei imaginem habet rex, sicut episcopus Christi.* Quamdiu ergo in ea traditione ma-

est, est honorandus si non propter se, vel propter ordinem: unde gentilem, in posse stare tamen possum, honoramus, licet indignus sit. Hæc ille. Patet quomodo in rege personam distinguit Augustinus ab ordine. Si fuerit peccator in persona meretur privari honis Dei. Sed quia est rex ex officio, meretur habere Dei bona etiam valida, honores excelsos ab homine, & a Deo viscera & somnia. Proinde idem libro de civitate Dei dicit in effectu, quod idem Deus dedit regna piis & impiis: qui Mario imperatorem, ipse & Cajo, qui Constantino Christiano, & Juliano apostata.

Patet ergo quod verum dominium non fundatur in gratia gratum faciente, sed in divina providentia, sicut in causa efficiente, secundum quam, propter occultas nobis causas sæ æternæ sapientie manifestissimas, bene vult malis, & interdum male, pessimaliter vero bonis. Cum autem visum erit in sequenti conclusione sacerdotem populo non esse subiectos, apparebit irrationabile, ipsos coram populo de peccatis suis personalibus publicis arguere, hypocritam detegere, & coram ipso suis manifestis sceleribus contraire, ut dixit proponens; dum tamen non sint in subversionem, per falsam doctrinam: in quo casu possunt argui publice coram populo, ut supra dictum.

Sequitur septimo ex præcedenti, quod subditus populus non potest licite subtrahere decimas & oblationes a malis sacerdotibus publica malitia personali. Nec valet excusatio avaritiæ hoc facere volentium, Quis nolent tales nutrire in peccatis quod tamen facerent dando, ut dicunt. Probatur: Christus sustentavit Judam proditorem, deditque ille buccellam panis, & fecit eum participem mensæ suæ, & adhuc erat sacerdos. Item Deus pascit gentiles in orbe hæreticos, & impios Christianos, ita ut Job dicit: *Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant eum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum.* Job xli. Et Veritas ipsa de hoc ait: *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.*

Item Augustinus tractatu de oratione Dominica, qui incipit, Sanctissimis Apostolis, ait: *Ipsam panem, carissimam, quo venet impletur quo caro quotidie reficitur, ipsam panem videtis dare Deum, non solum laudatoribus suis, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Laudas, pascit te: blasphemias, peccat te: ut penitentiam agas, expedit te; si non te mutaveris, damnat te.* Quia ergo panem istum accipiunt boni & mali a Deo, putas non est aliter panis? Hæc ille. Item idem prima parte sermonum, sermone de generalitate elemosynarum, qui incipit: *Sunt qui dicunt, De misericordiam, & ne suscipias peccatorem.* Illa enim ob hoc dicta sunt, ne unquam peccatori beneficias propterea quis peccator, sed quia homo est: itaque utrumque præceptum tenebis, non ad vindictam remissum nec ad subveniendum. Omnis enim qui ratione arguit peccatorem, quid aliud quam vult non esse peccatorem? Odit ergo in illo quod odit Deus, ut perimatur quod homo fecit, & liberetur quod Deus fecit: peccatum autem homo fecit ipsos

vii. Constitutum. Populus non potest subtrahere peccatis malis sacerdotibus.

Mon. 1.

Stultus habet in se ipsum, non videt quod dicitur Psal. 11. quod Deus etc.

Mon. 11.

ho-

ANNO CHRISTI 1435.

ANNO CHRISTI 1435.

homines Deus. Et infra: Benefac humill
 propter hoc quod humilis est, & ne de-
 derit impio propter hoc quod impius est.
 quoniam & Altrissimus odit peccatores, &
 impio reddet vindictam; qui tamen non
 solum propter hoc peccatores & impii
 sunt, verum etiam quod homines, facit
 oriri solem suum super bonos & malos,
 & pluit super iustos & iniustos: ita nulli ho-
 minum claudenda est misericordia, nulli pec-
 catori impenitentia relaxanda. Hæc Augustinus.

Ex quo patet, quomodo potest dari malis,
 nec tamen nutrietur malitia: ideo possunt
 reddi decimæ, utique iustissime debita, nec ideo
 nutrietur malitia: nam solventur, quia debita
 & quia illi sunt sacerdotes, non autem quia
 mali. Item Hieronymus in commentario super
 illo Matthæi, *Reddite que sunt Cesaris Cesari,*
 & *que sunt Dei Deo*, dicit sic: Porro quod
 ait: *Reddite que sunt Cesaris Cesari*, id est,
 numum, tributum, & pecuniam: & *que*
sunt Dei Deo, id est, decimas primitias,
 & oblationes. Hæc Hieronymus.

Tunc autem Cæsar Tiberius erat tyrannus,
 successor tyranni & herus; sacerdotes infide-
 les, avari, & malo pertinaces, ad pietatem
 indociles, & mortem Domini iugiter medi-
 tantes; & tamen illis decimas Dominus jubet
 dari: Si illis danda sunt, cur non sacerdoti-
 bus malis, tamen fidelibus? Rursus idem in

March. 29.

Baron. in ep. ad Rom. 14.

2. Tunc in-
gressus habet
Ier. 14. 9. 10.
11. 12. 13. 14. 15.

annotationibus super illo: *Si fuerint inimicus*
tuus, cibo illum; si frater, pasc illum; ait: No-
 li negare quod Dominus nulli negat,
 quamvis sit blasphemus & impius: hoc e-
 nim faciens, carbones congeres super caput
 eius: ut cum sibi carbones intellexerit
 per tuam indebitam misericordiam con-
 gregari, excutiat eos, hoc est, convertatur;
 & dilgat te, quem habuerat aliquando
 perosum. Item: Idem Deus nulli negat e-
 tiam blasphemum, & impium: & numquid i-
 pse cibet inimicos suos contra se ipsum?
 non, sed contra se ipsos eis gratitudo Do-
 mini, gratitudo & servorum ejus obesse
 potest ad peccatum. Domini gratitudo au-
 tem servis ejus crescit ad gloriam, quia
 nec ideo pascunt peccatorem ut amplius
 peccet, sed magis ut gratia Domini victus
 a delicto quiescat. Hæc Hieronymus: Cry-
 stostomus autem super Joannem homilia lxx.
Qui manducat meum panem: Omnia alia,
 inquit, dimittens, hoc unum quod sufficiens
 erat eum, scilicet Judam, detinere & con-
 vertere, posuit Christus, Qui a me nutritus
 est, qui apud mensam communicavit. Hoc
 autem dixit, erudiens eos, qui malefaciunt,
 benefacere: etiamsi manserint insanabiliter
 habentes. Hæc ille. Ponderate quod dicit,
Esti manserint insanabiliter habentes: nam illis
 benefaciendum, non obstante malitia, docet
 Dominus Jesus, ut ait ipse Chrystosto-
 mus. Si vero ælum habens correctionis vi-
 tiorum, utinam secundum scientiam, causetur
 dicens, quod nisi coram multitudine populi
 vitia cleri arguantur & improbentur, judicabit
 simplex populus illa esse licita, ideo ut eis con-
 sultatur, necessarium est omnibus talibus pu-
 blice coram populo contraire: dico quod non
 habet unde rationabiliter conqueratur: Nam
 juxta præmissa doctrinam Salvatoris insequen-
 do, sacerdotes delinquentes publice pecca-
 tis personalibus potest fraternaliter cum reve-

rentia, honore & mansuetudine corrigere, ad-
 hibitis debitis circumstantiis. Quod si illum non
 audierit, adhibeat unum vel duos testes: quos
 si non audierit, dicat ecclesie, id est, prælato ec-
 clesie, qui est superior sacerdotis delinquentis.
 Si ille neglexerit, potest ad superiorem recurrere,
 usque ad summum Pontificem; quem si rursus
 desidem in correctione ista judicaverit, habet pro
 finali recurso generale concilium, quod requisi-
 tum & corrigendis informatum nullatenus defi-
 ciat. Speciali enim quadam presentia Paracle-
 tus Spiritus sanctus ei adest, & Christus, qui spon-
 sam ecclesiam catholicam in concilio gene-
 rali representatam, nullatenus errare permittit,
 quam desponsavit sibi in fide & in misericordia
 & miserationibus usque in sempiternum.

2. manifestatur
solum aliter,
& debet corri-
piendum taliter
maxime.

Propter quod in morum reformatione non est
 ambigendum, concilium generale tramitem ve-
 ritatis unquam relicturum; hoc tantum restat,
 ut omnis puritatis amator conciliorum genera-
 lium celebrationem toto corde & opere procuret.
 Ecce lenitatem Domini, ecce mandatum de cor-
 rectione fraterna, ecce præcticam horum con-
 tra malitiam sacerdotum personalem. Dixi,
 personalem: quia si fide aut doctrina errarent &
 perverterent populum, hoc modo si, mores
 sanctos documentis malis niterentur evertere,
 aliter esset procedendum, ut dictum est, nec
 peccarent solum in se, sed in omnes Christia-
 nos. Ubi vero omitteretur celebratio genera-
 lium conciliorum, quod Deus avertat, reme-
 dium est prædicatio verbi Dei maxime ad cle-
 rum facta. In illa fiat generalis exprobratio vi-
 tiorum, ne unquam putent insipientes vitia
 sibi licere. Ad populum vero exprobratio viti-
 orum cleri non videtur expediens, nisi cum ma-
 gno moderamine, & diligenti verborum tem-
 perantia fiat; ne clero populus infestus insole-
 ntior fiat, & abiciat omnem reverentiam & o-
 bedientiam. Ubi tamen probabiliter appareret
 populum errare, credendo vitia cleri jam non
 esse vitia, esset per veram doctrinam ei succur-
 rendum; sed hoc diebus nostris evenire pro
 magna parte populi non permittit Dominus.

Non ergo arguendi sunt mali sacerdotes ma-
 litia personali coram populo propter hoc: ultra
 præmissa, hanc unicam facio rationem. Ordo
 fraternæ correctionis ostendit, quod ab ea iter
 in correctionem paternam seu judicariam, dum
 illa non sufficit. Nam post correctionem in-
 ter te & illum, unus vel duo testes adhiben-
 tur, ut vincatur jam correptus coram iudice.
 Postea si negaverit, dicatur ecclesie, id est,
 prælato, vel universali ecclesie in negligentia
 prælatorum: si illam non audierit, excommu-
 nicatur vel excommunicatus est; ideo sit tibi
 ut ethnicus & publicanus. Igitur ubi fraternæ cor-
 reptionis non sufficit, curritur ad iudicem, ut qui
 volens corrigi noluit, nolens corrigatur. Mo-
 do populus, ut postea patebit, non est iudex
 sacerdotum, nec habet excommunicare aut
 claves ecclesie, sed potius pastores, & eccle-
 sia universalis seu concilium illam representans.
 Igitur corrigendo coram populo malum sacer-
 dotem, legem correctionis fraternæ quis trans-
 greditur, & non ingreditur ordinem judicari-
 e potestatis, ergo hoc non est faciendum.

Sequitur secunda conclusio.

Secunda conclusio: Soli habentes auctorita-
tem a lege, a divina voluntate, per inspiratio-
nem

ANNO
CHRISTI
1662

ANNO
CHRISTI
1662

nem seu revelationem cognita, aut ab aliquo illorum commissa, possunt licite in quolibet statu corrigere judicialiter subditorum suorum peccata mortalia publica. Ista conclusio probatur lege divina, praxi Apostolorum, & ecclesie primitivæ, decretis libri conciliorum Iſidori, & sanctorum patrum, & auctoritatibus sanctorum doctorum, se fundantium in lege divina.

Aug. contra
Paganos lib.
1. c. 23. Tom.
6. supra pro-
positionem 6.

Primo probatur ex testimonio veteris testamenti. Exodi 11. scriptum est, cum quidam Hebræus alteri faceret injuriam, & Moyses injuriantem corripere, ait correptus: *Quis te constituit judicem super nos? numquid vis me interficere, sicut heri interfecisti Ægyptium?* Augustinus autem contra Faustum dicit super interfecionem Ægyptii per Moysen: *Moyses non detestabili immanitate, sed emendabili animositate justitiam regulam excoſit, quia nondum a Domino principatum exceſerat, ut prius allegatum est.* Secundo: Sic David quemdam juvenem (dicunt multi doctores, quod fuit Doeg Idumæus, qui dixerat se Saulem occidisse, licet mentiretur) occidit. Nam 11. Regum 1. dixit illi juveni: *Quare non timuisti manum tuam mittere, ut occideres christum Domini?* Et paulo post dixit: *Sanguis tuus super caput tuum sit, iustitque eum interficere: hoc autem non fecisset, si sibi licuisset regem Saulem occidisse.* Non ergo illi licuit, quamvis Saul esset malus, & reprobus a Domino ne regnaret. Tertio, Proverb. xxx. dicitur: *Per trita movetur terra, & quantum non potest sustinere. Primum est per servum, cum regnaverit:* hoc autem fieret, si subditi vellent defectus superiorum publicos per juditiam vindicare. Quoniam vero orbis perturbatio mala est, hoc non licet: Quarto, Psalm. lxxi. dicit Propheta: *Deus judicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.* Ibi judicium justitiam committit precatur propheta, non cuilibet, sed regi, aut filio regis, vel his qui iuste aliis præfunt. Iterum Proverbiorum xix. Sapiens ait: *Non doceat stultum delicia, nec servum dominari principibus.* Ex illis patet subditos non debere superiorum peccata per justitiam corrigere, aut punire. Item Iſaiæ decimo dicit Spiritus sanctus: *Numquid gloriabitur securus contra eum qui fecit in ea, aut exaltabitur ferrum contra eum a quo trahitur? Quomodo si elevetur virga contra elevatam se, & exaltetur baculus, qui urgue lignum est.* Licet autem hoc dictum sit contra prævaricatores divinarum mandatorum, quod patet ex pronuntiatione pœnæ divinitus comminatæ; rationabiliter tamen potest exponi de insurgentibus in superiores, delicta eorum cupientes sub titulo justitiam vindicare.

Rursus, ut allegatum fuit, inobediens sacerdotis imperio moriebatur in lege. Ex quo verbo hoc morale accipiendum est, quod sacerdotibus evangelicis, in his quæ bene præcipiunt, populus tonetur obedire: non ergo habet populus eorum peccata personalia per justitiam potestatem corrigere. Si dicatur, quod hoc verum est de bonis (nam malos presbyteros puerulus Daniel judicavit, ut patet Danielis xiii.) respondebo, quod ita fecit; sed hoc fuit accepta a Domino super hoc speciali potestate, quæ innotescit hominibus aut per miracula, aut per testimonium sacrarum scripturarum: hæc autem, de qua hic, inspiratio divina ex scriptura manifestatur. Nam dicitur: *Suscitavit Deus spiritum pueri junioris, cui nomen Daniel.*

Præterea eodem modo videtur dicendum, quod subditi possunt peccata principum secularium publica auctoritate justitiam punire & corrigere; & hoc est seditiosum, & subversio omnis principatus temporalis. Amplius: superiores non habent ab inferioribus puniri propter eorum negligentiam in justitia ministranda aut regimine, & specialiter ecclesiastici a laicis. Illorum enim defectus Dominus judicabit & non populus terre. Quod patet Iſaiæ tertio, ubi dicitur: *Stat ad judicandum Dominus.* Quod ad prælatos aut ad sacerdotes hoc dictum sit, patet: nam paulo post dicitur: *Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra:* sic enim ad hoc propositum allegat Alexander illam auctoritatem. Idem patet Ezechielis 33. De speculatore enim dicitur: *Nisi insonneris buccina, cum viderit gladium venientem, sanguinem perternis de manu sua requiram, non populus terre, sed ego, supple, Dominus.* Hæc enim sunt verba Domini. Non habet ergo negligentiam exigere populus ex auctoritate de manibus prælatorum aut presbyterorum, sed Dominus: quamvis possit pro defectibus & negligentiam in officio querimoniam superioribus ipsorum ecclesiasticorum deficientium porrigere, ac pro peccatis personalibus eos monere fraternaliter modo dicto in præcedenti conclusione.

Deinde probatur conclusio testimonio novi testamenti, & primo Matthæi xxvi. dicit Saluator: *Omnis qui gladium acceperit, gladio peribit.* Ille vero dicitur gladium accipere, qui propria auctoritate justitiam pœnas exercet. Unde de Augustinus: *Ille gladium accipit, qui nulla superiori aut legitima potestate vel jubente vel concedente in sanguinem alicujus armatur: ergo soli tales, non qui gladium accipiunt quoniam gladio peribunt, sed quibus gladius a Deo datus est, debent peccata publica auctoritate justitiam vindicare.*

Secundo Apostolus ad Romanos xiiii. dicit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Nam qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Post pauca subdit: *Non sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui male agit.* Ex his patet quod inferiores subditi debent potestatibus sublimioribus, & sic non habent de illis potestatibus justitiam facere: non enim habent gladium datum a Domino, sed princeps, qui Dei minister est contra operantes malum. Si de facto faciunt, gladium accipiunt, & gladio peribunt, ut dicit Dominus.

Tertio Apostolus reprehendit eos, qui judicant non sibi subditos. Dicit enim ad Romanos xiv. *Tu quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo sunt aut cadis.* Nec potest dici, quod propter peccatum domini efficiantur subditi, dum tamen illud peccatum sit tantum personale, & non sit in fidem, aut contra rempublicam, ad cujus custodiam, & fidei defensionem ordinatum est dominium sicut probatum est supra.

Quarto, 1. Petri 11. Petrus Apostolus: *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum;* specificando autem cui, subiungit, *Sive regi quasi præcellenti, sive ducibus quasi ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Si dicatur, quod bonis parendum est, non malis, contradicit illud 1. Petr. 11. *Servi subditi estote in omni timore*

Aug. 11. c. 1.
contra Paganos
lib. 1. c. 23. Tom.
6. supra.

re dominis vestris, non tantum bonis & mode-
stis, sed etiam dyabolis;

anno
CHRISTI
1000

Consequenter ex praxi Christi, Apostolorum
& primitiva ecclesia. Sic ex praxi Christi:
Christus uni tantum, non omnibus dixit, sci-
licet Petro: *Pesces oves meas*, Joannis ultimo
dante uni, non pluribus, universalem auctori-
tatem corrigendi peccata subditorum, & in vir-
tutibus eos nutriendi. Item ex praxi Apostolo-
rum, Petrus solus tanquam caput aliorum, di-
vinam sententiam in Ananiam & Saphiram pro-
mulgat, quis defraudaverant de pretio agri,
mentiti Spiritui sancto, ut habetur Actuum v.
In quo patet; quod superior habet ferre judi-
cium aut promulgare. Ceterum cum Simon ma-
gus offerret pecuniam Apostolis, ut haberet po-
testatem dandi Spiritum sanctum per impositi-
onem manuum, solus Petrus, ut aliorum prin-
ceps, legitur eum corripuisse imperiose, dicens:
Pecunia tua tecum sit in perditionem. Actuum
viii. Præterea cum Paulus percussus jussu Ana-
niam summi sacerdotis Judæorum dixisset: *Per-
cutis te Deus paries dealbatus*: & quidam adstan-
tium ei apponisset: *Sic summum sacerdotem Dei
maledicti*: Respondit: *Nesciebam fratres, quis
princeps es sacerdotum*, per hoc se excusans de
maledicti pronuntiatione, ostendens quod supe-
rioribus non sunt maledicta inferenda, & mul-
to minus corporales pœne per inferiores. De
his Apostoli verbis habetur Actuum xxiii.
Nec valet quod Paulus restitit Petro in faciem.
Nam habetur Galat. ii. *Cum venisset Cephas
Antiochiam, in faciem ei restitit, quæ reprehen-
sibilis erat*, quia cum superior peccat in fide
fidelis, sit inferior in hac parte, & subditi non
lapsi sunt superiores, ut Thomas in iv. distin-
ctione xix. vel magis glossam sequendo dico,
quod in defensione fidei Paulus fuit par Pe-
tro: dicit enim glossa super illo: *Restitit enim
in faciem*, ut par: ita dicit Richardus de Me-
dia villa in quarto, distinctione xix. In una
responsione tangit aliam, quæ Thomæ vide-
tur confirmari in quarto: quod ubi imminet
periculum fidei, inferior potest superiorem et-
iam publice arguere, ut etiam dicit Thomas
in ii. secunde immediate supra, sicut ante
in fine quinti corollarii dictum est. Et hoc
maxime dico verum esse, quando periculum
est in mora, nec dilationem recurrendi ad su-
periorum periculum patitur.

Supra an-
noto 3.

Thom. 2.
quod. 11.
an. 7.

Ita dicit de paritate Petri & Pauli in defen-
sione fidei Augustinus de Ancona libro de po-
testate ecclesiastica, questione vii. art. 11. ad
primum, ubi ostendit, quod Paulus fuit minor
Petro, major, & equalis. Minor quidem po-
testate probationis, quia solus Petrus fuit Ce-
phas, id est, caput totius ecclesie; major au-
tem prerogativa electionis, electus fuit a Chri-
sto post resurrectionem & post glorificationem.
Unde in bulla Pape, Paulus ponitur ad dex-
teram. Equalis in officio prædicationis, & si-
des defensionis tangebatur, quantum ad ces-
sationem legalium, unde ad Galatas ii. Post
verba assumpta sequitur de Petro: *Non enim
ambulabat ad veritatem evangelii*.

Allego ultra praxim Apostolicam, praxim,
ut sic dicam, angelicam Michaelis archangeli:
qui dum cum diabolo de corpore Moyse alter-
caretur, noluit imperare, sed Domino impe-
randum reservavit. De hoc enim habetur in
epist. Judæ: *Cum Michael archangelus altercave-*

tur cum diabolo de corpore Moyse, non est ausus
judicium inferre blasphemis, sed dixit, Imperet ti-
bi Dominus. Si punitonem noluit archangelus
in diabolum sine auctoritate superioris, scilicet
Dei, exercere, sed Domino reservavit; cum
homines non sint meliores angelis, nec delin-
quentes peiores diabolo, vindictam malorum
non debent exercere, sed superioribus reservare.

Potest ex praxi primitiva ecclesia satis fa-
cile idem deduci per multa. Sufficiant autem
duo exempla, quæ si non sunt de primitiva
ecclesia sunt tamen de ecclesia satis primiti-
va. Unum est Constantini Magni, de quo in
111. lib. historia tripartita dicitur, quod epi-
scopis inter se dissidentibus & libellos famosos
contra se invicem Constantino offerentibus,
ipse ait: Dominus constituit vos sacerdotes,
& potestatem dedit vobis de nobis judicandi,
ideo nos a vobis recte judicamur, vos autem
non potestis judicari ab hominibus; propter
quod inter vos Dei solius expectate judicium;
& vestra jurgia, quæcumque sunt, ad illud
divinum referentur examen. Vos estis nobis
dati dii: inconveniens est ut homo judicet
deos, sed ille solus, de quo scriptum est
Psal. lxxxii. *Deus stetit in synagoga deorum,
in medio autem deos dijudicat*. Aliud est exem-
plum de obedientia Theodosii erga beatum
Ambrosium. Ex quibus apparet principes sa-
culares Christianissimos iudicibus ecclesiasticis
paruisse, quamquam aliqui eorum mali essent,
sicut patuit in primo exemplo.

Ex his autem, quæ in libro conciliorum Ili-
dori habentur, probatur conclusio. In epistola
Clementis Pape ad Jacobum fratrem Domini de
morte sancti Petri dicitur: Episcopus a solo
Domino judicandos aut removendos, & non
ab aliis esse dicebat, qui sui sunt & non al-
terius. Et quis est qui alterius judicet servum;
nam si ita non patiuntur homines, nec Deus
eorum, nec Dominus dominantium, hoc ul-
latenus patietur. Item Evaristus Pape, ut eo-
dem libro conciliorum Ildorus narrat, de
creto suo nono ait: Non est itaque a plebe
aut a vulgaribus hominibus arguendus epi-
scopus vel accusandus, licet sit inordinatus,
quia pro meritis subditorum disponitur a Deo
vita istorum; Et transumptione habetur 11.
quest. vii. Non est. Item ex decreto Ale-
xandri primi in eodem libro conciliorum Ildo-
ri dicitur: Relatum insuper est ad hujus san-
ctæ & Apostolicæ sedis apicem, cui summa-
rum dispositiones causarum, & omnia nego-
tia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt
quasi ad caput, ipso dicente principi Aposto-
lorum Petro: *Tu es Petrus, & super hanc
petram ædificabo ecclesiam meam*: quod quidam
simuli Christi ejusque sanctæ ecclesie insidia-
tores, sacerdotes Dei ad iudices publicos ac-
cusare præsumant: cum magis Apostolus
Christianorum causas ad ecclesias deferri, &
ibidem determinari præcipiat. Taliter præ-
varicantes prævaricati sunt in Deum suum,
& non obediunt præceptis ejus. Amplius in
concilio generali Parisiensi, & habetur in
cap. Nullus iudicium, de for. compe. sic fuit
distinguitur: Nullus iudicium neque presbyte-
rum neque diaconum, aut clericum ullum aut
minores ecclesie, sine permisso Pontificis per
se distringere aut condemnare præsumat. Quod
si fecerit, ab ecclesia Dei cui injuriam irro-
gare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus,
quous-

ANNO
CHRISTI
1111

Clementi Pa-
pe epistola 1.

Wardus ep
1. habetur 1.
ca. 7. cap.
Non est.

Alexander
Papa
ep. 1.

Marth. 16.

ANNO CHRISTI 1033.

Officium de for. comp. cap. pro dolo.

De officio et obedientia, cap. 6.

Gregorius Nazianzenus Imperatori Constantinopolitani, quod etiam potestas tribunalium regionum lege Christi subiecta est potestati ecclesiasticis. Ideo non debent regulariter ecclesiasticorum delicta a principibus secularibus puniri, & multo minus a populo vel aliis Christi fidelibus. Item 11. quest. vii.

1. quest. c. 1. Laimo.

Augustinus de civitate Dei, cap. 11.

Augustinus ubi supra.

Augustinus in eod. v. v. lib. 1. c. 20. non. 4.

quousque remem suam recognoscant, & o-
mendat, sunt tamen casus speciales, in quibus
iudex secularis potest esse iudex clerici,
qui notantur per Occidentem, & alios doctores
in decreto cap. Nullus, de for. comp. Rursus,
quod dignitas episcopalis sit maior imperiali,
exceptis temporalibus; que episcopus ab eo
recipit, declarat Innocentius III. illustri imperatori
Constantino, in cap. Solicitus, de majoritate
& obedientia.

Item ex decretis sanctorum patrum apparere
conclusio. Primo, in decreto distinctione x. dicit
beatus Gregorius Nazianzenus Imperatori
Constantinopolitani, quod etiam potestas
tribunalium regionum lege Christi subiecta est
potestati ecclesiasticis. Ideo non debent regulariter
ecclesiasticorum delicta a principibus
secularibus puniri, & multo minus a populo
vel aliis Christi fidelibus. Item 11. quest. vii.
cap. Laicos, dicitur: Laicos non accusasse
episcopos hactenus observatum & constitutum
est, quia non sunt eiusdem conversationis,
& oppido quidem eis infesti existunt.
Iterum 23. questione v., cap. Non frustra,
dicitur ab Augustino ad Macedonium:
Non frustra instituta sunt potestas regie,
iuris cognitoris, ungula carnificis, arma militis,
disciplina dominantis, severitas etiam boni
patris: habent omnia ista modos suos, causas,
utilitates, rationes. Hec cum timentur,
& mali coercentur, & boni quieti inter
malos vivunt. In hoc patet, quod ad solam
auctoritatem publicam pertinet peccata publica
per justitiam punire.

Postremo auctoritatibus sanctorum doctorum
in lege divina veraciter se fundantium: Probat
conclusio per Augustinum primo de civitate Dei,
& recitat Thomas in glossa super Matth. v. capite:
*Audistis quia dictum est antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit
iudicio.* dicit enim sic: Nequaquam contra hoc
preceptum fecerunt, qui auctore Deo bella
gesserunt, ac personam gerentes publice
potestatis, iustissima rationis imperio sceleratos
morte puniverunt. Et Abraham non solum non
est culpatus crudelitatis criminis, verum etiam
laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium
nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Hi
ergo excipiuntur, quos Deus occidi iuberet sive
lege lata ad personam pro tempore, sive
expressa iussione. Non autem ipse occidit,
qui ministerium dat jubenti, sicut administratum
gladius est utenti. Hec Augustinus.

Ex quo patet, quod solum ad habentem
auctoritatem, sive a lege, sive speciali iussu
Dei, pertinet poenam per justitiam inferre.
Item idem super Matth. eodem cap. dicit:
Non prohibetur vindicta, que fit per correctionem
nec haec ei conceditur, nisi cui potestas ex ordine
data est. Rursus idem primo de civitate Dei ait:
Qui sine aliqua publica administratione maleficum
interfecerit, velut homicida reputabitur. Iterum
idem super Matth. v. cap. Officia vindictae possunt
bono animo impleri, quomodo iudex, & quomodo
lex. Praterea Gregorius super Deuter. xxiii. Si
intraveris sequentem proximi tui, franges spicas,
& manu conteres, falca autem non metes,
dicit: Falcam iudicii mitti, re non potest quis
in eam rem, que alteri videtur esse subiecta.
Ex his patet probata

conclusio. quod soli habentes auctoritatem a
lege, aut a divina voluntate per inspirationem
sive revelationem cognita aut ab aliquo illorum
commisi, possunt licite in quolibet statu
corrige iudicialiter subditorum sanctorum peccata
mortalia publica. Ex quo patet, quod peccata
puniri non possunt, nisi ad sit iudicatio:
& quia iudicium humanum procedere debet ex
manifestis, oportet quod ad sit convictio: oportet
etiam, ut in primo puncto deductum fuit,
quod fiat absque turbatione boni communis:
ideo oportet quod sit pax salva. His igitur
tribus concurrentibus, ex primo puncto & ex
isto declaratis, scilicet iudicialiter, convictione,
pace salva, peccata publica sunt punienda,
alias non, nisi ubi majus scandalum oriretur
ex dissimulatione poenitentis peccati, quam
ex turbatione pacis ecclesiae, aut boni communis,
sicut etiam dictum fuit in primo puncto.

Ex hac conclusione infero primo, quod peccata
publica personalia praetatorum, sacerdotum,
& aliorum ecclesiasticorum Christi fidelium,
per laicos non sunt punienda, etiam secundum
dictamen legis divinae, per prohibitionem
poenae, exceptis casibus, etiam paucis infra
dicendis, in quibus nec eis liceret, nisi esset
ab ecclesia specialiter concessum. Hoc
probatum erit, si fuerit ostensum, quod non
sunt laici, quoad ea, subditi: hoc autem sic
patet, primo ante legem scriptam, secundo in
lege, tertio sub evangelio. Ante legem in regno
Egypti sub Pharaone manifestum est sacerdotum
ab omni regali exactione fuisse liberos. Cum
enim omnes essent Pharaonis imperio subiecti,
& in servitutem subacti, sola terra sacerdotum
permanit libera, ut habetur Genes. quadagesimo
septimo. In lege vero non reperiuntur
sacerdotes populo esse subiecti, imo e contra.
Nam diffinitio questionum ad sacerdotem
pertinebat arbitrium, quod ei obediendum
lex jubebat sub poena mortis. Deuter. enim
xvii. scriptum est: *Si difficile & ambiguum
apud te iudicium esse perspexeris, inter
sanguinem & sanguinem, causam, & causam
leprosum & leprosum, & iudicium intra portas
tuas videris verba variari, surge & ascende ad
locum quem elegerit Dominus Deus tuus,
veniesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad
iudicem, qui fuerit illo tempore, quaresque ab
eis, qui indicabunt tibi iudicium veritatem,
& facies quodcumque dixerint qui
praesint loco quem elegerit Dominus.*
Sequitur paucis interpositis: *Qui autem
superbuerit, nolens obedire sacerdotis imperio,
qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo,
ex decreto iudicis morietur homo ille.*

Sub evangelio autem sacerdotium liberum
est ab omni potestate seculari, quantum ad
eorum personas. Maxime probatur per id
Matth. 17. ubi Christus interrogavit Petrum,
*A quibus reges accipiunt tributum, an a filiis,
an ab alienis?* Respondit Petrus: *Ab alienis.*
Et Dominus, *Ergo filii sunt liberi.* Per hoc
intelligens Apostolos, discipulos, & eorum
successores esse liberos a subiectione temporali.
Unde quod solvit tributum fuit ne scandalizarent
exactores tributorum: ideo dicit: *Ne scandalizemus
eos, vade ad mare, & mitte hauriam:
& cum piscem qui primus ascendet tolle,
& aperto ore ejus, invenies fratrem: illum
sumens, da eis pro me & pro te.* Ecce patet
ecclesiasticas personas liberas esse a tributis,
& aliis oneribus principum terrenorum.

ANNO CHRISTI 1033.

I. Corinthis. Peccata publica personalia praetatorum & sacerdotum & aliorum ecclesiasticorum Christi fidelium non sunt punienda, etiam secundum dictamen legis divinae, per prohibitionem poenae, exceptis casibus, etiam paucis infra dicendis, in quibus nec eis liceret, nisi esset ab ecclesia specialiter concessum.

ANNO CHRISTI 1400. Auctoritate...

Non habet Chryostomus...

Cautionem... Christi...

Augustinus autem, ut recitat Thomas in glos. A... super Matth. decimo septimo capite super illo verbo. Ergo filii sunt liberi, sic ait: Dicit Christus in omni regno filios esse liberos, id est non esse vestigiales, nisi magis liberi esse debent in quolibet regno terreno, scilicet filii regni ipsius, sub quo sunt omnia regna terre. Hieronymus vero in eodem glosa dicit sic: Dominus autem noster, & secundum carnem, & secundum spiritum filius erat regis, vel ex David stirpe generatus, vel omnipotentis Patris Verbum; ergo tributa quasi regum filius non debet. Origenes autem ibidem sic: Vide Christi predestinationem, qualiter nec renuit tributum, nec simpliciter jubet dare: sed prius ostendit se non esse obnoxium, & tunc dat. B. Quorum unum fecit, scilicet dare tributum, ut illi, scilicet exactores, non scandalizarent; hoc autem, quod ostendit se liberum, ut non scandalizarent discipuli. Hac Origenes. Ita ego dico ecclesiasticos liberos a subjectione populari, & omnium laicorum, quoad personas & actus eorum personales, praterquam in respondendo exprimendis, ut prius dictum est. Et ut non scandalizarent discipulorum Domini succedentes, si putarem aliquos dicere velle sacerdotes Dei, quia revera sunt medii inter Deum & populum, ex quo fit, ut dicantur os Dei, & os populi; Os Dei, pro eo quod mandata Dei populo exponunt. Os populi, quia preces offerunt & sacrificia pro populo: subiectos esse quoad iudicariam punitonem cuilibet fidei Christiano, laborarem auctoritates multiplicare: sed quia hoc esse falsum iudicandum puto, super sedeo. Vile namque & captivum esset sacerdotium, si indisciplinatis & conversis ad terram laicis esset subiectum, nec aliud sibi quam dolendum esset super flumina Babylonicam confusionis. Igitur ex quo subditi non sunt laicis modo dicto, non sunt ab eis taliter puniendi. Infero secundo, quod licet quilibet Christi fidelis possit iudicare iudicio discretionis, de peccatis publicis sacerdotum, & aliorum ecclesiasticorum; tamen nullus eorum potest iudicare iudicio condemnationis & diffinitionis, ut est actus iustitiae, de peccatis personarum eorumdem, modo nuper expresso. Prima pars a proponente videtur concedenda, & est nota satis. Nam tale iudicium non prohibetur de proximo, aut de superiori. Sectunda pars patet ex hoc, quod tale iudicium non debet fieri nisi de inferioribus. Ostensum est autem, quod sacerdotes non sunt inferiores Christi fidelibus laicis: igitur, &c. Audite, quid dicat Joannes Chryostomus super Matth. in opere imperfecto, homilia XLIII. & loquitur popularibus, homilia quippe est sermo ad populum: Vos, inquit, qui sedetis in ecclesia quasi sacerdotum iudices, & non auditores, aliena discutiunt, & propria non considerantes, ex vobis ipsis iudicatis de sacerdotibus; sicut vos omnes auditis & non omnes scitis quod auditis, sic sacerdotes omnes docent, & non faciunt quod docent. Nam in hominibus dignitas quadam diversa est, omnium autem natura una est: homines enim ab initio creati sunt propter se, postea autem sacerdotes ordinati sunt propter vos: propter naturam eorum, vestra; ordinatio autem eorum, ipsorum est. Unde, si bene vixerint, lacrum est eorum; si bene docuerint, vestrum. Concil. General. Tom. XXX.

cipite ergo quod vestrum est, & nolite dicere quod alienum est. Sicut enim sacerdotes etiam infideles docent propter fideles, melius iudicantes propter bonos etiam malos soverre, quam propter malos etiam bonos negligere; sic ergo vos propter bonos sacerdotes etiam malos honorate, ne etiam propter malos, bonos contemnat. Melius est enim iusta prestare malis, quam bonis subtrahere: frequenter enim & de malo homine bona doctrina procedit. Ecce enim & vilis terra pretiosum aurum producit. Numquid propter vilem terram pretiosum aurum contemnitur? Non. Sed sicut aurum eligitur & terra relinquitur, sic & vos suscipite doctrinam, & mores relinquit. Hac Chryostomus. Apparet ex ista auctoritate, quod de moribus non habent iudicare. Nam propter peccata personalia sacerdos non redditur par aut inferior laicis. Ceterum idem Chryostomus super Joannem morali seu homilia LXXXV. sic inquit: Nunc non est dicere, Super cathedram Moysi sederunt Scriba & Pharisei, sed super cathedram Christi sederunt sacerdotes, ejus enim acceperunt doctrinam. Idcirco Apostolus ait: Pro Christo legatione fungimur. Non videtis in his, qui foris sunt principibus, universos curvantes & genere meliores existentes, multoties etiam vita & prudentia, his qui iudicant eos; sed tamen propter eum qui dedit iudices, nihil horum exagitant, sed venerantur sententiam regis: & si quicumque abjectus fuerit, qui acceperit principatum. Demum si ubi homo inthronizavit, tantus est timor, ut inthronizato obediamus; inthronizante Domino, contemnemus eum, qui inthronizatus est, & conviciabimur, & decem millibus opprobriis laniabimus, & fratres nostros prohibiti iudicare, adversus sacerdotes linguam exacuemus? Ecce arguit Chryostomus a majori, populares Christianos non debere iudicare magistros, qui prohibiti sunt iudicare fratres sibi pares. Quoniam dicit Dominus Matth. VII. Nolite iudicari, & non iudicabimini. De quo autem iudicio intelligat, patet ex sequentibus, quia subiungit. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Unde improprio tale iudicium presumptum vel usurpatum a populo, quod ei non convenit de sacerdotibus, dicit idem Chryostomus super II. epistola ad Timotheum, homilia II. & ait: Si debemus examinare vitas principantium, ipsi debemus esse inthronizatores magistrorum; & quae sursum, inferius sient; sursum pedes, inferius caput. Et idem III. dialogorum: sit quidem, inquit, sacerdotes in veteri testamento habebant potestatem non curandi, sed ostendendi tantum eos, quos constabat fuisse mundatos; & nostri quantum ibi immanebat labor: at hi, scilicet in novo testamento, non corporis lepram, sed immunditiam mentium, non ex parte probandi, sed omnifariam mundandi obtinent potestatem: propter quod, qui despiciunt, magis mihi rei, quam Dathan & Abiron videntur, dignique majori supplicio quam illi. Nec valet quod diceret aliquis, Dominus maiestatis Christus Jesus concessit populo Iudaeorum iudicare de vita & operibus ejus: dicit enim Joannis X. Si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere. Quomodo ergo non potuerunt

ANNO CHRISTI 1400.

a. cm. s.

runt Christi fideles de suis ministris judicare, A quibus de Domino hoc licuit? Hoc inquit, non valet: nam Dominus non dixit: Si non facio opera Patris mei, judicate me: sed dixit, nolite michi credere. Hæc opera erant miracula, que sunt testimonia veritatis, prædicationis & doctrinæ, Concessit ergo Christus, ut propter miracula mundi crederent, non ut vitam cum operibus judicarent. Propterea beatus Gregorius in pastoralis libro III. capite v. ait. Admonendi sunt subditi, ne præpositorum suorum vitam temere judicent, si quid fortasse eos agere reprehensibiliter vident; ne unde recte mala redarguant, inde per elationis impulsu in profundiora demergantur. Admonendi sunt, ne cum culpæ præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed si qua valde eorum prava, apud semetipsum dijudicent, ut tantum divino constricti amore, ferre sub eis jugum reverentiæ non recusent: quod melius ostendemus, si David factum ad medium deducamus. Saul quippe persecutor, cum ad purgandum ventrem speluncam fuisset ingressus, illic cum viris suis David inerat, qui jam longo tempore persecutionis ejus mala tolerabat; cumque viri sui ad feriendum cum accederent, fregit eos a rationibus, dicens: Quia manum in Christum Domini mittere non auderet, qui tamen occulte surrexit, oramque chlamydis ejus abscecidit. Quid per Saul, nisi mali rectores; quid per David, nisi boni subditi designantur? Post multa dicitur: Post hoc David percussit cor suum eo quod abscecidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe præpositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam cum ratione reprehendenda judicantur: Et si quando contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est ut per afflictiones poenitentis cor prematur. Ecce quod est iudicio discretionis de manifestis judicare possint inferiores, non tamen iudicio condemnationis aut diffinitionis, que est actus justitiæ. Et hoc est quod dicitur xxv. moralium c. xxi. super illo Joâ: Qui regnare jucit hominem hypocritam. Quia, inquit, rectores habent judicem suum, magna cautela subditorum est, non temere vitam judicare regentium: neque enim frustra per semetipsum Dominus æs nummulariorum fudit, & cathedras vendentium columbas everit: nimirum significans, quia per magistros quidem judicabat vitam plebium, sed per semetipsum facta judicat & examinat magistrorum. Tertio infero, quod propter malitiam nonnullorum, si ve ecclesiasticorum, si ve laicorum, non potest licite se aliqua natio ab unitate totius residui orbis Christiani separare, putans se ecclesiam esse. Hic duo dicuntur, primum, quod non est putandum quod ecclesia catholica sit in unica regione. Secundum, quod una natio se ab aliis dividere non debet propter multorum peccata publica. Primum patet sic. Arguit beatus Augustinus primo libro contra epistolam Parmeniani: Dixit enim Dominus Abrahamæ. In semine tuo benedicentur omnes gentes terra, pro eo quod audivit Abrahamæ pater tuus vocem meam. Ad Jacob dicitur: Ego sum Deus Abrahamæ patris tui, & Deus Isaac, ne timeas: terram enim in qua

dormis, tibi dabo & semini tuo: & eris semen tuum tanquam arena maris, & replabitur in mare, & in Aquilonem, & in orientem, & benedicentur in te omnes tribus terra in semine tuo. Et ne Judæis dictum putetur, quod sit semen Abrahamæ, in quo benedicenda sunt omnes gentes. Apostolus exponit dicens: Abrahamæ dicta sunt promissiones, & semini ejus, non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tantum in uno, Et semini tuo, qui est Christus. In Christo ergo omnes gentes benedictionem habituras tanta auctoritate promissum est, tanta exhibitâ veritate: & non pudebit dicere ad pugillum orbis illam diebus his esse coarctatam? Hæc Augustinus. Porro sicut Augustinus arguit, Dominus in parabola zizaniorum ait, quod paterfamilias seminat bonum semen in agro: exponens autem illam, ipse ait: Qui seminavit bonum semen, est filius hominis: ager est mundus, bonum semen hi sunt filii regni, zizania vero sunt filii nequam. Ergo Christus filius regni posuit illud in agro, id est, mundo, non in aliqua portiuncula terre; aut in Africa, ut arguit Augustinus in fine primi libri contra epistolam Parmeniani, sed in toto orbe ab ortu solis usque ad occasum. Hoc Dominus veritatis declarât Matthæi xxiv. Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus, id est, in ista parte mundi, aut illic, supple. est fides catholica, nolite credere: si dixerint vobis, Ecce in deserto est, hoc est, in dogmate philosophorum, nolite exire, scilicet a fide ecclesiæ: si dixerint, In penetralibus est, id est, in doctrinis occultorum hæreticorum, nolite credere. Est ergo fides catholica post ejus publicationem sicut fulgur, quod patet ab oriente in occidentem. Sic enim exponit beatus Augustinus de questionibus evangelistarum, dicens, quod orientis & occidentis nomine totum orbem voluit significare, per quem futura erat ecclesia. Isidorus libro de summo bono, xvi. capite dicit: Sancta ecclesia ideo dicitur catholica, quod universaliter per omnem mundum sit diffusa. Hæreticorum enim ecclesiæ in partibus mundi coarctantur: hæc vero in toto orbe diffusa expanditur. Idem viii. libro etymologici: Ecclesia Græce dicitur convocatio, Latine catholica dicitur universalis, Eandem sententiam habet Honorius super illo Cantorum iv. Duo ubera tua sunt duo caprea gemelli, qui pascuntur in liliis. Eandem Augustinus de fide ad Petrum. Patet ergo prima pars corollarit. Secunda, quod natio non se debet dividere a reliqua parte orbis propter peccata publica multorum, satis fuit in primo puncto deducta; & hoc propter peccata particularia, & non fidem concernentia. Unde quamvis sine periculo schismatis boni a malis recedere non possint corporaliter, debent corporali presentia manere, recedere vero spiritu, ne scilicet peccatis malorum consentiant. Sic enim Apostolus dicit ad Philipenses xi. Omnia facite sine murmurationibus & hesitationibus, ut filii sine querela, & simplices, filii Dei, sine reprehensione in medio nationis pravis atque perversis, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo verbum lucetis, sicut luminaria in mundo verbum lucetis. Augustinus super verbo Joannis, & habetur xxiii. questione iv. dicit. Quid ergo vult Dominus noster Jesus Christus,

ANNO CHRISTI 1482.

ANNO CHRISTI 1482.

a Pro rationibus exemplar a imperatoribus habentur.

Gregor. 15. Mor. c. 21.

Corollarium III. Propter malitiam ecclesiasticorum seu laicorum, non potest quis licite ab unitate ecclesiæ recedere. Contra epistolam Parmeniani, lib. 1. cap. 2. Genes. 22. Genes. 26. Genes. 28.

Eodem lib. pag. 18.

Matth. 24.

Isidorus de summo bono, cap. 16.

1482. 1. p. 1. Amp. de fide ad Petrum cap. 5. 27. 47.

ANNO CHRISTI 341.

Corollarium IV. ecclesia militans non est pro communi statu sed pro communi statu abique mixtura malorum cum bonis.

Cap. 1.

Jer. 12.

Psal. 51.

Matth. 23.

flus, fratres mei, admonere ecclesiam suam, quando unum perditum scilicet Judam, inter duodecim habere voluit, nisi ut malos toleremus, ne Corpus Domini dividamus? Ecce inter sanctos suos est Judas, ecce fur Judas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscumque fur, sed loculorum Domini micorum, sed sacrorum.

Infero quarto, quod ecclesia militans non est pro communi statu abique mixtura malorum cum bonis, sed hoc proprium est ecclesie triumphantis: quod tamen sentire videntur, qui tam rigide, non salvo ordine juris, nec pace preposita, omnia mala publica volunt de communibus Christianorum, & in quolibet statu propellere. Patet corollarium per Augustinum III. libro contra epistolam Parmeniani

dicentem: Inter omnia, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, quam in eo, quod ausus est etiam illud Jeremie propheta ponere, ut persuaderet hominibus communionem Donatistarum, non solum ecclesiam veram esse, sed etiam talem jam hoc tempore, qualis post ultimam ventilationem ecclesia sancta futura est. Verum istud Jeremie fuit: Quid paleis ad triticum? dicit sic Augustinus de Parmeniano & complicitibus: Considerent, si in eis inest qualiscumque sensus humanus. Numquid in agro dici potest, Quid paleis ad triticum? quando in eadem radice portantur? numquid in area, ubi pariter trituranter? sed utique in horreo, quid paleis ad triticum? venit ille paterfamilias ferens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam vero comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ovium nomine, omnis palea hordeorum nomine significatur: que duorum pecorum genera sub uno pastore pascuntur; sed venit filius hominis cum angelis suis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor separat oves ab hœdis, &c. Tunc implebitur propheta, quid paleis ad triticum? quando non poterunt pascua esse communis hœdis & ovibus,

Ipsè etiam idem Augustinus Donatistis ita respondet ad propositum in tractatu Psalmorum: Suspiciamini quid vultis de nobis, si boni sumus, in ecclesia Christi, frumenta sumus; si mali sumus in ecclesia Christi, palea sumus, tamen ab area non recedimus: tu, qui vento tentationis foras volasti, quid es? triticum? non id tolleretur ventus ex area. Ecce ergo ubi es, agnosce quid es. Et infra? Quid autem est illud, Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisæi: qua dicunt, facite, que autem faciunt, nolite facere. Vides, quod in cathedra Moysi, cui successit cathedra Christi, sedent & mali; & tamen dicendo bona, non obstant auditoribus. Quare tu propter malos istam cathedram dimisisti? redi ad pacem redi ad concordiam; quæ te non offendit. Si bona loquor, & bona facio, sequere me: si autem non facio quod dico, habes consilium Domini: quod dico fac, quod autem facio noli facere, tamen a cathedra catholica noli discedere. Hæc Augustinus.

Non nisi in ecclesia est salus, quod testatur Concil. General. Tom. XXIX.

Remigius super illo Matthæi XXI. Accesserunt ad eum, scilicet Christum, cæci & claudi in templo, & sanavit eos, dicens: Quod in templo sanantur, significat quod homines non nisi in ecclesia sanari possunt, cui data est potestas ligandi atque solvendi, tamen in ecclesia sunt cæci & claudi. Unde Origenes: In templo enim Dei, id est in ecclesia, non sunt omnes videntes, neque recte ambulantes? sed alii quidam sunt cæci, alii autem claudi, qui ex eo quod intelligunt propriam cœcitatem, & scientes quia nullius est opus nisi Christi Jesu, ut fiantur, accedentes ad verbum Dei sanantur. Hæc ille, & habentur in glossa Thomæ, Matthæi XXI. ubi supra.

Hæc dicta sunt, ut ostendatur veritas tenenda circa propositum articulum de punitione peccatorum publicorum, & falsitas respuitur, ut appareat equivocatio, & multiplicitas compositionis & divisionis in illa, & evolutio harum involuutionum. Articulus enim fuit iste: Peccata mortalia publica, & quantum rationabiliter fieri potest privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, in communibus Christianorum, & quolibet statu eorum, debite juxta dictamen divine legis per Christi fideles, tam spirituales, quam seculares, prout congruit utrique, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Primo enim id complexum, quantum rationabiliter fieri potest, potest determinare cohibitionem, correctionem, &c. peccatorum publicorum & privatorum: ut sit sensus; Peccata publica & privata, aliæque deordinationes legi Dei contrariæ, sunt cohibenda, corrigenda, castiganda, &c. quantum rationabiliter fieri potest. Certe iste sensus iudicio meo esset verus. Vel potest determinare cohibitionem, correctionem, castigacionem, &c. peccatorum privatorum: ut sit sensus; quod publica sunt cohibenda, corrigenda, & peccata privata sunt etiam cohibenda, quantum rationabiliter fieri potest, &c. & iste est falsus, quantum ad peccata publica, quia posuit omnia esse cohibenda, & corripienda, &c. simpliciter, & sine restrictione. In moralibus enim indistinctæ universalibus æquivalent. simpliciter autem, & sine restrictione dicere, omnia peccata publica esse cohibenda, corrigenda, corripienda, &c. offensum est in primo puncto esse falsum, si de cohibitione, correctione, &c. loquatur, quæ sit auctoritate justitiæ. Si vero de cohibitione, correctione, &c. fraternam loquimur, sic privata, dum tamen ad notitiam alicujus venerint, sunt corripienda, &c. sicut & publica, specialiter personalia: nec oportuit apponere illam restrictionem, quantum rationabiliter fieri potest, ad peccata privata magis quam ad publica. Secundum istam variam determinationem potest esse compositio aut divisio, ut sciunt logici.

Præterea circa hoc quod dicitur, Juxta dictamen divine legis, immorandum aliquantulum, quare omittitur mentio legum humanarum, quæ sunt licitæ, & regulant hominem a iudicem, quasi regula homogenia, & propterea. Nullus enim qui veritatem agnoscit, ambigit quin lex humana habeat vim obligativam a lege Dei. Sed quare omittitur sermo de lege humana, non bene video nisi quod proponens intendat tam spirituales, quam seculares, omnia

ANNO CHRISTI 341. In cathedra s. Thomæ.

Origenes, tract. 15. in Matth. 23.

Alterum exemplar pro iudice, habet sed iudice

nia per solam legem divinam reclusos esse & disposituros; quantum concernit punitionem vitiorum: & leges humanas, quantum ad hoc non esse necessarias aut utiles, falsum esse monstratum est: & tamen visum est quomodo puniendi sunt peccata publica lege divina in primo puncto. Item in articulo, hoc complexum, Prout congruit utrisque; licet in superficie rationabiliter positum videatur, est tamen obscurum: per hoc enim nescitur quomodo aut seculares, aut spirituales habeant peccata corrigere, arguere, cohibere: per prædicta tamen satis arbitror ostendisse veritatem.

Denique circa illud quod dicitur, Sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda, latet æquivocatio. Nam cohibitio, correctio, castigatio & propulsio possunt dicere actus correptionis fraternæ vel judicariæ. Item ly pro posse, potest determinare omnia ista quatuor participia, cohibenda, corrigenda, castiganda, & propellenda. Aut solum ultimum, scilicet propellenda. Et hoc magis proprie, quia in eadem categoria ponitur. Si dicant, actus correctionis fraternæ, sive hoc, quod dicitur, pro posse, determinet omnia quatuor participia, sive solum ultimum, videtur sensus, quoad hoc, esse verus; nisi forte feret vis de peccatis infidelitatis, aut aliter rempublicam directe turbantibus, & populum Christianum, sicut patuit in prima conclusione secundi puncti. Si dicant, actus correctionis judicariæ, & ly pro posse, determinet omnia quatuor participia, sic non bene video, quomodo possit articulus habere veritatem, quoad hoc, cum seculares nihil habeant jurisdictionis in ecclesiasticas personas. Si determinet ultimum solum participium, *propellenda*, simpliciter falsus est articulus, quoad privata participia, cohibenda, corrigenda, castiganda: nam falsum est; ut ostensum est in secunda conclusione primi puncti, seculares seu laicos habere auctoritatem judicariam cohibendi, arguendi & castigandi peccata publica sacerdotum, specialiter personalia. Secundum ista patet articulus propositus.

Patet etiam circa primum corollarium eadem ambiguitas, quantum ad secundam partem, ubi dicit, per spirituales & seculares rectores in eorum officiis, modis ipsis congruentibus, in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorum, sunt cohibenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda. Pro prima parte est verum, in qua dicitur, deordinationes & peccata mortalia antedicta, cum sint prohibita sub poena damnationis æternæ, propter nulla lucra mundi sunt defendenda & fovenda: absit autem a piis fidelium mentibus, ut aliqua mortalia foveant aut defendant, licet tolerent aliqua vel permittant per cohibitionem poenæ impunita.

Secundum corollarium, quia expresse de cohibitione, correctione, castigatione, & propulsione fraternæ, quæ fit ex lege caritatis, loquitur, verum est: nisi de peccato infidelitatis, aut alio ecclesiam aut rempublicam turbante, feret exceptio, & in casu ubi mora esset faciendi: quia in tali casu omnia secreta admonitione, esset ad publicam denun-

tiationem procedendum, ad vitandum periculum, ut determinatum est in secundo puncto. Est enim corollarium hoc in forma; Dicta peccata, & deordinationes in communitatibus Christianorum, & quolibet statu eorundem, non solum per rectores prædictos, sed per omnes generaliter Christi fideles, tam spirituales quam seculares, debite modis ipsis congruentibus, ex zelo caritatis sunt corrigenda, corripienda, castiganda, & pro posse ab eisdem propellenda, & nullo modo defendenda aut facienda.

Tertium corollarium est in forma: Peccantibus rectoribus tam spiritualibus quam secularibus, vel aliis cum sui status superioribus, subditi fideles licite possunt illos, vel malitiam eorum caritative arguere, hypocrisin eorum detegere, & eorum manifestis sceleribus, etiam coram aliis publice contraire. Istud quoad primam partem, quæ loquitur de reprehensione fraternæ superiorum, est verum: sed quantum ad secundam partem, quod hypocrisin eorum possint subditi detegere, & eorum manifestis sceleribus contraire coram aliis, si intelligitur coram suis superioribus, verum adhuc est: sed si intelligitur coram non superioribus, sicut magis apparet ex aliquibus sequentibus, est falsum. & ostensa est falsitas in secundo puncto. Inferior enim non habet peccatum sui superioris denunciare, nisi superiori illius: ut cum secreta monitio non sufficit, per medium denuntiationis veniatur de correctione fraternæ ad paternam. Sed nec habet suum superiorem accusare, nisi coram iudice suo: nec ideo hoc debet facere, id est, dicere peccata superioris coram populo, ut ille verecundiam habeat, & respiciat a malo. Nam ipsum infamare est malum, & non sunt faciendi mala ut bona eveniant, dicit Apostolus: etiam quia per hunc modum citius tolleretur ab eo verecundia. Ex quo enim esset infamatus, perdita esset verecundia, quæ secundum Aristotelem est timor ingloriationis. De hac materia satis extense dictum est, videtur enim seditionem inducere, &c.

Quartum corollarium in forma: Quanta mala sunt in communitatibus, & rectores, domini temporales, scabini, iudices, sive pastores, consequenter & omnes generaliter Christi fideles, tam spirituales, quam seculares, talia totis conatibus mediis ipsorum concernentibus neglexerint arguere & prohibere, pro peccatis delinquentium gravissimam reddent rationem. Istud corollarium est valde multiplex: si intelligatur de rectoribus & pastoribus, quoad suos subditos, referenda singula singulis, credo corollarium esse verum. Si fiat permutatio subditorum, ut per hoc intelligatur scabinos & iudices seculares, quia non cohibuerunt, correxerunt, &c. potestate judicaria ecclesiasticos, falsum est, ut patuit in secundo puncto. Si intelligatur de cohibitione etiam fraternæ, est verum; si tamen neglexerint corrigere illo modo, & tempore, quo correctio fraternæ obligat, quoad fideles non iudices. Si de judicariæ potestatis neglectione loquatur corollarium, falsum est. Quod si de fraternæ correctionis neglectu intelligitur, verum est, modo ut statim dicam. Hæc de secundo puncto.

Quantum ad tertium punctum, ut uno ordine respondeam ad rationes proponentes, veritas

Rom. 9.

Art. tit. 4. Eib. c. 9.

Corollarium IV. Gravem reddunt rationem negligens correptionem quavis modo.

ANNO
CHRISTI
1411.

ritas ipsa ostendenda est contraria aliquibus di-
ctis ipsius. Primum dictum est ejus, et si non
in forma, tamen in effectu & sententia: Ab-
solutions a poena & culpa factae sunt, & per
Papam sunt venales, & indulgentiae non sunt
in lege Dei fundatae. Pauca dicenda sunt de
absolutionibus a poena & a culpa: ex isto,
quod iste non est communis modus conceden-
di absolutiones a summo Pontifice. Et si ali-
quae bullae sub tali forma dentur, surreptitiae
creduntur impetratae, ideo quia curia Roma-
na hunc stilum communiter non habet. Di-
cunt enim communiter doctores, Magister sen-
tentiarum xviii. distinctione iv. Guillelmus
Altissiodorensis in summa, doctor sanctus, sci-
licet Thomas Bonaventura, Scotus & Richar-
dus de Mediavilla, quod solus Deus culpam
remittat principaliter; sacerdos autem vi cla-
vium solum ad hoc agit, aut per modum in-
strumenti animati ad hoc, gratiam non attrin-
gendo, sed ad eam disponendo, ut dicunt a-
liqui, aut ex pacto divino, ut alii loquun-
tur. Et ideo non potest summus Pontifex a
culpa absolvere vi clavium, nisi sicut ceteri
sacerdotes subditos suos, hoc est, ad hanc
remissionem per applicationem clavium dispo-
nere, illam ostendere esse a Deo factam, par-
tem poenae temporalis remittere, &c. ut habent
doctores. Sed interdum summus Pontifex con-
cedit ex rationabili causa plenariam omnium
peccatorum indulgentiam, aut relaxationem
alicujus partis injunctarum poenitentiarum: &
ad hoc, quantum ad plenariam peccatorum in-
dulgentiam, intelligo, salvo iudicio meliori, in-
dulgentiam poenarum pro peccatis debitarum.
Ad hunc enim sensum dicitur quod sacerdos
dimittat peccata, & etiam eo modo de quo
dictum est. De venalitate autem & aliis ex-
cessibus, non est opus aliquid dicere, nisi
quod tollendae sunt.

1) Paris
2) alios.

Quantum vero ad indulgentias, ostendo quod
sunt fundatae in lege Dei: ad quod deducen-
dum, supponendum est, quod indulgentia di-
cit relaxationem poenae debitae; sed quia opor-
tet ut salvetur divina justitia, & qui peccavit,
quia debitor est, solvat, & ut alius satisfaciat
pro eo, per indulgentiam poena peccato-
rum relaxatur, ex hoc, quod merita alterius
illi applicantur: ergo pro catholico dicere o-
porret in ecclesia esse thesaurum meritorum
Christi, & ecclesiae & sanctorum. Christus enim
per suam passionem non tantum satisfacit pro
culpa primi parentis, sed etiam sibi meruit ex-
altationem, non in se, sed in hominum fide
& devotione, & proprii corporis glorificatione;
& nomen quod est super omne nomen,
juxta verbum Apostoli ad Philipp. 2. *Humi-
liavit semetipsum, factus obediens usque ad mor-
tem, propter quod Deus exaltavit illum, & do-
navit illi nomen, quod est super omne nomen,
ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cale-
stium, terrestrium & infernorum, secundum quod
doctores declarant in 111. sentent. pulcherri-
me; meruit etiam nobis januae caelestis aper-
tionem. Passio enim ejus, quia a divino sup-
posito fuit exhibitae, & a voluntate ejus ac-
ceptae, fuit infinite bona: ideo excessit debi-
tum, quo Adam erat obligatus pro peccato
suo. Illud vero quod ultra debitum solum
est, remanet in thesauro ecclesiae. Ecce prin-
cipaliter radicem thesauri ex abundantia passionis
Christi, de quo scriptum est 1. Joannis 11. Si*

quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem
Jesum Christum justum: ipse est propitiatio pro
peccatis nostris, non pro nostris autem tantum,
sed pro totius mundi. Fides etiam ecclesiae & ca-
ritas ejus merentur multum. Sancti praeterea,
qui supererogaverunt his meritis, cumulaverunt
& merita, & hi omnes in gazophylacio spi-
rituali ecclesiae reposuerunt. Ex his ergo con-
stat meritorum ecclesiae thesaurus, secundum
quod scriptum est Ecclesiastici 1. *Sapientia &
disciplina timor Domini, & quod beneplacitum est
illi, fides & mansuetudo adimplebit thesauros il-
lius. Jam in paucis videtis, id, unde fit indul-
gentia, etiam in lege Dei veraciter fundatum.*

Rationem autem cur fieri debeat indulgentia,
Baudite. In communitatibus humanis & politis
thesaurus publicus propter duo solet erogari.
Primum est, propter principis gloriam & ho-
norem, ut faciunt reges curiales, & fecit rex
Assuetus, Esth. 1. Secundum, propter com-
munitatis necessitatem vel utilitatem. Nam
quando laeditur communitas, stipendia & do-
nativa proferuntur militibus pro ea pugna-
turis. Simili modo thesaurus ecclesiae ab his
qui habent eum dispensare, duplici causa de-
bet erogari: primo propter Dei gloriam & ho-
norem, qui per multa relucet in sanctis ejus:
honorantur autem sancti in constructione ba-
silicarum, & commemoratione virtutum sua-
rum, per sermones & praedicationem san-
ctam. Secunda causa, propter communem u-
tilitatem ecclesiae, ut est defensio terrae san-
ctae, defensio fidei, & similia. Pro istis cau-
sis in genere thesaurus ecclesiae per indulgen-
tias communicatur. Verum non a quocum-
que, nec cuicumque, nec pro quacumque cau-
sa distribui potest, aut debet: sed sub tribus
conditionibus communiter a doctoribus assigna-
tis: prima, quod sit in conferente auctoritas:
secunda, quod sit in suscipiente caritas: ter-
tia, quod sit in causa pietas. Non restat nunc
aliud ostendere, quam quod auctoritas confe-
rendi sit in lege Dei fundata. Auctoritas illa
competit universaliter summo Pontifici, sive
sit bonus, sive malus, dum tamen ab ecclesia
D toleretur. Nam non ex vitae merito confert
indulgentias, sed ex potestate. Alii, quibus
datum est, conceditur specialiter hujusmodi
distribuere indulgentias.

Dico igitur, quod potestas summo Pontifici
conveniens generaliter, & inferioribus particu-
lariter, fundatur in hoc passu scripturae, Math.
xvi. ubi Dominus loquitur Petro illam glorio-
sam confessionem facienti, cum dicit: *Tu es
Christus Filius Dei.* Cui dixit Dominus: *Tibi
dabo claves regni caelorum: tum subdit, Quod-
cumque ligaveris super terram, erit ligatum &
in caelis, & quodcumque solveris super terram,
erit solutum & in caelis.* Si intelligere vellet a-
liquis solum de absolutione peccatorum, &
E ligatione poenae satisfactoriae, hoc improbat
a Magistro sententiarum in quarto, & ab
omnibus doctoribus, & etiam a proponen-
te hunc articulum; quoniam auctoritas vin-
dicandi, & excommunicandi, competit pra-
elatis ecclesiae, nec hoc negat proponens, li-
cet multos excessus narraverit: & illa aucto-
ritas specialiter ibi fundatur; ut dicunt magi-
stri & doctores. Ostendo tamen quod illud:
*Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum
& in caelis, & quodcumque solveris, &c.* non
solum ad potestatem clavium in foro con-
fite-

ANNO
CHRISTI
1411.

ANNO
CHRISTI
1411

ANNO
CHRISTI
1411

scientiam aut contentioso, sed ad multa alia extendatur.

Primo ecclesia Bibliam pro canonica & sancta scriptura accepit, & talem declaravit. Quatuor evangelia secundum Mattheum, Marcum, Lucam & Joannem authenticavit, non abhorum Apostolorum, aut discipulorum, ut Nicodemi. Item Bibliam innovatam per Esdram scribam ipsa ecclesia recepit: ab eadem translatio Hieronymi, aliis pretermissa, acceptata est. Eodem auctore, glossa ordinaria super Bibliam, libri etiam beatorum Augustini, Hieronymi, Gregorii, Ambrosii, auctoritatem sumpserunt. Ubi collata est fuit hac auctoritas in canone? non alibi quam hic: *Tibi dabo claves regni celorum, quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum.* &c. Petrus Apostolus formam baptismi a Christo traditam mutavit in istam: *Ego te baptizo in nomine Domini nostri Jesu Christi.* & hoc fecit ut nomen Christi prius odiosum, fieret amabile. Post notitiam nominis Domini Jesu Christi in cordibus fidelium, ecclesia hac forma dimissa, rediit ad institutam a Domino formam. Ubi data fuit hac potestas mutandi formam a Salvatore institutam? Et ubi ecclesia habuit potestatem formam a Petro datam mutare? Ceterum Dominus septimum diem, completis sex dierum operibus, sanctificavit, Genes. ii. post, hanc diem sabbati sanctissime in lege precepit, ita ut colligentem ligna in sabbato mandaverit lapidari, Numerorum xv. & hoc Christus in evangelio, cum alius preceptis decalogi approbavit, Math. xix. Hoc Apostoli & ecclesia catholica diu post observavit, tamen postea ecclesia hanc observantiam mutavit in observationem diei Domini, scilicet octave. Item Dominus precepit celebrare Pascha xiv. die mensis primi a vespera in vesperam, tanquam legitimum sempiternum, Exodi xii. & sic diu ecclesia observavit, tamen postea dies Pasche semper Dominica celebranda instituta est. Rursum Levit. xvii. & Deut. xii. prohibitum fuit, & Apostoli in suo concilio celebrato approbaverunt, ut patet Actuum xv. comedere immolatum simulacris, sanguinem, suffocatum, atque fornicari, postmodum ecclesia servans primo & quarto tractavit secundum & tertium. Apparet quomodo multa mutavit ecclesia, que Deo, Christo, & primitiva ecclesia erant precepta & observata. Præterea sacramentum matrimonii, quod teste Apostolo magnum est ratione sine significatione, scilicet conjunctionis Christi & ecclesie, in statu innocentie institutum, & in paradiso deliciarum, in principio admisit uterinos, & germanos simul posse matrimonialiter copulari, scilicet masculinum & feminam, postea denegatum est de prima linea consanguinitatis; posthæc multiplicato genere humano, ecclesia prohibuit usque ad quartam lineam consanguinitatis inclusive. Item in lege veteri, mortuo viro sine liberis, frater ducebat uxorem fratris defuncti, ut suscitaret ei semen, & hoc observatum est diu in lege nova deinde introducta publica honestatis iustitia prohibitum est virum contrahere cum aliqua consanguinea suæ sponsæ, usque ad quintum gradum exclusive, ac per hoc fratrem cum defuncti sponsa fratris. Circa sacramentum eucharistie ecclesia aliqua mutavit. Præterea enim forma consecrationis sanguinis est alia ab ea quam in evangelistis reperimus, licet substantia sit eadem. Addidit

etiam in consecratione corporis illam conjunctionem, Enim. Rursum Leo Papa ait, quod aliquo tempore, propter errorem de observatione legalium, concisibatur in fermentato, nunc non licet. Similiter in ecclesia primitiva erant tantum duo ordines sacri, scilicet diaconatus & sacerdotium. Et secundum Hieronymum idem erat episcopus & sacerdos: saltem, dico ego, eodem nomine appellabantur. Hoc sunt nunc mutata.

In sacramento penitentie, quod utique ad finem duraturum est, ab initio lapsus humani facta est mutatio. In lege enim natura sufficiebat confessio mentalis soli Deo; in lege veteri obligabantur homines ad confessionem carnificalem, ita quod aliquis sacrificio ostenderent homines se peccasse hoc vestigio peccato. Sacerdotes vero illi, manibus postis super cornu hirci, consitebantur peccata filiorum Israel. Et nunc in lege gratie, quia sacerdotibus convenit remittere peccata modo predicto, ut peccator sine scandalo sua peccata confiteatur secreta sacerdoti, & sic absolvas, instituit ecclesia. Videtur quomodo fere in omnibus sacramentis multa mutavit ecclesia. Si non potuit, nec valuit quod fecit, nec non esset observandum: quod tamen absurdum ab omnibus judicatur: Si potuit, ubi in scriptura sacra sibi data est, & lege Dei, illa potestas? Et non reperitur specialius ad ista esse concessum, quam per illud dictum Petro, & successoribus suis: *Quodcumque ligaveris super terram, &c.* Nam non dixit Dominus: *Quodcumque ligaveris aut solveris absolvendo, penitentiam injungendo, excommunicando, ab ea solvendo, sed: Quodcumque ligaveris super terram, &c.* nec dixit: *Quodcumque ligaveris erga hominem, sed ut universalem potestatem ei concessam necessariam ad salutem humani generis ostenderet, dixit universaltiter, & sine restrictione: Quodcumque ligaveris, scilicet clave non errante, super terram, erit ligatum & in caelis.* Ecce ibi fundata est potestas indulgentiarum conferendi. Ut autem intentionem proponentis omnino evacuem, ostendo quod (esto quod in lege Dei, hoc est, in scriptura veteris & novi testamenti, non posset reperiri fundata auctoritas specialis & expressa ad hujusmodi indulgentias distribuendas vel conferendas) sufficeret sola ecclesie auctoritas, que reverti in scriptura evangelica fundatur, ut patet Joannis xiv. ubi Dominus dicit: *Parvulus autem Spiritus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia quaecumque dixero vobis.* Et ne putetur hoc dictum solis Apostolis, ibi dicitur tunc ecclesie: *Ego rogabo Patrem, & alium Parvulum dabo vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non vidit eum, nec scit eum.*

Unde ostendo quod ecclesia multa facere potest, & facit, tamen non habetur ex canone super his specialis & expressa auctoritas. Ecclesia numerat inter fideles parvulos baptizatos, numerat inquam, sub poma hæresis: unde Augustinus de baptismo parvulorum: *Ubi panis parvulos baptizatos? profecto in numero credentium: non nisi ex consuetudine ecclesie antiquæ canonice sanctissimæ.* Et infra: *Inter credentes baptizatos parvulos numerabis, nec judicare aliter nullo modo audebis, si non vis apertus esse hæreticus.* Ecclesia etiam instituit ut compadres in baptismo fidei parvuli pro et respondeant. Et sic ecclesie auctori-

a) Pater, et tunc.

Sacramentum lo-
quendo de
panis, &c. no-
videt in ref-
patione in-
junctum a R.
gula pro &
est confirmat-
um, quod
pater ostendit
littera hæc.

Chorizas ordinavit, ut parvuli per aliorum peccata ad fidem veniant, per aliorum corda credant, per aliorum linguas in baptismo respondeant, & fidem fatentur.

Item ecclesia in Nicæno concilio, secundum symbolum eddidit, post symbolum Apostolorum auctorizavit etiam symbolum Athanasii. Item in toto canone non habetur, quod Pater in divinis, aut Filius, aut Spiritus sanctus nominetur persona, sed ab ecclesia habetur: etenim in illo quod, Tres sunt qui testimonium dant in celo, &c. cum quaerent heretici, qui tres? non habens ecclesia quid ex canone responderet, importunitati hereticorum satisfaciens, invenit hoc nomen, Persona: & dixit, Tres persone.

Præterea, etiam canon Biblicus dicat, beatam Virginem esse matrem Christi, tamen non reperitur in eo, quod dicatur mater Dei: sed hoc ecclesia determinavit, ut dicatur non solum Christoproces, sed etiam Theotocos; id est, non solum Christi mater, sed & Dei mater. Denique non habetur ex canone, ut illa signacula, que in perficiendis sacramentis modo sunt, sint facienda; nihil de benedictione fontium baptismalium, aquæ benedictæ, exequiarum defunctorum, & aliorum multorum, que ne tedium generent, omittam: que tamen ecclesia sancta observanda instruit.

Videtur, quanta sit auctoritas ecclesiæ catholicæ, de qua Augustinus contra Faustum hæreticum auctoritatis ecclesiæ impugnatores dicit, & habetur II. distinctione questione III. Vides in hac re, quantum valet ecclesiæ auctoritas, que ab ipsi fundatissimis sedibus Apostolorum, usque ad hodiernam diem, succedentium sibi met episcoporum serie, & tot populorum consensu firmitur.

Et Chrysostomus dicit, ut refert Augustinus de Ancona, de potestate ecclesiastica, questione XXIX. quod homini mortali omnium que in celo & in terra sunt potestatem commisit Deus, & validiorem celo ecclesiæ esse monstravit. Hunc nempe beatus Hieronymus omnia dicta sua & fidem submisit, & habetur XXIV. questione I. Hæc est fides, Papa beatus.

Unde dato quod in scriptura sacra non reperiretur specialiter & expresse fundata potestas conferendi indulgentias, adhuc auctoritate ecclesiæ, que Spiritu Sancto regitur, infallibiliter in his que pertinent ad salutem, potuit tam pretiosæ thesauri apertio demonstrari, & de novo aliquando institui, sicut illa, que prius memorata sunt. Nisi dicatur, quod auctoritas modernæ ecclesiæ est minor, quam primitivæ, quod falsum est: cum auctoritas mutandi statuta ecclesiæ, & instituendi, non sequatur sanctitatem vite, sed officium & dignitatem, que æquales sunt nunc & tunc; nec alias claves habet modo, quam tunc. Unde Augustinus sermone XVIII. ait: Nemo dicat ecclesiæ primitivæ tempore prævalere isti ecclesiæ, quia tunc Christus & Apostoli fecerunt miracula, & non modo, quia tunc fiebant sanitates corporum, & non modo animarum. Debent ergo sufficere putantibus indulgentias non esse in lege Dei fundatas, que dicta sunt: nec præponant ultra sensum suum dictis & scriptis doctorum theologorum, Magistri sententiarum, Guilelmi Akthodorenfis, Alberti Magni, Thomæ, & aliorum, quorum tanta est in ecclesiæ reverentia, ut non liceat oppositum asserere hu-

jus, quod omnes communi consensu determinant.

Aliud dictum proponentis Peregrinationes per homines inventæ, ut dicit proponens, superstitiosæ sunt, idololatriam sapientes, & clerici avaritiam nutriendes: quod ostendo non esse verum, supposito quid nominis peregrinationis. Est enim peregrinatio de manso suo longior recessus, ut acutiori devotione Deus adoretur. Quod illæ sint in lege Dei fundatæ, & non per homines inventæ, ut dicit proponens, & aliquibus auctoritatibus nititur colorare, probo. Scriptum est Deuteronomio XVI. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui

in loco, quem elegerit, in solemnitate azymorum, & in solemnitate hebdomadarum, & in solemnitate tabernaculorum. Ecce quod ex lege Dei ter habebant peregrinari in Jerusalem filii Israel quolibet anno: & quod aliquid deberent offerre in templo, patet: nam dicitur ibi: Non apparebit ante Dominum vacuus, sed offerat unusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei. Juxta hanc regulam legis Dei ascendit Jesus cum parentibus suis ad diem festum Paschæ, ut habetur Lucæ II. ubi Beda: Evangelista Dominum post nativitatem continuo cum hostia transfert ad templum: supple eundem illo singulis annis cum parentibus, ducit & duodennem, & in templo doctorum choris inserit.

Item, quod non fuerit solum carmonia pro Judeis, sed pro gentibus, patet. Nam Zachariæ cap. ultimo scriptum est: Et omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus, que venerunt contra Jerusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent Dominum regem exercituum, & celebrent festivitatem tabernaculorum. Et eris; qui non ascenderit de familiis terra ad Jerusalem, ut adoret Dominum regem exercituum, non erit super eo imber. Secundum quam prophetiam gentiles quidam ascenderunt cito post suscitationem Lazari, ut adorarent in die festo, Joannis XII. Et vir Æthiops Candaces reginæ Æthiopum eunuchus venit adorare in Jerusalem, Actorum VIII.

De cuius iustitia dicit venerabilis Beda super isto passu: pro virtute & integritate mentis vir appellatur, nec immerito, qui tantum studii in scripturis habebat, ut eas etiam in via legere non cessaret; tantumque amoris in religionem gerebat, ut aula regia derelicta de ultimis mundi partibus veniret ad templum Domini, unde iusta mercede, dum quaereret interpretem lectionis, Christum quem quaerebat invenit. Propterea pastores venerunt peregre ad Salvatoris ortum, & tres magi peregre profecti sunt adorare regem Judæorum a solis ortu: de quibus ait Augustinus in secunda parte sermonum, sermone xxx.

In his terris de longinquo isti peregrini quaerunt illum nondum verba promentem adoraverunt, ubi cives illi juvenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris parvis Deum adoraverunt, illi in factis magnis nec tamquam homini pepercerunt. Hæc Augustinus. Dictum est de peregrinis in ortu Salvatoris, quos Herodes impius non inculpavit. Jam de peregrinis mulieribus Christum in sepulcro visitantibus subsequetur auctoritas. Dicit evangelista: Vespere autem sabbati, qua fuerat in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria vide.

ANNO CHRISTI 1480.

ANNO CHRISTI 1480.

1. Jan. 2.

Augustinus in lib. II. contra Faustum hæreticum, cap. 1. de auctoritate ecclesiæ, cap. 2. de potestate ecclesiæ.

Augustinus de Ancona, de ecclesiæ potestate, cap. 1. de potestate ecclesiæ, cap. 2. de potestate ecclesiæ.

(a) Ibid. cap. 1. in alio sermone, cap. 1. in alio sermone.

Luc. 1. Math. 2.

Augustinus de tempore, cap. 1. de tempore.

ANNO CHRISTI 1431.

ANNO CHRISTI 1431.

videre sepulcrum, Matthæi xviii. Super quo A.
 Hieronymus in commentario: Quod diversis
 temporibus istarum mulierum in evangelis de-
 scribantur, non mendacii signum, ut impij
 obiciant, sed sedula visitationis officium,
 dum crebro adeant & recedant, & non pe-
 tiuntur a sepulcro Domini diu absesse vel lon-
 gius. Hæc ille.
 Adest alia auctoritas de Nicodemæ, qui ve-
 nit peregre visitare sepulcrum Domini, cum
 mixtura myrris & aloes, quasi librarum cen-
 tum. De Joseph similiter ab Arimathia nobili
 viro, qui involvit sindone munda Dominicum
 Corpus? hi tamen in evangelio laudantur. Ipse
 etiam Dominus non designatus est se peregrin-
 ationem ostendere discipulis eunibus in Emaus.
 Item Hieronymus ostendit, quomodo virgo Ma-
 ria mater Dei visitabat post ascensionem ejus
 loca passionis. Et hoc facit in sermone de As-
 sumptione beatæ Mariæ, ad Paulam: Chri-
 stus, inquit, ab omnibus est amandus ex
 toto corde, ex tota anima, atque ex tota
 virtute querendus, maxime tamen ab ea ar-
 dentius, cuius & Dominus erat & filius.
 Fortasse ergo præ nimio amore, in loco
 quo sepultus dicitur, interdum habitasse eam
 credimus, quatenus piis pasceret internus
 amor obtutibus. Sic namque locus medius est
 hinc inde constitutus, ut adire possit ascen-
 sionis vestigia, & locum sepulture ac resurre-
 ctionis, & omnia in quibus passus est loca
 invisa. non quod jam viventem quereret
 cum mortuis, sed ut suis consolaretur spes-
 ctibus. Hoc quippe habet impatiens amor,
 ut quæ desiderat, invenire se credat: igno-
 rat siquidem iudicium, multoties ratione ca-
 ret, modum nescit, nec aliud cogitare po-
 test quam quod diligit. Amor non capit de
 impossibilitate solatium, neque ex difficultate
 remedium. Hæc Hieronymus.
 Ex quibus apparet, cum quali devotione, &
 in quanto honore a fidelibus habitum sit sepul-
 crum Domini, ut sic impleta sit hæc Prophetia
 Isaiæ 11. capite, de illo loquens, cum ait: *Et
 erit sepulcrum ejus gloriosum.* De cruce autem
 Domini loquitur beatus Augustinus libro de vi-
 sitatione infirmorum capite 111. ostendens, quod
 in magna reverentia habeatur a Christianis, &
 dicit sic: Habent siquidem Christianorum ar-
 cana illius Dominicæ crucis quoddam vene-
 rabile monumentum, quod de cruce ipsius
 imaginatione crucem cognominant, quod &
 nos omni veneratione dignissimum fatemur,
 & ad recordationem Crucifixi nostri venera-
 mur. Adjicit etiam super crucem quædam
 hominis inibi patientis imago, per quod
 salutifera Jesu nobis renovatur passio. Hanc
 complectere humiliter, venerare suppliciter,
 cum hæc ad memoriam tibi ipsum reducat
 Crucifixum. Hæc ille. Post hoc immediate
 sequitur notabilis processus de confessione
 vocali facienda.
 Præterea peregrinatio magna commemoratur
 ad locum, ubi Dominus caelos ascendit, de quo
 Sulpitius ita loquitur: Illud autem mirum
 est, quia locus ille, in quo postremo insti-
 terant divina vestigia, cum in calum Domi-
 nus nube sublatus est, continuari pavimento
 cum reliqua stratorum parte non potuit: si-
 quidem quæcumque applicabantur; insolens
 humana suscipere terra respueret, excussis in
 ora apponentium sepe marmoribus. Quin-

etiam calcant a Deo pulveris adeo documen-
 tum perennans est ut vestigia impressa perman-
 tur; & cum quotidie conluentium fides cer-
 tatim Domino calcata diripiatur, demum ta-
 men arua non sentit, & eandem adhuc sui
 speciem, velut impressis signata vestigia,
 terra custodit. Proferis de peregrinatione ad se-
 pulcrum Domini legitur 211. libro historiae tri-
 partitæ, capite xv. de qua dicit Cassiodorus:
 Theodosius Imperator pro beneficis sibi a
 Deo collatis gratias referebat, pluribus ho-
 noribus Christo sua vota compensans: con-
 jugemque suam Eudociam, ad Hierosolyman
 destinavit, (hæc enim & ipsa votum habue-
 rat, si filiam videret nuptam) quæ tam Hier-
 osolyms ecclesias consecravit, quam per sin-
 gulas civitates positas, honoravit, & cum
 pergeret, & cum deo remearet. Hæc ille.
 Proinde beatus Hieronymus epistola contra
 errorem Ariani & Eunomiani perfidia circa
 peregrinationem ad loca sancta, ad Rusticum,
 ipsum peregre proficiscendum ad loca sancta in-
 vitat; dicit enim sic: Narravit mihi uxor
 quondam tua, nunc soror, atque conserva,
 quod juxta præceptum Apostoli, ex confes-
 su abstineritis vos ab opere nuptiarum, ut
 vacaretis orationi. Et infra: Cumque vos
 rabies barbarorum, & imminens captivitas
 separaret, sub jurisjurandi testificatione pol-
 licitum, ut ad sancta transeuntem loca vel
 statim vel postea sequeretur, & servare ani-
 mam tuam, quam visus fueras negligentia
 perdidisse. Redde ergo quod presens Deo
 spondidisti. Incerta est vita mortalium, ne
 ante rapiaris, quam impleas spondionem:
 imitare eam quam docere debebas. Sequi-
 tur post: Tu vagaris in patria, imo non
 in patria, quia patriam perdidisti. Issa pro-
 te in locis venerabilibus resurrectionis &
 crucis, & cunabulorum Domini Salvatoris,
 in quibus parvulus vagit, tui nominis re-
 cordatur, teque ad se orationibus trahit,
 ut si non tuo merito, saltem hujus salve-
 veris fide. Hæc Hieronymus.
 Deinde Augustinus libro de distinctionibus
 rectæ fidei, capite 40. sic inquit: Sanctorum
 corpora, & maxime beatorum martyrum reli-
 quias, ac si Christi membra, sincerissime
 honoranda, & basilicas eorum nominibus
 appellatas, velut loca sancta, & divino cul-
 tu mancipata, affectu piissimo, & devo-
 tione fidelissima adeundas credimus. Si quis
 contra hanc sententiam venerit, non Chri-
 stianus, sed Eunomianus & Vigilantianus
 credatur. Hæc ille.
 In Gangres etiam concilio statutum legitur
 in hunc modum: Si quis per superbiam,
 tamquam perfectum se existimans: conven-
 tus, qui per loca, & basilicas martyrum
 sunt, vel accusaverit, vel oblationes, quæ
 ibi celebrantur, spernendas esse crediderit,
 memoriaque sanctorum contemnendas, ana-
 thema sit.
 Rursus Augustinus contra Faustum libro 22.
 Populus, inquit, Christianus memorias mar-
 tyrum religiosa solemnitate celebrabat, &
 ad excitandam imitationem; & ut meritis
 eorum confocietur, atque orationibus adju-
 vetur. Et infra: Quod offertur Deo, qui
 martyres coronavit, & apud memorias eor-
 um, quos coronavit, ut ex ipsorum locorum
 admonitione major affectus exurgat ad acuen-
 dam

Lea. 14.

Tom. 9. ep. 10. de 14. que scribitur de Hieron. quod dicit Mariam V. Maria, ultra medium.

7. de 1.

Sulpit. in fa- cta. h. d. lib. 2. c. 112. mo- dum.

theod. 11. p. 101. d.

theod. tom. 7. ep. 101. d. 11. d. 11. d. 11.

August. de doctr. christ. cap. 70. tom. 2.

ANNO CHRISTI 1622.

ANNO CHRISTI 1622.

dam caritatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adjuvante, possumus. Hæc ille. Dicit Augustinus, quod licitum & caritativum est visitare martyrum memorias, & in locis illis oblationes facere. Peregrinationum veritatem testantur stationes Romæ quas ferunt beatum inveniisse Gregorium.

Quamplurima dicta sanctorum transeo, contentus sufficienter probasse, peregrinationes fundamentum habere in divina scriptura, & firmitatem in sanctis doctoribus profecto se in divina lege fundantibus. Ac per hoc nec esse inventiones hominum, nec superstitiones, nec idololatram sapientes, nec per se cleri avaritiam nutriendas. Nam oblata, Deo, ut dicit sanctus Augustinus, offeruntur: in veteri etiam lege præcipiuntur, nec oblatorum clerus est proprietarius, sed possessor usufructuarius, minister, & dispensator. Si per accidens avaritia cleri se immergat, hoc malum est: hoc per eos, ad quos spectat, superiores scilicet, cum justitia puniendum, per alios caritative arguendum, modis tamen supradictis.

Circa multa, quæ in veneratione reliquiarum contingunt peccata, ut narravit proponens, ut sunt expositiones earum venalitate facta, spoliatio pauperum peccatorum, horrenda continuatio avaritiæ sacerdotum, & simulata spes ponendi numinis in eisdem. &c. hoc unum dico, quod veneratio sanctorum reliquiarum sanctorum & sanctorum non est improbanda. Etenim de se honesta est, licita, & sancta. Verum non pluri honore aut majori sunt venerandæ reliquæ, quam sancti, quorum sunt.

Supponendum est enim ex doctoribus, triplicem esse adorationem, scilicet latriæ, hyperdulie, & dulie; latriæ, quæ Deo; hyperdulie, quæ creaturæ sub ratione magnæ excellentiæ, ut virgini Mariæ, in quantum est mater Dei; dulie, quæ cæteris creaturis ratione excellentiæ exhibetur. Et quidem pro nunc non est loquendum de dulia, quæ debetur superioribus ratione domini: (nam sic etiam debetur non modo bonis, sed & malis,) sed de ea quæ exhibetur sanctis ratione sanctitatis. Hæc debite sanctorum reliquæ exhibetur: non quasi in istis numinis aliquid vel sanctitatis existat, sed propter ordinem quem habuerunt ad sanctos, quorum sunt reliquæ. Habent etiam doctores ea tria, quomodo cultus seu adoratio debetur alicui per se: in quo considerandum quid adoretur, & ratio cur adoretur. Quod adoretur, suppositum est vel persona: cur adoratur, ut nunc loquimur, est virtus, vel sanctitas. Debetur autem alicui per accidens nomine habitudinis ad eum, cui per se debetur, ut cruci Christi, imagini ejus, & sanctorum. Ex hoc modo reliquæ adorantur: nec hoc est idololatrate, quoniam cultus latriæ nullis sanctorum qui fuerunt puræ creaturæ, exhibendus est. Idololatrate enim dicitur latria exhibita idolo, sive puræ creaturæ. Quod autem ratione habitudinis ad aliquem honor sit exhibendus, ut vesti regie, propter regem, probatur ex eo quod 1. Regum xiv. dicitur, cum præcisisset David oram chlamydis Saul, percussit cor David, dicens: Propitius sit mihi Deus, ne faciem hæc regem domino meo Christo Domini: tamen regem non tetigerat, sed chlamydem. Præterea inter divinas contumelias Christi propheticè commemorat, quod crucifixores ejus diriverunt vestimenta, & vestem sortis assignaverunt; dicens: Diriserunt sibi

sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Quam certe vestem venerabilem, imo a adorabilem, Joannes in Apocalypsi xix. dicit esse conspersam sanguine, & in eo, & in femore ipsius Domini scriptum erat: Rex regum, Dominus dominantium.

Præterea beatus Hieronymus ad Rufinum libro III. scribit, se adorasse præsepe, & sancta cunabula Salvatoris. Contendi, inquit, in Egyptum, lustravi monasteria Nitriæ, & inter sanctorum choros aspides litere persępe xi: protinus concito gradu Bethlehem meam reverius sum, ubi adoravi præsepe, & incubula Salvatoris. Idem de sancta Paula in ejus epitaphio sic ait: Perrexit Bethlehem, scilicet sancta Paula, & in dextera parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel; atque inde de specum Salvatoris ingreditur, postquam vidit sacrum Virginis divertorium, & stabulum in quo agnovit bos possessorem suum, &c. & post pauca: Jurabat se cernere fidei oculis infantem pannus involutum, vagientem in præsepi Dominum, magos adorantes. Et multa ibi se sublimibus consolationibus ponit, quas sancta Paula merebatur.

De adoratione autem crucis Christi loquitur Damascenus quarto libro sententiarum, capite tertio, dicens: Adorandum signum Christi, ubi utique fuerit signum, illic & ipse est. Sequitur: Omnia ergo, quæ Deo adjacent, adoramus, ut ipsi venerationem offerentes. Quoniam autem non puto proponentem detrahere venerationi, aut adorationi sanctorum reliquiarum propter habitudinem quam ad sanctos, quorum sunt, habuerunt: scilicet forte, quia sunt ossa, vestes, aut alia artificialia, aut naturalia; multa de hac materia prætereo: abusus autem per ante narratos vitupero, & reprehensione dignos judico.

Litæras confraternitatum & confessionales proponens vituperat: & revera non dubito quin multa mala sub hac specie pietatis parantur; puta questus illiciti, deordinati favores, audacia peccandi, & multa similia. Verum non sunt de se illicitæ confraternitates ipsæ, imo honestatis titulum habent, & parere possunt fructum. Nam frater qui vivitur a fratre, est quasi civitas firma. Proverborum xviii. Licet enim suffragia ecclesiæ profint omnibus in unitate ejus existentibus ex parte caritatis, quæ non querit quæ sua sunt, sed facit omnia communia, ut dicit Apostolus: tamen ex parte intentionis, his, quibus applicantur, profunt magis quam aliis. Et per hoc institutæ, concessæ, vel permixtæ sunt fraternitates ipsæ. Ostendo, quod hæc in scriptura sunt fundatæ. Nam, ut habetur Exodi viii. Impius Pharao vocans Moysem & Aaron, ait: Adorate Dominum, ut auferat runas a me, & populo meo & dimittam populum ut sacrificet Domino. Et in eodem capite ait: Ego dimittam vos, ut sacrificetis Domino, rogate pro me. Ecce principem Paganum, qui orationes postulat, quomodo ergo precibus se communicare negabit fidelis? Item apparet de Heliodoro, cujus amici rogaverunt: Oniam summum sacerdotem ut oraret pro illo, ut habetur II. Machabeorum III.

Rursus probò quod Apostoli fecerunt homines participes suorum suffragiorum. Primo sic Apostolus Ephesios per litteram suam facit esse

Apocal. 19. Hieronym. ad Rufin. lib. 3. ep. 101. 7.

Hieron. ep. 101. tom. 1.

1. Cor. 12.

V. de Damasceno. lib. 4. tit. 1. de idol. & mag. cap. 1. & in orat. de transmissis. 2. Petri. sed forte.

1. Cor. 12.

Psalm. 118. Matth. 19.

particeps suarum orationum. Nam sic eis scribat in primo capite: Propter ego audens fidem vestram, que in Christo Jesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis. Nec tantum Paulus commemorat orationes, sed alia meritoria opera offerri facere pro Philippensibus; nam in primo capite dicit: Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis, pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super communicatione vestra in evangelio Christi, a prima die usque nunc. Qui ergo dicit, in cunctis orationibus meis, nihil minus dicit implicite, quam litera, que vigiliis, Missis, predicationibus, jejuniis, & similia concedunt Christi fidelibus, eas facientibus esse communes. Item idem ad Colossenses primo scribit: Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo eas, que defuncti passioni Christi in carne mea, pro corpore ejus, quod est ecclesia. Nulla litera fraternitatis modo talia promittit, quanta fecit Apostolus pro Colossensibus.

Præterea Chrysostrmus super Mattheum in opere imperfecto homilia xiv. ait: Libenter audit Deus, quando Christianus non solum pro se, sed etiam pro aliis orat. Pro se enim orare raturum est, pro altero autem gratia: pro se orare necessitas rei cogit, pro altero autem caritas fraternitatis hortatur. Dulcior est autem oratio ante Deum, non quam necessitas rei transmittit, sed quam caritas fraternitatis commendat, ex qua fraternitas commendatur, & Deo acceptabilis ostenditur.

Item Augustinus pro se orationes impetrat, qui se precibus ecclesie, virginum, confessorum, in domo Juliana inserti postulat, lib. de sancta viduitate in fine dicens: Obsecro vos per illum, a quo donum hoc accepistis, & hujus doni præmia speratis, ut me quoque orationibus vestris memineritis inserere: cum tota domestica vestra familia. Et inter epistolas Augustini in epistola xvi. que est Paulini ad Augustinum, ait Paulinus: Omnes in Christo sanctos, quales tibi coherere non est dubium, a nobis saluta: commenda nos omnibus sanctis, ut tecum pro nobis orare dignentur. Hæc ille. Et Augustinus epistola lxxiv. que est ad Profuturum, dicit: Commendamus sanctis orationibus tuis & dies & noctes nostras, ut oretis pro nobis, ne diebus intemperanter utamur, ut noctes æquo animo toleremus: ut etiam ambulemus in medio umbræ mortis, nobiscum sit Dominus, ne timeamus mala. Hæc Augustinus.

Reperiuntur & multa opera beati Gregorii, in quibus petit sociari precibus sanctorum: item Ambrosii, Anselmi, Ivonis Carnotensis. Tales auctoritates valde multas amore brevitatis omitto. Unde non sophismata sunt litera fraternitatis, sed Christianus utilia subsidia: tamen a-busum vituperio, turpes questus perhorresco. Confessionales etiam literas concedere, ex causa rationabili iustum est. Nam & privilegia de confessionibus audiendis nullus doctor notabilium reprobatur, imo approbat. Data enim sunt non in favorem confessorum, sed odium alicujus, sed in favorem poenitentium.

Ad rationes per proponentem factas cum aliis respondebo: De sententia excommunicationis dicit, quod ferantur ex livore vindictæ, aut odio. Si sunt, inquit, ob veritatem, & in

hominem in gratia permanentem, sunt hinc & inde. Si velit dicere quod sententia lata a iudice ex odio, aut invidia, aut propter vindictam, nullo casu teneat, hujus oppositum dico cum doctoribus. Beatus Thomas in iv. distinctione xviii. sic dicit in forma: Excommunicatio, inquit, potest dici injusta dupliciter: primo, ex parte excommunicantis, quia ex odio vel ira excommunicat: & tunc excommunicatio nihil minus habet effectum suum, quamvis ille, qui exercet, peccet: quia ille iuste patitur, quamvis iste injuste feriat. Alio modo ex parte ipsius excommunicationis, vel quia causa excommunicationis est indebita, vel quia fertur sententia juris ordinis prætermisso. Et tunc si talis error ex parte sententia, que sententiam nullam faciat esse, non habet effectum, quia non est excommunicatio. Si autem sententiam non annullat, habet effectum suum, & erit ei ad meritum: vel solutionem petens ab excommunicante, vel ad superiorem iudicem recurrere; si autem contemneret, eo ipso mortaliter peccaret. Contingit autem quandoque, quod est debita causa ex parte excommunicationis, que non est debita ex parte excommunicati, sicut cum quis pro falso crimine in iudicio probato excommunicatur: & tunc si humiliter sustinet, humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. Ex quo sequitur, quod excommunicatus pro falso crimine, tamen probato in iudicio, licet per falsos testes, vel confessorum, censetur vere excommunicatus in foro exteriori ecclesie militantis, tamen est in gratia. Nam dicit, quod humilitatis meritum recompensat excommunicationis damnum. Igitur talis incurrit damnum excommunicationis, & sic patet, quod in casu reputatur vere excommunicatus, qui est in gratia: nec iudex peccat, si nihil prætermittat de contingentibus, secundum ordinem juris, & maxime, dum sibi non constat de innocentia rei.

Ad rationes autem factas, pro uno notabili, quo probare videtur quod non sit per legem humanam inferendum alicui mortis supplicium, primo respondendum est, & primo ad illam de Circumcellionibus, que est Augustini ad Marcellinum comitem, dico cum Alexandro de Ales, quamvis pro illis sceleratis Augustinus supplicando spatium vite eis reservare poposcerit, non legum severitatem, qua tales morte plebuntur, non servandam esse docuit. Unde noto quatuor, primo, quod Augustinus dat intelligere quod secundum severitatem legum erant graviora passuri, quam poscebat. Et quia poscebat vitam eis servari, sequitur quod erant vitam juxta legum sanctiones amitturi. Et hoc ibi: Ne forte sublimitas tua censet eos raris legum severitate esse plebeos, ut qualia fecerant, talia patiantur. Et quoniam occiderant aliquos presbyteros catholicos, erant enim isti occidentes Donatists, digni erant morte. Secundo, quod supplicat pro misericordia, ut scilicet misericorditer cum eis agatur, Nam ibi dicitur: Ideoque his literis obsecro fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum misericordiam, ut hoc non facias. Ideo de misericordia hoc petit, non de iustitia. Tertio dicit, quod dissimulare posset, quia non per suos delati erant ad comi-

ANNO CHRISTI 1480

ANNO CHRISTI 1480

August. de dona 1102 c. 23. tom. 6.

August. ep. 11. tom. 2.

August. ep. 68. tom. 2.

Littera confessionales.

Excommunicatione.

Alexander de Ales part. 2. q. 24. art.

Augustin. epist. 190. ad Marcell. tribunum, lib. 2.

ANIMO CHRISTI 1497. 1) Nonnulli habet animus impudens.

Comitem, sed per e notorios, ad quos tuenda A pacis vigilantia pertinebat. Ex quo duo implicite dantur intelligi: Primum, quod poterat dissimulare; Ideo quod faciebat, erat opus supererogationis. Et sic si comes non acquiescebat, sed justitiam faciebat, non peccabat. Secundum, quod notarii, id est, officarii habent vigilantiam de salvanda pace reipublice: & sic obfistere & denuntiare possunt reos judici seculari, qui potest facere justitiam. Et hoc patet per illud quod sequitur: Non quod sceleratis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, ait Augustinus, & illud secundum huc notatum est. Quarto, quod ex capitale elicitur, & maxime qua isti Circumcelliones erant clerici, licet essent Donatists. Nec ex hoc habetur, quod peccasset ille comes, si eos occidisset, sed admoneretur ut agat misericorditer.

b) Pater, & per Joannem.

Ad rationes hujus, quod tangit Chryostomus super Jeremiam, dico, quod duplices sunt modi peccantium, quidam ex infirmitate, aut ignorantia, alii ex consuetudine, vel malitia. Item quidam animo verecundi sunt, alii sine verecundia. Cum primis mitius est agendum, cum secundis durius. De istis secundis vero non loquitur Chryostomus, sed de primis. Ad illud Proverbiorum xxx. Qui nimis emungit: item ad illud, *Justitia vel misericordia multum discutitur*: ad illa duo uno verbo dico, quod in omni virtuoso actu oportet, quod prudentia habeat duritiam: est enim origo virtutum, ut omnes morales virtutes in ea connectantur, vt. Ethicorum: Prudentie uni existenti omnes simul inerunt: & ita oportet esse directionem omnium mediorum ad finem, ut nihil minus fiat: hoc dicit Sapiens Proverbiorum xxx. hoc quod dicit illud decretum allegatum, ut misericordia temperet severitatem justitie, & justitia exigat remissionem misericordie.

A. B. Eth. lib. 6. c. 15.

Chryl. hom. ex. in Matth. tom. 1.

Ad illam Chryostomi super illo Matth. 13. *Stris utroque crescere*, &c. dico quod si bene verba ejus considerentur, sunt pro me. Nam loquitur de occasione hereticorum, ex qua sequeretur schisma, aut turbatio ecclesie. Et ego concessi, quod in tali casu non oportet secundum judicium vindicare. Dixi enim, peccata esse punienda tribus concurrentibus, scilicet jurisdictione, convictione, & pace salva. Et hoc non esset in proposito: sed ubi pace salva fieri posset, erunt occidendi, nec oppositum dicit Chryostomus.

Jam accedendum est ad principales rationes proponentis, primo ad illas, per quas visus est probare articulum. Ad primam, ubi dicit, quod Deus precepit Deuteron. 31. ut filii Israel auferant malum de medio sui: dico, cum Deus precipiat hominibus, non precipit nisi quod possibile de hujusmodi, ut scilicet auferat malum de medio populi, jurisdictione, convictione, & pace salva concurrentibus, ut dictum est. Item dico secundum Augustinum in lib. contra epistolam Parmeniani, tractantem illud verbum Apostoli: *Auferre malum ex vobis*, quod ubi mali salva pacis unitate separari possunt a bonis, separandi sunt corporaliter; ubi hoc fieri non potest, est faciendum spiritualiter, scilicet non consentiendo peccatis illorum; unde sic malum auferant ex eis, etsi non possunt malos separare a congregatione sua. Ibi enim dicit Augustinus

Concil. General. Tom. XXIX.

in forma: Videamus si forte non frustra non dixerit Apostolus: *Auferre malos a congregatione vestra, sed, Auferre malum ex vobis ipso*. quia cum quisque impeditur ab ecclesie congregatione malos homines separare, si a seipso auferat malum, non eis corde miscetur: atque ita spiritualiter non solum conjungitur bonis, sed separatur a malis. Vel secundum eundem Augustinum lib. de decem chordis, dicens, quod quidam sunt flagitiosi, qui non nocent aliis: quidam facinorosi, qui nocent aliis: propter istos leges posite sunt, ut satis in positione dictum est. Ideo isti tollendi sunt de medio populi, proferendo, incarcerando, aut aliter, aut mortis supplicio, salvis tribus predictis, jurisdictione, convictione, & pace salva. Et ad hoc ostendendum, dum dicit Dominus: *Auferant malum*, addidit, *de medio sui*: & Apostolus, cum dixisset, *Auferre malum*, subjunxit, *de medio vestri*.

ANIMO CHRISTI 1497.

Augustinus tom. 7. lib. 2. contra Parmenian. cap. 1. & 2.

Augustinus de decem chordis.

Ad secundum Levitici xix. dico cum Lyra, quod intelligitur, *Non odisti fratrem tuum*, ex rancore & odio, dissimulans peccatum suum, donec possis eum destruere, *sed publice argue eum*, hoc est, voce expressa, juxta illud Matth. 18. *Si peccaverit in te frater tuus*. Non autem dicit, *Publice*, id est, coram omnibus corripere eum correctione fraterna. Si autem per *ly publice* intelligatur correctio facta in publico seu iudicio, tunc est intelligendum de peccatis, qui possunt probari. Et tunc talis correctio pertinet ad iudicem exsequendo, ad accusantem denuntiando, ad testes probando. Et sic patet quod non omnia peccata, &c. possunt puniri, sed solum concurrentibus tribus jam dictis.

Ad tertiam xxiii. Deuteron. de prohibitione meretricii, dico, quod lege divina, & olim & nunc meretricium est prohibitum in illo precepto morali, *Non machaberis*. Verum, quod in lege veteri ultra hoc preceptum decalogi, erat datum iudiciale de prohibitione meretricii. Nunc vero non prohibetur ab homine per iudicium civile legis humane: sed nec potest convenienter legem divinam prohibentem homo executioni demandare: non enim fubest ei potentia huic legi adaequata; nec est omnipotens, ut sciat ex malo elicere bonum, ut Deus: Ideo ne deterius contingat, tolerat, & permittit. Cur autem in lege veteri prohibebatur judicialiter hoc peccatum, non nunc lege humana ratio est secundum aliquos doctores, quia tunc mittebatur Judaeis repudiare uxores; & hoc, quia proni erant ad odiendum ex duritia cordis sui, & occidendum eas. Ideo si improhibite fornicari potuissent, magnum fomentum odii habuissent. Nunc autem non licet, nec permittitur uxorem repudiare, nec sunt ita faciliter odiosi in uxores viri.

Augustinus ep. 28. tom. 2. non procul a medio. Dionysius Areop. in ep. Tim.

Ad quartam, de destructione idolorum, &c. respondeo primo cum beato Augustino contra Donatistas, quod ex sensu mystico non sumitur conveniens argumentum. Nam & magnus Arcopagita dicit, quod theologia symbolica non est argumentativa. Unde si ad literam de destructione idolorum, ejectione leproforum, & exterminatione septem gentium, ratio literalis queritur, plana est solutio; quia idola erant Judaeis incitamentum idololatrie, ad quam erant pronissimi. Præterea lepra est morbus infectivus, ideo pelli debet leprosus de coetu in-

ANNO
CHRISTI
1612.

ANNO
CHRISTI
1612.

935
norum. Septem istæ nationes ideo exterminari A
jubenentur. quod idololatriam suscipiant. Ex sen-
su allegorico rationem sic faciam solvo. No-
mine idolorum peccata infidelitatis accipio,
nomine lepræ peccatum hæresis. Ita exponit
venerabilis Beda in homilia super illud Luca
xvii. *Dum ingrederetur, scilicet Jesus, in quod-
dam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.*
Leprosi, inquit, hæretici non absurde intelli-
gi possunt, quia scientiam veræ fidei non
habentes, varias doctrinas profitentur erro-
ris, non enim vel abscondunt imperitiam
suam, sed pro summa peritia proferunt in
lucem. Et reliqua ut ibi. Potest etiam per
lepram intelligi mala doctrina in moribus.
Talia peccata sunt non modo fraterna correctione B
arguenda & castiganda, sed si publica sunt, et-
iam per justitiam cohibenda & punienda. De
talibus possunt inferiores publice superiores ar-
guere, quia jam specialiter per peccatum in-
fidelitatis desinunt esse superiores, quo ad hoc.
Et ista dicta sunt in positione. Ratio autem
hujus, quod peccata infidelitatis & hæresis,
similiter & malæ doctrinæ, nimis contagiosa
sunt. Illorum enim, puta infidelium, aut hæ-
reticorum sermo, ut cancer serpit dicit Apost.
2. Timoth. 2.

Quod in septem gentibus, quas præcepit Do-
minus exterminari, septem peccata mortalia in-
telliguntur, non est ad propositum arguentis;
sed oppositum est, & ad propositum meum, C
imo vero est de scriptura sacra sumptum. Di-
citur enim Judicum primo, quod filii Benia-
min habitabant in Jerusalem, nec deleverunt
Jebuzæos habitatores urbis. Item quod Chana-
neus cepit habitare cum tribu Manasse, cum
tribus Ephraim non interfecit Chananeum, qui
habitabat in Gazer. Et plura talia. In secun-
do capitulo dicitur: *Irratusque est furor Domini
in Israel, & ait: Quia irritum fecit gens ista
pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum
& vocem meam audire contempserunt, & ego non dele-
bo gentes, quas dimisit Josue & mortuus est, ut in
ipsis experiar Israel, utrum custodiant viam Do-
mini, & ambulent in ea, sicut custodierunt pa-
trium eorum, an non. Dimisit ergo Dominus omnes,*
&c. Apparet, quod permisit Dominus istas
gentes ad exercitium, ex quo experimentum ac-
cipitur. Ex quo apparet, quod mali multa sunt
permittendi inter bonos ad probationem bono-
rum, vel exercitium, secundum quod dicit
Apostolus 1. ad Corinth. 11. *Oportet hæreses esse,
ut qui probati sunt, manifesti fiant.* Vel ut in ipsis
mali sic permitti per divinam patientiam expec-
tentur ad pœnitentiam, aut ut impœnitentes
thesaurizent sibi iram Domini in die furoris ejus,
vel alia causa nota divinæ dispositioni. Unde ra-
tio secunda est ad propositum meum, & opposi-
tum ejus. Probat enim quod boni tolerant secum
malos, quia filii Israel non deleverunt Jebu-
zæos; per quos secundum proponentem pecca-
ta vel peccatores intelliguntur, sicut per filios
Israel boni. Item simili modo dicerem, quod
cum permitterentur esse in populo cœci &
claudi, grandi aut parvo naso, per quos pec-
cata, ut exponunt doctores, signantur, mali
inter bonos sunt permittendi, si tamen pace
salva ejici non possint. Nam & grex porco-
rum juxta homines fuisse legitur Matt. viii. ubi
per porcos glossa carnaliter viventes intelligit;
& per homines, rationabiles, a quibus dæmo-
nes, id est, peccatum mortale, expelluntur &

permittuntur a Deo intrare porcos, hoc est,
vitam pecudum eligentes.

Ad quartam de comminationibus divinis Le-
vit. xxvi. & Deuteronomii xxviii. concedo
eas: & per hoc ostenditur, quod Dominus ipse
omnia mortalia potest punire, sicut & prohibet.
Propterea *lex Domini immaculata est*, ait
propheta: Non sic homo qui interiora non
judicat, quia homo videt ea que patent, 1.
Reg. xvi. nec omnia exteriora rectificat propter
defectum potentis executivæ. Nam non po-
test, ut Deus, de lapidibus, id est, obstina-
tis, suscitare filios Abraham, scilicet facere fide-
liter credentes, & sancte viventes.

Ad sextam Deuteronomii xxi. Dominus dedit
præceptum, *Si genuerit homo*, &c. dico, quod
illud est verum: & ad literam, filius contu-
max, nolens patris aut matris obedire præce-
ptis, lapidabatur. Sed secundum sensum lite-
ralem non accipit opponens: quia non vult le-
ges humanas mortis supplicium inferre, licet
oppositum probatum sit. Glossam tamen non
nego, imo recipio: sciens quid dicat Ori-
genes super Levitico circa principium xxiv. ca-
pitis; comparans innitentem sensui literali,
Ægyptio; innitentem sensui spirituali, Israe-
litæ. Et quod qui literam tenet, & sensum
literalem grammaticalem, Ægyptius est, ma-
trem habens Israelitidem, quia literam scriptu-
ræ; sed patrem Ægyptium, quia sensum car-
nalem. Qui vero literam tenet, & sensum spi-
ritualem, ex toto est Israelita; ex matre pro-
pter literam, ex patre propter spirituales sensum.
Et quomodo Ægyptius cadit, quia li-
tera occidit. Israelita stat, quia spiritus vivi-
ficat. Hoc dictum totum est, ut pateat, quod
scriptura non est intelligenda semper secundum
sensum grammaticalem, sed secundum sensum
literalem, quem primo per verba intelligit Spi-
ritus sanctus, & secundum sensus mysticos. Pla-
cet ergo, quod filius contumax puniebatur,
quia contumacia illa erat grave peccatum, &
janua omnium malorum, propter abjectionem
discipline. Propterea hoc mortale hic inferen-
dum est: Magna cura ecclesiæ esse debet, &
huic sanctæ synodo, ut juvenes sub virga di-
scipline arceantur, nec magistri auctoritas sit
remissa, nec torpeat disciplina; deturque per
loca talis scholarum ordo, ut a puero amor
Dei & timor, virtutum honestas, & sanctitas
vitiis primis, postea literæ doceantur. Nec
nego peccata publica esse punienda, si tamen
adit prædicta, quantum ad punitionem justi-
tiæ; scilicet jurisdictio, convictio, pax salva,
cum aliis debitis circumstantiis.

Ad auctoritatem Jeremias primo, *Ecce dedi
verba mea in ore tuo*, &c. concedo illam, &
quod prædicator debet evellere, dissipare, di-
spersedere, & destruere verbo prædicationis vi-
tia, plantare & edificare virtutes; sed quia
E actus prædicationis est actus virtutis, dirigi
debet a prudentia, & debet habere circum-
stantias tactas ibi: Quis, quid, ubi, quibus
auxiliis, cur, quomodo, quando; ne quando
populum instruere molitur, scandalizet.

Ad auctoritatem Isaie etiam concedo sim-
pliciter, & etiam auctoritatem Esaiæ
xxxiv. ubi Dominus comminatur pastoribus,
qui quod infirmum fuit non consolidaverunt,
ibi enim arguitur negligentia pastorum, dum
quod poterant sanare, non sanaverunt, &
infirmum non confortaverunt, & sic de aliis.
Item

Item abusus honorum sibi ad usum concessorum dedit malo exemplo. Et sic illud est de speciali peccato, scilicet hypocrisis, ex quo non potest inferri universalis conclusio de propulsione peccatorum. Chrysostomus conformiter innuit, quod de speciali peccato hoc intelligitur: nam dicit: « Si autem convitium scandalum » vocat, ne mireris, multi enim pusillanimes » ex eo quod despiciuntur scandalizati sunt.

ANNO
CHRISTI
1439

ANNO
CHRISTI
1439

Chrysol. in
idem cap.

Ad rationes de novo testamento. Matth. xviii. precipitur: Si peccaverit in te frater tuus; istam omnino concedo, & est pro me, sicut pro opponente: loquitur enim de correctione fraterna, de qua concessum est in prima conclusione secundi puncti, quod est exercenda, & quomodo ibi visum est.

Ad illam de Apostolis, 2. Timoth. iv. illam concedo, nam instruit Timotheum Apostolus in regimine populi, tam in correctione fraterna quam paterna.

Ad illam Apostoli, 1. Timoth. v. Peccantem coram omnibus, &c. dico, quod illa auctoritas intelligitur de correctione paterna, secundum quam iudex subditum potest corripere, arguere, castigare, vel punire publice de peccato publico.

Ad rationem 1. Corinth. v. Omnino auditur inter vos talis fornicatio, &c. dico illam auctoritatem esse pro me. Nam concessum est publica peccata mortalia puniendi, modo ibi dicto, & maxime gravia, multum scandalizantia ecclesiam, & turbantia populum: quale erat peccatum Corinthii Xde quo loquitur auctoritas, quia habebat uxorem patris sui. Et ut textus habet, & de Lyra etiam dixit, talis fornicatio nunquam licita fuit iudicata etiam inter gentes. Nam ab initio mundi, ait de Lyra, fuit hoc exclusum, tamquam illicitum. Propter reverentiam enim naturalem, que debet haberi ad patrem & matrem, ista duæ personæ semper a matrimonio fuerunt exclusæ, tamquam a dictamine legis naturalis. Hunc ergo fornicatorem tam abominabilem coram Corinthiis punivit Apostolus, qui auctoritatem habebat a Domino. Et peccatum erat publicum & scandalosum, neque ex hoc ullum sequebatur periculum schismatis in ecclesia, quod dedit ejus corpus vexandum satanæ, ut spiritus ejus salvus esset.

Ad rationem primæ ad Thessalonicenses ultimo, Corripite, &c. concedo eam simpliciter: loquitur enim Apostolus de fraterna correctione.

Ad auctoritatem Apostoli, ad Ephes. vi. Et vos patres; nolite ad iracundiam, &c. ista ratio est de disciplina patrisfamilias, & concedo eam penitus: nec probat ex hoc quod omnia peccata sunt puniendi, cum patres solum super liberos & familiam habeant regimen æconomicum, & super extraneos non: & in aliqua possibilia peccata suæ familiæ sufficienter punire non possunt.

Ad orationem Matth. xviii. Qui scandalizaverit, &c. potest dici, quod illud intelligitur de scandalo in fide, quod sit peccato infidelitatis. Nam non tantum dixit Dominus, Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, sed adjunxit, qui in me credunt, quasi diceret: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis propter fidem qua in me credunt. Alio modo, quod intelligitur de scandalo activo generaliter, & sic secundum Gregorium in pastorali, & Nicolaum de Gorra, sensus est, qui sanctitatis specie, verbo, vel exemplo, cæteros destruit, melius (id est, minus malum) esset, ut eum sub exteriori habitu ad mortem terrena pœna constringeret, quam propter sacra officia in culpa cæteris imitabilem se ostenderet; quia si solus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret. Qui enim peccat in habitu religioso, multos

Ad illud Lucæ xix. Et ingressus in templum, &c. dico, quod ista ratio est contra facientem. Apparet enim, quod Dominus peccata sacerdotum per seipsum punire voluit, quæ erant in pecuniæ mutatione, & venditione columbarum. Hæc enim fiebant ad utilitatem eorum, & ipsorum ordinationem. Propterea dicit

Gregorius xxv. moralium: Neque enim frustra per semetipsum Dominus res numulariorum sudit, & cathedras vendentium columbas evertit: nimirum significans per magistrum quidem judicem vitam plebium, sed per semetipsum facta examinat magistrorum, ut dictum fuit. Non ergo per inferiores fideles sunt prælati puniendi per prohibitionem peccatæ, nec per eos coram aliis reprehendendi, ut dixit proponens, nisi de peccatis infidelitatis, schismatis, aut malæ doctrinæ directe vergentibus in nocumentum aliorum fidelium

Ad illam Lucæ xviii. Deus autem non faciet, &c. dico quod illa non probat propositum suum, quod a quolibet fideli omnia peccata sunt corrigenda, castiganda, &c. sed quod a Deo, quod concedo. Ibi enim, secundum Albertum isto passu, & etiam Nicolaum de Gorra, ostenditur præminencia divinæ justitiæ ad judicem iniquum, qui, ut parabola habet, viduæ diu justitiæ distulerat, & ad huc, non amore justitiæ, sed causa molestiæ vitandæ, tarde reddiderat. Non sic vero Deus, scilicet faciet, &c. & sic nihil concludit.

Ad illam primæ Joannis iii. Scitis quis ille apparuit, &c. dico cum Egidio de Roma in hoc passu, quod tollere peccatum tripliciter est. Primo diminuendo facta. Joannis i. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Secundo, adjuvando, ne fiant. Tertio, ducendo ad vitam, ubi omnino fieri non possunt. Et in omnibus his modis Christus tollit peccata mundi. Ex duobus primis modis apparet magis oppositum proponentis, quam propositum. Ex tertio non arguitur ad propositum, quia est de ecclesia triumphanti. Item dico, quod tollit peccata, quia pretium pro peccato humani generis solvit in cruce, abstulit peccata, quia legem immaculatam, omne mortale prohibentem instituit, tamen manifestum est quod peccata aliqua permisit: manserunt etiam peccata Judæorum, remanserunt & gentium, crucem putantibus Judæis scandalum, & gentibus stultitiam, ut dicit Apostolus 1. Corinth. i. Similem intellectum habet illud: In hoc apparet Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.

Ad illam de epistola Judæ, Ecce venit Dominus, &c. dico, quod istud allegatum loquitur de adventu Domini ad judicium, in quo omnia mala tunc punientur. Et hoc sonat quod adhortative subditur: Hos quidem arguite, illos vero salvate de igne rapientes, hoc est, eripientes de igne inferni, in quo sunt impatientes & incorrigibiles. Iterum hoc accipitur ex glossa de Lyra in hoc passu.

Ad illam 11. ad Corinthios x. In promptu, &c. dico cum Petro de Tarantasia postmodum Inno-

Greg. lib. 5.
Moral. c. 22.

Albert. in
idem cap.

1. Joan. 3.

Gloss. ordinata in c. 12. Matth.

a) Tertius in promptu habet alio.

ANNO
CHRISTI
1413ANNO
CHRISTI
1413

Innocentio quarto, quod illud, *alecti omnem* A quod qualibet poena est alicujus horum priva-
inobedientiam, facit distributionem pro generi-
bus singulorum: ita ut in omni statu, mino-
rum, scilicet & majorum, & mediocrium, ino-
bedientia in promptu vindicetur, aut in omni
modo, scilicet cordis, oris, & operis: sed
non habet opponens quod faciat distribu-
tionem pro singulis generum.

Ad illam 11. ad Timotheum 111. *Omnis*
scriptura divinitus, &c. dico uno modo quod
hæc ratio arguit de correctione in verbo præ-
dicationis, quæ fit per modum exhortationis,
declamationis, aut exprobrationis, quæ quam-
vis modum correctionis fraternæ excedat, quia
fit publice, tamen ex caritate præbetur, aut
procedere debet nec per eam puniantur in
speciali peccato, nec proprie puniuntur, sed
reprobantur; & instruuntur auditores, ut per-
fecti sint ad omne opus bonum. Alio modo
quod loquitur indistincte, de omni utilitate
scripturæ divinitus inspiratæ, & sic habet glo-
ssa ordinaria cum dicit: » Utilis est ad docen-
» dum nescientes, ad arguendum & convin-
» cendum de malo negligentes, ad corripien-
» dum, id est, increpandum duriter in malo
» persistentes, ad erudiendum penitentes &
» incipientes discere. » Nec hæc expositio a-
liquid arguit contra dicta.

C. 1. decreti
11. 1. 1. 1. 1. 1.
Cap. 1.

Ad illam ad Titum 1. *Oportet episcopum sine*
crimine esse, &c. sequitur, *Sunt enim multi va-*
niloqui, seductores, maxime qui ex circumcissione
sunt, &c. dico quod secundum glossam decreti
distinct. xxv. Nunc autem; crimen quadrupli-
citer accipitur. Primo modo large pro omni
delicto, sive mortali, sive veniali, sive ex
deliberatione, sive non, sicut dicitur in Ca-
none: *Nemo sine crimine vivit*. Secundo modo
strictè, pro omni culpa, sive veniali sive mor-
tali, ex deliberatione procedente. Tertio mo-
do strictius, pro omni culpa mortali, quæ est
criminalis infamia, de hoc dicit textus: Cri-
men est querela, id est, peccatum accusatio-
ne & damnatione dignum. Hoc modo accipi-
tur in textu allegato, ad Titum, *Oportet epi-*
scopum sine crimine esse. Quale autem sit, de-
claratur dist. lxxxii. capite, Apostolum Pau-
lus. Si quis, ait textus, est sine crimine, ut
est homicidium, adulterium, & aliqua im-
munditia fornicationis, furtum, fraus, sacrile-
gium. Quarto modo sumitur strictissime, prout
grave peccatum accusatione, & damnatione
dignissimum. Sumendo igitur tertio modo, di-
co quod omne crimen est peccatum mortale,
sed non e contra sed solum mortale capitale
dicitur crimen. Doctores autem aliqui enume-
rant undecim species talium, scilicet peccatum
infidelitatis, peccatum contra naturam, homi-
cidium, crimen læsæ majestatis, sacrilegium,
incestus, conspiratio, adulterium, falsum tes-
timonium, simonia, usura. Dicuntur autem
ista esse capitalia, quia secundum doctores in-
ducunt ad damnationem, exsilium, vel aliam
pœnam, secundum leges civiles, vel excom-
municationem, depositionem vel aliam pœ-
nam, secundum leges canonicas & jura.

Criminosa
peccata XI.August. 1. de
Civ. Dei,
cap. 11.

Sanctus Thomas 11. 11. questione cviii.
art. 111. recitat secundum Augustinum sequen-
tem Tullium octo pœnas, quas infligere solet
lex civilis: & sunt mors, verbera, talio, ser-
vitus, vincula, exsilium, damnum, ignomi-
nia. Et accipiuntur istæ octo pœnæ secundum
octo quæ homo maxime diligit, & in hoc

crimine esse, sumendo crimen tertio modo.
Quantum ad illud: *Sunt enim multi inobedi-*
tes, &c. dico, quod textus solvit seipsum. Cri-
men enim seductionis & subversionis est valde
grave, & maxime si sit in fide: unde non est
necesse in talibus præcedere secretam moniti-
onem; sed si periculum est in mora, procedi-
tur ad denuntiationem coram superiori. Et ubi
imminet cito periculum, ut discum est, potest
argui, quoad talia, coram omnibus, quia om-
nes tangit, & maxime in infidelitatis crimine.
Ex quo qui erat superior, desinit, quoad hoc
esse superior. De istis loquitur Apostolus: ve-
rum adhuc solum loquitur Tito ibi episcopo,
cui ex officio incumbit. Sic ergo nec de crimine
omni, nec de omni homine loquuntur allegata.

Ad rationes ad Romanos xiiii. *Si male fe-*
ceris, time: non enim sine causa princeps gla-
dium portat, &c. Et infra 1. Petri 11. *Subjetti*
estote omni humana creatura propter Deum, sive
regi, quasi præcellenti, sive ducibus, quasi ab eo
missis, &c. ad Hebræos xii. *Quis enim filius,*
quem non corripit pater? &c. concedo istas om-
nino. Dux primus loquuntur de punitione
justitiæ ab homine, ut Dei ministro; tertia,
de ipsa divina justitia, qua nunc, ut pater fi-
lios castigat. Nam juxta Prophetam, Psalmo
44. *Virga directionis, virga regni tui*. Quod ve-
ro allegat Gregorium dicentem, quod per hoc
quod Dominus ejecit demonia, & quod con-
cessit discipulis hoc facere, signat, &c. hoc o-
rtiam concedo sed est ad oppositum, & non
propositum proponentis: quia non omnia dæ-
monia discipuli ejicere potuerunt, patet Mat-
thæi xvii. Marci ix. ubi apparet quod disci-
puli dæmonia lunatica non potuerunt ejicere.
Nam & Damianus dicit hoc genus dæmonio-
rum non ejici, nisi in oratione & jejunio: per
quod juxta multos doctores signatur peccatum
luxuriæ, quod revera sine oratione & jejunio,
vel moderata abstinentia, difficile comprimi-
tur. Et quia populus communiter pro magna
parte non instat orationi & jejunio, & hoc
rector homo cognoscit, non punit simplex me-
reticium, sed tolerat ad majus malum vitandum.

A Form. &
hoc raro.

Ad rationes de praxi Christi. Apostolorum,
& primitivæ ecclesiæ. Ad istam de praxi Chri-
sti, qui dure clerum & alios arguit, dico, quod
Christus clerum arguebat propter crimina infide-
litas, quia legem veritatis intelligere volebat.
Unde prostravit Paulum, & cecavit, quia per-
secutor erat veritatis: quamvis pro crimine in-
fidelitatis quilibet possit superiorem, scilicet qui
fuit superior, arguere publice, ubi tale pericu-
lum imminet, quod non patitur dilationem;
non tamen pro peccatis publicis personalibus
punire per judicium justitiæ & auctoritatis; li-
cet

ANNO
CHRISTI
1482.ANNO
CHRISTI
1482.

cet possit fraterna correptione secreta arguere, A superiori scilicet, si opus fuerit, denunciando. Dico ultra, quod non omnia opera Christi imitari tenemur, ut declarat Alexander de Alex in iv. Sunt nempe tria genera operum Christi: scilicet; quaedam potentis, ut miracula, quaedam sapientis, ut institutio evangelica legis, & similia; quaedam bonitatis, & haec dupliciter sunt quaedam pietatis, quaedam iustitiae punitivae. In operibus, pietatis non vult Deus imitari a nobis: imo Angelus in hoc, quod in potentia Dominam imitari voluit, peccavit. Nec in secundis, nam in hoc Adam peccavit. In tertiis vero vult, quantum ad opera pietatis, Mathai v. *Esote misericordes, sicut Pater vester misericors est.* Non autem, quoad opera iustitiae punitivae, nisi quibus commissa est auctoritas a lege, vel inspiratione probata per sacram scripturam, vel miracula. Ratio autem cur nisi habens auctoritatem debet exercere iustitiam, quia gubernatio est opus Dei; ideo illi soli competit gubernare, cui Deus commisit: hoc autem tantum per legem, aut voluntatem per revelationem consuevit committere. Summa ergo religionis est imitari quem colimus Christum, ut dicit Augustinus; quoad opera bonitatis & pietatis, quoad omnes; & iustitiae, quoad habentes auctoritatem.

In hoc, quod allegat opponens, Christum punivisse per temporalium subtractionem aliquos necesse ad quem finem hoc facit. Si per hoc inducere vellet, quod principes possent temporalia subtrahere ab ecclesiasticis male illis utentibus, hoc esset insustentabile, quia nullam habent jurisdictionem in illos, ut supra dictum est, & pulcre declaravit venerandus doctor responsurus de ista materia; si quod superior potest subditum suum per subtractionem bonorum temporalium interdum punire, hoc concedo. Concedo quod Christus exprobatit incredulitatem discipulorum, & duritiam cordis. Concedo etiam, quod Angelis peccantibus non pepercit, sed tradidit vinculis aeternis, &c. ut dicit Iudas Apostolus in canonica sua. Praxim Apostolicam in punitioe peccatorum concedo, ut fuit allegatum de Petro Actuum v. & de Paulo, Actuum xiiii. de Elyma mago. Peccata enim ista, propter quae puniverunt, aut punienda declaraverunt (quod dico propter punitioem Ananiae & Sapphira) secundum multos erant gravis & scandalosa, ut patet in litera. Praxim item Joannis Baptistae in reprobatione peccatorum per viam praedicationis & prophetiarum. Sed ex hoc non concluditur, omnia peccata mortalia publica esse punienda; nec omnia puniverunt. Nam erant multi pseudopostoli tempore Pauli, nec legimus per eum ad alios Apostolos esse punitos. Galatae insensati non dicuntur nec leguntur fuisse puniti per Apostolum poena iustitiae, sed tantum per praedicationem correpti, ad Galat. iiii. Ortum fuit murmur Graecorum adversus Judaeos, quod vidimus eorum despiciantur in quotidiano ministerio, Actuum vi. nec illud legitur punitum. Et facile multa similia reperirentur impenita propter periculum schismatis in ecclesia, aut alia occulta nobis, tamen iusta, ratione.

Quod ad praxim primitivae ecclesiae, allegat quod communitas Corinthii cum spiritu Apostoli tradidit Corinthium satanae in carnis interitum; per hoc arguens, quod populus possit

peccata publica punire: dico, quod ex serie textus non habetur, quod communitas Corinthiorum hoc fecerit, sed Apostolus. Nam dicitur sic. *Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini Iesu tradere huiusmodi hominem satanae.* Textus dicit, *iudicavi*, non *iudicavimus*. Et Nicolaus de Lyra dicit: "Ego quidem habens auctoritatem super vos: ubi patet; quod ipse, qui habebat auctoritatem, iudicavit. Praeterea punitio malorum presbyterorum, de qua Danielis xiiii. ostensa & sententia est per Danielem auctoritate sibi a Deo data; nam ibi dicitur *Suscitavit Deus spiritum pueri junioris, cui nomen Daniel: exsecutio autem per populum.* Et in veteri lege multas executiones per populum legimus in spiritualibus casibus, ut in crimine idololatriae, Leviticus xx. Deuteronomii xiiii. & xviii. in blasphemia Dei Leviticus xxiv. Numerorum xv. pro violatione sabbati in colligente ligna illo die, Numerorum xv. pro inobedientia contumaci filiorum ad parentes, Deuteronomii xxi. pro violatione virginis desponsatae, Deuteronomii xxi. hanc executionem faciebat populus, sed auctoritate legis & iudicum sententias ferentium secundum legem. Ita dicit de Lyra super illo Deuteronomii xiiii. *sanis interficies:* cum, dicit, *iudicatum fuerit per iudices.*

Allegat, quod populus Iudaeorum ab alienigenis, &c. Concedo hoc, sed non ideo hoc fecerunt sine peccato alienigenarum. Nam in subtractione ista duo considera, actionem & intentionem captivantium. Aliquando enim, ut dicit Alexander in summa, utrumque a Deo excitatum est, dum utrumque est bonum, scilicet captivatio & intentio captivantis. Aliquando actio a Deo excitatur, & non intentio; dum actio bona est, quia a Deo voluta, sed intentio mala, quia odio vel ira, aut alia mala passione excitata. Aliquando siquidem puniuntur peccata per scientes, aliquando per nescientes. Exemplum de secundis, ut populus Iudaeorum fuit punitus per Sennacherib; Isaiae x. *Assur, virga furoris mei,* & per Nabuchodonosor iv. Regum ultimo: & etiam per Antiochum, Machabaeorum primo. Exemplum de primis, ut quod peccata Amorrhaeorum fuerunt punita per filios Israel. Isti enim sciabant se a Domino excitatos punire peccata harum nationum: sed Assyrii, & rex Babiloniae, &c. etsi punirent, nesciebant se ex divino precepto punire. Nam filii Israel monebantur a Domino quoad punitioem & intentionem punientis, quia hoc faciebant ex divino mandato accepto, & ut voluntatem Domini adimplerent. Sed alienigenae Assyrii, & caeteri, utique Domino movente subigebant populum Israel, sed non ut implerent Domini voluntatem: imo ex odio, cupiditate, aut alia mala intentione hoc faciebant, ideo peccabant. Ita populus vel civitas non habens usum jurisdictionis, puniendo penaliter peccaret: nisi super hoc acciperet a Domino mandatum speciale, & hoc probaret ex sacra scriptura, aut miraculo, ut sibi esset credendum.

Ad auctoritates sanctorum. Ad primam Augustini super epistolam Joan. & xxi. questioe v. Non putes, &c. respondeo cum glossa, quod istud intelligitur de illis, qui habent aliquam

Alexand. de
Alic. 3. part.
q. 11. anm.
b. 11. l.

q. 11. l.

Aug. sup.
11. Joan.
tracl. 7. anm.
p. 14. q. 1.
cap. 11.
11. l. 1.

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

quam potestatem super alios: vel de canonica A stati seculari, quoad personas, ideo, &c. Ad denuntiationem, ad quam quilibet tenetur: Per denuntiationem, ad quam quilibet tenetur: Per canonicam denuntiationem intelligit glossa fratremam correctionem. De multis vero modis habendi potestatem, habetur super xxxiii. questione iv. Duo ista: ut est in episcopo erga plebem suam, pauperi regenti domum suam, diviti regenti familiam suam, marito erga conjugem suam, patri erga prolem, iudici erga provinciam, regi erga gentem.

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

Ad illam de Augustino, Non vos iudicatis, malevolis, de quo v. questione v. dico cum glossa, quod textus ille de denuntiatione loquitur, & de secreta correctione: & est argumentum, quod quilibet tenetur ad denuntiationem, de quo xxxiii. questione v. Non putes. Ista sunt verba glossae: Intelligo autem denuntiationem hic admonitionem fraternam, ad quam quilibet tenetur pro loco, tempore, & alius circumstantiis: aut denuntiationem testibus factam, aut ecclesiae, si secreta monito non sufficit.

Ad illam Augustini in sermone de servo centurionis, dico, quod Augustinus ostendit magnitudinem mali eorum, qui impune peccant, nam peccatum est poena magna peccantis, & quia ex impunitate assumunt sibi ausum peccandi: tamen commode ex duobus malis minus malum ad vitandum majus toleratur, & majus est malum totius, quam parvis. Permittitur malum in parte, ne sit malum in toto. Ideo ad vitandum schisma in ecclesia, aut turbationem boni communis, aliqua manent ab homine impunita.

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

Ad illam Augustini: Si ea de quibus Deus vehementer offenditur, &c. 23. quest. iv. dico, quod illud capitulum loquitur de punitione potestatis iudicariae: & est verum, cum iudex difficit iudicare & punire ea, unde Deus vehementer offenditur. Nota quod vehementer designat gravitatem, si tamen salva iurisdictione, & convictione hoc facere possit, Dei patientiam provocat, sed non si istis salvis puniri non possit.

Ad illam Augustini ad Chrysostrum, dico quod est vera illis tribus iam concurrentibus, iurisdictione, convictione, & pace salva, seu unitate ecclesiae, aut republicae.

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

Ad illam Hieronymi 23. questione v. Regum, ubi dicitur Regum est proprium, &c. ista auctoritas vera est, sed arguit ab insufficienti, assumit enim auctoritas, quod officium regum proprium est facere iudicium, & iustitiam, scilicet in foro suo: ceterosque casus enumerat, facere iudicium & iustitiam, ut liberare vi oppressos de manu calumniantium, peregrino pupillo, & viduae praebere auxilium, sanguinem innocentem non effundere. Isti sunt catus septem. Concedo, quod in istis, & in omnibus suae legi subiectis pertinet facere iudicium, sed ex hoc concludit, quod omnia peccata debet punire, si sunt mortalia publica: & haec insufficienter, tum quia lex humana non prohibet omnia, tum quia homo legem divinam omnia prohibentem mortalia, non sufficienter potest executioni demandare, omnia scilicet puniendo poenaliter, ut dictum est. Deficit autem argumentum, quia ex hoc, quod divina lex omnia mortalia prohibet, videtur concludere, quod ergo omnia in hoc saeculo poenaliter puniat, quod non concedo. Item, quia ecclesiastici non subduntur pote-

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

statu seculari, quoad personas, ideo, &c. Ad illam Hieronymi in librum Iudicum: Traduntur autem peccatores, &c. illam concedo, nec video quomodo est ad propositum.

Ad illam Hieronymi in prologo Biblicae Sanctae rusticitas. Ista autem intelligitur de resistendo contra impugnatores fidei maxime, nam hoc modo potissime ecclesia impugnatur: & de resistentia ei competente, puta, orando, corripiendo, arguendo publice fidei pervertiores, si & quando opus est, cum aliis circumstantiis requisitis: bonum autem opus fit uno modo, malum autem multiforme. Quod vero de talibus intelligatur, patet manifeste ex serie verborum illius capituli.

Ad illam auctoritatem Gregorii in registro, reginae Francorum Brunichildae. Cum scriptum sit, *Juliana elevat gentem*, &c. Hic dico, quod in allegatione ista aperit opponens mentem suam manifestius, quam in articulo suo, aut primo corollario. Nam per hoc videtur sentire, quod principes saeculares habent auctoritatem puniendi peccata publica sacerdotum, & quod debeant hoc facere, ne Dominus manum ad ferendum extensam excutiat. Hoc autem ostensum est esse falsum, in primo corollario secundae conclusionis, in secundo puncto. Dico igitur, quod auctoritas Gregorii intelligitur de correctione competente suae iurisdictioni: puta, si sacerdotes sint publice mali, ut regina suis subditis prohibeat, ne in peccatis sacerdotum dent auxilium vel favorem: ut feminas, cum quibus impudice peccant, sicut etiam sonat auctoritas, proficiant de suis dominiis, aut alio modo licito: non autem in persona sacerdotum aut ecclesiasticorum aliquem actum iurisdictionis exercendo: aut intelligitur de correctione fraterna, dum dicit, De correctione sceleris studiosissime cogitate.

Gregorius lib. 10. reg. epist. 66. in dist. 4. ad Brunichildam reginam.

Ad illam Gregorii ad Constantiam reginam Galliae, Et quia summum, &c. dico: quod hoc de iustitia festanda accipitur. Allegatur ad casum particularem, puta quod quidam praedones villas ecclesiae episcopi Juliani spoliaverunt, & nocturnis incendiis cremaverunt. Perit igitur Gregorius Papa, ut immunitas violata, praesumptio & sacrilegium, sicut auctoritate ecclesiastica, ita regia dignitate talem finem accipiant, ne situ nequam & membra diaboli talia praesumant de cetero attentare.

Gregorius ad Constantiam reginam Galliae, lib. 2. cap. 33. in dist. 4. ad Theodoricum regem Francorum. Gregorius in registro, lib. 7. in dist. 1. epist. 5. eodem dist. 4. cap. 67. Fr. quest. 1011.

Ad illam Gregorii in registro, Dum scripsimus, &c. dico, quod illa loquitur de executione sententiae ecclesiasticae, regem monendo, ut illam exsequatur, aut iudicibus ecclesiasticis assistat: dicit enim: *Vestris amputari finibus faciatis. Quid? carnalia vitia sacerdotum, & simoniacam pravitatem, iam scilicet damnata, aut ut scripsimus per episcopos damnanda & arguenda, illa e vestris amputari finibus faciatis.*

Ad illam Gregorii Brunichildae reginae Francorum: Si quos igitur, &c. Ecce concedo illam, sed accipiendo, ut hoc iuste fiat. Nam non sufficit iustam rem facere, sed iuste dicente scriptura, Deuteron. xvi. *Quod iustum est, iuste exsequaris.* Puta ut sit iustus ordo, iusta causa, iustus animus. Si iustus ordo, non ergo nisi in subditos, & de crimine convictos: In illos correctio etiam iustitiae fieri potest: verum ubi magna populorum strages immineret, pariendo multitudinem, esset severitati detrahendum ut dicit Augustinus Bonifacio, & habetur 23. quest.

ANNO CHRISTI 1011. Julij.

ANNO CHRISTI 1043.

ANNO CHRISTI 1043. ...

Chrysostomus ...

Chrysostomus ...

Idem ...

quæstio 4. Ipsa pietas & hoc est quod dicitur ...

Ad auctoritatem Chrysostomi super illo Matth. 18. Si oculus tuus annabit te, &c. dico quod illa manifeste loquitur de correctione fraterna, & sic illam concedo.

Ad illam Chrysostomi in opere imperfecto super illo Matth. v. Qui irascitur fratri suo, &c. hoc intelligendum est: illa non est ad propositum. Ibi enim reprehendit patientiam irrationabilem quoniam, ut inquit, vitia seminat, negligentiam nutrit, bonos invitat ad malum non tamen dico ego, ut per se agens, sed ut removens prohibens, ut puto, quia iram per zelum, qui causa est correctionis & justitiae exercendæ, removet. Verum est tamen, quod beatus Hieronymus in homilia super illo, ex sententia Thomæ super Matth. v. allegatum sic ait: Omnis qui irascitur fratri suo: In quibusdam codicibus additur sine causa: ceterum in veris distinctiva sententia est. & ira penitus tollitur, scriptura dicente: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Si enim jubemur verberare alteram præbere maxillam, & inimicos nostros amare, & orare pro persequentibus, omnis ira occasio tollitur. Radendum est ergo (sine causa) quia ira vii iustitiam Dei non operatur. Hæc ille. Posset dici, quod beatus Hieronymus non damnat omnem iram, cum aliqua sit iusta, scilicet, quæ est per zelum, sicut scriptum est Joannis 7. Zelus domus tue comedit me: sed tamquam consilium suadet, omnem iram de corde propellere. Ad illam in opere imperfecto super illo Matth. 4. Vade retro satana, Evaporatus est, &c. dico, quod illa vera est, & intelligitur, ut unusquisque modo sibi convenienti injurias Dei, & offensas hoc est, peccata mortalia, & maxime, quæ sunt in Deum directe, corrigat, nec patiatur inulta, ut princeps per inflectionem poenæ ex iudicio, inferiores subditi per correctionem fraternam. Et ista sunt vera, modo tacta in positione.

Ad illam Iudori, de qua 23. quæstione 1. Principes sæculi, dicit glossa, sic quod hic quatuor capitula ad hoc inducuntur, ut principes ecclesiarum defendant, & eos non permittant vivere. Nec tamen ex isto capitulo, aut aliis sequentibus potest inferri, quod principes in personas ecclesiasticas habeant exercere iudicium, nisi in casibus, qui in glossa exprimiuntur. Et adhuc non potest illud, nisi ex ordinatione ecclesiarum, & concessione speciali in subditiu ecclesiasticæ jurisdictionis. Primus, cum sunt incorrigibiles: de quo xxii. distinctione, eos qui: ibi enim dicitur, quod si diaconi post susceptum ordinem velint vacare uxoribus, a sacro ordine removeantur, id est, removendi iudicentur: intelligo hoc, quoad administrationem, quia character est indelebilis: officio atque benefici. Concil. General. Tom. XXIX.

« cio carere decernuntur. Quod si ab episcopo « commoniti non se correxerint, principibus « indulgemus licentiam, ut eorum feminas « mancipior servatum. Et textu patet, quod non datur licentia, ut in personam diaconi jurisdictione secularis exercatur etiam post monitionem episcopi, sed in feminam ejus & ad id dicit glossa, quod hoc est verum, cum episcopus eam corripere non potuerit, aut suffecerit. Nam primo debet eas in servitutem redigere, si potest sed si non sufficit, tunc itur ad brachium seculare: & secundum glossam, per punitorem talis feminæ dicitur exercere brachium seculare iudicium in ecclesia: quia ex quo illa est de familia sacerdotis vel diaconi, potest dicitur, glossa, quod est de foro ecclesiarum, sicut & alii qui sunt de familia ejus, ut in xxxiv. distinctione. Indicatum, & xlii. quæstione 11. Ecclesiarum servos. Vel ideo censetur talis femina de foro ecclesiarum, quia ratione delicti sit quis de foro alterius ut vi. quæstione vii. Placuit de istis incorrigibilibus habetur xxxiii. quæstione v. De Liguribus cap. xliii. Item xxiv. quæst. llii. cap. xviii. Ecce autem. Secundus casus est propter ambitionem, lxxv. distinctione. Si quis pecunia, loquitur de intruso in papatu pecunia vel gratia humana, aut populari vel militari tumultu, &c. Licetum est, inquit capitalium, humano auxilio a se de Apostolica pelere. Tertius casus est, cum fidem moluntur ecclesiasticæ pervertere, xv. distinctione. Nec licuit. Ubi in fine dicitur de obstinatis & contumacibus, eos ab eisdem Apostolicis seclibus, aut attrahi ad salutem quoquo modo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint, secundum canones per seculares compari potestates. De hoc satis dictum est supra. Quartus casus, cum clericus est falsarius, ut Extravag. de crimine falsi. Ad falsarium. Quintus casus, cum ecclesiasticus schisma facit & contemnit excommunicationem, ut hic xxxiii. quæstione v. De Liguribus. Sextus. Ubi potestas ecclesiastica deficit, ut in presenti capitulo. Principes. Septimum de tribus transeo. Extra illos & alios, si sint aliqui a jure determinati, nihil jurisdictionis habet locus in clericum, hoc est in personam clericum. Et quod habet in istis, est auctoritatis ecclesiarum, in subditiu ecclesiasticæ jurisdictionis, ut dictum est.

Ad illam de Ambrosio, xxxii. quæstione 1. Cum annuntiatum: concedo illam, nec facit ad propositum, sed ostendit, quod in justificatione impu, dum culpa recedit, advenit gratia, & e contra in perverfione.

Ad auctoritates canonum. Ad primam Pelagii: Apostolicæ auctoritatis, & xxiv. quæstione 111. Ista est magis contra opponentem quam pro eo. Nam si exemplo Apostolicæ auctoritatis, puta Pauli tradendi sunt satanz, id est, excommunicandi peccantes; sequitur quod non nisi habens auctoritatem, sicut ille habebat super Corinthios, nec nisi pro crimine scandalizante, ut erat illud facinus Corinthii, qui tenebat uxorem patris, aut aliud grave, alteri vel pluribus nocivum, debet ferre iudicium poenæ: & sic non pro quolibet peccato mortali etiam publico nec quilibet potest per justitiam punire, quod est contra eum.

Ad illam de Leone Papa, xxiv. quæstione 111. 000 ne 111.

ANNO CHRISTI 1043.

ANNO CHRISTI 1043. ...

ANNO CHRISTI 1043. ...

ANNO CHRISTI 1043. ...

ANNO CHRISTI 1043. ...

ANNO
CHRISTI
MCC.

ad 111. Illud capitulum intelligitur de toleran-
tia conversationis quorundam catholicorum cum
hereticis. Tolerare enim hoc, grave peccatum
est, quia nullum magis effectivum arbitror, &
contagiosum peccatum, quam hereticam pra-
vitatem. Unde sacerdos vel episcopi in illo
casu tacentes, cum tamen innoxerit, canes
muti dicendi sunt, non valentes latrare, cum
lupi rapaces gregem invadunt. Unde eis dici
potest illud Isaiæ xxii. *Quid tu hic? aus quasi
quis hic? Ecce Dominus asportari te faciet, sicut
gallus gallinaceus asportatur.*

Ad illam Leonis Rustico Narbonensi episco-
po, &c. dico, quod hic dicit quia non amore
vindictæ, sed justitiæ, non odio personæ, sed
vitiæ correctio est facienda. Et hoc dixi te-
B
piti in secundo puncto, nec aliquo modo
concludit quod omnia peccata sunt punienda.

Ad illam Joannis viii. Administratores: di-
co quod loquitur de peccatis, aliis nocenti-
bus, ut patet. Nam dicit de rapacibus, de
nocentibus, pupillis & viduis, & quod que-
rimonia audiant pro episcoporum tuitione
illorum, &c. Ex hoc arguit ab insufficienti,
quod ergo omnia peccata mortalia sint punien-
da: quia multa sunt, quæ nocent directe &
per se aliis, nec est facile totam multitudinem
ab illis abstinere: & prohibitio talium cum pu-
nitione penali confusionem faceret in politia,
aut schisma in ecclesia, aut aliud grave peri-
riculum vel peccatum, sicut dictum est.

Ad auctoritates conciliorum. Ad illam de
concilio Apostolorum, dico, quod a quatuor
prohibuerunt abstinere fideles: scilicet ab im-
molatis idolis, sanguine, suffocato, & for-
nicatione; placet tamen mihi, quod omnia
peccata mortalia sint divina lege prohibita.
Nam hoc in prima parte conclusivus primi
puncti dictum est: sed non sequitur, quod
ideo sint omnia per hominem punienda. Ad
illam ex concilio Turonensi, incestuosi, patri-
cidæ: Illud capitulum loquitur de aliquibus
gravis peccatis puniendis, afflictione pen-
næ, quia actores illorum monitis ecclesiæ no-
luerunt obedire: ex qua particulari, nullo mo-
do potest concludi universalis, Omnia peccata
mortalia publica sunt punienda per prohibiti-
nem penæ.

Ad illam auctoritatem 11. Paralipomenon
xxx. Qualiter nullo concilio, &c. dico, quod
apparentiam ad probandum universalem, Om-
nia peccata, &c. non habet opponens nisi ex
illo textu. *Destruxerunt altaria, quæ erant in
Jerusalem, atque universa, in quibus idolis ado-
lebat incessum, subvertentes, &c.* tamen ille
textus solum loquitur de destructione idolola-
triæ, & omnium ad eam pertinentium. Ex qua
particulari destructione male potest concludi
omnium peccatorum destructio.

Ad illam 11. Paralipomenon xxxiv: qualiter
Jofias convocatis universis, &c. dico quod ap-
parentiam accipit opponens ex illo: *Abstulit
Jofias cunctas abominaciones de universis regionibus
filiorum Israel.* Ad quam dico, quod scriptu-
ra non dixit, Omnia peccata, sed, *cunctas
abominaciones*, per quas peccata idololatriæ in-
telliguntur in multis passibus scripturæ. Et hoc
etiam videtur sonare textus sequens, cum sub-
ditur: *Et fecit eos, qui residui erant in Israel,
servire Domino Deo suo.* E. expressius apparet
idem 1v. Reg. xxvii. Tamen si per abomina-
tiones intelligantur peccata mortalia, dicendum

A videtur, quod sit distributio accomoda, pu-
ta, quod majora peccata abstulit; vel distri-
butio pro generibus singulorum. Tamen magis
suo in prima solutione, quia magis consonat
textui & glossæ de Lyra.

Ad illa quæ circa probationem conclusionis
seu articuli dicuntur. Apparet, quod de cor-
rectione fraterna assumantur, & specialiter au-
thoritas Augustini, libro primo contra Cresco-
nium grammaticum. Dico quod loquitur quod
persequenda sunt vitia amore justitiæ, non libi-
dine vindictæ; ita ut vitia, quia Christo ini-
mica, puniantur, non homo: & sic arguit
de modo punitionis, non de punitione. Unde
si ex modo inferat illam, immutat quale in
quid, & fit fallacia. In declaratione dicitur
unum bene notandum. Nam proponens decla-
ravit, quomodo unicuique congruat corrigere
peccata mortalia publica. Nam dicit, quod
predicatoribus predicando, contemptantibus
orando, vel aliter promerendo, secularibus
judicibus, aut principibus secundum potentiam
coactivam conservando, juxta legem evangeli-
cam convenit corrigere: & quod omittens,
juxta suum officium, peccat in Deum & pro-
ximum. At quantum & quomodo hæc non
sint vera, ostensum est, nisi vellet singula sin-
gulis referre: ita ut cum loquitur de pote-
state judiciaria, intelligat respectu suorum
subditorum: si de fraterna correctione intel-
ligeretur, correctio aliud esset, sicut monstra-
tum est.

Ad rationes primi corollarii, concedo ratio-
nem, quæ probat, quod peccata mortalia pub-
lica, &c. non sunt fovenda aut defendenda.
Hæc sunt prima pars corollarii. Ad rationes
arguentes contra secundam partem, quod per
rectores spirituales & seculares, ex officio mo-
dis ipsis congruentibus, in communitatibus
christianorum, & quolibet statu eorum, sunt
cohibenda, corripienda, castiganda, & pro-
pense ab eisdem propellenda. Ad primam; Do-
minus dominantium, Rex regum; Deus omni-
potens hoc fecit, & hominibus faciendum
injunxit, ut patet ex discursu veteris & novi
testamenti; ergo rectores hoc facere debent.
Dico quod nec omnia peccata mortalia publi-
ca Dominus punivit in lege veteri, nec om-
nia in lege nova, sicut late deductum fuit in
conclusionem primi puncti: sed nec omnia pu-
nienda mandavit in lege nova. Imo dicit
Lucæ sexto. *Estote misericordes sicut Pater ve-
ster cælestis misericors est.* Dixit & Matthæi deci-
mo octavo, cum quateret Petrus, quoties fratri
in eum peccanti eilet parcendum: *Non dico tibi
usque septies, sed usque septuagies septies.* Et ite-
rum: *Nomme opportui, & ne misereri conferas tui
sicut & ego tui miserus sum? & iratus dominus
ejus tradidit eum tortoribus, quoadque redderet
universum debitum;* Sic, inquit Salvator, &
E. *Pater meus cælestis faciet vobis, si non remisistis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Dixit
& Apostolus ad Ephes. 1v. *Estote invicem be-
nigni, misericordes, donantes invicem, sicut &
Deus in Christo donavit vobis.* Et Petrus, pri-
ma Petri 111. *In fide autem omnes unanimes,
compatientes, fraternitatis amatores, misericordes,
modesti, humiles, non reddentes malum pro malo
nec maledictum pro maledicto, sed e contrario
benedicentes.*

Proponens allegat, quod Dominus punivit
superbiam in Luciferis & quibusdam, avaritiam

Epistola ad
Romanos
11. 17. 18.
19. 20. 21.
22. 23. 24.
25. 26. 27.
28. 29. 30.

11. 17. 18.
19. 20. 21.
22. 23. 24.
25. 26. 27.
28. 29. 30.

Capitulum 11.
paralipomenon
xxx. 1. 2. 3.
4. 5. 6. 7.
8. 9. 10. 11.
12. 13. 14.

ANNO
CHRISTI
MCC.

ANNO
CHRISTI
1491

ANNO
CHRISTI
1491

949
in Achor, & etiam certis personis, &c. quæ ad longum non recito, quia concedo semper: tamen argumentum suum deficit, quia arguit ab insufficienti. Non enim sequitur: punivit peccata in ipsa, ergo in omnibus. Siquidem judicia sua sunt abyssus multa, & alta profunditas, quis invenit eam? Interdum itaque ita dure corripuit, ut non solum homines peccantes, sed & irrationabilia propter eos puniverit, ut apparet in thesauro Jericho, & animalibus Amalecitarum in pecunia Simonis magi, in possessionibus Egyptiorum: & hoc, sicut aperuit nobis Alexander doctor irrefragabilis, triplici de causa: scilicet ratione sacramenti, ratione detestationis peccati ratione flagelli. Ratione sacramenti, thesauri Jericho, Josue vi. & animalia Amalecitarum, i. Regum xv. puniuntur. Nam Jericho interpretatur Luna, & significat mundum cujus avaritia damnatur cum thesauro Jericho. Anathematizantur Amaleciti, qui interpretantur lingentes, & significant carnalium desideriorum voluptates, quæ debent mortificari, quod denotatur interfessione animalium Amalecitarum. Ratione detestationis peccati pecunia Simonis magi damnata est pro peccato suo, Actuum viii. Ratione flagelli possessiones Egyptiorum tradite sunt grandini, Exodi ix. ut in illis puniantur & flagellentur, in quorum amore supra modum delectabantur. Interdum ita pepercit, ut duxerit justos in stuporem, dum non contenta fuit clementia sua crucifixoribus parcere, sed orabat pro eis. Videtis mirabilem divinæ dispositionis scientiam & arcanam inscrutabile consolatorem, ut non possimus ad eum: unde non debet sumi argumentum pro punitione ab homine, ex punitione Dei: potius sumendum est exemplum ignoscendi aut corripiendi in spiritu lenitatis & benignitate Christi ipso dicente: *Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris, & per prophetam Joel peccatores vocante, cum dicit: Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, pater & multus misericordis, & prestabit super malitia, Joel ii. Et cognoscite, quam amarum est, dereliquisse Deum vestrum, derelinquentes fontem aquæ vivæ, & fodientes sibi cisternas dissipatas, in nimio rigore, scilicet punitionis, quæ non lens continere aquas, scilicet misericordie.*

Ad illam de Fabiano Papa, iiii. questione i. Deus ergo ad hoc præordinavit vos, &c. dico, quod illud capitulum loquitur de poena infligenda contra facientes calumniam sacerdotibus, & vim eis inferentibus: quod patet primo ex rubro, patet etiam ex continuatione. Nam in fine capituli præcedentis dicitur: Dominum crucifigant, qui eum in suis sacerdotibus persequantur: quia crux a cruciatu dicitur, magnam autem cruciatum sustinet, qui vim patitur. Patet tertio ex fine capituli, quod opponens obdicitur. Nam postquam dixerat, illum vero, qui calumniam vel opprobrium facit, abscindatis; sequitur quod tacitum fuit. Et Domino in suis sacerdotibus opem feratis. Hoc autem totum concedo, & est contra opponentem, qui dicitur videtur aperte, per seculares sacerdotes esse puniendos.

Ad illa, Nisi in sancta communione Christianorum, &c. dico, quod ista ratio deficit, si tendat ad hoc, quod fornicatio simplex, Concil. General. Tom. XXIX.

& omnia, mortalia non solum correctione fraterna, aut generali correctione predicationis sunt corripienda, sed etiam per seculares potestates coercenda & omnino punienda aut expellenda de communitatibus Christianorum. Ista, inquam, ratio deficit in duobus, primo in hoc, quod non distinguit inter prohibitionem & punitionem, & tamen magna est distinctio faciendæ: cum lex Dei prohibeat omne mortale, nec tamen in hoc seculo Deus puniverit omne mortale, etiam publicum, ut ostensum est. Nam arguit Paulum omnes fornicationes prohibuisse, & ex hoc concludit, quod omnes sunt puniendæ. Secundo deficit in hoc, quod non distinguit species peccatorum in uno genere, aut etiam genera, quia ex punitione fornicationis; Corinthii vult arguere punitionem omnis fornicationis; quod fieri non debet: quia ista, quam punivit, non fuit simplex fornicatio, imo fuit incestus, & aliquo modo contra naturam, & contra reverentiam naturalem, quæ debetur patri, & ex hoc uxori ejus, quæ est cum illo una caro. Si tendat ratio, quod fornicatio & alia mortalia sunt correctione fraterna corripienda, non ego, imo concedo: absit etiam quod sint fovenda: sed dico, quod est tolerandum simplex meretricium, & permittendum propter causas ante memoratas. Placet insuper mihi quod omnia peccata mortalia sint Spiritu sancto dictante prohibita: sed concilium Apostolorum, Actuum xv. non omnia prohibuit, sed tantum quatuor: scilicet, ab idololatriis, suffocato sanguine, & fornicatione. Illa vero clausula, *Et ea, quæ vobis fieri non vultis, ne feceritis*, non est de canone seu textu, nec est apparentia, quod esse debeat: quia est unum principium legis naturæ, omnibus utentibus ratione notum. Talia vero non cadunt sub consilio. Si tamen omnia mortalia prohibuisset, non ideo omnia essent hic pœnaliter puniendæ, sed in tribunali & foro adæquato divinæ justitiæ, puta in extremo judicio, & in foro conscientie de omnibus mortalibus occurrentibus memoriæ.

Ad rationes secundi corollarii editas. Ad primam, quæ nititur probare, quod communitates habeant punire peccata. Primo ad primam de communicante Corinthiorum assumit, quod punivit Corinthium; dico, quod non sententiando punivit, sed Paulus: quia, ut dictum est, dixit: *Judicavi eisdem hominem*, non dicit, *Judicavimus*, nec *Judicastis*. Est verum, quod hoc fecit illis congregatis cum suo spiritu, in vinculo fidei & caritatis, & etiam scientibus. Quod si aliquis contendere velit, quod illa judicavit; tunc diceretur quod fuit cum Paulo & auctoritate ejus. Nam dicit: *Congregatis vobis & meo spiritu*, Quod allegat, *Corrigite inquietos*, de Thessalonicensibus, intelligitur de instructione exhortatoria prælatorum, & non communitatis eorum. Mox enim, cum eos de obedientia & sustentatione prælatorum docuerat, ut dicit Petrus de Tarantasia, & specialiter respectu curiosorum, gyrovagorum, ideo dicitur; *inquietos*. Est hæc instructio Corinthiorum, quia suscebant pseudoapostolos, quos insipientes dicit; eosque, quod in carne gloriabantur, reprehendit: & hoc est speciale & grave peccatum, contradicentes, scilicet veterum prædicatorum tolerare: non tamen

Alexand. de
Alex. part. 1.
q. 41. mem. 4.
art. 2. ad 2. &
seq.

Numb. 11.

Jerro

T. 5.

1. 11.

ANNO CHRISTI 1439. Amb. 116. 2. de Cur. & A. bel. c. 4. 23. qua. 3. de monachis, c. 49.

Deus. 116. 23.

Deus. 116. c. 3. de monachis, c. 49.

Greg. hom. 11.

men concluditur quod nulli peccatores sunt A tolerandi ex isto.

Ad illam Ambrosii, xxiii. questione v. Remittantur, dicentis: Puniuntur peccata per homines, &c. dictum est supra de hac materia satis. Ad presens tantum dico quod si communitas puniret, Deo ad punitionem ejus, & intentionem movente, non peccaret, sic enim haberet auctoritatem: sed si puniret Deo ad actum punitionis movente, & non ad intentionem, peccaret: quia quamvis punitionis actio esset bona, non tamen intentio punientis. Præterea esto, quod communitas posset aliqua peccata punire ex auctoritate, non tamen ideo punire posset peccata clericorum, cum non sint eis subditi, ut palam factum est: nisi a Deo vel ecclesia acciperent expressam potestatem: & tunc fieret auctoritate Dei, aut ecclesie, & magis Deus vel ecclesia hoc faceret.

Ad illam de Anacleto Papa, xxiv. questione III. Tam sacerdos, quam reliqui fideles, &c. dico, quod illud capitulum intelligitur de correctione fraterna, quoad omnes: & de judiciaria potestate, quoad sacerdotes, dum dicitur: Aut si incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia separentur. Nam glossa dicit: Hoc est argumentum, quod istud, Si peccaverint, stat ad omnes: & super illo verbo, separentur, dicit: Ergo sacerdotes habent officium excommunicandi: Et ita hæc ratio est pro me. Ad illam Joannis viii. distincti. lxxvii. dicentis: Facientis procul dubio, &c. dico: quod ista omnia hic allegata vera sunt, de differentibus disciplinam ex negligentia, aut aliqua inordinata, vel indiscreta affectione, quasi aliquid humanum passi: non autem de omnitentibus severitatem justitiae ex causis rationabilibus. Præterea vera sunt de negligentia punitionis peccatorum turbantium bonam consistentiam politicæ, & eorum, a quibus facile est plebe jam multitudinem abstinere. Aliorum vero peccatorum puniatio omittitur pro salute boni communis, aut ad pejora vitanda: & non negligitur. Neglectio enim est omisso eius quod quis scit & potest facere, & ad hoc tenetur. Impotens autem humana potestas non potest omnia peccata mortalia punire nec omnia dirigere recte. Ex quo fit, quod cavet majora, & punit ex auctoritate: minora, quamvis mortalia, relinquendivim examini, aut foro conscientiae, vel finali.

Ad rationes tertii corollarii. Ad illam, cum dicitur: Patet ex lege correctionis fraternæ, &c. concedo, quod superiores possint ab inferioribus corripi correptione fraterna, sed non ut opponens intelligit in deductione: scilicet ut denunciatio post decretam monitionem fiat coram populo sed debet, fieri coram suo superiori. Et si summus Pontifex peccet peccato personali, debet secrete cum humilitate & reverentia moneri. Si autem nolit acquiescere post adhibitionem unius aut duorum testium, poterit denunciari concilio generali: si non, sic non est alter recursus, res est Deo committenda, & pro eo orandum.

Ad hoc quod de Christo allegat, dico, quod secundum Gregorium in homilia, ut Thomas in expositione hujus passus, recitat, non submittit se Christus correctioni populi: sed ex ratione probat se peccatorem non esse, unde

ait: Pensate autem mansuetudinem Dei, relate peccata venerat, & dicebat: Quis ex vobis arguet me de peccato? non indignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute divinitatis poterat peccatores justificare. Quod dicit de Moyse, dico, quod instructus fuit a Jethro: Nam dicitur in textu: Audi consilium meum, non correptus, quia non peccavit. De David dicendum, quod illa correctio, quam fecit Nathan fuit fraterna: & etiam Nathan in spiritualibus erat major David, II. questione VII. Nos sic: quamvis par in parem, & major in minorem, & e contra possit istam exercere: debitis servatis circumstantiis. De resistantia Pauli erga Petrum quod fuit publica, jam dictum est. Imminabat enim magnum periculum fidei, Nam Petrus simulatione inducebat ad observantiam legalium contra veritatem evangelii. De Salomone, qui disposuit Abiathar sacerdotem, dico primo cum de Lyra, quod fecit divino instinctu, seu divina voluntate, quia conspiraverat contra ipsum Salomonem, & divinam ordinationem, atque David patris ejus: & ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Hei, sicut etiam dicitur in textu. Dicerem secundo, quod sacerdotium evangelicum succedit magis sacerdotio Melchisedec quam Levitico, Propheta testante, cum ait: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Non enim hereditate possidetur sanctuarium Dei modo, ut in lege: sed divina vocatione quis ad illud assumitur, non parentum favore propterea etiam Melchisedec non legitur habuisse patrem aut matrem. Præter enim Leviticum sacerdotium satis servile, & ad illud per reges assumebatur. Ideo non mirum si ab officio potuerit per regem Salomonem Abiathar deponi. Modo regibus sacerdotium evangelicum non est obnoxium: ideo ne reges possunt tales instituere, vel destituere, aut juridice punire. Et hæc ipsa, de successione sacerdotii evangelici, magis sacerdotio Melchisedec, probantur ex hoc quod lex naturæ perscitur per evangelicam, lex vero Moyse evacuat per eam, saltem quoad ceremonialis & judicialia. Moralia vero, quæ manent pertinent ad legem naturæ. Translatio ergo legis infert translationem sacerdotii, sicut contra postolus dicit ad Hebræos VII. Translatio sacerdotio necesse est ut legis translatio fiat. Ex quo ergo lex naturæ, in qua fuit sacerdotium Melchisedec, non est translata, & lex Moyse translata est, sive evacuata, in qua erat sacerdotium Leviticum, habeo intentum.

Ad illam, Jeremie xiv. Dixit totus populus, &c. Sacerdotes nostri, &c. dico quod aliud est Deo lacrymosam querimoniam facere propter peccata sacerdotum, aliud est humusmodi peccata coram populo arguere. Primum licet interdum, maxime tamen dum non habetur ad superiorem hominum recursus. Secundum non licet pro peccatis personalibus prælatorum: priusquam faciebat populus non secundum.

Ad illam, Superiores sapius vivunt illicite, &c. dico, quod inferiores ex hoc, quod non impugnant juridice, seu ex potestate superiores, quia non possunt, nec illis licet personaliter punire superiores, non sunt contentiones. Ad hoc propositum dicit glossa interlinearis ibi, Qui

ANNO CHRISTI 1439.

Joan. 8.

2. Reg. 14. 2.

Galat. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

1. Reg. 3.

ANNO
CHRISTI
1413.

De Secretis
et Secretis
a. Quomodo
C. 1. lib. 1.
cap. 17. edit.
Rom. 17.

Qui potest debet & habet jurisdictionem. **A**bere superiori, ne peccet, modo suo: monendo, exhortando: & sic prohibitio est in respectu futuri: punitio per poenam inflictionem non fit nisi per superiorem, & est respectu peccati praeteriti. Dico ergo, quod capitulum loquitur de prohibitione praelati, ne peccet: & hoc potest fieri per inferiorem, per modum exhortationis, & cum reverentia: sed haec non est punitio, quae est actus justitiae, nec correctionis fraternae, sed praeservatio a periculo: nec popularis multitudo aliud facere potest.

Ad illam de Gregorio, II. questione VII. Sicut, inquit, laudabile: dico, quod illud capitulum loquitur de correctione ex auctoritate. Nam ibi Gregorius incitat episcopos in concilio Byzacii congregatos, ut primatem Clementium informatione sacerdotali praevia puniant aut judicent: & sic non facit ad propositum proponens, quod inferiores corrigantur per inflictionem poenae superiores, & laici ecclesiasticos: sed magis ad propositum, quod talis correctio fit per superiores.

Ad illam de Leone, II. quest. VII. dicente: Nos si incompetenter aliquid agimus, &c. dico cum doctoribus, quod haec subscriptio fuit perfectionis, & non debiti. Ad decretum allegatum, quod hoc sit debitum, quod incipit, Nos si incompetenter aliquid agimus, &c. ubi inducitur Balaam propheta reprehensus ab asina, in quo per Balaam superior, per asinam inferior intelligitur. Dico, quod hoc non ostendit inferiores ex auctoritate posse reprehendere superiores, nec superiores se debere subjicere inferioribus in illa correctione. Patet in textu ibi sequenti, ubi dicitur: Verum est quod per asinam subditi, & per Balaam praelati intelliguntur, non tamen hoc exemplo probantur praelati accusandi a subditis, sed subditis forma tantum datur humiliter resistendi praelatis, si forte eos ad malum cogere voluerint. Et post pauca subditur: Licet eis in hujusmodi vocem conquestionis prorumpere, & praelatis suis dicere: Cur nos verberibus affligitis? Cur nobis injuste irascimini? Numquid vobis inobedientes aliquando fuimus, nisi nunc, cum ad malum cogimur?

Ad expositionem Bedae dico, quod licet prima facie videatur ad hoc venire, quod praelati mali a subditis possint reprehendi, quod si de fraternali correctione intelligeretur, non negarem tamen bene consideranti, loquitur de malis praelatis in fide errantibus, aut subditos praedicando ad malum trahentibus, unde sic habetur in textu: Qui etiam, scilicet praelati, in praecipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quae corrigant, sed quae illos delectent erronea praedicant: de quibus aperte subditur, scilicet ex secunda epistola Petri capite secundo. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebula turbidibus exagitata, quibus caligo tenebrarum reservatur, sed infatuatum a porcis conculcatur. Et qui dicit Pax vobis, plerumque non columba, sed corvus reputatur.* Profecto loquitur, ut apparet diligenter consideranti de praelatis male docentibus, & dictum est supra, quod talibus possint subditi resistere ad superiorem recurrendo. Et si periculum sit, istos publice reprehendere, non sic autem pro peccatis personalibus, seu pro vita eorum mala.

Ad illam Augustini super Psalmo LXXXI. & habetur XXXIII. questione III. Ostendit Propheta, &c. dico, quod differentia est inter prohibere & punire: quod potest quis prohi-

tere superiori, ne peccet, modo suo: monendo, exhortando: & sic prohibitio est in respectu futuri: punitio per poenam inflictionem non fit nisi per superiorem, & est respectu peccati praeteriti. Dico ergo, quod capitulum loquitur de prohibitione praelati, ne peccet: & hoc potest fieri per inferiorem, per modum exhortationis, & cum reverentia: sed haec non est punitio, quae est actus justitiae, nec correctionis fraternae, sed praeservatio a periculo: nec popularis multitudo aliud facere potest.

Ad illud quod infert, quod oportet superiorem clericum a laico judicari, &c. sicut dixit a principio: est quadruplex judicium: affectio, comparationis, discretionis, & condemnationis seu diffamationis, quae est actus justitiae. Primis tribus judiciis potest inferior de superiore judicare, & hoc de manifestis, aut ubi est vehemens suspicio: & hoc probant hic allegata saltem de tertio modo. Quod vero Christus & Apostoli, & alii sancti voluerunt, ut allegatur, se & opera sua subterni judiciis laicorum, jam de Christo dixi: de Apostolis & sanctis dicendum quod si fecerint, hoc fuit perfectionis, & non necessitatis.

Ad illud Hieronymi, VIII. questione I. dicentis: Vereor, quomodo regina Austria, &c. dico, quod illud capitulum loquitur de judicio comparationis: sic enim dicitur. Regina Austria judicabit homines sui temporis: & Ninivitarum, qui ad predicationem Jona crediderunt, condemnabunt eos, qui majori Jona Salvatore contempserunt. Hoc est dicere: Vita hominum temporibus reginae & Salomonis comparata vita vestra, erit culpabilis & condemnanda: sic & de vita Ninivitarum, & eorum, qui contempserunt, dicendum. Et tunc illud, quod sequitur: Sic pluri in populis episcopos judicent: est de eodem judicio comparationis accipiendum. Nam dicitur: Sic, id est, simili modo: pluri in populis episcopos judicent: subtrahendo se ab ecclesiastico gradu, scilicet quoad opera, & ea quae episcopo conveniunt non exercebunt. Judicent comparatione, hoc est, meliores laici comparati ad episcopos malos. Ostendent ex comparatione malam esse vitam episcoporum talium.

Ad illam, Item in die judicii licebit, &c. dico quod ista ratio arguit de judicio affectio, aut comparationis, & postea transfert se in eadem ratione ad judicium discretionis, ex quo surgit saepius correctio fraternae. De Salomone deponente Abiathar sacerdotem, de Daniele judicante duos iniquos sacerdotes, & de Nabuchodonosor dictum est: quia proponens dicit, quod in hoc Nabuchodonosor non probatur, dico, quod ex textu non laudatur in hoc, secundum Alexandrum in III. quoad intentionem, sed quantum ad actionem. Quia cooperabatur Domino, dicitur servus Domini. & licet a Deo dicatur servus ejus, hoc est, quia ei dedit dominium, & quia Domino quantum ad actionem, licet non quoad intentionem, servivit. De Tito & Vespasiano dicendum, quod iusto Dei judicio puniverunt sacerdotes & habitatores Jerusalem, quia occiderunt Filium Dei, & vendiderunt ipsum pro argento, Amos II. & ut impletur verbum Dei, Lucae XIX. dicentis: *Veni & circumdabunt*

ANNO
CHRISTI
1413.

B. G. I. Ver-
rent, cap. 11.
Hieron. in 1.
cap. epist. ad
Titum.

Alexand. ab
Alto part. 8.
qu. 12.

Aug. in Psal.
LXXXI. qu. 1.
Ostendit,
cap. 11.

ANNO CHRISTI 1483

ANNO CHRISTI 1483

habet se velle, & congnoscant se undique, & ad terram profertur...

culum societatis. Nam propter peccatum Achar, ut dictum est, peccavit populus...

Ad rationes quarti corollarii. Primo ad rationes de rectoribus in spiritualibus...

Tertio, ad commendandam unitatem humanam societatis, & sic unus etiam bonus pro malis in eadem societate patitur...

Ad illam Origenis homilia vii. super Ioseph dicentis. Quando sacerdos, &c. istam omnino concedo...

Ad auctoritatem Augustini, ii. questione vii. Qui nec increpatis rectores, nec sui sui suorum curam habentes, concedo...

Ad illam de rectoribus secularibus, Numerorum xv. ubi tangitur periculum eorum, si mala in communitatibus eorum non cohibuerunt...

Ad auctoritatem Isidori, lib. iii. de summo bono, que vera est de omittentibus doctrinam ministrare, & sacculo correctionis fraternas victorum spinas purgare...

Orig. in c. 35. Nam. hom. 20.

Alexand. ab Alex. part. 2. q. 41. in c. 2.

Horat. ep. 2. lib. 1.

2. qu. 7. Qu. nec. cap. 12. 1. Reg. 2. A. peccat. 23.

Dist. 84. Inferiorum ordinum, c. 1. Leo Aquilensis episcopus, ep. 2. h. 2.

Num. 25.

Diffinitio in hoc articulo...

ANNO
CHRISTI
1613

ANNO
CHRISTI
1613

bus accipere, in quatuor. Primo, quia ponit omnia peccata mortalia publica esse puniendā per iudicium: & hoc apparet, quia in articulo dicit peccata mortalia publica indefinite, & tales in moralibus regulariter equivalent universalibus. Et ex rationibus ad eundem, specialiter ex declaratione quae incipit, Unde id apparet; & ego pono oppositum. Secundo, quia ponit, quod a quolibet Christi fideli peccata mortalia publica quorumcumque tam ecclesiasticorum quam secularium sunt publice coram quibuscumque caritative arguenda. Patet ex secundo corollario & tertio, & ex declaratione ante corollaria, quae incipit, Patet etiam ex dilectione Dei, &c. Et ego pono oppositum. Tertio, quia ponit quod peccata publica mortalia superiorum sunt predicanda etiam coram populo: & hoc apparet ex tertio corollario, & rationibus, & declaratione, quae incipit, Sunt multa alia peccata praelatorum. Et ego dico, quod peccata clericorum, specialia illi statui, non sunt populo nuntianda in verbo predicationis immoderate; imo cum magna discretionē & sobrie, etiam ubi faciendum esset: puta, si verisimiliter populus crederet ea, quae sacerdotes committunt non esse peccata, aut minora quam sint, aut caperet a usum peccandi ab eis, aut aliquid aliud simile. Rationes huius loco tanguntur. Quarto, quia ponit quod peccata mortalia publica quorumcumque sunt per potestates seculares coactive punienda, & hoc ubi correctio fraterna, aut generalis reprehensio, per predicationem verbi Dei non sufficeret. Apparet ex declaratione quae incipit, Unde, quia lex divina: Et ego pono oppositum ad non subiectos. Dico enim, quod peccata clericorum, non sunt poenaliter per iudices seculares corrigenda, aut coram eis arguenda, nisi esset peccatum in fide, aut subversione morum per falsam doctrinam; & casibus exceptis a iure in una responsione specialiter, & ut ibi expressis; aut si aliqui alii sint a iure concessi: hoc enim & solum possunt in illis, quod eis concedit ius, & indulget: & quod hoc non possunt in illos, & in favorem jurisdictionis ecclesiasticae. Alioquin ecclesia, si potestati seculari subiaceret, cum sctu clamare deberet illud Threnorum 1. *Falsa est quasi vidua domina gentium, princeps provinciarum falsa est sub tributis. Ideo plorans ploravit in nocte, & lacryma ejus in maxillis ejus.* Ista vero, quae pono adversus dicta proponens, per extensum in positione declarata sunt.

Perro, ca-
sum.

Actria in moribus, defensiones vel excusationes publicae in peccatis, incitamenta aliorum ad peccandum, & similia. Taliter peccantes dicuntur oves moribus contagiosae: peccantes aliis peccatis, non. Tales fuerunt illi impii Core & Abiron, erant namque schismatici, alios ad schisma provocantes: unde bene dicitur per reftorem: *Recedite a tabernaculis impiorum hominum: ne, scilicet infecti eorum peccatis, involvami in eorum poenis.* De illis dicit Hieronymus super Jeremiam: *Poluitur ex uno peccatore populus, sicut ex una ovis morbida universus grex infectur.* Quod vero allegatur xlv. dist. ab eodem, & ab Origene, quod prius fuit allegatum, & hoc responsum est de negligentia sacerdotum aut pusillanimitate, aut timore servili peccata arguere dissimulantium, verentium linguas corrigendorum: ex quo peccato omissionis aliquando venit ira Dei super populum, est magis ad oppositum, quam ad propositum: quia per hoc ostenditur auctoritas sacerdotum super aliis, quorum est suis subditis viam salutis ostendere: ex cuius defectu graviter peccant; non ergo subijciuntur iudicio definitionis secularium.

Wm. id Ra-
hoi fuit, non
Hieronymi.
Dist. 43. Sed
illud, & 57.

Circa peccata praelatorum & sacerdotum, quia causa ruinae populi sunt sacerdotes mali, ait Gregorius. Et proponens allegat, & ex hoc concludit, quod eorum peccata sunt maxime arguenda. Dico quod haec sunt vera: sed intendit, non per seculares poenali iudicio, non per predicatorum coram populo, nisi cum moderamine & sobria gravitate verborum, nisi error esset in populo credente quod talia licerent: tunc enim essent talia peccata severius detestanda in se: sed non referendo ad auctores coram populo libere & sine freno, ut pretendunt dicta proponens. Nam per quoslibet caritative, ut dicit, coram aliis corripienda sunt. Ergo arguenda peccata praelatorum & sacerdotum, primo caritative, & correctione fraterna, etiam a quolibet: ubi non sufficit, procedendum est ultra. Juxta formam Salvatoris adhibendus est unus testis, vel duo, & coram illis commonehdus est ut desinat: quod si non audierit, dicendum est ecclesiae, id est, praelato: & si neglexerit, ab eo potest ad superiorem, scilicet ad summum Pontificem, confugi. Quod si dissimulaverit, aut ipsemet peccaverit, dicendum est ecclesiae, id est, generali concilio, quod ut dictum fuit, correctionem nullatenus omittere credendum est. Si concilium non audierit, sit tibi ut ethnicus & publicanus, excommunicatus, exclusus a coetu fidelium. Aliud non habent Christi fideles laici in sacerdotum. Sunt etiam arguenda peccata praedictorum, per predicatorum, & generaliter reprehendenda, sed potius in sermonibus ad clerum, & ibi duriter, interdum firmiter agendum. Emplastrum ex pietate & iustitia conficiendum est: pietas exhibeatur, ut mater; iustitia ut pater assistat. Simoniacam pravitatem in clero, & diversis statibus aggravavit, & ego illam pariter detestor. Ab radenda est de ecclesia haec pessima pestis. Allegavit ipse proponens multa dicta sanctorum hoc mortiferum virus reprobantia, quae sane inaccessa etiam ipse accepto, pertransiens diversos modos simoniae, qui veri sunt.

Accedo ad rationes, quibus probare videbatur

tur

ANNO CHRISTI 1433. Absolutio- nes a pœna & culpa.

ANNO CHRISTI 1433.

tur, factas absolutiones a pœna & a culpa, & indulgentias non esse in lege, Dei fundatas. Primo assumit illud Isaie xiii. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Secundo assumit Jeremiam vi. Curabant con- iritionem filia populi mei cum ignominia dicen- tes: Pax, pax, & non erat pax. Item illud Ezech. xliii. Va qui consumunt pulcillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universa aetatis, ad capiendas animas & cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmentum panis, ut interficerent animas, qua non moriuntur; & vivificarent animas, qua non vivunt; mentientes populo meo credenti mendacis, Jam dixi quo- ad absolutiones a pœna & a culpa, quod non est communis modus tradendi isto modo eas, sed dantur sub modo remissionis omnium pec- catorum, id est, omnium pœnarum pro pec- catis debitarum, aut alicujus partis illarum. Tunc dico ad has tres rationes, quod petunt principium: loquuntur enim de seducenibus populum per falsam exhortationem, aut intuitu gratiæ captandæ, aut avari quæstus: & cum applicat ad propositum absolutionis & indulgentiarum, supponit quod sint mendacia, cum veritates sint, & præparaciones fructuosæ ad viam salutis, si tamen servetur debi- tus ordo, & moderatio honesta in eis. Et quasi videtur arguere a superiori ad inferius affirmative. Et hic locus non tenet secundum logicos. Arguit enim æquivalenter pastores in multis: ut dicendo populo scelerato, quod est beatus; dicendo affligendæ plebi, quod est pax: & multa eidem pro temporalibus recipiendis fingentibus, seducunt illum: ergo seducunt eum in isto proposito de absolutio- nibus & indulgentiis.

Atavit, imo præcepit adorare Dominum. In istis placuit Deo, non autem prohibuit peregrinationem in Jerusalem ter in anno, secundum quod erat præceptum in lege Domini; ipse enim solvisset legem. Et hoc est, quod dicitur in textu allegato: Subverti abaria peregrini cultus, id est idololatriæ, & excessa, & confregit statuas lucosque succidi, ac præcepit Juda, ut quæreret Dominum Deum patrum suorum. Et ex illa clausula, præcepit Jude ut quæreret, sequitur, quod implicite præcepit peregrinationem populo in Jerusalem. Ibi enim specialiter & excellentiori modo colebatur. Nec ex diffidentia peregrinatur populus, sed propter octo causas. Prima, ad excitandum sanctorum imitationem. Secunda, propter acueandam devotionem. Tertia, ut sanctorum meritis fideles ipsi socientur. Quarta, ut eorum orationibus adjuventur. Quinta, ut sint ad orandum Deum plus memores. Sexta, ut satisfiat honori sanctorum pro eorum laboribus. Septima, ut ex sanctorum præsentia, coram omni ecclesia rutilemus splendidius. Octava, ut ecclesiæ obediant, cum per poenitentiam peregrinatio eis injungitur, & sic obediendo satisfaciunt pro peccatis. Quomodo igitur prohiberi possunt peregrinationes, ad quas Deus vocat? Vocavit Moysen ad rubum ardentem, & discalearum accessit: cum Saul etiam malus ad cuneum prophetarum venisset, prophetare coepit: non facerent sanctorum reliquie in beata requie manentium, quod mortalium victorum fecit præsentia? aliquis limina sanctorum visitare prohibebitur, & concessum erat adire prophetas? Non modica est enim recreatio mentium devotarum, relicta quandoque ecclesiæ suæ domestica, alia loca sancta, vel sanctos Dei servos, accessu ipso corporis, & petere & contemplari ad oculum: vel de eo, qui mortuum suum in loco sacro ele- git sepeliri, notat Augustinus libro de cura pro mortuis agenda, dicens capite v. Cum plurimum interfit, ubi ponatur corpus mortui sui, qui pro spiritu ejus Deo supplicat, quia & præcedens affectus locum ele- git sanctum, & illic corpore posito recor- datus, locus sanctus eum, qui præcesserat, renovat, & auget affectum. Hæc ille. Per hoc ad illud Sapientis: Confide in Deo, & mane in loco tuo, &c. illo, quod loquitur de permanentia & quiete cordis, ex cujus inquietudine fiunt homines vagi, mobiles, & instabiles ad omne opus bonum. Hæc enim mala instabilitas. Sed devote peregrinantes confidunt in Domino, manent in loco suo, scilicet in Deo suo, in quo justus secundum divinam scripturam manere perhibetur licet corpore ambulet, secundum quod dicit quidam:

De per- egrinationibus.

Jerem. 50. 6

Psal. 77.

probraret. a) Peris, hortatus, pro hortatus est.

Causa peregrinationum.

Erod. 9. 1. Reg. 19.

Ecd. 12

Calum, non animum, mutans, qui trans mare currunt.

Ad illam, quod Dominus noster Jesus Christus peregrinationem illam solemnem, que erat Jerusalem ter in anno, revocaverit, seu spirituales intelligentiam hujus dederit, cum allegat illud Joannis iv. Mulier, crede mihi, veni hora, quando nec in monte hoc, nec Hierosolymis adorabitis Patrem, &c. dico, quod Dominus de modo colendi eum illam instruit, quod non secundum caerimonias legis, ut in monte Sion utque tunc fiebat, esset colendus, sed in

ANNO CHRISTI 1432

ANNO CHRISTI 1431

In spiritu & veritate doctrinae evangelicæ. Ideo aut fidem esse in una parva regione, ut dicitur Augustinus epistola prima ad Hippotentem ecclesiam ait: Ubique, quidem Deus est, & nullo continetur loco vel clauditur, qui confidit omnia: & cum a veris adoratoribus in spiritu & veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam iustificet & coronet. Verumtamen ad ista, quæ hominibus visibiliter nota sunt, quis potest ejus consilium perfructari, quare in aliis locis hæc mirabilia fiunt, & in aliis non fiunt? In multis enim notissima est sanctitas loci, ubi sancti Felicis Nolentis corpus conditum est, quo volui ut pergerent, quia inde nobis facilius fideliusque scribi potest quicquid in eorum aliquo divinitus fuerit propalatum. Nam & nos novimus Mediolani apud memoriam sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter demones confitentur, furem quemdam, qui ad eum locum venerat ut solum jurando deciperet, compulsus fuisse confiteri furtum, & quod abstulerat reddere. Numquid non & Africa martyrurum corporibus plena est? & tamen nusquam scimus hic talia fieri. Sicut enim quod Apostolus dicit, non omnes sancti habent dona curationis, nec omnes habent iudicacionem spirituum, nec in omnibus memoriis sanctorum ista voluit fieri ille, qui dividit propria unicuique prout vult. Hæc ille. Ex quo patet, quod licet sit ubique Deus, & in uno solo templo colatur, tamen dignatus est ad honorem alicujus sancti miracula facere uno loco, & non alio, & alia hic, alia ibi. Nam & de sancto Fortunato, lib. 1. dialogorum, cap. x. dicit beatus Gregorius: Cur multa de ejus vita dicimus, cum nunc usque ad corpus illius tot virtutum documenta teneamus? Demonicos quippe absolvere, ægros curare, quoties ex fide petitur, ut vivens confueverat, hoc indefinenter facere, & apud mortua ossa indefinenter perseverat. Hæc ille. Itaque peregrinatio in montem Sion, & civitatem sanctam, per doctrinam Salvatoris non est damnata, sed ad intelligentiam spiritualem declarata; ut quaeratur Deus, & sanctorum suffragia postulentur, ubi devotio spiritualis de sanctitatis succensus ignis ardebit. Et hoc est quod dixit mulieri Samaritanæ: Venit hora, & nunc est, quando viri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nec occasione peregrinationum unquam laicorum, si ex caritate fiant, potest proprias parochias esse contemnendas, sicut nec tempore illo figurali synagogæ spernebantur, licet ter in anno esset ascensus in Jerusalem. Concedo tamen quod peregrinationes absque devotione caritatis modicum aut nihil proliant ad meritum vitæ æternæ. Et hoc est quod dicit beatus Augustinus de verbis Apostoli sermone secundo: Non corpore, inquit, impellitur quis ad Christum venire, sed desiderio colligatur, &c. Idem dicit Augustinus super illo: Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum, cum ait: Non ambulando ad Christum curramus, sed credendo. Ad auctoritatem Hieronymi dicentis super illo Matthæi xxiv. Nolite exire, nolite credere, &c. Scutum est enim in parvo loco vel abscondito quaerere qui totius mundi lumen est. Dico, quod non est contra peregrinationes, sed contra putantes, catholicam ecclesiam, Concil. General. Tom. XXIX.

Ad auctoritatem Bedæ super illo Matthæi ix. Sequere, &c. dicentis: Sequere me, & non tam inaccessa pedum, quam executione morum; dico quod verum est, quod peregrinatio corporalis, sine spiritualis pinguedine devotionis, parum prodest, juxta dictum Apostoli 1. ad Thimoth. iv. Exercitatio corporalis ad modicum utilis est, pietas ad omnia valet. Narrat proponens multa peccata & abusus circa peregrinationes, quas non discredo, sed puto esse veras, & illi ab omni bono viro pro posse tollendi sunt. Hoc non vitiat peregrinationes, quando sunt bene factæ ex caritate & aliis circumstantiis debitis: nisi enim essent bonæ, non essent approbatæ a sanctis patribus. Igitur cum sint per doctores sanctos iustificatæ, patet quod sint licitæ. Hoc etiam probatur. Nam de Cleto Papa tertio a Petro, vel ejus coadjutore, dicitur in chronica Martini sic: Hic Cleto Pontifex scribens omnibus populis approbat & commendat peregrinationes ad sanctos, & maxime ad limina sancti Petri, asserens quod validior est ad salutem sancti Petri visitatio, quam, duorum annorum junium: & illos anathemate execratur, qui visitationem Apostolorum impediunt vel dissuadent. Hæc ibi. Siquidem virtutibus ipsi, ut objecto contingit male uti, ut dicunt doctores: nam dicit Apostolus: Scientia inflat: sed non, ut in principio effulcente astium: cur etiam non potuerunt aliqui mali uti, ut objecto, peregrinationibus? Post prædicta veniendum est ad objecta circa venerationem sanctorum reliquiarum. Ad auctoritatem Innocentii de reliquiis & veneratione sanctorum: Cum ex eo quod quidam, &c. Concedo illud decretum. Prohibetur enim, ne antiquæ reliquiæ extra capsam trahantur propter turpem questum, aut ut videantur, & ne de novo inventæ sine auctoritate sedis Apostolicæ venerentur. Per hoc dico ad id, quod de novitate, &c. Nam si auctoritate sedis Apostolicæ hoc approbatum est, peregrinatio, & consequenter veneratio ista laudabilis est; si non, tunc fieri non debet. Ad auctoritatem Chrysostomi in opere imperfecto super Matthæi x. Va vobis Scriba & Pharisæi hypocrita, &c. dico, quod Chrysostomus improbat factum edificantium sepulcra præterita ex substantia pauperum: qui illos eviscerant, ut celebrent sibi nomen sempiternum: putantes stulte, felicem vitam in memoriis hominum debere recondi. Nec minori ratione arguendi sunt, qui basilicas exstruunt de bonis alienis: velut enim interfectores filiorum ante faciem patris computat illos Sapiens. Nam dicit Ecclesiastici xxxiv. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Nec licere iudico debere destruere antiquas Dei ecclesias, ut novæ edificentur: sed ob reverentiam Dei & sanctorum, de proprio monumenta edificari martyribus & aliis Dei servis, prorsus laudabile est. Siquidem Beda ornatum sepulcri Domini libro ultimo super Marcum exponit, ita dicens: De monumento Domini ferunt, qui nostra ætate de Hierosolymis in Britanniam venire, quod domus fuit rotunda, & subjacente rupe excisa, tantæ altitudinis, ut intra consistens homo vix manu extensa culmen possit

August. trad. 26. in loc. Joan. 4.

Hieron. in 14. c. Marti.

ANNO 71 a Christo nato.

De reliquiis & veneratione sanctorum.

Chrys. in opere imperf. in c. Matth. 23. hom. 43.

possit attingere. Et sanctus inquit: Color
 antea ejusdem monumenti ac loculi rubicon-
 do & albo dicitur esse permixtus. Ecce domus
 & sepulcrum Domini spatiosum & ampla
 naque honorata a matre Domini, ab Aposto-
 lis, a Christi fideibus, qui etiam inter fro-
 nimos infidelium ipsam sepulcrum adorare ve-
 nerunt, Narrat hoc fecisse sanctus Ambrosius
 Melaniam reginam, sanctus Hieronymus san-
 ctam Paulam, ceterique sancti quamplurimos,
 Audite de decore sepulcri beatae Mariae virgi-
 nis, beatum Hieronymum in sermone de As-
 sumptione illius ad Paulam & Eustochium di-
 centem: monstratur sepulcrum ejus cernenti-
 bus nobis usque ad praesens in vallis Josaphat
 medio, quae vallis est inter montem
 Sion, & montem Oliveti posita, quam &
 tu o Paula aspexisti, ubi in ejus honore
 fabricata est ecclesia miro lapide tabulata:
 in qua sepulta fuisse, ut scire possitis, ab
 omnibus ibidem praedicatur: sed sume va-
 cuum esse mausoleum cernentibus ostendi-
 tur. Habetur etiam Marti vi. de Joanne
 Baptista, quod discipuli venerunt & tulerunt
 corpus ejus, & posuerunt illud in monumen-
 to. Refert Beda, quod Josephus & Eusebius
 de hac sepultura rescripserunt: scilicet, de ve-
 nerabili sepulcro Joannis. De hac sepultura &
 de veneratione fidelium, & miraculorum cre-
 bro concursu, in epistaphio sanctae Paulae, qui-
 liter illuc venit peregrus, docet Hieronymus:
 quod gratia brevitas omitto.

ANNO
 CHAMPTI
 MAS

Ante in de
 abro Ther
 det in per
 qui mod
 Nivona de
 Assump. De
 tam Virg
 sed in ipso.

Wierow. in
 Epi. Paulo.
 c. 4 Item in
 antecedentib.
 bus R. se-
 paratib.

si al. libro m/
 habet, v.

Virgil.

Allegat peccata praetorum & sacerdotum
 in omissione culpabili praedicationis verbi Dei,
 & prohibitione praedicare volentium, in non
 communicando laicos, nullius mortalis con-
 scios, sub utraque specie, scilicet panis &
 vini: in habendo dominia civilia super divitiis
 & bonis temporalibus: ad quem responde-
 ri per me non oportet, cum quilibet horum
 trium articulorum peritissimos habeat defenso-
 res. Tetigit etiam de sententia lata per felix
 recordationis Alexandrum Papam s. IV.
 praedicationem verbum Dei prohibentem ex-
 tra claustra & particulares ecclesias. Rursus
 de sententia Constantiensis concilii lata contra
 communicantes laicos sub utraque specie: dehinc
 de defensione dominorum temporalium, per
 Papam & ceteros praetatos, Quas materias pa-
 tribus meis memoratis defendendas remitto.
 Tetigit verbum de erectione cruciatae contra Bo-
 hemos, & investitione in sacerdotes, si sitiant
 sanguinem eorumdem vel non. Verum quoniam
 querentibus pacem occasiones sunt amputanda
 jurgiorum, satius hac vice de hac re supersedere
 arbitratus sum. Docet enim me ille, qui dicit:
Claudite jam rivos pueri, sui praesertim habentur.
 Cum de bulla Alexandri fecit mentionem praedica-
 tionem restringentis, &c. subjunxit, quod
 emanavit principaliter & maxime ob magis-
 trum bonae & laudabilis ac sanctae memoriae
 Joannem Hus, ut speratur, sacrae paginae
 beccalaurum formatum, & praedicatorum u-
 tique evangelicum, virum bonum, justum
 & catholicum, a multis annis in regno no-
 stro vita & moribus & fama laudabiliter
 approbatum. Debebat, ut salva pace loquar,
 proponens ista sustinere, qui gestorum in
 sacro concilio Constantiensi volebat approba-
 tionem audire, debebat subicere ista, quae
 Joannis Hus articulos reprobatos & damna-
 tos sub medio positos esse cupiebat. Qui de-

siderat concordiam, praeteritis litis non
 redit. Deum, sola veritate motus, teste
 Deo, quoniam concilio generali in materia
 fidei errare non possunt, inter quae Constian-
 tiense concilium Joannem Hus pastor suae
 assertiones erroneas condemnavit, nullas de
 cetero eum pro catholico habuit, eum opan-
 gebo praedicatorum. Nec Joannem Wickliff,
 cujus errores gravissimi sunt, quorum non-
 nulli pro quanto erroris antiquorum haereti-
 corum Pelagii, Manichaei, Donati, Berengarii,
 Massaliani, & quorundam aliorum, as-
 piciunt, si opus fuerit ad plenum declaranda-
 rum, dudum ante nostra tempora damnati
 fuere. Edipso forte, quod si proponens arti-
 culos Joannes Wickliff, & Joannis Hus atten-
 disse, & libros eorum legisset, ut patres,
 qui fuerant in Constantiensi concilio, nobiscum
 diceret non posse eos fieri catholicos.
 Hieronymum vero non nimium extollat nobis:
 coram expertis loquitur doctoribus &
 magistris almae matris universitatis Parisien-
 sis, qui verborum suorum non modicum
 triduo sustinentes in repetitione per eum fa-
 cta in sancto Bernardo Parisiensi ad omnino
 quare & in omnibus, volente autem ista Do-
 mino, ne inaniter gloriaretur, solum Regentes
 vici Straminis, & in paucis numero se illi
 objecerunt, illius tumens verba reprimen-
 tes. Non enim dignam judicabatur gravissimos
 patres, in theologia & decretorum facultati-
 bus professores, se tam levi personam debere
 opponere. Ego autem tunc confectum vidi,
 finem expectavi, confusionem suam vidi,
 ita ut recesserit hospite insalutato, & necesse
 sibi erit. Alioquin aliqua minus bene dicta
 coactus fuisset provocare. Ista precor non ama-
 re animo quis suscipiat. Nam haec ideo di-
 cta sunt, ne dicta per ante a proponente de
 illorum justitia cordi insideant: sed veritas,
 quae a me dicta est, elucescat. Nec enim no-
 vum est populos occasionem sumptisse cre-
 dendi alicui personam pro sua apparenti san-
 ctitate: dudum enim similia prioribus con-
 tingerunt: unde citius est talibus indulgendum
 dum propter speciem pietatis, ipsi quasi in-
 scii in impietatem labuntur.

ANNO
 CHAMPTI
 MAS

Hieronymum
 Praedicatorum
 Parisiis.

Locum con-
 ruptum.

Virgil. in
 Geo. 2. l. 2.

Consequenter mentem suam proponens aperit
 de modo reprehensionis peccatorum publico-
 rum praetorum & sacerdotum per viam praedica-
 tionis, & alias, dicit enim quod omnia
 talia sunt in praedicatione per sacerdotes, &
 aliis modis per omnes Christi fideles, secun-
 dum quod coram statui, competit, data per-
 tinacia, caritative arguenda & detegenda et-
 iam coram clero & populo.

Resolvendo dicta sua, tres modos correctio-
 nis invenio peccatorum: & habet, ut dicit,
 quilibet suos exsecutores. Primus est correc-
 tionis fraternae, & hic competit omnibus
 Christi fidelibus. Secundus modus correctio-
 nis per vitam justitiae, & hic competit iudi-
 cibus. Tertius est modus correctionis genera-
 lis in praedicatione, & hic competit praedica-
 toribus. Ecce tres modos, & apparet quis
 cuiuslibet statui competat. Quomodo igitur pec-
 cata praetorum & sacerdotum sint per ho-
 mines corripienda correctione fraternae, di-
 ctum est: & ibi tactum quod peccata eor-
 um personalia non sunt arguenda coram mul-
 titudine, & sufficiens deditur, quod
 hoc est praetermittere ordinem fraternae cor-
 reptionis.

ANNO CHRISTI 1600

ANNO CHRISTI 1600

substantis, & quod hoc rationabiliter fieri non debet, nisi in casibus iam dictis. De correctione ex auctoritate potestatis, qua a pluribus dicitur paterna, etiam dictum est insufficienter: quod laici iudices ecclesiasticos non possunt per iudicium pro delictis aut peccatis publicis punire, cum non sint sui jurisdictionis, nisi in ceteris casibus tactis in una responsione, & adhuc auctoritate ecclesie.

De correctione generali, que fit per predicatores, quia latius illam deduxi iam dixi, & iterum dico, quod coram clero hoc fieri potest plane iuxta exigentiam transgressionum, aliquando tunc, aliquando snaver, aliquando mixtum, ut tempus postulat, aut persona. Coram populo, dico ut prius cum doctoribus, quod non est faciendum de peccatis prelatorum personalibus, & sacerdotum, nisi cum magno moderamine verborum & competentis decentia, etiam cum ratio iudicat hoc esse faciendum: quod forte esset, ubi populus occasione accepta a vita sacerdotum, crederet talia peccata ideo non esse peccata, aut non tam gravia ut sunt, eo quod impune videt talia committi: & hac plaga populi probabiliter predicatori inactesceret: aut ubi populus sine verecundia similia sacerdotibus perpetraret.

Dico secundo, quod peccatum infidelitatis prelatorum aut sacerdotum, si quod esset, & per malam doctrinam populum inficeret, est publice populo predicandum, & instruendum populus, ut se a talibus observet. Sic Dominus & Salvator fecit, cum predicabat dicens, *Matthæi VII. Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.*

Dico tertio, quod peccatum sollicitationis ad malum, qua populum commoverent ad peccandum, vel in Deum vel in proximum in irreverentiam ecclesie, aut inobedientiam principum, tale esset publice populo denuntiandum, & coram eo arguendum. Sic ait Dominus *Matthæi XVI. Caveat a sermone Phariseorum & Sadduceorum. Et idem habetur Marci VIII. Et bene Phariseorum.* Pharisei enim interpretantur divisi, dividentes, vel violenti, aut dissipantes. Sacerdotes autem sic suadentes populo, essent a Deo per peccatum divisi, dividerent populum a Deo suo, gravem inferrent iustitie & veritati violentiam, & dissiparent profecto rempublicam, qua non tam vis consistat, quam moribus.

Dico quarto, si sacerdotes committerent publice casus, pro quibus jurisdictioni seculari, ex concessione juris canonici subijciuntur, illos posset predicator coram iudicibus ipsis aperire, tamen cum protestatione de non tendendo ad poenam sanguinis. Patet, quia peccata publica licite possunt denunciari ad iudices competentes. Nam sicut supra secundo puncto dictum fuit, remedium adhiberi debet, non solum peccanti, sed aliis, ne scandalizentur: & maxime hoc fit, cum denuntiatur peccatum his, qui possunt providere.

Dico quinto, quod peccata personalia alia a premissis, aut ad illa reducibilibus, prelatorum aut sacerdotum, non videntur in predicatione coram populo detegenda, specialiter ea referendo ad statum ecclesiasticum: nisi ut habitum est in primo dicto. Actus enim predicationis ex caritate procedere debet

ad emendationem solum peccantium, sed & adstantium, quibus peccata narrantur. Sic enim faciendo peccantes coram subditis scandalizarentur, & sic verecundia esset eis ablata. Subditi vero utilitatem superiorum cognoscens, eos conemnerent. Putando ergo sanare unum aut paucos, predicator lederet plures, superiores scilicet & inferiores. Debet enim non modo predicator esse utilis in verbo, sed & discretus eloquio, ut non solum prava nullo modo, sed nec recta quidem nimio & inordinate proferantur: quia sepe dictorum virtus perditur, cum apud audientium corda loquacitas incauta opportunitate levigatur. Hinc est, quod in veste sacerdotis erant tintinnabula, ut sonus predicationis ejus audiretur: erant & illis iuncta mala punica, in quibus unius designatur. Per quod signatur, ut talis sit predicatio sacerdotis, & tam discreta, ut non scindatur vinculum unitatis. Ille in sententia habentur a beato Gregorio, libro II. pastoralis sui, cap. IV. & XLIII. distinctione, Si rector, &c. Si dicatur, Ubi conscientia & fama simul esse non possunt, proponenda est fama conscientie, verum est, ceteris paribus. Sed conscientie succurrendum est postposita fama recurrendo ad superiorem. Et ita dicunt doctores, cum oportet procedere ad denuntiationem, non ad inferiores. Item cum creditur servari unius conscientie, servatur & illius propter scandalum & populi, quia illum superiorem, aut superiores colligere non valet: & tamen eos contemnit aliter faciendo, scilicet peccata personalia publica a premissis, &c.

In predicatione coram populo facta publice arguendo, & specialiter referendo ad statum ecclesiasticum cum improprio, & non moderate & sobrie, sequuntur ista inconvenientia. Primum, sacerdotes infamantur, & sunt inverecondi amisso suo honore, & sic procliviores ad mala. Secundum, eorum status, qui dignissimus est, laeditur, & coguntur recedere quasi ad hominibus. *Ecclesiastici XXXIII. Si laesis eum in ipse, in fugam convertetur.* Tertium, boni propter malos diffamatos scandalizantur, & tunc currit poena contra scandalizantes, de qua *Matth. 18. Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, statim siquidem sacerdotii laeso, bonos in isto statu scandalizari necesse est.* Quartum, subditi laici contemnant suos pastores, propter malam eorum vitam palam ipsis predicatam. Et sic contemnant Dominum sacerdotum Jesum Christum, *Luce x. Qui vos spernit, me spernit; & qui vos odit, me odit; & qui me spernit, spernit eum qui misit me.* Quintum, sacerdotes sunt populo odiosi: nam ex contemptu mox surgit odium & rancor. Unde *Psalm. CVIII. Locuti sunt adversus me lingua dolosa, & sermonibus odii circumdederunt me.* Sextum, populus paratur per odium ad inobedientiam ad superiores, & irreverentiam, maxime quia valde multi ex illo sunt clericis infesti, proot dicitur *VI. lib. Clericis laicos oppido infestos tradit antiquitas: unde ira Domini venit super eos, secundum quod scriptum est Danielis IX. Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, recessimus & declinavimus a mandatis tuis ac iudicis: non obediimus servis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus*

Locus hereticus, & in peccatis, corruptus.

Reprehensio peccati ad statum ecclesiasticum per aliter relatam sequitur inconvenientia.

Christi laico libro 5. de immunitate ecclesiasticorum cap. 2.

AWVO
CHRISTY
1003.

967
nostris, paribus: nostris, amplexu populo terris.
Sibi Domine iustitia, nobis misericordia ostende.
 Et sic. Sacerdos sumus meli, si tamen recte docuit, servi Dei dicuntur, et propheta, quia alia, et a cognitione populi longe postea natiuitas. Quod sumum inobedientia illa mala sit, apparet, quia dicit Dominus de sacerdotibus in quorum suam conspirantibus, avaris: *Quis docuit facere.* Septimum incovertens est, subtractio decimarum, oblationum, et aliorum reddituum debitorum sacerdotibus. Nemo enim inimico in ratione dari vel accepti libenter committit: et in hoc populus mandatum Dei pravitatur, quia Malachias III. scriptum est: *Inferre autem dicitur in horem meum, ut sit in domo mea:* et Apostolicum, quia dicitur 1. ad Corinth. IX. *Si nos vobis spiritualis seruiturimus, magnum est si nos carnalis vestra metumus?* Quasi dicit, Non est. Deuter. XXV. lex dicit: *Non alligabis os bovi trituranti.* Et quod illud propter praelatos et sacerdotes predicantes dictum sit, patet, quia sequitur: *Nunquid de bobus cura est Deo? an propter nos atque hac dilla sum?*

1. Cor. 9.
Deu.

Ad utilitatem, quae dicit opponens sequi ex tali publica predicatione coram populo contra clerum, dico, quod est per accidens aliquis utilitas accederet, per se sequerentur plura mala. Correctio enim illa generalis, nisi moderamen maximum, et cautela adesset, induceret ex se inferiorum in superiores contemptum, et alia, quae dicta sunt. Ideo ostendens, quomodo sobrie loquendum est de superiorum defectibus coram inferioribus, ut maneat devotio eorumdem apud illos, dicit Nicolaus Paps, et habetur XXI. distinctione, "Nolite: Nolite nos estimare facta cuiuscumque proximatorum nostrorum, quae sunt dignum reprehensione, velle defendere: sed quod ita velim filios circa spirituales patrem, et discipulos erga magistros devotos esse et sobrios, ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam, ut non dicam dijudicandam, sed nec saltem tenuiter reprehendendam proficiant. Praeterea non credat predicator neglexisse correctionem sibi competentem ex officio, dum tamen clero sufficienter in predicatione peccata eius annuntiaverit. Esto quod coram populo non fecerit, quia hoc sibi non praecipitur: quoniam predicatori Propheta dicit Dominus Isaia LVIII. *Annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum.* Non dicit, Dic domui coram alio peccata eorum: sed dixit, domui Jacob peccata eorum: Item speculatori Esachielis dicit: *Si tu annuntiaueris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impio, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Non dicit, Si annuntiaueris impio coram populo, et c.

Esach. 3. 8

Ad rationes quibus probat, quod peccata praetorum et sacerdotum sunt coram populo publice predicanda. Ad primam. Christus arguit clerum coram turba, Joannis VIII. dum ait: *Vos ex parte diaboli estis.* Sic dico cum Lyra, quod Christus illum clerum arguit, quia infidelis erat, nam autorem fidei Dominum nostrum Jesum Christum volebat occidere. Et hoc est quod subditur in textu allegato, quia *vultis me interficere.* Nec legere coram populo hoc evangelium, est clerum evangelicum per

predicationem corrigere, sed recitare, quomodo Christus clero arguit et turbae predicat. Et ille casus est exceptus per nos. Nos volo dicere, quod ubi essent clerici et populus in unum congregati, et quidem communitate vicia utriusque suum componenda possent debite reprobari: sed inanis non est de vitiis personalibus et specialibus sicut clericali pertinentibus, quod talia maxime ad illam referendo, non sunt publice coram populo denuncianda, nisi modo praemisso.

quod dicitur

1. Tim. 4.

Ad secundam. Apostolus praecipit, et c. dico, quod verum est, quod Apostolus loquitur Timotheo episcopo, sed non dicit, Predicatum coram omnibus statibus vicia cleri: sed dicit, *Predicatum verbum, infra opportune, impavens, arguas, obsecras, increpas in omni patientia: et sic arguit ratio ab insufficienti.*

Ad tertiam, propheta sancti, sacerdotes, et rustici, et c. dico, quod Daniel praebiteros occidit, nam illi sollicitabant ad malum mulieres. Dicitur enim Daniel XIII. *Sic faciebatur sibi sibi Israel, et illo timentes loquebantur vobis.* Et ille casus fuit exceptus. Ita de Elia dicendum, nam propheta Dauid male dicebant, patet 3. Reg. 18.

Ad quartam, Licet toti ecclesiae, et c. illam rationem concedo, et est casus exceptus, secundum quod prius dictum est.

Ad quintam, Licet constitutionem ecclesiae sanctam devandere, et c. dico, quod hoc est promulgare constitutionem ecclesiae, sed hoc non est predicare. Illa enim constitutio de vincendo notarios contrabimarios, est punialis; punis autem non inferuntur per legem, nisi contra transgressores: et sic non puniuntur boni, sed improprie virtuosum per predicationem coram laicis etiam honestandilantur, quia per eam non feceruntur a malis particulariter.

Ad sextam, Licet clericos inobedientes, et c. concedo totum. Valde enim fuisse peccata cleri publice penali per suos iudices: quod sit cum propter inobedientiam canonica monitione procedente excommunicantur, aut alia poena iuris, ut suspensio, interdictio, incarcerationis, depositionis puniantur. Ratio autem istum visum est. Quare non publice etiam laicis videntibus punire clericos, et non vicia cleri coram illis in predicatione deagere sine magno verborum moderamine.

Ad septimam, Significat unum centum clericorum in heresim, et c. concedo rationem, et est pro dictis.

Ad octavam, Quod clerus publice et singulariter alii clero imponit, et c. dico, quod clerus imponens alii manifesta crimina in appellationibus, hoc facit coram suo iudice: ita quod clerici et sacerdotes post suorum correctionem secretam, si non corriguntur, possunt suo superiori denunciari: et hoc est via tenenda in correctione clericorum.

Ad nonam, Licet, ut committat dicunt, et c. dico, quod pro aliquibus criminibus clericus potest publice puniri; hoc dicitur iam, quod per iustitiam secularem, sententia ecclesiae parvis; sicut cum est falsitas, et de aliis. Sed non singulariter, quod ideo licet in predicatione coram populo ipsum se infamare aut denunciare. Nullo, quia predicatio est actus caritatis; punio iuris laicis, aut alia publica; est actus iustitiae: et iustum

1. Petrus 2. 12.

AVRGO
CHRISTO
1483

AVRGO
CHRISTO
1483

justum est, quod publica crimina non sunt
occulta punitioe corrigenda; nam in punitioe
per justitiam solum non infamatur, in
predicatione enim populo non solum qui
peccat, sed hanc propter eum; quia non
discernitur singulariter in verbo punitioe, sicut
in iudicio.

Ad Doctorem, Quando dicit, &c. dico,
quod non est illicitum scribere, quod licitum
est proficere. Cum ergo Dominus illos scribas
& Pharisaeos dicit pro eo quod veritatem non
cognoverunt, neque tempus visitationis sunt,
arguerit, & etiam coram turba, quid mirum
est, si hoc scripserit evangelista?

Ad undecimam, Dicitur Iesus, &c. iam
dixi, quod contra clerum infidelium predica-
vit, cuius erat sacerdotium transfundendum cum
translatione legis: Ita contra sacerdotes in-
fideles, si qui essent, liceret predicatori popu-
lum monere: imo etiam quilibet Christi fide-
lis posset illi contradicere, maxime ubi im-
mineret fidei periculum.

Posuit oppositum multa signa peccatorum mor-
talia, in apparatu, in gestu, in colloquiis,
& aliis, quae non necessarium ad memoriam
reducere potest, quoniam illa lucide narravit,
& memoriter intellexit, ut scribo.

Iam dicitur cupiens finem imponere, qua-
tuor differentias in materia correctionis &
punitioe peccatorum publicorum inter nos
constantes, prout concludere possunt, sub
epistolo repeto. Prima, qui ponit omnia pecca-
ta mortalia esse punienda per prohibitionem
papa. Quod dico ad differentiam correctionis
fratrum. Et ego probavi oppositum: habeo
enim legem divinam, praxim Christi, & A-
postolorum, ac primitivis ecclesiae, auctorita-
tem sacrorum canonum, & dicta sanctorum do-
ctorum Augustini, Hieronymi, Gregorii, in
lege divina veraciter se fundantem, ut audi-
tis. Secunda differentia: A quolibet Christi
fidei peccata mortalia publica praetorem &
sacerdotum, data eorum pertinacia, esse pu-
blice coram laicis arguenda. Et ego posui
oppositum. Habeo doctores, Albertum, Tho-
mam, Richardum de Media villa, Othoneum,
& nonnullos alios, qui dicunt, quod resistere
coram omnibus in facie superiori, inferiori
non decet; & quod Paulus hoc Petro
non fecisset, nisi aliquo modo per ei fuisset,
quantum ad fidei defensionem. Et ita dicit
glossa ad Galatas 11. secundum quod diffuse
monstratum est. Tertia differentia, quia po-
nit, quod peccata mortalia publica praetorem
& sacerdotum sunt predicanda etiam co-
ram populo. Et ego dixi, quod peccata per-
sonalia clericorum specialia illi statui non sunt
populo nuntianda per predicationem immo-
derate, sed cum sobrietate & discretionem, dum
ratio indicat eorum eo hoc esse faciendum.
Dixi personalia, ad differentiam peccatorum
populo directe nocentiam, ut est infidelitas,
& mala doctrina in moribus. Dixi specialia
illi statui, quod communis peccata illis &
populo potest predicator arguere coram po-
pulo; potest, & ea quae directe sunt populi
infidelitas, modo superius expresso. Sed perso-
nalia & propria statui clericorum immoderate
sunt cum exprobratione, vel improperia, co-
ram populo non sunt per predicationem arguen-
da. Predicatio enim non fit pro peccato unius
personae, sed multitudinis. Modo multiplenda

modeste & leviter arguenda est, ut dicit be-
atus Augustinus epistola ad Aurelium prius al-
legata, etiam quia talis contra finem, ad
quem instituta est militaret. Ea enim ad cor-
rectionem & emendationem, & talis foret ad
confusionem magnam. Quarta differentia, quia
ponit, quod peccata mortalia publica quo-
rumcumque sunt per possessiones seculares cor-
dive punienda, ubi correctio fraterna, vel
generalis reprehensio per predicationem verbi
Dei non sufficeret. Et in hoc, quod ponit de
peccatis praetorum, sacerdotum, & ecclesia-
sticorum quorumcumque, quia dixerat univer-
saliter, Quorumcumque: ego posui oppositum
& ostendi, quod peccata personalia ecclesia-
sticorum, puta, quae neque fidem aut bonos
mores ex se inficiunt, aut subvertunt per do-
ctrinam, exceptis etiam casibus a iure potestati
saeculari concessis, non sunt per eam penaliter
punienda. Et habeo scripturam sacram
praxim Christi & Apostolorum, sacros cano-
nes, & dicta sanctorum doctorum, se in lege
divina veraciter fundantem, & in 11. con-
clusionem secundi puncti diffuse probatum est.

Sunt & aliae differentiae: una, quia negat
legem humanam posse licite punire reos mor-
tis supplicio; & ego probavi oppositum. Al-
tera differentia est quia negat indulgentias &
dicit eas in lege Dei non esse fundatas. Ego
autem probavi eas fundamentum in lege Dei
habere, & ecclesiam auctoritate fuisse intro-
ductas ad magnam utilitatem fidelium, ad hono-
rem Dei & ecclesiae profectum. Altera dif-
ferentia, quae dicit peregrinationes esse ex in-
ventione hominum, idololatriam sapere & su-
perbitionem. Ego probavi oppositum, & ostendi,
quod in lege veteri fuerunt instituta &
praecipua, & a Christo Salvatore observata,
& a sanctis sollicite usitata, & fatis exten-
dit, ut audivisti. Altera differentia, quia ponit,
quod litterae fraternitatum non videntur a Do-
mino Deo nostro Iesu Christo introductae,
neque ab Apostolis concessae, aut usitatae, sed
magis videntur detestanda, cum per talia so-
phistica lex Dei sufficiens ad populum fide-
lem regendum, contemnatur. Et ego dixi &
probavi oppositum, quod haec sunt in scriptu-
ra fundata. Alia differentia inter nos est in
absolutionibus & excommunicationibus, ut
audivisti. Excessus aggravavit, tantum ignem
sali succendit, ut si ita foret ut vulg, eccle-
siastica hierarchia turbaretur, tumultuaretur
ignobilis contra nobilem, puer contra se-
nem, apertus esset puteus dissensionum,
abyssus scandalorum.

Surrexi igitur, ut ignem mitigarem, non
extinguerem; correctionem peccatorum non
tollerem, sed ordinarem: haec modificatio,
quae per me dicta est, est aqua flammam
sub olla, de qua ab initio, remittens ut
peccata per disciplinam ardeant, sed succenden-
tes praenas non consumant. Corrigitur pec-
cata, permaneat ecclesiasticus ordo, & debito
gradu curia subsistat. Si paulatim dilectus
meus faber succedere desinat, mundum po-
nat in vindicta peccatorum, mecumque de in-
dulgentiis & aliis praeiudiciis sentire velit; des-
inem aquam moderationis aspergere secum: ut
aliter sicut ignem moderata punitioe peccato-
rum sustineo, ut in olla ardente verum ad faciem
Aquilonis, peccata, ut possibile est, urantur.
Et si videretur aqua mea amara, quia aqua con-
tra-

Differentia
inter
venerabilem
papaem
&
fratrem
doctorem.

ANNO
CXXXVII
MII.


traditionis est, erit tamen sibi aqua sicut, quae vadit cum silentio. Paratum auxilium in hac sacra synodo est situm. In modo correctionis unanimes sumus, qui, quod corrigenda sint vitia, concordamus. Expurgabit in eadem caritate Christi facientia peccatorum rubiginos: & exhibit opus ejus de fornace ignis ut vas purissimum: erit ecclesia in camino hoc ignis examinata & purgata, ut jam sint columbae Christi unica sponsa ejus, id est, ecclesiae, penna deargentata, & posteriora dorsa ejus in pallore auri, sed de aere mundo vere

caritate: ut fulgeant justi, & tanquam scintilla in ariditate discendant. Quod nobis praestit in communi, in cujus nomine congregati sumus, Dominus noster Jesus Christus, cui cum Patre & Spiritu sancto est imperium, honor & gloria, in saecula saeculorum. Amen.

ANNO
CHRISTI
1337
cap. 1.

Psal. 67.

Explicit responsio articuli 2. videlicet de punitiōne peccatorum publicorum mortuorum, facta in generali concilio Basiliensi, per magistrum Regidium Carlerium decanum Cameracensem.



HENRICI KALTEISEN ORDINIS PRÆDICATORUM

Professoris Sacrae Theologiae in celeberrima Coloniae academia, & haereticae pravitatis Inquisitoris.

IN 1600
ANNO
LXXIIII
MCM.

O R A T I O.

Qua in concilio Basiliensi MCCCXXXIII. per dies tres restatit tantum articulum Bohemorum de libera predicatione verbi Dei, quem proposuit per biduum Uldaricus presbyter Orphanorum.

Psal. 97.

Psal. 138.

Psal. 67.

Bernard. ser. in eod. de Virginitate Mariae.

Greg. hom. 19.

Patres & domini reverendissimi, doctores prudentissimi, incliti Bohemiae regni oratores egregii, ceterisque confratres mei praeclarissimi: In medio tam magnatorum, tamque auditorii divinalissimi locuturus, renuit consolari anima mea, nisi consolationes Dei laetificassent eam cum Psalmista. Quamobrem spem finaliter in ejus posui exuberantia, qui dat omnibus affluenter, Jacobi 1. qui assecurat, promittens: *aperi os tuum, & ego implebo illud*, dans verba evangelizantibus virtute multa, in psalmo: beatissima interveniente Dei genitricis virginis Mariae, per quam veluti per canallem, & aqueductum gratiarum, quidquid divinae largitas insuit, quidquid humano generi dare virtutis & graeae disposuit, largissimo sancti Spiritus imbri infundit, secundum melissimum Bernardum in sermone: beatis omnibus occurrentibus Dei sanctis, qui caritatis vinculo constricti nobis miseris invocantibus, non minus quam Jeremias Dei propheta mukum orans pro populo & universa civitate dicitur 11. Machabeorum ultimo: quorum suffragio mentis juxta materiam articuli tertii in ordine propositorum, qui est de predicatione verbi Dei, parumper locuturus affamo verba theomatici Dominici jam currentis, Lucae 8. conscripta: *Qui in corde bono & optimo audientes retinent verbum, fructum afferunt in patientia.* Pro cujus introductione nota cum beato Thoma 11. 11. quest. CLXXVII. articulo 1. Ad hoc quod verbi Dei orator efficaciter loquatur, tria requiruntur: ut scilicet doceat, delestat, & flestat; doceat intellectum instruendo, delestat affectum demulcendo, flestat effectum procreando. Et quamquam deo prima in facultate docentis ut plurimum reperiantur, tertium tamen solius Dei esse dignoscitur. Nisi enim interior Spiritus sanctus doceat, in casum exterioris vox doctoris laborat, secundum beatum Gregorium in homilia de festo Pentecostes. Sicut enim impossibile est, quod sola pluvia fra-

ctificet terram, nisi flaverit etiam ventus; sic non est possibile, quod sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus sanctus in corde ipsius, ut ait beatus Chrysostomus, homilia xx.

Idcirco, ut per me dicenda in cunctis nobis fructum afferant in patientia, tria noto. Primum ut locus congruus adaptetur, in corde bono, & optimo. Secundum, ut modus debitus observetur, audientes verbum retinens. Tertium, ut fructus debitus reportetur, fructum afferens in patientia. Primum docet intellectum. Secundum demulcet affectum. Tertium fecit effectum: ut sic his simul concurrentibus, opus praesentis actus optatum reportet profectum. Dico primo & principaliter, reservatis duobus membris pro sequentibus diebus, ut fructum verbi Dei in patientia afferamus, necesse esse nobis locum congruum ut adaptemus, qui est in corde bono & optimo; bono per industriam naturalem, & optimo per gratiam justificantem ait Nicolaus de Lyra ibidem: bono, per fidem illuminantem, & optimo, per gratiam operantem. Optimum enim est gratia stabilis cor. Unde Gorra super eodem, in corde bono per disciplinam & virtutis exercitiam, & optimo, per internas contemplationis & consolationis solatium. Secundum Albertum, in corde bono, id est, mundo a peccato, Maestri v. & optimo, scilicet, divinae voluntati in omnibus conformato, secundum beatum Augustinum super illo Psalmi 7. *Qui saluos facit rectos corde.* In corde bono, per dilectionem Dei ut seipsum, & optimo, per dilectionem Dei super omnia. Sic Martini optimam partem cligit, Lucae 1.

Hac ut reor ex causa, quidam haesitans quid offerre posset Deo gratissimum, eductus est per angustiam offerre curvitatē leam, rotunditatem solis, & primam partem rotae: per quam intelligi docuit, C per curvitatē, O per rotunditatem, R per rotam primamque partem seu literam quae tria simul composita haec nomina, Cor, efficiunt. Hinc secundum Hieronymum & catholicam cor etymologizatur, C, cultus, O, omnium, R rerum. Quare hoc volens sibi Dominus preparare, clamat: *Quis es iste, qui cor suum applicat, ut, appropinquet mihi? etique mihi in populum, & ego ero vobis in Deum,* Jerem. cap. xxx. Aliq̄r autem formatus est.

Chry. hom. 23. in apoc. imperf.

Mat. 11.

Albertus Magnus in Lucae cap. 11. super, p. 212.

AVRUCO
CHRISTO
1691.
Arch. de par-
tibus ecclesiarum
lib. 2. cap. 6.

AVRUCO
CHRISTO
1691.

1780. 20.

Reuch. 14.
Bern. 116. 1. de
con. de. ad. 10.
1780. 20.

1780. 20.

1780. 20.

1780. 20.

1780. 20.

animal a natura, sicut a pictura. Nam natura animal formam incipit a corde, & sic secundum proportionem cordis cetera membra figurat, ut Aristoteles XVI. de animalibus, pictor vero nihil curat de corde, & tota sollicitudo est circa membra exteriora componenda. Sic si sacrum unum cupimus, si veritatis normam querimus, si reformationem salutare appetimus; non verbis exterioribus, sed cordis optimi penetralibus, id est, non lingua tantum, sed opere & veritate amplecti debemus. Ad hoc quæso, *hodie si vocem Domini audieritis, nolite obdurare corda vestra, ut Philista, quoniam cor durum tale habebit in novissimis, Ecclesiastici 111. Cor durum est quod seipsum non exherret, nec sentit quod cor durum sit, quod nec compunctione scinditur, nec pietatis molitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum. Nemo duri cordis salutem unquam adeptus est, nisi forte quem miserans Deus abstulit ab eo cor lapideum, & dederit cor carneum, juxta prophetam. Bernardus de consideratione libro 1. Quidam namque reproborum in potestatem dæmonum occulto & justissimo Dei judicio rediguntur, ista attestante. *Ipse misit eis fortem & manus Dei dirigit eis eam in mensuram, usque in æternum possidebit eam. Quidam electorum dimittuntur a Deo ex divina justitia incidere in errorem peccati; sed tamen miserationem ejus reducti, de novo convertuntur; de talibus enim Dominus per prophetam loquitur: *Et dirigit eum, & rediret eum, & reddidi considerationes ipsi. Sanctus Ildorus de summo bono, libro XX. capite XV. Talis sit a Domino reductus, potest apte cum propheta dicere: *Invenis servus tuus cor suum ut oves te, 11. Regum VII. Sic Nabuconodonsor per tempora multa sua exigente culpa a Deo derelictus, tandem reductus est, & restituta figura pristina, id est intelligentia humana, Daniæli IV. Hoc David petivit, cum ait: *Cor mundum crea in me Deus, sciens quod beati mundo corde; quoniam ipsi Deum videbunt, Matthæi V. qui visio tota merces est, qui visio summum bonum finale & æternum gaudium est, quam nobis concedat benedictus Jesus qui imperat & regnat. Amen.*****

Quæmodum Deus & natura nihil agunt frustra, sed sicut in necessariis non desunt, nec abundant in superfluis, ita laudator utriusque prout ipse ex alto concesserit, nec in superfluis abundare, nec in necessariis deficere propomo: sed juxta materias per dominum proponentes ministratas, notanda quædam obfcurè posita declarabo, omnia supplebo: sed & a veritate devia arguendo, emendabo juxta Apostolicam doctrinam, ut sit veritatis doctor exhortari potens in doctrina, & eos qui contradicunt, arguere. Obtulit Dominus venerabilis Udalricus proponens in sua propositione certa eanymemata, circa que intendo declarationi insidere arguendo sic: Christus mandavit hoc, ergo hoc est faciendum: Christus prohibet hoc, ergo hoc non est faciendum. Bene sequitur, non autem sequitur de puro bonum &: Papa mandat hoc, ergo hoc est faciendum: Papa prohibet hoc, ergo non est faciendum, &c. nisi ad idem modo, & in lege Dei veritas se fundat. Obtulit in primo notabili, duplex esse verbum Dei, sci-

lior, Christum Jesum, qui est verus Deus & homo, & utrumque testamentum ibi defectum per eam commissam intendo supplere. Deinceps quædam intulit, que intendo constanter redarguere, vel modificare, & veritatem credi necessariam adducere, quorum primum est: Tanta perfectionis sunt verba Dei, quod eis nil licet addere, nec subtrahere. Secundum quod causa ruine populi maxime est causa malorum sacerdotum. Hoc declarabo lucidius propter multa mala de sacerdotibus Domini. In secundo notabili enarrata, ubi additur, quod nemo amplius nocent, nec ecclesiam scindit, sicut sacerdotes mali, hoc intendo modificare. In notabili tertio, Quod tenetur præceptive, ubi inter multa redarguenda sunt hæc inserta. Primum, quod non observantia consilii Dei non obligat non observantem ad peccatum veniale, sicut præcepti ad mortale. Secundum, quod est præceptum Domini cuilibet diacono & presbytero libere predicare verbum Dei, ita quod sub præcepto obligante non predicantem ad peccatum mortale, cadit actus predicandi in ipsis. In quarto proposuit super verbo, Libere quod diaconi & presbyteri liberantur ad predicandum, dum suscipiunt diaconatus, & presbyteratus ordinem legitime; & quod extunc nullum impedimentum illegitimum obistere debet secundum legem Domini nostri Jesu Christi: ibi etiam reprehendit, quod Missantes plurimi, sed predicantes sunt paucissimi & Galataram multiplicationem.

Consequenter prædicta probando venerabilis Udalricus proponens probant articulum auctoritatibus & rationibus sibi gratis. Et insert primo istam conclusionem: non obstante inhibitione, aut præsentia excommunicatione lata jam aut minata, sacerdos Domini debet fideliter & libere verbum Domini annuntiare, quia debet Deo magis quam hominibus obedire. Addit secundo, quod sacerdotes dimittens fidelem predicationem propter hominum inhibitionem, seu præsentiam excommunicationem, est apud Deum excommunicatus, quia tales non servant mandatum Dei: Et sunt hæc prima Veritatis, que Deus est, cum adjutorio constanter reprobanda. Tertio, quod sacerdotes Dei verbi predicationem fidelem non debent omittere propter scandalum perverforum. Quarto, quod non solum sacerdotes minores, sed & prælati majores tenentur verbum Dei fideliter annuntiare.

Hæc est dicendorum materia, prout propositio cogit vestra. Antequam harum difficultatum declarationem aggrediar, præsupposita recognitione ignorantis meæ, & imbecillitatis notoria, quam recognosco corde, & confiteor ore: nihilo minus ex mihi injuncto, collum obedientie submittere jugo, vires hinc resumam, quoniam causam Dei agimus, quoniam salutem animarum querimus, in quibus nostra sufficientia ex Deo est, qui promisit: *Dum fueritis ante reges & principes, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, debetur enim vobis in illa hora quid loquamini. Deo autem later multa mihi necessaria protestor. Primo, quod omnia per me unquam dicta, sunt & in futurum dicenda, judicio ac dissonantia hujus sacrosancti generalis concilii Basiliensis quid-*

Secundum.

Tertium.

Quartum.

1780. 20.

1780. 20.

ANNO
CHRISTI
1645

ANNO
CHRISTI
1645

facere & plane submitto, credens & confitens. A
quidquid ipsa sancta synodus credit & confite-
tur: quod si aliud dixerit quod avertat Altissimi
examine revoco, & retracto, pro non dicto ha-
beri desiderans: secundum quod non est mentis
meae ad piam sursum officinalia verba pro-
ferre aut salvoconductui venerabilium oratorum
incliti regni Bohemiae quovis modo prejudi-
care. Quod si ex lapsa lingua contigerit, ex
nunc veniam postulo, qua indiget lingua seu
maxilla in casu freno rationis seu imperio vo-
luntatis non constricta. Quibus protestationibus,
in qualibet sequentiam materiam quasi inno-
vatis ac iteratis, praesuppositis, Praedicatorum
ordinis ego minimus predicationem verbi Dei
defensurus juxta articuli tertii exigentiam, B
quam adduxit venerabilis Uldaricus dominus
proponens incliti regni Bohemiae orator, se-
cundum formam per ipsum servatam precede-
re intendo. Et ideo si formalitatem aliquan-
do egressus fuero, non mihi indignemini,
quia formam traditam investigabo.

Articulus proponens iste est: Verbum Dei
exemplo Christi & Apostolorum, a sacerdoti-
bus Domini libere, & sine impedimento, fi-
deliter & veraciter debet predicari & annun-
tari. Juxta cujus deductionem dominus Ul-
daricus proponens venerabilis talem habuit
ordinem: Primo notabilis circa aliquorum
terminorum expositionem, praemittendo. Se-
cundo, articuli decisionem antehacendo. Secun-
dum ergo ordinem vestri processus erit forma
mei progressus: hoc a promisso, quod nedom
propositionibus positus, sed & earum probatio-
bus declarandis insistam; nedom verbis, sed
& intentioni, prout ex verbis colligere potui
innitendo. Et primo in prooimio suis colla-
tionis inter caetera ista fuerunt verba ejusdem:
Istud est argumentum infallibile: Hoc mandat
Christus Jesus, ergo hoc est faciendum. Hoc
prohibet Christus, ergo hoc non est facien-
dum. De puro autem homine infallibiliter
non sic sequitur de forma, non enim se-
quitur universaliter; Hoc mandat Romanus
Pontifex, hoc dicit Eugenius Papa, ergo ve-
rum, aut faciendum: hoc prohibet Papa ergo
non faciendum. Sed addito isto medio be-
ne sequitur. Hoc dicit Romanus Pontifex,
& in scriptura canonica se fundat veraciter
ergo hoc est verum, aut faciendum. Et
quamquam hoc in superficie videatur tute di-
ctum; tamen quia prima consequentiae pos-
sent multis materiam ministrare erroris, &
inobedientiae & rebellionis, ideo circa eas pe-
rum insistere, non absolum judicabant.

Obtulit Dominus proponens argumentati-
onem talem: Christus Jesus mandat hoc, ergo
hoc est faciendum: Christus Jesus prohibet hoc
ergo hoc omittendum. Circa quam sciendum,
quod non omne mandatum Christi, quod ha-
bet notam mandati, habet efficaciam manda-
E
dati. Dicit enim venerabilis Gorra, Lucas
7. quod est triplex praecipuum Domini, unum
proprie dictum, obligans ad faciendum, ut
illud, *Honora patrem & matrem*, Exodi 22.
Aliud minus proprie dictum, tentans ad pro-
bandum ut illud *Tolle filium tuum*, Genesis
22. Tertium improprie dictum, scilicet, do-
cens tantum ad sciendum, ut dum Domi-
nus praecipit ei quem curavit, ne cuiquam
diceret. Hac ille. Cui alludit Magister pri-
mo sententiarum, lib. 1. distinctione 21. di-

Articulus pro-
ponens: Ver-
bum Praeceptum
Christi a
Apostolorum a
Sacerdotibus
Domini libere
& sine impedi-
mento, fide-
liter & veraci-
ter debet pre-
dicari, & an-
nuntari.
a. d. p. p. m. f.

Triplex man-
datum Domi-
ni.

Quod Deus non vult ab hominibus fa-
ci si amara, quae praecipit, vel non fieri quae
prohibet. Praecipit enim, Abraham immo-
bare, non tamen voluit, Non enim ideo
praecipit, ut fieret, sed ad probandum fi-
dem Abrahae. Et in evangelio praecipit si-
nato, ne cuiquam diceret: ille autem pra-
dicavit ubique, intelligens Deum non ideo
prohibuisse, quia vellet opus suum predi-
cari, sed ut daret formam homini hodie
humanam declinandi. Capitulo finali dicit,
distinguens de voluntate signi & beneplaciti:
Fit omne, quod Deus beneplacito vult fieri,
& omne quod vult non fieri, nequaquam fit,
non ista est de signis, quia sic praecipit Deus
multis, quae non faciunt, & prohibet quae
non cavent, & consilium quae non implent.
Hac ille. Ubi dicit sanctus Thomas: Quam-
vis non vellet Deus voluntate consequente,
quod Abraham filium occideret, voluit ta-
men voluntate antecedente, quod voluntas
Abrahae in hoc ferretur, secundum quod
jam erat ordinatum. Et tamen voluntatem
per praecipuum expressit: & sic factum non
fuit ista, & de illis, qui contra praecipuum
Domini opus predicant, licet Christus no-
luerit hoc, quod praecipit voluntate con-
sequente, voluit tamen voluntate antee-
cedente homines in hoc tendere, ut glo-
riam mundanam de temporalibus bonis non
quererent, sed Dei; & hoc praecipuum ex-
pressit. Hac ille.

Unde communiter tenent doctores, circa
distinctionem quadragesimamquartam primi sen-
tentiarum; quod quando praecipuum datur in
documentum, non in praecipuum, non obligat;
sicut si praetatus praeciperet aliquid gran-
de suo monacho, & tamen corde tenus nollet
illud fieri, sed statim, cum frater hoc facere
inciperet, eum revocaret; ita quod praecipuum
illud est directe signum voluntatis praecipien-
tis, ita quod velit obligare subditum ad ex-
sequendum voluntatem praecipientis, sed non
est directe signum, quod velit rem praecipuum
impleri, alia enim sunt ad sumendum expe-
rientiam de obedientia subditi, vel ad offen-
dendum pluribus obedientiam unius exemplo.
Ideo recitat ibidem quatuor solennes opi-
niones dominus patriarcha de Palude circa
istam conclusionem, Deus quandoque praeci-
pit fieri quod tamen non vult fieri.

Secundo addit venerabilis proponens Uldaricus
enthymema. Non sequitur, Papa man-
dat hoc, ergo hoc est faciendum, nisi addito
isto medio, Et in lege divina veraciter se
fundat. Ego assumo sic: Papa mandat hoc,
& in lege Domini saltem expresse se veraci-
ter non fundat, dummodo contra mandatum
Domini non praecipiat, neque contra sacrorum
generalium conciliorum statuta; ergo hoc est
faciendum.

Pro cujus deductione duxi aliqua notare:
Primum est, quod Papa non est nomen ordi-
nis, sed tantum jurisdictionis, & officii. Patet
quia Papa potest cedere papatu, ita quod non
sit amplius Papa; non tamen potest cedere
sacro ordini, quia semper sit ordinatus post-
quam est ordinatus. Secundo, quia Papa, ut
Papa, non habet potestatem constituendi Corpus
Christi verum, nisi consecratur in presbyte-
rum, quamvis posset gubernare Corpus Christi
misticum, etiam si non habet sacerdoti gradum,
ut

Dist. 21. q. 1.
art. 1. ad 1.

ANNO CHRISTI 1491.

ut deducit venerabilis magister Augustinus de Ancona, in libro de ecclesiastica potestate, questione 4. articulo 2.

Secundum quod quædam Papa est fidelis, est in moribus sit malus, potest & debet dici sanctus aut sanctissimus, non quidem ex vite merito, sicut Christus dicitur sanctus sanctorum sed ex sanctificandi alios officio; sic enim Numerorum XVIII. dixit Dominus ad Moysen: Tu & filii tui, & domus patris tui portabitis iniquitatem sanctuarii, & secundum translationem antiquam LXX. interpretum, dicitur sumetis peccata sanctorum. Ubi clare patet, quod etiam homines peccatores dicuntur sancti ex officio, quia Moyses cum familia signati sunt portare iniquitatem sanctuarii, & sumere peccata sanctorum. Si sanctuarium, quomodo habet iniquitatem? & si sancti sunt, quomodo habent peccata? Venerabilis Thomas de Walden, libro 11. capite xxxvi. Sic & concilia generalia dicuntur sancta & sanctissima, non a sanctitate personarum inibi existentium, sed ex plenitudine officii sanctificandi, & infallibili assistentia Spiritus sancti: sic & ecclesia catholica dicitur sancta, non propter sanctitatem omnium existentium in ea, cum sint multi peccatores, sed propter sanctissima eius officia, propter sacramentorum sanctitatem existentium in ea: non enim talia dicuntur sancta ex opere operante, sed ex opere operato. Ideo sanctus Cyrillus in epistola synodica directa Nestorio, que incipit: Religioso & Deo amabili; nominat Papam sanctissimum & venerandissimum: similiter sacrum generale concilium. Similiter sanctus Hieronymus Papam vocat sanctissimum, gloriam sanctitatis sue magnificans in libro, qui intulatur de gestis Romanorum Pontificum, in principio scribens ad Damasum Papam.

Vide Uv. dno. in loco citato.

Ambros. lib. de sacerdotibus & quæstio cap. 2. item 4.

Tertiam, quod Papa ratione officii sepe apertissime nominatur beatus seu beatissimus, non quasi extra statum vis æternaliter constitutus beatus, sed propter admirandam suæ potestatis excellentiam, que prope Christum attingit: quidquid enim potestatis, quidquid gratia sacramentalis. Quidquid dispensationis celestis a Christo capite ecclesie commissum est, ipse ecclesia dispersa, & Papa in fide non errante; totum est ejus dispensationi commissum. Hinc beatus Hilarius etiam Imperatorem Constantium propter auctoritatem imperialem beatissimum nuncupavit in epistola sua ad eundem de fide. Et beatus Ambrosius quibusdam scribens episcopis & sacerdotibus malis, quos de simonia & multis excessibus redarguit, beatissimos & sanctissimos patres nominat in libro suo pastoralis, quem de observantiis ipsorum intulit.

Quarto ergo dico, quod si Papa aliquid mandat faciendum, quod non est contra legem Dei expresse, aut contra statuta aliqua sanctorum patrum, etiam si se literaliter in lege Dei veraciter non fundat, ei obediendum est. Hinc dicit beatus Cyrillus episcopus Alexandrinus, in libro Theaurorum: Ut membra maneamus in capite nostro, Apostolico throno Romanorum Pontificum, a quo medietas est querere, quid credere, & quid tenere debeamus: ipsam venerantes, ipsam rogantes pro omnibus, quoniam ipsius solus est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, hgere, & solvere, loco illius, Concil. General. Tom. XXIX.

qui ipsum sanctificavit & nulli alii, quod suum est plene, sed ipsi soli dedit; cui omnes juræ divino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Jesu Christo obediunt. Hinc ille. Pariformiter sanctus Chrysostomus cum omnibus doctoribus super illo, Pasces oves meas, scribentibus, & beatus Bernardus in principio tertii libri ad Eugenium.

Sed dices. Papa malus est, & prelati pessimi sunt. Respondet Dominus: Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei: omnia que vobis dixerint, facite: secundum opera eorum nolite facere. Matth. XXIII. Et ejus vicarius immediatus inquit: Obedite prepositis vestris, non tantum bonis, sed & dycolis, 1. Petri 11. Cujus rationem assignat beatus Hieronymus lib. 1. contra Jovinianum, dicens: Episcopus, & presbyter, & diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum; nec dicitur, Si quis episcopatum desiderat, bonum gradum desiderat; sed, Bonum opus desiderat: quod in majori ordine constitutus possit, si velit, occasionem exercendarum habere virtutum. Hinc ille. Unde beatus Bernardus super Cantica sermone LXVII. Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei: & qui non obediunt eis tanquam episcopis, inobedientie rei fuerunt, etiam in ipsum Dominum precipientem, & dicentem, Quis dicitur facite. Patet, quamvis Pharisei, quamvis peccatores maximi, propter cathedram tamen Moysi, ad eos quoque nihilo minus pertinere, quod idem dicit: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Hinc ille. Patet ergo, quid sit de illa argumentatione sentiendum: Papa mandat hoc, ergo hoc est faciendum, etiam si se non fundet expresse in divina lege. Et tantum de proemio domini proponentis.

Post hoc expedito proemio, dominus proponens in articulo incipit proponere notabilia. Et fuit primum notabile circa illud complexum, Verbum Dei: ubi in sermone vel sententia distinxit, verbum Dei dupliciter per eum intelligi: uno modo accipiendo pro Christo Jesu Deo vero & homine. Secundo modo pro omni verbo veritatis, quod locutus est Dominus per suos Angelos, prophetas veros, & Filium suum & per sanctos suos Apostolos, & in scriptis reliquit ad futura tempora. Et isto secundo modo dicebat se usurum in proposito illo complexo, Verbum Dei. Et quamquam istud non sit reprehensibile quoad ea que dicta sunt, est tamen reprehensibile propter ea, que omissa sunt. Unde dico, (fuit etiam necesse addi tertium modum, quod scilicet Dei verbum est verbum inspiratum: hoc enim oportet uti verbi prædicatorem, si non vult inducere populum in errorem;) unde dico, quod triplex est Dei, verbum, non solum incarnatum, & exaratum, sed etiam inspiratum: & hoc est geminum, unum privatum, aliud publicum. Primo, inquam, est verbum Dei merito dicendum & nuncupandum, scilicet inspiratum privatim id est, personis privatis, de quibus ait vertex Apostolicus: Spiritu sancto inspirati locuti sunt homines Dei. Et Psalmista: Audiam quid loquatur in me Deus. Hinc Apostolus & ejus utilitate expressit: Omnia doctrina divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum, ut perfectus sit homo

ANNO CHRISTI 1491. Chrysostomus in 11. cap. Joannis Bernard. de Const. lib. 1.

Contra Jovin. cap. 10.

Bernardus sermone super Cant. 64.

Apostolus notabilis primus.

1. Pet. 2. Psalm. 84.

anno Dei ad omne opus bonum instructus, 11. A
ad Timoth. 111.

ANNO
CHRISTI
1491.
Eodem Spiritu
Sacro inspiratur,
quo inspiratur.

Epist. 4.

Cap. 3.

Epist. cat.

Matth. 10.

Non sunt ergo sanctorum doctorum scripta, quorum prudentissima scientia explanat scripturam secreta, ab aliquo vilipendenda, sed quasi a Deo veneranda: quia est regala, quod eodem spiritu scriptura sacra exponitur, quo fuit inspirata. Quod eleganter Apostolus ostendit, dicens quod *Christus ad consummationem sanctorum dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas*; & ne ibi crederetur esse status, quasi aliorum scripturæ non essent a Deo, subdit: *quosdam vero doctores*: cuiusmodi sunt scripturæ sanctorum Gregorii, Augustini, Hieronymi, Ambrosii, post hos beatorum Bernardi, sancti Thomæ & aliorum multorum, etiam non canonizatorum, quibus & procul Dubio Spiritus sanctus aperuit sensum, ut intelligerent scripturas, quatenus mysticos sensus, quibus sacra scriptura est gravida aperirent, & ad communem hominum capacitatem redigerent. Alioquin quomodo Deus præcepisset Deuteron. xvii. in his quæ sunt ambigua & difficilia, refugiendum esse ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore? *Et facies quacumque dixerint tibi, qui præsumt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, sequerisque sententiam illorum. Non declinabis ad dexteram neque ad sinistram.* Ubi continuo subiungitur: *Qui autem superbiert, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de domo Israel; cunctisque populus audiens timebit ut nullus deinceps intumescat superbia.* Ideoque distinctione xv. in cap. Sancta Romana Ecclesia; multa sanctorum doctorum enumerantur opuscula, jam per ecclesiam acceptata, & sibi soli ad iudicandum reservata. Et subditur, propter doctores ibi non expressos, quod etiam aliorum doctorum, & patrum orthodoxorum, qui in nullo a sancto consortio Romanæ ecclesiæ deviarunt, nec ab ejus fide & prædicatione semoti sunt, scripta suscipienda & legenda sint. Alii autem moderni non canonizati ad legendum conceduntur, & ad impugnandum etiam a singularibus personis, si in eis aliquid veritati dissonum reperitur: secundum quem modum beatus Augustinus dicta sua ad aliorum exponebat discutientiam, dicens in epistola ad Fortunatianum: *Neque enim quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus: ut nobis non liceat, salva honorificentia, quæ illis hominibus debetur, aliquid in eorum scriptis improbare, atque respuere, Si forte invenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, divino adjutorio, vel ab alio intellectu, vel nobis: nam talis, inquit, ego sum in scripturis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Hæc ille.*

Est ergo verbum Dei verbum inspiratum, ad prædicandum necessarium sanctis doctoribus, in ædificationem corporis Christi mystici, quibus ait Dominus: *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Ut quilibet talis dicere possit: *Spiritus Domini locutus est per me, & sermo ejus per linguam meam.* 11. Reg. xxiiii. & hoc de privato. Ex quibus elicio, quod etiam illud non vere dictum est, ubi dicit pro-

phetæ venerabilis, verbum Dei esse tantæ perfectionis, quod nihil possit ei addi aut subtrahi: quia licet ea explanare, & dubia emergentia determinare: & talibus promittitur merces magna, dicente Sapientia: *Qui elucidant me vitam æternam habebunt*, Ecclesiastici xxiv. non ergo licet subtrahere id quod est necessitatis scripturæ, sed licet addere quod est pro ejus elucidatione. Quod jam pulcre ostendit Dominus in expositione parabola evangelii præsentis Dominicæ, ubi sic ait beatus Gregorius: *Est quod sollicite in hac ipsa expositione Dominica pensare debetis, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum, volucres dæmonia, spinas divitiarum significare diceremus, ad credendum nobis forsitan mens vestra dubitaret. Unde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere re quod dicebat, ut sciatis rerum significationes querere in his etiam quæ per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figurare se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum ejus figuras aperiret. Hæc ille. Auctoritates in contrarium adductæ intelliguntur, qui addiderint; id scilicet quod textum falsificaret, ut perfidiam saperet, prout nuper satis declaratum est.*

Quantum ad aliud verbum inspiratum, verbum Dei apertissime nominatum, & per omnia verbi Dei prædicatoribus necessarium, quod est inspiratum publicum, est cuiuslibet generalis concilii legitime congregati statutum & decretum, ejus auctoritatem Dominus sibi adscriptit, dicens collegio Apostolorum: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*, Luc. x. quibus suam promissit assistentiam, dicens: *Ubi congregati fuerint duo vel tres in nomine meo, in medio eorum sum.* Quod de congregatione generalium conciliorum intelligendum exponit beatus Cælestinus in epistola ad synodum transmissa, ut refert Isidorus in lib. conciliorum. Hoc expressius idem Salvator noster innuit concilio Apostolico promittens in persona ecclesiæ: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quacumque dixerit vobis*, Joannis capite xvi. & ne hæc credantur dicta personis Apostolorum tantum, ait capite xv. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, ut maneat vobiscum in æternum.* Ergo inest ille Spiritus sanctus omnibus congregationibus generalium conciliorum, & omnia ibi conclusa sunt verba Spiritus sancti, ideoque determinationem sacri concilii non sibi Apostoli, sed Spiritui sancto attribuerunt. *Placuit*, inquit, *Spiritus sancto, & nobis*, Actorum xv. Unde valde cavendum est, ne ab informatione & sententia hujus concilii generalis Basileensis in Spiritu sancto legitime congregati, quisquam se alienum reddat; ne contra Dei sententiam videatur recalcitrare, verba Spiritus sancti abnegare, & a catholice ecclesiæ sancta se unione separare.

Hæc modica conscripti, residua servans replicationi, & si contingat fraternali confabulationi: unde concludere pro nunc possumus, quod distinctionem circa id complexum, Verbum Dei, minus complete posuit proponens, cum in ædificatione corporis mystici oporteat

ANNO
CHRISTI
1491.

Gregorius in
m. 15.

Inspiratum
verbum publi-
cum.

Matth. 18.

Cælestinus
ep. 7. edit.
Romæ.

ANNO CHRISTI 1631.

ANNO CHRISTI 1631.

Cap. 1.

Sacerdotes etiam mali honorandi.

Probatu exemplum veteris Testamenti.

Eccl. lib. 1. cap. 10.

Cap. 25.

In utroque Ques.

test ad cuius etiam verbo inspirato uti. A
Ideo non solum quatuor concilia prima, sed
& omnia alia a sanctis instituta custodienda
& recipienda mandantur & decernuntur di-
stinctione xv. Sancta Romana ecclesia. De-
mum ad secundum notabile procedendo se-
per illo complexo. A sacerdotibus Domini,
distinxit dominus proponens, de sacerdotibus
bonis & malis, post multa vitia malorum
sacerdotum enarrata, & quomodo nemo
amplius nocet in ecclesia Dei, quam sacerdos
mali. Et quia tanta mala enarravit de malis,
& pauciora bona de bonis, dicam sub-
sequenti.

Prælati & presbyteri mali, non solum boni,
sunt magnifice honorandi & reverendi: ne
videantur omnino spernendi, quos gloriosus
Deus sibi specialiter elegit ex gentibus mundi,
non ad confortandum eos in malum, sed magis
ad revocandum presbyteros malos, & docendam
canctos, in qua honorifica maiestate constituit
Dominus presbyteros ecclesie. Et primo ex veteri
testamento, Genes. ix. ubi dicitur, quod Noe
inebriatus dormivit, & detectis verendis jacuit
in tabernaculo suo: quod cum vidisset Cham,
non eum texit, sed duobus fratribus annuntiavit.
At vero Sem & Japhet videntes, avertiebant
facies suas. Quid est ergo, quod filii pallio
verenda patris superjecto doris pallio averſi
verendo operiunt? nisi quod bonis subditis
sic præpositorum suorum mala displicent, ut
ab aliis nota occultent? Operimentum averſi
deſerunt, quia dijudicantes factum, & venerantes
magisterium, nolunt videre quod tegunt.
Et nota, quod patet ex pergitens fermen Cham
maledixit, sed duos patrem regentes benedixit.

Hanc maledictionem fugere voluit sanctissimus
Imperator Constantinus, de quo in ecclesiastica
historia libro quarto capite decimo dixisse
narratur: Si propriis oculis vidisset sem
sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui
monastico habitu circumamicti sunt, & peccantem,
chlamydem meam explicarem. D. & cooperirent
eum, ne ab aliquo videretur. Hoc autem
Christus adhuc in vita sibi partim recompensavit,
quia postmodum in bellis felicissimus fuit,
ut dicit beatus Augustinus de civitate Dei libro
quinto. Secundo idem expresse Dominus præcepit
Exod. xxi. Diis non detrahas, & principi populi
tui non maledices. Glossa: Id est, sacerdotibus &
ecclesie doctoribus, qui populis principantur:
cum enim omnis detractio perniciosa sit, in
illos est perniciosior. Tertio, Deuteronomio
v. Honora patrem & matrem tuam, ut longo
vivo tempore. Glossa: Hoc est maxima &
primum mandatam, in altera tabula: Honora,
scilicet, patrem corporalem & spiritualem, officio
pietatis: & honora similiter matrem, id est,
ecclesiam sanctam. Quarto, quia Threnorum
iv. Jeremias destructionis causam assignans, ait:
Facies sacerdotum non erubuerunt, neque
senem miserii sunt. Glossa: Imo Deum in
suis sacerdotibus contempserunt, nec Deum in
his reveriti sunt: ideo divisi sunt a facie
Domini, quia per orbem dispersi sunt. Et alia
glossa: Nota quam terribile sit sacerdotem
contemnere, nec faciem eorum erubescere,
id est, illis mo-

Concil. General. Tom. XXIX.

nentibus & videntibus, a sceleribus non cessare. Quinto patet per David, qui quamvis
sciret Saul malum, tamen quia unctus erat in
regem & consecratus, & coram populo non
deponitur, eundem nunquam graviter in-
honoravit; sed in spelunca, in patione, &
ubique pepercit. Unde glossa 1. Regum
vigesimoquarto, & est venerabilis Bedæ,
& beati Gregorii: Quid per Saul, nisi mali
rectores? Quid per David, nisi boni sub-
liti signantur? Saul ventrem purgare est
præpositos conceptam in corde malitiam,
usque ad opera miseri odoris extendere,
& cogitata apud se noxia, factis exterioribus
exsequendo monstrare. Quem tamen David
ferire metuit, quia pie subditorum mentes
ab omni se peste obreclationis ablinentes,
præpositorum vitam nullo gladio lingue
percutiunt, etiam cum imperfectionem
reprehendunt. Qui eisi quando propter
infirmam se abstinere vix possunt,
extrema quædam, atque exteriora præ-
positorum mala, sed tamen humiliter loquuntur,
& quasi oram chlamydis silenter incidunt:
quia dum prælati dignitati, saltem innoxie
& latenter derogant, quasi legis suppositi
vestem fecant; sed tamen ad semetipsos
redeant, seque de tenuissima verbi laceratione
reprehendunt.

Insuper ex novo testamento, & primo per
Christi facta & iusta. Nam Matthæi capite
octavo sanato a se leproso ait: *Vade, ostende
te sacerdotibus*, quos scivit pro tunc pessimos,
& offer, inquit munus, quod præcepit
Moyses in testimonium illis: cui glossa: Mittit
ad sacerdotes propter humilitatem, ut
sacerdotibus deferat honorem.

Secundo per illud Lucæ decimo septimo:
Ite ostendite vos sacerdotibus. Super quod
beatus Augustinus libro de baptismo contra
Donatistas lib. 6. cap. 66. Matth. 10. & 11. Luc.
10. 1. quæst. 1. cap. 1. Num. 27.
*terribilius erit Sodomis in die iudicii, quam
vobis*. Et quibus Propheta dixit: *Iustificata
est Sodomam*, id est, in comparatione ad
vos justificata est. Numquid tamen ideo
sacramenta divina, quæ apud Judæos erant
taliter quales erant ipsi, quæ Dominus
quos ipse suscepit, & ad ea celebranda
profos, quos ipse mundaverat, misit: Et
sequitur: *Eadem sacramenta, & in bonis
hominibus illius temporis erant, & in malis
pejoribus quam sint ethnici: quando
quidem Sodomis in malitia prælati sunt,
& tamen illa sacramenta erant in utriusque
que integra & divina. Hec ille.*

Hoc tertio expressius habetur in verbo
Christi Matth. vigesimo tertio: *Super cathedram
Moysi sederunt Scribæ & Pharisei, omnia
quæcumque dixerint vobis, facite; secundum vero
opera eorum nolite facere*. Ubi beatus Chryso-
stomus dicit: Sicut aurum de terra eligitur,
& terra relinquitur; sic & auditores doctrinam
suscipiant, & mores relinquunt. Frequenter
enim de homine malo procedunt bona. Hoc
expressius Dominus docuit, qui Judæam multis
honoribus decoravit. Quamvis enim sciret,
eum esse peccatorem, furem, & proditorem,
imo vocavit eum diabolum: nihilominus in
tantum eum honoravit, quod potestatem dedit
super omnia demonia, & ut languores curaret,
& ante faciem suam prædicaret & bapti-

Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 6. cap. 66. Matth. 10. & 11. Luc. 10. 1. quæst. 1. cap. 1. Num. 27.

Chryso- stomus, in opere imper.

ANNO
CHRISTI
1511.

Baptizaret: Hoc secundum beatum Augustinum factum est, ut discamus non contempnere sanctorum collegia, si contingat aliquem malum inter eos reperiri. Nullum est, nunquam fuit sanctius collegium, dicit sanctus Thomas super Joannis sexto, quam collegium Apostolorum, in quo tamen unus inventus est proditor & latro. Ideo dicit sanctus Thomas II. II. questione III. articulo II. quod prelati non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri; & in eis etiam honoratur tota communis cui præsent.

Circa
hoc
Dei
memoria
debet
Sacrorum.

Sunt autem notabiles causæ, quare populus Dei multam debet honorare sacerdotes. Prima, quia eum, qui mundum creavit, soli de cælis adducere queunt, in altari Missam celebrando: quia discipulis, quos in sacerdotes consecravit Dominus, ait in oratione: *Hoc facite in meam commemorationem*. Luc. XXIII. Secunda, quia eis omnia sacramenta, & velut medicinas contra omnes animæ morbos principaliter, & ex officio commendavit: quia stabellarii evangelici sacrosati soli habent curam, prout de Samaritanis tangitur Luc. X. Tertia, quia soli habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, & ab excommunicationibus, secundum illud Matthæi XVIII. *Amen dico vobis, quodcumque ligaveritis super terram, erit ligatum & in celo; & quodcumque soloveritis, erunt soluta & in celo*. Quarta, quia de orationibus eorum, eo quod sunt ministri ecclesiæ, certius est, quod efficaciam pro populo & animabus fortiantur: quia quando ut ministri ecclesiæ quidam faciunt celebrando, vel huiusmodi, Pontificis vicem gerunt, de quo ad Hebræos V. *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis*. Quinta, quia in animabus & corporibus per septem ordines distinctos, quos quilibet recipit; Deo amplius consecrati sunt; & per consequens distinctos characteres super laicos habent impressos, propter septem ordines, propter quod I. Petr. II. dicitur: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis*. Sexta, quia lumen ecclesiæ sunt & doctores, de quibus Matthæi V. *Vos estis lux mundi, & sal terræ*. Ultima, quia per manus eorum solum benedicuntur omnia, quæ in cultum Dei habent consecrari: sicut ecclesiæ, altaria, vestes, eucharistia, matrimonium, & sic de similibus. His ait Dominus: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit*. Luc. X.

Qui ergo sacerdotes non audit, sed spernit, atque, vita sua neglecta, discutit nimis sacerdotum opera; non mirum, si Dominus tales cadere permittit, ut etiam ecclesiastica conestant sacramenta, & finaliter infideles moriantur, ut deducit beatus Gregorius I. questione I. Multi secularium.

Non omnia
ruina populi
a sacerdotibus
malis pro
venit. Probo
per primo &
milliesimo.

Inter cætera, etiam istud corollarium domini Udelricus proponens subintulit: Causa ruinae populi sit maxime culpa sacerdotum malorum. Circa quæ dicta istam propono conclusionem: Et si interdum ita contingat, non tamen est universaliter verum, quod ruina populi causâ sit maxime sacerdotum malorum ex culpa; quinimmo sepe ex malitia populi: propterea provenit sibi ruina, & populi demeritis exigentibus, degenerare per-

mittitur a Deo a sacerdotum a bonis moribus.

ANNO
CHRISTI
1511.

Hanc probo primo, similitudine. Secundo, ratione. Terno, auctoritate. Hoc enim pro tanto judicavi necessarium fore, quia non videtur aliud dictum, Omnis ruina populi provenit ex malitia clericorum, nisi quod clericus detur per hoc ad manus gladii laicorum, ne patiantur ruinam propter excessus clericorum. Unde istam b. seditionis volens determinare malitiam, primo accedo similitudinem hoc modo: Comparamus cum doctoribus allegorizantibus illum textum Genesios I. *In principio creavit Deus cælum & terram*. Clerum mundo superiori, id est, celo cum stellis, & residuum populum mundo inferiori, scilicet, terræ cum plantis comparando, ut apte possumus, ex hoc; quod sicut secundum philosophos inferior mundus a celo & stellis gubernatur; ita tota virtus residui populi a clero dependere habet, & augeri, atque in ultimum felicitatis finem dirigi. Cum ergo cætus laicalis subordinatus est cætui clericali, tamquam suo magistratui, ut ab illo doctrinis illuminetur, virtutibus roboretur, & fructibus replatur: ideo clerus, de quo scriptum est: *Regale sacerdotium, genus electum, congruus, respectu laicalis populi, cælum est, plenum stellis magnis, & parvis, fixis & erraticis*. Stellæ majores, prelatos; minores, subditos: quorum quidam comparantur stellis fixis, sicut hi qui ad certam diocesium, vel parochiam sunt limitati, ad illuminandum illos, quibus ipsi sunt præfati, ut eos ex alto scientiæ illuminent, fructumque salutis fecundent. Stellæ autem erraticæ, alii predicatorum per mundum discurrentes. Sic enim, qui docti fuerunt, *quasi stellæ in perpetuum errantes*, Daniellæ XII. Sicut igitur interdum est, non semper, quod secundum habitudinem & dispositionem stellarum cæli bonam, & malam, alteratur & disponitur hic inferior mundus convenienter, vel inconvenienter, ita sepe propter defectus & indebitos respectus in invicem stellarum firmamenti, quod est allegorice clerus, variis turbatur molestias inferior populus. Verum; quod sicut non omnia inferioris mundi incommoda ex insipientia superioris proveniunt, sed suspensio ab inferiori: ut si ista inferiora superiorum influxum non recipiunt ubi & quando deberent, vel si per vapores vel nubes ab infra ascendentes absconduntur stellæ, & per consequens debitus earum impeditur influxus; & ista inferiora, vel sicut terra & aq. eclipsant lunam, & luna solem: ita terreni populi concitata voluntas & avaritia eclipsant potentiam secularium, quæ eisdem vitis tenebrosi facta, eclipsat sepe potentiam spirituales. Unde secure assero, quod sicut exorbitantia & deordinationes inferioris mundi, tam in naturalibus, quam in moralibus, non semper repa-

Aliter
nullus, habet
sunt.

Etandæ sunt deordinationi carus stellarum; & qui contrarium sentiunt, magnum curio injuriam faciunt, ut dicit beatus Augustinus libro V. de civitate Dei, capite I. ita non est verum dicere, quod omnia ruina populi proveniat ex inordinationibus cleri: quia imo staret, clerus esse regularissimus, & populum deordinatum, sicut fuit in ecclesia primitiva; ubi erat clerus sanctissimus, & populus tyrannus plenus. Insuper a primo ita fuit

ANNO CHRISTI 1499

ANNO CHRISTI 1499

sunt tempore Moyses, qui fuit stultus, & A
rector sibi non optatus; & tamen po-
pulus fuit ductissimus cervicis, & a Domino
multipliciter flagellatus propter peccata sua
propria; & multo superius fuit, si non
Moyses servus Domini fecisset in confectio-
ne in conspectu Dei. Insuper tempore Chri-
sti, Apostolorum & sanctorum martyrum,
qui omnes fuerunt optimi; & pessimi populi
multi.

Ubi beatus Gregorius moralium libro xxv. di-
cit: Alibi quoque per prophetam dicit: Da-
bo tibi regem in favore meo, & auferam in
indignatione mea. Quid ergo nobis illos pra-
esse despiciamus, quorum regimina super
nos ex Domini favore suscipimus? Si au-
tem secundum merita subditorum personae
regentium tribuantur; ut saepe, qui boni
videantur, accepto regimine mox muten-
tur; sicut de Saule scriptura exprimit, qui
eorum cum dignitate mutavit: Cuius, inquit,
parvulus es in oculis tuis, caput in tribu-
bus Israel fallest es: quare fecisti ergo malum
in oculis Domini? Sic ergo pro qualitate sub-
ditorum disponantur corda rectorum, ut sa-
epe pro merito gregis delinquat vita pasto-
ris. Et sequitur: Denique certum est, quod
ita sibi invicem rectorum vita connectatur
& plebium, ut saepe ex culpa pastorum
deterior fiat vita plebium, & saepe ex vita
plebium muretur vita pastorum. Ex quo
habetur, quod propter peccata populi quan-
doque efficiuntur sacerdotes boni mali, quia
non merentur habere bonos, sicut malum cor-
pus non meretur habere caput bonum. Cui
conformiter loquitur beatus Isidorus de sum-
mo bono, libro iv. cap. x. inquit: Pro-
pheta dicit: Dabo tibi regem in favore meo.
Ex hoc manifeste claret, bonam malamque
potestatem a Deo ordinari, sed bonam Deo
propitio, malam irato: reges quando boni
sunt, muneris esse Dei; quando vero ma-
li, sceleris esse populi; nam secundum me-
rita plebium disponitur vita rectorum: ira-
scens enim Deo, talem rectorem populi
suscipiunt, qualem pro peccato meruerunt.
Nonnumquam etiam pro malitia plebis re-
ges mutantur: & qui ante videbantur bo-
ni, accepto regno sunt iniqui. Et libro
iii. capite xxxix. dicit: Pro merito ple-
bium disponitur a Deo vita rectorum, o-
xemplo David peccantis in comparatione
principum, qui ex merito plebis praevari-
cantur. Haec ille.
Beatus Hieronymus, 8. quaest. 1. Aud-
acter fortasse aliquid dicimus, tamen quod
scriptum est dicimus: Non semper prin-
ceps populi & ecclesiae per Dei arbitrium
datur, sed prout merita deposcunt. Si ma-
li sunt actus nostri, & operatur malignum
in conspectu Domini, datur nobis prin-
cipes secundum cor nostrum. Et hoc tibi
de scripturis probebo: audi namque quod
Dominus dicit: Fecerunt sibi regem & non
per me; principem & non per consilium meum.
Et hoc videtur dictum de Saule, quem
utique ipse Dominus elegerat, & regem fieri
iusserat: sed quoniam non secundum Dei
voluntatem, sed secundum populi peccato-
ris meritum fuerat electus, negat eum cum
sua voluntate vel consilio constitutum. Ta-
le ergo aliquid intelligimus etiam in eccle-
siis fieri, quod pro meritis populi, aut in
verbo, aut in opere potens a Deo tribui-
tur rector ecclesiae: aut si malum faciat po-
pulus in conspectu Domini, talis ecclesiae
datur iudex, sub quo famem & sitim po-
pulus patitur. Haec ille. Ecce quam luci-
de claret, quod non omne malum ruinae popu-
lorum ex culpa proveniat sacerdotum malorum.
Per hoc patere potest, quid respondendum sit
ad auctoritatem per dominum opponentem indu-
ctas,

Secundo ad
quod
dicitur
Psalm. 68.

1. Reg. 15.

Psalm. 77

Secundo hoc probatur ratione. Ruinas po-
puli maxime proveniunt ex peccatis populi,
juxta illud Psalmista: *Prostrabo in virga iniqui-
tates eorum, & in verbis peccata eorum.* Sed
maxima causa ruinae populi est malitia sui li-
beri arbitrii; cum nemo ad peccandum pos-
sit cogi, nec est peccatum, nisi in quantum
voluntarium, saltem actuale: ergo non sem-
per causa ruinae populi sunt sacerdotes mali;
& inclinatio in malum liberi sui arbitrii.
Secundo, haec quae saepe sunt divina permis-
sione ex malicia spiritus maligni, non sunt
attribuenda clero innocenti. Sed plerumque
ruinae & plagues in populis proveniunt divina
permissione a spiritibus malignis, juxta illud
Psalmista: *Misit in eos iram indignationis suae,
indignationem & tribulationem, immisionem per
angelos malos.* Tertio, illa delicta non sunt
clero imponenda, quae committunt populi,
& sufficienter arguantur per prelatos, nec
ab eis suscipiunt talium peccatorum exem-
plum: sed infinita peccata committuntur a po-
pulis, quorum nullum exemplum vident in
sacerdotibus, imo publice arguantur ab eis
in sermonibus, & privatim in confessionibus;
ergo si aliqua patiuntur populi, talis ruina
non est culpa cleri. Ad hoc est experientia.
Discimus enim quod tempore beati Gregorii
& Ambrosii fuit clerus bonus & regulatus,
& multi ex eis sunt sancti canonizati, & ta-
men tunc tot fuerunt ruinae in populis, quod
beatus Gregorius in homilia 11. Dominica
Adventus, scribit omnia signa in evangelio
conscripta de ruinis bellorum, pestilentiarum,
& seditionum ante diem iudicii ventura, suis
temporibus fuisse completa ergo tales ruinae
non sunt clero adscribendae. Quarto sic:
Illa ruinae non sunt quocumque modo clero
attribuendae, quae nec ex populi nec cleri
culpa sciuntur evenire. Sed sic est, quod mul-
ta flagella Dei eveniunt multis, non propter
cujuscumque culpam, sed Dei gloriam offen-
dendam, sicut coecus natus fuit, de quo
Dominus ait: *Neque hic peccavit, neque pa-
verunt ejus, sed ut manifestentur opera Dei in
illo.* Joannis ix. Sic & sanctus Job creditur
multipliciter flagellatus, non quod ipse, vel
aliquis alius hoc demeruerit, sed ut patientis
suae virtus toti mundo innotesceret, secundum
beatum Gregorium, Job. i. Ergo ut prius. Ulti-
mo, sicut illa, quae saepe proveniunt ex causis
naturalibus, etiam si totus mundus esset opti-
mus, non sunt sacerdotibus permaxime impo-
nenda. Ita est de sterilitate terrae, de aeris in-
temperantiae, pestilentiarum lamenitate: quae
& similia, saepe ex causis naturalibus pro-
veniunt hominibus, ergo non est tutum dicere,
omnes ruinae populorum ex culpa sacerdotum
evenire.

Tertio ad
quod
dicitur
Job. 34.

8. quaest. 1.
sup. dicitur
1. Reg. 15.
Hieron. sed
Orig. haec
& in lib. 10.
dic.

Tertio hoc probatur auctoritatibus sacre scri-
pturae, & primo Job xxxiv. dicitur: *Deus re-
gnare facit hypocrisis propter peccata populi*

ANNO
CHRISTI
1432ANNO
CHRISTI
1432

etas, & multas similes, scilicet, Beda super A
Matthi vigesimo primo dicens, quod ideo
Dominus de templo eiecit vendentes, quia cau-
sa ruinæ populi maxime fuit sacerdotum culpa.
Ad idem allegavit Gregorium dicentem
idem. Similiter auditis jam mentem beati
Gregorii, & ita possem de aliis exemplifica-
re. Nunquam fuit mens beati Gregorii, quod
omnes ruinæ populi essent ex culpa cleri: si-
cut nec dominus proponens universaliter, sed
indefinite tantum posuit, & tanto cautius.
Quia tamen nonnunquam simplices audientes,
nescientes inter univiale & particulare distin-
guere, seducuntur; ideo sciendum, quod mo-
dus loquendi doctorum est, quod sicut sape
in scripturis pars sumitur pro toto, & e con-
verso: ita & in proposito, quando dicitur Ma-
xime, id est, sape, & pro magna parte, si-
cut etiam communiter sumi solet Semper pro
Frequenter, & Causa pro Occasione: que ta-
men occasio non est causa, nisi per accidens.
Est ergo fideliter credendum, quod sicut sa-
pe ruinæ populi proveniunt ex culpa cleri:
ita e converso, sape ruinæ cleri proveniunt
ex culpa populi. Huius distinctionem solus no-
vit, qui omnes, similiter clerum & populum,
iudicabit: qui est director meritorum, & dis-
tributor mercedum unicuique prout gessit in
corpore. Cesset ergo proverbium illud in Israel:
*Patres nostri comederunt uvam acerbam, & den-
tes filiorum obstruxerunt, quoniam filius non por-
tabit iniquitatem patris, nec pater filii, sed anima
qua peccaverit. Ista sonietur. Ezechielis xviii.*
Hæc de primo.

Consequenter dominus proponens Joannem
Ius extollit præconis multis. Ad hoc dico,
quod non propter virtutes suas, nec propter
hoc quod simoniacam hæresim detestatus est,
ut proponens dicit, sed propter errores mul-
tos, quorum quosdam per se factus est, quos-
dam in suis tractatulis conscripsit, quosdam
proborum testimonio convictus est. Unde non
de bono opere, sed propter blasphemiam iu-
dicatus est, de quo heri factus dictum est,
ideo supercedeo. Ego autem volens nunc ba-
sim & fundamentum omnium dicendorum de
materia prædictorum sacerdotum ponere, po-
no aliud, & est illud notabile super eodem
complexo; De sacerdotibus Domini: scilicet,
quod sunt duplices sacerdotes Domini, sive
boni sint, sive mali: aliqui curati, alii non
curati. Et soli curati habent ordinarie ver-
bum Dei prædicare post prelatos majores,
scilicet episcopos. Alii non curati, non tenen-
tur, nec debent prædicare verbum Dei,
nisi ex speciali licentia prælati. Pro cuius de-
ductione duo sunt notanda. Primum de scien-
tia in quolibet presbytero requisita: & si re-
periremus, quod minor sufficit sacerdoti ad
sacerdotium, quam ad prædicandum requira-
tur, habeo propositum. Secundum de origi-
nali successione presbyterorum, qui scilicet
succedant ordinariis primis prædicatoribus,
quorum fuit officium per verbi Dei prædica-
tionem illuminare mundam, sicut Apostoli &
72. discipuli.

Quantum ad primum, nota verba sancti
Thomæ in quarto sententiarum distinctione vi-
gesimatertia in questione tertia: Quanta scien-
tia requiratur in ordinando, in responsione
ad primum articulum, scilicet ad auctori-
tatem Malachie secundum: *Labis sacerdotis*

*custodiant scientiam, & legem de ore ejus re-
quirunt: ostendere volens de quibus sacerdo-
tibus hæc verba intelligantur, dicit de cu-
ratis tantum: Sacerdos, inquam, habet
duos actus: unum principalem super Cor-
pus Christi verum, & alium secundarium
super Corpus Christi mysticum: & secun-
dus actus dependet a primo, sed non con-
vertitur: & ideo aliqui ad sacerdotium pro-
moventur, quibus primus actus tantum com-
mittitur, sicut religiosi, quibus animarum
cura non committitur, & a talium ore non
requiritur lex, sed solum, quod sacramenta
conficiant: & ideo talibus sufficit, si tan-
tum de scientia habeant, quod ea, que ad
sacramentum spectant, rite perficere pos-
sint: sicut in vitis Patrum multi simplicissimi
presbyteri leguntur fuisse, qui vix erant san-
ctissimi. Alii autem promoventur ad alium
actum, qui est super Corpus Christi mysticum
& a talium ore populus legem requirit. Un-
de in illis scientia legis esse debet, non qui-
dem ut sciant omnes difficiles questiones le-
gis quia in his debet recursus ad superiores
heri: sed sciant ea, que populus tenetur
scire vel credere de lege: sed ad superio-
res sacerdotes, scilicet episcopos pertinet, ut
etiam ad ea, que difficultatem in lege fa-
cere possint, sciant & tanto magis, quan-
tum in gradu altiori collocantur. Hæc ille.*

Ad eandem concordat sententiam dominus
Albertus Magnus, eadem distinctione dicens:
Distinguendum videtur mihi in ordinandis:
quidam enim ordines sumunt ex sola devo-
tione, ut monachi, & alii quidam religio-
si. Alii recipiunt ordinem, ut in illis ministrant
populo verba, sacramenta ministrando seu
dispensando, ut religiosi quidam, & illi
qui sunt intitulati ad curam animarum. De
primis distinguendum puto: aut enim habent
curam animarum in suis ordinibus, ut abba-
tes, & confessores ab abbatibus constituti;
aut non habent, nec habebunt: si habent,
idem iudicium videtur de eis, quod de aliis
habentibus curam animarum: si autem non
habent, ut hi qui causa devotionis tantum
ordinem suscipiunt, videtur mihi quod non
teneantur, nisi ut sciant pronuntiationem
Psalmorum & lectionum, & illorum distin-
ctiones, que ex scientia grammaticæ addi-
scuntur. Si autem officium docendi suscipiant
ex beneficio, ut clerici intitulati, vel ex
professione, ut quidam religiosi; dicendum
videtur quod teneantur plura scire; & ea
credo esse que grosse sunt exponenda po-
pulo in fide & moribus, que rudimenta
Christianæ fidei vocantur; & ut in aliis
determinent casus & questiones secundum
consilia superiorum. Unde omnes, inquit,
auctoritates inductas in contrarium, inter
quas etiam est illam jam allegata Malachiam
secundo, intelligo de huiusmodi ordinatis;
& quantum ad huiusmodi scientiam, scilicet
discernendi quid mortale & quid ve-
niale, in quibus, & qui articuli solemniza-
ti ab ecclesia, & cetera talia. Et ad alia,
meo iudicio, non tenetur, nisi sit in altiori
gradu constitutus. Hæc Albertus.

Concordat his Ostiensis, libro primo, rubri-
ca 11. De tempore ordinandorum, capite
4. & cui sub §. quarta regula, ubi in sum-
ma satis etiam videtur concordare Raimundus
§. ult.

Sacerdotes
curati, &
non curati.Minor scien-
tia sufficit
Sacerdoti ad
sacerdotium
quam ad cu-
ram anima-
rum.

ANNO
CHRISTI
1417

ANNO
CHRISTI
1417

Locus ubi
est corruptio

Dis. 28.
cap. 2º

Capit. 1º
art. 1º

§. ultimo in summa: & multi sunt alii ad idem scribentes, quorum dicta omitto hic conferre brevitate gratia, Et ob hujus distinctionis causam melius inolevit hanc consuetudinem, que in antiquissimis ecclesiis observatur, sicut in ecclesia Trevirana: in qua, quicumque debet promoveri ad gradum sacerdotalem, fertur, si non habet beneficium curatum, promittit: hoc etiam habet communis practica ecclesiarum; quod si unquam beneficium curatum adipiscitur, se de novo ad examen manifestare seu presentare: quia oportet ipsum ex tunc populo predicare, & sacramenta ministrare, ad quod prius non fuit obligatus. Et de istis sacerdotibus, sic ad curam animarum ordinatis, dicit canon, Ignorantia mater rancie, distinctione XXIII. Ignorantia mater sanctorum malorum maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis Dei susceperunt. Non loquitur ergo nisi tantum de curatis, quod offendit capitulum sequens ex Concilio Toletano, dicens: Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem a suo sacerdote accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi accedant: & est libellus officiorum, in quo officium presbyteri, & baptizandi, & sacramenta ministrandi continentur, ut dicit glossa libellum. Et sic patet primum, scilicet, quod minor scientia requiritur ad sacerdotium, quam ad predicandum: ergo non omnes sacerdotes sunt obligati sub precepto Domini predicare verbum Dei. Sequitur etiam quod nisi curati, vel ex professione religionis, obligati tenentur predicare ordinarie verbum Dei. Quantum ad secundum, scilicet quomodo hoc patet ex originali successione presbyterorum, dico, quod sicut soli Pontifices vel episcopi sunt ordinarii successores Apostolorum: quamquam sunt multi alii prelati in ecclesia Dei: ita soli presbyteri curati succedunt LXXII. discipulis Domini, quamquam sint multi alii presbyteri & diaconi. Istud patet originaliter ex glossa Luca x. ubi dicitur sic: Sicut in Apostolis precessit forma episcoporum, ita in LXXII. discipulis figura relictur minorum presbyterorum. Hoc secundo claret distinctione XXI. In novo; ubi sic dicitur: Videntes Apostoli messis esse multam, & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis, ut mittat operarios in messem. Unde ab eis electi sunt LXXII. discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum loca sunt constituti in ecclesia. De quibus sacerdotibus hoc intelligatur, ibidem exprimitur in capitulo precedenti decreti, ubi dicitur sic: Simpliciter vero majorum & minorum sacerdotum discretio in novo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tanquam majores sacerdotes & LXXII. discipulos, quasi minores sacerdotes instituit, ita quod veri pastores sunt tantum episcopi, sed plebani sunt pastores substituti, ac cooperatores instituti. Item dicit venerabilis doctor frater Augustinus de Ancona, in libro de ecclesiastica potestate, cap. cxi. articulo 1. quod soli curati, qui vocantur secundi ordinis presbyteri succedunt LXXII. discipulis Domini: non quod sit per omnia similitudo, sed inter multas differentias quatuor reperio eorum convenientias. Prima est

in potestate domini. Acceperunt enim discipuli a Christo potestatis dominium, quando dictum est eis, Luca x. *Eccce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocet.* Ac si diceret: *Dedi vobis potestatem ejiciendi omne genus immundorum spirituum ab obsessis corporibus.* Et hoc ne putaretur esse dictum de bestis, ut exponit beatus Chrysostomus. Istud autem representant presbyteri curati in sacramentorum administratione, ubi, & per quos demones seu serpentes, id est, peccata expelluntur a penitentibus. Secundo in administrationis officio, quod LXXII. discipuli receperunt, quando dictum est eis: *In quancumque domum intraveritis, primum dicite. Pax huic domui.* Quia enim bonorum omnium pax mater est, sine qua cetera inania sunt; ideo Christus misit discipulos pacem primo offerre tanquam bonorum omnium initium, quorum ministros eos faciebat, ut dicit beatus Chrysostomus. Hoc autem representant curati presbyteri in evangelii sancti predicatione, in qua primo numeranda ea pax, juxta illud ad Romanos x. *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona.* Tertio in caritatis vinculo, quod LXXII. receperunt, quando bini missi sunt in omnem civitatem & locum, in signum, quod qui caritatem Dei & proximi non habent, officium predicationis nullatenus assumere debent, ut beatus Gregorius exponit. Istud totum representant presbyteri in plebis curae receptione, pro qua ipsam animam, & vitam propriam tenentur exponere. Ultimo in honoris preconio, quod LXXII. discipuli receperunt, dum reversi cum gaudio dixerunt: *Domine etiam demonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.* Ut dicit glossa: Gaudebant enim, quod quasi sublimes effecti terribiles demonibus & hominibus erant. Hoc autem representant presbyteri, in subditorum jurisdictione: a quibus, si bene præsunt eis, digni duplici honore debent haberi, ut dicit Apostolus prima ad Timotheum quinto.

Representant ergo discipulos Christi Domini sacerdotes curati hoc modo: quamvis etiam sit dissimilitudo, quia isti non possunt facere miracula, sicut illi; nec habebant determinatas parochias, sicut isti; sed predicabant in omni loco, quo erat Christus venturus, Luca x. Ex quo iterum sic arguo. Illis tantum convenit ex officio ordinarie predicare, qui succedunt Apostolis, & LXXII. discipulis; sed nulli eis succedunt nisi tantum episcopi & curati: ergo diaconis & presbyteris non curatis non convenit ullo precepto Domini actus predicationis. Et tantum de notabili secundo, permaxime in hac materia opportuno. Ex isto sequitur, quod totum fundamentum vestrum est debile, & a veritate arenosum; ubi dixistis super notabili, Libere, quod libertas predicandi confertur a Domino cuilibet diacono & presbytero, per ministerium episcopi in sua ordinatione; & quod tale officium debent libere exsequi, irrequisitis, imo nolentibus prelati. Patet ex jam dictis, luce meridiana clarius. Et istud probo sic limpidijs: Omne, quod confertur presbytero in collatione sacri ordinis, est aut ratione characteris, aut auctoritate clavium; sed neutrum eorum dat presbytero libertatem actus

ANNO CHRISTI 1493.

ANNO CHRISTI 1500. Roman. 4. Mat. 23. 24.

predicandi, nisi habeat curam commissi potestatis; ergo non convenit sibi predicare ratione accepti ordinis per ministerium episcopi. Assumptum declaratur pro majori, quia secundum omnium theologorum scholam in sacerdotio non conferitur nisi duplex potestas: una super corpus Christi verum illud ad consecrandum, & hoc virtute characteris sacerdotalis: alia super corpus Christi mysticum, quod est potestas clavium scilicet potentia ligandi & solvendi, & scientia discernendi inter lepram & non lepram: quae scientia non dicit novum habitum, sed auctoritatem discernendi in foro conscientiae, quam prius non habuit: & executionem utriusque non habet, nisi materiam aptam & sibi ministratam accipiat. Unde sicut ceteri presbyteri non possunt Missam celebrare, si hostiam aptam, quasi materiam requisitam, ac: haberent, ita nec possunt absolvere vel ligare, nisi populum sibi commissum, id est, materiam requisitam, accipiant. Nam omnis actio hominum seu naturalis, sicut requirit potentiam qua fiat; ita requirit materiam in qua fiat. Non plus legi ego conferri presbytero per episcopi ministerium in collatione characteris, & clavium sacerdotalium. Et sic patet major. Minor probatur de utroque: & primo, quod non virtute clavium: quia ut dictum est, virtus clavium sacerdotii est in ligando solvendo, & discernendo in foro conscientiae. Sed hic nulla fit mentio de predicatione: ergo non potest rite dici, quod ratione sacerdotii habeat libertatem predicandi. Secundo nec ratione characteris, quod patet ex descriptione ejus, quae est triplex, ut communiter allegatur circa quartum sententiarum, distinctione IV. Prima est: character est signum distinctivum, quo quis ab aliis dividitur, & ad aliquod spirituale dandum vel suscipiendum deputatur. Secunda est, character est signum sacrum communionis fidei & potestatis divinatorum, & sacra ordinationis fidelium, datum a divina beatitudine. Tertia est: character est distinctio a characteribus aeternis, impressa animae rationali secundum imaginem, consignans D

trinitatem creatam Trinitati creati, & distinguens a non figuratis secundum statum fidei. Et constat diligenter intrinsece singulas particulas harum descriptionum, quod nulla earum importat predicandi actum libere: ergo ratione characteris, ut character est, nullus habet auctoritatem exercendi actum predicationis.

Confirmatur: Apostoli in Coena Domini virtute characteris ex consecratione sacerdotali non receperunt potestatem libere predicandi: ergo nec modo presbyteri illam recipiunt ratione episcopalis ministerii. Tenet consequentia, quia in Coena Domini fuerunt consecrati in presbyteros per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*, & receperunt characterem sacerdotalem: sed in die Paschae post dedit eis potestatem predicandi, dicens: *Sicut misit me pater, & ego misit vos*. Joannis xx. Et dicit sanctus Thomas, quod in illa coena non dedit eis Dominus, nisi actum principalem sacerdotii, scilicet consecrandi Corpus Christi verum. Sed post in die Resurrectionis superaddidit aliam potestatem, scilicet ligandi & solvendi, dicens: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis pec-*

catas, remittentur eis. Joannis xx. In IV. sententiarum, distinctione XXIII. ubi vult Scotus, quod forte propter has distinctas potestates characteris & clavium, adhuc hodie imprimatur sacerdotibus duplex character: unus, quando episcopus dat sibi calicem cum patena, hic dicitur character ordinis: Alius, quando episcopus imponit sacerdoti manus: dicens: *Accipe Spiritum sanctum*; qui diceretur character clavium. Nusquam autem legitur quod imprimatur aliquis alius character, virtute cujus sibi conferatur libertas ubique predicandi. Et de his habemus postea clarius & prolixius in corollario articuli principalis, quod est primum in ordine corollariorum. Et tantum de notabili secundo.

Circa tertium notabile domini proponens, super illo verbo, *Debet*, dixit proponens debere capi praecipive: ita quod ex praecipio Domini sacerdotes essent obligati predicare verbum Dei: de quo post videbitur in materia principali, quae est materia articuli. Ibi etiam notavit unum silentio non praeterendum: scilicet, quod haec esset differentia inter praecipium & consilium, quod praecipium Dei est doctrina seu statutum obligans hominem sub poena peccati mortalis: consilium autem Dei est doctrina specialis, solum obligans sub poena peccati venialis. Istud restat impugnandum, quoad secundam partem, quia a veritate est omnino devium, & dico secure, quod non observantia consiliorum divinatorum in evangelio conscriptorum, ea ratione qua consilia sunt, nullum obligat ad peccatum veniale, nisi tantum eum qui servare vovit, quia illi deinceps non sunt consilia, sed vota, quorum transgressio non est venialis, sed mortalis culpa, juxta illud Psalmista: *Vovete & reddite*. Glossa beati Augustini: *Vovere est voluntatis; sed reddere necessitatis*. Et dixi notanter, quod transgressio consiliorum, ut consilia sunt, non obligat; cum talia sub certo modo intellecta, non sunt consilia, sed praecipia; & sic eorum transgressio est mortalis, non venialis culpa.

Ponamus sub exemplo unum consilium ex Matth. v. *Diligite inimicos vestros*. Istud est praecipium quantum ad dilectionis affectum: sed quantum ad dilectionis effectum est consilium: quia inimico velle gratiam & gloriam, necessitatis & praecipii est, sed ostendere illi signa benevolentiae, hoc perfectionis & consilii est. Unde ad hoc non omnes tenentur. Insuper illud: *Si quis percusserit te ad unam maxillam, probe ei & alteram*, est consilium quoad exteriorem exhibitionem; sed praecipium est quoad interiorem animi preparationem: ut scilicet homo paratus sit sustinere patienter & alteram percussorem, si cedere hoc crederet in bonum. Praeterea corrigere fratrem delinquentem est consilium, si frater peccet venialiter; sed est praecipium, si peccet mortaliter, & ubi spes sit de ejus emendatione: & ita de aliis multis, ceteris circumstantiis falsis.

Tunc propositum ostenditur falsum primo auctoritatibus, secundo rationibus. Et primo auctoritatibus. Dicit enim Hieronymus contra Jovinianum, XIV. questione 1. Quod praecipitur, imperatur; quod imperatur, necesse est fieri; si non fiat, poenam habet: ubi consilium datur, offerentis arbitrium est.

Character

Tertium notabile adven.

Consilia non obligant ad veniale, ut vult adversarius.

Psalm. 77.

Apostoli

Luc. 22.

Thom. 2. 2. 2.

ANNO CHRISTI 1499

16. 9. 1746
A. L. March. 5.

Augustinus
lib. 10. contra
Favosius cap.
16.

16. 9. 1. 1. 1.
Quod debe-
tur.

Consilium pe-
nitentiam. Per-
hibetur.

Distinctio præ-
cepti & consi-
lii.

Consilia que
non sequuntur
preceptis con-
silia sunt ad
sequenda.

Ergo si in pura arbitrii libertate consistit con-
siliū, non observantia nullum erit pecca-
tum. Secundo auctoritate sacri generalis con-
cilii Carthaginensis quare dicitur: Consilia
Domini non præcipiuntis, sed exhortantis
sunt. Exponendo illud evangelii: *Si quis
voluit unicum suum tollere, dimittit ei & pal-
lam*. Et habetur ibidem capit. Episcopus.
Tertio, auctoritate per proponendum allega-
ta, in capitulo. Quod debetur; ubi di-
cit beatus Augustinus: Præcepto Domini
non obtemperare, peccatum est; & con-
silio si uti volueris, minus boni adipisce-
ris, non mali quidemquam vel aliquid per-
petrabis. Ubi expresse innuitur ex beato
Augustino, quod aliquid mali non perpetrat,
qui consilia Domini non servat. Ergo
nec venialiter peccat, cum venialiter
peccare sit aliquid mali non perpetrare.
Quarto, expositione Archidiaconi, qui di-
cit ibidem, quod est duplex consilium. Pri-
mum est consilium reverentia; & qui hoc
non recipit, peccat, vi. dist. capit. Testa-
mentum. Sicut confabatur in veteri testa-
mento, quod pallatus nisi aqua lotus fue-
rat, ut usque ad vespertam ecclesiam intra-
re non permittebatur; & sic nunc de pol-
lutione dicit, quod aliquando a celebratio-
ne erigit abstinere, quod cadit sub consilio
reverentia, quam ad sacramentum homo de-
bet habere. Aliud est consilium, inquit,
perfectioris, cui licet non pareatur, non
est peccatum. Ergo secundum Archidiaconum
non servare consilia, que sunt perfectio-
nis exhortamenta, non est aliqua culpa.
Quinto, est ad idem Hugotius, qui
dicit ibidem, hanc esse differentiam inter
præceptum & mandatum; quia mandatum
tenet medium inter consilium & præcep-
tum, in hoc quod mandatum est ultra con-
siliū & citra præceptum; mandatum enim
cogit sicut præceptum, & peccatur, si non
impletur; & hoc, inquit, differt manda-
tum a consilio: ita quod si consilium non
impletur, nec peccatur: ergo nec venialiter,
cum veniale peccatum sit utique pec-
catum.

Ex his duobus elicio primum, inter præ-
ceptum & consilium esse multiplicem distin-
ctionem. Secundum, non servare consilia
non obligat fideles ad veniale peccatum.
Quantum ad primum: prima distinctio est
quod consilium est persuasio boni melioris,
ad quod non tenentur Christiani, nisi ve-
lint; sed præceptum est obligatio boni nec-
cessarii, ad quod singuli obligantur, etiam
si nolint. Unde servare Dei præcepta om-
nis est necessitatis, servare consilia est pe-
re voluntatis, id est, libertatis. Secun-
da, quia consilia pertinent ad perfectos; præ-
cepta ad perficiendos, sed permissio ad im-
perfectos seu infirmos. Tertia, præcepta se-
parant nos ab illicitis, sed consilia a con-
cessis. Quarta, per præcepta deselinamus a
peccato; per consilia ab occasione peccan-
di. Quinta, per præcepta, maxime negativa,
ponam fugiunt, sed per consilia primum en-
nullamur. Sexta ad præcepta consistimus
ex debito, ad consilia non nisi ex voto. Sep-
tima, præceptum nunquam fit consilium, sed
consilium per votum fit præceptum. Octa-
va, præcepta data sunt ad consequendum
Concil. General. Tom. XXIX.

A finem beatitudinis, sed consilia ad expedi-
tius consequendum illum finem. Unde præ-
cepta ordinant ad finem, sed consilia sunt
quasi media æquissima ad consequendum illum
finem; sicut equum ascendere, est aptus me-
dicum perveniendi ad terminum, quam pedi-
tare. Nota, præcepta sunt omnibus expe-
dictantia, sed consilia non, propter indisposi-
tionem aliquorum, quia eorum affectus ad ea
non inclinatur. Et ideo Dominus consilia
evangelica proponens, semper facit mentionem
de idoneitate & voluntate hominum, ad ob-
servantiam consiliorum. Dams enim consilium
perpetuum paupertatis Matth. XIX. præmittit:
*Si vis perfectus esse, & tunc subdit, vade, &
vende omnia*. Similiter datur consilium perpe-
tuum castitatis, cum dixit: *Sunt eunuchi, qui
se ipsos castraverunt propter regnum celorum*:
statim subdit: *Qui potest capere, capiat*. Et si-
milliter Apostolus I. ad Corinthios VII. præ-
missio consilio suggerens dicit: *Porro hoc ad
utilitatem vestrum dico, non ut laqueum vobis
injiciam*. Et ita patet distinctio inter consilia
& præcepta evangelica.

Ex his sequitur statim secundum, scilicet,
quod non observantia consiliorum non obligat
fideles ad veniale peccatum, quod probatur ex
tribus. Primo, quia secundum omnes docto-
res, peccatum veniale obligat facientem ad
aliquam poenam, in presenti vel futuro per-
solvendam, licet non sit gravis, & cito solu-
ta: sed non observantia consiliorum ab his
qui non voverunt nullum obligat ad quam-
cumque poenam in presenti aut futuro susti-
nendam; quia illam nec poenitentiarum injun-
gunt, nec non observantes consilia talem po-
enam solvunt: ergo non videtur eos incurrere
talem culpam venialem. Patet assumptum,
quia peccatum veniale dicitur id, quod ali-
qua venia indiget seu indulgentia, sed non
observantia consiliorum non indiget venia,
cum nihil mali actum sit, ut dictum est: ergo
ut prius. Secundo, hoc illud quod est in
pura voluntate hominis, non obligat homi-
nem ad eligendum vel respondendum sub
quacumque specie peccati; imo potest libere
hoc acceptare, vel non acceptare: sed sic est
consilium evangelicum; ergo si non acceptantur,
nullum peccatum incurritur. Tertio sic: id
ad quod nemo obligatur nisi ex voto pro-
prio, si non facit, nullo modo peccat.
sed ad consiliorum observantiam nullus obli-
gatur nisi qui vovit, ut dictum est; ergo
qui talia non servat consilia, nullo modo
peccat.

Pro quo sciendum, quod istud valde peri-
culosum est dicere, propter quatuor præci-
pue. Primo, si non observantia consiliorum
obligaret ad peccatum veniale, & peccatum
veniale ad aliquam poenam, licet modicam;
peccatum veniale secundum obligaret ad duplam
poenam; tertium ad triplam; & sic deinceps.
Sed valde grave esset omnibus fidelibus, qui
consilia non servant, nec unquam servare pro-
ponant, quod toties peccatum veniale incurre-
rent, quia gravem & diutinam poenam finaliter
solverent. Ergo non est verisimile, quod non
observantia consiliorum inducat veniale pecca-
tum. Secundo, quia veniale peccatum ultra
hoc multipliciter incommoda animam affert. Nam
primo animam maculat: quod sic intelligend-
um. Si sit imago aliqua depicta, aliquando
deni-

ANNO CHRISTI 1491.

ibidem.

ANNO
CHRISTI
1490Henricus Kalteisen
1490
S. Th. dia.
de. l. c. 5.
cap. 1. ad J.
Augustinus de
pen. c. 2. 2.
serm. c. de
habitu.

denigratur, ut videri non possit; aliquando vero obcuratur, ut videri quidem possit, sed non plene discernatur. Et ideo propter talem denigrationem dicit beatus Gregorius, quod veniale obcurat, mortale denigrat. De quo etiam beatus Augustinus in libro de penitentia ait: Peccata venialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut a caelestis sponsi amplexibus nos separent. Quod exponit beatus Thomas prima secunda, questione LXXXIX. articulo primo, quod hoc verum est dispositive, in casu, ubi multa venialia disponunt ad mortale. Secundus effectus est, quod venialia peccata lammunt fervorem caritatis, sicut aqua in ignem projecta, licet ignem non extinguat, tamen fervorem illum minuit. Tertius est, quod penitentiam animae in operibus bonis lassat, sicut quando ponitur onus super equum, licet non succumbat, tamen est minus promptus ad ambulandum. Quartus, quod retardat ad gloriam, quia homo, qui deberet, & possit statim post mortem evolare, cogitur ad tempus propter venialia in purgatorio stare. Quis unquam tantis credulitatis esset, quod omnes has penalitates vellet cuiuslibet qui consilia non servaret, indigere? Insuper tertio, quia omnium doctorum haec veritas est, ut praedixi, quod probere alteram maxillam est consilium, & tamen Christus hoc non fecit: ergo Christus venialiter peccasset contra illud evangelii: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Joannis VIII. *Qui peccatum non fecit*, prima Petri secundo. Finaliter quarto, ex eo quod sicut ad remissionem peccati mortalis exigitur desertio actus peccandi cum voluntate in posterum abstinendi; sic quoque peccatum veniale in presenti factum non dimittitur, nisi actu & proposito deseratur.

Constat autem quod non observantes consilia, ut frequenter, nec actu recipiunt, nec proposito intendunt servare ea. Ergo talibus illa peccata venialia numquam remitterentur in presenti vita; sed restaret longa & acerba poena a talibus hominibus post hanc vitam sustinenda, quod negat omnis & tota theologorum schola: quia de consiliis Apostolus loquens, ait, ut praedictum est: *Hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam*, I. ad Corinthios VII. Ex his patet responso ad ea quae proponens allegavit. XIV. questione prima, Quod debetur. Non habetur ibi, quod transgrediens consilium Dei, peccet venialiter: sed tantum, quod si consilium non servas, minus bonum adipisceris; sed, inquit, non mali aliquid perpetrabis. Et hoc contra ipsum, quia si non mali aliquid perpetrat, ergo nec venialiter peccat. Similiter in capitulo sequenti, quod etiam contra se adducit, ubi dicitur, quod consilium datur offerentis arbitrio: ergo non obligat ad veniale aliquo modo. Insuper super illo complexo; Exemplo Christi & Apostolorum; notavi quomodo, & ad quantum exempla Christi, Apostolorum, & primitivae praesentis & exemplum non obligant, pro eorum sequela: sed quia dicta sunt in sententia per reverendum magistrum meum Joannem de Ragusa, ideo nunc supersedeo, quia habentur in alio opusculo meo. Epilogus praesentis lectionis hic est in summa, quod in arguendo sic primo: Christus mandat hoc, ergo hoc est sciendum; non va-

Epilogus alius
primi dicit.

let ex forma, sed forte ex materia: quia Christus aliquando mandat quod non vult fieri, quia non mandat sub forma precepti, sed per modum alicujus documenti. Item bene sequitur: Papa mandat hoc, & non fundat se expresse in lege divina, ut superius dictum est: ergo hoc est sciendum. Quia quidquid mandat, quod legi Dei, aut aliquibus sacris canonibus non obviat, licet expresse hoc non contineat, sciendum est: quia, ut deduxi, Papa non est nomen ordinis, sed officii & jurisdictionis: & dicitur sanctissimus, & beatissimus, etiam si sit malus, dummodo non sit haereticus, quia haec sibi conveniunt, non ratione meriti personalis, sed ratione officii, potestatis, & universalis jurisdictionis. Haec circa argumenta dicta sunt.

Circa primum notabile habemus, quod verbum Dei diminutive expressit, eo quod verbum Dei tertio modo captam, scilicet inspiratum non posuit, quod tamen necessarium est praedicatoribus. Ex quo ulterius deduxi, quod verbum Dei inspiratum est duplex, scilicet privatam, quod Deus per sanctos doctores expressit; & publicam, quod, scilicet per statuta generalium conciliorum statuit & definit. Circa hoc conclusi, quod illud per dominum proponentem adductum, scilicet, quod verbum Dei tante sit perfectionis, quod ei nil addi aut auferrit possit sub allegatis poenis, quod licet sit maximum perfectionis, possumus tamen addere ad declarandum, licet non debeat addi contrarium. Circa secundum notabile, de sacerdotibus Domini, distinxit inter curatos & non curatos, ostendens, quod non curati ordinarie non teneantur praedicare verbum Dei: & quod soli curati presbyteri succedunt LXXXII. discipulis Domini, non in omnibus secundum aequalitatem, sed secundum figuram & similitudinem. Ex quo conclusi, quod non est universaliter verum, omnes ruitas populi provenire ex culpa malorum sacerdotum, quia saepe propter peccata populi dantur a Deo eis sacerdotes & presbyteri mali. Unde dominus proponens caute egit, quod Dindesinte, non universaliter, posuit. Circa tertium notabile super verbo, Debet, ubi dixit illud capiendum praecipue, asserendo quod transgrediendo consilium Dei, committat quis peccatum veniale; reprobavi hoc multipliciter & veraciter ostendendo, quod consilium Christi non obligat unquam ad peccatum veniale, ceteris paribus; sed saepe ad mortale cum qui vovit, vel in casu, quo consilium praecipitur. Haec est summa dictorum, quae quomodo accipite in corde bono & optimo, ut praemis in thesauris, ut fructus sequatur in patientia, de quo Dominus ait: *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, in presenti per gratiam, in futuro per gloriam. Amen.

Sequitur alius secundus dicit.

Multifarie, multisque modis, pater & domini venerandissimi, olim Deus loquens, voluntatis suae beneficia patribus veteris testamenti pendens in prophetis, novissimum istis locutus est nobis in Filio suo unigenito, ad Hebraeos primo; quem ex matre, sed virgine nasciturum, eandem Patrem obumbravit, Filium, impraegnavit, & Spiritum

ANNO
CHRISTI
1490

Luc. 12.

ANNO CHRISTI 1480

ANNO CHRISTI 1480

fructus adaptavit, ut esset sine gravamine gra-
 vide, sine corruptione facienda, sine dolore
 perperam, secundum Bernardum in sermone.
 Qui ex voluntate Paris, ut dispersos in manus
 colligaret, quos tandem in aeterno ovili unico
 unicus ipse pastor recenseret, in totius sui in
 humanae discursus periodo, in hujus mundi a-
 gro duo inseruit, scilicet veritatem & gra-
 tiam: *Quoniam veritas & gratia per Jesum Chri-
 stum facta est*, Joannis primo. Veritatem: id
 est, fidem illuminantem intellectum; & gra-
 tiam, id est, dilectionem justificantem affe-
 ctum: quae sunt duo in corde bono & opti-
 mo requisita, prout heri dixi per thesauri
 verba: *Qui in corde bono & optimo audientes
 verbum retinent, fructum afferunt in patientia.* B

Loc. 8.

re, & si toto corde contrito & humiliato Deo
 committere, ut infuset illa vox Domini in
 tantis perplexitatis turbine in auribus tam do-
 centium, quam audientium subjectorum: *Nisi
 patientiam egeritis, omnes simul peribitis*, qua
 geminatur Lucae XIII. Quia saepe Dominus ir-
 ratus malos predicatoris malis mittit, ut ut-
 runque per utroque juste damnet, ait san-
 ctus Eusebius super illo: *Quomodo predicabunt
 nisi mittantur?* ad Romanos X. Nempe pro
 male merito plebis auferatur doctrina predica-
 toris, & pro bono merito audientis tribuitur
 sermo doctoris. In potestate enim divina con-
 sistit, ut cui velit Deus doctrinam veram da-
 re, vel auferre, faciat: ut hoc pro dicentis
 vel audientis fiat merito: ut modo pro culpa
 plebis auferatur sermo doctoris, modo vero
 utriusque meritis tribuatur. Sanctus Isidorus
 libro tertio de summo bono capite XLV. *Me-
 lius illis erat viam justitiae non agnoscere, quam
 post agnitionem retro converteri*, &c. II. Petri
 II. *Beati erga qui audiunt verbum Dei, & es-
 tudent illud*. Lucae II. Hoc est retinere, te-
 nere, scilicet implere opere, ut gratiam in
 praesenti, & gloriam sempiternam valeamus
 reportare, quam nobis concedat Jesus glorio-
 sus, qui imperat & regnat. Amen.

Sequitur articulus.

Cap. 24. Aug. lib. 70. hinc.

Non minus reus est qui verbum Dei audierit
 negligenter, quam qui Corpus Christi in ter-
 ram sua negligentia cadere permisit: sentent. 1.
 quaestioe prima. Interrogo. *Omnis etiam qui
 audit verba mea, & facit ea, similis est homi-
 ni, qui aedificat domum suam supra firmam pe-
 tram*, Matthaei VII. *Sic confitens est adversa-
 rio suo*, Matthaei V. Adversarius tuus, ver-
 bum Dei est: si facias quod audis, concor-
 dasti cum eo: si autem non facis, rixaris
 cum eo: & si non composueris te ut facias,
 tradet te iudici tuo, & iudex ministro, &
 in carcerem mittent te. Beatus Augustinus
 in libro de decem chordis, capite decimo. Sed
 diceret forte simplex laicus, aut hirsutus cleri-
 cus: Certe hoc facio, verbo Dei me confor-
 mo: sicut praedicat praedicator meus, ita credo,
 ita & ago. Respondeo. Optime facis, si bene
 te docet ille praedicator vel sacerdos. Nam in his
 quae pertinent ad fidem, & ad bonos mores,
 nullus excusatur, si sequatur errorem cujuscum-
 que docentis. In talibus nec ignorantia, nec
 simplicitas excusat, ait sanctus Thomas, quod
 libro tertio, articulo decimo. Ita evangelium
 diffinit: Si caecus doctor caeco populo ducatur
 praestet, neuter excusabitur, sed ambo simul
 in fossam cadunt, Matthaei decimoquinto.

Matth. 15.

August. de doctrina Christ. II lib. 2. cap. 17.

Sed quid igitur facit clerus & populus in-
 furgentibus doctrinis insolentis, a quibuscumque
 doctoribus? Respondet beatus Augustinus li-
 bro tertio de doctrina Christiana: Consultere
 habet regulam fidei, quam de scripturarum
 locis plenioribus, & ecclesiae auctoritate per-
 cepit, & id credere quod secundum eccle-
 siae auctoritatem tenetur publice. Debet
 etiam ad Dei misericordiam recurrere, & ojes
 illuminationem incessanter implorare, dicens
 cum Psalmista: *Illumina oculos meos, ne unquam
 obdormiam in morte*. Orant eam eccle-
 sia: *A concitatis cordis libera nos Domine*. De-
 bet etiam ab aliis peritioribus inquirere: non
 enim Deus deficiet suis, nisi in palando fuerint
 negligentes: nam *custodit Dominus omnes
 diligentes se*, in Psalmo. *Custodiatque rectorum
 salutem*, & *propter gradumque simpliciter*. Pro-
 verbiorum cap. secundo. Debent & ultimo fi-
 nial omnes ad firmitatem conscientiae recurrere.
 Concil. General. Tom. XXIX.

C Sacerdotes Domini, exemplo Christi & A-
 postolorum, non debent libere & sine impe-
 dimentis predicare verbum Dei, nisi ultra &
 supra omnem potestatem, quam in sua con-
 secratione sacerdotali acceperunt, se probare
 possint esse missos a Deo, vel ad hoc suffi-
 cienti ecclesiae praelato. Simile per omnia, &
 multo fortius est de diacono, ut infra pato-
 bit; & hoc ad sensum expositionis termi-
 num proponentis. Ita conclusio restat pro-
 banda multipliciter: primo lege divina; se-
 cundo, praxi Christi; tertio, praxi Aposto-
 lorum: quarto, praxi ecclesiae primitiva: quin-
 to, sacrorum conciliorum; sexto, doctorum
 in lege Domini veraciter se fundantium. Cir-
 ca primum notandum, quod per legem divi-
 nam intelligo legem quadrifariam: aeternam,
 Moisaicam, evangelicam, & canonicam. Pro-
 batur conclusio primo per legem aeternam.
 Nam lex aeterna est ratio summa in summo
 principe Deo, cui semper obtemperandum
 est; per quam mali miseram, boni bonam
 vitam merentur: per quam illa quae tempo-
 ralis est recte ferrur, recteque mutatur, se-
 cundum beatum Augustinum, libro primo de
 libero arbitrio. Et ibidem: Ut breviter tibi
 notionem aeternae legis explicem: Lex aeterna
 est, qua iustum est, ut omnia sint ordi-
 natissima. Quod declarans sanctus Thomas in
 prima secunda, quaestione XCIII. articulo II.
 deducit, quod omnis lex hierarchis derivatur
 a lege aeterna; ac per hoc omnia sunt con-
 stituta in ordine debito, si suo modo regu-
 lantur a lege aeterna, dicens: Sic lex im-
 portat quaedam rationem directivam actuum
 in finem ordinatorum. Constat autem quod
 in omnibus moventibus ordinatis oportet
 quod virtus secundi moventis derivetur a
 virtute moventis primi: quia movens secun-
 darium non movet nisi quantum a primo mo-
 vetur. Hoc patet in artificialibus & mora-
 libus. In artificialibus quidem ratio artis
 R r r 2 cialium

Probat conclusio per legem aeternam.

Cap. 67

Art. 2. 0. 1.

ANNO CHRISTI 1011.

ANNO CHRISTI 1011.

ciabium actuum derivatur ab architectura ad A
 inferiores artifices qui manū operantur. In
 moralibus etiam, in omnibus gubernantibus
 videmus, quod nomen gubernationis deri-
 vatur a primo gubernatore ad secundos, &
 inferiores subordinatos. Cum ergo lex æter-
 na sit ratio gubernationis in supreme guber-
 nante, necesse est quod omnes rationes gu-
 bernationis, quæ sunt in inferioribus guber-
 nantibus, a lege æterna deriventur. Hæc
 ille. Quæ autem sit ratio, & quis ordo in
 illuminatione fidelium servandus ab æterna lege
 derivatus, notandum, quod sicut in ecclesia
 triumphante sunt tres angelicæ hierarchiæ, quarum
 Trinitas beatissima caput est, quarum su-
 premam illuminat ipsa Trinitas per se, supre-
 mam mediam, & mediam infimam, & non e con-
 verso: ita in ecclesia militante sunt tres status
 suo modo illam imitantes, sub uno capite,
 quod est Christus, secundum quod homo;
 summum Papa, loco Christi tenet in terris;
 medium episcopi; loco Apostolorum; tertium
 curati, loco septuaginta duorum discipulorum.
 Ex quibus apparet, qui secundum divini prin-
 cipatus ordinem, quæ hierarchia vocatur, sunt
 ordinarii ecclesiæ doctores, ad quos inexcusa-
 biliter, ratione qualitatis sui status, pertinet
 illuminare populum Dei, ac cæteros actus hie-
 rarchicos exercere: scilicet ad Papam, episco-
 pos, ac plebanos, vel loca eorum tenentes.
 Ex hac consideratione subsequentiã conside-
 randa sunt attentè mente. Primum est quod-
 dam modo quædam causa & ratio, quare
 modo cessent speciales visibiles illuminationes
 & inspirationes hominum ab angelis,
 quæ tamen olim abundabant. Ratio esse pos-
 test, quia quando homo facit debitum suum
 ut de salutaribus erudiat, si non est do-
 ctrina inter homines, qua erudiri possit, con-
 sequens est, ut juxta divinum ordinem jam
 expressè illuminetur ab angelis: & ita erat
 & est de profundis mysteriis divinis, quæ
 ultra hominem sunt, pro quibus erat opus
 revelatione. Modo autem, quia scientia Do-
 mini plena est terra, & de omnibus suffi-
 cienter ecclesia Christiana est erudita; ita
 quod si diligentiam volunt facere quorum in-
 terest, & diligenter addiscere, quæ scire de-
 bent, possit ex scripturis omnia negotia, &
 omnem casum necessarium ad salutem salu-
 briter expedire & discutere. Et ita vide-
 tur quod expectare jam divinam revelatio-
 nem in casibus etiam arduis, sit tentare
 Deum: ex quo Deus sufficienter illuminavit
 ecclesiam in omni scientia divina pariter &
 humana.

Diveritas statuum in ecclesia necessaria est.

Secundum est, quod distinctionem & va-
 rietatem statuum in ecclesiastica hierarchia est
 necessarium facere; quod ostendit sanctus Tho-
 mas secunda secunda, questione cxxxiii.
 articulo ii. propter tria. Primo propter san-
 ctæ universalis ecclesiæ perfectionem. Sicut
 enim in rerum naturalium ordine, perfectio,
 quæ in Deo uniformiter & simpliciter inve-
 nitur, non potuit in universitate creaturarum
 reperiri, nisi difformiter & multipliciter: ita
 etiam multitudo gratiæ, quæ est in Christo,
 ut in capite, diversimode ad ejus membra re-
 dundat, ad hoc quod corpus ecclesiæ sit per-
 fectum. Et hoc est quod Apostolus ait ad
 Ephesios IV. *Ipsè dedit quosdam quidem Apo-
 stolos, quosdam autem prophetas, alios vero euan-*

*gelistas; alios autem pastores & doctores, ad
 consummationem sanctorum, in opus ministerii,
 in ædificationem corporis Christi.* Glossa: *Eccè
 quomodo aliis, aliis minus dedit. Homini-
 bus dat ad mensuram, ipse vero non ad mensuram
 accipit: hos autem omnes dedit in opus mi-
 nisterii, ut scilicet quisque posset pleno facere
 opus ministracionis sibi creditæ: si enim
 unus omnia haberet, non perfecte ageret sin-
 gula.* Hæc ille.

Glossa ordinis, ibidem.

Secundo propter necessitates actionum, quæ
 in ecclesia sunt necessariæ; oportet, inquit,
 ad diversa officia, seu diversas actiones, di-
 versos homines deputari, ad hoc quod expo-
 ditius & sine confusione singula expendantur.
 Et hoc est quod Apostolus dicit ad Roma-
 nos XII. *Sicut in uno corpore multa habemus
 membra, non autem omnia membra, ean-
 dem actum habent. Item: Multi enim unum
 corpus sumus in Christo.*

Tertio hoc pertinet ad dignitatem & ad pul-
 critudinem ecclesiæ, quæ in quodam ordine
 consistit: Unde in laudem ecclesiæ dicitur in
 Psalmo quod est circumamicta varietate: glo-
 riosa doctrina Apostolorum, confessione mar-
 tyrum, puritate virginum, & lamento mona-
 chorum seu poenitentium, ornatur regina, id
 est, ecclesia: In cujus figura, regina Saba vi-
 dens omnem sapientiam Salomonis, & habi-
 tacula fervorum, ordineque ministrantium,
 non habebat ultra spiritum, III. Regum, x. *Tri-
 capite.* Nam in magna domo non solum sunt
 vasa aurea & argentea, sed lignea & scilicet.
 Hæc sanctus doctor.

Psalm. 44.

Consid. p. in aliter habet

Idem sub aliis verbis ostendit dominus Pe-
 trus de Tarantasia, qui & Innocentius V. ad
 Ephesios IV. & præter prædicta, addit duas
 rationes alias, dicens: *Facta est distinctio offi-
 ciorum propter multa in ecclesia. Primo
 propter mystici corporis integritatem, secun-
 dum illud I. ad Corinth. XII. Si totum cor-
 pus oculus, ubi auditus? Secundo, propter
 singulorum membrorum utilitatem: dicitur
 enim prima ad Corinth. XII. Non potest di-
 cere caput pedibus, Non estis mihi necessari.*
 Et Deuteronomii I. *Non possum solus sustine-
 re vos, ait ille fidelis Moyses.* Ad quod
 refertur, quod Apostolus ad Ephesios IV.
 dicit. *Veritatem facientes in caritate crescat
 mus, in illo scilicet Christo, ex quo totum
 corpus compositum & conexum per omnem
 multarum subministracionis, secundum mensu-
 ram in operationem uniuscujusque membri.* Quia
 secundum diversos gradus ecclesiæ mem-
 brorum competnat diversis diversi actus,
 minores, scilicet & majores, sicut alii epi-
 scopis, alii sacerdotibus, alii religio-
 sis, secundum expositionem Lucæ ibi-
 dem.

Distinctio of- ficiorum in ecclesia cur constituta?

Tertium, quod isti diversi status in ecclesia
 sunt fundati per Christum, dum ita persona-
 liter in terris, per expressas similitudines. Quo-
 rum una est, quod Apostoli, & septuaginta-
 duo discipuli non fuerunt presbyteri, nec
 diaconi usque ad commam Domini: tunc enim
 soli Apostoli fuerunt sacerdotes consecrati.
 Sed de LXXII. discipulis non reperimus ex
 textu, nisi quod forte Matthias, qui successit
 in locum Judæ, & septem, qui ex eis cre-
 duntur per Apostolos facti diaconi, sic sint
 ab Apostolis ordinati. Non est ergo dicen-
 dum, quod illi, qui nec sunt episcopi, nec
 ple-

ANNO CHRISTI 1001

Aug. in 2. quæst. de ecclesiasticis.

Psalm. 114.

Bernard. 116. p. de consideracione vite mediorum. Rom. 17. Apostol. 22.

plebani, sunt a diabolo introduci, cum præfati neutri horum essent, dum a Christo fuerunt electi. Alia via est, quia Matthæi xxiv. Dominus noster diversitatem omnium ad ecclesiam pertinentium volens ostendere, ait sub similitudine: *Duo in agro, duo in lecto, duo in mola, alter assumitur, alter relinquitur.* Ubi secundum beatum Augustinum libro questionum super evangelio quæst. xlvi. tres status ecclesiam patefcunt, per duos in agro intelliguntur prælati; per existentes in lecto religiosi, per gyrantes in mola laici, quorum semper unus assumitur, scilicet bonus rite temperans, alter relinquitur, male finiens. Nam in agro sunt, qui in ecclesia laborando præfunt. In lecto sunt, qui contemplationi in claustris vacant. In mola autem sunt, qui in mundanis sollicitudinibus gyraunt.

De his etiam tribus statibus, Ezechielis decimo quarto: *Hi tres viri, Noe, Job, & Daniel in sua iustitia salvabunt animas suas,* secundum B. Augustinum parte prima sermonum, sermone xxix. Bada libro v. super Lucam, capite vii. Per Noe, qui arcam rexit, prælati; per Danielem, qui contemplationi vacavit, religiosi; per Job, qui uxoratus fuit, laici intelliguntur. Hunc ordinem Psalmista intelligens dixit: *Ecce quem bonum, & quam pacandum, habitare fratres in unum:* & quæ sit iusta unitas, subdit: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, dehinc in oram vestimenti.* Nam unguentum, id est, pinguedo totius ecclesiasticæ sanctitatis, ut est in capite, scilicet, in Christo homine, prout congruat ecclesiasticæ hierarchiæ descendit in barbam suam, id est, B. Petrum, proximum ejus vicarium, & quemlibet ejusdem legitimum successorem. Dehinc in barbam Aaron, id est, cujuslibet prælati seu episcopi legitime succedentis; dehinc in vestimentum, id est, ecclesiasticos; dehinc in oram vestimenti, id est, populares, qui sunt extrema pars ecclesiasticæ hierarchiæ. De quo ordine ait mellissimus Bernardus 111. de consideratione dicens: *Nec vilem reputes formam hanc, quia in terra est: exemplar enim e celo habet. Neque enim Filius potest facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: præsertim cum ei sub nomine Moysi sit dictum: Vide ut omnia facias secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Viderat hoc, qui dicebat: Vide civitatem sanctam, Jerusalem novam descendentem de celo, a Deo paratam, sicut sponsam ornataam viro suo. Ego enim propter similitudinem dictam reor, quod sicut illic seraphim, & cherubim, ac cateri quique usque ad archangelos, & angelos ordinantur sub uno capite Deo; ita quoque sub uno summo Pontifice, primates, vel patriarchæ; archiepiscopi, episcopi, presbyteri vel abbates, & reliqui in hunc modum. Non est parvipendendum, quod & Deum habet auctorem. Et de celo ducit originem. Quod si dicat episcopus. Nolo esse sub archiepiscopo; & abbas; Nolo obedire episcopo; hoc de celo non est, nisi tu forte quemptam angelorum de celo audisti dicentem: Nolo esse sub archangelis: aut ex alio quolibet inferiorum ordinum aliquem non forentem subesse cuiquam nisi soli Deo. Hac sanctus Bernardus.*

Quartum, quod summa diligentia invigilandum, ne hic ordo hierarchicus tam regulariter a Deo institutus, ab ullo infringi patiat. Infringatur autem & confundatur, si quilibet sacerdotes, qui se non possent probare a Deo vel prælato ecclesiæ missum, sibi officium prædicationis usurparet: quod ex tribus claret: Primo quia talis ordinem divinitus institutum jam regulariter enarratum prostitueret; quia nec de primo gradu ecclesiasticorum illuminatorum, qui est Papa; nec de secundo, qui sunt episcopi; nec de tertio, qui sunt plebani, existens, nec ad hoc assumptus officium quilibet eorum surriperet, contra hierarchicum divine ordinationis modum, qui est, quod nil bonitatis in inferioribus effulgeat, quod a superiori potestate non deriveret. Equissima enim divinitatis hæc lex est, ut infima per media, media per suprema in Deum reducantur, secundum B. Dionysium. Secundo, tales presbyteri ex hoc perturbarent ordinem ecclesiasticum: quia si tres, quatuor, vel decem ad eandem ecclesiam venirent, & quilibet eorum prædicare vellet, nec alter alteri cedere, quilibet sanæ mentis intelligere potest, quantæ ex hoc sequerentur seditiones in populis, contradictiones in sermonibus; & ita in actibus ecclesiasticis nullus ordo, sed sempiternus horror pararetur. Tertio quod eadem ratione, qua si liceret cuilibet diacono & Presbytero ubique prædicare, liceret etiam tam libere & sine impedimento quemlibet sacerdotem ubique confessiones audire, ligare, solvere, excommunicare, & absolvere, omnia sacramenta ministrare: quemlibet episcopum in qualibet ecclesia ordines conferre; & quemlibet judicem, videlicet ecclesiasticum prælatum, ubique jurisdictionem exercere. Tot disturbia insurgerent, quod non nisi horror sine ordine in ecclesiastica hierarchia esset. Sed quantum talis confusio repellitur & detestatur a sanctis, audiamus. Nam beatus Gregorius in registro, ait, ubi scribit Romano defensori Siciliæ, & habetur 11. questionum 1. Pervenit ad nos: Nam si unicuique episcopo jurisdictio non servetur, quid aliud agitur nisi ut per eos, per quos ecclesiasticus ille ordo custodiri debuit, confundatur? Et sicut dicitur de episcopo, ita de inferioribus prælati, & plebanis dici potest. Ex tali enim confusione ordo honestus a rebus tollitur. Ideo B. Augustinus dicit tertio de natura boni: Omnia tanto magis bona sunt, quanto magis ordinata sunt; & tanto minus bona sunt, quanto minus ordinata sunt. Et libro sexto sum Musicæ idem inquit: In hæreasimus Deo, & non timeamus tantum illius ordinationem, sed etiam nostrum ordinem inconcussum certumque teneamus, a contra quod ad literam Apostolus de in ecclesia prophetantibus providens ait: *Omnia honeste & secundum ordinem sicut in vobis.* 1. Corinth. xiv. *Quo namque a Deo sunt ordinata sunt,* scribitur ad Romanos xiiii. Ecce lex æterna pro conclusione nostra

Secundo probatur eadem conclusio per legem Moisaicam. Nam sanctus Jeremias in utero sanctificatus, fuit sacerdos: & tamen oblatum a Domino prædicationis officium non importune accepit, sed & humiliter recusavit, quamquam finaliter accepit. Er-

ANNO CHRISTI 1001

Hierarchia Ecclesiastica non labenda.

11. quæst. 1. Pervenit ad nos, cap. 99. Gregorius lib. 8. ep. 22. can.

Augustinus de natura boni 1.

Augustinus 1. 6. de modis, cap. 14.

1. Petri, c. 10.

Per legem Moisaicam.

ANNO CHRISTI 1013

ANNO CHRISTI 1013 Cap. 9.

go conclusio vera, consequentia nota. Major probatur, quia in principio sua prophetiae dicitur: *Verba Jeremiae filii Helciae, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathoth.* Et beatus Hieronymus in prologo Jeremiae, qui incipit: *Jeremias Propheta;* dicit: *Fuit enim Anathothites, qui est usque hodie vicus tribus distans millibus ab Hierosolymis, situs a sacerdotibus, & in ubero matris sanctificatus. Minor patet, quod non obstante quod fuit tantus, tamen dum eum Dominus mitteret, non prius se de praedicationis officio intromiserat, sed nec tacite accipere decreverat, imo recusavit dicens: *A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum.* Ubi dicit sanctus Thomas ad propositum ejus de presbyteris, & de omnibus: *Non missi non sunt audiendi propter praesumptam auctoritatem. Et quid per multa discurremus? Esachiel fuit sacerdos, ut dicit beatus Hieronymus in principio ejusdem: Daniel sacerdos, ut septuaginta interpretes dicunt; licet Magister historiarum dicat eum de semine regio progenitum, in principio libri. Et sic de resultis sanctis Domini Prophetae.**

Per legem naturam

In lege enim naturae omnes primogeniti a Noe usque ad Aaron sacerdotes fuisse, qui in convivio, & oblationibus populo benedicebant; ait Magister in historia scholastica, Exod. xiv. cap. de victoria Abrahae.

Post hanc legem naturalem in lege scripta Deus instituit sacerdotes, Exod. xxix. dicens Moysi: *Facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. Aaron & filii ejus applicabis ad osium tabernaculi testimonium; eruntque Aaron & filii ejus, sacerdotes in religione perpetua.* Unde nullus tunc debebat fungi sacerdotio, nisi de tribu Levi, & semine Aaron. Unde, quia Core, Dathan, & Abiron volebant sibi usurpare sacerdotium, incensum offerendo, terra deglutivit eos, ut patet Num. xvi. Sed constat de omnibus his, quod licet sacerdotes essent, nullus tamen se de praedicationis officio intromisit, nisi specialiter sibi a Deo expresse imponeretur, quod etiam signis patentibus probaverunt. Ergo conclusio vera, quae dicit quod super omnem potestatem, quam sacerdos accipit in sacerdotali ordinatione, requiritur adhuc ut possit se probare missum a Deo, vel ejus vicario, scilicet sufficienti ecclesiae praesbitero.

Per legem evangelicam

Tertio probatur eadem conclusio ex lege evangelica dupliciter. Et primo sic: Postquam Christus Dominus misit Apostolos & Lxxii. discipulos; Apostolos, tamquam episcopos, septuaginta duos, tamquam plebanos, licet adhuc non essent tales: tamen figuram eorum sequebantur, secundum glossam Lucae x. illo non obstante, quod ipse eos misit, non obstante quod etiam figuram omnium curatorum gerebant; adhuc ostendere volens quod auctoritate superiorum indigebant, ita illis: *Messis quidem multa, operarii autem pauci: rogare ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* Quod ad litteram exponitur de messe praedicationis verbi Dei. Unde si queritur, Quare vult rogari? respondet glossa, quod ideo, ut scilicet ex sua misericordia per internam inspirationem, vel per ministros suos mittat praedicatorum in ecclesiam suam. Alia ratio multorum doctorum est, ut per hoc doceat ordinem, quem omnis praedicator servare debet: ut scilicet a superiori suam admissionem expectet,

Approx. exponit Archidiaconus distinctione xxi. in novo: ubi hanc auctoritas ponitur. Secundo sic: Certum est omnibus, quod sanctus Baptista fuit sacerdos: quia primogenitus filius sacerdotis, missus a Deo, ut testimonium perhiberet de Dei Filio, ut patet Joan. i. Hic quamquam Spiritu sancto repletus, & tantis sanctitatis quod Christus esse potuisset credi; tamen de praedicationis officio se intromittere usque non fuit, donec supra auctoritatem sacerdotalem, etiam novam divinam commissionem recepit; dum factum est verbum Domini super Joannem in deserto, & tunc primo incepit praedicare, ut patet Lucae iii. ubi dicit dominus Albertus sic: *Quod ibi data est Joanni auctoritas praedicandi.* Nota dicit ibi datam, ergo prius non habuit eam, licet esset sacerdos sanctissimus: dicit eum ibi primo missum ad praedicandum, sine qua speciali missione non habuisset auctoritatem praedicandi, ut dicit. Unde quatuor ibi exprimentur, scilicet modus praedicandi verbum, verbum praedicatum, auctoritas injungentis, & praedicationis sublimitas. Et consequenter ostendit Albertus, quod etiam illud se extendit ad omnes alios sacerdotes, dicens: *Factum est verbum Dei.* Ecce auctoritas. Dominus enim misit eum ad praedicandum, & non aliter praedicaret, juxta illud ad Romanos xv. *Quomodo praedicabunt, nisi mittantur?* Hec ille. Quid ergo nos dicemus, qui ultra sacerdotalem ordinationem, aliam superiorem auctoritatem volumus?

Quarto probatur per legem divinam catholicam. Et primo sic: Secunda ad Timoth. ii. cap. *Fili, inquit Apostolus, confortare in gratia qua est in Christo Iesu, & qua credisti a me per multos testes, hoc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Glossa: *Qui idonei sunt scientia, scientia, & vita alios docere, illis debet praedicatione committi, quia apti reputantur.* Nota quod dicit, *commenda*, in textu: & *Committi debet*, in glossa: non quod quilibet etiam sacerdos desipsum ingerat, sed quod expectet usque dum sibi committatur officium praedicationis. Sed dices, Quis est idoneus? Respondeo quod & si hoc certitudinaliter sciri non possit, hoc tamen ex certis signis haberi potest, quae ponit venerabilis Augustinus de Ancona, Eremitarum ordinis, in libro de ecclesiastica potestate, questione xv. articulo ii. Primum si per eum veritas fidei non pervertatur. Secundum, si per eum ecclesiae mandatum non contemnat. Tertium, si per eum peccatum accusatione dignum toto constatu fugiatur. Quartum, si per eum novus vivendi ritus non inducatur. Quintum, si per eum etiam verbum Dei delectabiliter audiatur. Sextum, si per eum caritas proximi non spernator. Septimum, si per eum de operibus bonis mundi gloria non queratur. Et hanc conclusionem nostram beatus Apostolus tam expresse declarat de se ipso, ii. Corinth. x. Unde arguo sic: Prullus fuit sacerdos, episcopus & doctor gentium: sed ipse noluit se extendere ad praedicandum, nisi tantum illuc, ubi fuit a Christo specialiter missus. Ergo nullo modo licet alteri sibi praedicare, nisi solum in illo loco, ubi missum a Deo vel praesbitero se potest ostendere. Consequentia nota est. Major omnibus clara est, minor

Per legem canoniceam

Quis de idoneis praedicator

ANTHO
CHRISTY
1005

minor ostenderet: Dicit enim sic: *Nos autem A* non gloriamur in immensum, sed secundum mensuram regule, quam mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos in evangelio Christi: non enim superestendimus nos in alienis laboribus gloriantes, & in aliena regule. Et increpans eos, qui se intromittunt predicare populo, qui sunt aliis commissi, dicit: *Non in aliena regule, in his qua sunt preparata, gloriari: qui autem gloriatur, in Domino gloriatur, non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Hæc ille. Sensus est: Non gloriamur in immensum, id est, non exercerimus potestatem predicandi ultra mensuram nostram: quia Deus voluit quod solis Corinthiis pro tunc predicaret, secundum Ambrosium: nec superestendimus, id est, ultra potestatem nobis commissam, prædicationem nostram non extendemus. Nam superestendere, secundum glossam, est ultra quam conceditur extendi. Usque ad vos enim pervenimus, id est, potestas nobis concessa ad vos se extendit. Et ita dixit se non habere gloriari in alienis laboribus, & in aliena regule, quia non debuit predicare sibi non commissis. Et hoc ex lege divina.

Et praxi de
misi nostri Je
in Christi.

Est ergo secundo eadem conclusio deducenda ex praxi Domini nostri Jesu Christi, per quam eadem hoc modo ostenditur conclusio; & primo in seipso; secundo in suis Apostolis. In se quidem, cum ipse esset sacerdos divinitus in utero matris, in primo instanti sui conceptionis consecratus, officium tamen prædicationis non exercuit, nisi dum ultra omnem auctoritatem sacerdotalem, quodam modo auctorizatus esset, ita quod Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum descendit, & vox Patris intonuit: *Hæc est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Luc. 111. Et adiecit, *ipsum audite.* Matth. xvii. Secundo paræ hoc idem ex hoc, quod ut nos doceret, quantumcumque presbyteros doctos & sanctos non habere jus vel præceptum alibi predicandi, nisi quo possimus nos missos probare, ait: *Non sum missus, nisi ad oves qua perierunt domus Israel.* Matth. xv. scilicet ad predicandum personaliter, nisi tantum Judæis, secundum glossam, licet per Apostolos predicaret tandem toti mundo. Ecce praxis Christi in se, quis audeat ergo sibi libere posse ubique asserere?

Secundo idem in suis Apostolis servavit. Et hæc est ita clara, quod merito sufficeret pro omni doctrina. Primo sic. Nam Dominus noster suos Apostolos in curia consecravit in sacerdotes, cum ait: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. xxii. Est tamen ostendit quod non sufficit eis auctoritas sacerdotii, ad officium predicandi, nisi essent de novo & iterum ad hoc missi. Ideo post sacerdotium primo in die Pasche misit ad eos predicandum, dâns auctoritatem, Joannis xx. &c. dicens: *Sicut misi me vivens Patet, ita & ego misit vos.* Et illa missione non obstante, ut scirent ubi deberent predicare, scilicet ne crederent in sola Judæa debere permanere, sicut prius quando præceperat eis quod in viam gentium non abirent, iterum misit illos dicens: *Ite in mundum universum, prædicate evangelium omni creature,* Marc. & Marth. ultimo. Secundo sic: Quamquam Apostoli essent sacerdotes, & jam bis missi de novo ad prædican-

dam, scilicet die Ascensionis, & Pasche; nihilominus adhuc volens docere, non licere etiam cuilibet presbytero sanctissimo & doctissimo, ubi & quando vellet predicare absque nova superioris commissione, quæ sit Spiritus sancti auctoritate, ait eis in hora sua Ascensionis: *Eccæ ego mitto Spiritum Parri in vos: vos autem sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Quod tractans beatus Gregorius in suo libro tertio pastoralis cap. xxvi.

« ait: Admonendi sunt ergo, quos a prædicationis officio vel imperfecto, vel ætas prohibet, & tamen præcipitatio impellit, ne dum sibi tantum onus officii præcipitatione arrogant, viam sibi subsequenti emendationis abiciant: Ipsa enim veritas quæ repente quos vellet roborare posset, & ut exemplum sequentibus daret, ne imperfecti predicare præsumerent, postquam plene discipulos de prædicationis virtute instruxit, mandavit eis, ut in civitate sederent, donec induerentur virtute ex alto.

Idem S. Thomas in glossa continua, idem Hugo, idem Glossa ordinaria. Ecce praxis Domini nostri Jesu Christi.

Tertio probatur conclusio ex praxi Apostolica, qua clare deducitur conclusio prædicta. Et primo ex praxi Apostolorum, ex praxi septuaginta duorum discipulorum. Primum arguitur primo in speciali de aliquibus, secundo in generali de omnibus. Quantum ad specialem praxin quorundam Apostolorum, patet: Licet presbyteri essent, non tamen alicubi prædicaverunt, nisi quo speciali Dei, vel beati Petri summi Pontificis auctoritate fuissent missi.

Et primo hoc beato Petro accidit, de quo dicit Martinus in chronico cap. 111. quod ipse adhuc vivens in carne sibi duos substituit, qui ambo presbyteri fuerunt, scilicet Linus & Clerus, volens quod ipsi cum omnium ecclesiarum intenderent: ita scilicet, quod non prædicarent; ipse vero Petrus verbi Dei prædicationi & orationi ac contemplationi insisteret. Præterea Paulus licet a Christo missus, licet vas electionis, & sacerdos sanctissimus, imo angelus terrestris, & homo divinus, secundum Dionysium, scribit se non fuisse ausum, sed prohibitum predicare in Asia a Spiritu sancto; qui etiam cum, quo minus intendit, misit ad Macedones, ut ibi prædicaret, Actuum xvi. Demum idem sanctus Apostolus multos presbyteros secum habuit, sed nullum ex his misit Corinthiis ad predicandum, nisi solum Timotheum: qui licet presbyter esset, tamen missionem Apostoli expectavit: nec quisquam aliorum ab Apostolo non missorum adivit, ne mittentis conculcarentur auctoritas, & extolleretur missionis utilitas. Unde dicit 1. ad Corinthios 14. *Misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus & fidelis in Domino, qui vos commo-*

nes faciet vias meas in Christo Jesu. Quasi dicat secundum beatum Augustinum in libro sermone num Domini in monte, sermone 49. *Neminem enim habeo tam mihi unanimum qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Nonne, inquit, cum illo multi erant? Sed quid sequitur? Omnes enim qua sua sunt querunt, non qua Jesu Christi: & ego pastorem vobis mittere volui, non mercenarium, Nam multi mercenarii sunt, & vix invenit Paulus unum*

ANTHO
CHRISTY
1006

Idem S. Th.

Et praxi A.

Auctoritas
hæc quod
habet tract.
et in evan-
gelium Jona-
nis mat. 9.
De verbis
Domini: Ser-
mo de
Pasche. 3.

ANNO CHRISTI 1533

unum pastorem, quem mitteret inter multos mercenarios, quoniam pauci pastores, multi mercenarii. Hac ille. Ex quo claret expresse, quod Apostolus sibi reservavit auctoritatem mittendi predicatorum quos vellet, & non mittendi quos nollit, licet sacerdotes essent hi qui secum erant: ita & nunc sit in ecclesia, dum prelati deliberat ex multis bonis, quem mittere ad predicandum placeat.

Ultimo beatus Marcus evangelista nostris presbyteris utique non inferior, sacerdos fuit & non minus conscius secretorum Dei; qui quamquam evangelium scripserat, adhuc missionem Petri expectavit, cujus ipse discipulus fuit. Unde venerabilis Beda in expositione prima canonica Petri, super illo: *Salvati vos Marcus filius meus carissimus*, dicit: Marcus filium nominat, quia ejus baptismo dicitur filius effectus. Unde patet, inquit, quod priusquam Marcum de Roma Alexandriam ad evangelizandum mitteret, epistolam scripserat: tempore autem Claudii principis & Petrus & Marcus Romam venerunt, & ipse Marcus descripto Romae evangelio suo Alexandriam missus est. Hac Beda.

Ecce praxis Apostolorum specialis, docet ultra sacerdotii auctoritatem requiri superioris missionem. Idem dixi ex praxi eorundem deducendum generali. Deducit namque dominus patriarcha Petrus de Palude ordinis mei Predicatorum theologus & jurista eximius, in tractatu de ecclesiastica potestate, articulo secundo, conclusione secunda; quod quamvis Apostoli ante Christi passionem fuerint regimini Christi immediate subiecti; tamen post gloriosam ejus Ascensionem in predicando, absolvendo, baptizando, fuerunt summo eorum Pontifici Petro subiecti, non solum Christi, institutione, qui cum omnibus prescicit, dicens: *Pascite oves meas*; sed etiam Apostolorum voluntione; quoniam ipsi Apostoli voluerunt beatum Petrum esse summum Pontificem eorum, ut dicunt Hugotius & Archidiaconus, & est textus distinctione xxii. Sacrosancta. Quid mirum? nam dixerat Dominus, *Fiat unum ovile & unus pastor*. Joannis x. Et hunc unum designans soli Petro ait: *Pascite oves meas*; ergo extunc nullus nisi auctoritate Petri habuit oves pascere, nec regere ubicumque. Unde ipsius auctoritatis fuit vocare alios in partem sollicitudinis, scilicet pastores: quemadmodum ipse ordinavit de successore Judae in Apostolatu, quamquam Apostolis alius dederit electionem, & omnia cum consensu disposuerit Apostolorum, sicut nunc Papa de consilio confratrum suorum cardinalium.

Similiter ipsius officii fuit de diaconibus, officialibus, & predicatoribus ordinare, & eos in officia mittere, licet electionem aliis voluerit committere, sicut fecit dum ait: *Considerate ex vobis viros boni testimonii*; & elegerunt Stephanum primum primicerium septem diaconorum, Actorum vi. Sicut etiam Moyses constitutos sub se principes quamvis per se potuisset eligere, tamen electionem populo commisit. *Date ex vobis viros*, &c. Deuteronomii 1. Unde omnis electio & institutio ad aliquam rectoriam pro tunc in tota Dei ecclesia oportuit fieri a Petro, & deinceps ab ejus successore, ut dicit Clemens Papa successor beati Petri, distinctione 80. In illis. Idem dicit sanctus Thomas iv. sententiarum distin-

ctione xx. articulo 1. ad primum, quod licet potestas ordinis aequaliter collata sit Apostolis, tamen potestas jurisdictionis non est data eis nisi presupposita auctoritate distributa Petri, ita quod omnia facerent secundum ejus ordinationem. Item contra gentiles libro 1v. cap. 76. Idem ostendit per hoc, quod solum Petro dictum est post passionem: *Pascite oves meas*; & ante passionem, & tu conversus conversas fratres tuas; & quia sibi solum promisit claves regni caelorum, prout gloriosissime deducit ibidem, & concludit dicens: Per hoc concluditur quorundam presumptuosus error, qui se subducere nituntur ab obedientia & subjectione Petri, successorem ejus Pontificem Romanum universalem ecclesiam pastorem non recognoscetes. Hac ille. Idem Hugotius & Archidiaconus in capite, Ita Dominus. Idem dominus Cameracensis, qui in tractatu de ecclesiastica potestate enumerat sex genera potestatum, & concludit omnes aequaliter datas Apostolis, ultima dempta, quae est potestas distributionis, solum Petro commissa.

Omni ergo potestatem predicandi, baptizandi, & similes receperunt Apostoli a beato Petro post Ascensionem Domini; non quoad auctoritatem, quia illam a Christo receperant, sed quoad auctoritatis executionem, ne quis mitteret falcem in messem alienam spiritualiter aut temporaliter; unde ejus fuit dioceses dividere, unicuique suam assignare. Nec obstat, quod Christus eos misit in orbem universum, quia ipse indistincte misit, distinctionem vero Petro reliquit. Sicut Josue divisit terram in funiculo distributionis, quam tamen non ipse, sed Dominus dedit: ita beatus Petrus ecclesiam distribuit, quam tamen non Petrus, sed solus Christus proprio sanguine suo acquisivit. Unde ait glossa 11. Cor. x. Nutu enim Dei factum est, quod partium erat unicuique, ad quod in predicatione dirigeretur, ut singuli aliquos populos haberent proprios, de quorum fide gloriarentur. Ecce praxis Apostolica, quae expresse est pro conclusione nostra. Item duxi deducendum per praxim 71. discipulorum; illi enim non leguntur a Domino missi, nisi ante ejus Passionem, & tunc tamen in Judaea non ita ample sicut Apostoli, qui fuerunt per totam Judaeam missi; sed restricti, ne alibi predicarent, nisi quo Christus venturus erat personaliter ad predicandum, ut patet Luca x. Unde ipsi post Christi Ascensionem, ut predicarent, leguntur per Apostolos ad hoc officium de novo electi, ut dicitur xxi. distinctione: in novo; Videas, inquit, Apostoli messem multam, id est, totum mundum verbo evangelii illuminandum, & operarios paucos, quia ipsi pauci erant pro tanta multitudine convertenda, rogaverunt Dominum, ut mitteret operarios in messem suam; & ipsi elegerunt 72. discipulos, & miserunt eos ad predicandum. Ubi dicit Hugotius, quod Dominus in veteri testamento Levitas per se instituit, sed in novo per Apostolos, distinctione 93. Diaconi. Ex quo patet conclusio assumpta ex praxi Apostolorum, & 72. discipulorum. Ex quibus Eusebius in historia sua ecclesiastica libro 11. capite 7. dicit, quod Dominus post resurrectionem suam Petro & omnibus Apostolis omnem scientiam tradidit, qui eam ulterius 72. discipulis tradiderunt. Hac ille. Quar-

Petrus Paludanus de ecclesiastica potestate collata Ap. Petri, c. 1.

Joan. 10.

Distin. 11. Jo. 11. cap. 1. de An. c. 1.

Distin. 80. Jo. 11. cap. 1. de Clemens ad Jacobum, c. 1.

ANNO CHRISTI 1533. s. Thom. 2. sent. dist. 76. c. 1. art. 1. ad 1.

Joan. 11. cap. 7. Mart. 11.

Distin. 19. Jo. Dominus, cap. 7. Luc. 10. cap. 7.

AVROD CHRISTI 1009

AVROD CHRISTI 1010

Quare probatur hæc conclusio ex præmi co-
 clisio primitiva: cuius ergo enordis inchoan-
 tes, ipse beatus Clemens, qui fuit immediatus
 successor sancti Petri, quem beatus Petrus in
 summum Pontificem erexit, in articulo mor-
 tis sui scribit in epistola sua ad Iacobum Hiero-
 solymorum episcopum in fine epistolæ, di-
 cens: Nullum presbyterum in alicujus episco-
 pi parochia aliquid agere debere ejus per-
 missu: cunctos etiam presbyteros propriis
 episcopis, in omnibus absque mora inobe-
 dientes, insistentem Domino, esse debere
 docere. Hæc ille. Hinc beatus Dionysius
 Areopagita discipulus beati Pauli, distinguens
 tres actus hierarchicos, attribuit diacono pur-
 gare, illuminare presbytero, sed episcopo per-
 ficere: ita quod in ecclesia primitiva diaconus
 dicebatur baptizandos purgare, id est,
 exorcizare. Sed presbyter illuminavit dum
 baptizavit: non enim intelligitur ibi illumi-
 nare, id est, prædicare: sed dicitur baptiza-
 tio illuminatio, quia baptizato divina lumi-
 na communicantur, quæ sunt habitus virtu-
 tum theologiarum fidei, spei, & caritatis,
 quæ ibi infunduntur, secundum expositionem
 Alberti Magni. Sed solius episcopi erit bap-
 tizatum perficere, id est, prædicare & con-
 firmare. Itaque exponunt commentatores ca-
 pitulum v. in ecclesiastica hierarchia. Post hoc
 Papa Martinus in chronico, & habetur
 xxiii. questione i. Ecclesias singulas; qui
 sedit anno Domini 270. cum prius non es-
 sent nisi parochias, & plebani erant oves
 episcopi, ipsi distinxerunt parochias ab episco-
 patibus & diocesis a provinciis, dans singu-
 los singulis presbyteros; mandans ut singuli
 suis terminis contenti essent, & alienos non
 usurparent, quamquam multi presbyteri es-
 sent. Ex quo patet clare, præxim ecclesie pri-
 mitivæ pro conclusione assumpta sententiare.
 Quinto, hæc conclusio probatur per conci-
 lia antiqua, & per omnia idem ostenditur nobis
 libro v. de hæreticis. capite. Cum ex in-
 jussu. Ex concilio Lateranensi habetur sic:
 Sicut multa sunt membra unius corporis,
 omnia vero non eundem actum habent.
 Ita sunt ordines in ecclesia diversi, sed
 non habent omnes eundem actum, seu
 idem officium. Nam secundum Apostolum,
 alios dicit Dominus Apostolos, alios prophetas,
 alios doctores. Cum ergo doctorum or-
 do sit quasi præcipuus in ecclesia, non de-
 bet sibi quisquam indifferenter prædicatio-
 nis officium usurpare, Nam secundum A-
 postolum, quomodo prædicabunt nisi mutan-
 tur? & Veritas ipsa præcepit: Rogate domi-
 num messis, ut manus operarios in vineam
 faciat. Et in capite, Excommunicamus: Quia
 vero dicitur sic: Omnes qui prohibiti, vel
 non missi, præter auctoritatem ab Apostoli-
 ca sede, vel loci episcopo susceptam, publi-
 ce vel privatim sibi prædicationis officium
 usurpaverint, excommunicationis vinculo
 nodentur: & nisi quantum oculis respuerint,
 alia competentis pena plebantur. Hæc ille.
 Notas hæc verba, signate mysteria. Idem
 habetur sententialiter ex conciliis generalibus,
 ut patet distinctione 71. & 72. ex conciliis
 Carthaginensibus, primo, quarto & quin-
 to, Antiocheno, & Romano, & Milevita-
 no, ubi præcipitur in omnibus istis, quod
 presbyteri vel diaconi, aut qui in quocumque
 Concil. General. Tom. XXIX.

ordines ecclesiastico constituti fuerint, si reos-
 ferint de ecclesiis suis, non debeant suscipi
 in aliena ecclesia, sed cogi etiam per ex-
 communicationem, ut inde exeant, & ad
 suas redeant. Idem dicitur vii. questione 1.
 Episcopi, ex concilio Carthaginensi; Epi-
 scopi vel presbyteri si causa vitandi ad ec-
 clesiam alterius episcopi veniant; in suo
 gradu, id est, honore suscipiantur, & tam
 ad verbum faciendum, quam ad oblationem
 consecrandam invitentur. Glossa Hugastii &
 Archidiaconus: Quod nisi invitentur, eis non
 licet: ix. quest. 11 Nullus primas. Unde pres-
 byteri debent secum gerere literas dimissorias
 episcopi: alias non debent recipi nec ad quid-
 quam admitti, Distinctione 71. Hortatur. Et
 sic patet conclusio nostra per sacra concilia.
 Loco sexto si imploraveritis dicta doctorum
 in lege Dei veraciter se fundantium, inter mul-
 ta pauca pro nunc adducta, residua post al-
 legaturæ partem. Sit primus beatus Ambro-
 sius, super epistolam ad Ephesios dicens: Ut
 cresceret plebs, & multiplicaretur, inter ini-
 tia omnibus concessum est & evangelizare &
 baptizare, & scripturas in ecclesia expla-
 nare. At ubi omnia loca circumplexa est ec-
 clesia, conventicula constituta sunt, & re-
 ctiores, & cætera officia in ecclesiis ordina-
 ta. Sequitur: Quasi omnes eadem possint,
 irrationabile esset, & vulgaris res & vilissi-
 ma videretur. Hæc ille.
 Secundus beatus Gregorius, & assumitur
 vi. questione 111. Scriptum est in lege:
 Per alienam messem transiens falcem mitte-
 re non debes, sed manus spicas conterere,
 & manducare. Falcem ergo iudicium mitte-
 re non debes in eam segetem, quam alteri
 videtur esse commissa; sed per effectum bo-
 ni operis frumenta Dominica virtutum suo-
 rum paleis expolia, & in ecclesiis corpus
 admovendo & perfundendo, quasi manden-
 do, converte. Quod exponit glossa Hugastii
 & Archidiaconus, ad literam, de prædica-
 tione verbi Dei, quam nemo debet in eccle-
 sia exercere, quasi jus habens in eis, absque
 licentia prelati ecclesie illius: sed bene potest
 transeundo aliqua verba edificatoria occurren-
 tibus dicere, & sic eos in ortum ecclesie,
 quasi mandendo corroborare.
 Sit tertius beatus Bernardus super Cantica,
 sermone 64. inquit: Nec quisquam sibi
 sumit honorem, sed qui vocatur a Deo
 tamquam Aaron. Et Apostolus ait: Quo-
 modo prædicabunt nisi mutantur? & scimus
 monachi non esse officium docere, sed lu-
 gere. Et his similibusque collecti mihi te-
 reo rete, & capio vulpem, ne demoliat
 vineam. Clavis namque & certum est,
 quod prædicare nec publice convenit mo-
 nacho, nec novitio expedit, nec non mis-
 so licet. Porro contra hæc tria venire,
 quanta conscientie demolitio est? Ergo
 quidquid tale ingeritur animo, sive illud
 sit tua cogitatio sive immisso per angelum
 malum, dolosam agnosce vulpeculam, &
 malum sub specie boni. Hæc ille.
 Sit quartus sanctus Thomas, qui quodlibet
 xii. questione xviii. istam materiam determi-
 nat, & questionem in terminis propriis
 movet, an scilicet liceat prædicare cuiuscumque
 absque licentia prelati superioris. Et respon-
 dendo dicit, quod nullus quantumcumque

Dionys. ep. 5. const. hierarch. Dis. 23. q. 1. Euseb. Hist. eccles. lib. 5. c. 11.

Ex concilio antiquo.

De heret. Quest. ad Rom. lib. 5. c. 11.

Epist. 4.

Item. 10. Luc. 10.

Lib. 5. de heret. Excommunicamus, lib. 5. c. 11.

Cap. 2.

Ex doctrina doctorum.

Ambros. in cap. 4. ad Ephes.

1) Rom. 2) Quo 2.

Cap. 1. resp. 1) ad Augu- 2) Rom. 10. 3) Doctores. 10.

1) Rom. 2) Rom. 10.

1) publice in 2) non recipi- 3) non habetur.

Art. 10.

ANNO
CHRISTI
1433

ANNO
CHRISTI
1433

doctus vel sanctus debet predicare absque A
praelati auctoritate; quia nullum agens nat-
tum est agere nisi super determinatam ma-
teriam, sibi ministratam: predicatio autem
publica respicit totam ecclesiam. Tota au-
tem ecclesia & cura publica ecclesia prae-
latis est commissa, & ideo nullus debet exer-
cere, quod requirat auctoritatem publicam,
nisi auctoritate praelati. Hac ille.

Sit quintus doctor solemniter, licet moderatus,
Henricus de Hassia, qui parte ultima super
Genesis dicit, quod predicatio non permit-
tatur, nisi missis, scilicet ultra gradum sa-
cerdotalem, specialiter a Deo tantum, vel a
Deo per hominem, secundum illud ad Ro-
manos x. Quomodo predicabunt nisi mittantur?
Alioquin pseudopredicatores non essent pro-
hibendi, cum tamen & ipsi praedicent in no-
mine Christi, & plerumque idem quod veri
predicatores, ut clarum est. Insuper, inquit,
est facientes miracula in nomine Christi, non
debet prohiberi, quia nullius usurpant offi-
cium, nec cuiquam injuriatur; tamen publi-
cae predicationes in diocesis alienis absque
canonica missione prohiberi debent, quonia-
m episcoporum & curatorum presbytero-
rum usurpant officium, & eis injuriatur. Et
postea declarat, quomodo dicentes se missos
a Deo tenentur hoc probare per scripturam,
ut Joannes, vel per miracula, ut Moyses,
prout jam dictum est ex conciliorum deter-
minatione.

Sit sextus venerabilis Augustinus de Ancona C
in ecclesiastica potestate, questione LXIV. ar-
ticulo 11. dicens, quod nec episcopis, nec
presbyteris liceat predicare, nisi missis eis
specialiter auctoritate Papae. Nam actus
predicationis est actus jurisdictionis, licet
non coactiva: sed omnis jurisdicatio a Papa
dependet: cujus est signum, quod ipse cui-
libet episcopo suam praefigit diocesim, &
auctoritate sua quilibet plebanus suam &
sibi commissam gubernat ecclesiam. Ergo
sicut absque auctoritate superioris, nec ipsi
sunt diocesani, nec plebani curati, ita
nec sine auctoritate Papae convenit eis pra-
dicare.

Sit pro nunc septimus honorabilis Thomas de D
Walden Anglicus, qui per omnia quasi in pro-
priis terminis concordat, prout patebit infe-
rius. Ad idem sunt omnes postea in corolla-
rio allegandi: ad idem sunt omnes prius per
alios indices allegati. Et prout praemissi, non
credatis nos in sententia concurrere, quia ambo
dicimus, quod sacerdos vel diaconus ad hoc
quod praedicet debet esse missus: sed in hoc
differimus, quod vos dicitis, quod illa missio
sit ex mandato Domini, & ex ministerio epi-
scopi in collatione ordinis diaconatus vel sa-
cerdotii: & contra hoc militat quae dicta
sunt, & quae dicentur reprobabunt illud.

Octavus sit Wilhelmus episcopus Parisiensis
in suo sacerdotali. Dicit quod auctoritas pra-
dicandi presbytero non datur, nisi cum cura
animarum sibi committitur. Hoc enim of-
ficium est cure animarum annexum. Num-
quam enim dicitur eis in sua ordinatione:
Ite, docete, seu praedicare; docere enim
seu predicare speciale est officium episcopo-
rum, propter quod in suis consecrationibus
dicitur eis: Ite, praedicare populis. Episco-
porum etiam est, doctores in diocesis

constituere; quia nulli licet predicare in
quacunque diocesi, nisi de mandato epi-
scopi. Hac ille.

Ista pro tanto conscripsi, quia horum oppo-
situm directe in vestris presentatis scriptis re-
peri: dixistis enim in una conclusionem, quod
quilibet predicator verbi Dei debet esse missus.
Et in notabili super termino, Libere, dixit
proponens quod talis missio seu licentia datur
per ministerium episcopi, & a Domino, quan-
do ad ordinem diaconatus vel presbyteratus quis
promovetur. Cogitastis ergo, quod ex man-
dato Christi tenentur predicare, nec possent
ab ullo prohiberi. Et ne videretur hoc mira-
bile, direxistis ad rationes, quas facitis con-
sequenter ad probandum oppositum eorum quae
dixi: ad quas respondebo hoc modo. Prima

B fuit haec: Sacerdos Domini, Spiritu Jesu in-
fligante, potest sine speciali episcopi licentia
aut praelati predicare verbum Dei, et tibi
licet. Tenet consequentia, quia oportet magis
obedire Deo quam hominibus, Actor. v. Respon-
deo, quod assumptum verum est, si aliqua
sacerdos se a Spiritu Jesu infligatum ad predi-
candum probare potest. *Notae omni spiritui
credere, sed probat spiritus an ex Deo fiat.*

Circa istam materiam, quia quidam dicitur
se Spiritu Jesu infligari ad praedicandum, no-
tandum quod valde dubiosum est & periculo-
sum homini semper se presumere inspiratum a
Spiritu sancto. Sciendum, quod secundum bea-
tum Thomam, 2. 2. questione 171. artic. 5.
mens humana inspiratur a Spiritu sancto du-
pliciter: uno modo per expressam revelationem,
pota per spiritum prophetiae, vel per donum
discretionis spirituum; & qui hoc modo in-
spiratur, certissimus est quod non decipitur;
verumtamen ut praedixi, nec isti missioni cre-
dere tenentur alii, nisi probet se sic missum
per scripturam vel miraculum; De heretici-
cis: Cum ex injuncto. Alia est inspiratio
per internam investigationem, quae vocatur in-
stinctus, quem interdum nescientes humano-
mentes patiuntur, ut dicit beatus Augusti-
nus libro 11. super Genesis; & distinguere
an talis instinctus sit a Deo, an a diabolo,
tam est difficile, ut vix aliquis vivens in hoc
semper possit esse certus. Ut dicit beatus Ber-
nardus super Canticum homilia 111. & hoc
propter motionem mentis nostrae, & Spi-
ritus sancti maximam similitudinem, & an-
geli sanctorum in angelum lucis transfiguratio-
nem.

Unde quam stultum sit semper credere ta-
les instinctus a Deo venisse, patet ex hoc,
quod etiam prophetae decepti sunt nonnun-
quam, putantes esse Spiritum Dei, cum spi-
ritus proprius loqueretur, ut dicit beatus Gre-
gorius super Eschielem: Sunt tamen aliquae
signa, quibus discerni potest an sit instinctus
a Deo. Primum si sit conformis divinis scri-
pturis. Unde dicit beatus Gregorius Moralium
23. super illo Job 33. *Semel loquitur Deus,
& idipsum secundo non repetit.* Hoc est dico-
re, Deus singulorum cordibus privatis vo-
cibus non respondet, sed tale eloquium
construit, per quod sanctorum questionibus
satisficit: in scriptura quippe ejus eloquio
causas nostras singuli si requiramus inventi-
mus. Hac ille.

Secundum, si talis motio approbatur spiri-
tualium virorum, & maxime praelatorum iudi-
cio,

Respondeo
ad primum
argumentum
adversarii.

1. Jan. 6.

De heretico.
Cum ex injunc-
to, super in
3. probatione
conclusionis.
Aug. lib. 11. in
Genes. c. 17.
tom. 2.

Gregorius
lib. 1. in
Esch.

1. Greg. 16.
Moral. 23. c.
2. & 19.

ANNO CHRISTI 1011. 20. 11.

ANNO CHRISTI 1011.

clo, secundum Bernardum. Propter hoc Paulus, etiam postquam revelationem Christi habuit, mittitur ad Ananiam, Cornelium ad Petrum. Sic concubitus instruitur per Philippum, ut approbationem & iudicium virorum spiritualium requirere doceretur, sicut de hoc plenius in collatione patrum habetur.

possint, & quamvis sapientem se esse sentiat, vellet tamen esse patiens, nec videri, atque sibi hoc omnimodo quod loquendo pro- ditur, pertimescit; & si liceat tacere, ap- petit, dum esse multis tutius silentium cer- nat: eosque se feliciores putat, quos intra sanctam ecclesiam locus inferior per silentium occultat: & tamen ut sanctam ecclesiam de- fendat, quia ad loquendum vi caritatis im- pellitur, ex necessitate quidem officium lo- cutionis suscipit, sed ex magno desiderio otium taciturnitatis querit: hoc servat ro- to, illud exercet ministerio. Hanc autem do- cendi formulam arrogantes ignorant: neque enim loquuntur, quia causæ eveniunt, sed quia causas venire appetunt ut loquantur. Hæc Gregorius.

S. Bernard. in Philim. Epist. ad Paulum, 11. ante medium. Sermon. 11.

Tertium est affectus, quem talis interior mo- gio causat. Nam Spiritus divinus facit homi- nem intus humilem, flexibilem: spiritus dia- bolicus presumptuosum & pertinacem. Nam sunt vis diaboli, secundum beatum Bernar- dum, super illud Psalmistæ, Qui habitat.

Tertium est, quando quis magno affectu ac- cenditur ad predicandum, cujus tamen statui repugnat publice predicare, sed magis incumbit in solitudine vacare, sicut monachis mul- tis, quorum officium est plangere, non doce- re, secundum beatum Hieronymum.

Quartam est ordo inspirandi: quia ordo commotionis Spiritus sancti est, quod loquitur primo in turbine, facit hominem pavidum, ti- moratum & percussum, & propriam fragilita- tatem cognoscere, & postea erigit in spem. Econtra autem diabolicus spiritus, ut dicunt gloriæ Luc. 1. & Matth. ult. de terrore boni Angeli, qui virginem beatissimum Mariam sal- latando, & mulieres terruit circa sepulcrum.

Quartum est, si aliquis debilis & nondum a concupiscentiis exercitatus, & in humilitate fundatus instigetur ad predicandum, volens aliis proficere, & se negligere. Unde beatus Bernardus super Cantic. sermone xviii. Quod ruum est spargis & perdis, si priusquam in- fundaris tu totus, semiplenus festinas effun- dere, contra legem arans in primogenito bo- vis, & ovis primogenita tondens. Nimirum vita atque salute, quam alteri das, te frau- das; dum sana vacuus intentione, gloriæ inanis vento inflaris, aut terrea cupiditatis veneno insceris, & lethali apostemate turgens interis. Hæc Bernardus.

Quintum est secundum circumstantias perso- narum, si instinctus non trahat supra propriam personam, & contra debitum ordinem persona- rum, inter quas vivit. Nam quas a Deo sunt, ordinata sunt, ad Romanos XIII.

Quintum est, si affectu hominum ingerit se ad predicandum, qui nec a prelati missus est, nec a Deo, sive per vocationem spiri- tualem: Et de his tribus ultimis dicit beatus Bernardus super Cantic. sermone 64. Claret namque & est certum, quod publi- ce predicare monacho non convenit, nec novitio expedit, nec non misso licet. Por- ro contra hæc tria venire, quanta conscien- tiæ demolitio est? ergo quidquid tale ani- mo suggeritur, sive illud sit tua cogitatio, sive immisso per Angelum malum, dolo- sam agnosce vulpeculam, id est, malum sub specie boni. Hæc ille. Et notandum quod ubi omnia hæc concurrunt, discerni potest, an inspiratio a Deo vel diabolo pro- venerit secundum humanam conjecturam, non secundum necessariam scientiam. Sed tria ul- tima sunt manifesta diabolicæ inspirationis in- dicia. Et sic patet, quid sit dicendum ad ar- gumentum, ubi assumitur: sacerdos Spiritu Jesu inspiratus potest predicare nolente præla- to quocumque. Ostendant se inspiratos, & cre- dimus eis. Si queritur qualiter hoc probari de- bet, dico quod per miraculum, aut scripturæ sacræ testimonium. Et hoc proba multipliciter. Primo ex veteri testamento. Nam Exod. 111. dum Dominus mitteret Moysen ad denun- ciandum Pharaoni ejus voluntatem, ait Moy- ses: Quod signum ostendit mihi, ut credant mihi Pharaon & filii Israel, quod me miseris? statim virtutem miraculorum Dominus sibi dedit, ut virgam in colubrum & e converso transfor- mare posset. In novo, ex praxi Christi in se & in suis Apostolis. In se, quia cum di-

S. Hieron. adversus V. g. lib. 1. c. 6. c) Perfor- mationem. Deum. 13.

a) alter liber. postquam.

Si ergo queris, quis instinctus ad prædican- dum, & lucrificandum animam proximi divi- nus possit dici; respondeo, quod hoc ex quin- que possit discerni. Primum est, si illi sic moti non moventur ex affectu & desiderio pro- prio, sed quantum in ipsis est semper deside- rant sibi vacare, & nequaquam officio prædi- cationis deservire, sed necessitatis caritate; vel superioris imperio, ad hoc coguntur: ar- rogantes vero & qui appetitu laudis vanæ mo- ventur, seipsos ingerunt, & occasionem qua- runt, ut loqui & docere possint, nec expectant donec utilitas exigat vel necessitas requirat.

d) Fove. postquam.

Secundum est, quod illi, qui bene afficiun- tur, non se esse ex hoc aliis meliores reputant, eo quod ipsi illos docent; sed se magis repu- tant, sicut veraciter suat, in majori periculo. Arrogantes autem peccatores alios despiciunt, se cunctis sapientiores & meliores reputantes. His duobus dicit beatus Gregorius xxiii. moral. Sanctæ universalis ecclesiæ spiritualis quisque prædicator, in cunctis que dicit solerti cura se inspiciat, ne in eo quod re- ste prædicat, vitio se elationis extollat; ne vita a lingua discordet. Et infra: Indignum se omnibus indicat, etiam cum dignum cun- ctis vivat: scit enim, quod bona, que in- notescunt hominibus, sine periculo vix esse

S. Greg. 111. Moral. p. 6. 11.

Quis in- spiratus ad prædicandum possit dici di- vinus.

Cap. 4.

Concil. General. Tom. XXIX.

Indicia veri prædicatore.

b) ad iudicium.

xii. *Ego ex Deo processi, & veni in mundum, neque enim a me ipso veni: sed ille me misit, Joannis VIII. volens ostendere, quomodo hoc esset verum, primo dixit: idem ad scripturas dicens, Joannis V. Scrutamini scripturas illa testimonium perhibent de me. Quis autem fuerint illa scriptura, ostendit ipse Luca ultimo, dum aperit discipulis sensum ut intelligerent scripturas, dicens: Oportet impleri omnia qua scripta sunt de me in lege Moysi & prophetis & psalmis. Et quia ad scripturarum testimonium non attenderet, ut essent inexcusabiles, fecit opera miraculorum, quibus debebant ipsum credere a Deo missum, ait enim: Si opera non fecissem, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Jo: xv. Ecce quomodo Salvator docuit, quod quicumque sese a Spiritu Jesu instigatum ad predicandum dicit, hoc probare tenetur miraculis, vel scripturis de se conscriptis. Idem in suis Apostolis idem praticavit: nam ut statim dum eos misit virtutem miraculorum eis tribuit dicens: *Infirmos curate, leprosus mundate, &c. Matth. x.**

Eadem etiam fuit praxis Apostolorum, qui suam novam doctrinam confirmarunt per miraculorum consummationem. Unde Marci ultimo: *Illi autem profecti predicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Ita beatus Paulus ait Corinthiis: Signa Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, signis & prodigiis & virtutibus. Hoc est, Apostolatus sua in vobis signa monstravit per patientiam in moribus, & prodigia in signis, secundum beatum Hieronymum. Hoc promisit certitudinaliter Propheta dicens: Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa, id est, virtute fidei & miraculorum, secundum expositionem Cassiodori. Hæc determinatio concilii Lateranensis in c. Cum ex injuncto, de hæreticis, dicens: Quod si forte quis argue respondeat, quia tales invisibiliter mittantur a Deo, etiam non visibiliter mittantur ab homine; cum invisibiliter missio multo sit dignior quam visibilis, & divina longe sit melior, quam humana; D potest rationabiliter responderi, quod cum illa interior missio sit occulta, non sufficit cuiquam nude tantum asserere, quod sit missus a Deo, cum hoc quilibet hæreticus asseveret: sed oportet quod adstruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel scripturae testimonium speciale. Unde cum Dominus mittere vellet Moysen ad filios Israel in Egyptum ut crederent ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut mutaret virgam in colubrum, & virgam iterum reformaret. Joannes quoque Baptista speciale suæ missionis testimonium protulit de scripturis, dicens: *Ego vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, sicut dixit Elias Propheta. Hæc iste. Et sic patet solutio ad primum.**

Secunda ratio fuit hæc: Ligius homo sub potestate regia constitutus, Spiritu Dei instigatus, potest dare eleemosynam corporalem indigenti sine speciali licentia regis; ergo multo magis sacerdos Domini potest licite predicare verbum Dei sine speciali licentia prælati cum eleemosyna spiritualis sit multo dignior corporali. Respondeo negando consecutionem, non enim est similitudo conveniens.

Nam laici possunt dare eleemosynam, & tamen non possunt predicare ordinaria potestate, cum sit solius sacerdotis officium, xvi. questione 1. Adjectimus. Insuper quod sacerdos predicet, requiritur quod ultra sacerdotalem auctoritatem habeat commissionem specialem ad predicandum, ut probatum est longe satis superius. Sed hoc non oportet de dando eleemosynam corporalem, saltem regulariter loquendo, ergo claudicat similitudo. Tertio, quia licet quilibet debeat communicare eleemosynam spiritivalem pro posse: tamen Apostolus docet singula secundum ordinem fieri debere: non autem esset debitus ordo, sed sempiternus horror, si quilibet sacerdos posset predicare ubi vellet, absque speciali commissione, ut probatum est supra ex æterna lege. Quarto, quia ex eodem fundamento arguere possem: Missare pro aliis est eleemosyna spiritualis: ergo cui licet dare eleemosynam corporalem, licet celebrare Missam, cum malor sit eleemosyna spiritualis quam corporalis. Consequens falsum. Ergo claudicat proverbium. Quinto, quia dare eleemosynam non est prohibitum, sed predicare contra voluntatem prælati est prohibitum sub pena excommunicationis, in cap. Cum ex injuncto; ut jam dictum est. Ergo, &c. Insuper non est simile de pane materiali & verbo Dei predicando: quoniam ex eleemosyna materiali præsequitur periculum apud suscipientes eam, sicut periculum sæpe videmus sequi ex libertate predicandi propter adjunctionem venenatam doctrinae, quæ consuevit misceri a cum forma veritatis eloquii, quemadmodum consueverunt facere pastores hæreticorum: Et ideo ecclesia sancta volens hujusmodi pericula remove, ex Spiritu sancto edocta ordinavit, quod nullus tribueret panem ovibus Christi publice absque auctoritate superioris pastoris, qui agnosceret quale pabulum suis ovibus conveniret. Sanctus Thomas in iv. distinctione xv. solvit dicens de eleemosyna, questione 111. articulo 111. quod sicut dare eleemosynam corporalem non cadit sub præcepto obligante, nisi ad tempus necessitatis, & ut alicui in necessariis subveniatur: Ita ad doctrinam alterius non obligatur homo præter debitum officium, nisi in his quæ sunt de necessitate salutis; & quando non esset qui instrueret, vel quando aliquis alium errantem videret, nisi esset alius qui ex officio facere teneretur. Alias autem docere, est consilium & supererogatio quedam, sicut & de eleemosyna corporali dictum est. Hæc ibi.

Tertia ratio vestra fuit hæc: consummato matrimonio conjuges sine licentia speciali prælati possunt licite generare filios carnales. Ergo sacerdotes Domini possunt licite generare filios spirituales per prædicationem verbi Dei sine licentia prælati. Respondeo negando consequentiam, propter dissimilitudinem: quia generare filios carnales est principalis finis & bonum matrimonii. Alius finis, scilicet quod est institutum in remedium contra concupiscentiam, est secundarius. Sed generare per prædicationem filios spirituales non est principalis finis sacerdotii: quia ut dictum est prius in notabili de distinctione sacerdotum curatorum & non curatorum, principalis est actus sacerdotii concipere Corpus Christi verum. Sed secundarius est actus super Corpus Christi-

ANNO CHRISTI 1411.
11. Pontificatus
Henr.

ANNO CHRISTI 1411.

1. Cor. 11

Hier. in cap. 11. 2. ad Cor. 11. 1. 2. 11.

Joan. I. 1. 1. 40.

Respondeo ad 1. 272.

1. Alibi libere
quod veritas
eloquii.
2. p. 100.

Respondeo ad 1. 272.

ANNO CHRISTI 1619.

ANNO CHRISTI 1611.

Christi regnum, scilicet generare filios spiri-
rituales in foro penitentiam, vel sacramento-
rum collatione, aut verbi Dei prædicatione:
sed iste secundus actus non convenit omnibus
sacerdotibus, nisi tantum curatis, vel a præ-
latis ad hoc deputatis, ut dicit idem beatus
Thomas & Albertus Magnus.

Ad confirmationem qua sic assumitur: Pejus
est semen verbi Dei non admittere vel suffoca-
re, quam semen carnale: sic e converso me-
lius est semen verbi Dei spargere & suscipere,
vel dare semen, de quo suscitentur filii car-
nis. Ideo dicit Dominus Matthæi cap. x. *Qui-
cumque non receperint vos, neque audierint sermo-
nes vestros, excutite pulverem de pedibus vestris:
amen dico vobis, quod tolerabilius erit terra So-
domorum & Gomorraorum in die judicii, quam
civitati illi.* Respondeo quod verum conclude-
retis, si prælati verbum Dei omnino suffoca-
rent, & necessariam doctrinam populo sub-
traherent: quod utique non fit hoc quod
non quilibet sacerdos prædicat: sed magis semen
verbi Dei spargitur, quia per eos ad quos
spectat, scilicet curatos & a prælatis missos,
copiose seminatur. Unde si quis tales impedi-
ret vel prohiberet, ille semen doctrine suffo-
caret, & graviter reprehendus esset. Que-
madmodum beatus Hieronymus scribit ad Ru-
sticum mansuetum, & assumitur distinctione
nov. Ecce ego dico reprehendendos epis-
cos, qui prohibuerunt curatos, ne in præsen-
tia eorum prædicarent populis: & sic doctrina
necessaria subtraheretur eis. Sicut hic di-
citur de semine spiritali non suffocando, ita
dicit beatus Thomas de non abscondendo, 11.

11. Thom. 2. q. 1. art. 1. quæst. 185. art. ad 3.

11. quæst. clxxv. art. 1. quod ille Dominica
frumenta doctrinarum non dicitur abscondere,
cui ex officio non competit dispensare, nec
ei injungitur a superiori: sed ille dicitur abscon-
dere ea, qui officium sibi commissum negligit,
vel pertinaciter recipere renuit. Insuper, sicut
non quilibet ager seminari debet a quolibet
agricola, sed tantum ab eo, cujus est, vel qui
ad hoc conductus est; ita non quilibet popu-
lus a quolibet presbytero instruendus est per
publicam prædicationem, nisi tantum ab eo
cujus est, scilicet curato, vel qui ad hoc a
superiori conductus est. Nullus enim debet
gloriarî in aliena regula, nec in immensum
extendere evangelium, id est, prædicationis
actum. Ita 1. ad Corinthios x. hoc est quod
dicitur, *Ne mittas falcem in messem alienam.*
Præterea, licet semen carnale, si ad vas ap-
propriatum seminatur, adhibitis circumstantiis,
est meritorium: Ita si seminatur in personam
prohibitam est fornicationis seu adulterii pec-
catum. Ita quamquam verbum Dei secundum
ordinationem ecclesiæ seminare in locis com-
missis sit licitum; tamen adulterari, id est,
ibi prædicare ubi prohibitum est fieri, est de-
meritorium. Imo excommunicationis incur-
runt tales periculum, ut patet de hæreticis.
Excommunicamus.

Lib. 5. cap. 9. Excommunicatio
mor. c. 13.

Respondeo ad
4. art. de
propheta.

Quarta ratio fuit hæc: Cum Eldad & Me-
dad prophetarent, noluit eis Moyses prohibere,
Num. 11. Sed dicit, *Quis det, ut omnis po-
pulus prophetet?* Ergo, &c. Respondeo; ne-
gando consequentiam; quia magna est dis-
crepantia inter prophetare & prædicare. Nam
prophetare mulieribus convenit, sicut & viris.
Sed prædicare non potest proprie convenire
nisi tantum viris: Nam *mulieri docere non per-*

mitto, 1. Timoth. 11. nec viris omnibus, nisi
tantum presbyteris regulariter, in cap. Adji-
cimus, xvi. questione 1. cap. xix. Quia toti
populo fuisse utile recepisse donum prophetiam:
sed non est utile ecclesiæ quod quilibet sa-
cerdos vellet prædicare libere: & si esset utile,
omnes optaremus. Præterea ad prophetandum
non requiritur aliquid per se, nisi illumina-
tio mentis prophetice divinitus per lumen di-
vinum impressum: sed ad prædicandum plus
adhuc requiritur, scilicet missio ad certum
locum seu populum. Unde missio tria impor-
tat. 1. auctoritatem ex parte mittentis. 2.
idoneitatem ex parte missi. 3. determinatum
locum seu populum ad quem mittatur. Pri-
mum est terminus a quo. Secundum medium
ad quod. Tertium est terminus ad quem.
Sententia est domini Alberti Magni super Luc.
cap. x. de missione discipulorum. Insuper quin-
to, si Deus omnibus communicaret donum
prophetie, ex hoc nulla distantia fieri posset
seu deordinatio ecclesiasticæ hierarchiæ: sed
si singuli presbyteri indifferenter ubique prædi-
care vellent, sequeretur maximus error in ec-
clesiastica hierarchia, ut probatum est ex lege
æterna: ergo non est simile prædicare & pro-
phetizare. Sexto, quia habens donum prophe-
tiæ, potest illo immediate uti absque alia
probatione: sed qui habet donum prædican-
di, non potest eo uti nisi probet se a Deo
missum, per scripturam vel miraculum, ut
dictum est in responsione ad primum ar-
gumentum vestrum. Ergo iterum non est
simile.

Missio tria
importat.

Alter liber
discussit.

Ref. ordo
ad 5. arg.

Ultima ratio vestra fuit hæc: Ita licet fa-
cere Christi sacerdotibus, sicut Apostolis LXXII.
discipulis: sed illi a Christo missi non iverunt
ad petendum licentiam prædicandi a prælatis
vel alter ad alterum; ergo ita & nunc sine
licentia speciali licet prædicare presbyteris.
Respondeo negando consequentiam, quia licet
Apostoli potuissent prædicare sine licentia alio-
rum prælatorum, quia habebant licentiam
sui prælati scilicet Christi; non sequitur,
quod ergo quilibet sacerdos, cum non sit
omnis taliter licentiatus a Christo. Etiam
consequentia non valet ex eo quod non om-
nes presbyteri succedunt Apostolis, sed so-
lum episcopi, ut patet distinctione xxx. In
novo; in actu jurisdictionis. Respondeo se-
cundo negando illud quod pro minori assu-
mitis: quia ut probatum est superius loco ter-
tio, scilicet praxi Apostolorum, & discipu-
lorum Christi, dictum est quod Apostoli, li-
cet recepissent a Christo Domino immediate
auctoritatem prædicandi, tamen executionem
illius auctoritatis receperunt a beato Petro;
quia illi sibi tradita fuit potestas pascendi uni-
versaliter, & secundum ejus distributionem ive-
runt singuli Apostoli ad implendum præceptum
Christi. In cujus signum etiam dictum est,
quod Apostoli voluerunt Petrum esse omnium
eorum summum Pontificem, prout deductum
est satis clare ibidem. Respondeo tertio, quod
Apostoli & prælatis illis, quibus volebant præ-
dicare: quia poterant se probare missos a
Deo & per scripturas a Christo prophetatas,
nunc impletas, qui debebat mittere discipu-
los, de quibus Psalmista: *In omnem terram Pfalm. 118.
extensio sonus eorum.* Et iterum per signa mi-
raculorum, quæ fecerunt copiose. Hæc enim
sunt

Cap. 4.

Pfalm. 118.

ANNO
CHRISTI
1020

John. 11.

sunt duo necessaria ei pro altero eorum, qui vult predicare absque licentia prelati, ut ostendat se missum esse a Deo, ut probatum est, in responsione ad primam rationem vestram. Et iterum, quia illi prelati non fuerunt superiores Apostolorum: sed Apostoli fuerunt prelati ipsorum, de quibus Psalmista: *Constituens eos principes super omnem terram,*

Ad confirmationem, qua assumitis contra predicta; Beatus Apostolus Paulus vocatus a Christo ad predicandum, non fuit ad Apostolos petere licentiam, ut patet ad Galatas. I. Respondeo, quod ratio fuit qua dicta est; scilicet quia potuit probare se a Christo missum immediate per signa miraculorum. Ideo dicit sanctus Thomas ad Galatas 11. Sed posset dicere aliquis Paulo; Unde confas nobis, quod tibi sit commissum evangelium in gentibus? respondet Paulus, *per operationem Christi.* Sicut etiam patet, quod Petrus accepit evangelium a Christo propter miracula que fecit Christus per eum; ita patet quod ego, scilicet Paulus, ab ipso accepti, scilicet Christo, etiam propter miracula, que operatus est in me. Unde dicit, *qui operatus est Petro,* id est, qui Petrum Apostolum fecit in Judæa, scilicet Christus, *ipse operatus est mihi inter gentes,* id est, me fecit Apostolum gentium: nec tamen totaliter omisit, sed venit ad Petrum, & contulit secum, & cum aliis Apostolis evangelium, ut patet ad Galatas 11. Sequitur epilogus.

Quod ista conclusio, conclusioni proponenti contraria, est vera, secundum expositionem terminorum prehabitam: Verbum Dei a sacerdotibus Domini non debet libere ac sine impedimento fideliter predicari & enuntiari. Ex deductione sequuntur ista; primo quod ordinarie predicatorum in ecclesia sunt episcopi & curati, quia illi proprie succedunt duodecim Apostolis & LXXII. discipulis Domini. Secundo quod alii gradus in ecclesia non sunt a diabolo, quia a Christo, & in veteri testamento sunt prefigurati, ut in agro prelati, in lecto religiosi, in mola laici. Tertium, quod jam non est expectanda revelatio a Deo, ut manifestet quid credere debeamus, quia scientia Domini plena est terra, & ecclesia sufficienter in omnibus illustrata. Quartum, quod multum decorat ecclesiam Dei, esse diversos status; sicut decorat corpus humanum, quod habet diversa membra, quorum quodlibet habet distinctum sibi proprium actum. Quintum, quod iste ordo ecclesiasticus debet indefectibiliter servari; ne si quilibet vellet indifferenter predicare, confunderetur tota monarchia principatus monarchici. Sextum, hoc probatum est auctoritatibus veteris & novi testamenti. Septimum, quod licet omnes Apostoli essent a Christo immediate missi ad predicandum, non tamen licuit cuilibet eorum ire quo voluisset, nisi pre-supposita ante divisionem auctoritate Petri, quia solus dictum est; *Pasce oves meas.* Octavum, quod valde periculosum est credere, se a Spiritu sancto inspiratum, nisi possit hoc probari per scripturam vel miraculum. Unde nulli creditur quod sit missus ad predicandum a Deo, nisi probet scriptura vel signo. Hæc questio in corde bono & optimo accipite, ut fructus optati sequi valeat. Quilibet vestrum verbum quod audivit attente retineat, loco ejus qui

A sit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus; in presenti gratiam, in futuro gloriam conferendo, quam nobis concedat Jesus Christus benedictus in secula gloriosus. Amen.*

Jam pro tertio & actu finali in beatissima Trinitatis nomine, Patris, inquam, misericordiarum, cujus omnipotentia aperuit ora mortuorum; Filii unigeniti, cujus omni sapientia disertus facit linguas infantium; & Spiritus sancti Paraleti, cujus omniclemencia materiam suggerit dicendorum, patres reverendissimi, ceterique domini præsantissimi; mediante beatissima Dei genitrice, cui non desit potestas, cum sit mater omnipotentis; nec industria, cum sit mater sapientis; neque adjuvandi voluntas, cum sit mater totius clementis & misericordie, secundum beatum mellissimum Bernardum in sermone; actum nunc diebus continuatum geminis jam concludendum sub brevibus, retumo verba in altera vice alterata. *Qui in corde bono & optimo verbum Domini audientes retinent, fructum offerunt in patientia.* Ubi postquam declaratum est primo, quod locus congruus est aptificandus, in quo fructificare queat sermo divinus, quod sit in corde bono & optimo. Consequenter quomodo observandus est modus debitus, si audientes verbum retinent finaliter: est nunc concludendum, si ita fecerimus, quem consequemur profectum: scilicet, *fructum afferunt in patientia.* Et quis est iste fructus quem intendimus, quem querimus, quem Dominus donet ut reperiamus? certe non alius quam ille, in patientia expectamus, in hoc nomine, Patientia, etymologizatus. Hæc enim est etymologia ejus: Patientia, pacis entia: patientia, pacis scientia; patientia, pacis eancia. Nam pacis entia sunt pax in gratia vel gloria, pacis entia in propria conscientia, pax cum seipso: pacis scientia, pax cum proximo; sed pacis eancia; pax intelligitur cum Deo, pax conscientie cum seipso, & pax Angelicæ modulationis. *In terra,* inquit, *pax hominibus bone voluntatis,* Lucæ 11. pax amicitie cum proximo est pax Apostolicæ predicationis, optata solis filiis pacis, Lucæ x. pax gratie & glorie, & pax Christifere salutacionis, qua in unum congregatis. *Pax,* inquit, *vobis,* Joannis xx. Hanc itaque patientiam, veram pacis existentiam; Psalmista dicit pacem multam: *Pax multa diligentibus legem tuam.* Psalm. 111.

Multa, quia conscientie, amicitie & gratie: multa, quia Angelica, Apostolica, & Christifera; multa, quia cum seipso, proximo, & cum Deo; multa quia per nos multos, multoties corde optata, ore postulata, & nunc opere exhibita, aequæ doctrina; multa, quia non unius hominis tantum sed totius regni inclyti Bohemæ, marchionatusque Moravia; pro salute æterna; multa, quia omnium nostrum vobiscum, & omnium vestrum nobiscum, unione fraterna. Pax multa utique erit, si una fides, unum baptisma, unus omnium sacramentorum ecclesie ritus, unus clericalis vivendi modus, una spes certa, una caritas firma, & una ecclesia sancta catholica, nobis omnibus cor unum fuerit, & anima una in Deo. Ecce fructus in patientia, in pacis veræ existentia. Hinc consilio Aurelii Augustini de verbis Domini, qui hanc pacem accepit, ipsam teneat; qui perdidit, ipsam repetat; qui amiserit,

ANNO
CHRISTI
1020

Hoc caput in
alio libro
profectus non
habetur.

Supra initio

Psalm. 111.

Serm. 8.

ANNO CHRISTI 1600.

Maria 122.

Corollaria.

stric, ipsam requirat: qui enim in ea, in-
 quit, inventus non fuerit, abdicatur a Patre,
 exheredatur a Filio, nihilo minus alienus ef-
 ficitur a Spiritu Sancto. De hac pacis scientia
 orat quotidie ecclesia: Da pacem Domine in
 diebus nostris. Et Psalmista: *Fiat pax in vir-*
tute tua. In hac patientia, id est, vera pacis
 efficientia; possidebitis animas vestras, in præ-
 senti in gratia, in futuro in gloria; quam
 nobis dignetur præstare propter suam magnam
 gloriam, propter suam infinitam misericordiam cle-
 mentiam, propter vulnerum suorum, mortis,
 crucis, & passionis patientiam & amaritudi-
 nem, Jesus Dominus benedictus in sæcula
 gloriosus. Amen.

Ex præscriptis elicio aliqua corollaria, quo-
 rum cujuslibet Dominus proponens oppositum
 mihi ministravit saltem in sententia. Primum,
 quod non quilibet sacerdos habet potestatem
 prædicandi libere ex vi sacerdotalis consecra-
 tionis; sed virtute jurisdictionis. Secundum,
 non est præceptum Domini, quemlibet pres-
 byterum prædicare verbum Dei. III. Licet
 Papa vel episcopo prohibere, ne quilibet sa-
 cerdos prædicet absque sua licentia libere ubi-
 que, & sub poena excommunicationis late
 sententis. IV. Multum salubre est multos Mis-
 santes esse, etiam si pauci prædicantes possent
 haberi. V. Congruit cultui divino, quod in
 ecclesia Dei sit altarium multiplicatio. VI. Ex
 proprio diaconi officio sibi non est præcepta
 a Domino verbi Domini libera prædicatio.
 VII. Propter scandalum perverforum debent
 aliquando sacerdotes Domini omittere verbi
 Dei prædicationem. VIII. Non obligantur
 prælati majores prædicare verbum Dei, quin
 in certis casibus possint licite supportari. Pri-
 mo dixi, quod non quilibet sacerdos Domini
 habet facultatem prædicandi actualiter ver-
 bum Dei, ex virtute suæ consecrationis, quia
 sibi per ministerium episcopi confertur offi-
 cium sacerdotale; cujus oppositum venerabi-
 lis, proponens dixit in notabili de libertate
 super verbo, Libere: & probatur dictis mul-
 torum doctorum.

1. Corollarium. Non quilibet sacerdos habet facultatem prædicandi libere ex virtute consecrationis sacerdotalis. 2. Thomas lib. contra impugnationem religio- nis, cap. 4. non præci- dit in fine.

Primo sancti Thomæ in tractatu contra im-
 pugnantem religionem, dicentis, quod pote-
 stas sacerdotalis ad duo ordinatur: Primo
 & principaliter super Corpus Christi verum
 consecrandum: & hujus potestatis execu-
 tionem, statim cum ordinatur, accipit, nisi
 sit defectus in ordinatione, vel in ordinato.
 Secundo ordinatur ad Corpus Christi mysti-
 cum per claves ecclesie, quæ sibi commit-
 tuntur: & hujus potestatis executionem non
 recipit, nisi cura ei committatur; vel nisi
 auctoritate alterius cum habentis hoc agat.
 Nec tamen potestas sacerdotalis frustra da-
 tur ei, quia habet executionem in hoc,
 ad quod est potestas sacerdotii principaliter
 instituta. Sed, inquit, officium prædicatio-
 nis non ordinatur ad aliud, nisi ad prædi-
 candum. Unde cum privilegium principis
 non debeat esse inutile, ut jura dicunt, ex
 hoc ipso quod Papa committit alicui of-
 ficiam prædicandi, ille habet executionem
 officii, quicumque sit ille. Hæc ibi.
 Secundo idem 11. 11. questione cxxxv. ar-
 ticulo 1. quod dispensatio frumentorum spi-
 ritualium, id est doctrinarum, non est fa-
 cienda ad arbitrium cujuslibet, sed primo &
 principaliter secundum dispositionem Dei:

secundario autem ad arbitrium superiorum
 prælatorum, ex quorum persona dicitur 1.
 ad Corinth. 17. *Sic nos existimet homo ut mi-*
nistros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.
 Hæc ille.

Tertio, dominus Albertus super ecclesiasti-
 cam hierarchiam capite 11. ubi beatus Diony-
 syus docet quomodo episcopus debet præ-
 dicare ei qui ad baptismum accedit, arguit
 quod non debuit baptizantem inducere ad
 prædicandum, quia prædicare & baptizare
 sunt distincta officia: & respondet, quod licet
 sint distincta officia, conveniunt tamen in
 relatione ad unum principium, a quo de-
 scendunt. Sicut enim jurisdictio prædicandi
 derivatur a Pontifice in alios, ita & bap-
 tizatio: sicut dicitur ad Romanos x. *Quomo-*
do prædicabunt, nisi mittantur? Unde ponem-
 do utrumque officium circa unam Pontificis
 personam, est intentio sua ostendere, quod
 utrumque descendit ab ipso. Hæc ille. Idem
 patet clare per ambos istos in quantum
 sententiarum distinctione xxxiii. ut supra al-
 legatum est in notabili de distinctione sa-
 cerdotium curatorum, & non curatorum.

Quarto idem ostendit venerabilis Augusti-
 nus de Ancona in libro de ecclesiastica pote-
 state, quest. lxxiv. art. 1. ostendens, quod etiam
 prædicare in Papa est officium jurisdictionis,
 & non sacri ordinis: quia & Papa electus,
 qui non esset sacerdos, prædicare posset per
 se, & cum hoc, officium prædicationis aliis
 committere: sed non posset ea quæ sunt ordi-
 nis, nisi prius esset consecratus. Et hoc ideo,
 quia id quod est ordinis respicit Corpus Chri-
 sti verum: Sed quod est jurisdictionis, respicit
 corpus Christi mysticum. Et ibidem a. 11. probat
 quod prædicare non licet episcopo vel pres-
 bytero absque licentia Papæ, quia prædicare
 est jurisdictionis actus: sed omnis jurisdictione
 derivata est episcopis & presbyteris a Papa,
 ad quem spectat dioceses & parochias distin-
 guere, & cuiuslibet suam assignare: ergo ab-
 sique auctoritate Papæ non licet eis prædi-
 care.

Quinto idem per totum suum processum po-
 nit venerabilis Tomas de Walden, qui non
 concedit, quod ex ordine vel officio sacerdo-
 tali cuiquam competat prædicare, nisi possit se
 missum probare per signa, si a Deo sit, vel
 monumenta, si a prælato se afferat missum.
 Sexto, hoc dominus Joannes Gerfon in tra-
 ctatu de ecclesiæ potestate videtur velle, di-
 cens quod potestas ecclesiastica jurisdictionis
 non coercitivæ in sua latitudine considerata,
 nedum ad sacramentum poenitentis, sed etiam
 ad aliorum sacramentorum administrationem,
 imo ad prædicationem est extensa, quæ om-
 nia respiciunt corpus Christi mysticum. Ho-
 rum ratio est, quæ pridie est dicta, quod
 præbytero in sua consecratione non datur ni-
 si duplex potestas, scilicet ordinis, & cla-
 vis: quarum neutra affert libertatem prædi-
 cationis.

Ex istis sequitur secundum corollarium, sci-
 licet quod non obligatur quilibet sacerdos ex
 præcepto Domini prædicare verbum Dei: quod
 quavis ex dictis patet, probatur tamen ex
 superabundanti, & primo ex veteri lege sic:
 Illud non est presbyteris præceptum, de quo
 se licite excusare possunt: sed Jeremias se licite
 ab officio prædicationis excusavit, nihilo mi-
 nus

ANNO CHRISTI 1601.

Thom. Venerabilis. lib. 2. de pot. eccles. cap. 70. & seq. tom. 1. Gerfons de pot. eccles. cont. 64. 3. 1. 2.

1. Coroll. Non obligatur quilibet sacerdos ex præcepto Domini prædicare verbum Dei.

nus presbyter fuit, ut dictum est: ergo non fuit hoc præceptum. Major nota est, quia præceptum obligat non facientem ad peccatum mortale: minor probatur per beatum Gregorium in pastoralis, & sanctum Thomam in glossa, Jeremias capit. 1. ubi excusat Moysen & Jeremiam ex amore Dei voluisse contemplationi insistere; & Isaiam, qui sponte se obtulit ex amore proximi prodesse. Secundo, sic ex lege nova. Nam Apostolus perfectionem corporis Christi mystici differens, dicit de presbyteris, quod Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios autem pastores & doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, generalium linguarum. Numquid, inquit, omnes Apostoli? numquid omnes prophetae? numquid omnes doctores? numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguas loquuntur? numquid omnes interpretantur? 1. Corinth. xii. Ex quo claret manifeste, quod non est omnibus presbyteris præceptum predicare, cum non sint omnes Apostoli, nec evangelistae. Tertio sic: Prædicare est pascere, sed non omnes presbyteri sunt pastores, cum non habeant gregem sibi commissum, juxta illud 1. Petri iv. *Pascite eum qui in vobis est gregem*, scilicet commissum, non alium: jubet ergo, &c. Quarto sic: Ad presbyterum sufficit aliqua scientia sacrarum literarum, quæ non sufficit ad prædicandum, ut prædictum est: non ergo oportet quemlibet sacerdotem esse prædicatorem. Patet consequentia, quia dat oppositum, & sequitur quod quilibet sacerdos qui prædicare nescit, sit continuus in peccato mortali, quod falsum est: quia legimus de multis sanctis presbyteris, quia fuerunt simplicissimi, nec sciverunt nisi Missam pro mortuis, vel de beata Virgine Maria, & fructum sibi, & vivis, & defunctis facerant. Quinto sic: Inter actus officii sacerdotalis principalis est consecrare Corpus Christi, & magis sibi annexum, quam prædicationis officium. Sed nullus dicit sacerdotem ex præcepto obligari omni hebdomada celebrare Missam, aut etiam mensis: imo ex familiari instinctu Spiritus sancti si qui totaliter abstinent a celebrando, excusantur: sicut legimus in viris patrum de quodam sancto, qui ordinatus nunquam postea celebravit: & beatus Marcus legitur sibi pollicis partem abscidisse, ne celebrare posset, distinctione xlii. iv. dicit sanctus Thomas, ut etiam refert beatus Hieronymus in prologo super Marcum. Ergo multo minus prædicatio sic est præcepta, quod non prædicantes obligentur ad mortale peccatum. Sexto sic: Si quilibet sacerdos teneretur ex præcepto Domini prædicare populo, tunc nullus talis, nisi ex speciali dispensatione Domini, posset se dare solitarie vite aut religioni, cui prædicare non competit; sed contemplativa vacare vite, quæ teste beato Gregorio super Ezechielem est caritatem Dei & proximi tota mente retinere, ab exteriori actione quiescere, & soli conditoris desiderio inhærere, &c. Consequens falsum, ut patet de multis sanctis, qui mundum fugerunt in desertum, anachoreticam vitam duxerunt; & de aliis presbyteris religiosis, qui nunquam prædicaverunt, sed cum Maria Magdalena optimam vitam seu partem elegerunt, Lucæ x.

S. TH. 4. q. 2.
11. q. 1. art. 2.
ad 1.

Cap. 14. C. 1.
ca. 10. 1. 1. 1.

Restat ergo solvere auctoritates multas, quibus probare visus est venerabilis proponens, quoslibet sacerdotem ad prædicandum obligari ex præcepto Domini. Primo illud Matthæi & Marci ultimo & Actor x. *Euntes in mundum universum predicare evangelium omni creature*. Et Petrus ait: *Nobis præcepit Deus predicare populo*. Et Matthæi x. hos duodecim misit, & præcepit eis dicens, *Euntes predicare dicentes, quia appropinquavit regnum Dei*. Ad hos omnes simul respondeo, quod veritas est quod Christus præcepit Apostolis prædicare; sed ex hoc non sequitur, Ergo omnibus presbyteris & diaconibus; quia presbyteri & diaconi non sunt successores Apostolorum, sed soli episcopi. Unde Psalmita: *Pro patribus tuis non sum tibi filius*. Glossa beati Augustini: id est, pro Apostolis episcopi. Idem patet per glossam Matthæi x. & est superius deductum in secunda differentia posita inter sacerdotes curatos, & non curatos. Et ut clarius hoc constet, notandum quod hæc verba: *Ite in orbem*, vel, *euntes in mundum universum*, & similia, non fuerunt præceptiva ad quemlibet Apostolorum dicta, quod probatur. Primo, quia si non, tunc omnes Apostoli peccassent mortaliter, eo quod nullus eorum ivit in orbem universum, nec aliquis eorum prædicavit evangelium omni creature, secundum sensum literarum: & sic fuissent transgressores illius præcepti, & sic fuissent omnes damnati. Secundo nota, quod etiam illa verba non fuerunt dicta Apostolis singulis per modum consilii: quia frustra daretur consilium, quod nullus posset, etiam si vellet, perficere: sed non fuisset possibile humano more cuicumque Apostolorum, quod perambulasset totum mundum, ergo hoc non fuit sibi a Domino consultum. Tertio dico, quod illa verba non fuerunt dicta cuilibet Apostolorum simpliciter, sed omnibus simul collective & generaliter: in cujus signum non dixit Dominus ad quemlibet, *Vade, sed collective, Ite, vel, euntes docete*. Unde licet nullus eorum, tamen omnes collective prædicaverunt per mundum universum: sicut & nunc, licet quilibet episcopus, qui est successor Apostolorum, non prædicet ubique: tamen omnes simul qui in mundo sunt ita disponunt, quod pabulum verbi Dei ministratur populo sufficienter. Quarto, quod illud præceptum datum est Apostolis indistincte, ut intelligerent, quod distinctionem Petro commisit, cui soli dixit: *Pasce oves meas*. Ita & nunc, dato quod hoc præceptum episcopos obligaret, qui sunt Apostolorum successores, adhuc nullus eorum esset sufficienter missus ad officium prædicationis per totum mundum: quia non possunt prædicare in aliena diocesi, si prohibeantur ab episcopo illius loci, nisi speciali sibi committeretur auctoritate superioris, vel a Deo missos specialiter probare se possent. Quinto concludo quod per illa verba, *euntes docete*, non est præceptum presbyteris & diaconibus ubique prædicare: quia si sic, si non facerent, essent in statu damnationis. Insuper & omnes Carthageneses, Cistercienses & religiosi alii, qui nunquam prædicarent, in peccato mortali essent, quia facerent contra præceptum Christi. Et ultimo, si sic in generali obligarentur, ipsi essent magis perplexi, quæ essent missi, & ad quos. Si ad universum orbem, ubi exsequerentur.

ANNO CHRISTI 1024.
Supra 1. reg. colliguntur in vobis, hoc præceptum, Marc. 16.

Mat. 10.

August. in Psal. 134.

ANNO CHRISTI 1631.

ANNO CHRISTI 1631.

rentur? & si ad omnes, quomodo idiomata A-
 sciant? & si omni tempore, quando prædica-
 bunt, & quando cessabunt? si ad certum lo-
 cum, ubi est expressus? si ad certos, nullibi
 est expressum. Nam ad actum prædicandi re-
 quiruntur tempus, locus, & auditores: que
 in illis verbis generalibus, *Ite in orbem, Eun-
 tes in mundum, Ite docete omnes gentes*, non
 sunt assignata. Si dixeritis quod sunt missi ut
 vadant juxta suum arbitrium, quocumque
 eis licuerit vel videbitur, & quando, & ubi;
 hoc faceret infinitam perturbationem in regno
 ecclesiastico: & turbaret totius ecclesiasticæ
 hierarchiæ ordinem. Quod reprobatur est su-
 pra in principio ex æterna lege.

Secundo adducitur Apostolum 1. Corinth. 11. B.
Et mihi, si non evangelizavero. Respondeo,
 quod merito: ipse enim ad prædicandum fuit
 obligatus, & expresse ad hoc a Domino lega-
 tus. Non, inquit, *missi me Dominus baptiza-
 re, sed evangelizare*. Quia secundum glossam,
 baptizare possunt minores presbyteri, sed ad
 prædicandum requiruntur homines excellen-
 tioris virtutis, 1. ad Cor. 1. sed ex hoc non
 habetur propositum vestrum.

Tertio ad id 11. Thimoth. 11. *Verbum Dei
 non est alligatum*: dico quod hoc verbum nihil
 videtur facere ad propositum: quia secundum
 textum & glossam ad literam, quod Aposto-
 lus ibi ostendit, quod quamquam vincolatus
 esset corpore, non tamen legatus fuit in ore,
 quod non posset docere præsentem verbo; vel
 absentes scripto, verbum Dei sic prædicando.
 Unde præmittit ibidem: *Secundum evangelium
 meum, in quo laboro usque ad vincula*. Ad
 hunc sensum etiam beatus Gregorius exponit
 eandem auctoritatem 111. Moral. cap. xxxi.
 super illo verbo, *Vibrabitur hasta & clypeus*,
 sic inquit: *Verbum Dei non est alligatum*:

quia doctores sancti pro defensione fidei sup-
 plicia subeunt, ad eandem fidem, que
 valent, rapere etiam inter verba non desi-
 stunt. Unde idem Apostolus ait: *In quo*,
scilicet evangelio, laboro usque ad vincula,
quasi male operans, sed verbum Dei non est
alligatum: quasi diceret, hasta quidem sup-
 pliciorum ferior, sed tamen verborum sagit-
 tas emittere non desisto: vulnera crudelita-
 tis sociopro, sed cor fidelium vera loquens
 transfigo. Ideo sancti cum vulnera patienter
 suscipiunt, prudenter contra corda infide-
 lium sagittas prædicationis reddunt. Unde
 nonnunquam agitur, ut ipsi qui in perie-
 cutione sæviunt, non tam doleant, quod
 cor prædicatoris non emolliunt, quam quod
 per ejus verba etiam alios amittunt. Hæc ille.

Quarto illud Luc. 11. *Quis putas est fidelis
 dispensator & prudens, quem constituit Dominus
 super familiam suam?* Hoc omnino non probat
 propositum, quia intelligitur tantum de curatis
 & prælatis, prout eam exponunt postillantes.
 Nam Dominus multa dixit in parabolis. Vo-
 lens beatus Petrus scire, an ista parabola tan-
 gerent omnes generaliter, vel Apostolus spe-
 cialiter, querit dicens: *Domine, ad nos dicitur
 hæc parabola, an ad omnes?* Et respondet,
 quod ad eos tantum, & ad loca eorum te-
 nentes. Unde subdit. *Quem constituit Dominus
 super familiam suam, ut det illis?* Albertus:
 Non extraneis, sed illis, id est, sibi com-
 missis, quibus debet principaliter intendere
 quilibet prælatus, juxta illud 1. Thimoth. v.

Concil. Gener. Tom. XXIX.

*Si quis suorum, & maxime domesticorum curam
 non gerit fidem, negavit, & est infideli deter-
 rior*. Hinc est quod Dominus dicit Joannis
 x. *Proprias oves vocat nominatim, & ante
 eas vadit, & oves illum sequuntur*. Hinc est
 etiam quod Paulus dicit Actuum xx. *At-
 tendite vobis & universo gregi, in quo vos po-
 suit Spiritus sanctus rectores & episcopos, quasi
 diceret illis specialiter tenemini, qui regi-
 mini vestro sunt commisi*. Hæc Albertus,
 cui alludit glossa Bedæ: *Vobis qui dispen-
 satores estis instituti, hoc ministerium spe-
 cialiter commisi de custodia & præparatio-
 ne, ut & alios & vos præparetis in adven-
 tum judicis*. Et Hugo ibidem Dominus
 constituit servum super familiam suam, id
 est, ecclesiam, ut det illis, id est, suis,
 quibus tenetur magis quam alienis: sibi
 enim dicitur Proverbiorum xxvii. *Diligen-
 ter agnosce vultum pecoris tui*. Quinto ad il-
 lud 11. Thimoth. iv. *Prædica verbum*, respon-
 deo ut supra, quia Thimotheus fuit episcopus
 Corinthiorum, ideo beatus Apostolus ostendit
 sibi quod sit officium episcopi, dicens: *Præ-
 dica verbum, scilicet in tua plebe, qua illuc
 te misi, & non alibi*.

Nunc ad auctoritates veteris testamenti.
 Adduxistis primo illud Isaiæ lviii. *Clama ne
 cesses*, & quidragesimo: *Vos dicentis, Clama*.
 Et ibidem: *Super montem excelsum*, &c. Re-
 spondeo, quod istud præceptum Isaiam solum
 obligat: & ipse tenebatur hoc facere, quia se
 sponte obtulit, dum Dominus ait, *Quem mu-
 tam?* ait ille: *Ecce ego, mite me*. Isaiæ vi.
 Nec exemplum ejus omnes presbyteros obli-
 gat, quia ipse presbyter non fuit, cum esset
 de semine regio, sed presbyteri erant de tri-
 bu Levi.

Sed contra hoc assumptum dicens: Et si quis
 dicat, hoc fuisse tantum prophetis præcep-
 tum, audiat Apostolum ad Romanos xv.
 dicentem: *Quocumque scripta sunt, ad no-
 stram doctrinam scripta sunt*. Et Jacob v. *E-
 xemplum accipite, fratres, exitus mali, & lon-
 ganimitatis, laboris & patientia, prophetarum
 qui locuti sunt in nomine Domini*. Respondeo,
 quod ex hoc non habetur, quod præcepta
 data prophetis obligent diaconos & sacerdo-
 tes novi testamenti, sub præcepto, prædica-
 re Verbum Dei: nec dicunt hoc Apostoli
 allegati sed sanctus Paulus dicit sic: *Ad no-
 stram doctrinam scripta sunt*. Sed quæ est do-
 ctrina? subdit: *ut per patientiam & consolationem
 scripturarum spem habeamus*. Per patientiam scri-
 pturarum, id est, per exempla patientiæ in
 patribus ostensa, quæ reperiuntur in scriptura
 sancta; spem retributionis æternæ concipia-
 mus nos accepturos, secundum glossam: &
 ad hoc sonant verba beati Jacobi allegata,
 ubi sic præmittitur: *Patientes ergo estote, fra-
 tres, usque ad adventum Domini. Ecce agrico-
 la expectat fructum pretiosum terra, patienter
 ferens donec accipiat temporaneum, & seroti-
 num*. Post subdit quod alligastis, & conclu-
 dit: *Ecce lanthamini: eos, qui sustulerunt, sus-
 seremiam Job audistis, & finem Domini vidi-
 stis, &c.* Ecce quod docent nos patientiam
 servare in adversis, & nihil ad propositum est.
 Illa autem auctoritas, *Super montem excelsum
 ascende*, probat directe contrarium ejus quod
 intenditis, scilicet, non esse præceptum Do-
 mini, quod singuli presbyteri debeant prædi-
 care

Ttt care

Ad 2. obiect.
Et ubi non
evangelizavero

Ad 3. obiect.
Sed non est
alligatum.

Job 16. 21.

Ad 4. obiect.
Quæ est do-
ctrina?

Ad 5. obiect.
Prædica verbum.

Ad obiect.
ergo et veteri
testamento.

ANNO
CHRISTI
1017
Hinc 30.

Gregorius in
lib. 1. part.
1. cap. 3. & 4.

Gregorius in
Ezech. hom.
11.

Glossa inter-
med. 104.

Ad objecta
scriptis 58.
part. ad 1.

Ad 2.

care. nisi mittantur in speciali: quod ostendens Apostolus ait ad Romanos x. *Quomodo predicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est. Quam speciosi super montes pedes evangelizantium pacem?* ubi secundum expositionem alme matris mea unversitatis Colonienſis notanter dicit, pedes, ut denotet ordinem predicandi auctoritatis, quæ esse debet & provenire a superioribus: vel dico quod ad solos prælatos curatos se extendit, de quibus beatus Gregorius jam exponit in pastoralis, cap. xv.

Adduxistis etiam Ezech. in capit. 111. & xxxiii. dicentem: *Fili hominis, speculatorem dedi te: & sanguinem ejus de manu speculatoris requiram.* Respondeo, quod speculator populi proprie est episcopus ejus: unde dicit beatus Isidorus de summo bono, libro 111. cap. xxxv. *Speculatores cæci omnes, id est, imperiti episcopi, non valentes resistendo malis plebes commissas per verbum doctrinæ defendere.* Hæc ille. Quod ostendens etiam de curatis beatus Gregorius in glossa ait: *Prædicatorem speculatorem vocat. Cui enim aliena cura committitur, speculator dicitur, ut in mentis altitudine sedeat, & vocabulum nominis ex virtute actionis trahat.* Item illud Levitici x. *Habeatis scientiam discernere & doceatis filios Israel.* Glossa exponit de curatis, dicens: *Sacerdotum est docere, & subiectos instruere.* Ultimo ad illud Deuteronom. xxxi. *Leges verba legis hujus coram omni Israel* respondeo, quod illa auctoritas non probat quod omnibus sacerdotibus conveniat sub præcepto Domini prædicare: quia illa verba dixit Moyses tantum Josue, quem sibi Dominus substituit, qui esset dux populi in terram promissionis: & sic legeret verba legis populo, ut servarent, ne occiderentur ante ingressum in terram promissionis. Et sic patet solutio ad auctoritates, quas adduxistis contra corollarium meæ conclusionis.

Ad auctoritates sanctorum quas adduxistis, respondeo. Ad primam, quæ est beati Gregorii distinctione xl111. Sit rector: illa solvit seipsum, quia loquitur de rectoribus, id est, curatis: & concludendo vobiscum, quod illi debent prædicare sibi commissis, unde dicit: *Sit rector: & continue nominat pastores in eodem cap. & quiddam dicit de sacerdotibus, ipsemet de pastoribus & rectoribus intelligi ostendit.*

Ad secundam, quæ est beati Augustini in prologo sermonum, dicentis, quod sacerdotes præesse non debent, qui prædicare nesciunt, nec illi tacere debent quod sciunt, etiam si non proficiunt. Respondeo, dubito, beatum Augustinum ita dixisse: tamen dico, Nequaquam est mens beati Augustini quod velit aliquem sacerdotem non curatum, absque missione specialis a Deo vel prælato, prædicare, quæ etiam probari possit esse alicui commissa: prout ipsemet, scribens contra epistolam Fundamenti, capit. 111. dicens, quod quicumque vult prædicare, primo & ante omnia de ejus Apostolatu est inquirendum, dicens: *Videamus quid me doceat Manichæus, & potissimum illum librum consideremus, quem Fundamenti epistolam dicitis, ubi totum pene continetur, quod creditis: certe sic incipit: Manichæus Apostolus Jesu Christi, providentia Dei Patris. Hæc sunt salubria verba, de*

perenni ac vivo fonte. Jam patienter quæso attendite: quid quæram. Non credo istum esse Apostolum Christi: quæso ne succensatis, & maledicere incipiatis. Nostis enim me statuisse nihil a vobis prolatum temere credere. Quæro igitur quis sit iste Manichæus: respondetis, Apostolus Jesu Christi. Non credo. Jam quid dicas, aut quid facias non habebis: promittebas enim scientiam veritatis, & nunc quod nescio cogis ut credam. Et infra: *Quod si in evangelio aliquid apertissimum de Manichæi Apostolatu invenire poteris, infirmabis mihi catholicorum auctoritatem qui jubent ut tibi non credam, qua infirmata, jam nec evangelium credere poteris: quia nisi per illos illi crediderim, ita nihil apud me valebit quiddam inde protuleris. Et infra: Illi enim, scilicet evangelio, credens, non invenio quomodo possim etiam tibi credere: Apostolorum enim nomina, quæ ibi leguntur, non inter se continent nomen Manichæi: in loco autem Jude quis successerit, in Actibus Apostolorum legitur.* Hæc ille. Constat autem quod presbyteri ex speciali commissione non missi ad prædicandum non sunt pro Apostolis veris acceptandi. Ergo nequaquam est de mente beati Augustini, quod qui curam non habent, prædicare debeant absque vocatione speciali. Intelligere ergo oportet sua verba jam dicta, & ad Orosium in fine libri, scilicet quod qui non præsumunt presbyteri, debent disponere cum prælato se mitti, & sic prædicare populo, si videtur congruum prælato. Unde quod dicit in auctoritate, Debent, non est debitum necessitatis, sed congruitatis. Quam distinctionem sanctus Thomas ponit in pluribus locis: scilicet in iv. sentent. distinct. v. de ministris baptismi, art. 2. ad primum: Et 11. part. quæst. lxxiv. art. v. ad 111. quia non obligantur, nisi prælato videatur congruere. Sic beatus Apostolus adhuc Saulus accessit ad principem sacerdotum, & petiit ab eo literas in Damascum, ut admitteretur contra discipulos Domini. Actuum viii.

Ad tertiam, quæ est beati Hieronymi super illo textu Ezech. 111. *Dicente me ad impium,* loquitur de curatis: quia dicit, *Prædicare tenetur sacerdos: sed probatum est supra ex beato Thoma & Alberto, quod nullus tenetur prædicare, nisi curatus.* Unde ostendebatur distinctio inter presbyteros curatos & non curatos: Vel loquitur de eo, cui hoc Dominus vel prælatus præcepit, sicut propheta fecit. Ostensum autem est, quod non est præceptum Domini, sacerdotes non curatos prædicare.

Ad quartam, quæ est Isidori, de summo bono lib. 111. cap. lvi. *Sacerdotes damnabuntur, si peccantes non erudiant.* Respondeo, quod ad literam loquitur de curatis prælatis, unde subdit circa medium capituli: *Nonnulli præfules greges quosdam pro peccatis a communione eiciunt, ut poeniteant: sed quali forte vivere debeant ad melius exhortando, non visitant.* Et circa finem cap. dicit: *Notandum ab omni Pontifice vehementer, quod tanto cautius agat, quanto durius a Christo formidet judicari.* Pro quo & sequentibus sciendum, quod antiqui doctores sæpe pro eodem ponunt istos terminos, Episcopus, præsul,

ANNO
CHRISTI
1017

ANNO CHRISTI 1669.

ANNO CHRISTI 1630.

sal, pastor, & sacerdos seu presbyteri, sicut iste hic sicut in eodem cap. Quia antiquitus pro eodem confabatur quoad vocabulum, licet non quoad gradum & statum, prout notat Isidorus VII. etymol. exponens XXII. nomina ecclesiarum ministrorum, & XXI. distinct. Clericos. Nec pro tunc erant multi presbyteri, nisi episcopi, & curati: singulares clerici vocabantur monachi de quibus loquitur tota causa XII. quæst. I. ostendit eam ibi, quod hoc nomen, episcopus, significat patriarchas, sacerdotes, archiepiscopos, & metropolitanos: illud nomen, sacerdos significat imperatores, reges, episcopos, & presbyteros; quia & reges erant Pontifices & sacerdotes: unde dicit Romanorum Pontifices dictos: quorum rationes & divinitates exponit ibidem. Ita in proposito, auctoritates sanctorum eodem tempore sepe pro eodem sumunt, & sic non possunt trahi pure ad sacerdotes presentis temporis, sed pro sacerdotibus episcopi & curati plebani accipiuntur.

Arantia maxime vitanda est in sacerdotibus, qui detendi officium in populis susceperunt: & constat quod illi sunt curati. Insuper per capitulum immediate sequens, quod loquitur de plebanis, dicens, quod dum ad suas parochias ordinantur, debent recipere librum officialem, id est, officiorum. Et ita apparet, quod auctoritates sunt competenter & veraciter solutæ.

Ex præmissis sequitur corollarium tertium, scilicet, quod non est præceptum diaconibus a Domino, ex vi diaconatus officii, predicare populis verbum Dei, cujus oppositum posuit dominus proponens. Patet ex omnibus his quæ præmissa sunt ad probandum hoc presbyteris non esse præceptum, multo minus diaconibus. Præterea secundo: istud non est diaconibus præceptum, quod exsequi non debent absque commissione speciali, quia nec presbytero, ut probatum est in conclusionis deductione: ergo diacono non est predicare præceptum a Domino: nec sibi predicare licet, nisi probet se missum a Deo, vel ejus sufficienti prælato. Tertio, sic hoc ex doctoribus deducitur: Illud quod solis sacerdotibus & prælatis convenit, regulariter hoc non est præceptum diaconibus, sed neque licet eis absque auctoritate superioris: ita est de actu predicationis verbi Dei, quod regulariter nulli convenit, nisi tantum sacerdotibus, & episcopis, ut patet XVI. questione I. Adjiciamus; hoc ergo officium nec præceptum est, nec congruit regulariter diaconibus, & hoc in cap. Perlectis, distinctione XXV. Quarto dicit Hugotius, quod diaconibus numquam licuit predicare, nisi cum ad officium predicandi a sacerdotibus fuerant invitati vel rogati: sic enim & non aliter potest diaconus predicare licite, distinct. XCII. In sancta, & cap. Diaconus, & II. quest. I. Sicut enim. Quinto, idem expresse dicit D. Wilhelmus Parisiensis in suo sacramentali de sacramento ordinis, quod diacono non convenit predicare ex officio, eo quod dum consecratur, sibi in porrectione evangelii non dicitur: accipe potestatem predicandi: sed, accipe potestatem legendi evangelium pro vivis & mortuis. Sexto sic: Beatus Thomas IV. distinctione VI. dicit, quod diacono non licet predicare, sed bene baptizatum instituire quia solus presbyteri & episcopi actus est predicare. Septimo sic: beatus Dionysius quinto capitulo ecclesiasticæ hierarchiæ distinguit diaconum a presbytero, eo quod diaconi est purgare ante baptismum catechizando, presbyterorum illuminare baptizando: sed episcoporum post baptismum pericere predicando & confirmando: ergo predicare non convenit diacono ex officio vel præcepto.

Corollarium Non est præceptum diaconibus a Domino ex vi diaconatus officii predicare populis verbum Dei.

Ad 4. Chry. In hunc modum dicitur in opere Imperatoris.

Ad quintam, quæ est Chrysostrami homilia XLIV. Sacerdotes nisi omnem veritatem manifestaverint populo, dabunt rationem in die judicii: postea respondere ut prius: tamen respondeo, quod Omnia veritatem, facit distributionem accommodatam, & non universalem distributionem, quia nullus est sacerdos qui sciat omnem veritatem. Sic etiam glossa dicit super illo, Spiritus sanctus docet omnem veritatem, id est: necessariam ad salutem. Tamen ultra hoc dico, quod manifestare fit per admonitionem fraternam, etiam non semper per predicationem publicam. Hanc distinctionem innuit glossa I. Cor. XII. ubi dicit Apostolus: Sermo meus, & predicatio mea non fuit in persuasibilibus humana sapientia verbis. Sermo, inquit glossa, dicitur, qui fiebat in privato: predicatio in publico.

Joan. 16.

Ad 6. Gregorius lib. 1. epist. 33.

Ad sextam, quæ est beati Gregorii distinct. XLIII. Ephes. Respondeo, quod illa modicum facit ad rem, quia Paulus ostendit se fecisse quod sibi præceptum fuit, scilicet, denunciare Ephesius omne consilium Dei: ita & quilibet, cui sic præceptum est, tenetur facere.

Ad 7.

Ad septimam, quæ est beati Gregorii homilia XVII. Nos qui ex oblationibus vivimus fidelium; loquitur de pastoribus, sicut ipse erat pastor universalis ecclesiæ, ideo dicit; Nos.

Ad 8.

Ad octavam, quæ est beati Augustini in lib. contra Manichæos; loquitur de curatis, unde dicit: Qui electus ab ecclesiâ ministerium evangelizandi & baptizandi reaverit. Et infra: Qui autem curam lucratorum refugit aliorum, &c.

Ad 9. Concilium Carthagen. IV. cap. 24.

Ad nonam XLIII. distinctione: Dispensatio est nobis celestis seminis injuncta. Loquitur de Episcopis, quia dicit, Nobis: ita concilio Cathagineni IV.

Ad 10. Epistolæ 88. Episcopos nullum, cap. 6.

Ad decimam: Episcopus nullam rei familiaris ad se causam revocet; sed ut lectioni, orationi, & predicationis verbe tanquam modo vacet. Expresse de episcopis loquitur.

Ad 11. Ignorantia, distinct. XXXVII. Sciant sacerdotes scripturas sacras, & canones, ut omne opus eorum in predicatione & doctrina consistat: loquitur ad literam de curatis: quod probatur dupliciter: Primum per verba ibidem expressa, quæ sunt: Ignorantia, distinct. XXXIX.

Ad undecimam, ex concilio Tolosano in cap. Ignorantia, distinct. XXXVII. Sciant sacerdotes scripturas sacras, & canones, ut omne opus eorum in predicatione & doctrina consistat: loquitur ad literam de curatis: quod probatur dupliciter: Primum per verba ibidem expressa, quæ sunt: Ignorantia, distinct. XXXIX.

Per hæc respondeo ad ea quæ in contrarium adduxit, scilicet auctoritatem Isidori & Ehabetur XXV. distinctione, Perlectis. Et per Magistrum in IV. distinct. XXIV. ubi dicitur: Sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus novum predicare præceptum est. Ad hoc respondeo primo secundum Hugotium ibidem, intelligitur cum diaconus a sacerdote rogatur vel invitatur, ut jam dictum est. Secundo, secundum Henricum Botz, & habetur de hereticis, libro VI. capite, Cum ex injuncto; dicentem, quod diaconus non potest predicare, nisi ex delegatione. Tertio, secundum Joannem Teutonicum in glossa ca-

De hoc. Cum ex injuncto, lib. 6. cap. 1.

ANNO
CHRISTI
1491.

In casu illi-
quo laudabi-
lus est præ-
dicare, quam
missam.

celebrando, ad quod sunt obligati, quam præ-
A terminis missationibus predicando, ad quod
non sunt adstricti. Insuper 11. quia missare
est actus ordinis sacerdotalis, quem singuli ha-
bent ex charactere sacerdotali; sed prædicare
est actus pære jurisdictionis non coercitivæ,
ut prædictum est: magis enim adstringitur sa-
cerdos ad id, quod sibi convenit ex vi ordinis
sacerdotalis, quam ad id, quod sibi non conve-
nit, nisi superveniat commissio jurisdictionis.

Sciendum tamen, quod in casu forte esset
laudabilis prædicare ei, qui habet auctorita-
tem, quam missare: scilicet si esset populus
infirmus vel infidelis, deficiens in his, que
credere vel agere teneretur: tum, si talis sa-
cerdos sibi utrumque facere non posset, po-
tius esset ei prædicandum, quam missandum:
& tunc diceretur prædicare esse melius, quam
missare, non simpliciter & absolute, sed stan-
te tali conditione. Et sic secundum quid ce-
deret perfectius minus perfecto, scilicet, in
ordine ad talem populum infirmum & agro-
tantem: sicut vinum licet in se sit melius quam
aqua, tamen aqua melior est febricitanti. Ve-
rum tamen ut communiter actus missandi non
repugnat actui prædicandi, imo simul stant,
& unus ordinatur ad alium, sicut prædicatio
ordinatur ad hoc: ut populus devotius præ-
paretur ad audiendum Missam. In cujus signum
prædicatio sæpe solet fieri infra Missam ante
elevationem. Sed secundum communem for-
mam prædicatio non est præstantior his, que
sunt ad finem: sed prædicatio est ad finem mis-
sationis, scilicet ut celebrantes devotius agant,
& adstantes intimius consequantur ejus fructum.
Unde secundum sanctum Thomam 111. parte
questione LXXXIX. articulo 11. ad 11. effectus
sacrificii in quolibet homine participantur se-
cundum dispositionem, sicut & cuilibet vir-
tutis activæ. Nam actus activorum sunt in pa-
tiente bene disposito, ad quam bonam dispo-
sitionem operatur prædicatio.

Certum etiam est, quod missatio frequentata
seu quotidiana est universalis ecclesie necessa-
rior, quam prædicatio quotidiana, attentis
jam vulgata doctrina fidei. Ex quo sequitur
quod ista argumentatio non valet: Christus
pluries prædicavit, & tantum semel missavit,
ergo salubrius est prædicare quam missare.
Nam in simili forma non sequitur: Christus
sæpe manducavit, sæpe oravit, sæpe cubavit,
ergo melius est orare, manducare, cubare,
quam prædicare vel missare. Non sequitur
iterum: Christus sæpe prædicavit, & tantum
semel crucifixus est: ergo utilior est ejus præ-
dicatio, quam passio: quia non arguitur sem-
per perfectio ex hoc quod aliquid multiplicat-
ur in sua specie magis per individua, quam
aliud; imo magis arguit imperfectionem: eo
quod hujusmodi multiplicatio individuum su-
per quam defectibilitate sive indigentia funda-
tur. Quia sicut species non potest perpetuari in
uno individuo, sed acquirit perpetuitatem in
multis sibi succedentibus: sic in corruptibilibus
est hujusmodi multiplicatio, que tamen non est
in æternis. Insuper media ordinata in finem ul-
timum, que se habent ratione utilis, multipli-
cantur: sed finis ultimus, qui habet rationem
honesti, non multiplicatur, ut clarum est: quia
potior est coeditio finis ultimi, qui non mul-
tiplicatur per individua, quam coeditio me-
diorum, que multiplicantur. Ergo, &c.

Ex isto sequitur corollarium aliud, scilicet
quintum: Congruit cultui divino in ecclesiis,
ut sit rationalis altarium multiplicatio. Cum
enim secundum dominum Wilhelmum Pari-
sensem in suo sacramentali, tanta sit neces-
sitas missationis, quod sine illo sacrificio non
esset sufficienter provisum fidei populo, nec
cultui divino: hinc, ut dicit sanctus Thomas
11. 11. quest. LXXXV. art. 11. ad 111. tem-
pla & altaria sanctis erigimus, non quod
ipso, sed solum Deum, qui nobis & ipsis
Deus est, honoremus, ut dicit beatus Au-
gustinus libro VIII. de civitate Dei. Unde
sacerdos super altari offerens sacrificium,
non dicit: Offero tibi sacrificium Petre,
vel Paule: sed Deo de illorum victoriis
& gratias agimus, & nos ad imitationem eo-
rum incitamus. Hæc sanctus Thomas.

Hæc autem altaria sic ad Dei cultum eri-
gere patres veteres nos docuerunt. Nam Job
primus, deinde Abraham, Isaac, & Jacob,
altaria ædificasse leguntur: qui non aliud nisi
laudes erecti intelliguntur, super quos sacri-
ficia mactabant, que supposito igne divino
cremabantur. Moyses etiam fecit altare de
lignis sethim, & dicitur altare thymiamatis,
quod vestivit auro purissimo, prout dicitur
Exodi XXV. XXVII. XXX. capitibus. Et 1.
Machabæorum IV. Judas Machabæus, & fra-
tres ejus, & universa ecclesia statuerunt, ut
dies dedicationis altaris ab anno in annum,
per dies octo celebraretur. Hinc in Psalmo di-
citur: *Constituite diem solemnem in condensis*
usque ad cornu altaris: ut videlicet in die-
bus festis adeo conveniat populus ad eccle-
siam, quod fiat condensatio, id est, compres-
sio usque ad cornu altaris, ita quod ecclesia
impleatur populo & clero. Ideo translatio
Hebraica habet, In congregationibus: & trans-
latio Romana habet, In confrequentationibus,
videlicet populi Christiani, secundum expo-
sitionem de Lyra. Unde beatus Gregorius IX.
Moralium moraliter: Solemnem namque
diem Domino in confrequentationibus con-
stituit, quisquis se assidue in ejus desiderio
affligit: qui nimirum solemnitatis dies usque
ad altaris cornu tendi præcipitur: quia tam-
diu necesse est, ut quisque se afficiat, quo-
usque ad superni sacrificii altitudinem, id
est, gaudia pertingat æterna. Hæc ille. Sa-
lomon quoque legitur 111. Regum VII. capi-
te altare aureum fabricasse. Ab his ergo anti-
quis patribus altaria modernorum sumperunt
exordium. Nempe altare & ara, que aliquo-
ties indifferenter inveniuntur. Interest tamen,
nam altare, quasi alta res, vel alta ara dicitur,
in quo sacerdotes incensum adolebant:
Ara vero, quasi arca, id est, plana de ardo-
re dicitur, quia in ea sacrificia ardebant.

Porro triplici ex causa hæc altaria consecran-
tur. Primo ad sacramentum in ipsis offerendum,
juxta quod Genesis VIII. dicitur: *Edificavit*
Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecori-
bus & volucribus mundis, obtulit holocausta super
altare. Hoc autem sacramentum est corpus & san-
guis Christi, quod in memoriam passionis Chri-
sti immolamus, juxta illud: *Hoc facite in meam*
commemorationem. Secundo ad nomen Dei ibi
invocandum, unde Genesis XII. *Edificavit al-*
tare Abraham Domino, & invocavit ibi nomen Do-
mini qui apparuit ei. Hæc autem invocatio, que
fit super altare, proprie dicitur Missa, ex eo
quod

ANNO
CHRISTI
1491.
Coroll. 5.
Congruit
cultui divino
in ecclesiis,
ut sit ratio-
nalis altarium
multiplicatio.

Psal. 118.

Triplex de
casu altaria
constituitur.

Lev. 11.

ANNO CHRISTI 1482

ANNO CHRISTI 1482

quod celestis missus, scilicet Christus, a Patre, qui ipsam hostiam, & per eundem a nobis Patri mittitur, ut pro nobis intercedat. Tertio, ad cantandum Missas in eo: unde Ecclesiastici XLV. *Dedit illi contra inimicos potentiam, & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.* Ex quibus apparet, quod obiectio domini proponens nulla est, ubi allegat contra pluralitatem altarium istud Osee VIII. *Multiplicavit Ephraim super altaria ad peccandum: nec illud Amos III. Visitabo super altaria Bethel.* Et Osee X. *Tribulus ascendit super aras eorum.* Quia illa dicta sunt contra eos, qui edificabant altaria idola, & immolaverunt demoniis, & non Deo, diis quos ignorabant, ut dicitur Deuteronomii XXXI. Nos autem non sic, sed soli Deo vero, & sanctis ejus in gloriam ipsius, quoniam *mirabilis Deus in sanctis suis*, dicitur Psalmo LXXI. ult. De quibus Psalmista dicit in plurali, *Altaria tua, Domine virtutum, rex meus, & Deus meus*, Psalmo LXXXIII. ubi dicit beatus Augustinus super illo: *Introibo ad altare Dei, ad Deum qui lausificat juventutem meam:* " Est quoddam altare sublime, invisibile, quod non accedit injustus. Ad illud altare solus accedit, qui ad illud visibile securus accedit. Illic inveniet vitam suam, qui in isto discernit causam suam. Et glossa ait: Notandum quod ad altare Missam celebraturus sacerdos ascendens ait: *Introibo ad altare Dei:* desiderio enim & amore superioris & invisibilis altaris hoc visibile adire cum modestia debet: eterna, non caduca periturus, ut Christi celsitudinem humilitate sequatur, qui sic istud altare exponit dicens: *Ad Deum scilicet introibo, qui lausificat juventutem meam: accedo enim modo in veritate, tunc adstabo gaudens in novitate.* Hec ibi. Sic ergo offeres munus tuum ad altare. Matthaei V.

Concl. 1.
Causa ratione
sibi papa pro
hibet actum
predicationis
sub sententia
excommunicationis,
tunc
tar obedi, si
non vult po-
nem illam in-
digne.

Sextum corollarium: Quicumque ex causa rationali Papa prohibet actum predicationis, vel episcopus loci, sub sententia excommunicationis tenetur obedire, si non vult penam illam incurrrere. Pro ista declaratione hic sunt notanda tria. I. Quod licet Papa, episcopo loci, vel prelati prohibere, ne quilibet sacerdos predicet in locis sibi commissis, vel diacono indistincte. II. Quod injuste excommunicati aliquando debent obedire, & sententiam multum timere. III. Quod talis excommunicatio jam lata non meretur dici preterita, sed vere & obligatorie impena, si predicatio ex causa rationali alicui fuerit prohibita. Patet I. Quia tota ratio domini proponens cur illi hoc non possint, est, quia presbyteri & diaconi obligantur predicare ex precepto Dei, & ipsi non possunt contra preceptum Dei: igitur in tali preceptione non est eis obediendum, Et auditis ex prehabitis, quod non est preceptum Episcopi. Ergo illa ratio nulla.

Et probatur corollarium, quia licet illud Papa & episcopis circa officium predicationis, quod licuit Christo statuere & prohibere, & practicare in se & suis discipulis, ideo enim dicuntur vicarii Christi in terris: sed Christus in se ipso practicavit, quod quamvis sacerdos esset a primae conceptionis sui instanti, tamen a predicatione triginta annis abstinuit. Insuper in suis Apostolis statim dum eos misit, certa loca, imo maximam partem mundi eis interdixit,

dicens: *In vasa Gentium ne abieritis.* Et LXXII. discipulis restrinxit, ne predicarent nisi in loco ubi ipse erat venturus: praeterea & Apostolos quos in totum mundum misit, adhuc ad certos dies predicare prohibuit, dicens: *Sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Similiter Apostolus Paulus volens predicare Romanis, tandem Antiochenis, prohibitus est a Spiritu-sancto. Si ergo tam licite Christus & Spiritus-sanctus istos prohibuit, ne predicarent quando & ubi vellent, cur non Papa ita de presbyteris & diaconibus facere possit? Et haec de primo.

Secundo, Papa vel episcopus potest illud promulgare, quod dudum statutum & servatum est ab universali ecclesia Dei: sed universalis ecclesia statuit restrictionem predicationum a principio, scilicet in concilio Niceno, Carthaginensi, Romano, & multis aliis, ut patet LXXI, & LXXII. distinctione. Ergo si jam hoc ad practicam ponitur, non rebellandum: dictum est enim, quod ibi praecipitur sub sententia excommunicationis, non admittendos presbyteros alienos in ecclesiis abique sufficienti testimonio, & licentia sui episcopi.

Tertio, sic in propriis terminis istud pontificis Innocentius III. & acceptavit ecclesia Dei universalis: scilicet, quod omnes prohibiti, vel non missi auctoritate summi Pontificis, aut episcopi loci, non possunt predicare, sub poena excommunicationis, & aliis remediis, ut patet ibi, Quia vero, De haereticis, cum ex injuncto. Aut ergo ecclesia Dei tanto tempore a concilio Niceno usque nunc licite accepit illa statuta, aut non: si sic, habeo propositum; si non, ergo interim universalis ecclesia stetit in errore, quod est contra evangelium; *Porta inferni non prevalebunt adversus eam:* Iterum: *Ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi.* Et: *ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*

Ad auctoritates, quas in oppositum inducit. Prima est Bedae super isto: *invenietis agnum;* dicens, quod hic doctoribus praecipitur non desistere a predicatione. Respondeo, quod loquitur de doctoribus ecclesiarum, & hi sunt, qui ad predicationis officium sunt instituti, semper praesupposita auctoritate legitima. Nam doctores praecipuum tenent ordinem in ecclesia; & sic doctores intelliguntur prelati magis in cap. Ex injuncto: in illa auctoritate non nominantur presbyteri aut diaconi, sed soli doctores, unde non probat propositum. Ad aliam Hieronymi ad Rusticum, dico quod loquitur de episcopis, qui prohibuerunt invidia diabolica permoti, curatos in praesentia eorum predicare propriis populis sibi commissis, & hoc non licuit, ut patet distinctione xcv. Ecce ego. Nec hoc fecerunt congruente, sed invidia simulant, dicitur ibidem. Tertia est Anacleti XLIII. distinctio. Scimus. Ubi dicitur quod doctores non debent tempore persecutionis subtrahere verbum, dico quod loquitur ad litteram de curatis; unde dicit rubrica ejusdem capituli, Verba predicationis prelati suis persecutoribus non subtrahant. Idem dicit glossa ibidem, quia in istis auctoritatibus, scilicet Bedae & Anacleti immediate jam expressis, & saepe pariformiter in dictis doctorum fit mentio de doctoribus. Respondeo quod loquuntur aut de doctoribus curatis, & sic est plana res; talibus enim convenit predicare nec fugare per.

Ann. 15.

De haer. cap. cum ex injuncto.

Matth. 24. Matth. 28.

Luc. 24.

Hieron. ep. ad Rusticum cap. 10. Hieron. ad Anacletum distinctio 43. Hieron. cap. 1. Legi, cap. ultimum.

ANNO CHRISTI 1492.

Art. 6.

Cap. 3.

Cap. 6.

Art. 6.

persecutionis tempore: aut de non curatis, & A
 sic est duplex opinio: una quod doctoribus sa-
 cræ Theologiæ convenit ubique prædicare,
 ratione auctoritatis doctoralis, quia sic licen-
 tiantur auctoritate Papæ, sicut & episcopus in
 tota diœcesi. Et hoc vult Augustinus de An-
 cona in lib. de ecclesiastica potestate, quæ-
 stione LXIV. & hoc videtur prætere de cre-
 talis de hæret. Cum ex injuncto, dicens, quod
 doctoris ordo est præcipuus in ecclesia Dei:
 unde prædicationis officium nullus sibi debet
 usurpare, nisi missus. Ex quo sequi videtur,
 quod in tantum sint doctores privilegiati,
 quod sint actu missi. Et ideo glossa in cap.
 Scimus, distinctione XLIII. comparare eos vi-
 detur, vel saltem connumerare prælatis, qui
 tacere non debent, sed prædicare tempore
 persecutionis: & illius opinionis videntur fuisse
 illi doctores per proponentem allegati. Sed est
 alia opinio his contraria sancti Thomæ in lib.
 contra impugnantes religionem, & domini pa-
 triarchæ de Paula in lib. de ecclesiastica potest.
 dicentis, quod ex doctorali gradu non habent
 doctores posse prædicare ubi libet, nisi de bo-
 no placito curatoris singulariter obtento: ideo
 auctoritates illæ non ligant. Et quid est tot
 libros voluisse, & doctores allegasse; cum esset
 omnes doctores mundi aliter, vel aliter sensis-
 sent, sola ecclesiæ auctoritas. (quæ toties hanc
 materiam decidit, quæ hanc conclusionem,
 Quod licet prædicare diacono vel presbytero
 absque licentia superioris, sedis Apostolicæ,
 aut prælati loci, & quod ipsi hoc prohibere
 non possent licite: sub pena excommunicatio-
 nis sententiæ condemnavit, ut ostensum est.)
 sufficeret ad compellendum quemlibet catho-
 licum ad credendum ejus oppositum. Sic enim
 beatus Hieronymus postquam longo tractatu
 disputavit contra Luciferianum, conclusit: Po-
 teram hoc uno sole omnium disputationum
 tuarum rivulos exsiccare: de auctoritate uni-
 versalis ecclesiæ loquens: ita & nos creda-
 mus, ita quæso singulos, determinationem eccle-
 siæ clariorem sole accipite: sicque omnium
 doctorum, qui tamen sua dicta ejusdem solis
 irradiationis exposuerunt exsiccanda, corripien-
 da, & emendanda, intelligite.

Quantum ad secundum, sciendum quod sen-
 tentia injuste lata, dummodo a tuo iudice
 fiat, semper est formidolose timenda: & hoc,
 nisi ejus sententia errorem inducat, vel pec-
 catum mortale afferat: tunc enim nec timen-
 da esset, nec tenenda. Et sic probatur pro-
 positio primo ex VIII. synodo II. quæst. III.
 Si quis frater aut palam aut abscondite fuerit
 locutus cum excommunicato, aut junctus com-
 munionem, statim cum eo excommunicationis
 contrahat penam. Et Urbanus Papa ibidem:
 Quibus episcopi non communicant, & quos
 ejecerint, non recipiatis: valde enim timen-
 da est sententia episcopi, licet injuste liget.
 Hinc ex concilio IV. Carthaginensi dicitur
 ibidem: Clericus qui episcopi distractionem
 circa se putat injustam, recurrat ad syno-
 dum. Joannes insuper Chrysostomus super
 epistola Pauli ad Hebræos cap. II. Vincula
 ecclesiastica non sunt contemnenda: non o-
 nim homo, sed Christus est qui ligat, qui
 hanc potestatem dedit, & dignos fecit homi-
 nes tanto honore. Et hoc est quod dicit be-
 atus Gregorius in principio, Sententia pastoris
 sive justa fuerit, sive injusta, timenda est.

Sententia a suo iudice lata, etiam injusta, formidanda.

Cap. 28.

11. qu. 3.
 Quibus, c. 17.
 21. qu. 3.
 Clericus, ca-
 pit. 11.
 21. qu. 3.
 Chry-
 stostomus ho-
 mill. 4 in ep-
 ad Heb. Gre-
 gorius homil.
 25. in evang.
 21. quæst. 3.
 Joannes, c.
 cap. 1. de tra-
 ctat. excom.
 Durandus, cap.
 11. De excep-
 tionibus. Cum
 ad quæren-
 dum, cap. 7

Glossa: nisi in duobus casibus, scilicet cum sen-
 tentia est post appellationem lata. & cum con-
 tinet intolerabilem errorem. Extrav. de sent.
 exc. cap. Per tuas. Tertium casum apponunt,
 quidam, cum pro indebitis exactionibus ali-
 quis excommunicatur. Extravagante de ex-
 cessu prælat. Cum ad.

Unde dicunt communiter doctores, quod
 ideo excommunicatio etiam injusta est timen-
 da & servanda, quia non nocet innocenti,
 sed purgat eum: & sic licet iudex injuste a-
 gat, iste tamen juste patitur, etiam si non ser-
 varetur * forte ille; contemptus tamen injus-
 tam faceret justam. Per talem autem excom-
 municationem injustam non tollitur caritas,
 sed solum excluditur homo a communione ec-
 clesiæ, & a suffragiis ecclesiæ, quæ ita præ-
 lati subtrahere possent, ut dicit venerabilis
 Augustinus de Ancona, in lib. de ecclesiastica
 potestate quæst. xxvii. Hoc ei consulendum
 est, ut sustineat executionem patienter, hu-
 militer, & devote: & quod præsentet se ex-
 communicatori, offerens canonicam satisfactio-
 nem, si in aliquo offendit, & sic instanter pe-
 tat absolutionem. Si ita fecerit, erit ei ad me-
 ritum: alias si contemneret, peccaret mortali-
 ter, de sentent. excom. c. Per tuas: vel potest
 querimoniari contra injustum excommunicato-
 rem coram suo superiori, ut Allegatum est.

Quantum ad tertium, si ecclesia universalis
 prohiberet sacerdotes ubique prædicare, vel
 prælati, verbum Dei, non sit excommunicatio
 præterita, sed veraciter & ex ordinatione im-
 pensâ. Probatur. Sicut de Papa in universo
 orbe, & concilio generali, ita similiter dicen-
 dum est de episcopo in districtu diœcesis suæ.
 In septem casibus communiter secundum om-
 nem scholam theologorum & juristarum, non
 est sententia timenda, nec tenenda. Primo si
 conferatur a non suo iudice. Secundo, si fe-
 ratur a suo iudice, sed excommunicato pub-
 lico: nam excommunicatus excommunicare
 non potest. Tertio, si aliquis excommunica-
 tur a delegato contra intentionem delegantis.
 Quarto, si lata est sententia post prolatam ap-
 pellationem. Quinto, si feratur a suspensio a
 potestate jurisdictionis. Sexto, si feratur nulla
 admonitione præmissa, & nullo juris ordine
 servato. Septimo, si sententia contineat pec-
 catum mortale, vel aliquid quod sit contra
 fidem. Planum est autem, quod nullo istorum
 modorum excommunicatio ista, qua prohiben-
 tur prædicantes ne ubique libere prædicent,
 quodcumque istorum includit; nullus enim
 potest causare ecclesiam universalem esse non
 suum iudicem, vel sententia excommunicatio-
 nis eam esse ligatam, nec etiam sententiam
 esse contra intentionem delegantis, nec a juris-
 dictione eam per aliquem superiorem esse sus-
 pensam, vel juris ordinem non servatum; cum
 ecclesia in generali concilio congregata nullo
 juris ordine positivo ligetur; nec potest sen-
 tentiari errorem, vel aliquid quod est pecca-
 tum mortale; ut præfatum est superius in de-
 clarando, quid sit verbum inspiratum, scilicet,
 verbum Spiritus sancti per sacra generalia con-
 cilia decretum. Pariformiter de Papa & epi-
 scopis est dicendum, ubi nullus obviat præ-
 dictorum casuum: ergo si talis sententia ex-
 communicationis profertur contra eos, qui u-
 bique volunt prædicare, ecclesiasticam tran-
 quillitatem perturbare, & horrorem sempiternum
 in

Sententia non formidanda, in 7. casibus.

ANNO CHRISTI 1433. Coroll. 7. Sacerdotes Domini debent aliquando omittere fidem prædicationem propter scandalum peccatorum.

in ecclesia ex hoc ponere, quis dubitat quin a talis sententia non debeat dici prætenfa, sed veraciter & ex obligatione impensa?

Corollarium septimum, cuius etiam dedit dominus exponens contrarium: Sacerdotes Domini debent aliquando omittere fidem verbi prædicationem propter scandalum peccatorum. Pro quo sciendum, quod ea, que sunt populo prædicanda, sunt in triplici differentia. Aut enim sunt credenda, ut articuli fidei; aut agenda, ut ea que sunt circa informationem bonorum morum. Fallitates ergo & errores, que opponuntur credibilibus, & his que sunt de integritate fidei, & sacra scriptura, prædicator tacere non debet: transgressiones vero divinorum mandatorum eodem modo tacendo & non pronuntiando esse peccata damnosa, est pestis. In persona enim talium dicitur Thren. 11. *Propheta tui viderunt tibi falsa, stultia, & non aperiebant iniquitatem tuam*: quia tales ex gravioribus leviora, quasi divina auctoritate, peccantibus nuntiant, dicentes bonum malum, & malum bonum, sicut glossa ibidem dicit: sed que sunt circa morum informationem corrigenda, propter vitiationem majoris mali, & ne auditores peiores fiant, quandoque sunt dissimulanda, ut dicit venerabilis Augustinus de Aucona, ubi supra.

a. Forte, prædicandum.

l. Forte, de dicitur, forte delatione, Augustinus de sermone Domini in monte 1. Chrysostomus in eum locum hom. 24. Hieronymus in Amos proph. 6. 13.

1. Item 15.

Matth. 10.

Ex his elicio, quod in duobus casibus licite potest prædicator verbi Dei tacere, & non prædicare. Primus est ad prædicandum malum majus, quam ex sermone suo sequatur bonum, puta schisma, vel rebellio contra fidem, vel contra præcepta Dei, aut superioris: non enim licet, vel saltem non tenetur prædicator populo prædicare, quem videt finaliter magis, quoad singulos, deservire, quam ex sua prædicatione proficere, juxta illud Matth. vii. *Nolite sanctum dare canibus*, secundum expositionem beati Augustini & Chrysostomi ibidem. Unde dicitur beatus Hieronymus super xii. Prophetas, & assumitur 11. quæst. 111. *Quando ergo vir ecclesiasticus prudens atque intelligens multas impietates in ea que vocatur domus Dei, esse cognoverit; & non solum multas, sed & fortes, & que opprimere possunt justitiam, & in tantum doctorum rabiem processisse, ut accipiant pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque devitent in portis, & audire contemnunt; taceat illo tempore, non det sanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos, qui conversi conculcent eas; & imitetur Jeremiam dicentem: *Solis sedebam, quia repletus sum amaritudine*. Utc ille. Hoc etiam Dominus discipulos docuit, Matthæi capite x. *In quamcumque domum intraveritis, dicit, Pax huic domui: qui autem non receperint vos, exite de illa civitate, etiam pulverem pedum vestrorum excutentes*. Item: *Si persecuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam*. Unde beatus Augustinus lib. 111. contra epistolam Parmeniani, & assumitur xxiiii. questione 1v. Non potest salubris esse correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nihil aliud bonis restat quam dolor & gemitus. Et infra: *Revera, si contingit peccandi multitudinem invaserit, disciplina divina severa misericordia necessaria est*: nam consilia separationis, id est, excommu-*

nicationis, tunc inania sunt & perniciofa atque sacrilega, quia impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigant animofos malos. Hac ille.

Et hoc est quod in Psal. Dominus dicit de se ipso: *Obmutui, & humiliatus sum, & filii a bonis*, scilicet, que non docuit, quia salubrem admonitionem recipere non poterant, qui contentionum sententiam perquirebant, secundum expositionem a Ildori: *Et dolor meus renovatus est*, scilicet pro contemptu & obstinatione malorum: sed renovatus est pro diamno bonorum qui amittunt partem verbi Dei, secundum Hugutium. Hoc etiam de praxi Apostolorum exponit beatus Augustinus super illo Psal. *Veritas tua usque ad nubes*, dicens: *Intelligimus doctores veritatis omnes portantes istam*

ANNO CHRISTI 1433.

Psalm. 38.

a. Alter liber Calcedoni.

Psalm. 35.

1. Item 3.

carne caliginofam, per quos Deus coruscet miraculis, & tonat præceptis de quibus dicit Dominus per Iaiam: *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam*, videlicet super vineam malam, hoc est, plebem Judaicam, imbrem: id est, mandabo Apostolis meis ut deserant Judæos, & non evangelizent. Hac ille. In cujus figuram sancti Paulus & Timotheus vetiti sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia, & tamen volebant in Bithynia; non permisit eos Spiritus sanctus, sed misit eos ad Macedones, Actorum xvi. Secundus casus est, si scandalum oriatur ex doctrina prædicantis inter audientes, quod exponit Alexander de Ales in fine secundæ partis. Si omnes scandalizantur, ut dicit sanctus Thomas 11. 11. questione xliiii. articulo vii. quod que sunt de necessitate salutis omitti non debent propter cuiuscumque scandalum: sed in his que de necessitate non sunt, dicendum videtur, quod scandalum quod ex his oritur, quandoque procedit ex malitia, cum scilicet aliqui volunt impedire hujusmodi spiritualia bona, scandalum concitando: & hoc est scandalum Pharisæorum, qui de doctrina Domini scandalizabantur: quod esse contemnendum Dominus docuit Matth. xv

Quandoque vero scandalum procedit ex infirmitate vel ignorantia, & hujusmodi est scandalum pusillorum; propter quod sunt spiritualia opera vel occultanda vel etiam interdum differenda, ubi periculum non imminet, quousque reddita ratione hujusmodi scandalum cesset. Si autem post redditam rationem hujusmodi scandalum duret, non videtur nisi ex malitia esse, & sic propter ipsum non sunt hujusmodi spiritualia opera dimittenda: unde idem dicit & in xv. sent. dist. xxxviii. articulo vii. quod licet nunquam sit falsum docendum, est tamen actus docendi aliquando licite differendus propter melius, scilicet propter scandalum pusillorum præservandum. Cujus rationem reddit ibidem dominus patriarcha de Palude, dicens quod doctrina, cum sit elemosyna spiritualis ad sublevandam miseriam alterius, non est dimittenda, quando creditur quod ex ea sequetur spiritualis profectus; quando autem talis profectus non sequitur, sed magis irritatio audientis, jam non est bonum spirituale: & ideo si ad tempus dimittitur propter scandalum audientis, non omittitur aliquid quod pro tunc habeat rationem spiritualis boni. Hac ille. Et per hæc sunt soluta que adducit dominus proponens pro parte sua, quia intelligitur dum scandalum nescitur de his, que

ANNO CHRISTI 1643.

ANNO CHRISTI 1643.

Coroll. 2.

que ad salutem audientium spectant, sine quibus salvari non possent, tunc enim propter scandalum perverforum non est omittendum verbum Dei, ut dictum est: non ergo fuit tutum illam conclusionem ponere absolute, & sine necessaria distinctione.

Ultimum corollarium dominus proponens dixit: „ Non solum sacerdotes minores, sed & prælati majores tenentur verbum Dei fideliter annunciare: Ad quod declarandum dico, quod prælati & presbyteri tenentur per se vel alios verbum Dei fideliter annunciare: non tamen ita tenentur prædicare, quin in casibus sex vel septem ad minus possint supportari. Pro quo notandum, quod in quinque casibus prælati majores possunt licite omittere prædicationem verbi Dei, & alios supplere.

Primus est, si sunt impeditæ linguæ, ut patet Exod. iv. de Moyse, quem Dominus constituit supremum prælatum in synagoga, ait: Domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius. Glossa dicit secundam Hebræos: Gracilem & tenuem vocem habuit, & necesse erat clamorosa voce uti, qui a regio fastu prope accedere non permittebatur. Insuper ibidem Dominus ait: Aaron frater tuus Levites scio quod eloquens sis, ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his que ad Deum pertinent. Ubi glossa super illo, ipse loquetur pro te. Hic subauditur, Ad populum, & cum dicit ibi, loquetur ad populum, indicat in Moyse principatum, in Aaron ministerium. Simili de causa beatus Valerius episcopus beato Vincentio diacono verbum Dei ad prædicandum commisit, cujus Vincentii passionem seu historiam in ecclesia legimus: quam quidam beatum Augustinum scripsisse dicunt, ubi sic dicitur: „ Vincentius nobilis genere, sed fide & religione nobilior, beati Valerii episcopi diaconus fuit: cui episcopus, qui impeditioris erat lingue, vires suas commiserat, & ipse orationi & contemplationi vacabat; unde & ipse beatus Valerius Vincentio ait: „ Jamdudum tibi, fili dulcissime, verbi Dei curam commiseram, & nunc quoque pro fide qua adsumus responsa committito.

a. Per, pro quo statim.

b. Per, quod quædam.

Secundus casus est, si nescit linguam populi plene, sicut in vita beati Augustini dicitur: quam scripsit Possidonius Clamensis episcopus, ut ait Cassiodorus libro de illustribus viris, dicitur enim ibi quod sanctus vir Valerius Hipponensis episcopus ordinavit beatum Augustinum in presbyterum: vir pius & Deum timens exultabat, & Deo gratias agebat, proes, quas frequentissime sudisset Deo, exauditas a Domino narrabat, ut sibi concederetur talis, qui posset verbo Dei & doctrina salubri ecclesiam Domini edificare: cui rei se homo ratione Græcus, minusque lingua Latina & literis instructus, minus utilem prævidebat. Ideo eisdem presbytero, scilicet beato Augustino oestertatem tradidit coram se & ecclesia evangelium prædicandi, & frequentissime pertractandi, contra usum quidem & consuetudinem Africanarum ecclesiarum. Hæc ibi. Sic enim beatus Augustinus adhuc viventi Valerio non successit, sed ei accessit 7. qu. 1. Non autem.

p. qu. 1. Non autem, c. 20.

Concil. General. Tom. XXIX.

Tertius casus, si sit infirmus, vel nimis senex: tunc enim per sacerdotes prædicatio & alia opera sacerdotalia expleri possent, sed pontificalia per episcopos vicinos. Non enim propter infirmitatem debet episcopus deponi, ne afflictio afflictio superaddatur; sed per alios suppleri que per eum minime possent perfici, ut probatur auctoritatibus multis, VII. questione 1. Scripsit mihi, & sequentibus capp.

7. q. 1. Scripsit mihi, c. 1. & seqq.

Quartus casus, si ad concordandum discordantes laborat: est enim officium episcopi discordantes tam clericos quam laicos concordare, ut probatur distinctione xc. Per totum: „ ubi ex concilio Carthaginensi IV. dicitur: „ Studendum est episcopis ut dissidentes fratres sive clericos, sive laicos, magis ad pacem, quam ad iudicium coerceant. Ibidem dicit Innocentius II. Præcipimus ut episcopi ad solum Deum, & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium & auxilium præbeant, nec hoc alicujus odio vel amore prætermittantur: quod si quis in hoc Dei opere tepidus inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat. Hæc ille.

Dist. 67. Per totum, & Studendum, c. 7. 12. d. cap. 11.

Quintus casus, quando pauperibus suis oppressis tenetur subvenire & pietatis operibus diversis insistere, ubi verisimile est quod majorem fructum faciant, quam si pro tunc prædicarent. De quibus distinctione lxxxiv. Per venit, & capite sequenti; & distinctione lxxxvi. ubi scribit beatus Gregorius Marianum episcopum excitandum, quod videbatur obdormivisse, & quod patientibus non succurrebat, nec alienam miseriam, propriam credebatur: & distinctione lxxxvii. Per totum; exhortantur episcopi defendere oppressos, & resistere oppressionibus omnium ad se confugientium. Idcirco glossa 111. Reg. v. ubi litera habet, quod Adoniram erat supra hujusmodi indictionem: Fuerunt enim Salomoni septuaginta milia eorum qui onera portabant, & octoginta milia latomorum in monte, absque præpositis, qui præerant singulis operibus, numero tria milia & trecenta præcipientium populo; dicit; Adoniram Dominus meus excelsus, hoc est, Christus, qui operariis templi præponitur, ut ordinet quibus mensibus ad operandum exeant, quibus ad curandum domum suam redeant, cum prædicatorum mentes familiariter informat, ut discernant quando oporteat ecclesiam edificare prædicando, vel alia officia præstando, vel quando ad conscientiam suam examinandam, aut quasi ad propriam domum inspiciendam reverti, ut orationibus & jejuniis superno inspectore, & visitatore digna sit. Et subdit glossa: Notandum autem quod pars in monte lapides scindebant, pars onera portabant, diversa enim sunt dona Spiritus; & quidam majorem docendi, & protervos arguendi constantiam habent; quidam mitiores ad consolandos pusillanimes existunt, quidam utraque virtute præditi ad opus Domini conveniunt. Hæc ibi. Ex quo patet, quod episcopi & prælati rite a prædicationis actu suat excusati, dum tamen variis & arduis pro sibi commissarum ovium & rerum occupantur distractionibus.

Dist. 84. Per venit, cap. 1. dist. 85. Fratrum nostrorum c. 6. Dist. 86. Per totum.

Sextus, si episcopus insitit sacra Scriptura Vnu su-

ANNO
CHRISTI
1489.
S. Th. 2^{us}
lib. 2^{us} c. 17.

studio seu expositioni, ut ex sancto Thoma A

constat, quia tunc proficit pluribus, & predicatores docet alios predicare: dicit enim in quolibet, quod licet in casu necessitatis salubris sit episcopis aut doctoribus, relicta propriis officiis saluti animarum particularium intendere; sed tamen simpliciter magis est utile & meritorium sacre theologie studio insistere, & circa doctrinas popularium non intendere. Nam ratio demonstrat, quod melius est eos erudire de pertinentibus ad salutem, qui in se, & aliis proficere possunt, quam his, qui tantum sibi profunt. Insuper in quolibet artificio videmus quod semper melius habet, qui disponit de artificio, & dicitur architectonem, quam alii qui manu operantur: unde ipse etiam majori pretio conducitur. In edificio autem spirituali sunt quasi manuales operarii, qui particulariter insunt curæ animarum, puta sacramenta ministrando, vel aliquid huiusmodi particulariter operando: sed quasi principales artifices sunt episcopi & doctores, qui imperant & disponunt, & docent alios qualiter operari debeant. Sic ergo simpliciter melius est docere sacram Scripturam, quam intendere predicationi, si bona intentione fiat. Unde 11. ad Thimoth. 11. *Hac commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.* Et quasi hos casus simul comprehendit capitulum, Inter cetera, dicens de officio iudicis ordinari libro 1. Inter cetera, quæ ad salutem animarum pertinent populi Christiani, pabulum verbi Dei permaxime noscitur ei perneccesarium: quia sicut corpus materiali, ita anima spirituali cibo nutritur, eo quod non solo pane vivit homo, sed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei. Unde cum sæpe contingat, quod episcopi propter suas occupationes multiplices, vel invalidudines corporales, aut hostiles incursum, seu occasiones alias, (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum est omnino, nec de cetero tolerandum) per seipso non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas dioceses & diffusas: generali constitutione sanximus, ut episcopi viros idoneos, ad sanctæ predicationis officium salubriter exsequendum assumant, potentes in opere & sermone. Et infra: Unde precipimus tam in cathedralibus, quam in ecclesiis conventualibus, viros idoneos ordinari: quos episcopi possint coadjutores & cooperatores habere, non solum in predicationis officio, verum etiam in audiendis confessionibus & poenitentis injungendis, ac ceteris quæ pertinent ad salutem animarum.

Ad ea, quæ in oppositum allegavit dominus proponens, scilicet quod in primitiva ecclesia tam Apostoli quam septuaginta duo discipuli per se predicabant, & in locum eorum nunc episcopi & inferiores presbyteri successerunt, ut dicit Anacletus, distinctione XXI. In novo: Respondeo, quod verum est quod in loca eorum successerunt; non tamen sequitur ex hoc, quod sicut illi personaliter per mundum discurrebant, & ubique predicaverunt, ita & isti facere teneantur: sed sufficit quod in casibus prescriptis per alios idoneos ad hoc deputatos fiat, & ita quilibet in sua dioecesi provideat; ut patet ex dictis.

Epilogus hujus lectionis conclusivus est hic:

Ut sciant volentes quid de presentis actus fecum afferant, ista ex jam dictis eliciuntur. Primum, quod non ratione ordinis sacerdotialis, sed ratione non coercitive jurisdictionis, competit pluribus presbyteris actus publicæ predicationis: quia officium predicationis sic est a sacerdotio distinctum, quod non omnibus sacerdotibus competit, & tam aliis quam sacerdotibus competere ex speciali commissione poterit. Secundum, quod non est preceptum Domini quemlibet presbyterum libere predicare verbum Dei: quia multi sancti fuerunt, qui tamen nunquam predicaverunt: nec omnes presbyteri succedunt Apostolis, nisi tantum episcopi: his solis precepit Deus predicare evangelium regni Dei. Tertium, decuit Christum sæpe predicare ad instruendum populum in credendis & in agendis, & tantum semel celebrare ad instituendum hoc mysterium in commemorationem unice fidei passionis. Quartum, si esset populus adhuc infidelis & convertendus, forte ibi esset necessarius predicatio, quam Missæ celebratio; ubi ambo simul fieri non possent. Sed considerata jam hæc divulgata universalis ecclesiæ profalute tam virorum quam mortuorum, utilior est Missæ celebratio, quam predicatio. Quintum, convenit divini cultus augmento esse pluralitatem altarium rationabilem in statu ecclesiastico, non ut sanctis vel idolis immolemus, sed ut verum Deum glorificemus, & in sanctis ejus laudemus. Sextum, ut quicumque non vult sententiam excommunicationis incurrere, cesset velle predicare ubique, si prohibitus sit a sufficienti prelato ecclesiæ: quia talis sententia per multa generalia concilia est dictata, nec interim erravit universalis ecclesiæ sancta. Septimum est, excommunicationis sententia etiam injuste lata est timenda, ne ex contemptu fiat valida. Octavum, propter scandalum perversorum sæpe est prætermittendum Dei verbum, præsertim in eo qui predicare non est obligatus, aut in his, qui sunt de necessitate salutis. Nonum, episcopi & prelati majores non sunt sic ad predicandum obligati, quin ex certis causis sint sæpius rationabiliter supportati. Finaliter est veritas articuli, scilicet, quod sacerdotes & diaconi singuli & distincte non debent libere & sine impedimento predicare verbum Dei. Hæc quæso, carissimi domini, accipite in corde bono per fidem illuminantem credendo, & optimo per gratiam justificantem retinendo, tenendo corde bono, & perficiendo opere, ut fructum reportemus in patientia, vero pacis existentia, pacis entia cum vobis ipsis, pacis scientia cum proximis, pacis eternæ cum Deo & omnibus sanctis ejus. Sic nunc finaliter pacem Christi opto vobis, quam obtulit suis discipulis resurgens ex mortuis, in gloria immortalitatis, quam nobis præstare dignetur, cui omne genua curvatur, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat per sæcula. Amen.

Et quemadmodum in principio, ita nunc in fine hæc præscriptæ hujus sacrosanctæ synodi offero correctioni, quemadmodum extra locum concilii indefinenter me subjeci alme matris mee universitatis Colonienfis determinationi & decisioni.

Re-

ANNO
CHRISTI
1489.

De officio
iudicis ordinari
lib. 1. c. 17.

Mark.

1^{us} Pers.
non fuit.

ANNO
CHRISTI
1443

ANNO
CHRISTI
1443

sunt, sicut patet Genesis vii. qui alimēte ascendere conatur, fur est & latro, patibulo & rota infernalibus cruciandus, Joannis x. sicut de contrario beati tunc in spe, tandem in re, qui hoc verbum Dei audiunt, & faciunt: non enim audientes legis tantum, sed factores justificabuntur, ad Rom. ii. Si quis sermonem meum seroverit, mortem non gustabit in aeternum, Joannis viii. Secundo, conclusi finaliter, quod auditori verbi Dei congruit, nedum obedientia docilis ut faciat, sed etiam perseverantia finalis, ne desiciat, sed custodiat illud: dicit thema: *Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa*, Psalm. 118. Custodit, inquam, ea non ad tempus, si usque ultimum vite spatium in tali devotione versetur Exponit ibid. Cathodorus. Sic qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea eos non audit, quia ex Deo non est. Joan. 8. Natura ex Deo, non vitia ex Deo: hoc enim eis dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant, nam hoc commune erat omnibus, sed etiam præcogniti, quod non fuerunt credituri ea fide qua possent a peccatorum obligatione liberari. Beatus Augustinus super eodem. Sed qui sunt hi præcogniti, alio nomine præcogniti, profecto qui non audiunt verbum Dei, & custodiunt illud, teste beato Bernardo in sermone qui intitularur de Septuagesima; ubi inter cætera spei nostre signa ostendere volens quis posset secure confidere se de numero prædestinatorum existere, inquit sic: Porro inter ea que fiduciam præstant & materiam spei, unum illud maximum est, de quo nunc copimus loqui, *qui est ex Deo, verba Dei audit*. Nonnullos sic interdum audientes invenies, ac si nihil ad eos pertineant que dicuntur, non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare; ne forte quod audiunt dictum sit propter eos: magis autem, si forte sermo Dei vivus & efficax (qui suo & non ejus qui loquitur arbitrio fertur ubicumque voluerit) si inquam manifeste adversus vitia illa processerit, quibus sentiunt sese obligatos, dissimulant & avertunt oculos cordis, qualibet ad inventionem palliant vitia, & seducunt miseris sæpissos. In his, inquit, salutis signa non video, magis autem vereor, ne forte propterea non audiant verbum Dei, quia non sunt ex Deo. Hæc Bernardus.

Cives ergo Babylon ex diabolo sunt, cives Jerusalem ex Deo sunt. Primi etiam verba Dei audiunt, non custodiunt. Secundi, audiunt, perfecte & exacte custodiunt. Et hæc erat vera differentia inter electos & præcitos, & signa probabilia existunt. Qui enim ex Deo sunt, ita verbum Dei audiunt, quod per signa suæ prædestinationis signa pandunt, prout ex variis doctores colligunt. Primum est, si viriliter pugnantes tres hostes devincit, carnem, mundum, & diabolum: quod enim natum ex Deo vincit mundum. Secundum, si in hoc mundo non civem se mansurum, sed hostem viantem considerat; si divitiis abstinet, cor non apponens; sed de rebus hujus mundi quanto minus potest utens, semper in celo thesaurizans, utpote se de hoc mundo non esse recognoscens; dicens cum Apostolo: *Non habemus manerem civitatem sed futuram inquirimus*. Tertium, si ei omnia cooperantur in bonum, prospera ad timorem, adversa ad a-

morum, peccata peracta ad humilitatem: ut in prosperis cautior, in adversis patientior, in recordatione peccatorum severior in oculis suis vilior, in peccando ferventior, in aliorum compassionibus desolentior promptior. Sic enim diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. ad Rom. 8. Quartum, ad distamen conscientie recurrere, delicta juventutis deplangere, proprio & aliorum se iudicio subminere, ne forte rea sit peccata mortalis, ubi & in quo creditur esse iusta: sicque a peccatis continere, dignos penitentis fructus agere, & ardua vite opera exercere: que summario deducit Bernardus ex illo 1. Joann. v. *Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis*. Spiritus contribulatus, aqua lamentationis, & sanguis amoris, ut inquit Christi sanguinis continet a peccatis. De his & similibus ibid. beatus Bernardus: „ Quis potest dicere, Ego sum de electis, & ego sum de prædestinatis ad vitam: ego sum de numero electorum? reclamante scriptura: *Nescis homo, an amore vel odio dignus sis?* Certitudinem utique non habemus, sed spei fiducia consolatur nos; ne dubitationis anxietate cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam & indicia manifesta sanctitatis, ut indubitabile sit, eum esse de numero electorum, in quo illa signa permanferint. Hæc ille.

E contrario, quamquam civium Babylonis filiorum præditionis multa sunt signa, utpote, quia cunctis eis temporalia prospere succedunt, qui ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt; sub flagellis hujus mundi non ingemiscere, sed magis indurari, velut Pharo, cujus induratum cor finaliter perit: frequens recidivatio in mortale, sicut recidivatio frequens infirmorum, significat viciniam mortem: velle contentari de bonis presentis vite, & æterna vita carere: tamen singulare signum quod homo ex diabolo sit, id est, ad diabolum per finalem impotentiam pertineat, est, quod in pertinacia alicujus peccati vel erroris perseverat, præsertim in senio, cum jam non sit spes vite sue longæ: quibus valde pertimescenda est sententia Domini Joannis viii. *In peccatis vestris moriemini*: cujus ratio subditur: *Pas ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere*. Et que sint illa desideria subditur: *Nec enim homicida erat ab initio, & in veritate non stetit vita, iusta, & veritas in eo non est sana doctrina*. Secundum expositionem S. Thomæ ibidem: sic enim qui a veritate doctrinæ seu fidei paulatim decidunt, finaliter in peccatis suis decedunt; prout illud nomen, Verum, indicat: de quo quoties una littera subtrahitur toties significatio permutatur. Unde dicitur sic metricè:

Quinque placet rectis, sed quatuor atrile figit: Sunt tria pars, anni: sic duo male sonant.

Sensus est, ista dictio, Verum, habet quinque litteras, & sua significatio placet rectis: sed si tollatur ultima littera, scilicet M, residua litteræ faciunt verum, quod figit atrile: si tollantur quarta & quinta, scilicet V & M, manet ver, que est pars anni: si tollatur R cum sequentibus, non nisi ve relinquatur, in veritate non statur, sed mee in peccatis consequitur: Ita si per M memoria, U veritas, M major prælatorum, V voluntati & imperio resistitur, & 19-

Signa præde-
stinationis.
a Per v, po-
gram.

a Per v, po-
gram, sed
male bene so-
nant.

b In aliove li-
bro habetur: *U*
vel dicitur
majorem præla-
torum v 19-

ANNO CHRISTI 1511. Invenit & interpretatus & notavit.

ANNO CHRISTI 1511.

Et resuscitatur, mors vero horum acquiritur: A
Qui enim non obedierit sacerdotis imperio, neque
meritorum homo ille. Deut. xvii. Passim ergo &
veritatem diligit, ait Dominus omnipotens: Quod
si fueritis, Deus pacis & dilectionis erit vobis
cum; & juxta thema, beati eritis, si verbum
Dei quod audieritis, opere & corde custodierit:
modo in spe, tandem in te: quod nobis con-
cedat clementissimus Deus, qui vivit & re-
gnat. Amen.

In primis circa istam conclusionem: Hoc
mandat Christus Jesus, ergo faciendum: Hoc
prohibet Christus Jesus, ergo non faciendum:
Dicit dominus replicans, quod factis notabile
est apud se, quod circa illam consequentiam
immoraverim: Estimo, inquit, quod cogita-
verit ipsam esse quasi fundamentum positionis
meae. Sed ego dedi sibi aliam causam in scri-
ptis, utpote, quod talis modus arguendi pos-
set causa esse erroris, & seductionis multo-
rum; dicentibus populis esse praecepta quae
non sunt, & non esse quae sunt: & si bene
considero, hoc est totum inter nos schisma,
quod vos dicitis communicare populum sub
utraque specie, esse praeceptum Christi, prae-
dicare debere diaconos & presbyteros esse
praeceptum Christi; aboleri omnia peccata
mortalia publica, esse mandatum Christi; cle-
ram non habere civile dominium, esse prae-
ceptum Christi: & neutram eorum credo esse
esse praeceptum Christi. Et quia tanta oritura
erat inter Christi praeceptorum cognitionem
diversitas, ideo petebat Psalmista, & nos se-
cum petere debemus. De mihi intellectum, ut

Psalm. 118.

discam mandata tua: non illa decem, quae uti-
que sciebat; sed intelligere inter ea quae vi-
dentur esse Dei praecepta, & non sunt, ut
sciamus quae sit discretio & differentia: ideo
jam licet sufficienter declaratum, adhuc circa
idem reddam triplicem rationem: quarum
prima est, quod non omne verbum Christi
habens notam seu formam praecepti est prae-
ceptum Christi praeceptive sumendum. Unde

et. q. 2. si
quodlibet. pro-
ponitur.

dicunt Archidiaconus xxii. questione iv.
Prophetavit; dicens: Praeceptum Dei est in
multiplici differentia: quandoque praecepit
factum & voluntatem, ut ibi: Diliges Do-
minum Deum tuum. Quandoque voluntatem
& non factum, ut dum praecepit Abraham
immolare filium, tamen noluit eum immolari.

Gen. 22.

Ubi dicit beatus Ambrosius ex lib. de patriar-
chis: Non enim volebat Dominus a patre
immolari filium, nec impleri hoc manus vo-
lebat, quia ovam pro filio immolandum
obtulit; sed tentavit affectum patris, si
Dei praecepta praeferret filio. Et infra: Non
mittas, inquit, manum tuam in puerum,
nec facias illi quidquam: affectum tuum
inquisivi, non effectum exegi: tentavi men-
tem tuam, si etiam filio dilectissimo non
parceres propter me. xxii. 11. questione E.

11. Non enim. Tertio, quandoque factum,
& non voluntatem, ut Exod. vi. praecepit ut
filiis Israel accommodarent vasa aurea & argen-
tea ab Aegyptiis: non tamen voluit per hoc
ut alii exemplum fernerent spoliandi, ac bea-
tus Augustinus in lib. Quaes. & assuitur xiv.
quaes. v. Dixit Dominus. Quarto, neque vo-
luntatem, neque factum, utpote quando ali-
quid mysticum praecepit, ut ibi: Si oculus tuus
fundatur in te, erue eum; ubi non oculos erui,
sed insensio prae praeceptum excidendi: Prae-

Matth. 5.

ceptit Dominus quandoque ut instruat, ut
in campo quem sanavit, quandoque ut tentet,
ut hic de praecepto Abraham; quandoque ut
impleatur, ut ibi: Diliges Dominum Deum
tuum. Hac ille.

Hinc etiam alludit eximius ille doctor anti-
quus Generalis ordinis mei Prædicatorum, M.
Hambertus super illo verbo, Hac igitur sunt,
quae ut observetis praeceptum, in principio re-
gulae beati Augustini; dicens quod quaedam re-
gulae beati Augustini, quae habent in se
modum & intentionem praecepti, ut est illud:
Hoc est praeceptum meum, ut diligatis vos invi-
cum. Quaedam vero quae habent praeceptum
non in modo, sed in intentione, ut est illud
de sanatione surdi & muti, Marc. vii. Prae-
cepit eis ne cuiquam dicerent. Quis enim au-
deat hoc dicere, quod intenderet eus Domi-
nus per hoc obligare, per quod peccassent
mortaliter predicando miraculum, plus, &
plus, quanto plus & plus praecepibat, ut ta-
cerent? Hac ille. Et infra dicit: In evange-
lio Marc. vi. dicitur: Praeceptum eis ne quid tol-
lerent in ovis nisi virgum tantum: illud ver-
bum praecepti potius importat intentionem
voluntatis, quam veritatem praecepti. Infra
scriptura sacra eodem modo loquitur, & ta-
men quaedam reputantur simplices exhorta-
tiones, quaedam praecepta, sicut Loc. vi. cum
dicitur: Si quis te percusserit ad unam maxi-
llam, praebe ei & alteram, consilium est: &
cum dicitur in eodem capite: Mutuum date,
quod inde sperantes, licet sit idem modus lo-
quendi, tamen est praeceptum. Hac ille.

Joan. 15.

Patet ergo tam multipliciter ostensum, quod
non omne verbum Christi habens notam prae-
cepti, habeat voluntatem & intentionem prae-
cepti: & per consequens non obligat ad facien-
dum. Ex superabundanti autem item deducitur
ex testimoniis utriusque testamenti. Primo sic:
nam Genes. 111. Dominus praecepit protoplas-
tis, dicens: Crescite & multiplicamini, & im-
plete terram. Et tamen noluit quemlibet homi-
nem hoc praeceptum obligare, sed solum ali-
quos de multitudine, quos tamen non expres-
sit in specie: unde dicit sanctus Thomas 11.
11. quaes. cclii. art. 11. ad 1. argumentum:
Praeceptum habet rationem debiti, sed du-
pliciter dicitur aliquid esse debitum. Uno
modo ita ut impleatur a quolibet, & hoc
debitum sine peccato præterire non possit.
Aliud est debitum implendum a multitudine:
ne multa enim sunt multitudini necessaria,
ad quae implenda unus homo non sufficit:
sed impleatur a multitudine, dum unus
hoc, alius aliud facit. Praeceptum ergo le-
gis naturae datum homini de comestione, ne-
cessario est quod ab unoquoque impleatur; al-
liter enim individuum conservari non pos-
set. Sed praeceptum datum de generatione re-
spicit totam multitudinem hominum, cui ne-
cessarium est, non solum quod multipliciter
corporaliter, sed etiam spiritualiter proficiat:
& ideo sufficienter providetur humana multi-
tudini, si quidam generationi carnali operam
dent, quidam spirituali, ab illa carnali ab-
stinentes ut contemplationi vacent ad totius
humani generis pulcritudinem & salutem;
sicut quidam in exercitu castra custodiunt,
quidam signa deferunt, quidam gladiis decer-
tant. Quae omnia debita sunt multitudini,
sed per unam impleri non possunt. Hac ille.

Se-

ANNO
CHRISTI
1433.

Secundo sic: Summum & maximum mandatum veteris & novae legis non habet inventionem praecepti eo modo per omnia, quo habet notam praecepti, ergo non obligat ad faciendum secundum notam praecepti, sed tantum secundum intentionem praeipientis. Assumptum probatur sic: quis illud, *Diliget Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, tota virtute, & ex omnibus viribus tuis*, est summum praeceptum & primum & maximum mandatum Domini; & tamen illud non obligat viatorem aliquem, secundum formam quam offert: ergo habeo propositum. Et assumptum probatur, quia secundum theologos multos, quorum sententiam complectitur dominus Ferrus de Palude patriarcha, tertio sententiarum, distinctione xvii. quae. i. illud praeceptum aliquo modo praeceptum, aliquo modo consilium, & aliquo modo promittitur. Praeceptum enim dupliciter: uno modo, quoad habitum & preparationem animi, quia caritas parata est quantum & quando potest ex toto corde diligere. ii. Praeceptum quoad actum, dupliciter: uno modo privative, ut homo nihil contrahat, nec contrahere animo proponat, quod caritati obviet, quod est solum peccatum mortale. Alio modo, quoad actum positive, quando & quantum est necesse, aliter non. Secundo modo consilium, & hoc quantum ad actum caritatis, quantum est possibile, & debitis circumstantiis observatis. Non enim ex praecepto tenetur homo quantum potest ex toto corde diligere, quia non tenetur facere omnia bona quae potest; sed quanto plura bona fecerit, & Deum plus dilexerit, tanto melius sibi erit & quia consilium datur de meliori, ideo isto modo est consilium. Sic etiam illud: *Quodcumque potest manus tua, infantes operare*. Tertio modo promittitur, scilicet quod actum perfectum & non interruptum: Sic enim est in promisso etiam nobis, quibus nunc non est in praecepto, nec in consilio, cum sit nunc nobis impossibile, quod tunc erit facile & delectabile, quando non cessabimus noctu die, que dicere: *Sanctus, sanctus, sanctus*. Isaias vi. Haec ille. Dominus noster per verbum imperativum dicit ad Judam: *Quod facis, fac citius*. Joannis xlii. tamen noluit per hoc praeceptum, ut traderet eum Judaeis; alias Judas non peccasset, sed praeceptum Domini implevisset: unde dicit ibidem beatus Augustinus. Non praecepit facinus, sed praedixit Judae malum, nobis bonum, non tam in perniciem perfidii serviendo, quam ad salutem fidelium festinando. Et Chrysostomus: Hoc enim quod dicit: *Quod facis, fac citius*, non praeipientis est, neque consiliantis, sed exprobrantis & ostendentis, quoniam ipse volebat suam perditionem impetire. Haec ille. Est ergo illa forma concedenda: Hoc mandat Christus sub propria nota, & intentionem praecepti, ergo hoc est faciendum. Alioquin si mandat sub nota praecepti, & non voluntate seu intentione praecepti, non semper obligat, ut ex praedictis clare est deductum.

D. Thom.
in carta.
Chrysost. in
Psalm. 4.
& in homil.
22.

Secunda ratio ad idem est propter multiplicationem & aequivocam acceptionem hujus termini, mandare vel praecipere; accipitur enim uno modo, prout mandare vel praecipere idem est quod rogare. Sic accipit beatus Gregorius i.

quae. i. Filium; dicens: Filium vestrum mandatis ad sacrum ordinem promoveri. Glossa Archidiaconi, Mandatis, id est, rogatis, supplicatis: sic enim minor mandat majori. ii. quae. iiii. Rogo; ubi beatus Gregorius: Rogo & moneo, ne quisquam excommunicato profumat communicare; ubi, Rogo, ponitur praeceptive, secundum glossam: Moneamus quos habemus caros. xviii. quae. i. Sic enim. Sic etiam rogare ponitur pro mandare, & mandare pro rogare. xxi. quae. iv. Guiltarius. Alio modo prout mandare idem est, quod permittere, distinctione lv. Qui partem digiti volens abscidit, non admittitur ad sacros ordines: sed si nolens sit vel casu, canones praecipiant clericos ferri. Glossa Hugonis & Archidiaconi, Praecipiant, id est, permittunt, 31. xviii. i. Haec ratio: ubi dicit Chrysostomus, & est i. ad Corinth. vii. Haec ratio Apostoli praecipere secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Glossa: Praeceptum, id est, permittunt. Distinct. iv. Qui partem, & i. dist. Domino sancto. Ubi Isidorus scribit ad Massanum episcopum: Illos ad pristinos gradus canones redire praecipiant, quos poenitentiae praecipit satisfactio. Ubi dicit Archidiaconus. Praecipiant, id est, permittunt. xxxiii. quae. ii. Hoc ipsum. Tertio modo praecipere seu mandare idem est quod consilium: sic accipitur xxi. quaestione i. Non est: ubi dicit beatus Augustinus super epistola ad Galat. Non est contra praeceptum Domini jurare. Archidiaconus, contra praeceptum, id est, consilium: quia illud Matth. v. *Nolite jurare*, est proprie consilium secundum Bartholomaeum & Laurentium: & tamen beatus Augustinus vocat illud praeceptum. Quarto modo praecipere idem est quod tentare, sicut jubendo significamus, quae fieri saepe volumus, sed experimentum obedientiae quaerimus: sicut de Abraham dictum est, ut latet Genes. xxi. & Richardus de xx. patriarchis xxi. Prophetavit. Quinto modo praecipere idem est quod instruire, sicut Christus praecipere caecis curatis, ne cuiquam dicerent, & ipsi magis & magis miraculum praedicaurent, Matth. ix. ubi beatus Hilarius: Silentium Dominus caecis imperat, quia Apostolorum erat proprium praedicare. Et beatus Hieronymus: Dominus quidem propter humilitatem fugiens iactantiam gloriam, hoc praeeperat, & illi propter memoriam gratiae non possunt tacere beneficium. Et beatus Gregorius xix. Moralium: Quarendum autem nobis est, quid sit hoc, quod ipse omnipotens, cui hoc est velle quod posse, & taceri virtutes suas voluit, & tamen ab eis qui illuminati sunt, quasi invitatus inducatur; nisi quod servis suis sequentibus exemplum dedit, ut ipsi quidem virtutes suas occultari desiderarent, & tamen ut alii eorum exemplo proficiant, prodantur invitati. Occultantur ergo studio, necessitate publicentur, & eorum occultatio sit custodia propria, eorum publicatio sit utilitas aliena. Haec ille. Ex praehabitis satis patere potest, quare dixerim istam consequentiam apud me non valere. Ex quibus etiam sequitur, quod illud non est verum, quod dominus replicans hic dixit, sed in scriptis mihi non tradidit: scilicet quod adductum de Abraham non fuit praeceptum, sed tentatio. Probat per textum, quia dicitur Genes.

ANNO
CHRISTI
1433.

ANNO CHRISTI 1013.

ANNO CHRISTI 1013. Mens. 16.

XXII. *Tentavit Deus Abraham*, Dico quod fuit A
 praeceptum & tentatio simul, non obligans, ni-
 si ut prædictum est. Namque quod facit præ-
 ceptum, præter ea quæ dicta sunt, dicit san-
 ctus Thomas II. II. quæst. CIV. art. IV. ad se-
 cundum. Ideo etiam dicit textus imperatice,
Tolle filium tuum, & offer illum. Tolle, &
 offer, sunt verba præceptiva. De cæcis cura-
 tis mecum concordat. Et sic consequentiam
 meam approbat: grates sibi, quia in hoc solvit
 debitum, & quod dicit nos laborare in æqui-
 voco, quia ego intelligo de mandato imper-
 fecto, ipse de perfecto; dubito valde, quia
 hoc non probat testimonio sacra scripturae,
 juxta regulam Hieronymi ad Demetriadem: **B**
 per ipsum adductam contra Papæ auctoritatem:
 „ Sacra scripturae testimonium non habens,
 „ eadem facultate contemnitur, qua probatur.
 „ Consequenter arretat se in consequentia illa.
 „ Papa mandat hoc, & in lege Domini saltem
 „ se expresse non fundat, dummodo contra
 „ mandatum Domini non præcipiat, nec con-
 „ tra sacrorum generalium conciliorum statuta
 „ quadam: ergo hoc est faciendum. Respon-
 „ det: Secundum Hieronymum scripturae sa-
 „ cræ auctoritatem non habens, eadem facul-
 „ tate contemnitur, qua probatur. Confimi-
 „ liter exemplariter: Papa mandat venerandum
 „ concilium transferri ad Bononiam, ergo est
 „ faciendum. Hæc ille. Ad primum respon-
 „ deo, quod hoc multum est irrationabiliter di-
 „ ctum: quia summi Pontificis atque prælatorum
 „ majorum decreta, constitutiones, cæterasque
 „ ipsorum sanctiones, in prædictis jam prænar-
 „ ratis casibus, tamquam leges ex Dei auctori-
 „ tate derivatas, debemus venerando atque obe-
 „ diendo suscipere, non illas redarguere, aut
 „ humano sensu discutere, prout alma mater mea
 „ universitas Coloniensis deducit hoc modo: Pri-
 „ mo, ductu naturalis luminis. Unumquodque
 „ enim potest ea, ad quæ ejus potestas aut au-
 „ thoritas se extendit: propter quod videmus
 „ quod principes a super communitates in sub-
 „ ditos ferunt leges, jura & statuta, cum pote-
 „ state coactiva imponentis ea subditis servanda.
 „ Cum igitur Christi vicarius Papa, & alii re-
 „ ctiores suppleant vicem Christi, potestatem au-
 „ thoritatis non amittendo, quamvis forent pec-
 „ catores; concluditur clare quod eorum ordi-
 „ nationibus tamquam a Deo emanantibus, re-
 „ verenter sit obediendum. Cui alludit alia re-
 „ gula formosa. Nam qui dat principale, dat ac-
 „ cessorium annexum. Et rursus alia regula, di-
 „ cit: Cujus est finis, illius est disponere de me-
 „ diis ad finem. Cum igitur rectores communi-
 „ tatis instituuntur ad pacificandum vitam sub-
 „ ditorum ad invicem, (hoc autem requirit
 „ quod eis præfigatur aliqua regula seu disci-
 „ plina vivendi:) contingat autem hoc per
 „ constitutiones pro legibus latas a rectoribus;
 „ eadem igitur necessitate qualibet communitas
 „ requirit rectores & leges, seu constitutiones
 „ ab eis latas pro felici vita communitatis.

*Præmissa veritati correspondes illud antea ex
 evangelio commemoratum, Matth. XIII. Su-
 per cathedram Moysi sederunt Scribae & Phari-
 saei; omnia quæcumque dixerint vobis facite. Vo-
 lens Salvator expresse, quod ordinationes seu
 constitutiones suorum prælatorum subditi te-
 neantur recipere, & vivendo secundum eas
 converteri. Tendit etiam ad idem quod do-
 minus Petro ait: Tibi dabo claves regni calo-*

*rum. Quodcumque ligaveris super terram, &c.
 etiam quodcumque solveris super terram erit so-
 lutum & in calis: ac si diceret, Mandata &
 statuta, quæ manant ex auctoritate tua, ex
 eo debent haberi canonica, quia verius eman-
 nant ex potestate mea. Qua in re memoriter
 est attendendum, quod Christus fuit novæ le-
 gis institutor, veterem implens: cessaverunt
 autem legalia & judicialia, remanentibus præ-
 ceptis moralibus veteris legis, quæ obligant
 non ex vi illius legis, sed ex vi inscriptionis
 eorum in cordibus nostris, secundum illud
 Apostoli ad Roman. Cum enim gentes, quæ le-
 gem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt,
 faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi
 sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in
 cordibus suis. Dominus ergo continuat moralia
 præcepta in nova lege; superaddit autem sa-
 cramenta & consilia, non autem instituit ali-
 qua præcepta judicialia. Hoc autem, quia my-
 stero non vacat, obnoxius perpendamus: nam
 hoc ipso nos scire voluit, quod prælatis &
 principibus commisit instituere tales ordinatio-
 nes circa suos, prout pensatis locis & perso-
 narum conditionibus & aliis circumstantiis vi-
 dentur congruere & expedire. Unde Lucæ X.
 dicitur: Qui vos audit, me audit; & qui vos
 spernat, me spernat.*

Ex quo sequuntur corollaria. Primum: Di-
 vina voluntati illos repugnare qui decreta, de-
 cretales, cæterasque ordinationes aspernantes,
 tamquam authenticas renuunt recipere & hono-
 rare. Nam auctoritas prælatorum a Deo est, &
 sic per idem est repellere prælatos, & Dei au-
 thoritatem. Secundum, quod nullus potest se
 legitime ab obedientia Papæ in prædictis casibus
 subtrahere, quod patet: Nam Salvator Do-
 minus noster Jesus Christus per suam passionem
 meruit judicariam potestatem super omnem crea-
 turam, juxta illud Matthæi XXVIII. *Data est
 michi omnis potestas in celo & in terra.* Unde
 glossa dicit super illo verbo Psalm. *Dominabitur
 a mari usque ad mare:* id est, a quolibet sine
 terra diffundetur, & tam late dilatabitur eccle-
 sia. Vicarius autem Christi est Papa, unde nul-
 lus potest se subtrahere ab obedientia ejus de
 jure, sicut nullus potest se de jure subtrahere ab
 obedientia Dei. Sicut Christus recepit a Patre
 ducatum & sceptrum ecclesiæ gentium ex Israel
 egredieris, super omnem potestatem & princi-
 patum, super omne quodcumque est, ut ei ge-
 nua cuncta curventur; sic ipse Petro & ejus suc-
 cessoribus plenissimam potestatem commisit, ut
 dicit Cyrilus Patriarcha Alexandrinus in libro
 Theaurorum: Tertium est; quod Papæ etiam
 aperte malo, in fide tamen firmo, quamdiu to-
 leratur ab ecclesia, est obediendum, quod pro-
 batur: *Obedite*, inquit Papa Petrus, *præpositis
 vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam
 dycolis:* quam auctoritatem replicans nuper ne-
 gavit, & per consequens erravit. Et probatur
 propositio dupliciter, primo auctoritate alia
 prædicta. Nam super illo ad Romanos XIII.
*Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita
 sit;* dicit glossa: Potestatibus bonis & malis,
 in eo quod sublimiores sunt, obediendum est.
 Si ergo obedientia & subjectio debetur alicui
 ratione potestatis sublimioris, quamdiu durat
 in Papa talis sublimior potestas, tamdiu debet
 permanere in omnibus subditis ejus sub-
 jectio & obedientia quamdiu manet causa.
 debet permanere & effectus.

Divina vo-
luntati repu-
gnant, qui
decreta pon-
tificis respiciunt

Psal. 71.

1. Pet. 1.

a Petro, &c
communita-
tes.

ANNO CHRISTI 1055

ANNO CHRISTI 1056

Secundo probatur hoc, ratione. Nam potestas prelationis est donum gratis gratis datum, non donum gratis gratum facientis. Sed tale donum gratis gratis datum non tollitur in Papa per aliquod peccatum, nisi solum per unum. puta per crimen herese, ut supra dictum est per tale enim peccatum solum Papa deficit esse Papa; sed per cetera alia peccata potestas prelationis in eo non tollitur, quia cum sit donum gratis gratis datum, non tollitur per peccatum, si peccato directe non opponitur.

Ad secundum respondeo, quod ex mea forma non sequitur: Papa transfudit concilium ad Bononiam, ergo faciendum. Quia addidi directe. Modo contra quendam generalium conciliorum decreta non mandaret; de quorum numero est concilium sacrum Constantiense, quod in capitulo Frequens illam translationem prohibuit: prout clare & late in responsione data per presens sacrum generale concilium primis ambassiatoribus Papa videre potestis.

Consequenter replicans invehit contra hoc quod dixi: quod Papa propter admiranda sua potestatis excellentiam prope Christum attingit: dicens, quod hoc verum est, sicut distat celum a terra, & sicut attingit terra prope celum: ego autem ostendam meum dictum esse verum. Pro quo sciendum, quod ex scriptis meis non habetur, Papam esse equalis potestatis cum Christo, sed quod summam in terris habeat jurisdictionis potestatem. Unde secundum grammaticos, Prope, est adverbium positivum: comparatur directe, proprius, proxime, ut dicit Catholicon: Unde dico, quod litera, Prope, non dicit equalitatem, nec paritatem, sed quamdam appropinquatam excellentioris similitudinis & jurisdictionis. Isto modo dicit beatus Augustinus in libro Confessionum: Duo enim fecisti, Domine, unum prope te; scilicet Angelicam creaturam; & aliud prope nihil, scilicet materiam ipsam primam. Sed clarum est quod nec Angelus est equalis Deo, nec materia nihil. Sed ratione similitudinis & proportionis majoris dicitur prope Deum Angelus, quia inter omnes creaturas Deo similior in participatione sum bonitatis est in esse naturali, & ideo dicit Eszechiel: Tu signaculum similitudinis. Quod exponens dominus Albertus dicit: Signillum fundatum: materia vero prima, ratione potentialitatis & expoliationis actualitatis dicitur prope nihil. Et sic bene dixi, quod ideo Papa prope Christum attingit, quia quidquid potestatis, quidquid gratis sacramentalis, quidquid dispensationis celestis a Christo capite ecclesie commissum est, ipsa etiam ecclesia dispersa, & Papa in fide non errante, totum est ejus dispensationi commissum. Pro quo sciendum quod Petrus successit Christo, non quod ipse esset Christus: succedit enim unus Papa alteri, & uterque est Papa, nec unus altero major: sed Petrus non successit Christo, quod esset equalis Christo in persona: Non enim dicimus quod sint plures Christi, quorum unus succedat alteri. Nam si sint qui dicantur dii sive in celo sive in terra, quidem sunt dii multi & domini multi: vobis tamen non est nisi unus Deus Pater, & ex quo omnia, & nos in illo, & unus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum, ut dicit Apostolus I. Corinth. VIII. Succedit ergo Petrus Christo, & quilibet alius Papa succedit sibi, ut vicarius ejus, in officio &

potestate jurisdictionis ecclesiastica, non in personam.

Ad secundum autem quomodo potestas Papa prope Christum attingit, ita quod ei nulla in terris potestas comparari possit, dico quod triplici majoritate potestas Papa major est omni alia auctoritate ecclesiastica, ecclesia congregata. Et primo majoritate auctoritatis. Dignitas quidem major est potestas Papa omni alia: quia sicut dicit beatus Ambrosius, & ponitur cxxvi. distinctione: Duo sunt: quippe verum non tam preciosius est plumbo, quam regia potestate est altior dignitas sacerdotalis: videmus enim eolia regum & principum submitti generibus sacerdotum, & ab eis benedici & iungi. Et secundum Apostolum ad Hebreros VII. absque ulla contradictione verum est, quod semper qui minor est a majore benedicatur. Patet enim hoc per Hugonem de sancto Victore, II. lib. de sacramentis parte II. ubi distinguit duplicem potestatem, spirituales & seculares, & subdit: Quantum virtus spiritualis dignior est quam terrena, & spiritus quam corpus, tantum spiritualis potestas terrenam potestatem, sive secularem honore & dignitate precedit. Secundo potestas Papa est major omni alia potestate majoritate causalitatis, quia ejus potestas causat omnem aliam potestatem examinando, confirmando, & judicando: unde dicitur xxxi. distinctione, quod cujuslibet ordinis dignitatem & potestatem Romanus Pontifex habet insinuare & confirmare: ejus vero potestatem solum Christus fundavit & confirmavit: nullius namque potestatis electio temporalis vel spiritualis est ipsius confirmatio nisi solum electio ipsius Papa vel de auctoritate ejus.

Tertio, potestas Papa est major omni alia auctoritate, quia nullius Imperatoris, regis, vel alterius leges seu statuta alicujus roboris seu dignitatis esse censentur, nisi quantum sunt per auctoritatem Papa confirmata & approbata: unde dicit Augustinus, & ponitur IX. distinctione quod quicumque legibus imperatorum, que voluntate Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium: quicumque legibus imperatorum, que contra legem & veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande premium: namque tanta est auctoritas ecclesie & Romani Pontificis, ut Augustinus dicat contra epistolam Fundamenti: Ego numquam crederem evangelio, si non crederem ecclesie, id est, si me auctoritas ecclesie non compelleret.

Dehinc ubi dixi, Papam sanctissimum & beatissimum etiam in moribus malum; distinxit de duplici sanctitate: scilicet innocentie & sacramentali. Ego dico addendo speciem tertiam, que trifaria est, scilicet status, religionis, & equitatis publicae. De sanctitate status dicitur distinctio XL. Non nos. Symmachus Papa: Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantae auctoritatis attollat? in quo si desinat bona acquisita per meritum, fusciant que a loci predecessore praestantur. Ant enim claros ad hanc fastigia erigit, aut qui eriguntur, illustrat. Hinc ille. Ubi dicit archidiaconus, & concordat glossa, quod sufficit, quod subditos, eum reputare sanctum, nisi constet de contrario. Unde non refertur sanctitas ad eum, sed ad estimationem honorum subditorum.

Papa summam habet in terris jurisdictionem

Aug. 11 lib. confes. c. 8. & 9.

Beatus

Potestas Papa quomodo major alio

Distinctio 10. Omnia

Distinctio 9. Imperatorum. Aug. ad Rom. c. 11. p. 70.

Sanctitas status

Aug. 11 lib. 11. ad Rom. Reliquia

AVRO
CHRISTI
1457

AVRO
CHRISTI
1457

144. 14. m.
cap. 12.

Publice iudi-
ca.

Sanctificatio
subordinativa.

Instrumenta-
lis.

Augustinus
de peccatorum
merito & re-
missione, lib.
5. cap. 26.

De secundo, scilicet sanctitate religionis, A
ostendit sanctus Thomas 2. 2. quæst. LXXXI. art.
ultimo, quod sanctitas idem est quoddam modo
quod religio, dicens: Nomen sanctitatis duo
videtur importare: uno modo mundiciam,
& hanc sanctificationi competit nomen Gra-
ecum dicitur enim *ἁγιος*, quasi sine terra.
Alio modo importat firmitatem, unde apud
antiquos sancti dicebantur, quæ legibus erant
munta, ut violari non deberent. Unde &
dicitur aliquid esse sanctum, quia est le-
ge firmatum. Potest etiam secundum Lati-
nos hoc nomen *Sanctus* ad mundiciam per-
tinere, ut intelligatur sanctus quasi sanguine
tinctus: eo quod antiquitus illi qui purifi-
cari volebant, sanguine hostis tingebantur
ut Isidorus dicit in libro etymologiarum
& utraque significatio competit, ut sanctitas
attribuatur his, qui divino cultui applican-
tur ita quod non solum homines, sed etiam
templa & vasa, & alia huiusmodi sanctifi-
cari dicantur, ex hoc quod divino cultui
applicentur. Hæc ille.

De tertio scilicet sanctitate publice iustitiæ
dicit Andronicus Peripateticus, ut allegat
eum sanctus Thomas 2. 2. quæst. LXXX. art. 1.
inter cetera iustitiæ annexa ponit sanctitatem
quia promulgatores iustitiæ publicæ sancti præ-
sumi debent. Ex quibus sic arguo: Omnis ta-
li præsumi merito debet sanctus, qui est in
statu ecclesiasticæ dignitatis elevatus, quoad
primum: qui est divino cultui applicatus quoad
secundum; qui est minister iustitiæ publicæ,
quoad tertium: sed Papa, ut Papa, est huius-
modi, in summo cuiuslibet horum constitutus:
ergo ipse non incongrue dici potest sanctissimus
etiam si in moribus malus, donec non sit ita
iudicatus, sed ab universali ecclesiæ toleratus.

Deinde, quia dixit Papam esse putatum san-
ctissimum ab officio sanctificandi, dicit quod
auctoritative nemo potest sanctificare, nisi Deus,
& est conditio antichristi, Ego sanctifico.
Et dico quod hoc indiget declaratione: quia
est duplex sanctificatio auctoritativa; scilicet
formalis, & illam solus Deus causat: & sic
verum est, quod dicit. Alia instrumentalis,
quæ dicitur sanctificatio pontificalis, seu sa-
cerdotalis, & illa convenit istis: nec est con-
ditio antichristi, ita dicere sacerdotes sancti-
ficare. Unde Augustinus libro 11. de baptis-
mo parvulorum versus finem: Catechume-
nos ad signum Christi, & orationem, ma-
nusque impositionem puto sanctificari: & quod
accipiunt, quamvis non sit Corpus Christi,
est tamen sanctum, & sanctius quam cibi
quibus alimur, quia sacramentum est. Hæc
ille, & loquitur de egiptis. Et Chrystosto-
mus in opere imperfecto, homilia decima-
quarta: Laicus sacerdoti panem offert, ut
sacerdos accipiens sanctificet, & ei por-
tigit. Quod enim panis est, offerentis est,
quod autem sanctificatus est, beneficium est
sacerdotis. Hæc ille. Item Hieronymus super
Ezechielis XI. ubi dum de primitiis agit,
dicit: Primitiis quoque ciborum agrorum
sacerdotibus offeruntur, ut nihil gustemus
novarum frugum, nisi sacerdos ante gusta-
verit: Hoc autem facimus, ut reponat sa-
cerdos benedictionem & oblationem no-
stram in domo sua; sive ut ad impreca-
tionem suam Dominus benedicat domibus
nostris. Adjungit exclamando de sacerdotali
Concil. Gener. Tom. XXIX.

dignitate: Grandis dignitas sacerdotum, &c.
Ex istis patet, quod licet unus solus sit san-
ctissimus, a quo omnis sanctitas; & per conse-
quens omnis activa sanctificatio originaliter a
sanctissimo Deo fit; ergo in istis & non in aliis
omnibus conformiter, sicuti est vita, veritas
virtus, &c. Tamen per medium sacerdoti tam-
quam infra Deum & communem populum con-
stitutum, sanctificationem ita operatur, quod
beneficio sacerdotis, ut dicit Chrystostomus,
creatura etiam irrationales sanctificationem di-
cuntur capere, & rationales, ut dicit beatus Au-
gustinus de catechumeno: quia magna est illa
dignitas sacerdotalis, secundum sanctum Hie-
ronymum, quia per signa, & verba & orationes
conformiter, non eadem significatione, sed in-
strumentali, operari possunt alii sicut ipsi.

Sic ergo opponens bene prospexit con-
sequenter, qualiter ipsi Jesu Christi vicario at-
tribuit sanctificationis officium, non fuisse opus
tantis superfluis verbis; probando, quod sit
conditio antichristi, dicere aliquem sacer-
dotem sive prelatum, Ego sanctifico. Nam
sanctificatio potest alicui attribui dupliciter:
Uno modo auctoritative, & illa est propria
Deo, secundum illud Exodi XXXI. *Ego Do-
minus, qui sanctifico vos*. Et isto modo attri-
buere sanctificationem alicui puro homini, in
quantacumque dignitate constituto, est con-
ditio antichristi. Alio modo sanctificare con-
venit alicui instrumentaliter, sive ministerialiter:
& hoc modo convenit sacerdotibus & prelati-
bus sanctificationis officium, & hoc in sacramen-
torum dispensatione, quia sacramenta sunt va-
sa sanctificationis: hac ratione dicuntur sacer-
dotes quasi sacra dantes in sacramentorum di-
spensatione, ad sanctificationem animæ. Sic
attribuere prelati & sacerdotibus sanctificatio-
nis officium, non est conditio seu opus anti-
christi; sed negare, id est opus antichristi, veri-
simi inimici Christi, quia suis concessam mini-
stris negat potestatem. Ubi notandum, quod S.
Thomas in IV. distinctione, art. 11. loquendo
quomodo competat ministris ecclesiæ cooperari
Christo in ministerio sanctificationis animarum,
ponendo quatuor modos cooperandi alicui agen-
ti, dicit circa quartum modum, qui est ut dispo-
nens materiam ad effectum principalis agentis
suscipiendum, dicit sic: Quod sic disponere
contingit dupliciter, vel ex opere operante,
sive docendo sive merendo; & sic homines
cooperantur Deo in peccatorum remissione.
Dei, inquit Augustinus, *coadjutores sumus*. Vel
ex opere operato: sic qui confert sacramen-
ta, quæ disponunt ad gratiam, per quam fit
remissio peccatorum. Et hæc est cooperatio
ministerii, quæ ministris ecclesiæ competit:
de quibus 1. Cor. 4. *Nos sic existimet homo,
ut ministros Christi, & dispensatores mysterio-
rum*. Ratione istius sanctificationis dicit Chry-
stostomus libro de dignitate sacerdotali: Per
istos sacerdotes Christum induimus, per ipsos
Dei Filio conjungimur, per ipsos membra
beati ipsius capitis efficiuntur. Quomodo ergo
nobis non solum reverendi magis quam ju-
dices aut reges, sed & magis non erunt ho-
norabiles quam parentes? Hæc ille.

Et propter ista minus bene perspecta in-
fert dominus replicans, dicens, quod propter
ista excellentis potestatis attributa, sequun-
tur apud simplices, imo & aliquando apud
doctos, multa inconvenientia; ut inordinatus
respe-

X x x

ANNO
CHRISTI
1431.

Reverentia,
quam exhibetur
pontifici, non
est inordinata.

respectus, obedientia inordinata, protractio usque ad oscula pedum beatorum. Non sic faciebat Petrus verus Christi vicarius, &c. Respondeo, quod illa reverentia, quam fit summo Pontifici, non est inordinata, sed suae potestatis excellentiae condigna. Dicit enim sanctus Thomas 2. 2. quæst. 8. art. 1. quod triplex est virtus justitiæ: scilicet religio, quæ debetur Deo; pietas, quæ debetur patri & parentibus; & observantia, per quam, ut Tullius dicit, homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu & honore dignatur. Et de hac observantia dicit ipse ibidem quæst. 11. art. 2. quod honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam vel superioritatem, imo dicit: Si prelati sunt, non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis secundum quam sunt Dei ministri, & etiam in eis honoratur tota communitas, cui præfunt. Ex quo elicio, quod cum, secundum Tullium, honor est exhibitio reverentiæ in testimonium virtutis: istud autem contingit dupliciter fieri, primo in testimonium virtutis suæ propriæ, & gratæ suæ bonitatis & sanctitatis; secundo in testimonium virtutis Christi & gratiæ Christi, cujus vicarius existit, juxta illud 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo ut ministros Christi: quamdiu est vicarius & quamdiu non desinit esse Papa, dato quod sit aperte malus, honor papalis sibi subtrahendus non est. In cujus forte figuram ante suam passionem permisit Dominus in domo Pharisei Mariam Magdalenam osculari pedes ejus: & post resurrectionem, ut mulieres accederent & tenerent pedes ejus. Unde in signum quod Papa non sibi, sed Christo, illum honorem attribuit, crucem supra pedem in sandaliis gerit, quasi non suos pedes, sed in honorem Crucifixi, cujus locum in terris tenet, crucem illum osculandam offerat.

Esch. in hist.
eccl. lib. 4.
c. 12. & 16.

Et quid mirum, si hoc fit summo Pontifici in honorem Christi, cum etiam fiat quibusdam regibus in recognitionem temporalis domini? Hinc de sancto Polycarpo dicitur libro IV. ecclesiasticæ historiæ cap. XIII. Polycarpus non solum ab Apostolis eruditus est, cum his, qui Dominum viderant, sed ab Apostolis ipsis ordinatus Smyrnenis ecclesiæ episcopus. De eodem ibidem dicitur, quod cum martyrizari debuit exteriori detracto indumento ac cingulo resoluta, calceamenta quoque pedibus tentabat educere, quæ nunquam nisi a religiosis quibusque fide ac devotione semetipsos invicem prævenientibus resoldi consueverant: ita namque in omni etiam reliqua vita sua venerabiliter ab omnibus colebatur. Nec est estimandum, quod Papa filium tantæ obedientiæ in osculo pedum detineat, quia more piissimi patris ad osculum manus seu maxillæ subito suscipit. Nec obest, quod de Petro objicit: quia Petrus non ideo quod honor ille non sibi deberetur, sed quis cum Petrus & alii Apostoli facerent multa miracula, credebantur dii ab aliquibus gentibus, sicut patet Actorum XIV. de Paulo & Barnaba: ubi factum miraculo circa claudum quemdam, turbæ clamantes eos esse deos, volebant eis thurificare & ideo hac ratione non permittebant se debito etiam honore venerari; & ne in proposito de Petro aliquid sic sensissent. Unde dicit glossa super verbo, Adoratus eum: Sic adoravit ut

A Deum, quæ fuit imperitia, non nequitia: non enim cum angelus hoc docuit, sed doctorem esse Petrum: ideo dicebat Cornelio: Surge, nomen, & ego ipse homo sum.

In eadem materia invebendo contra quod dixi, concilia generalia dici sancta & sanctissima, etiam ibi dico, inquit, dato quod sit aliquod generale concilium & omnes personæ inibi existentes sint non sanctæ: unde debeo scire, quod Spiritus sanctus illi concilio infallibiliter insitat, cum dicitur Sap. 1. Spiritus enim sanctus disciplina fugiet filium? Sed si bene recolo, dixit in isto publico auditorio: Non possum videre, quomodo Spiritus sanctus insitat illis, &c. Ad quod dico, Nota quod Biste casus non subiacet humanis judiciis quia nemo scit, an amore vel odio dignus sit: imo esset iudicium crudele, opinari singulos esse malos in Spiritu sancto congregatos, quia Dominus usque adhuc reservavit sibi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua sua coram Baal, ad Romanos 11.

Unde dico quantum ad materiam in se, quod concilium generale legitime congregatum in necessariis ad credendum ad salutem, deficere non potest, etiam si prelati sint mali, quod probatur sic: Deus & natura non deficient in necessariis, sed salutem humani generis non videretur sufficienter provisum, si concilia generalia possent deficere in his, quæ sunt de necessitate salutis; ergo huiusmodi concilia, in his, quæ sunt de necessitate salutis, deficere non possunt. Consequentia videtur nota. Major patet primo per omnes philosophos, qui hanc pro maxima reputant in naturalibus; per divinam etiam providentiam circa genus humanum providentem potest ostendi, quia propter hoc collata sunt sacramenta, sacra Scriptura divinitus est revelata, Verbum est incarnatum. Etiam minor patet, quia pro salute humani generis oportet esse aliquam regulam inobliquabilem & indefectibilem seu indeviabilem, ad quam genus humanum habeat recursum in credendis, quia sine fide, ut dicit Apostolus, impossibile est placere Deo: alias non esset eadem sufficienter provisum ab optimo legislatore Christo: sed nullus particularis homo est huiusmodi sufficiens regula, ut non possit in fide errare, ut etiam Papa. Falsum est, si de Papa, ut Papa est, intelligit: Papa enim ut Papa, non est privata persona. Si vero illorum sententiam sequitur, qui Papam concilio subiciunt, falsam sententiam sequitur, quam refutat Bellarm. l. 4. de pont. c. 2. & seqq. & l. 2. de Conciliis c. 13. & seqq. aliquando fecit. Ergo oportet dicere, quod habeatur recursum ad ecclesiam universalem, aut ad concilium generale. Cum ergo ecclesia universalis non possit in unum congregari secundum seipsam propter ejus amplitudinem per orbem universum, sequitur quod huiusmodi regula, ad quam habeatur recursum in necessitate fidei, est concilium generale legitime congregatum, ecclesiam universalem representans.

Ergo sequitur, quod concilium generale in his, quæ sunt de necessitate salutis errare non potest. Pro cuius intellectu notandum est, ex culpa originali, & ex excellentiâ credendorum, credenda transcendunt humanam facultatem; ideo requiritur supernaturalis concursus ad eorum revelationem: & licet in scriptura con-

ANNO
CHRISTI
1431.

Reverentia,
quam exhibetur
pontifici, non
est inordinata.

Reg. 15.

Rob. 10.

ANNO CHRISTI 1061.

ANNO CHRISTI 1062.

continetur, non tamen evidenter & sufficienter pro quolibet: ideo provisum est de tertio modo, scilicet facere exterius quod in se est, secundum illas veterum traditiones in celebrationibus concilii generalis. Ex quibus potest deduci, quod in concilio congregati, non sunt proprie qui loquantur. Spiritus enim sanctus loquitur in eis, in his que determinantur in fide. Nam ex quo provisum est sufficienter posita exteriori forma, Spiritus sanctus residuum operatur: ex speciali enim providentia Dei, quam habet de salute hominum, videtur inferendum quod si forma ad extra servetur, Spiritus sanctus habebit suam efficaciam veritatem revelandi. Quantumcumque enim ministri essent inepti, tamen malitia non tolleretur efficaciam Spiritus sancti, quia potest esse organum Spiritus Sancti: sicut proportionabiliter astra Balaam locuta est improprie, quia magis Spiritus sanctus locutus est: & quemadmodum Balaam, Numerorum xxii. & xxiii. vocatus a Balac ut malediceret populo, cui Deus benedixit, & ipse benedixit, licet coactus: ita in concilio generali in malis & iniquis praelatis male viventibus Spiritus sanctus loqueretur veritatem.

a Prov. 16. prudentia Dei.

Hec fundatur, ut dictum est, a id est, prudentia Dei de necessitate, de nostro sine consensu: quod non esset, nisi in concilio generali infallibilis daretur auctoritas, non obstantibus ministrorum malitia; imo cum Balac audivit quod Balaam benediceret populo Dei, ait: *Quid est quod agis? quia ut malediceret vocavi te: Respondit: Non possum aliud loqui, nisi quod iusserit Dominus: ita similiter ubi agitur de instructione populi quantumcumque invaleret malitia praelatorum, possunt dicere cum Balaam: Non possum dicere, nisi quod Dominus iusserit.* Iterum secundo respondit Balaam: *Benedictionem prohibere non valeo. Non est, inquit, Deus, ut homo, ut mentiar.* Notum autem est, ut videtur, quod Deus specialiori modo regat ecclesiam suam, quam ante incarnationem populum suum rexerat. Ideo dixit Matthæi ultimo: *Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Et eiusdem xvi. *Porta inferi non prevalebunt adversus eam, hoc est, ecclesiam, quam concilium generale representat.* Imo Christus, post adventum suum in carne, cum sacerdotes synagoge mali essent, & generatio prava & adultera vocarentur, nihil minus dixit turbis, Matthæi xxiii. *Omnis quaecumque vobis dixerint, facite.* Ex quo evidenter concludi potest, quod ea, que sacerdotes seu praelati novæ legis in concilio generali congregati, post publicationem evangelii dicunt, in his que sunt fidei, & de necessitate salutis, tenenda sunt, cum amplius sint illuminati, & specialius eis Spiritus sanctus assistat, quam sacerdotibus synagoge.

Mont. 12.

Et ad hæc deserviunt omnes expositiones, quas replicans adduxit super illo: *Super cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei*, ut patet eas inveniendi: & iterum solutiones illarum auctoritatum: *Qui vobis audit, me audit*, & aliarum per me adductarum: quia concedit eas de conciliis generalibus etiam intelligi, licet etiam de fidelibus aliis in nomine Domini congregatis possint exponi. Et tamen proprie & antonomastice de conciliis generalibus ita esse intelligenda, sanctorum auctoritatibus ostenditur. Sicut enim ait beatus Cælestinus in *Concil. General. Tom. XXIX.*

Cælestinus p. 7.

Epistola ad synodum Ephesinam transmissa, ut refert Isidorus in libro conciliorum, Spiritus sancti indicat presentiam congregatio facer-
 » docum. Certum est enim quod legimus, quia nec potest Veritas ipsa mentiri, cujus in evangelio ista est sententia: *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum.* Quod cum ita sit; nam nec huic tam brevi numero Spiritus deest; quanto magis cum nunc interesse credemus, quando in unum convenit tota turba sanctorum? Sanctum namque est pro debita veneratione concilium, in quo utique nunc Apostolorum frequentissime illius, quam legimus, congregationis aspicienda reverentia est. Et idem Isidorus in eodem libro in gestis tertii synodi Toletanæ, in epistola seu confessione Reccardi regis, inquit: *Valde necessarium esse perspexi beatitudinem vestram in unum convenire, habens sententiæ Dominicæ fidem, que dicit: Ubi fuerint duo vel tres collati in nomine meo, ibi ero in medio eorum.* Credo enim beatam sanctæ Trinitatis divinitatem huic sacro interesse concilio, & ideo tanquam ante conspectum Dei in in medio vestri fidem meam protuli. Ex quo patet quod beatus Papa Cælestinus eam reverentiam habendam esse dicit congregationi concilii, que debetur collegio Apostolorum, utpote in cuius medio ipse Christus assistat, sanctus Spiritus, & ipsa Trinitas tota. Hinc est quod beatus Hieronymus comparat concilii auctoritatem Soli: ut sicut Sol suo ardore humores rivulorum desiccet, ita sacrum concilium sua auctoritate omnem contrariam superat argumentationem. Inquit enim in fine » disputationis contra Luciferianum: *Poteram omnes tuarum disputationum rivulos uno ecclesiæ Sole siccare; de auctoritate concilii generalis loquens.*

Matth. 18.

Act. 15.

Ad auctoritatem Sapientie, Spiritus sanctus non habitat in corpore subdito peccatis, respondeo secundum sanctum Thomam in questione de veritate, quæst. xx. art. v. quod sapientia se confert in animam dupliciter. Primo modo, ut ipsamet Dei Sapientia inhabitet, & sic hominem sanctum faciat & Dei amicum. Secundo modo solum quantum ad effectum, & sic non oportet quod sanctum faciat vel Dei amicum: & sic confert se in mentes malorum, quos prophetas constituit. Albertus 14. sent. dist. xix. ubi Magister dicit: *Quidam putant hanc potestatem tantum illis esse concessam, qui doctrinam & vitam Apostolorum servant.* Dicit Albertus: *Isti sunt illi hæretici qui vocantur Cathari.* Et cum pro eis arguit, *In malevolam animam non introibit sapientia: dicit quod intelligitur ista auctoritas quantum ad inhabitantem gratiam, & non ad comparationem gratis date.*

Finaliter circa istam materiam sic assumitur ubi ego dixi, quod illud non est vere dictum: *Verbum Dei est tantæ perfectionis, quod nihil possit ei addi vel subtrahi: dico, inquit, si istud non est vere dictum, nec illud Deut. 14. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ex eo.* Respondeo negando illam conditionalem, quod antecedens est verum, & consequens falsum. Quod antecedens sit verum, illud scilicet non esse vere dictum, quod verbis Dei nihil licet addi vel subtrahi, patet: quia secundum beatum Augustinum in
 X x x 2 li.

ANNO
CHRISTI
1429ANNO
CHRISTI
1429

libro de vera religione cap. xvi. in his, quae sunt fidei talis est regula servanda, quod falsa & perniciose semper sunt respuenda; vera autem & approbata semper sunt tuenda: dubia autem tamdiu credenda sunt, quamdiu aliquid doceat ratio, nisi contrarium aliquid precipiat sanctae matris ecclesiae auctoritas. Possit ergo Papam, ecclesiam, vel sanctos doctores, aliquid addere super illa, quae sunt fidei, dupliciter potest intelligi: uno modo, quantum ad dubii interpretationem: alio modo, quantum ad occultorum & implicitorum explicationem: Utroque autem modo potest addi scriptura sacra licite super ea, quae sunt fidei. Nam si aliqua sunt dubia & obscura in fide, ad praedicta pertinet interpretari: post quorum praesertim Papae, vel generalis concilii, determinationem, haereticum esset pertinaciter contrarium asserere. Unde dicit Innocentius III. *distinct. xxiii. quae. 1.* Quoties fidei ratio ventilatur, arbitratur omnia fratres & coepiscopi nostros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctorem referre debere.

Ad eandem auctoritatem spectat implicita & occulta in fide pro temporum aetate congruentia explicare & declarare: ut patet quod inferiores ecclesiae sibi implicitae & occultae credebant, postmodum explicite & publice profitebantur. Quod autem consequens sit falsam, patet, quia dicit scripturam esse falsam, & dicta doctoris quae adducit, adducit idem ex alio: quia sacra scriptura promittit premia exponentibus eam, dicens Ecclesiastici xxiv. *Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.*

Sed replicans eisdem doctoribus debitam credulitatem subtrahit ubicumque sibi placet, ut patet ex suis responsis. Ergo non sequitur, si verba sua sunt falsa, quod ergo verba scripturae sacrae sunt falsa. Ad auctoritates ergo dico. Ad 1. Deuter. iv. *Non addetis ad verbum quod loquor, nec auferetis.* Dicit glossa: *Docet normam aequitatis, & omnem haeresein percutit; vetat enim recte doctrinam aliquid pravae intentionis addere vel aliquid veritatis subtrahere: Via enim regia incedendum est, non ad dexteram vel sinistram, quia recta via Domini, & iusti ambulabunt in eis. Et nihilo minus de Lyra inquit: Considerandum est hic, quod hic prohibetur additio depravans intellectum legis, non autem additio declarans aut elucidans, secundum quod scribitur Ecclesiastici xxiv. *Qui elucidant me, vitam sempiternam habebunt.* Similiter super illo: *Sermo Dei ignarus, dicit glossa: Ut haeretici, qui corrumpunt scripturas, ne eis convincantur. Et beatus Hieronymus ibidem: Ne corrumpas eloquia sacrarum scripturarum, sicut quidam haeretici, ne convincerentur, fecisse noscuntur. Et Lyra: Ne addas quidquam quod sit eis contrarium. Potes tamen & meritorie addere illa, quae faciunt ad verbum Domini elucidandum.**

Similiter super dicta Joannis Apocalypsis ultimo dicit glossa: Quia quosdam sciebat in Africa esse, qui pro suis erroribus fovendis aliquid adderent, vel minuerent, supponit excommunicationem. Et Lyra ibid. *Si quis opposuerit, id est, discrepantia, sicut faciebant haeretici, qui tempore illo addebant discre-*

pancia a veritate evangelii, & aliqua dixerunt de ejus veritate, dicentes Christum ante Mariam non fuisse; per hoc tamen non excluditur, quia possunt aliqua addi licite, quae faciunt ad declarationem sacrae scripturae. Et sic fecerunt doctores sancti. Haec ille. Non est ergo verisimile, si sancti credidissent se peccasse, quod sanctis laboribus exponi scripturam invidiosum. Circa secundum notabile, ubi dixi, praelatos malos & bonos magnifice ratione officii honorandos, & praesertim causas sepe adduxi.

Quod ad tertium, ubi dixi ideo quia ipsi soli habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, secundum illud Matth. xviii. *Quodcumque ligaveris super terram, &c.* contra hanc arguit replicans: Non soli sacerdotes habent auctoritatem ligandi & solvendi a peccatis, igitur, &c. Videte quomodo ostendit se auctoritatem sanctam scripturae intelligere aliter quam Christus suis discipulis innotuit. Ego enim alligavi illam auctoritatem Matth. xviii. *Quodcumque ligaveris super terram, eris ligatus & in caelis,* quam auctoritatem Salvator non voluit de beata Trinitate intelligi, quia eam numero Apostolorum non comparavit: sed nec de laicis disponentibus se per contritionem, sed tantum de Apostolis & eorum successoribus per sacri ordinis sacerdotalis susceptionem. Dico ergo, quod illa consequenda nil valet: Trinitas habet auctoritatem absolvendi a peccatis aeternae, ergo non soli sacerdotes, quia est equivocatio in terminis, ut patet ex dictis. Novit enim omnis qui me intellexit, quod intellexi de auctoritate, quam habent soli sacerdotes, qui sunt homines consecrati per ordinationem episcoporum, non de Trinitate vel Christo homine.

Dico ergo aliqua: Primum est, quod soli sacerdotes habent auctoritatem clavium in foro poenitentiae, de qua loquitur in proposito, teste beato Ambrosio, ubi ait super verbo praedicto, Hoc jus, scilicet ligandi & solvendi, sacerdotibus est concessum: unde sanctus Thomas in iv. sententiarum distinctione xix. *quae. 1.* dicit quod introitus in calum per dimissionem peccati vocatur clavis ordinis, & hanc soli sacerdotes habent, quia ipsi soli ordinantur pro populo in his, quae dicuntur sunt ad Deum. Haec ille.

Secundo dico, quod laici, etsi se disponere possunt ad remedium poenitentiae, nullo modo tamen verum est, quod ex hoc habeant auctoritatem ligandi & solvendi dispositive, quia iste est periculosissimus modus loquendi. Ideo etiam opponens non audebat eum nominare, qui istum modum adinvenit. Nam ex modo loquendi doctorum catholicorum non habemus nisi triplicem auctoritatem ligandi & solvendi, ut posuit sanctus Thomas in iv. sententiarum distinctione xix. Una est auctoritatis & est solius Dei, qui propria virtute peccata dimittit. Alia excellentis, quam solus Christus habet homo, qui merito excellentis suae Passionis operatus est salutem nostram. De qua Apocalypsis tertio: *Qui habet clavem, aperit, & nemo claudit.* Tertia est ministerii, & istam non dicitur habere Trinitas increata, (cum sit principale agens, & non instrumentale aut ministeriale remissionis peccatorum; nec Christus, cum sit caput ecclesiae, in quo per excellentiam plenitudinis est potestas illa.)

sed

Triplex auctoritas ligandi & solvendi: auctoritatis, excellentis, ministerii.

ANNO CHRISTI 1412

ANNO CHRISTI 1412

sed soli sacerdotes, qui ministri dicuntur Christi, & de talibus loquebar in positione mea, juxta illud Ambrosii: Hoc jus, scilicet ligandi & solvendi, solum sacerdotibus est concessum. Nusquam licite adderetur potestas quarta, scilicet dispositionis, quia quantumcumque laicus se disponat ad penitentiam, tamen sibi non convenit illa auctoritas Christi, de qua ego loquebar: *Quotiescumque ligaveritis super terram, &c. Matth. 18.* Quod etiam assumpsit: Christus homo habet auctoritatem dimittendi peccata; ergo non soli sacerdotes. Patet ex dictis, quod nil valet consequentia: quia alia ratione Christus, & alia sacerdotes habent auctoritatem solvendi & ligandi a peccatis. Quia, ut dicit sanctus Thomas ubi supra, virtus aliquid agendi est in instrumento, & in per se agente, non eodem modo, sed in per se agente perfectius.

Potestas autem clavium quam habemus, & aliorum sacramentorum virtus est instrumentalis, sed in Christo est sicut in per se agente ad salutem nostram, per auctoritatem quidem, in quantum est Deus, sed per meritum in quantum est homo. Clavis autem de ratione sua exprimit potestatem aperiendi & claudendi, sive aliquis aperiat quasi principale agens, sive quasi minister: & ideo in Christo oportet ponere lavem, sed altero modo quam sit in ejus ministris. Et ideo dicitur, quod habet lavem excellentiam: & tantum de illo. Assumpsit ulterius contra quartam clausam, ubi dixi sacerdotes honorandos, eo quod de eorum orationibus certius est, quod efficaciam pro populo & animabus sortiantur: Ibi dicit, quod si sacerdotum orationes debeant esse efficaces pro populo, primo oportet quod sic sacerdotes Deo placeant per virtuosa opera, alias ipsum Deum provocant ad deteriora. Dico quod hoc est simpliciter falsum, quia est bene congruum, sed non simpliciter ut sit necessarium. Quia ut dicit sanctus Thomas in

Quod 1. cap. 5. Quomodo ministerium sacerdotum suffragia producat?

iv. sententiarum distinctione xlv. De suffragiis, qui sunt per malos, inquit, duo possunt considerari, primo ipsum opus operatum, sicut sacrificium altaris: & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent ab ipse opere operantis, quam equaliter explent, quoscumque facti: quantum ad hoc, suffragia per malos facta defunctis profunt. Alio modo quantum ad opus operans. Et sic distinguendum est, quia operatio peccatoris suffragia facientis potest uno modo considerari, ut est ejus, & sic nullo modo meritoria esse potest, nec sibi nec aliis. Alio modo, quantum est alterius, quod dupliciter contingit: uno modo, in quantum peccator faciens suffragia gerit personam totius ecclesie, sicut sacerdos, dum dicit in ecclesia exsequias mortuorum. Et quia ille intelligitur facere, cujus nomine vel vice fit, ut patet per Dionysium in xiiii. cap. ecclesiasticæ hierarchiæ, inde est quod suffragia talis sacerdotis, quamvis sit peccator, defunctis profunt quasi ex persona ecclesie facta, cujus ipse minister est. Alio modo, quando agit ut instrumentum alterius, opus enim ministerii est magis principalis agentis: unde quamvis ille qui agit ut instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen ejus potest esse meritoria, ratione principalis agentis: sicut si servus in peccatis existens quodcumque opus misericordie facit ex præ-

cepto Domini caritatem habentis. Unde si aliquis in caritate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat caritatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamvis illi per quos fiunt, in peccato existant: magis tamen valent, si in caritate essent, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent. Ad Gregorium in pastorali: Cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, animus judicis ad deteriora provocatur; respondet sanctus Thomas, quod quamvis ex parte ejus displicentis oratio peccatoris non sit accepta, tamen ratione alterius, cujus vice vel imperio agitur, potest esse Deo accepta. Et per hunc modum solvuntur alie auctoritates: quia oratio, quam sacerdos facit, sibi non prodest, nisi sit in caritate, prodest tamen alii, in quantum est minister publicus ecclesie. Et sic patet quam male dixerit in illa sua positione, quod oportet sacerdotem Deo placere per bona opera, si debeat exaudiri pro populo.

Præterea accedens ad propositiones, ubi dixi, solos curatos ordinarie post prælatos majores, scilicet episcopos, debere prædicare, & religiosos ex voto suæ professionis, quo ad hoc sunt adstricti: dicit quod istæ propositiones patiuntur instantiam pro tempore quo non egant curati, & quando ecclesie & parochie adhuc non erant divise. Unde querit, si soli episcopi succedant Apostolis, & soli curati lxxii. discipulis, quorum successores sunt minores presbyteri, & non curati? Pro quorum fundamentali discussione dico præter ea, que nuper dixi in sua replicatione, præsertim cum unus ex dominis Bohemis supplicavit hoc declarari, & in scriptis tradi: Quæro a vobis, domine Ulrice, cum Dominus in veteri testamento non instituerit, quod expresse legatur, nisi Aron in summo Pontificatu, minores sacerdotes & Levitas; unde ergo cantores, quos David instituit? Unde etiam illi distinctio sacerdotum, quorum hebdomadam septuaginta duo turbabant? 1. Par. xiiii. Respondeo, quod omnis status ecclesiasticus est a Domino nostro Jesu Christo institutus, teste Apostolo ad Ephesios iv. *Unicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi, propter quod dicit scriptura: Ascendens in altum dedit dona hominibus.* Quæritur ergo sine illa dona, subdit: *& ipse dedit quosdam quosdam Apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero evangelistas, alios pastores, & doctores ad confirmationem sanctorum in opus ministerii, in adificationem corporis Christi, quod est ecclesia.* Et eadem sententia habetur 1. ad Corinth. xii.

Ex quo patet quod hæc perfecta & plena distinctio maxime in hora Ascensionis Domini a Domino instituta est, ut notant verba promissa allegantia illud Psalmi: *Ascendens in altum dedit dona hominibus.* Ex quo iterum sequitur, quod distinctio & varietas in ecclesia statuum, graduum & dignitatum, non principaliter ex institutione ecclesie, aut cuiuscumque puri hominis auctoritate processit, quare nec eam destruere potest. Sed dices: Quomodo istos status instituit, cum non nisi Apostolos duodecim & 72. reliquit discipulos? Respondemus secundum glossam Innocentii III. *Ipse dedit, quia sic ascendit ut adimpleret omnia: omnia, inquit, adimplet, quia ipse.*

Distinctio & varietas graduum & dignitatum in ecclesia a Christo perfecta.

ANNO CHRISTI 1487

ANNO CHRISTI 1487

ipse dedit, id est, gratis instituit, non eorum meritis, quosdam quidem Apostolos, scilicet duodecim predicationis sui vicarios, Lucam vi. Elegit, inquit, duodecim, quos & Apostolos nominavit: quosdam autem prophetas, scilicet futurae praedicationis, sicut Agabus, Actor. xxi. vel prophetas, id est, scripturas exponentes, Actor. xiiii. Erant in ecclesia, qua erat Antiochia, prophetae, id est doctores; alios vero evangelistas, id est, evangelii annuntiatores, ut quatuor evangelistae. Ego enim, inquit, Jerusalem evangelistam dabo, Isajm 41. alios autem pastores, & doctores, & episcopos, qui pascant exemplo, & doceant verbo, juxta illud Jeremias 111. Dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascat vos foemina & doctrina. Et Isajm xxx. Non faciet ultra evolare a te doctorem tuum.

Joan. 16. 2

Vel dico secundo, quod ipse Christus hanc diversitatem hierarchicam dedit & instituit virtualiter, dum Spiritum sanctum misit invisibiliter, qui docuit Apostolos & eorum successores, quae cujuslibet status ecclesiastici officio congruerent, prout ipse Salvator promisit Apostolis suis: Adhuc, inquit, multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quaecumque dixerit vobis. Et ne crederetur eis solis datus, sed etiam posteris eorum successoribus, ait: Ego mittam vobis Spiritum veritatis, qui docebit vos omnem veritatem, ut sit vobiscum in aeternum, Joannis xv. sic enim Christus per praelatos dicitur ecclesiasticam hierarchiam instituisse, teste Apostolo: Et ego si quid donavi, in persona Christi vobis donavi. Et hoc est, quod dicit dominus patriarcha Petrus de Palude, de ecclesiastica potestate, conclusione 111.

Joan. 2. Cap. 16. 12 & 13

Ad tertium argumentum, quod Christus dedit pastores, dando primum & universalem pastorem immediate, dicendo Petro: Pasce oves meas. Sic etiam dicit beatus Augustinus in lib. de consensu evangelistarum, ostendens Christum evangelium scripsisse, & tamen evangelistis commiserat scribere, dicens: Omnibus discipulis suis per hominem, quem elegerat, tamquam membris sui corporis caput est: itaque cum illi scripserunt quae ille ostendit & dixit, nequaquam est dicendum quod ipse non scripserit, quandoquidem membra ejus id operata sunt, quod dicente capite cognoverunt: quidquid enim, ille de suis dictis & factis nos legere voluit, hoc scribendum illis tamquam suis manibus imperavit. Haec ille. Unde in persona praelatorum ecclesiae dicit Dominus: Qui vos audit me audit, Lucae x. cujus rationem subdit Apostolus ubi prius, dicens: Ex quo, scilicet Christo capite ecclesiae, totum corpus ecclesiae compactum est per omnem juncturam subordinationis, id est, per quam communicationem fidelium unus communicat & subministrat alteri bonum quod habet a Christo capite: unde subdit: Secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, quia secundum gradus membrorum ecclesiae, competunt diversis actus diversi, majores scilicet & minores: sicut alii actus episcoporum, alii sacerdotum, alii religiosorum, & sic de singulis, secundum expositionem venerabilis de Lyra ibidem. Sicut alia est operatio cujuslibet membri, alia operatio oculi, alia pedis; & vere per Jesum Christum

Lyra in 4. c. op. ad Epist. 1.

hoc est totum; quia augmentum corporis sui facit: & hoc quantum ad profectum eorum qui jam sunt de corpore, ipse dico, tendens in edificationem sui, secundum quod Christus accipitur pro capite cum membris; & hoc quantum ad illos, qui sunt de corpore ecclesiae, prout dicit Innocentius ibidem 11.

Supponendum, quod praemissa officiorum varietas regitiva sit hierarchica dispositio sine subordinatio; & non sit papalis auctoritas suprema, ex praestitutione, & non tantum humana, sed divina auctoritate, juxta illud Joan. xxi. Pasce oves meas. Unde licet Apostolus dicat: Dedit quosdam Apostolos, quosdam prophetas, non nominando papalem eminentiam; singulariter tamen praesupposuit id per Christum expresse factum. Unde ad inferendum illud quod dictum est, praemisit: Uniuscuius nostrum datus est gratia secundum mensuram donationis Christi: quasi diceret quod uni plus, & alteri minus donatum est, cum uni supremum regimen ecclesiasticum sit commissum, ideo dicit idem Apostolus 11. ad Corinth. x. Non in immensum gloriamur, sed secundum mensuram regulae, quae mensus est nobis Deus. Ubi glossa dicit: Usurpans sibi regimen animarum sine commissione Christi, aut sui vicarii, vel potestatem sibi commissam ultra terminum sibi praefixum extendens, non secundum mensuram regulae, sed in immensum gloriamur. Haec ibi.

Apostolorum Ratione tripliciter considerandam.

Cardinales succedunt apostolis in officio, episcopi, & praedicatorum.

Ex praemissis inferitur, quod secundum statum Apostolicum, singulariter tria genera ecclesiasticorum ipsis Apostolis succedere dignoscuntur: scilicet cardinales, episcopi, religiosi. Pro quo sciendum, quod Apostoli possunt tripliciter considerari. Uno modo, prout fuerunt Christi assessores ante suam ascensionem, alio modo prout facti sunt pastores dispersi per mundum praedicantes, tertio modo a vocationis eorum principio usque ad finem, juxta modum perfectionis & conversationis. Primo, inquam considerari possunt Apostoli, ut fuerunt Christi assessores primo, & postea beato Petro assederunt, ut domestici & familiarissimi amici & secretarii: & hoc modo succederunt eis reverendissimi patres domini cardinales, quasi domestici Papa consilarii & assessores. Sed quantum ad secundum statum, episcopi succedunt Apostolis, & hoc notavit Apostolus distinguens status ecclesiae: quia cum distinguit statum pastorem, cui incumbit cura animarum particularium, a statu apostolico, ad quem spectat regimen & ordinatio totius ecclesiae generalis. Et juxta hanc sententiam dicit Archidiaconus xxiii. distincte capite, Sacrosancta; quod Papa debet se inter cardinales annumerare, ratione status Apostolici in quo sunt, dividendo eum a statu pastoralis, licet etiam in statu Apostolico fuerunt pastores. Sed status in se sunt diversi, & prius fuerunt in statu Apostolico per Christum instituti, quam in pastoralis per Petrum: quia ante passionem omnes duodecim fuerunt Apostoli, sed post passionem institutus est Petrus a Christo omnium pastor, & tunc status pastoralis est ordinatus, cum Apostolicus status ante fuisset. Petrus ergo & sui successores utrumque retinent statum: sed cardinales Apostolicum dumtaxat. Et ita diversitas inter nunc vocatos cardinales & episcopos, qui in statu Apostolico vario modo succedunt Apo-

Foris, considerantur.

ANNO
CHRISTI
1611.
1611.
1611.

Apostolis, notatur in Iossa 1. Corinth. 111. A
super illud fidelibus dictum: Omnes vestri
sunt, sive Petrus, sive Apollo, qui erat epi-
scopus eorum, sive Cephas, id est, Petrus,
qui omnibus major erat.

Ex quo sequuntur aliqua. Primum, quod
ad statum cardinalium, tamquam ad statum
Apostolicum, primo pertinet una cum Papa
regimen & ordinatio totius ecclesie. Nam si-
cut perfectio status episcopalis in hoc consi-
stit, secundum sanctum Thomam 2. 2. quod
quis ex voluntaria obligatione se obligat ad
hoc quod curam proximorum gerat, & saluti
eorum insulat, videlicet eorum qui suo epi-
scopali regimini specialiter sunt commisi: Ita
perfectio status cardinalatus in hoc consistit, B
quod ex caritate se obligat, ut cum capite
suo Christi vicario, generaliter fidem & Chri-
stianitatem usque ad sanguinis effusionem de-
fendat, in cuius signum capellum rubeum por-
tare dicuntur.

Sequitur secundo, quod cardinales sunt in
statu perfectionis altioris, quam sit generali-
ter status pastoralis: quia inferiores pastores
tenentur se exponere pro grege particulari;
sed cardinales tenentur se exponere pro ec-
clesia universali, quod est perfectius: quia bo-
num quanto communius, tanto divinius, ut
dicit philosophus.

Tertio sequitur ex eodem, quod ad sedem
Apostolicam, scilicet Papam & cardinales, præ
ceteris sedibus particularibus, pertinet decla-
ratio veritatum necessariorum aut utilium ad
salutem, sive quantum ad fidem, sive quan-
tum ad utile regimen ecclesie militantis: quia
in hoc succedunt Petro & ceteris Apostolis,
quantum ad statum Apostolicum primitivum,
de quo dictum est: *Evangelium docete omnes gen-
tes.* Matthæi ultimo. Si vero obijciatur, quod
cardinales diaconi non succedunt Apostolis,
cum omnes fuerint presbyteri; respondetur,
quod licet non succedunt in ordine diacona-
tus, & nihilo minus succedunt eis, quantum
ad ordinem hierarchicum cardinalatus, ad in-
tellectum superius declaratum. Unde quantum
ad hoc, cardinales diaconi non solum jure D
prædicato, sed etiam laudabili & approbata
consuetudine jam præscripta, præcedunt epi-
scopos, licet ordo episcopalis dignior sit or-
dine diaconatus. Sicut verbi gratia archidia-
conus, licet non sit presbyter, tamen præest
pluribus presbyteris suo archidiaconatus ordi-
ni hierarchico subiectis. xxv. distinctione, Per-
lectis. Et sic cardinales etiam non episcopi præ-
cedunt episcopos, quia comparantur senatori-
bus, qui erant primi post imperatorem, &
dicebantur patres conscripti. De hoc per Archi-
diaconum de officio legislatoris capit. 1. lib. 6.

Quantum ad secundum statum Apostolorum
pro ut divisi sunt a Petro per universum mun-
dum, succedunt eis proprie episcopi cum om-
nibus his, qui sub hoc nomine, episcopus,
dignoscuntur comprehendi: de quo dicit Ra-
banus libro suo de natura rerum: Ordo. in-
quit, episcoporum quadripartitus est, id est,
in patriarchas, archiepiscopos, metropolita-
nos, atque episcopos. Patriarcha Græca lin-
gua interpretatur summus patrum, qui pri-
mum, id est, Apostolicum retinet locum:
& ideo quod summo honore fungitur, tali
nomine censetur, sicut Romanus, Antioche-
nus, Alexandrinus. Archiepiscopus Græco

Raban. lib. de
nat. rer. dicitur
quod 4. Antioche-
nus habet.

vocabulo dicitur, quod sit summus episco-
pus. Tenet enim vicem Apostolicam, &
prædicet tam metropolitanis, quam episco-
pis cæteris. Metropolitanus autem a mensura
civitatum vocati sunt: singulis enim provin-
ciis præminent, quorum auctoritati & do-
ctrina cæteri sacerdotes subiecti, sine qui-
bus, reliquis episcopis nihil agere licet. So-
licitudo enim totius provincie ipsi commis-
sa est. Omnes autem superius designati or-
dines uno eodemque vocabulo nominati
minantur: sed ideo privato nomine quidam
utuntur, propter distinctionem potestatis,
quam singulariter acceperunt. Patriarcha pa-
ter principum; enim princeps, archie-
piscopus princeps episcoporum, sicut metro-
polititanus a mensura civitatum. Hæc ille.

Sed notat dominus opponens unam clausu-
lam, quam dicit me prætermississe in capite
Decretis. Ubi dicitur quod talis distinctio est
sumpta a vana gentilitate, quod voluit notari.
Respondeo, quod nomina ista, flamines & ar-
chiflamines, ecclesia in gentilitate reperit; sed
gradus eis correspondentes beatus Petrus & A-
postoli a Christo acceperunt: & ideo nomina
permanerunt, & in distinctionem ecclesiasticæ
dignitatis cesserunt. Vel cum sancto Tho-
ma, ubi arguit in xv. distinctione xxv. ri-
tus ecclesie non debet magis conformari ri-
tui Gentilium, quam ritui Judæorum: ergo,
&c. Respondet quod ritus Judæorum non e-
rat diffusus in diversis regnis & provinciis,
sed tantum in una gente: & ideo non o-
portebat quod sub eo, qui habebat pote-
statem principalem, alii Pontifices distingue-
rentur: sed ecclesie ritus, sicut & Genti-
lium, per diversas nationes diffunditur: &
ideo oportuit, quod quantum ad hoc magis
Gentilium ritui, quam Judæorum, status ec-
clesie conformetur. Unde licet ordo iste
ecclesiasticus quoad distinctionem graduum
prælationis, sit ritui conformis Gentilium;
non sequitur quod sit malus aut vanus, aut
non a Deo institutus: quoniam ecclesia con-
stituta est ex utroque pariete, scilicet Gen-
tilitatis & Judæorum: ita ritus ecclesie mo-
do capitur ex conformitate unius, modo
alterius, prout dicit Hugo lib. 11. de sa-
cramentis, part. 111. c. 14. Hæc ille.

Et hi ordines a sancto Petro & sanctis A-
postolis effluerunt, prout testatur etiam bea-
tus Clemens, secundum quod etiam allegat
Hugo ubi prius, & habetur in libro illius, in
principio, qui solet inscribi, Decreta Pontifi-
cum. Dicit enim sic: In illis civitatibus in
quibus apud ethnicos primi flamines eorum
atque primi legis doctores erant, episcopo-
rum primates poni vel patriarchas ordina-
vit, qui reliquorum episcoporum judicia, &
majora quoties necesse foret negotia in fide
agitarent secundum Domini voluntatem, si-
cut sancti constituerunt Apostoli, & ita ut
ne quis injuste periclitaretur definirent. In
illis autem civitatibus, in quibus dudum a-
pud prædictos erant ethnicos archiflamines,
quos tamen minoris ducebant, quam me-
moratos primates, archiepiscopos institui
præcepit: qui non tantum primatum, sed
archiepiscoporum nomine fruerentur. Hæc
ille. Ex quo patet, quod Apostolis hi gradus
succedunt, quoad statum eorum.

Quantum ad tertium statum Apostolorum,

sci-

ANNO
CHRISTI
1611.

De his
c. Decretis.

Religio
perfectio
conversatio.

ANNO
CHRISTI
1483.
Cap. 24.

ANNO
CHRISTI
1483.
Cap. 24.

scilicet perfectioris conversationis, eis succedunt religiosi. Unde dicitur xvi. questione 1. Ex austeritate; quod monachi Apostolorum figuram tenent, & hoc quantum ad propriam renunciationem, ut exponit glossa. Pro quo sciendam, quod representare statum Christi & Apostolorum potest intelligi dupliciter: uno modo essentialiter: & sic omnes qui obligant se ad perfectionis opera secundum tria vota essentialia, representant Christi Apostolorum perfectionis statum. Scribitur enim Numer. vi. quod omnes Nazarei, qui volebant se Domino consecrare, voto se adstringebant ad perfecta opera. Quantum ergo ad hoc, quod omnes religiosi voto se obligant, adstringentes se ad opera supererogationis, secundum illa tria essentialia vota, essentialiter representant Christi ac Apostolorum perfectionis statum; cum Apostoli prius vocati fuerint ad statum religionis, secundum illa tria vota, sicut de voto Apostolorum infra dicitur. Nam mox vocati ad Christum, *relisistis omnibus seculi sunt cum.* Matth. 4. Super quo verbo dicit Chrysostomus: Tria sunt qua reliqua quere debent venientes ad Christum: primo substantias mundiales, quas per navem intelliguntur: secundo, operationes carnales, quas per rete intelliguntur: tertio, reventias paternales, quas per patrem intelliguntur. Hoc ille. Secundo instrumentaliter, & sic secundum diversum modum vivendi in voluntaria paupertate, diversimode religiosi Christi & Apostolorum perfectionis statum representant. Pro quo sciendum, quod ad perfectionis statum multa requiruntur: formaliter quidem necessaria est: caritatis perfectio; efficienter vero trium votorum principalium perpetua obligatio; instrumentaliter corporalis in vigiliis & jejuniis exercitatio, & regularis observatio. Essentialiter autem, Christi & Apostolorum in modo vivendi imitatio.

Beatus Chrysostomus exponit & interpretatur.

Chrys. in epist. ad impiorum.

a) dicitur in glosa superiori modo.

Quantum ergo ad caritatis perfectionem, episcopi sunt in perfectiori statu ceteris aliis. Requirit enim pontificalis status caritatem perfectam jam acquisitam, non acquirendam. Quantum vero ad trium votorum principalium perpetuam obligationem, omnes religiosi, qui ad illa se obligant, sunt equaliter in perfectionis statu: Quantum autem ad corporalem exercitationem, monachi & professores regule beati Benedicti, & arctiorem vivendi modum perfectionis statum requirunt quam alii. Sed quantum ad modum vivendi Christi & Apostolorum imitationem, religiosi Mendicantes magis sequuntur illum modum vivendi, quam alii, cum in communi possessiones non habeant, nec in speciali; sed solum de his, que quotidie offeruntur a Christi fidelibus in victu & vestitu necessaria recipiant: quemadmodum Christus cum suis discipulis nunc mendicando, nunc necessaria oblatam recipiendo.

Ex quo patet, quod religiones non sunt instituta a puro homine, quantum ad vota essentialia, in quibus consistit omnis religionis perfectio: sed presupponuntur illa vota esse instituta a Christo, in ipsa Apostolorum vocatione: sed solum quantum ad quendam accidentalitatem, puta quantum ad habitum & ordinationem regule, vel institutionem, que firmitatem habent, non nisi cum approbatione ecclesie; hoc addito, quod certarum religio-

num habitus non est humanitas inventus, sed de celo descendit & datus, quemadmodum beatissima Virgo habitum ordinis mei predicatorem ostendit magistro Reynaldo, ipsum curando mirabiliter a sua infirmitate ad preces beati Dominici: & ex tunc eum habitum, quem videtis, ordo accepit; quem non homo, sed beatissima virgo Maria nobis intulit, cum habitum canonicorum regularium fratres nostri bajularet, ut pater ex legenda beati Dominici. Ex quo patet, quod ecclesiastica hierarchia succedit Apostolis: scilicet cardines ut assistentes, episcopi ut ministrantes, & religiosi ut perfectionis vitam imitantes.

Aliud genus a Christo institutorum est, 72. discipuli: & hi etiam possunt in triplici habitudine considerari. Primo ut missi a Christo ad predicandum ante suam passionem. Secundo ut missi ab Apostolis post Christi Ascensionem. Tertio ut diaconi per quorundam ex eis ordinationem. Nam in primo statu succedunt eis presbyteri curati. In secundo quoad aliquid presbyteri alii. In tertio archidiaconi judices, & ceteri clerici. Primo, inquam, si consideratur 72. discipuli ut a Christo missi ad predicandum in omnem locum, quo erat ipse venturus, & non alibi, representant statum & figuram curatorum presbyterorum; qui sic sunt ad unam plebem seu parochiam limitati, quod presunt illic, & non alibi: & sic declaravi in prima positione mea super illo complexo, a sacerdotibus Domini, notando, quod soli curati succederent in predicatione ordinata 72. discipulis Domini: quia illi soli sunt presbyteri secundi ordinis, aut minoris ordinis appellati, ut ibidem sufficienter deductum est. Expressius declarat dominus patriarcha Petrus de Palude in lib. de ecclesiastica potestate, conclusione 3. Sed secundo modo, prout ab Apostolis fuerunt missi, considerantur quoad duplicem actum. Primus est super Corpus Christi verum, quia creduntur multi ex eis fuisse ordinati in presbyteros, licet in scriptura canonica non reperitur. Secundus actus quoad corpus Christi mysticum, in quantum ab Apostolis receperunt auctoritatem exsequendi potestatem clavium, & in utroque actu succedunt eis curati: sed in primo tantum sacerdotes alii, quis ut dictum est in alia positione ex sancto Thoma, principalis actus sacerdotii, qui est consecrare super Corpus Christi verum, omnibus sacerdotibus convenit: sed secundarius actus sacerdotii, qui est super Christi corpus mysticum, non convenit nisi curatis. Considerando autem eos tertio modo prout quidam fuerunt ex eis facti diaconi, ut Stephanus archidiaconus, sic eis succedunt clerici consimilium nominum, & inferiores prelati seu clerici, quemadmodum de hoc scribunt doctores antiqui multi. Sufficit tamen ad presens quod in concilio Chalcedonensi statutum est, ut aliqui presbyteri ordinari possint, si in martyrio provisi fuerint, distinctione 70. Nominem. Ubi dicit glossa, quod martyrium vocatur, ubi reposita sunt reliquia martyrum: & constat factis, quod illi fuissent male illic limitati, si fuissent ad predicandum ubique obligati. Et ita non succederunt 72. discipulis nisi in actu principali, qui est actus celebrationis officii super Corpus Christi verum.

Præmissam deductionem latius præferam in hoc ultimo puncto declarasse, nisi infirmitate

Cap. 1.

Due corrigenda a superioribus.

ANNO CHRISTI 1000.

ANNO CHRISTI 1011.

gravatus fuisset: ea tamen que tacta sunt in A
 positione dominorum Bobemorum, dixi; quia
 ex his corrigere possunt & debent inter multa
 puncta per dominum replicantes hæc duo.
 Primum ubi dixit quod non habemus expresse
 in scriptura canonica, quod Christus instituit
 Petrum summum Pontificem Apostolorum.
 Secundum quod ibidem dixit in statu
 ecclesie primitiva non fuisse nisi tantum duos
 gradus, scilicet diaconatus, & presbyteratus:
 eo quod idem erat in primitiva ecclesia sacerdos
 & episcopus. Et quamquam hæc duo
 sunt ostensa expresse esse falsa immediate superius;
 tamen pro majori evidentia de primo
 sciendum, quod Petrus a Christo postus est
 super Apostolos, tamquam princeps & præ-
 latus eorum: quod ex scriptura canonica patet,
 ubi Dominus ait Petro: *Pasce oves meas.*
 Ubi dicit Chrysostomus: Eximius enim A-
 postolorum erat Petrus, & os discipulorum
 & vertex collegii: unde & negatione de-
 leta, committit ei prelationem fratrum, &
 negationem quidem ei non exprobrat, sed
 dicit, Si diligis, præside fratribus. Idem
 Chrysostomus super Acta Apostolorum ait:
 Petrus a Filio super omnes qui filii sunt,
 potestatem accipit; non ut Moyses in gen-
 te una, sed in universo orbe. Et ita patet
 quod soli Petro dictum est illud verbum:
Pasce oves meas. Et ita bene ego addidi Hec-
 ram, soli, licet in textu evangelii non habeatur;
 nec addidi, ut verba textus, sed ut doctores
 exponere solent verba eadem. Et idem
 beatus Bernardus ad Eugenium inquit: Quæ
 sub te sunt, quæ sint illa, si queras, certe
 orbem exeundum est ei, qui forte vellet ex-
 plorare, quæ non pertinent ad tuam curam.
 Et paulo ante: Itaque tu & heres, & orbis
 hæreditas. Et supra: Indagemus quis sis, vi-
 delicet quam personam in ecclesia Dei geras.
 Es enim sacerdos magnus, summus Pontifex,
 tu princeps episcoporum, tu heres Apostolorum.
 Et infra: Tu es, cui claves traditæ, cui oves
 creditæ sunt. Sunt quidem & alii cæli janitores,
 & gregum pastores, sed tu tanto gloriosus,
 quanto differentius utique præ cæteris nomen hæreditasti.
 Habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos,
 tibi universi crediti sunt, nec modo ovium,
 sed & pastorum; tu unus omnium ovium pastor.
 Unde id probare queris? Ex verbo Domini.
 Cui enim, non dico episcoporum, sed Apostolorum,
 sic absolute & indiscrete totas commissas sunt oves? *Si me amas, Petre,*
pasce oves meas. Quas; illius vel illius populi,
 civitatis, aut regni? *oves meas,* inquit.
 Cui non planum non designasse aliquas,
 sed designasse omnes? & reliquas que
 tibi sequuntur. Ad propositum.
 Ad ea ubi replicans volens ostendere propositum
 suum, arguit primo ex canone. In novo E
 distincti. xxi. ubi dicit, quod omnes Apostoli
 fuerunt pares, quia parem honorem & potestatem
 a Domino receperant. Respondet, quod verum
 est de potestate ordinis sacerdotalis primo,
 & episcopalis tandem, que non recipit
 majus & minus: sed non est verum de potestate
 jurisdictionis, ut declaratum est etiam
 nunc, & in mea positione ex multis doctoribus.
 Et per hoc sunt solæ auctoritates alie,
 quas adducit, quia Dominus omnibus simul
 dixit: *Hoc facite in meam commemorationem,*
 Concil. General. Tom. XXIX.

loquitur de potestate ordinis. Similiter: *Accipite Spiritum sanctum.* Sed quia dixit dominus
 replicans, quod illud, *Pasce oves meas,*
 non fuit dictum soli Petro, sed sibi in perso-
 na aliorum, in oppositum oportet ostendere
 veritatem. Nam textus sibi soli ostendit di-
 ctum: *Dixit Jesus Petro: Simon Joannis diligi-
 sis me plus his? pasce oves meas.* Et quod soli
 Petro dictum est illud verbum, *Pasce oves
 meas,* & per hoc Petrus sit constitutus summus
 Pontifex totius ecclesie, patet per subsequentia.
 Dicit enim super eodem verbo beatus Cyril-
 lus episcopus Alexandrinus, ut membra maneamus
 in capite nostro Apostolico throno, Romano
 Pontifice, a quo nostrum est querere
 quid tenere, & quid credere debeamus, ipsi
 sum venerantes, ipsum rogantes pro omni-
 bus quoniam ipse solus est reprehendere,
 corrigere, statuere, disponere, solvere, &
 ligare loco illius qui ipsum edificat; & nul-
 li alii quod suum est plenum, sed ipsi soli
 dedit; cui omnes jure divino caput incli-
 nant, & primates mundi tamquam Domino
 Jesu Christo obediunt. Hæc ille.
 Super eodem Joannis ultimo dicit Theophylactus:
 Finito prandio commisionem ovium
 mundi Petro commendat, non aliis, unde
 dicitur: *Cum ergo prandisset, dicit Simoni
 Petro Jesus: Simon diligis me plus his? Pasce
 oves meas:* tamquam non esset ubi
 stenderet Petrus amorem suum Christo, nisi
 esset pastor fidelis sub principe omnium
 pastorum. Hæc ille. Nicolaus de Lyra: *Dixit
 Simoni Petro, volens ei beneficium speciale
 conferre, Simon Joannis, diligis me plus his?
 Pasce oves meas.* Hæc ille. Sanctus Thomas
 dicit: *Pasce oves meas,* ut sic non posset dici
 Christianus, qui dicit, se non esse sub cura
 pastoris istius, scilicet Petri, iusta illud
 Ezech. xxxix. *Pastor unus erat omnium
 nostrum,* & *Osee i. Ponent sibi caput unum.*
 Petro autem hoc officium congrue omnibus
 intermissis commisit, quia secundum
 Chrysostomum eximius Apostolorum erat, os
 discipulorum, & vertex collegii. Hæc ille.
 Gorra: Sed queritur cum alii discipuli
 circumstant, qui Dominum diligebant, propter
 quid a solo Petro queritur est de dilectione?
 Ratio una est, inquit, quia sibi erat cura
 gregis specialiter committenda inter alios,
 ideo ab eo specialiter de dilectione queritur.
 Allegat Chrysostomum, ut jam dictum est.
 Item sanctus Thomas contra gentiles, lib. iv.
 cap. lxxxvi. Quia Dominus corporalem
 presentiam ecclesie erat subtracturus, oportuit
 ut alicui committeret, qui loco sui
 universalis ecclesie gereret curam. Hinc est
 quod Petro dixit ante Ascensionem: *Pasce
 oves meas,* Joannis ultimo: & ante passionem:
Et tu iterum conversus confirma fratres tuos,
 Luc. xxii. & ei soli promisit: *Tibi dabo
 claves regni calorum,* Matth. xvi. ut ostenderet
 quomodo potestas ecclesie per eum ad alios
 esset derivanda ad conservandam ecclesie
 unitatem. Hæc ille.
 Quam reprehensibile autem sit secundum, eo
 magis debeo enarrare, quo sperabam replican-
 tem providentiorum fuisse: dicere enim quod
 in ecclesia primitiva idem fuerit episcopus
 & sacerdos, fuit hæresis Aerianorum, ut dicit
 beatus Augustinus lib. de hæresibus cap. lxxviii.
 qui Aerius, quia desideratum episcopatum
 adipi-

Membr. 16. Jo. 21.

Petrus vocatus & os apostolorum.

Lib. 2. considerandum.

Cap. 2.

Joan. 21.

S. Thom. 2^a 2^a q. 100.

S. Thom. 2^a 2^a q. 100.

Joan. Chry-
sost. 16. ad
Joan.

Non idem
edo Episco-
pum & Sacer-
dotem.

ANNO
CHRISTI
1493

adipisci non potuit, vilipendendo episcopatum, tandem dixit a presbytero episcopum nulla differentia debere discerni. Unde dicit sanctus Thomas 2. 2. questione cxxxiv. articulo iv. ad 1. quod secundum nomen olim presbyteri & episcopi non semper distinguebantur; quia saepe pro eodem in sacra scriptura sumuntur. Sed secundum rem semper fuit inter eos distinctio, etiam tempore Apostolorum. Ad hoc autem quod allegat Apostolum, & Magistrum sententiarum; respondeo, quod Apostolus allegat regulam episcopalem, dicens 1. Timoth. 3. *Si quis desiderat episcopatum, bonum opus desiderat. Oportet episcopum irreprehensibilem esse.* De diaconis postea loquitur, & de presbyteris mentionem non facit. Non ideo factum est, quod idem fuerit tunc presbyter & episcopus; sed quia illa doctrina, quam soli tradidit episcopo, etiam convenit & presbytero. Unde dicit Chrysostomus ibidem homilia 2. in expositione ejusdem textus, sic disputans de episcopis, & designat eos dicens: *Quae quidem habere, a quibus autem abstinere oportet; & ordinem presbyterorum dimittens, ad diaconos transiit; quia utique quoniam non multum medium est; etenim hi sacerdotes ministerium susceperunt, & praesidentiam ecclesiae; & quae de episcopis dixit, haec & presbyteris conveniunt, inthronizatione enim sola super eos ascenderunt, & hoc solum videtur superabundare presbyteris.* Haec Chrysostomus. Ad idem inquit Haymo: *Quare tacuit de presbyteris? ideo, quia in ordinatione episcopali comprehenduntur presbyteri. Omnis enim episcopus presbyter est, & tamen non omnis presbyter episcopus.* Haec ille. Et quod nullo modo fuerit mens alia Apostoli, quam quod alterius gradus essent presbyteri & episcopi, patet ibidem cap. iv. dicente: *Noli negligere gratiam qua in te est, qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri.* Quem ergo credis hic Apostolum dixisse presbyterum? numquid simplicem sacerdotem? non ita, sed presbyterum ibi dixit episcopum. Unde Chrysostomus in expositione homil. 3. ibidem. *Cum impositione manuum presbyteri: Non de presbyteris, sed episcopis dixit. Non enim presbyteri episcopum utique inthronizabant.* Haec ille.

Ecce quod simplices presbyteri non convenienter inthronizassent, id est, consecrassent episcopum. Fuerunt ergo distincti ab episcopis presbyteri, etiam tempore Apostoli, sicut & supra dictum est de patriarchis, presbyteris, &c. Quod etiam ille allegat Hieronymum distinct. lxxxv. Olim: nihil pro eo est: quia non dicit Hieronymus quod non esset distinctio inter episcopum & presbyterum, etiam quando communi consilio sacerdotum actum est, quod unus praesert omnibus; quia nihilominus hoc iubente Domino factum est, & non minus episcopi super presbyteros existerunt. Unde ibidem Hieronymus in epist. ad Evagrium: *Nam & Alexandria a Marco evangelista usque ad Heraclam & Dionysium presbyterum unam ex se electum in excellentiori gradu collocabant, quem nominabant episcopum: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut diaconi eligant ex se quem induriam noverint, & archidiaconum nuncuparent.* Haec ille, & assumitur distinctio xciii. in cap. Legimus. Et dicit ibidem Hieronymus super Isaiam

repositio
manuum
posuit.

Abocail. 2. super illo textu: *In die ille prout quinque civitates in terra Aegypti.* Porro qui ab adventu Christi & Romano imperio prophetiam differunt, quinque civitates, vel legem Domini, quae in Alexandria interpretata est, vel quinque ecclesiarum ordines, episcopos, presbyteros, diaconos, fideles, catechumanos sentiant. Haec ille.

Quod autem idem dicit Hieronymus, distinctio 93. Legimus; idem sacerdotem esse & episcopum, intelligendum secundum nuncupationem, non secundum rem, ut exponit Hugutio & Archidiaconus ibidem. Unde Isidorus in libro officiorum de statu clericali cap. p. de sacerdotibus scribit, quod Moyses figuram Christi in veteri testamento gerens, & vere per omnia Christi, quoniam fuit similitudo mediatoris Dei, qui est inter Deum & hominem Jesus Christus, qui est verus dux populorum, verus princeps sacerdotum, & Dominus pontificum, cui est honor & gloria in saecula saeculorum. Amen. Aaron summus sacerdos, qui primus in lege sacerdotale nomen accepit, primus qui pontificali stola indutus victimas obtulit. Et infra: Quo loco contemplari oportet Aaron summum sacerdotem episcopum fuisse, & etiam filios ejus presbyterorum figuras praemonstrasse. Fuerunt enim filii Aaron & ipsi sacerdotes, quibus merito adflare debuissent Levitae, sicut summo sacerdoti. Haec ibidem & capitulo septimo dicit: Presbyterorum ordo exordium assumpsit a filiis Aaron, ut dictum est: qui enim sacerdotes vocantur in veteri testamento, illi sunt qui nunc appellantur presbyteri; & qui nuncupantur principes sacerdotum, nunc episcopi narrantur. Haec ibidem. Nam Paulus Apostolus eodem presbyteros, ut vere sacerdotes, sub nomine episcoporum ita asseverat, loquens ad Titum: *Huius, inquit, rei gratia reliqui te Creta, ut ea qua desini corrigas, & confusus per civitates presbyteros, quemadmodum ego tibi disposui, si quis sine crimine est. Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Quae sententia ostendit etiam presbyteros sub episcoporum nomine taxari. Unde ad Timotheum de ordinatione episcopi & diaconi scribens, de presbyteris omnino tacuit, quia eos in episcoporum nomine comprehendit. Secundus enim, & pene primo conjunctus est gradus, sicut & ad Philippenses episcopis & diaconibus scribit cum una civitas plures episcopos habere non possit. Et in Actibus Apostolorum presbyteros ecclesiae, Hierosolymam iterum congregavit, quibus inter caetera ait: *Videte gregem, in quo vos Spiritus sanctus episcopos ordinavit.* Unde etiam tales in ecclesia presbyteros constituendos esse, sicut episcopos, & Apostolos ad Titum loquitur, & canones ipsi testantur.

Ex quo patet, quod ab initio sacerdotii legalis usque nunc semper fuit distinctio episcopi a presbytero, licet saepe eodem vocabulo conferentur propter propinquitatem, quam habent in auctoritate, quia episcopus excedit presbyterum tantum jurisdictionis dignitate. Ad Magistrum sententiarum in quarto distinctio 214. capitulo penultimo, dico quod nunquam fuit sui mentis asserere tantum duos gradus fuisse in primitiva ecclesia, ita quod presbyter & sacerdos essent idem; ut replicans videtur cum intelligere, sed eodem capi-

ANNO
CHRISTI
1493
Cap. 12.

Ad Tit. 1.

Tit. 1.

Cap. 20.

ANNO
CHRISTI
1413ANNO
CHRISTI
1413

capitulo dicit distinctes, sic Ipsi enim in sin-
gulis civitatibus episcopos & presbyteros or-
dinaverunt. Sed loquitur ibi de sacris ordi-
nibus, dicens, quod in ecclesia primitiva tan-
tum isti duo dicebantur sacri, scilicet diaconus
& presbyteratus: Subdiaconatum esse
ordinem sacrum postea ecclesia instituit. Ubi
dicit sanctus Thomas, quod licet omnes or-
dines sacri, quia isti duo habent actum su-
per ipsum sacramentum: subdiaconus vero
super vasa tantum. Ex isto patet quod male
respondit replicans, dum de distinctione
status hierarchici in lege eterna distincti sub
hierarchia triplici, dicit sic: Dico, prout
ex præhabitis patet: Ista similitudo patie-
tur infantiam, cum ecclesia militans so-
los duos gradus habebat, ut dicit Magister
in quarto: item cum idem erat presbyter,
qui & episcopus, ut dicit Hieronymus: &
quando in locum 72. discipulorum succre-
verunt minores sacerdotes. Hæc ille.

Et quia istam materiam continuando, magis
elucefceret veritas; ideo notandum, quod
quia ego dixi ex parabola evangelica, per
duos in agro, prælatos; per duos in lecto,
religiosos; per duos in mola, seculares intelli-
gendos: ipse dicit hanc expositionem secun-
dum alios non esse de mente Christi. Sed per
duos, in agro intelligi statum dominorum sa-
cularium; per duos in lecto, spirituales, ut
est chorus Christi; in mola, fideles laicos. Vi-
detur etiam contra religiosos invohere, ubi
dixi, quod ad lectum pertinet qui in claustris
vacat: dicit enim Paulum in lecto contempla-
tionis quiescere, & tamen discurrendo mun-
dum convertisse: & utinam omnes, inquit, re-
ligiosi facerent, & libere prædicarent.

Circa quod in primis notandum, quod ipse
nullum allegat doctorem, sed in genere dicit.
Secundum alios: quicumque sint illi, non est
admiranda comparatio. Sed beatus Augustinus,
qui multo melius novit mentem Christi, quam
quicumque alii innominabiles novelli, senten-
tiam meam approbat, dicens in expositione
Psalmi cxxxii. De tribus enim istis generi-
bus dictum est Matthæi xxiv. *Duo in agro, unus
assumetur, & alter relinquetur, duo in le-
cto, & duo in mola, alter assumetur, alter re-
linquetur.* Quam auctoritatem ut perfectius in-
telligatis, & persequi religiosos desistatis, au-
dite quid præmittit beatus Augustinus super
Psalmo cxxxii. *Ecce quam bonum, dicens:*
Hæc primum consideremus, utrum de om-
nibus Christianis dictum sit, *Ecce quam bo-
num & quam jucundum habitare fratres in u-
num.* An aliqui sint certi atque perfecti, qui
habitent in unum, nec ad omnes pertineat
ista benedictio, sed ad quosdam, a quibus
tamen descendat ad cæteros. Ista enim ver-
ba psalterii, iste dulcis sonus, ista suavis
melodia, tam in cantico, quam in intelle-
ctu, etiam monasteria peperit. Ad hunc so-
num excitati sunt fratres qui habitare con-
cupierunt in unum. Iste versus fuit, rube ipso-
rum, sonuit per orbem terrarum; & qui di-
visi erant, congregati sunt in unum. Et in-
fra: Unde illi cxx. qui simul erant in uno lo-
co post Resurrectionem Domini, & Ascensio-
nem ejus in caelum, & ipsi primum habitave-
runt in unum, ipsi primum audierunt, sed
non solum audierunt. Venit enim ad posteros
ista caritatis exultatio, & votam Deo. Vo-
cancil. Gen. Tom. XXIX.

vetur enim aliquid Deo, ut dictum est: *Vo-
cate & redite Domino Deo vestro.* Et infra:
Ex voce hujus psalmi appellati sunt & mo-
nachi, ne quis vobis de isto nomine insultet
catholicis. Et infra: Verumtamen, cari-
ssimi, sunt & monachi, qui falsi sunt, &
nos novimus tales: sed non perit fraternalitas
pia propter eos qui profitentur quod non
sunt. Tam sunt enim monachi falsi, quam
clerici falsi, & fideles falsi: omnia ista tria
genera, que aliquando vobis commendavi-
mus, habent bonos suos, habent malos suos.
De istis dictum est, *duo in agro, duo in le-
cto.* In agro sunt qui gubernant ecclesiam:
in lecto autem eos intelligi voluit, qui ama-
verunt quietem, non miscentes se turbis,
non tumultui generis humani, in otio ser-
vientes Deo: & tamen inde unus assu-
metur, alter relinquetur, &c. Hæc ibi.

Idem perfectus dicit libro 11. questionum
super evangelia, questione XLIV. dicens:
Tria hominum genera hæc videntur signifi-
care. Unum eorum, qui in agro quasi e-
rant, qui sunt prælati, qui prædicando labo-
rant. Alterum eorum, qui otium & quietem
eligunt, neque negotiis ecclesiasticis sunt oc-
cupati, que illorum quies Latino nomine si-
gnata est. Alterum eorum qui in plebibus con-
stituti, reguntur a doctoribus, agentes ea, que
sunt hujus sæculi: quos & seminarum no-
mine signavit: quia consiliis, ut dixi, præ-
positorum regi eas expedit; & molentes di-
xit, propter temporalium negotiorum orbem
atque circuitum: quas tamen in unum mo-
lentes dixit, in quantum de ipsis rebus &
negotiis suis præbent usus ecclesie. Tertium
eorum qui operantur in ecclesie ministerio,
tamquam agro Dei. In his ergo tribus ge-
neribus bina sunt rursus genera hominum:
hi in singulis, & pro robore viarum suarum
discernuntur. Cum enim omnes ad ecclesiam
membra pertinere videantur, adveniente ta-
men tentatione tribulationis, & ex illis qui
sunt in negotiis sæculi, & ex illis qui Deo
ministrant in ecclesia, & ex aliis in clau-
stro, aliqui manent, aliqui cadunt: qui per-
manet assumetur, & alius relinquetur; non
quasi de hominibus dictum est sed de duo-
bus generibus affectionum in singulis gene-
ribus trium professionum. Hæc ille.

Ecce quod sanctus pater ille non posuit lai-
cos in agro, quasi primum locum teneant in
ecclesia Dei, sed in molendino: quia status
infimus est ecclesiasticæ hierarchiæ: nec ponit
clericos in lecto, sed religiosos, & sic de sin-
gulis. Ad idem in eodem capite 44. dicit de
concordando, scilicet Psalterium cum cithara,
id est, legem veterem cum nova. Ad illa,
inquit, tria genera, que assumuntur, arbitror
etiam pertinere illa tria nomina virorum ju-
storum, quos solos liberandos Ezechiel Pro-
pheta pronuntiat, Noe, Job, & Daniel. Vi-
detur enim Noe pertinere ad eos, per quos
ecclesia regitur, sicut per illum in aquis arca
gubernata est, que figuram gestabat ecclesie:
Daniel autem, qui elegit calibem vitam, id
est, nuptias terrenas contempserit, ut sicut dicit
Apostolus, *sine sollicitudine viveret, cogitans
que sunt Dei,* genus eorum significat, qui sunt
& in otio, sed fortissimi tamen in tentationi-
bus, ut possint assumi. Job autem, quia &
uxorem habuit, & filios, & amplas terrena-

Psal. 75.

Ann. lib. 2.
super evan-
gelia. quest. 44. de
pra in proba-
tione articuli
per legem di-
vinitum, con-
d. 2.

Cr. 7.

ANNO CHRISTI 1433

Greg. 31. Moral. cap. 39.

Greg. lib. 1. Moral. c. 11.

p. qu. 1. Item vtr. cap. 11. sine intermissione, non continuam moram ligabit.

rum rerum copias, ad illud genus pertinet, cui molendinum deputatum est; sed tamen ut sint fortissimi intentionibus, ut ille fuit, non enim aliter assumi poterant. Nec puto alia esse genera hominum quibus constet ecclesia, quam ista tria, habentia binas differentias propter assumptionem & relictionem: quamvis in singulis multae studiorum voluntatumque diversitates, ad concordiam tamen, unitatemque concurrentes possunt inveniri. Hæc Augustinus. Concordat beatus Gregorius de distinctione assumendorum & liberandorum in ecclesia, & ordinum distinctione, libro xxxi. Moralium, & concordat cum tribus viris Ezechielis jam nominatis, libro i. Moralium, ubi tractat istum B textum: *Nati sunt Job septem filii, &c.*

Et quia licet dominus replicans in scriptis non dederit, sic tamen recolo, de Mendicantibus dixit, quod illi fratres in lecto non vacarent, eo quod mendicando discurrerent. Respondeo, quod hoc argumentum est voluntarium, non caritativum. Nam & Christus cum Apostolis & discipulis ad lectum contemplationis atque habitabant, quia omnem perfectionis statum exercebant; & tamen per mundum discurrebant, nunc prædicando, nunc mendicando, secundum quod Deo fuit placitum. Item non sequitur, Religiosi non sunt semper in claustris ibi continue contemplando; dico, quod non sufficit: quod illuc pertineant ad votum prælati exeuntes, & redeant. Sic enim dicitur, quod episcopus tenetur ecclesiam suam sine intermissione docere vii. questione i. ubi dicit Archidiaconus super verbo, sine intermissione, quod aliquid bene dicitur fieri sine intermissione, licet medius actus interveniat, ut dicitur de verborum obligationibus: Continuus. Unde si testator decimam legaverit uxori suæ, si cum filio moraretur continua mora non requiritur, ut per singula momenta cum eo moretur, de cond. & demonstr. l. Si quis ita. Ad hæc Extrav. Rex pacificus, in princ. Quotidie. Ibi exponitur, Quotidie, id est assidue. Unde dicit; Argumentum est ex his, quod hoc testimonium valet: Semper iste exercuit ibi spiritualia vel quotidie, & tamen quandoque fuit absens. Sicut causa stultitiae perpetua est, & tamen non cadit semper. ff. de verb. signific. Prædiorum forum, Extr. de cler. non resident. ex parte secundum Vincentium. Hæc ibi, & in capite, Pervenit. 7. questione i. dicit, quod verbum, Resident, non est amare intelligendum, ita ut nunquam inde discedat, & quod semper vigilet. ff. de edict. lib. de ed. Si quid venditor. Sicut ergo hi dicuntur residere, & docere, licet aliquando absint, ita religiosi semper censentur esse in claustris, & in lecto contemplationis, licet aliquando alia faciant.

Ad hoc autem, quod in scriptis mihi tradidit. dicens: „ Quod autem dicit, Religiosi vacant in claustris; videtur in oppositum venire paulus, qui quamvis fuerit in lecto contemplationis, non tamen in claustris vacabat, sed per mundum discurrens gerebat sollicitudinem omnium ecclesiarum. „ Et infra: „ utinam vere religiosi habiles & idonei a vacatione in claustris exirent, & verbum Dei libere annuntiarent; cum messis quidem multa, operarii autem pauci. Respondeo, quod Paulus non debuit stare in claustris quie-

tis; quia ad hoc fuit a Domino electus, & publice vocatus; miraculorum gratia dotatus, ut portaret nomen Domini coram gentibus & regibus. Et certe si ita essent vocati religiosi singuli, merito exirent prædicare verbum Dei: sed quia juxta dictamen multorum religiosorum, melius vobis esset domine Ulrice, claustra alicujus arctæ religionis intrare, quam in sæculo perdurare, & contra præceptum Dei & Apostolorum, & praxin universalis ecclesie, sine licentia, contra prohibitionem superiorum prædicare; ibique in pane arcto, & aqua brevi præterita peccata deplangere, & plangenda iterum non committere: ideo opto & ego, quatenus relictis omnibus religionem ingredi velitis, ut spectaculum Dei mundo & angelis existatis.

Quantum ad tertium notabile super verbo, Debet, posuit differentiam inter præceptum, & consilium; quia dixit Lyra, Debet, capiendum præceptive. Ubi dum ego impugnarem descriptionem suam consilii, quod esset doctrina specialis, obligans sub poena peccati venialis; ostendi multipliciter, quod consilia evangelica, ut consilia sunt, nullum obligant sub poena cujuscumque peccati: quibus replicans, si mentem docilem adhibuisset, contentari debuisset. Pro ulteriori tamen ejus informatione decidendum quod doctores communiter scribunt, circa distinct. xlvii. primi sententiarum, quod duplex est Dei voluntas, scilicet signi & beneplaciti; Voluntas beneplaciti respicit præcepta: signa, quandoque præcepta, quandoque consilia: utraque tamen voluntas respicit bonum, per modum complacentie: hoc modo scilicet, quod voluntas Dei antecedens signi, quæ est voluntas consilii, differenti ratione respicit ad bonum cum voluntate Dei antecedente, quæ est præcepti, quantum tamen utraque respicit bonum per modum complacentie. Voluntas antecedens signi, quæ est consilii, respicit sic bonum per modum complacentie, ita tamen, quod oppositum non displicet. Hinc secundum Bonaventuram consilium, quod est bonum supererogatum, non habet malum directe oppositum. Et hinc est, quod consilium non habet signum suppositum, sicut habet præceptum: non enim est reperire quod habeat per modum displicentie, ita quod oppositum displicet.

Hinc secundum doctores communiter ponitur donum Spiritus, quod est donum consilii, donum regitivum in his, ad quæ non tenemur: in his, ad quæ tenemur, non oportet consiliari. Hinc dominus Bonaventura in suo Brevisloquio ponit duplicem restitutionem in faciendo bonum, scilicet necessitatis & perfectionis, quæ est in supererogando ultra debitum. Illud etiam expresse declarat sanctus Thomas i. ii. questione ne cviii. art. dicens, quod hæc est differentia inter præceptum & consilium, quod præceptum importat necessitatem; consilium autem est in optione, & est de his per quæ melius & expeditius potest homo consequi finem suum, qui est beatitudo æterna. Et in summa contra Gentiles, lib. iiii. cap. cxxx. dicit, quod consilia dicuntur divine legis admonitiones, non præcepta, in quantum suadet homini, ut propter meliora minus bona prætermittat. Ad quod potest adduci ista manufactio palpabilis. Nam cum sit quædam politia inter Deum & hominem, dicente propheta: *Nos autem populus ejus, & oves past. Psalm. 94.*

ANNO CHRISTI 1433

Duplex voluntas, signi & beneplaciti. De præcepto & consilio.

De præcepto & consilio.

Bonaventura in brevisloq. cap. 9.

ANNO
CHRISTI
1430ANNO
CHRISTI
1431

casus eius: sicut in pollicia humana, quæ est ad divinam exemplificatam, videtur esse aliquas leges exterminativas sub pœna capitis aut mortis, quæ capitales aut mortales nominantur, quæ faciuntur proprio vocabuli nomine præcepti: Alias videtur esse minores, sub pœna minori, scilicet quæ non est exterminativa, quæ dicitur pœna civilis: & possunt nominari huiusmodi leges ordinationes sive mandata. Et tertio quasdam consultationes, quibus contrahuntur qui sunt de politia, ad faciendum, si libeat, opus excellentiæ; quod si velint & fecerint, præmiabuntur gloriose: si autem non fecerint, nullo modo punientur, neque illa non factio eis aliquo modo imputabitur ad pœnam quamcumque. Clarumque istud habet oculum considerationis apertum.

Sic in proposito non repugnat, imo rationabilissime juxta prædicta ponuntur in lege divina leges Dei præceptivæ, ut sunt præcepta, contra quæ est solum peccatum mortale, inducens mortem æternam. Et hic est modus communis loquendi doctorum, Thomæ, Bonaventuræ, Alexandri de Ales, & aliorum, qui dicunt, veniale non obviare divino præcepto: sicut non dicitur etiam veniale fieri contra conscientiam, sed præter præceptum, & præter conscientiam. Aliæ autem dici possunt leges, per quas a nobis exigit Deus, si volumus vitare reatum pœnæ, non tantum æternæ, sed etiam offensam Dei quamlibet, aut non retardari a vita æterna, aut temporaliter non puniri: ita quod exorbitatio ab hac latitudine legum constituat peccatum veniale tantum: & possunt vocari huiusmodi leges, mandata, statuta, seu ordinationes, quibus ratio trahitur ad hoc ut sit pervigil, ut nec venialibus dirumpatur, vel a venialibus inficiatur, & sic ad mortale disponatur. Et tertio præter huiusmodi ponitur consilium, quod si quis adimplet, accumulatur sibi præmium. Si autem non adimpleret, dummodo aliunde non declinaret, nullam pœnam incurreret. Et isto modo dicit magister Joannes Gerion in tractatu suo de septem lectionibus, quod inter præceptum & consilium est dare medium prope loquendo in ista materia, quod patet ex dictis clarissime. Dico ergo secure, quod nullus obligatur ad consiliorum observantiam, nisi qui vovit ea: & qui vovit, tenetur adimplere. Etiam alia consilia, quæ non vovit, non tenentur sub quacumque pœna, sed tantum illa, quæ est regula & statutis illorum annexa, ut patet per beatum Thomam 11. 11. questione clxxxvi. art. 11. qui quaerit ex intentione, utrum religiosi teneantur ad omnia consilia: & probat conclusionem quam tenet, scilicet quod non est, & arguit sic: Ad ea quæ sunt supererogationis, non tenentur aliquis, nisi ex propria obligatione: sed non quilibet religiosus obligatur ad omnia, sed ad aliqua determinata, quidam ad hoc, quidam ad alia. Non ergo omnes tenentur ad omnia. Et ad tertium argumentum dicit: quod quedam consilia sunt, quæ si præmitterentur, tota vita hominis implicaretur negotiationibus secularibus: puta si aliquis haberet proprium, vel matrimonio uteretur, aut aliquid huiusmodi faceret, quod pertineret ad essentialia religionis vocata. Et ideo ad omnia illa consilia observanda religiosi tenentur. Sunt autem quedam alia consilia de quibusdam particularibus

Gerion de
vita spiritua.
11. lectione 5.

» moralibus actibus, quæ prætermitti possunt, » absque hoc quod vita hominis secularibus » actibus impleretur. Unde non oportet, quod ad omnia talia religiosi teneantur. Hæc ibi. Et ad hujus confirmationem ego adduxi auctoritates sancti Augustini xiv. questione 1. Quod debetur; Archidiaconi, Hugonis, & sancti Thomæ; ad quas nihil mihi respondit. Item multas rationes, scilicet de effectibus peccati venialis, & quod peccatum veniale non dimittitur, donec actu & voluntate deferatur: & si consilia non servare esset peccatum veniale, vel pœna peccati venialis, numquam esset homo sine peccato veniali, nisi actu ac voluntate inciperet servare consilia. Nihil respondit, & bene fecit, quia consentire debet: ad aliqua respondit, sed nihil solvit.

Aug. lib. 4
contra Fan.
sum. cap. 17.

Et primo, ad hoc quod consilium de dilectione inimicorum vocavi consilium, dicit quod Salvator mandatum illud vocavit minimum. Dixi pro tunc, quod aliquo modo est præceptum, scilicet quoad affectum: alio modo est consilium, scilicet quoad effectum: arguit contra, quod etiam est præceptum in casu necessitatis, fame morientem pascere, etiam si sit inimicus. Non est contra me, quia consilium in casu necessitatis est præceptum. Ego non loquor hoc modo in proposito, & notum est non proterventi.

Ad aliud, ubi argui, quod si non observantia consiliorum induceret pœnam venialis peccati, homines ignoranter incurrerent magnam retardationem a vita beata, quia tot pœnas venialium inducerent, cum penitentiarii hic nullam pœnam injungerent, ut homines de hoc peniterent, quod consilia non servant. Respondit, Non sequitur: nam peccata diversis modis dimittuntur in præsentia vita. Ego autem dixi, quod peccata venialia nunquam dimittuntur in præsentia vita, nisi actu & voluntate deferantur, sed communitas omnium hominum fere nunquam actu proponit velle servare consilia. Ergo illa non observantia consiliorum nunquam dimittitur eis in præsentia vita. Sed secundum vos tali non observantia correspondet pœna peccati venialis: ergo illa pœna nunquam dimittitur in præsentia vita, sed reservatur ad purgatorium.

Ad aliud, negat mihi illam: Illud quod est in pura voluntate hominis, non obligat hominem ad pœnam, quia dicit, Mandata Dei sunt in pura voluntate hominis, & tamen hominem obligant. Ego & quilibet benevolus, non omnino obtusus, concipere potest, accipiendo illud, esse in pura voluntate hominis: quod si fiat, bene facit; si non, nulla pœna incurritur: sic dicunt doctores esse consilia in pura hominis voluntate, ita quod si ea fecerit præmium acquirat: si non, pœnam nullam incurrat. Ipse autem æquivocando trahit ad hoc, quod stet in libertate hominis absolute facere, vel non facere. Dico ergo quod præcepta aliter sunt in hominis libertate, quia ita proponit Deus homini præcepta, ut eligat vitam si fecerit ea, vel mortem, si non fecerit. Non sic est de consiliis, ut dictum est. Ergo tales evasiones in materia fidei adducere dignum est reprehensione, &c.

Ultimo respondit ad id, ubi argui, ubi argui, ubi obligatur ad consiliorum observantiam sub quacumque pœna, nisi qui vovit eam: dicit quod hoc non est verum, quia Apostoli obligantur ad consiliorum Christi observantiam, nec

a Pœna, obli-
gantur.

ANNO
CHRISTI
1415ANNO
CHRISTI
1415

tamen voverunt consilia observare eo modo quo fratres Mendicantes. Respondeo, quod quomodo professi sint Apostoli, nescio, nisi ut veri Mendicantes, & omnium Mendicantium patres & prædecessores. Ubi dico, quod distinguendum primum, quod Apostoli fuerunt Mendicantes: & hoc, quia tanta paupertas fuit eis præcepta, quod sine pera & aliis incederent, præsertim post Christi Ascensionem in prædicationis officio discurrendo inter æmulo. Et plenum est quod imperiose non poterant præcipere ut darentur eis necessaria: ergo tunc saltem æstimo, quod necessaria victus humiliter mendicabant. Unde ad idem multa alia adducit Augustinus de Ancona, de ecclesiastica

potestate, questione LXXXIX. art. IV. Unde Beati Theophylacti Lucæ x. super illo verbo: *In eadem domo manete edentes qua apud eos sunt*, dicit: Vide ergo qualiter discipulos mendicare instituit, & pro pretio eos habere nutrimentum voluit. Imo dicit: Adeo mendicos mittit, quod neque peram ipsos vult portare, neque aliqua quibus indigessentur: secundum quod Apostoli se voto religionis ad consilia quedam adstrinxerunt. Dicit enim beatus Augustinus de civitate Dei

Dixerant potentes illi, scilicet Apostoli: *Ergo nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* Hoc votum potentissimi voverant: sed unde hoc eis voverit, nisi ab illo, de quo hic continuo dictum est: *Dans votum voverit.* Hæc ille. Item beatus Hieronymus contra Jovinianum, dicit Apostolum, &c. dicit etiam de voto Apostolorum clarinus Augustinus de Ancona questione XC. art. IV. & questione LXXXIV. art. I.

Restat nunc respondere ad sophismata, quæ pro se induxit. Ad Armachanum dico, quod in nullo obligat ad sibi credendum, quia suspensus est in multis dictis suis. Dico secundo, quod ipse loquitur satis caute, quia dicit, quod discipuli Domini non poterant transgredi consilia Christi sine veniali delicto. De alio dicit: Sancti Patres non sanxerunt ut semper servarentur consilia in facto, sed in prompto animo, ut cum expedire videbatur, servetur in facto. Et Armachanus secundo adducit sanctum Thomam, de quo miror: cum nihil faciat ad propositum, nec loquitur ibi verbum de consilio. Tunc facit rationes quatuor. Prima est hæc: Omne consilium Christi observatum affert præmium; non observatum, affert damnum. Probat per sanctum Thomam IV. de veritate sacræ theologiæ, libro quarto dicente: Consilium affert præmium, non servatum vero adducit supplicium. Respondeo negando consequentiam ad obligationem dico quod liber non est sancti Thomæ, sed

ut creditur, Ulrici de Argentina. Et notate quæso, quam periculose ille allegat doctores, quia omnino non habetur ibi quod ille dicit sic: Consilium observatum præmium affert: præceptum, si non servatur, adducit supplicium. Hæc ille. Alibi sic: Consilium servatum affert præmium, non servatum non affert supplicium. Et sic est pro me.

Secundo sic arguit: Omne illud quod obligat ad reddendum rationem in die iudicii, obligat sub aliqua pœna: sed aliquod con-

silium Christi est huiusmodi, puta consilium de compescencia verborum otiosorum, ut dicit, quod sanctus Thomas in libro prædicto cap. LXX. dicit illud esse consilium; dicens sic, quod septimum consilium est compescencia verborum otiosorum. Dico quod compescencia verborum otiosorum non est consilium, nec est præceptum, sed est mandatum, cuius est peccatum veniale, sicuti præcepti transgressio est peccatum mortale. Ad auctoritatem dico, quod iterum male imponit. Non enim dicit doctor, septimum consilium esse illam compescenciam verborum otiosorum, sed dicit sic: Septimum consilium est de simplicitate verborum, ut ibi: *Sit sermo vesper, est, est, non, non*: cuius sensus est: Si affirmatio vel negatio est in ore, sit etiam in corde; & loquitur consequenter de non jurare omnino; & non dicit verbum de compescencia illa. Et supra modum miror, quod audeas ita libros falsæ allegare, pervertere, & truncare: utique falsarius monete comburendus est, multo magis falsarius sacræ Scripturæ: sed vos habetis saluum conductum, & sic proficiet vobis.

Tertio arguit sic: Quidquid est Christiano pura iustitia, servandum est sub aliqua pœna: sed consilia sunt huiusmodi, igitur, &c. Nego minorem: quia pura iustitia dicit debitum, quod rigor iustitiæ requirit sub aliqua pœna. Sed consilia ut consilia sunt, a Christo non sunt sic de rigore iustitiæ promulgata, quod si Christianus ea non servaverit, aliquam pœnam incurrat, ut dictum est. Et quando probat, dicens, quod Christus non potest nisi puram iustitiam consulere Christiano, nego illam: nam Christus & de facto consuluit opera supererogationis, & illa non sunt pura iustitia, ut dictum est, ergo, &c.

Quarto arguit sic: Omnis Christianus debet Deo amplius servire atque perfectius quam facit de facto, & potest consulere perfectius servitium. Ergo, &c. Distinguo majorem, quia est duplex debitum, scilicet necessitatis, & supererogationis; loquendo de debito necessitatis, quod obligat ipsum ad culpam, ego nego, quia debito necessitatis multi facerent tantum quantum obligantur; debito perfectionis nemo adstringitur, nisi qui voto obligatur. Unde dicit sanctus Thomas 2. 2. questione CLXXVI. articulo 2. ad 2. Sicut diligere Deum ex toto corde tenentur omnes, est tamen aliqua perfectionis totalitas quæ sine peccato prætermitti non potest: aliqua autem quæ sine peccato prætermittitur, dum tamen desit contemptus. Ita etiam omnes tam religiosi, quam sæculares, tenentur aliquantulum facere quiddam operari boni possunt; omnibus enim communiter dicitur Ecclesiastici XIX. *Quidquid potest manus tua, instanter operare.* Est tamen aliquis modus huius præcepti implendi, quo peccatum vitatur; si scilicet homo faciat quod potest, secundum quod requirit conditio sui status, dummodo contemptus non adsit agendi meliora, per quem animus firmatur contra profectum spirituale. Hæc ille.

Et quia conclusionem meam principalem probavi secundum formam iudicii conditi, ipse replicans volens apparere, quasi aliquid corraserit circa meas auctoritates, quarum nullam reperio solutam. 1. Sic argui ex lege æterna, probando per tria inconvenientia, quæ sequerentur ex deordinatione illa, qua quilibet

Hieronymus
contra Jovinianum, ep.
50. ad Pom.
moch. cap. 2
lib. 13. in 116.
cap. 50.

Mon. 3

ANNO
CHRISTI
1612ANNO
CHRISTI
1612

bet sacerdos, vel diaconus predicaret. Pri-
mum erat, quia perturbarent hierarchicam or-
dinem tam divinitus regulatum: quia nec de
primo gradu illuminatorum, scilicet Papa,
nec de secundo, episcoporum, nec de ter-
tio, plebanorum existentes, officium cujuli-
bet usurparent. Secundum fuit, quod si li-
beret eis utique predicare, eadem ratione &
confessiones audire, sacramenta ministrare,
quemlibet episcopum ubique consecrare: & sic
nulla esset jurisdictione in ecclesia. Ad has ni-
hil respondit, & ideo stant in suo robore. 2.
Fuit hinc, quia tales volentes ubique predi-
care, causarent turbationem, si venirent simul
tres, quatuor, vel duodecim ad eandem ec-
clesiam, quilibet vellet predicare, nullus vel-
let alteri cedere. Respondit, quod adhuc non
vidit horrorem: sed hanc non solvant, quia non
argui, quid vos videritis, vel non videritis, sed
quod ita fieri sit possibile. Et dicit adversarius,
si sex vel octo fratres de ordine Mendicantium
possunt se compati in casu simili, cur non sa-
cerdotes Domini? Respondet id quod ideo pri-
mi se compatiuntur, & non secundi, quia reli-
giosi non dicunt nec credunt se obligari ad pra-
dicandum ex precepto Domini. Et insuper nullo
modo predicare attentant sine benevolenti con-
sensu prelati & etiam plebani. Sed tertio, quia
quasi habent ordinem in predicando, distri-
buendo dies, & una deputatur Predicatoribus,
alia Minoribus, alia Augustinensibus, & cate-
ris. Tales autem rationes non sunt inter pres-
byteros & diaconos ac clericos illos, quia illi
dicerent se ex precepto Christi predicare debe-
re, nec obedire prohibenti, cum magis o-
portet Deo quam hominibus placere.

Reprobavi per Jeremiam, quia erat sacerdos
in utero matris sanctificatus, & tamen manda-
tus a Domino adhuc se excusavit. Respondit
adversarius, dicens: Nihil aliud video, nisi
quod cum magno timore debeat sacerdos of-
ficiam predicationis a Deo etiam oblatum
acceptare. Sed hoc non solvit argumentum
meum, quia non argui juxta vestrum videre;
sed quid videre debeatis, ostendi vobis per
illud quod ibi vobis dicit sanctus Thomas de
omnibus presbyteris & aliis: Non missi non
sunt audiendi propter presumptam auctorita-
tem. Ad hoc nihil respondit.

Tertio argui ex lege evangelica: Postquam
Salvator misit discipulos, dicens: *Rogate Do-
num missi: ut miras operarios.* Ubi dixi ex
Archidiacono, quod ideo vult rogari, ut ostendat,
quod omnis predicans a superiori suam de-
bet missionem suscipere: In novo, distinctione
xxi. Respondet ad hoc: Superius satis est di-
ctum. Rogo ubi? non reperio superius nec in-
ferius satis esse dictum, per quod solum sit
tam fundamentale argumentum.

Quarto argui de Joanne Baptista sacerdote
sanctissimo, qui non predicat, nisi de novo
auctorizatus, dum factum est verbum Dei su-
per eum in deserto; dicit: Verum est, nul-
lus debet se ingerere nisi missus a Deo per
internam inspirationem, vel per hominis au-
thorizationem. Quaro a vobis, an vos sitis
missi aliquo istorum modorum; non secundo
modo, quia non ostenditis per canonica mo-
numenta: nec primo modo, quia non appor-
tatis divini instinctus signa, que expressi per
longum proceffum superius. Ergo, &c. Iterum
ex responso argui sic: Nullus ad predicandum

debet se ingerere, nisi missus a Deo per in-
ternam inspirationem, vel per hominis aucto-
rizationem; sed multi diaconi & presbyteri
sunt, qui non mittuntur, & forte nunquam
mittentur, nec vos ipsi, per Dei inspiratio-
nem, aut hominis auctorizationem; ergo ta-
libus nunquam licebit se ingerere ad predi-
candum. Tamen est eis preceptum a Domino
secundum vos, ergo tales non faciendo pre-
ceptum Domini damnabuntur. Conformiter se-
cundum vos, sacerdotes & diaconi debent pre-
dicare, quia est preceptum Domini, & quia
illam potestatem acceperunt in sua consecra-
tione: ergo ad hoc quod predicent, nec indi-
geat divina inspiratione, nec hominis aucto-
rizatione. Ergo defecistis in illa responsione.

Quinto argui ex scriptura canonica. 1. Timoth.
11. *Hac commenda fidelibus hominibus, qui ido-
neti erant & alios docere;* dicit, Concedo quod
predicatio commendata est his, qui idonei
sunt, nec alius essent ad sacerdotium admit-
tendi. Dico quod argumentum meum non est
solutum, quia multi admittuntur ad sacerdo-
tium rite & legitime, qui non sunt apti ad
predicandum, scilicet in his tribus, vita,
scientia, & facundia. Vitam omnes debent
habere bonam. Quoad scientiam, declarat
diffuse, quia multi sancti patres sacerdotes
fuerunt, qui predicare nescierunt; & quod
minor scientia requiritur in his qui ordina-
tur extra curam, quam in illis, qui ad cu-
ram animarum applicantur. Quoad facundiam,
certum est: multi sunt peritissimi viri, qui
non sunt facundi ad predicandum, absit quod
illi deberent omnes a sacerdotio excludi. Sic
enim beatus Valerius fuit episcopus Hippo-
nensis, & nihilo minus tante impeditionis lin-
gue, quod beato Vincentio predicationem ver-
bi Dei commisit, nec per se predicavit.

Sexto argui de beato Paulo, qui 11. ad Cor-
inth. de seipso dicit: *Non enim gloriamur in
immensum, neque superextendimus nos in e-
vangelio Christi.* Ad hoc nihil respondit, nisi
quod glossavit illum textum per longum, &
tamen finaliter stat istud argumentum: Apo-
stolus fuit sacerdos, & cum hoc generaliter
& specialiter missus: & noluit tamen se su-
perextendere. Et hoc est quod dicit glossa:
Non enim gloriamur in immensum, id est,
ultra mensuram nostram: quod illi faciunt,
qui usurpando sibi curam non commissam
gloriantur ultra mensuram. Nec juvat, quod
dicit de Lyra ita recipiendum, quod Apo-
stolus per verba intendit se non esse compa-
randum pseudoapostolis: quia de Lyra sic
exponit, ut ego sic in scriptis tradidi. Simi-
liter Innocentius III. & glossa ordinaria, di-
cens: Superextendere est ultra quam conce-
ditur extendere. Et sic patet, quod nulli li-
cet se in officio predicationis superextendere.
Ergo non potest quilibet ubique predicare
libere.

Septimo argui de prax. Christi, qui cum
esset Pontifex & sacerdos, noluit tamen pre-
dicare nisi in tricesimo anno, & nisi prius
auctorizatus voce Patris, & Spiritus sancti
visibili susceptione. Respondit, quod ex isto
non video aliud, quam quod sacerdos sit ma-
tura etatis, & Spiritu sancto infligatus ad
predicandum. Certum dixi, & dico, quod
illud videre debueratis, scilicet quod ista duo
non faciunt ad predicandum: quia natura

ANNO CHRISTI 1651.

ANNO CHRISTI 1651.

etas annorum multis adest, quibus scientia, facundia & vita deest. Instinctus Spiritus sancti incertus est, nisi assumit signa, per quos Spiritus sancti approbetur presentia. Ego autem hic alia video. Primum est, quod predicator verbi Dei debet esse matura aetate, secundum quod licet sit divinitus inspiratus, & actu sacerdos, sicut Christus fuit Spiritu sancto repletus; adhuc non debet predicatoris officium assumere, nisi auctorizetur & mitatur a superiori. Ideo Christus licet esset sacerdos sanctissimus, non tamen incepit officium predicationis, nisi a Patre & Spiritu sancto sensibilibus auctorizatus. Et si quis diceret se a Deo auctorizatum, probet per scripturam, ut Christus Joannis v. dicens: *Scrutamini scripturas, illa testimonium perhibent de me*; aut per miraculum, ut Christus Joannis x. *Si mihi non creditis, operibus credite*. Insuper quaero, an Christus peccavit non predicando ante tricesimum annum, an non? si non, ergo non fuit sibi praecipuum, nec per consequens aliis: si sic, ergo non fuit Deus, cum Deus peccare non possit. Ideo sciendum, quod est triplex aetas in homine consideranda; una respectu aetatis, sive annositate, sicut notum est omnibus. Et quantum ad hanc, expedit & decet, ut cui ex officio incumbit ante, aetatem maturam non presumat publice praedicare, exemplo Christi, prout in articulo deductum est. Sed ista ad praedicandum non sufficit.

Unde secunda est senectus vel aetas respectu conversionis alicujus. & ita dicuntur juvenes vel novitii, qui licet sint annosi, sunt tamen a saeculo recentiter conversi: sicut quondam dicebantur neophyti, qui ad fidem noviter confluerant: senes vero, qui diutius conversi, vel longius in spirituali vita conversati. Et similiter hoc modo, si juvenes vel neophyti non debent predicare, multo minus qui erroribus obstinati nondum cognitione verae fidei sunt reducti. Unde Apostolus prohibet neophytum ordinari, & Moyses prohibet arare in primogenitis boum, & tondere primogenitum ovium, de quibus Apostolus ad Hebraeos v. *Etenim cum deberetis magistris esse propter tempus, rursus indigetis ut vos doceamus, quae sunt elementa exortus sermonum Dei, & facti estis quibus lac opus sit*.

Est ergo tertia senectus, scilicet interioris hominis confirmatio & stabilitio in bono, juxta ordinem hierarchice dispositionis, quae sola sufficit ad officium predicationis: & hanc docuit in praeterea praxi Dominus noster Iesus Christus. Unde beatus Bernardus super illo Lucae 111. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*, ipsam audite dicit sic: Quamdiu virtus & Dei sapientia, quasi infirmus aliquis aut incipiens lateat in populo? quamdiu nobilis rex, & rex caeli, fabri filium te pateris & appellari pariter, & putari? Etenim Lucas testator, quoniam adhuc filios Joseph putabat. O humilitas, virtus Christi, quantum confundis superbiam nostrae vanitatis? parum aliquid scio, vel magis mihi scire videor; & jam silere non possum, impudenter te, & imprudenter me ingerens & ostentans; promptus ad loquendum, velox ad docendum; & Christus cum tanto tempore silebat, cum seipsum abscondebat, numquid inanem gloriam metuebat? quid timeret ab inani gloria, qui est vera gloria Patris? utique timebat, sed non sibi. Nobis timebat

Bernardus sermone 3. de epiphania, mox proci 3. sine.

A ab illa: quibus noverat esse timendum, non instruebat. Tacebat ore, sed instruebat opere: & quod post docuit verbo, jam clamavit exemplo: *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde*. Haec ille.

Et ne quilibet se ad talem senectutem statim ingerat, sed electionem seu approbationem praetuli expectet; ideo beatus Ambrosius super Psalmo, *Beati immaculati*, super versum, *In quo corrigi adolescentior vitam suam*, pertractans multis quae ad presentem senectutem requiruntur, dicit etiam illud quod dixit ad Moysen, ut sibi seniores eligeret, quos ipse noverat esse seniores. Et nunc, inquit, quibus hoc Spiritus Dei committitur officii, ut eligant seniores viros, eligunt sine dubio inter seniores res juvenem corrigentem viam in custodia verbi Dei. Haec ille. Ista sunt & similia, quae docet nos praxis Christi; illo non obstante, quod dominus replicans dicit, se mihi aliud videre, quam sua dicta.

Ad octavum, ubi Dominus dixit Matth. xv. *Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel*, non dicit nisi ex Lyra, quod egomet dixi, scilicet personaliter praedicando Judaeis. Tunc Christus fuit sacerdos summus, & tamen negat se per totum mundum personaliter missum. Ergo neque diaconus, neque simplex sacerdos debet se putare ubique missum, ita quod libere libertetur ubique seminare Dei verbum, cum omnis Christi actio nostra sit instructio. Item ubi diaconus vel sacerdos habet libertatem praedicandi, ibi habet praecipuum praedicandi, secundum vos: sed habet libertatem ubique; ergo habet praecipuum.

Ad nonum, ubi argui quod Salvator noster consecravit Apostolos suos in presbyteros in Coena, & post hoc, scilicet in die sua gloriosissime resurrectionis, dedit Apostolis auctoritatem praedicandi, dicens *Sicut misit me vivens Pater, & ego mitto vos*. Ergo auctoritate consecrationis sacerdotalis illam non habebant. Dicit ex Lyra, Mitto, id est, mittam: salva reverentia Lyra, secundum sententiam sancti Thomae tunc misit actu eos, qui dicit sic: Quod ibi Dominus Apostolis injungit Apostolicum officium, (Apostolus enim idem est quod missus,) dicens: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos*. Cui alludit beatus Gregorius, dicens ibidem: Id est, ea caritate qua me Pater diligit, & ego vos diligo, cum inter scandalosa persecutorum vos mitto; qua me caritate Pater diligit, quem venire ad tolerandas passiones fecit. Et beatus Augustinus: Equalem autem Patri Filium novimus; sed hic verba Mediatoris agnoscimus: medium quippe se ostendit, dicendo: Ille me, & ego vos. Quibus concordat doctus Gorra, dicens: Id est, sicut ego a me ipso non veni, sed missus sum. Itaque ego mitto vos, dans vobis auctoritatem: unde ad Romanos x. *Quomodo predicabunt, nisi mittantur?* & Isaias in capite vi. petivit hanc auctoritatem, dicens: *Ecce ego, mitte me*. E contra de malis prophetis, Jeremia xxviii. *Currebant, & ego non mittebam: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant*. Haec ille.

Ecce quot doctores concurrunt ad sententiam meam, scilicet quod in die Paschae per illa verba dedit eis potestatem praedicandi; ergo non habebant eam prius per consecrationem sacerdotalem in Coena praecedenti factam. Et dicit domi-

Ambrosius in Psalmo. 118. item. 4.

Joann. 20

Lyra in 20. cap. Joann. 3. Thomas ibid.

ANNO CHRISTI 1091.

ANNO CHRISTI 1091.

Joan. 10.

Supr. hanc dicit. p. 2. Luc. 10.

Videtur vultus huius Apostoli ad prædicandum missi.

Mar. 16.

Supr. prob. 10. p. 1. et praxi Apostolorum.

Mar. 16.

S. Thom. 1. in 2.

dominus replens, *quod non esse factum in die Pasche; ceterum dicit quod factum est ipso die resurrectionis, licet sero esset, & fores fuissent clausæ. Nescio quid hoc intenderit, nisi quod sextum male intelligit, qui dicit, Ipso die resurrectionis erant discipuli simul in unum congregati propter morum Judæorum; & cum esset sero, & fores essent clausæ, venit Jesus & stetit in medio eorum, dicens: Pax vobis, & ostendit eis manus, & pedes. Ex quo patet quod adhuc dies erat, quia non legitur, quod luminaria accendissent ut manus & pedes ejus viderent. Et tunc iterum ait illis: Pax vobis, sicut mihi me vivens Pater, & ego mitto vos. Hinc ego, &c.*

Ad decimum, ubi ex illo Lucæ ultimo: *Ecce ego mitto promissum Patris in vos: vos autem fidei in civitate, donec induamini virtute ex alto.* Dicit hoc esse contra me, quia dixi eos esse missos in Die Ascensionis, & tamen secundum eum non esset contra me, quia ipse exponit ex Lyra, *Ecce ego mitto, id est, mittam.* Et nescio quid velis per hoc. Nam verum dixi, quod in die Ascensionis sunt missi, & tamen prohibiti ad certos dies, ut quiescerent, donec virtute ex alto induerentur. Unde dico quod sancti Apostoli tribus vicibus ad prædicandum leguntur missi. Primo, antequam essent sacerdotes, ut in sola Judæa prædicarent. Secundo in die Pasche, scilicet Resurrectionis Dominice, quando jam ante triduum fuerunt consecrati in sacerdotes: tunc fuit eis commissa prædicandi potestas, & quasi quædam declaratio per Christum facta, quod aliqui essent venturi, qui absque commissione legitima usurperant sibi prædicationem verbi, ratione gradus sacerdotii: ostendens hoc non esse verum sed supra sacerdotiam requiri specialem missionem: ideo iterum misit eos, dicens, *Sicut mihi me vivens Pater, &c.* Et quia adhuc poterant esse dubii ubi deberent prædicare, quia in prima missione prohibuit ne alibi quam in sola Judæa, prædicarent; ideo tertio misit eos declarando quod non in sola Judæa, sed in toto orbe esset evangelium publicandum per eos, dicens in hora Ascensionis: *Ite in orbem universum, & prædicare evangelium omni creatura.*

Ad undecimum de praxi Apostolorum, adduxi ad speciales praxes, 1. Petri, 2. Pauli, 3. Tim. 4. Marci. Ad omnia hæc nihil respondit, & optime fecit, quia in veritate evadere non potuit. Quia concedere conclusionem per me intentam oportuit, prout praxes ille clarissime adducunt, Quoad praxin generalem Apostolorum, ubi honori beati Petri detraxit, timo & certifico eum, quod si non respicit, Petrus claves continebit, nec sibi januam regni aperiet. Dixit enim primo, quod non habetur ex scriptura canonica, Petrum fuisse summum Pontificem a Christo institutum: cujus contrarium latissime est heri deductum. Dixit secundo, quod ego addidi de proprio, *ly soli, dicens: Solum Petro dictum est: Pasce oves meas tibi dabo claves.* Ego dico, verum est, quod evangelista addunt, Solum Petro dictum est, secundum sibi soli excellenter. Quoad illud, *pasce oves meas*, dicit S. Thomas, quod hoc Petro in tanta singularitate convenit, quod Christianus dici non potest, qui se ab obedientia summi pontificis subtrahit. Quoad 2. dicit Rabanus: Quia enim regem caelorum majori devotione præ ceteris confessus est, merito præ ceteris, collatis clavibus.

Concil. Gener. Tom. XXIX.

vibus regni caelestis donatus est. Et valde notandum quod dicit Origenes, quod Petro dicit Dominus: *Quodcumque solveris super terram, erit solutum & in caeli; sed omnibus dicit: Quodcumque solveritis super terram, erit & solutum in caelo.* Ad signatum, inquit, primum & principatum in petro super omnes. Petrum etiam omnibus præfecit, dum ait: *Pasce oves meas*, ait beatus Augustinus in questionibus veteris & novi testamenti, quæst. xx. cap. xvii. Videte jam, an sine causa addiderim, Solum, licet non sit verbum textus.

Ad duodecimum, ubi argui de praxi septuaginta duorum discipulorum, nihil ad propositum respondit mihi: quia exponit illum textum: *Rogate Dominum missi, totaliter de missione facta per Christum personatiter in principio vocationis septuaginta duorum discipulorum, quod ego non nego; sed argumentum meum istud fuit in sententia: Lucet septuaginta duo a Christo missi fuerint ante ejus passionem, tamen post ejus gloriosissimam Ascensionem nullibi prædicabant, nisi quo eos Apostoli miserunt; ergo quantum ex praxi illa, nullus nostrum habet facultatem alicubi prædicandi, nisi ubi mittitur auctoritate Apostolorum, id est, pontificum ecclesie. Antecedens probavi ex capite, In novo. Quod Apostoli videntes messem multam, & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis. Et sequitur: *& ipsi elegerunt septuaginta duos, & miserunt eos ad prædicandum.* Hæc ibi. Confirmavi ex Eusebio. Ista ergo ratio stet in alto. Querit ibi ubi septuaginta duo facti sunt sacerdotes? Respondeo cum Petro de Palude, quod hoc in scripturis canonicis non reperitur, nisi quod septem facti sunt diaconi, & Mathias in locum Judæ successit, & similia, &c.*

Ad tredecimum de praxi primitivæ ecclesie simpliciter nihil respondit, & optime tacuit, quia in veritate evadere non potuit. Ostendi enim quod primus Papa post Petrum beatus Clemens, prohibet omnibus sacerdotibus ne quidquam agere audeant in cujuscumque presbyteri parochia absque plebani consensu. Et beatus Dionysius attribuit prædicationem episcopo proprie & autonomastice, distinguens tres actus hierarchicos, secundum tres gradus ecclesiasticos: scilicet purgare diacono per exorcizationem; illuminare presbytero per baptismationem; perficere episcopo per confirmationem & prædicationem, juxta declarationem per me nuper factam.

Progrediendo ad auctoritates sanctorum doctorum, respondit tantum ad tres, cum ego adduxissem octo. Primo ad Ambrosium, qui dicit in sententia cætera. Rectores & cætera officia distincta sunt, ne si unus possit omnia, vilescerent singula. Respondit, quod hoc ideo est, quia aliud officium presbyteri, aliud diaconi: sed hic nihil est ad mentem Ambrosii, quia litera loquitur de prædicatione, & baptismatione, que fuerunt, dicit, singulis concessa in principio: sed fundata ecclesia, dicit, si nunc unus singula faceret omnia vilescerent.

Ad auctoritatem Gregorii in capite, Scriptum est, vi. questione 111. alligat glossa & non sine ulura comportavit eam. Non enim habet glossa que proprie dicitur glossa decreti, seu apparatus Joannis, nisi quod episcopi.

Cap. 17.

Supr. in 3. prob. concilio hanc praxi Ap. dicitur. p. 2. Mar. 9.

Dist. 11. In novo sup. Luc. 10.

Supr. in prob. 4. concilio de praxi prim. et. hanc.

Supr. p. 10. d. concilio. de doct. S. Thom. 2. d. 2.

ANNO CHRISTI 1491

ANNO CHRISTI 1491

Dist. 10. Jura ad 1. cap. 7.

Cap. 35.

Joan. 4.

Petrus, dicit

Capitulum in concilio antiquo

copus in aliena diocesi publice predicare, A
tamquam jus habens in populis illis, nec potest, sed pertranscundo sine solemnitate potest eos monere bonum, sicut & monachus & quilibet alius. Secundum quosdam tamen potest predicare, non tamen concitando turbam. xv. distinctione. Et nota quod ipse ibi interposuit, & addidit etiam, solemniter, ut hic tamen non concitando turbas. xvi. quest. 111. Placuit. Litera, Solemniter, non habetur in glossa: imo habet: Sine solemnitate potest eos monere.

Ad tertiam, qua est beati Bernardi dicentis: Monacho neophyto, & non misso, non licet predicare; respondit: concedo, quod non misso non licet predicare, nisi ex speciali missione. Sed multi monachi sunt diaconi & presbyteri: ergo non licet diacono & presbytero predicare absque speciali missione. Ex concessio sic: Non misso predicare non licet, sed nulli diaconi vel presbyteri nisi curati, sunt missi, sicut & aliqui religiosi; ergo nullis talibus nisi curatis licet predicare absque nova missione. Sed dicitis quod omnes presbyteri & diaconi sunt missi: quero a quo? aut a Deo: aut ab homine. Si a Deo, oportet hoc probare, sive fiat illa missio per revelationem manifestam, sive per inspirationem occultam. Sic enim docet beatus Joannes: *Probate spiritus an ex Deo sint, & nolite omni spiritui credere.* Sic enim quilibet posset a dicit, etiam haereticus, laicus, vel mulier, quod sint missi a Deo. Si ab homine, oportet quod ille sit praelatus ecclesie illius ubi predicare intendit cum nullus Hungarius habeat licentiam ad predicandum in Anglia, nec e converso: sed tantum sunt duo genera praelatorum, qui possunt dare licentiam predicandi aliis, scilicet Papa & episcopus loci illius ubi predicare intendit. Nam plebanus non potest licentiam ad predicandum in sua parochia generaliter, nisi tantum approbatos viros, scilicet sacre theologie professores & similes, ut dicit Franciscus Zabarella, Henricus Voyt, & multi Juriste, cap. Cum ex injuncto, de haereticis. Ergo sine licentia Papae vel episcopi loci tales dicuntur non missi, nec habent posse predicare verbum Dei. Haec ibi.

Hinc respondet ad concilia generalia, qua adduxi, & primo ad caput, Cum ex injuncto; dicit concludendo sic: Patet clare ex predictis, quod sicut non est causa sufficiens ad probandum, quod ille sacerdos vel diaconus ad predicandum a Deo est missus, quia facit miracula; sed confiteri veritatem, facere justitiam, mundum contemnere, gloriam spernere, opprobria sustinere humiliter, facerdoti & diacono testimonium est sufficiens, ut habens legis Dei notitiam, predicere libere Jesu Christi evangelium, quia sic est a Deo missus: & illa est missio, de qua ad Romanos x. *Quomodo predicabunt, nisi mittantur?* Haec ille. Ecce jam palam locutus est, & erroris sui totum spiritum evomuit, & quod usque huc semper palliavit, nunc detexit dixit enim: Oportet predicantem esse missum. Sed jam aulicus quod dicit: Sufficit ostensio bonorum operum ad illius missionis efficaciam; nec alia missio prelati requiritur. Sic enim exponit Apostolus, ut audistis. Sed infuso: Contra istam conclusionem bimembrem pono duplicem conclusionem: Prima est contra primam

partem, secunda, contra secundam partem. Prima est ista: Causa sufficiens ad probandum quod ille diaconus vel sacerdos est missus a Deo ad predicandum est, quia facit miracula: probatur multipliciter; primo sic: illa est causa sufficiens ad se probandum a Deo missum, quam Dominus dedit Moyse querenti: *Quod signum ostendis mihi, ut sciam dixeris Pharaon aut filio Israel, Non misit te Dominus?* alias Dominus insufficienter misisset Moysen, si causa probationis fuisset insufficientis. Sed Dominus non ostendit sibi aliam causam, ob quam tenerentur Pharaon & filii Israel sibi credere ipsum a Deo missum, quam virtutem miraculorum, convertendo virgam in colubrum, & e converso; ergo ista est adhuc sufficientissima ad probandum se missum a Deo ad predicandum, facere miracula.

Secundo sic: Illa est ad eundem finem causa sufficiens, quam Dominus assignavit suis discipulis ad confirmationem suae predicationis, quia non misit eos insufficienter; sed ipse Dominus non dedit aliam causam discipulis, dum irent ad predicandum, cur ubique admittere deberent, nisi quia miracula facerent; unde illos mittens ad predicandum ait: *Infirmos curate, leprosos mundate, demonia eijcite;* ergo facere miracula est illius probationis causa sufficiens.

Tertio sic: Illa causa est sufficiens, quam Dominus in sua praxi assignavit Judaeis ad probandum veritatem suae missionis, quia ipse omnia bene facit: sed ipse assignavit eis illam causam, scilicet operationem miraculorum suorum dicens: *Si mihi non credideris, operibus credas. Et si opera non fecerint in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non habent.* Joannis x. quae de operibus miraculorum expresse exponit sanctus Thomas, de Lyra, & alii. Ergo facere miracula est sufficiens causa ad probandum, se missum a Deo ad predicandum.

Quarto sic: Illa est sufficiens causa, qua beatus Paulus probavit, se & Petrum a Deo missos ad predicandum: sed hoc virtute miraculorum; ergo, &c. Major patet ad Galat. 11. ubi dicit: *Qui operatus est Petro in Apostolatum circumcissionis, operatus est & mihi inter gentes.* Ubi dicit sanctus Thomas: „ Sed posset aliquis dicere Paulo: Unde constat nobis, quod tibi sit commissum evangelium a Deo inter gentes? Respondit Paulus; per operationem Christi in me. Sicut enim patet quod Petrus accepit evangelium a Christo propter miracula quae fecit Christus per eum; ita patet quod ego, scilicet Paulus, ab ipso Christo accepi etiam propter miracula, quae operatus est in me. Haec ille. Unde & idem probat suum Apostolatum, dicens: *Signa Apostolatus mei facta sunt inter vos; in omni patientia, in signis & prodigiis & virtutibus, hoc est, patientia in moribus, & prodigia in signis, prout exponit beatus Hieronymus. Similem sententiam posui prius. Sed nil mihi est responsum ad illa; & bene, quia concludunt necessario, nedum quod facere miracula sit sufficiens causa, sed quod illa sint necessaria, nisi addatur testimonium ex scriptura. Et hoc vult cap. Cum ex injuncto, de haereticis; ut patet inventi.*

Sed contra hoc aversat dominus opponens, dicens, quod in fine mundi discipuli Antichristi, magis quam Christiani miracula facient, prout Matth. 24. patet. Respondeo, quod

Sufficiens causa ad probandum se missum a Deo ad predicandum.

Matth. 8. Luc. 10.

Joan. 10.

Cor. 13.

ANNO CHRISTI 1623.

ANNO CHRISTI 1623.

Cap. 19.

S. Thom. 2. 2. q. 174.

Non sufficit facere quocumque miracula ad probandum se missum a Deo nisi quis de se habeat testimonium verum.

mirabilia, quæ sunt tempore Antichristi, sunt A ratione sanctitatis, docuit tamen non sufficere respondenda, quia non sunt vera miracula: & cum hoc jam ex scriptura canonica avitata est ecclesia, quod non sunt miracula vera. Unde nec Christus, nec Apostolus vocat opera Antichristi miracula, sed signa & prodigia: unde dicit ad Thesalonicensis 11. quod adventus Antichristi erit secundum operationem fatans in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus. Unde dicit S. Thomas 2. 2. q. cxxxviii. ex beato Augustino 2. de civitate Dei, quod illa signa mendacil dicuntur signa vera, quia faciunt veras res, sicut magi Pharaonis fecerunt veras ranas, & serpentes veros; non autem habebunt rationem veri miraculi, quia sent virtute demonum, & naturalium causarum ad hominum deceptionem: sed operatio miraculorum, quæ attribuitur gratis gratis datæ, sit in virtute divina ad hominum utilitatem.

Secundo arguit sic: Mali faciunt miracula, 1. quæst. 1. Tenemus; ergo facere miracula non est sufficiens causa. Respondeo, quod duplices sunt mali, aut qui male vivunt, aut qui male docent. Dico ergo cum S. Thoma ubi prius, articulo secundo, ad tertium argumentum, quod miracula semper sunt vera testimonia ejus propter quod sunt. unde sicut hi, qui male vivunt, nunquam faciunt miracula in testimonium suæ sanctitatis: sed si quandoque Deus miracula per eos fecit, est in testimonium virtutis divini nominis, quod invocant, aut testimonium virtutis sacramentorum, quæ applicant seu exhibent: ita qui falsâ docent, nunquam possunt facere miracula in testimonium veritatis illius falsæ doctrinæ. Secus si quis etiam male vivat, & bene doceat, talis enim sæpe miracula facit, non in testimonium suæ sanctitatis, quam non habet; sed in testimonium suæ veræ doctrinæ, quam docet. Et hoc tam clare docet Dominus Marci ix. ubi postquam dixissent discipuli: Domine, vidimus quendam in nomine tuo ejicientem demonia, & prohibuimus eum Dominus illis: Nolite prohibere eum, & subdit tamen dicens: Nemo est qui jactat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me.

Contra secundam partem suæ conclusionis sic ista propositio: Sicut causa sufficiens non est facere miracula ad probandum se missum a Deo ad prædicandum, ita non sufficit facere quocumque perfectionis & sanctitatis opera ad sufficienter se probandum missum a Deo ad prædicandum, hoc addito, nisi adducat speciale de se scripturæ sacræ testimonium. Probatur dupliciter, primo modo sic: Quia opera sunt sæpe apparentia extrinsecus, & non existentia intrinsecus, sicut Dominus ait hypocritis, Matthæi vigesimo tertio. *Va vobis Scriba & Pharisæi hypocrita, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris patent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni sordibus. Sic & vos foris quidem patetis omnibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.* Et pseudo-apostoli se in Apostolos Christi transformant, sicut angelus fatans in angelum lucis, secunda ad Corinth. 11. ideo Dominus admonet nos, dicens: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Matth. vii. Et hoc quia licet Dominus noster effect sanctissimus in omni ope-

ratione sanctitatis, docuit tamen non sufficere illa opera ad hoc, ut Judæi crederent eum missum a Deo eis in legislatorem: sed direxit eos, super & præter omnia opera suæ sanctitatis, ad opera miraculorum, dicens: *Si mihi non creditis, operibus credite,* ut dictum est. Similiter & Apostoli erant sanctissimorum operum, & tamen probant suam missionem per miracula.

Sed contra hoc adducit dominus replicans auctoritates dicens, quod probatio sanctitatis non est signa facere, sed juste vivere, & sic de singulis. Ad ea simul respondeo, quod auctoritates sicut stant, verissimæ sunt. Ego enim concedo, quod facere miracula non est semper signum sanctitatis illius qui facit: sed dico quod facere miracula ad probandum se esse missum a Deo ad prædicandum, est signum sufficientis probationis. Unde aliud est esse hominem Dei seu virum bonum, aliud est esse prædicatorem aptum. Qui ergo bene vivit, ostendit se esse a Deo aliis in exemplum; sed non probat per hoc se missum ad prædicandum sine licentia prælatorum, nisi ostendar suæ missionis miraculum.

Sed contra hoc assumit. Si hæc requirentur universaliter, tunc maxime deberet dubitari de patribus hujus concilii sacerdotibus, quod sint a Deo missi cum nullum adhuc viderim operari miraculum, vel habere super hoc testimonium scripturæ sacræ speciale, ultra alios sacerdotes: Respondeo, quod patres hujus concilii sacri non indigent facere miracula, quia nullus eorum jactat se invisibiliter esse missum a Deo, ita quod velit prædicare non habita licentia, imo reclamante & sub sententia excommunicationis prohibente prælato cujuslibet eorum. Sed vos qui dicitis vos licentia prælatorum non indigere, & posse ubique etiam prælatis contradicentibus ad vitam meliorem transire, scilicet prædicare; vos tenemini miraculis, vel scripturæ testimonio ostendere, quod illam potestatem habeis a Deo. Ita dicit cap. Cum ex injuncto.

11. Quia horum patrum reverendissimorum doctrinam & fidem a Deo esse approbat universalis ecclesia Spiritu Sancto edocta, qui docet eam omnem veritatem, secundum promissionem Domini nostri Jesu Christi: pariformiter summus Pontifex vicarius ejus unicus in terris, cui Dominus in persona ecclesia ait: *Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et iterum: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porta inferi non prevalebunt adversus eam. Et iterum: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Et iterum: Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis Spiritum veritatis, ut sit vobiscum in æternum.*

111. Quia qui nova prædicat & insolita, prout vos facitis Bohemi, tenetur illam novam doctrinam comprobare novis signis: quia Salvator noster ut primo misit Apostolos ad prædicandum novam doctrinam, scilicet de regno Dei, dedit eis simul cum hoc potestatem super omnia demonia ejicienti, & ut languores curarent. Matth. & Luc. x. ubi dicit Be-da lib. 111. cap. 111. super Locam: concessa primum potestate signorum, misit prædicare verbum Dei, ut promissorum magnitudini attestaretur magnitudo factorum, fidemque verbis daret virtus ostensa, & nova facerent, qui nova prædicarent. Hæc illæ.

ANNO
CHRISTI
1422

Si dicis, non est jam tempus faciendi miracula: quia dicit Isidorus lib. 1. de summo bono, cap. vigesimo quinto: *Antequam Antichristus appareat, virtutes ab ecclesia cessabunt*: Respondeo quod jam cessarunt miracula, non ideo, ut qui vult prædicet & dicat se missum a Deo, hoc & sufficiat, nec miraculo probare debeat: sed ideo quia fides catholica est plene fundata, nec eget probatione nova. Et hoc est quod dicit B. Gregorius secunda parte homiliarum, homilia nona: Ut fides crederentium cresceret, miraculi fuit nutrienda; quia nos cum arbuta plantamus, tam diu aquam superfundimus, quousque ea in terra contrahita videamus, quia si radicem fixerint, a sigando cessamus. Hæc ille. Et hæc de materia miraculorum.

Gregorius 2o
part. 29.

Consequenter de literis commendatitiis dicit, quod inventæ sunt propter malos. Respondeo, quod utique hoc verum est, quod propter pseudo-apostolos, dicit glossa 11. Corinth. 111. super illud: *Nunquid commendatitius egemus literis sicut quidam, scilicet qui sunt pseudo-apostoli?* Respondit sanctus Thomas in libro de contra impugnantes religionem, prope finem: Proprie duo sunt generis hominum, scilicet non missi prædicantes, & falsi docentes de quibus ambobus simul Jeremia xxxiii. *Non mutabam eos, & ipsi curabant, quoad primum: non loquebar ad eos, & ipsi propheta-bant, quoad secundum.* Illi sunt qui tenentur habere literas commendatitias, qui prædicare volunt invitatis prælati. Ad id quod dicitur Actuum xiiii. quod Paulus & Barnabas sedebant in templo, & principes miserunt ad eos, an haberent verbum exhortationis ad plebem; dicit Lyra, quod ex hoc eorum prædicatio efficacior reddebatur, quod se non ingesserunt ad prædicandum, sed rogati fuerunt. Glossa dicit: Sedent quasi audituri legem, non quasi prædicaturi: ecce humilitatis exemplum. Dicunt principes ad Apostolos: *Si habetis verbum exhortationis?* non dicunt, prædicationis vel lectionis. Hæc ibi: Non debent ergo diaconi vel presbyteri prædicare, nisi invitati ad sermocinandum. 7. quest. 1. Episcopi. Ad textum, quem adducit xix. cap. 11. Dux. Qui dicit, quod propter criminosos literæ commendatitiæ inventæ sunt; si glossam legissetis, tamen cuissetis: quia dicit glossa sic: Licet propter criminosos fuerit constitutio data, extenditur tamen etiam ad non criminosos, quia nullus recipitur sine commendatiis literis. Etenim quod statuitur propter causam impulsivam, causa cessante non ideo cessat constitutio, sicut dicitur ff. de donat. l. 11. §. ultimo, hæc glossa.

Glossa inter
lin. 144.7 quest. 1. E.
episcopi. c. 11.

Quod autem concludit replicans ex eodem textu, dicens: Ex isto canone xix. quest. 11. Dux: Sequitur tertio, quod quisquis Spiritu Dei ducitur, episcopo contradicente ad meliorem vitam potest transire. Ex quo patet etiam, quod diaconus vel sacerdos dispositus ad prædicandum, & ductus Spiritu Dei libere Christi evangelium absque licentia prælati speciali potest prædicare: Patet, inquit, quia bonum est diaconum vel presbyterum vel sacerdotem bene vivere, melius bene vivere & utiliter prædicare: ergo poterit de prædicationis otio in laborem, & sic transire ad vitam meliorem. Ecce iterum palam loquitur, & proverbia objicit, & sic dico duo. Primum, quod

A Spiritu sancto ductus potest ingredi religionem nolente episcopo. Secundo quod hoc est omnino falsum, quod ex hoc, inquit, patet, quod etiam sacerdos vel diaconus dispositus ad prædicandum ductus Spiritu Dei, absque licentia episcopi libere possit prædicare evangelium Christi.

Nam dico pro conclusione, quod quicumque Spiritu Dei agitur, nunquam contra voluntatem prælati, vel sine licentia prælati, agit in sua ecclesia vel diocesi: quia Spiritus sanctus non est arrogans, importunus, aut inobediens magister, sed potius mixtus, mansuetus, humilis, ut patet Sap. vii. Unde secure dico, quod quicumque a Deo ad prædicandum mittitur, se prælato presentare tenetur, maxime si requisitus fuerit a prælato, ut probationem ejus accipiat, & obedientiam virtutem ostendat, unde in cap. Cum ex injuncto; dicitur: si tamen de hac invisibili missione constaret. Ex quo concluditur, quod qui asserit illam invisibilem missionem tenetur eam probare: & cognitio talium de jure & consuetudine spectat fieri coram Papa, vel episcopo loci, secundum illa, quæ habentur & notantur in cap. Venerabili; de test. & in capite primo de reliquiis & veneratione sanctorum; & sic tenetur se presentare prælato, etiam si sit missus a Deo missione invisibili, & probare eam modis prædictis. Et dico, maxime si requisitus fuerit: 1. Propter Paulum, qui se Petro non statim presentavit, sed diu post vocationem, & hoc quia a Christo vocatus, nec a Petro requisitus, propter certitudinem miraculorum, quæ fecit Dominus per Paulum: & propter sanctum Equitium abbatem, qui missus a Deo per angelum, tandem requisitus per prælatum, subito ei parere voluit, nisi Dominus miraculorum evidenter provenisset, ut patet lib. 1. dialogorum, cap. iv. Et probatur propositio multipliciter: primo per beatum Augustinum in fine ad Orosum dicentem: illum cognosce missum a Deo, quem non paucorum hominum adlatio elegit, sed illum quem vita & mores optimi, & apostolicorum examinatio commendat sacerdotum. Hæc ille. Ecce quomodo non sufficit se dicere missum a Deo, ex moribus optimis, sed etiam requiritur Apostolicorum sacerdotum, & prælatorum examinatio.

2. Dicit glossa de offic. ord. cap. Inter cetera; quod nulli licet prædicare, nisi mittatur auctoritate episcoporum, vel Apostolicæ sedis, de hæret. cap. Excommunicamus §. Quia vero. Hæc ibi: Si nulli, ergo nec ei, qui se dicit a Spiritu sancto inspiratum, præsertim si requisitus fuerit a prælato.

3. Dicit B. Bernardus, ut allegatum est de institutionibus: Ea cogitatio, quæ pudica videtur, nec ad vitia trahit, aperte tunc divina a Deo noveris esse, si pacifica sit, si prælati tui, atque spiritualium fratrum approbetur Ejudicio: quoniam non facit Dominus verbum, quod non revelaverit servis suis. Propter hoc Paulus mittitur ad Ananiam, sic Cornelius dirigatur ad Petram, sic Eunuchus instruitur per Philippum: ut approbationem & judicium prælati, & virorum spiritualium requirere doceremur, sicut de eo plenius in collationibus Patrum habetur.

4. Hoc dicit Zabarella, De hæret. cap. Excommunicamus; super verbo, Uirpare, dicens;

ANNO
CHRISTI
1422Bernardus de
pra in respon.
ad 1. esp. ad
verbum, sicut
p. institutiones
divina.

ANNO
CHRISTII
1433.

gens; Qui, inquit, prædicat sine licentia, dicitur usurpare. Et talis est, qui probatur non missus, vel qui non habet auctoritatem a Papa, vel ab episcopo loci, vel qui missionem non comprobat per operationem miraculi, vel scripturam testimonium, ita quod sit missus eo modo, quo scriptura præcepit, secundum Innocentium. Et dicit Officiarius quod in hac re tam ardua non credetur ipsius juramento, tum quia solus, tum quia in re propria IV. quæst. III. de test. Licet. Et hoc est quod communiter volunt canones, quod nulli licet prædicare in diebus cuiuscumque episcopi, sine eius licentia. XVI. quæst. 1. Cunctis fidelibus, & summo opere omnibus presbyteris & diaconibus, & reliquis clericis attendendum est, ut nihil absque episcopi proprii licentia agant, non utique Missas sine eius iussu quisque presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, neque quidquam absque eius permisso faciat. Hæc ibi. Unde dico quod talis a Deo missus tenetur se prælato insinuare, & ab eo licentiam petere: quod si missio esset occulta, teneretur eam probare per miracula vel scripturam: sed si manifesta, & magnifice probata esset, & prælatus malitiose nollet eam licentiaré, forte sufficeret licentia divina.

Post hæc aggreditur responsiones meas, ubi inter multa resumptione indigna, dicit primo, quod ubi ego dixi non esse simile de pane materiali, & spirituali; quia in elemosyna materiali non sequuntur pericula apud suscipientes, sicut in pane verbi, quod spargerent hæc ici; dicit non esse universaliter verum: sed & ex superflua elemosyna, quam clerus recipit, omne malum in clero subsecutum est, & enumerat multa vitia. Dico, hoc est omnino dubium: Nam in celo orta sunt schismata, ubi ista temporalia non fuerunt; & hodie pauperiores sunt deteriores. Jure certum est, quod divitiis sunt organa ad virtutem, secundum philosophum primo Ethicorum; & sunt multis materia bene operandi. Dicit etiam, quod male argui, descendendo de uno statu in alium: sic scilicet secundum eum sequeretur, ubi arguit: Licet dare elemosynam corporalem sine licentia; ergo & spirituales, scilicet prædicare; sequetur: Licet laico dare elemosynam corporalem, ergo & celebrare Missam, cum Missa sit elemosyna spiritualis. Et ipsemet ibi descendit de statu uno in alium. Posui ibi & alias similitudines, quas dimisit intactas. Postea ad tertiam solutionem dicit quod ubi dixi esse dissimilia, generare filios carnales esset principalis finis matrimonii: sed principalis finis sacerdotii omnino esset generare filios Dei per prædicationem, sed magis consecrere Corpus Christi verum. dicit hoc esse contra factum & dictum Christi, Lucæ quarto: Quia & in diebus civitatis oportet me evangelizare. Ubi habetur ibi, quod principalis actus sacerdotii non sit super Corpus Christi verum? Ad similes fabulas multas ineptum iudicavi respondere, ne obtunderem aures vestras, patres reverendissimi.

Circa primum corollarium, ubi dixi: Non quilibet sacerdos Domini habet facultatem prædicandi virtute sacerdotii: allegavi sex doctores. Nihil respondit, nisi tantum in effectu ad propositum. Contra istud scilicet, arguit

scilicet: Quicumque Papa committit officium prædicandi, ille habet ex eodem; ergo cui Deus committit officium prædicandi, ille habet ex eodem. Verum est: sed ostendat, quod Deus commiserit officium illud, & credemus ei, ut dicit capitulum. Cum ex injuncto, de hæreticis.

Circa secundum corollarium, quod probavi sex rationibus, nihil respondi, nisi ad illam ubi ego probando dixi, quod non esset præceptum Domini, prædicare presbyteros singulos, dicit, quod neget majorem, scilicet illud: Non est præceptum Domini, a quo se licite excusare potest: quia dicit, elemosynam esse præceptum, a qua excusantur multi. Dico quod elemosyna nulli est præcepta pro tunc, dum ab eius impensione potest licite excusari. Est enim præceptum affirmativum, non obligans, nisi pro hic & nunc. Consequenter ubi ego respondendo dixi quod illud præceptum Domini: *Ite in orbem universum*, non obligabat universos Apostolos, ut quilibet eorum iret in totum mundum, & in quemlibet angulum orbis, quia nullus eorum hoc fecit; dicit quod istud est contra illud Actuum x. *Nobis præcepit Deus prædicare populo*, &c. Nego hoc, quia non dicit: Præcepit cuilibet nostrum singillatim prædicare in quolibet angulo mundi; licet dispersi ita prædicabant, quod in omnem terram exiit sonus eorum.

Ad illam autem: *Fidelis servus & prudens*, dixi, quod dicta est de prælatis, qui sunt constituti super familiam Domini. Replicans dixit, quod etiam alii presbyteri debent habere curam de familia Domini, juxta illud Ecclesiastici xvii. *Unicuique mandavit Deus de proximo suo*. Respondet beatus Thomas quodlibeto 12. quæstione 14. articulo 19. quod Deus non præcipit cuilibet curare de proximo per publicam prædicationem, sed privatam admonitionem. Adducit Chrysostomum contra: Nam sacerdos debitor est, ut veritatem quam audit a Deo, libere prædicet, 2. quæstione 3. Nolite. Respondet quod sensus textus est, quod ubi periculum fidei imminet, & confessio requirit, tenetur sacerdos, sicut & laicus, veritatem Dei confiteri: & si propter timorem mortis veritatem non confiteretur, peccaret.

Ad auctoritatem Isajæ, *Clama, ne cesses*, dixi, quod Isajæ soli præceptum. Dicit quod non, quia secundum Lyræ intelligitur de Christo ad literam; & illa vox dicentis, *Clama*, extenditur ad Joannem Baptistam. Respondet quod non est inconveniens ad eundem textum haberi plures sensus literales, sicut Lyra exponit illam auctoritatem ad Hebræos x. *Et ego ero vobis in patrem, & ipse erit mihi in filium*. II. Reg. 7. de Salomone & de Christo tamen literaliter principaliter de Isajæ dicta sunt, ut patet ex nuda historia textus contra vos, qui audebatis dicere quod obligaret omnes.

Post hoc adducit auctoritates tres, quarum sensus est, quod sacerdotes instituuntur ad prædicandum, & ad interpretandum legem. Respondet primo, quod sæpe in dictis sancto-ram, sacerdotes pro episcopo ponitur, & procurato, de quibus communiter intelliguntur istæ auctoritates, sicut patet in cap. Sit restes: ubi beatus Gregorius dicit: Præconis officium suscipit quisque ad sacerdotium accedit. Ubi ad

Super in re
speculativis
ad 2. q. 2. q. 2.
ad veritatem.
& Preterea, non
omnino.

ANNO
CHRISTII
1433.

b. Fern. ubi.

ANNO
CHRISTI
1633.ANNO
CHRISTI
1633.

bi ad litteram loquitur de rectoribus & pa-
storibus sub nomine sacerdotis. Ita in propo-
sito. Secundo dico cum domino Guilielmo
Parisiensi in suo sacramentali, capitulo de sa-
cro ordine, quod sacerdotum officium fuit
semper predicare, juxta illud Malach. 1. *La-*
bia sacerdotis custodient scientiam, & legem de
manu eius requirunt. Et infra dicit quod sa-
cerdos modicam auctoritatem docendi ha-
bet, quia datur ei cum sola cura anima-
rum, tamquam annexum. Ex tunc enim
tenetur docere populum sibi commissum:
nunquam tamen dicitur eis in sua ordina-
tione, Ite, docete, & predicare: docere e-
nim & predicare est speciale officium epi-
scoporum, quod in consecrationibus suis eis
dicitur: Ite, predicare populo. Hæc ille.

Et per hoc solventur duo motiva domini re-
plicantis superius posita, quia dicit: Sive cum
charactere, sive aliter, hoc scio quod sacerdos
habet potestatem predicandi: & probat primo
sic: Quia si non, cur cantaretur in eorum ordi-
natione: Ite in orbem? Ad hoc dico, quod
ego quaesivi a multis episcopis presentibus &
absentibus, qui dicunt se illud non facere de-
cantari. Insuper nec in rationali divinorum re-
peritur quidquam de isto, & ita non est essen-
tiale officii. Dico secundo quod quis in ali-
quibus ecclesiis ista verba decantantur, hoc fit
in fine, quando totum officium est finitum,
& presbyteri jam segregantur ad se exuen-
dum. Tunc cantant clerici: Ite in orbem,
&c. Et tunc dico duo. Primum, quod ista
devotio est pure ceremonialis, & non habet
ullam efficaciam admittendi eos ad predicand-
um. Secundum, quod ista decantatio non
mittit presbyteros: eo quod illi qui cantant
non habent auctoritatem mittendi eos, nec e-
piscopus potest mittere nisi per diocesin suam,
ut dicunt doctores circa cap. Cum ex injun-
cto, de hæret.

Arguit II. sic: Quia in pontificali dicitur:
Oporet episcopum benedicere, præesse & præ-
dicare. Dico ut prius, quod ibi ostenditur,
quod sit officium sacerdotis. Sed illius officii
executio non datur nisi dum cura sibi com-
mittitur, aut aliunde executioni impertitur.
Unde dicitur xxiv. quæst. 1. Miramur: quod
aliud est potestas officii, aliud est executio.
In plerisque est unum sine altero, ut in mo-
nachis, qui habent officium sed non execu-
tionem, nisi ex speciali commissione: ita di-
citur in cap. Ad iudicium. Ecce quod singuli
sacerdotes in sua dedicatione presbyteratus ba-
putzandi & predicandi potestatem accipiunt,
sed executionem illius potestatis non habent,
nisi ad talia assumantur, sicut agens naturale
potentiam habet agendi, sed non habet execu-
tionem illius potentie, nisi habeat mate-
riam sibi ministratam, ut applicat de prædi-
catione sanctus Thomas quodlibeto duodeci-
mo, quæstione decima octava, articulo 29. ut
predicatum est, &c.

Circa tertium corollarium de diaconibus di-
cit, quod mea propositio non fuit contraria
sum, & ego dixi tunc quod sic: quia licet non
dicat in conclusione de præcepto, tamen ex-
ponit ly. Debet, capi præceptivo. Dicit me
truncasse glossam, In sancta; dico quod ver-
ba superflua caveo: recepi quod deserviret
mihi, omisi quo non indigerem; & tamen po-
suit contrarium ejus quod posui, si non in

conclusionem, tamen in declaratione. Adhuc
pro mea conclusione stant pro me adducta;
quia allegavi septem rationes, & non respon-
dit mihi ad ultimam: & loco illius adduco
Wilhelmum de monte Lauduno, qui dicit in
rubrica de ordine diaconatus, quod officium
diaconi est predicare, id est, legere recitan-
do evangelium & epistolam, quæ sunt de no-
vo testamento; & subdit: Nec intelligas
quod predicare verbum Dei eis licet ratio-
ne hujus ordinis, quia solum magistris in
theologia, seu episcopis, & aliis, qui ad
hoc officium, scilicet predicandi, propter
curam animarum electi sunt, his licet hæc
ille.

Sed abutur Dionysius divinissimus accedat,
& quasi diacono officium predicationis ascri-
bat: nequaquam. Dicit enim dominus Alber-
tus ibid. sic, post verba Dionysii, quod Dio-
nysius dicit, quod ista communia erant in
consummatis orationibus, scilicet quibus
consecrabantur episcopi, presbyteri, & dia-
coni, & ista esse communia: Primum est,
quod signantur signo crucis. Secundum,
quod ad talem ordinem assumantur. Ter-
tium, quod osculantur omnes sancti, qui
adsunt. Quartum, quod quilibet horum ab
episcopo consecratur. Primum notatur ibi-
dem, Signaculum cruciforme, id est, in
modum crucis. Secundum ibi, Prædicatio
id est, recitatio ex nomine, quod ad ta-
lem ordinem assumantur: quia episcopus di-
cebat signanter: Ne de sacerdotibus in
episcopum divina eum provehente gratia as-
sumetur; & similiter de aliis. Tertium ibi,
salutatio, id est, osculatio; & hic erat ri-
tus consecrationis in primitiva ecclesia: u-
nus episcopus poterat episcopum consecra-
re. Hæc ille.

Ex quibus patet, replicantem non intelle-
xisse Dionysium Prædicatio enim dicitur ibi
passive pro recitatione publica ex nomine. Et
quia dicit me truncasse glossam, ostendam
ipsum truncasse illam partem glossæ, quæ to-
tam suam glossam, excitat. Verbum enim ip-
se cessavit sequitur, Et sic in sede Apostoli-
ca, Ex quo quidam dicunt in Romana eccle-
sia, & de cardinalibus hoc statutum servan-
dum: hic vero intelligit generaliter esse pro-
hibitum, cum ad legendum evangelium sint
instituti: quod patet ex illo verbo, quod di-
cit, Infra Missarum solerania. Hæc ibi, ut
dicit glossa quod nullo modo est dicendum,
diaconi officium esse predicare publice, sed
legere evangelium, quod notat textus qui se-
quitur in eodem capite dicens: "Qua de re
presenti decreto constituto, ut in sede hac
sancti altaris ministri cantare non debeant.
solumque evangelicæ lectionis officium in-
fra Missarum solemnias exsolvant." Hæc ibi,
E Novæ, dicit, quod solum lectionis evangelia-
re officium exsolvant; quod prius dixit præ-
dicare; & sic ipse truncavit textum cum glo-
sa satis præjudicialiter. Patet ergo, quod nisi
diaconi sint curati non convenit eis absque li-
centia speciali predicare.

Sed dicit replicans: Miranda res, si officium
diaconi non est nisi legere evangelium, cur
ejus officium est tam periculosum, ut dicit Au-
gustinus distinct. xl. Ante omnia? Respondeo
quod non ideo dicitur periculosum, quia habet
legere evangelium, sed quia diaconus habet in
omni.

Dion. Arre-
p. de eccl.
hierarch. c. 3.a Alio ma-
nuscripto.
hæc ille.b Alio lib.
singulare.Dicit. q. in
sanctis. c. 2.
Locus ut vi-
deatur. ut tran-
sciat.c. Alterliber.
excipit.d. Per se, ubi
dicit.q. 1. Ad
romana c. 10.Dicit. 29. in
sanctis. c. 2.
Greg. lib. 4.
cap. 44.Cap. 7. Aug.
ad Valerium
epist. 148.

ANNO
CHRISTI
1411.

omnibus assistere presbytero, & ministrare in
omnibus, quæ aguntur in sacramentis Christi,
scilicet in chrismate, in patena & calice, &
sic de singulis, ut patet in capite. Periculis:
distinctione xxv. & in cap. clericos; distin-
ctione xxi. Sicut in sacerdotibus consecratio,
ita in diacono ministerii dispensatio. Et cum
periculosum sit gerere officium sacerdotii pro-
pter sacrum ordinem, quem habet, ut caste
vivat, bonam vitam ducat, & sacramenta di-
gna tractet: sic & omnia illa exiguntur in
diacono: & tamen multi sunt presbyteri, qui
non tenentur prædicare; nihilominus officium
eorum est periculosum propter ordinis emi-
nentiam, & eorum, quæ ad ordinem requi-
runtur presbyteralem: sic & in diacono.

Circa quartum corollarium ponit, ut dicit,
mihi oppositum, scilicet quod congruit valde
multos esse prædicantes, etiam si non tot sint
populo missantes: simul ambo haberi non pos-
sunt: dixi enim sic inter cætera; Sciendum
tamen, quod in casu forte esset laudabilius
prædicare ei, qui habet auctoritatem, quam
missare; scilicet si esset populus infirmus &
infidelis in his, quæ credere vel agere tenen-
tur. Tunc si talis sacerdos simul utrumque fa-
cere non posset potius esset ei prædicandum,
quam missandum. Et tunc diceretur prædica-
re esse melius, quam missare, non simplici-
ter & absolute, sed stante tali conditione: &
sic secundum quid cederet perfectius minus
perfecto, scilicet in ordine ad talem popu-
lum infirmum & egrotantem; sicut bonum
vinum licet de se sit melius quam aqua, ta-
men aqua melior est febicitanti. Verumtam-
en communiter actus missandi non repugnat
actui prædicandi: imo simul stant, & unus
ordinatur ad alium, sicut prædicatio ordina-
tur ad hoc, ut populus devotius præparetur
ad audiendum Missam; in cuius signum præ-
dicatio solet communiter fieri ante elevatio-
nem, scilicet post evangelium. Sed populo
jam bene converso, dixi, utilius est sæpe
missare, & interdum prædicare; quam quoti-
die prædicare, & raro missare.

Quod autem inter cætera dicit, quod negli-
gentia Christiani populi plus purgantur per a-
lia, quam per Missarum consuetudinalem au-
ditionem, puta per eleemosynarum largitio-
nem, verbi Dei devotam auditionem, eu-
charistia communionem; dico quod hoc ali-
quando fallit, quod plus purgantur per ista,
quam per Missarum auditionem: quia sæpe
cum majori devotione & dispositione audit
Missam, quam faceret alia illa, vel alterum
ex his: & sic percipit effectum spiritualis com-
munionis & incorporationis Corporis Christi.
Unde non solum sacerdos, sed & circumstan-
tes dicuntur communicantes. Ideo licet ipse
solus communicet, tamen in plurali orat, di-
cens: Purificent nos quæsumus Domine sacra-
menta, quæ sumpimus. Ad rationes in con-
trarium adductas.

Ad 1. Illud plus congruit populo, cujus ex-
emplum Christus, Apostoli, & primitiva ec-
clesia in se plus ostendunt: sed illi plus præ-
dicarunt, quam missarunt; ergo, &c. Respon-
deo quoad Christum, non sequitur: Christus
pluries prædicavit, & tantum semel missavit.
ergo utilius est prædicare, quam missare. Quia
ut prædixi, Christus tantum semel passus est,
& pluries prædicavit; & tamen ejus passio u-

tilior est quam ejus prædicatio; non enim
quod pluries sit, de eo melius est, sed im-
perfectius, ut declaravit. Ad Apostolos & ec-
clesiam primitivam, an illi sæpius prædicave-
rint vel celebraverint, nescio: Credo quod
quotidie celebraverunt, nam fideles quotidie
communicaverunt; de consecratione, distin-
ctione 11. Peracta; ergo & Apostoli. Nec est
verisimile quod Apostoli induxissent populum
ad quotidie communicandum, nisi hoc etiam
exemplo ostendissent, & ipsi missando cele-
brassent. Unde, *Ei erant perseverantes in ora-
tione, & fractione panis.*

Ad secundam, ubi arguit: Illud valde con-
gruit populo, quod est pabulum dignioris par-
tis hominis: sed hoc est verbum Dei. Re-
spondeo, quod non minus est pabulum ani-
mæ auditio Missæ, per quam homo incorporat
Christo, ut dictum est.

Ad tertiam: Illud plus congruit populo,
per quod plures convertuntur ad fidem: sed
tale est prædicatio; ergo, &c. Respondeo,
quod in esu, ubi populus indigeret conver-
ti, & sacerdos non posset utrumque simul fa-
cere, celebrare, & prædicare, potius esset
prædicandum, quam celebrandum.

Ad quartam: Illud plus congruit populo
per quod generantur in filios Dei, sed hoc
est prædicatio. Respondeo, quod ubi popu-
lus esset extra fidem, & sic non essent filii
Dei, juxta illud Joannis 1. *Dedit eis potestatem
filios Dei fieri, his qui credunt in nomine
ejus, utilior esset prædicatio: sed dum sunt
filii Dei per fidem, ut nunc est populus in
fide fundatus, utilior est celebratio. Dico et-
iam quod missatio in hoc excedit prædica-
tionem, quia prædicatio tantum convertit vi-
vos, celebratio Missæ etiam adjuvat defun-
ctos. In plerisque tamen prædicatio & Missa
se habent adinvicem, ut excedentia & excessa.*

Ad quintam: Illud plus congruit populo,
cujus executionem Dominus strictius præcepit
fieri: sed hoc fuit prædicatio. Respon-
deo, quod Dominus non minus præcepit A-
postolis Missas celebrare, quam prædicare.

Nam sicut præcepit dicens: *Euntes prædicat*
ita præcepit: Hoc facite in meam commemora-
tionem. Tamen comparationibus omiſſis, te-
nemus cum beato Augustino, questione 1.
» Interrogo; quod non minus est verbum Dei,
» quam Corpus Christi: secundum glossam,
» hoc modo; quod plures convertit, & facit
» compungi hominem, ut omnia peccata per
» verbum Christi quandoque tollantur. Sed
» per Corpus Christi venialia tantum tollun-
» tur, ut de consecratione distinctione 1. cap.
» Iteratur: & capite, Quotidie. Hæc ille.
» Tamen inter omnia grata Deo Patri, gra-
» tissimum est sacrum Missæ officium: nihil enim
» in sacrificiis majus esse potest quam Cor-
» pus & sanguis Jesu Christi. De consecratio-
» ne, dist. 11. Nihil.

Circa quintum corollarium inter cætera dif-
famatoria dicit de templis & altaribus: Sic
purant enim cæci duces cum cæco populo,
quod verus Dei cultus & honor, aut sancto-
rum laus consistat in ampla templorum stru-
ctura, aut in altarium splendida multitudine,
&c. Pro certo dico quod non minus si popu-
lus audiens talia prædicare sacerdotes, frangit
templa, evertit altaria. destruitque sancta
Vere ita est, sicut dominus replicans dixit in
uno

ANNO
CHRISTI
1411.

ANNO
CHRISTI
1433

ANNO
CHRISTI
1433

uno corollario, cause ruinæ populi sunt maxime sacerdotes mali, præsertim hæretici pessimi, præambuli Antichristi, qui quicquid Christi nomini consecratum est, Antichristi more demoliri conantur. Et in tantis sacrilegis, cum quid agam ego ignoro, hoc mihi relidit est, ad omnipotentem oculos erigere cordis & clamantem exaudiet me, secundum magnam gloriam suam, orantem illud psalmistæ: *Deus, veniunt gentes in hereditatem tuam, possederunt templum sanctum tuum, possuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum, improprium ipsorum, quod exprobraverunt tibi Domine, nos autem populus tuus & oves pascuæ tuæ confitebitur in sæculum. Amen.*

Carca sextum corollarium: Cuicumque ex causa rationabili Papa prohiberet officium prædicandi sub excommunicationis sententia, ille teneretur obedire. Probavi ex praxi Christi, & suorum Apostolorum, ex concilio Nicæno, Carthaginensi, & aliis: ut capite, cum ex injuncto, & sententialiter conclusi, quomodo unico Sole, id est, ecclesiæ universali auctoritate, omnia suarum disputationum allegata poteram extirpare, sicut beatus Hieronymus post longam disputationem dixit ad Luciferianum. Responsum nullam reportavi, & optime, quia spero quod consentiat veritati a me irrefragabiliter probatæ.

In septimo corollario meo mihi condescendit, & se correxit, quia primo posuit, quod propter scandalum perversorum non esset omittenda prædicatio. Nunc declarat se, dicens, sicut ego posui, quod non simpliciter, sed aliquando possent ad tempus propter scandalum puillorum. Hoc ego concessi, & scripturis multis probavi. Tamen quia non obstante illa declaratione, probat primam conclusionem tripliciter, ego respondeo ad 1. articulum: Nullum præceptum Domini propter scandalum perversorum est omittendum: sed fidelis prædicatio verbi Dei est præceptum Domini: ergo, &c. Respondeo quod in tali casu, ubi, ut dixi in prima positione, omnes scandalizantur de prædicatione, non est præceptum Domini prædicare, imo est præceptum eius pro tunc tacere, juxta illud Matth. 7. *Nobis sanctum dare canibus*, secundum expositionem beatorum Chrysostomi & Augustini.

Ad 2. Oblatio venerabilis sacri eucharistia non est omittenda propter scandalum perversorum, ergo nec prædicatio. Respondeo quod in casu ubi celebrans scandalizaret aliquem, utpote, ut si esset publicus concubinarius, vel simili crimine notorio convictus, deberet prius a celebratione abstinere, quam in scandalizatione celebrare. Ad 3. Pabulum fidelium non est omittendum propter scandalum perveriorum; sed prædicare est hujusmodi. Respondeo quod in casu scandali prædicatio non

est pabulum scandalizatorum, ut deduxi in positione alias, ex Petro de Palude.

In corollario octavo increpat me, quod dixi, prælatos & episcopos posse per se vel per alios in certis casibus satisfacere officio prædicationis, ubi ipse vult quod per se teneantur: & dicit, quod non estimat me aliud velle, nisi prælatos liberare & excusare a fidei verbi Dei annuntiatione. Respondeo quod nunquam mentis meæ fuit hoc, sed suspensionem suam evomit. Sæpe enim dixi officium episcoporum esse prædicare verbum Dei: sed intendo illud quod dicitur libro tertio de offic. ord. cap. decimo quinto. Inter cætera quæ ad salutem animarum spectant populi Christiani, pabulum verbi Dei maxime noscitur ei necessarium: quia sicut corpus materiali, ita anima spiritali cibo nutritur eo quod non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Unde cum sæpe contingat quod episcopi propter suas occupationes multiplices, vel invaletudines corporales, aut hostiles incursum, seu occasiones alias, (nec dicamus de festum scientiæ, quod in eis reprobandum) est omnino, nec de cætero tolerandum,) per seipsum non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas dioceses, & diffusas, generali constitutione sancimus, ut episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exsequendum assumant, potentes in opere & sermone. Hæc ibi. Ibi enim comprehenduntur peno casus quos posui, in quibus pro loco & tempore juxta negotiorum concurrentium varietatem, possunt prælati prædicationis officio per alios providere.

Hæc sunt, quæ ego frater Henricus Kalteisen, ordinis fratrum Prædicatorum, sacre theologiæ professor, ac pravitate hæreticæ inquisitor, vobis Bohemis conscripsi, pro vestra reductione ad unitatem sanctæ universalis ecclesiæ, pro vestra eruditione juxta mihi ministrata in 3. articulo, scilicet de verbi Dei libera prædicatione. Hæc audistis, quæso corde credatis, & ore confiteamini: ut fructum æternæ beatitudinis consequi mereamini, juxta thema in hujus replicæ principio assumptum, scilicet, *Beati qui audierunt verbum Dei, & custodiunt illud*. Præscripta autem singula huic sacrosanctæ generali synodo Basileensi offero corrigenda, cujus judicio me subjicio per omnia.

Terminata fuit hæc replica in præsentia sacri concilii & Bohemorum teçitata anno MCCCCXXXIII. in hebdomade pænosa, celerime & abrupte collecta propter nimiam festinantiam Bohemorum ad recedendum Ideo propitium requirit correctorem

Ei hæc est finis materia, videlicet articuli tertii.

Deus gloriosus sit benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

ANNO
CHRISTI
1433.

JOANNIS DE POLEMAR

ANNO
CHRISTI
1433.

ARCHIDIACONI BARCINONENSIS,

Apostolici palatii causarum Auditoris.

O R A T I O.

In eodem
anno c. Hen-
rico Caroli.

Qua in concilio Basleensi anno MCCCCXXXIII.
per dies tres refutavit quartum articulum
Bohemorum, de civili dominio clericorum, quem
proposuit per iradium Petrus Rayne Anglus.

Psal. 69.

1. Reg. 17.
Psal. 88.
Act. 13.

1. Petr. 4.

Psal. 64.

DEUS in adiutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me festina. Excelsus ille propheta David, de quo scriptum novimus, Deum dixisse quod invenerit hominem secundum cor suum, sic sum humilitati omnium virtutum solido fundamento fixus stabat, ut nihil de suis viribus ingeniove praesumeret: tamquam in se deficiens, divinum ad se poscebat adiutorium festinare: & velut imbecillis infans, qui est manu tereatur a matre, nihil sibi corpuscule fragilitati confusus, dum premio eius toto corpore non inhæret, matrem inclamitat: & palpitando tremens inhære festinat. Sic inculcata petitione Deum in adiutorium eius intendere, & ipsum Deum ad adjuvandum se festinare deposcit. Hanc Prophetam, Deoque accepti viri vocem sancta mater ecclesia per omnes dies in singulis divinarum officiorum exordium laudabili more exhibendam assumit. Nec inmento ad divinas laudes accedens, Dei auxilium deprecatur, sciens quod adversarius noster, qui juxta beati Petri doctrinam, circum, quærens quem devoret, tunc infremat vehementius, tunc instantius suas molitur insidias, cum divinis obsequiis appropinquare nos cernit. Hinc Sapiens ait: *Fili, accedens ad servitium Dei, sta in justitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Ecclesiastici 11. capitulo.

At ego hominum nimis aggressurus hoc tam grande negotium, matris mee morem servabo, ut pro divini auxilii imploratione ipsam propheticam accipiam vocem. Et si in distandis precibus apud iudices solemus patronorum jamdudum approbatorum insequi formas; quanto magis apud Dei majestatem in offerendis precibus uti decet verbis eorum, quos Deo placuisse cognovimus: quam maxime quæ ab ecclesia sancta catholica Spiritus sancti magisterio docta, sunt in quotidiano usu recepta? Jam jam igitur sanctum David, sanctamque matrem ecclesiam imitans, ad te Deus, mundi creator, & prudentissime gubernator, tota cordis intentione cum fiducia plena recurrens postulo atque dico: *Deus in adiutorium meum intende*, &c. Da Domine mihi sedulum tuarum astuticem sapientiam, & noli me reprobare a pueris tuis, quoniam servus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ ecclesiæ sanctæ catholicæ: da mihi in apertione oris mei sermonem cum fiducia, & ut notam facere cunctis valeam hujus articuli veritatem. Et tu gloriosissima Dei genitrix virgo Maria, vobis que omnes cives Jerusalem civitatis superæ, tam angelici spiritus quam humani, me supplico vestris precibus adjuvate: Silvester, Concil. Gen. Tom. XXIX.

A Gregori, Thoma Cantuariensis, cæterisque sancti Pontifices, qui in ecclesia Dei, postquam temporalibus affluit, mirabiliter coruscatis; vos in vestra causa interpello, assistite mihi, gloriam vestram defendi depono: Vestrum quoque omnium, qui præsentibus adestis, devota orationis suffragia pro me fieri postulo, atque ut pro omnibus communiter exoremus, dicentes: *Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem in diebus vestris.* Amen.

Reverendissimi in Christo patres, illustrissime princeps, ac reverendi in Christo patres in ecclesia Dei prælatione surgentes, doctores, atque magistri, cæterique viri perspicui, qui de universis Christiani orbis nationibus in hoc loco divine benedictionis in Spiritu sancto congregati estis ad celebrandum universalis ecclesiæ nite congregatum generale concilium: Non indigne ferant vestre reverentia humili supplicatione depono, nec vitio temerarie præsumptionis adicipiant, si ex tanta doctissimorum virorum copia ego cunctis inferior hoc tam grande negotium aggredi ausus sum. In eo namque studio, in quo nutritus fui, minori asserti constitutio primum locum ut difficiliora majoribus referrentur: propterea qui primum locum vindicat, non præsumptuosus, sed magis humilis reputatur: hæc lege fretus, hoc mihi licere putavi. Ego igitur, si placuerit, primo dicam, & vos deo corrigetis, quoniam hæc est mentis meæ firma sententia, quod omnia dicta mee sanctæ matris ecclesiæ, & hujus sacri concilii ipsam representantis, correctioni sint & determinationi subjecta. Nec mirum, si ego sciolus hoc dico, cum doctissimi ac sanctissimi Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, cæterique doctores ipsius sanctæ matris ecclesiæ determinationi subiecerint dicta sua. Ego igitur corrigi & emendari sum paratus, si quid forsitan proferam minus recte, imo & ex tunc haberi volo pro non dicto.

Est & in alio mentis meæ intentio declaranda, quod nihil intendo dicere in injuriam, contumeliam, vel offensam dominorum ambasiatorum inclyti regni Bohemie hic præsentium, sed cum eorum bona pace: quod si forte inadvertenter aliquid dixerit, quod in eorum injuriam vel offensam videatur sonare (quod nullatenus me facturum puto, cum non sit ex meo animo) haberi postulo pro non dicto: quoniam testis mihi est Deus, quod nullatenus eos offendere, nec exasperare cupio, sed placere. A vobis dominis ambasiatoribus postulo gratam & benignam pariter & attentam audientiam accommodari sermonibus meis: quoniam in veritate loqui intendo, & ex caritate, per quam pro vestra salute pariter & honore, non solum mea, sed meipsum impendere sum paratus. Det nobis omnipotens Deus per suam clementiam, suppliciter postulo, idem sapere, & in

A a a a una-

ANNO CHRISTI 431

ANNO CHRISTI 431

unanimitate & caritate suae majestati acceptabiliter famulari. Amen.

Jam ad disputandam articuli materiam appropinquans, ne velut rusticus & agrestis hospes illotis manibus ad divinam mensam accedam, brevem praefationem decrevi praemittere, non peregrinam, sed utique pertractandae materiae satis consonam: pro cuius fundamento suscipio verbum ex evangelio his diebus saepius recitato: *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel.*

Luc. 11. cap. Expavescit anima mea, nimioque terrore concutitur, audiens verba prophetae hujus, de cuius veritate dubitare non licet: cui tale ab evangelio testimonium perhibetur, quod erit homo iustus & timoratus, expectans redemptionem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Quid dicis sancte propheta?

de quo loqueris. *Ecce hic positus est*, &c. Plane de Jesu ad matrem ejus evangelista dictum offendit. Quid hoc? Nonne angelus, qui ejus conceptum ad Joseph nuntiare venit, dixit, quod ipse saluum faceret populum suum a peccatis eorum? Matth. 1. Nonne & tu expectans ipse eras redemptionem Israel?

& ad aspectum ejus, tamquam redemptionem vidules Israel, exultasti, & benedixisti Dominum, dicens: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia evenerunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel.*

Si ergo ipse est salutare Dei, si est lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis Israel, quomodo nunc dicis, *Ecce hic positus est in ruinam*? Si dixisses: *Ecce hic positus est ad ruinam gentium, & resurrectionem Israel.* dixisses quod sperabant Judaei: sed utrumque dicitur in Israel. Israel populus Dei erat, ergo in populo Dei utrumque contigit, quod aliis erat in resurrectionem, aliis in ruinam.

Quid hoc? tabescere fecisti velut araneam animam meam. Sed & frustra conturbatur homo quoniam verba prophetae mentiri non possunt, & mysterio magno non carent: videamus, si suggerente Spiritu sancto aliquid capere ex eis possumus. Jesus salutare est, Jesus lumen est, quomodo salvat? quomodo illuminat? utique per sermonem suum, quia verbum ejus erat lux ex se illuminans omnem hominem, sed non omnis homo est illuminatus ex eo, non luminis, sed visus defectu.

Unde Origenes: Sicut enim lux, etsi oculi debiles turbet, lux est: hoc modo Salvator perseverat, etsi plurimi corruant, neque enim est ejus officium destructio, sed eorum salutatio. Quamobrem non solum ex salute bonorum, sed etiam ex malorum dissipatione virtus ejus ostenditur. Nam sol quia multum radiat: propterea visus debiles praecipue turbat. Et Chrysostomus: Attende autem distinctionis exquisitam prolationem: praeparatio quippe salutis dicitur coram omni populo, sed casus & sublevatio plurium: divinum enim propositum est salus singulorum: casus autem & sublevatio consistit in plurium intentione credentium & non credentium.

Jam ut opinor videre incipimus quomodo ipse Jesus, qui pro salute hominum venit in mundum, positus est in aliorum ruinam, & aliorum resurrectionem in Israel, sed non vere Israel, in Israel secundum carnem, sed

in Israel secundum spiritum. Hoc idem evangelicis testimoniis comprobemus. Idem ipse Christus dixit Joannis 5. *Veni hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei, & qui audient, vivent.* Ecce quomodo in resurrectionem multorum, non omnium, quoniam qui audient vivent: audient, id est, obedient: audient aure cordis, multi enim audierunt aure corporum, qui non habuerunt vitam, prout Augustinus exponens hunc passum ait. Addatur aliud testimonium ex evangelio Joannis 11. *In judicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant, & qui vident, ceci ciant.* Sic ergo in aliorum resurrectionem, & aliorum ruinam. Addamus

tertium, ut tria sint qui testimonium dent, juxta canonicam Joannis.

Et istam materiam clarius legimus in evangelio Joan. vi. quod cum Christus dixisset: *Nisi manducaveritis*, &c. multi discipulorum dicentes: *Durus est hic sermo*, & abierunt retro, & remanserunt cum Jesu duodecim. Ecce sermo Dei, qui lux est vera, non solum in Israel, sed in Christi discipulis, aliis in vitam fuit, aliis in ruinam. Unde Augustinus super Psalmum LIV. & habetur de consecratione distinctione 11. Prima quidem haereticis in discipulis Christi velut a duritia sermonis ejus facta est. Cum enim diceret: *Nisi quis manducaverit*, &c. illi non intelligentes dixerunt ad invicem: *Durus est hic sermo*, & separaverunt se ab illo: remanuit cum duodecim, instruxit eos: *Spiritus est*, inquit, qui vivificat, caro nihil prodest, verba quae locutus sum ad vos, spiritus & vita sunt. Intellexistis spiritualiter? spiritus, & vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt: &c. Et sic prima haereticis a sermone Christi occasionaliter orta est propter illorum malam intelligentiam: & universae haereticis, quae ab initio nascentis ecclesiae ortae sunt, ex hoc processerunt.

Exemplificemus de aliquibus. Fuerunt quidam haeretici vocati Carpocratiani, qui ex evangelio Lucae 2. *Cum inducerent Jesum parentes eius*, saltem suscipientes intellectum, dixerunt Christum hominem tantum fuisse, & de utroque sexu progenitum, contra illum articulum fidei, Natus ex Maria Virgine.

Fuerunt & alii vocati Cerinthiani, qui ex eo quod dixerat Matthaei 5. *Non veni solvere legem*, dixerunt circumcisionem esse servandam, contra illud Apostoli ad Galatas 5. *Si circumcidamini, Christus nihil vobis prodest.*

Fuerunt & alii qui se nominabant Apostolicos, quia dicebant se apostolicam vitam servare, & neminem posse salvari, qui proprium possideret, propter illud verbum Christi, *Nisi quis renunnaverit omnibus quae possidet*, &c. Horum sectator fuit Manicheus, & etiam Julianus Apostata, qui sub hoc colore Christianos suis facultatibus spoliabat.

Fuerunt & Adamiani, qui ex illo verbo Christi Matthaei 19. *Nisi efficiamini sicut parvulus iste*, &c. dicebant quod ad statum primae innocentiae oportebat redire, & ideo nudi orabant. Audivialiquando in Bohemia aliquam sectam his similem fuisse, quae tamen exufflata & deleta fuit, Deo gratias.

Fuerunt & alii vocati Anthropomorphytae, qui propterea quia legimus in sacra scriptura, *Dexteram Dei fecit virtutem*, & *Terra scabellum pedis*.

Aug. tr. 19. in Joan. cap. 1.

De consec. dist. 11. Prima haeretic. cap. 46. Joan. 6.

Psalm. 117. vs. 5. ad. pe.

ANNO
CHRISTI
1631.

pedum ejus, & alia similia, creabant Deum A
habere humana membra, contra illud Joannis
iv. *Deus spiritus est.*

Fuerunt Heracleonites, dicentes omnia con-
filiia perfectionis data a Christo in evangelio,
esse obligatoria omnium Christianorum; ino-
nachos tantum recipiebant, & conjugia res-
puebant.

Fuerunt & Donatista, qui ex eo quod Chris-
tus dixit, *Pater major me est.* denegant Fi-
lius secundum divinitatem equalem esse Pa-
tri: contra quos in symbolo, dicitur, *Aqua-
lis Patri secundum divinitatem, minor Patre
secundum humanitatem.*

Fuerunt & quidam, qui ex eo quod Chris-
tus dixit Apostolis, *Nolite portare, neque pe-
ram, &c. neque calcamenta,* nudis pedibus
ambulabant, omnes calcneos damnabant.

Fuerunt & qui propter verbum Christi, *Si
quis reliquerit patrem & matrem, uxorem, fi-
lios, &c. relinquebant uxores, filios etiam par-
vulos non curabant alere, neque parentes etiam
debiles: contra quos in Gangrensi concilio multa
decreta facta fuerunt, quae habentur trige-
sima distinctione: Si qui filii. Et multis.*

Et haec causa exempli dicta sufficiant. Nam
multae aliae haereticorum sectae, Deo permit-
tente, in Christiano populo ortae sunt, de qui-
bus Ildorus viii. libro etymologiarum, &
habetur xxiv. quae fore omnes ex sacra scri-
ptura, non tamen bene intellecta, se funda-
mentum accipere crediderunt. Unde Chryso-
stomus de laudibus Pauli homilia iv., *Omnes
haereses, inquit, praedicant Christum, sed
non omnes sane praedicant atque legitime.*

Nunc autem Augustinum audiamus & ejus
consilium diligenti animo perpendamus, ser-
mone xviii. super illud Joannis v. *Non po-
test Filius quicquam a se facere, &c.* sic inquit
*Neque enim naturae sunt haereses, & quaedam
dogmata perversitatis illaqueantia animas,
& in profundum praecipitantia, nisi dum
scripturae bonae intelliguntur non bene, &
quod in eis non bene intelligitur, eorum tem-
mere & audeat asseritur. Itaque, carissi-
mi, caute haec audire debemus, ad quae ca-
pienda parvuli sumus & corde pio, & cum
tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes
regulam sanctitatis, ut quod secundum si-
dem, qua imbuti sumus, intelligere value-
rimus, tamquam de cibo gaudeamus: quod
autem secundum sanam regulam intelligere
non potuerimus, dubitationem auferamus,
intelligentiam differamus, hoc est, ut etiam
si quid sit nescimus, bonum tamen & verum
esse minime dubitemus. O sacrum & me-
morandum documentum, illorum praesump-
tionem confundens, qui quicquid eorum intel-
lectus non ceperit, reprobant & condemnant.*

Nam sic consultit Augustinus Sed etiam si
nescimus, inquit, bonum & verum mini-
me dubitemus. Magna ergo reverentia scri-
ptura sacra suscipienda est, & ejus vera in-
telligentia est cum diligentia flagitanda. Nam
non in verborum foliis est evangelium, sed
in radice rationis. Unde Hieronymus in epi-
stola ad Galatas, & est in decretis i. quest. i.
Marcion & Basilides & caeteri haereticorum
pestes, non habent Dei evangelium, quia
non habent Spiritum sanctum, sine quo hu-
manum sit evangelium quod docetur. Nec
patemus in verbis scripturarum esse evan-

Concil. General. Tom. XXIX.

gelium, sed in sensu: non in superficie,
sed in medulla: non in sermone solus,
sed in radice rationis.

Et ad hoc propositum Cassianus in secunda
collatione abbatis Sereni juxta principium,
cum dixit quod sacra scriptura est ager ferti-
lis, in quo sunt aliqua, quae ad literam pas-
sum habent, sicut illud: *Audi Israel, Deus
unus est,* dicit quod etiam aliqua sunt,
quae nisi allegorica explanatione extenuata
fuerint, & spiritualis ignis examinatione
mollita, nullo modo ad salutarem interro-
ris hominis cibum, sine corruptionis a labe
perverient: magisque ex eorum perceptione
laesio quam utilitas subiequetur, ut est il-
lud: *Sint lumbi vestri praevii, & Qui non
habet gladium, tenet tunicam, & emat, &:
Qui non accipit crucem, & sequitur me, non
est me dignus.* Quod quidam districtissimi
monachorum, habentes quidem zelum Dei,
sed non secundum scientiam, simpliciter in-
telligentes, fecerunt sibi cruce lignea, eas-
que jugiter humeris circumferentes, non edi-
ficationem, sed risum cunctis videntibus in-
tulerunt.

Et idem in prima collatione abbatis Moysi
sub parabola de trapeza, cujus studium est,
ne in moneta decipiat: *Agnoscite, in-
quit, nos haec spiritualiter obviare debe-
re.* Sub hujus nominis exemplo demonstrat
primum, ut quicquid cordibus nostris ir-
reperit, vel si quod nobis dogma fuerit in-
tromissum utrumnam sit divino & caelestis
spiritus igne purgatum, an ad Judicium su-
perstitionem pertinens, seu de saeculari phi-
losophiae tumore descendens, in superficie
tantum praefert pietatem diligentissime per-
scrutemur quod ita poterimus implere, si
illud apostolicum fecerimus: *Nolite omni
spiritu credere, sed probate spiritus si ex Deo
sint.* Quo genere quosdam dicit fuisse dece-
ptos. Et infra subjungit: *Secundo sollicite
nos explorare convenit, ne auro purissimo
scripturarum prava interpretatio coaptata,
metalli pretiositate nos fallat. In quo etiam
est, quod Domino Salvatore callidissimus
diabolus velut homini simplici, tentavit im-
ponere, dum ea quae generaliter sunt su-
per justorum intelligenda personis, male-
vola interpretatione corrumpens, etiam spe-
cialiter huic, qui angelorum custodia non
egebat, adaptare conatur, dicens: *Mitte te
deorsum; angelis enim suis mandavit Deus
de te: ne offendas ad lapidem pedem tuum.*
Praecisa scilicet eloquia scripturarum calli-
da assumptione convertens, & ad contra-
rium sensum noxiumque detorquens, ut
imaginem tyrannici vultus sub colore no-
bis auri fallentis objiciat. Et infra: *Quae
cum sint nostrae salutis professione contra-
ria, tamen velamine quodam misericordiae
ac religionis oblecta, facile imperitos ca-
utoique decipiunt: imitantur enim numis-
mata veri regis, quia videntur ad praetens
plena pietatis, sed non sunt a legitimis mo-
netariis, id est, catholicis & probatis pa-
tribus figurata: nec de cardinali ac publica
collationis eorum procedunt officina; sed fur-
tim fraude demonum fabricata, non sine
detrimento imperitis quibusque ac ignoran-
tibus ingeruntur. Et infra: *Krit ergo neces-
saria nobis ista discretio, ut primum nos***

AAAA 2

ma-

ANNO
CHRISTI
1631.

Deo. 6.

Exemplar
impressum ha-
bit, stude.
Luc. 11.
Luc. 11.
Matth. 10.

Joan. 14.

Luc. 10.
Matth. 10.
Marc. 16.

Distin. 90.
Si quis filius,
cap. 1. 2. &
1099.

Joan. 4.

P. 11. 9.

Cap. 4.

ANNO CHRISTI 1613

ANNO CHRISTI 1613

„ materia auri veri seu fucati fallentisque non lateat. Secundo, ut has cogitationes, que mentiuntur opera pietatis, tamquam adulteria numismata, & paracharaxima reprobemus, utpote que falsam imaginem regis non legitime signata contineant: velut illa que in auro pretiosissimo scripturarum, vitioso & hæretico sensu, non veri regis, sed tyranni præferunt vultum, similiter discernentes, refutare possimus.

Attendamus obsecro, & in mente juxta habeamus hujus sancti patris sapientissimum dogma, qui sub similitudine de moneta, falsam nos docet cavere doctrinam. Etiam sicut ipse declarat, moneta falsa est, sive que de non bono metallo fabricata est, sive que non habet veram imaginem, quia non est fabricata in publica officina. Sic est pariformiter in doctrina: omnis doctrina suspecta, sive sit que ex sacra scriptura non est accepta, sive que ex sacra scriptura verba suscipiat, sed non est in sensu, quem Spiritus sanctus flagitat, applicata; sicut diabolus fecit, quando dicebat Christo: *Mitte te deorsum, scriptum est enim: Angelis tuis*, &c. Auctoritatem scripturæ assumebat, sed in sensu sophisticato atque falso. Et sicut timens decipi in moneta, volensque sibi bene cavere, non vult recipere monetam, nisi de publica officina: sic fidelis Christianus, qui tuto vult dirigi in doctrina sana, nullam suscipiat, nisi quam in publica officina publice & generaliter in ecclesia Dei videt suscipi & approbari. Sicut enim beatus Augustinus ait, omnis catholicus securus partem eam detestatur, cui ecclesiam universalem Apostolicis sedibus roboratam, non communicare cognoscit. Unde Hieronymus super illo verbo Pauli ad Galatas cap. II. *Contuli cum illis*, sic ait: Ostendit se non habuisse securitatem evangelii, nisi auctoritate Petri & aliorum roboratus esset, id est, nisi deduxisset ipsum ad publicam officinam. Si ergo Paulus ostendit se non habere securitatem evangelii, nisi deduxisset ipsum ad publicam officinam, ad concilium ecclesie, quis auderet doctrinam aliquam suscipere, aut docere, quam non approbaverit sancta Dei ecclesia? Et ad idem est Augustinus contra Faustum. „ Apostolus enim Paulus post Christi Ascensionem de celo vocatus, si non cum Apostolis communicaret, & cum eis evangelium conferret, quo ejusdem societatis esse appareret, ecclesia illi omnino non communicaret. Et hæc ponuntur per glossam in loco præallegato,

Metk. 4

Jam igitur recolligendo prædicta, cum sermo divinus, juxta dicta thematis præsumpti, positus sit in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel; in resurrectionem scilicet sanæ intelligentium, & in ruinam perversum sensum capientium ex eodem, ut supra deducendum est, sobrie & humiliter suscipi debet, neque statim quod prima significatione verborum aliquid sonare videtur, illi sensui adherendum est: quoniam non in verborum foliis, sed in radice rationis consistit evangelium, ut Hieronymus dicit, & est supra allegatum: omnique hæretici, & diabolus etiam, pro se allegant scripturam, ut prædictum fuit. Sed consulendi sunt majores quid senserint patres Spiritu sancto pleni, non inniti proprie prudentiæ, contra Salomonis doctrinam. Super quo

A verbo Hieronymus inquit, „ Imitemur prudentiam suam: Prudentiam suam innatur, qui ea, que sibi agenda vel dicenda videntur, præponit decretis patrum. Sed potissime standum est determinationi sanctæ matris ecclesie, cui Hieronymus, Augustinus & omnes doctores sua dicta submittunt, & a qua illorum pendet auctoritas. Unde enim est quod dicta Hieronymi, Augustini, & talium, auctoritatem habent, nisi quia sunt ab ecclesia approbata; sicut legitur xv. distinctione, Sancta Romana, Si igitur doctores sua dicta determinationi ecclesie submiserunt, & ut auctoritatem habeant, ab illa sumperunt, quis ejus audebit sententiæ refragari? Si quis ergo optat sacre scripturæ profundissimum pagus transferre, in navi ecclesie hoc tantum faciet, alias infallibiliter demergetur. Oremus ergo Deum omnipotentem, ut mentibus nostris Spiritus sancti gratia infundatur, que doceat nos omnem veritatem: quatenus sermo divinitus in scriptura sacra revelatus, non sit nobis in ruinam, sed in resurrectionem, ad ipsius omnipotentis gloriam, atque laudem, & salutem animarum nostrarum totiusque populi Christiani. Amen.

Dignum reor hic dicere, quod cum juxta præordinationem divinam ecclesia sancta catholica infantie sue tempore, usque ad proximum tempus a Patre, diras tyrannorum persecutiones passa fuisset: adeo ut sicut Isidorus ait v. etymologiarum capite XIX. persecutione fervente docendarum plebium facultas minime daretur, sed Christianitas in diversis hæreses scissa esset. Tandem Constantino principe miraculose lepræ morbo sanato, & per beatum Silvestrum baptizato, in virilis ætatis robur evasit; tunc, ut idem Isidorus ait, & habetur xv. distinctione, cap. Canones; inceperunt sacra concilia celebrari. Nicænum primo, in quo sancti patres juxta fidem evangelicam & Apostolicam secundum post Apostolos fidei symbolum ediderunt: quod ideo in publica Missa altis vocibus cantat ecclesia, ut ostendat ex tunc, omni trepidatione seclusa, fidei catholice proclamationem ecclesiam generaliter accepisse. Deinde alia tria principalia concilia, & alia subsequencia, a quibus omnis ecclesie decore & pulchritudo exorta est: eoque tempore tamquam completis prophetiis, que de gloria & potentia ecclesie scriptæ erant, sicut illa: *Et nunc reges intelligite*, &c. Et illud: *Spectate domus Avidere spolia*. Et illa: *Adorabunt eum omnes reges*, &c. ecclesia, que dudum velut imbecillis tantum rogare & invitare poterat, auctoritatem & potestatem accepit etiam compellendi, sicut Augustinus scribit Donato, & habetur XXI. quæst. xv. Displicet: juxta finem sic dicit: „ Non attendit quia tunc primum ecclesia novello germine pullulabat, nondum que in ea completa fuerat illa prophetia: „ *Adorabunt eum omnes reges terra*: quod utitur ecclesia potestate, ut non solum invitet, sed etiam cogat ad bonum. Hoc tum Dominus significare voluit, qui quamvis habeat magnam potestatem, prius tamen elegit commendare humilitatem, & hoc in illa convivii similitudine satis evidenter ostendit, ubi misit Dominus ad invitatos, & venire noluerunt, & ait sermo: *Exi cito in vias, & plateas civitatis, & pauperes*, &c.

Psal. 67. Psal. 72.

Expl. 104.

Luc. 14.

ANNO
CHRISTI
1422

ANNO
CHRISTI
1422

ac debiles, Lucas & claudos introduit huc. *Et au Domino servus, Factum est ut impetrasset, & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo, Exi in vias & sapes, & compelle intrare, ut impetratur domus mea.* Vide nunc quemadmodum de his, qui prius venerunt, dictum est, *Introduc eos*, nunc dictum est, *Compelle*; ita significata sunt ecclesie primordia adhuc crescentis, ut essent vires etiam compellendi. Hec Augustinus.

Ex tunc quidem per diversa donaria tam dicti Constantini, quam aliorum fidelium principum, aucta est ecclesia Dei in temporalibus bonis ampla possessione; non quidem quin jam ante ecclesia temporalia bona habuisset, ut inferius deducetur, sed quia ex tunc amplissime magnificata est. Et quamdiu principum secularium ad ecclesiam fuit eritque devotio, & inter illas duas potestates, ecclesiasticam, scilicet & secularem, ecclesiam & imperium, fuit, erique unitas & concordia, fuit & erit quoque orbi tranquillitas, & felicitatis decor. Ideoque humani generis inimicus, cuius proprium est unitati & caritati adversari, & Christiani populi profectibus obsistere, sepe nisus est supereminare zizaniam; & sibi discordiam inter has duas potestates, inturrexerunt homines acuti ingenio, sed non in bonum: quorum aliqui provocati, qui non poterant in ecclesia promotiones, quas optaverant obtinere, vel quia districti fuerant, vel correcti, alii aliis passionibus impulsu, disputare inceperunt, & asserere quod ecclesia non poterat bona temporalia possidere vel habere, maxime civile dominium. Sed nec desuerunt, qui sententiam omnino contrariam affirmarunt, dicentes, non solum ecclesiam posse licite possidere & habere bona temporalia, & civile dominium: sed etiam Papam tamquam Christi vicarium, qui universorum esse dominus, omnium civilium dominiorum esse primum administratorem; imo & dominum eo modo, quo dominia hominibus sub Deo competant. Et ad hoc possem allegare magnam copiam doctorum sic tenentium, fuitque scriptis & tractatibus hoc firmantium.

Fuit quoque quidam cancellarius Parisiensis, qui sic inuast suum tractatum: Interdum contingit quod quis vitare volens unum errorem, incidit in contrarium, &c. & positus aliquibus exemplis sic subiungit: *Modo consimili circa potestatem Pontificum veritatis medium ponit inter illos duos errores. Nam error Waldensium fuit, successibus Apostolorum, videlicet Papae & praelatis ecclesiasticis, repugnare dominium in temporalibus, nec eis licere habere divitias temporales.* Et posita alia contraria jam superius memorata opinione, subiungit: *Inter has opiniones contrarias, quarum primam erroneam omnes putant, puto quod veritas medium ponit: scilicet quod praelatis ecclesie non repugnat habere dominium in temporalibus, & jurisdictionem, contra primam opinionem erroneam; nec tamen eis debetur per se ratione status sui, & ratione, quam sunt vicarii Christi, & Apostolorum successores, sed eis possunt convenire ex concessione principum.* Hec ille.

Ego quidem inter has opiniones quid sentire valeam, ut tamen praemissa protestationi-

bus & bona pace loquar, nisi quod prima opinio, scilicet quod ecclesie non liceat habere divitias temporales, quam praescriptus doctor dicit ab omnibus erroneam reputatam, & nonnulli asserunt fuisse condemnatam in concilio generali, de quo in capite, Excommunicamus; de haereticis, introducta sit, & detentata ab his, qui sub colore cuiusdam palliate honestatis, tamquam praetendentes optare ecclesie sanctitatem, ipsam destruere vellent. Unde Hieronymus in minori breviario super illo verbo Psalmi, *Ut destruas inimicum & ultorem*, sic inquit: *Inimicum & defensores haereticum, qui cum nequitia sua impugnet ecclesiam, eam tamen defendere assimulat.* Et Augustinus super eodem: *Quem nisi haereticum? nam ipse est inimicus & defensor, qui suam Christianam cum impugnat, videtur defendere.* Unde Gregorius xxiii. moralium: *Sepe haeretici per hoc quod esse hominibus despicabiles solent, cum a cunctis fere gentibus sanctam ecclesiam venerari contempnunt, opinionem ejus quibus valent obreccationibus lacerare contendunt, dicentes: Idcirco illi cuncta temporalia suppetunt, quia ei praemia aeternorum munerum subtrahuntur. Quorum vocibus Eliu obviat, dicens: *Ne forte avertas a facie tua, Deus proiciat eum, non homo.* Ac si arrogantes intra sanctam ecclesiam, sed tamen fideles contra haereticos dicant: *Per hoc quod sanctam ecclesiam in honore hominum florere temporaliter cernitis, projectam a Domino non credatis.* Scripsit enim redemptor ejus & in hoc itinere solatia venienti tribuere, & pervenienti ad aeternam patriam superna praemia reservare. In casum igitur dicitis quod Deus eam, non homo projecit, cum venerari eam a cunctis fere hominibus videtis: quia sic ei terrene gloriae adjumentum tribuitur, ut per hoc multiplicius etiam ad caelestia subvehatur. Sic Gregorius. De aliis autem opinionibus, sive de omnino contrariis, sive de illa, quam ipse dictus doctor ponit medium, mihi dicere non est opus. Satis mihi est sciam opinionem refellere, & quod ecclesie bona temporalia habere & possidere liceat, demonstrare.*

Hunc ergo ordinem Deo propitiante tenebo. Primo rationes in contrarium factas solvebo & enodare curabo. Secundo, licet primum sufficeret, tamen nihilominus quasi ex superabundanti, veritatem, quae est scilicet, quod ecclesie & praelatis, & personis ecclesiasticis licitum sit habere & possidere bona temporalia, firmis signis demonstrabo documentis. Haec quae praemisi, dante Domino, credo me sic luculentius agere, si passim insequar vestigia magistri Petri, qui hunc articulum proposuit, eiusque scripta, quae obtulit. In quo praeterea nolo, quod cum in mediis propositorum sit vacuum, ut clare Deo propitio deducetur; in principio tamen & in fine plurimum loquar rigide & ecclesiastico statui detrahendo, & ea, quae in ipsis principio & fine loquitur, relinquit penitus sine aliquo fundamento. Dicit in principio quod in tranquillitatis & discordiae mundi causa est dominatio cleri super bonis immobilibus, seu mobilibus hujus vitae: & ad hoc dictum nullam probationem adducit.

Ego autem e contrario dico quod ad tranquillitatem & pacem orbis multum proficit potentia & dominatus ecclesie; nisi enim ecclesie ha-

Diversa enim
monia de Do-
minio
tamquam
falsum
rebus
auctoritate

Maximè pro-
cedat.

ANNO CHRISTI 1481.

ANNO CHRISTI 1481.

haberet potentiam, tanta esset Indisciplinatio, & arrogantia hominum superbiorum, volentium inniti opinionibus propriis, quod nisi esset magna potentia ecclesie ad comprimendos eos, quotidie hæreses pullularent & recrescerent. Hoc unusquisque volens advertere, per seipsum intelligere potest, quoniam varietates opinionum eum capiositate & pertinacia non desunt, sed per timorem comprimuntur. Et potest hoc aperte cognosci ex eo, quod erat antequam ecclesia hanc potentiam haberet: prout patet ex dictis Isidori jam superius allegatis, quod ante illa tempora Constantini jam non erat facultas docendarum plebium, cum Christianitas in diversas hæreses scissa esset: etiam ex dicto Augustini superius allegato. Possent & adhuc multa alia deducere, quæ dimitto, ne efficiar nimis longus.

Conclusio adscripta.

Ponit demum conclusionem suam sub his terminis: *Secularis possessio, sicut & civile dominium, jure divino & humano, doctorum sanctorum sententiis, & ratione efficaci, tempore legis gratiæ prohibetur clero Christi.*

Deinde ad declarandum terminos, facit unam distinctionem de possessione: & ponit descriptionem possessionis, quam ponit glossa super L. 1. ff. de acq. poss. Quæ dicta per eum possent multipliciter impugnare, sed non curio contentiones verborum. Scio quidam illam descriptionem ponit glossa prædicta: & quod dividitur possessio in has tres species, civilem tantum, naturalem tantum, & naturalem & civilem: & illam, quam ponit ipse, dicit *secularem*, non est in C. nec in ff. nec in toto corpore juris, & tamen eam vult fulcire ex quadam glossa c. Licet de off. ord. Clare patet quod non facit ad propositum: videamus textum & glossam. Textus dicit: Licet tam circa viros religiosos quam clericos seculares. Distinguit huic duas species clericorum, seu ecclesiasticorum hominum, alios religiosos, alios seculares clericos. Glossa exponit quid sit dicere clericos seculares: & dicit quod clericos seculares dicuntur, qui possunt habere proprium, sicut & laici, cum religiosi hoc non possint. Sic & Ostiensis in capite primo de summa Trinitate super verbo, Communem, dicit, quod sicut Deus creavit naturam spiritualem, corporalem, & hominem cujus est mixta natura, ut ibi textus: ita genus clericorum permixtam vitam ducit inter laicos & religiosos. Quæ quidem allegata glossa facit ad hoc, quod dicatur secularis possessio, non est species secularis possessionis; imo omnis possessio in hac vita est secularis, quia secularis idem est quod temporale, ut dicit glossa super epistola ad Hebræos ix. super illo verbo, *sanctum seculare*, id est, temporale. Bene scio differentiam inter res spirituales & temporales: & temporalia possidentur, ut ipsemet dixit. Certe audeo dicere, quod competenter mihi nota est materia possessionis. Nam

O. res/sem que de prescriptio. lib. 3. c. 14. cap. 1.

C. cum dicitur de causa possessionis & proprietatis, lib. 2. tit. 14. c. 4.

Ad hanc possessio capitur pro re possessa. ff. De verb. sign. l. Interdum, & ita sæpe capitur in sacra scriptura, sicut Genes. xlii. Quod erat possessio eorum nimis. Et in evangelio Matth. cap. xix. de juvene qui habebat possessiones multas. Quas textus ipse allegat & applicat ad descriptionem possessionis supra memoratæ, ad quam nihil faciunt, salva gratia allegantis.

Relinquamus ista, & relinquamus alias suppositiones, quas facit de dominio pro declaratione termini positi in conclusione, Civile dominium; quod etiam ad bona mobilia & immobilia juxta suum conceptum applicari non potest; quoniam in bonis mobilibus habetur ab hominibus privatum dominium, & non civile, quorum bonorum dominia ut plurimum acquiruntur jure gentium, quod est jus naturale. Et valde pauci modi sunt acquirendi dominia de jure civili, l. Ex hoc jure. ff. de justit. & jure. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. & ibi glossa enumerat aliquos paucos modos, quibus dominia acquiruntur de jure civili. Et videamus ad intellectum, quid potest velle dicere, & occurrunt mihi ista duo. Primum, quod clerici non possunt habere proprium, sed possunt habere omnia in communi: & hoc videtur dicere quarta suppositio, si legatur. Sed nescio si hoc ipse sentit; cum, sicut audio, ejus vitæ contradicat. Nec credo quod si adveniret sibi bona hæreditas patris, vel alicujus consanguinei vel amici, portaret eam in communi cum fratribus monasterii Sclavorum in Praga, cum quibus vivit. Secundum, quod etiam in communi non possunt habere & possidere bona mobilia & immobilia. Sed & hoc videtur contrariare ipsi quartæ suppositioni, ubi dicit quod habent in communi. Et maxime contrariatur contentis in schedula additiva ultimo data: in qua, ut mihi videtur, videns se deficere in probationibus eorum quæ præmiserat, ipsa destruit, & novam materiam introducit, sine alicujus probationis sulcimento. Ego autem dico, quod clerici non religiosi, seu qui voto ad hoc non se obligaverunt, licite possunt habere & possidere bona temporalia, hæreditates paternas, aut aliorum, si eis relinquuntur, & alia bona juste acquisita, traditione, donatione, ex causa, vel aliquo licito contractu, vel arte licita. Item quod ecclesia potest habere & possidere bona temporalia, mobilia, & immobilia, domos, prædia, villas, castra, oppida, & civitates, & in eis habere privatum & civile dominium: & ea quæ in contrarium dicta sunt, minime obviant: quibus respondeatur per ordinem. Et primo allegantur auctoritates veteris testamenti, Numer. xv. 11. & alia, in quibus habetur, quod dixit Dominus de tribu Levi, quod in terra illa nihil possiderent, neque haberent partem inter eos. Et super eisdem auctoritatibus radicaliter fundatur prima & secunda ratio de rationibus, quæ in fine post allegationes auctoritatum subjunguntur.

Clerici non religiosi possunt habere & possidere omnia generis bona temporalia & immobilia jure acquisita.

Ad auctoritates. Num. 11.

Ad hæc omnia respondeo; quod sicut dicit magister Bonaventura super xv. sentent. dist. xxiv. quest. 1. art. 111. sacerdotii Christi non tam fuit figura sacerdotium Aaron, quam etiam Melchisedec, secundum quod dicitur ad Hebræos vii. *Fuit rex, & sacerdos, scilicet & Christus.* Et quamvis honorem regalem recusaverit, & ipse pauper vixerit, tamen propter suam dulcissimam benignitatem, ad hoc alios non arctavit. Unde nullatenus est credendum, statum universalis ecclesie aliter regi quam disponat Spiritus sanctus. Hæc omnia magister Bonaventura

ven-

ANNO
CHRISTI
1431.

ventura. Cum ergo sacerdotium Christi sit secundum ordinem Melchisedec, sicut Apostolus ait, nil mirum si sacerdotes possideant temporalia sicut Melchisedec, qui erat rex Salem, & nihilo minus sacerdos Altissimi. Genes. xiv. Sed nolo esse hac responsione contentus. Pro parte altera allegati sunt quinque textus veteris testamenti, qui videntur sonare, quod Levitæ nihil debebant possidere in terra promissionis, sed habere decimas, & primitias, & oblationes, pro sustentatione sua. Et ego allegabo quindecim textus, quod Levitæ habebant & possidebant bona mobilia & immobilia, servos, domos, prædia & oppida, & civitates. Sed ante volo præmittere, quod in tempore ante legem, ut communiter doctores dicunt, primogeniti fuerunt sacerdotes, & præ aliis dominium, & hæreditatem habuerunt. Unde Genes. xxvii. dixit Isaac ad Jacob: *Esse dominus fratrum tuorum*, quia prima erat benedictio primogeniti: & Genes. xlix. *Rubem fortissimum meum, primus in donis, & major in imperio*. Quod exponit Hieronymus in glossa de sacerdotio majori hæreditate, & imperio super fratres, quæ habuisset, nisi ascendisset cubile patris sui. Abraham etiam fuit sacerdos, ut probat Chrysostomus super Matthæi i. & quam dives fuerit, omnes scimus. De Melchisedec jam dictum est, & sic patet quod in populo Dei sacerdotes fuerunt opulentissimi.

Veniamus ad tempus legis veteris, & sequamur ordinem. Primo, Levitici capite xxv. *Esse Levitarum quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi: si redempta non fuerint, in jubileo revertentur ad dominos, quia domus urbiæ Levitarum sunt pro possessionibus inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.* Item Levit. 27. *Homo si voverit domum suam, & sanctificaverit Domino.* Et infra: *Si agrum possessionis sue voverit, & consecraverit Domino, &c.* Et infra: *Si noluerit retinere, sed alteri cuiuslibet fuerit vendidatus, ultra eum, qui voverit, redimere non poterit, quia cum jubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad jus pertinet sacerdotum.* Et infra: *Omne quod consecratum fuerit Domino, sive homo sive animal; sanctum sanctorum est Domino.* Item Numerorum 25. *Locutus est Dominus ad Moysen: Præcipe filiis Israel, ut deni Levitis de possessionibus suis urbes ad habitandum, & suburbana earum per circuitum, &c.* Numerorum 31. Cum Israel vicisset Madianitas, & de eis tulisset magna spolia, iussit dari Eleazaro unam animam de quingentis, tam ex hominibus, quam ex bobus, asinis, & ovis; & Levitis quinquagesimum caput hominum, boum, & asinorum, & cunctorum animantium, ex media parte filiorum Israel. Item Deuter. 18. de cæteris Levitis volentibus ministrare, dicitur: *Partem ciborum eandem accipient quam ceteri, excepto eo, quod in urbe sua ex paterna eis successione debetur.* Item Josue 21. *Dederunt Levitis filii Israel de possessionibus suis, juxta imperium Domini, civitates & suburbana earum.* Et ibi scribitur, quomodo quilibet tribus dedit certas civitates, alia decem, alia tredecim, alia quatuordecim, &c. Et in fine subiungit: *Itaque civitates universæ Levitarum in medio possessionis filiorum Israel quadraginta duo, cum suburbanis suis, singula per familias distributa, & præterea sex refugia; & sic erant*

48. Item 3. Reg. 2 Salomon ait ad Abiatar sacerdotem: *Vade in Anathot ad agrum tuum; & sic sacerdos habebat agrum.* Item 11. Paralipomenon 11. Roboam Dei cultum tenuit, & Jeroboan idololatriam induxit, dicitur. *Sacerdotes venerunt ab Roboam iniquentes suburbana, & possessiones suas.* Ecce quot possessiones habebant sacerdotes? Item Jeremiâs Propheta sanctificatus in utero sacerdos, emit agrum, solvit pretium, stipulationes fecit, & sibi fieri instrumentum. Jerem. 32. cap. Item de eodem, 37. capitulo *Cum ergo recessisset exercitus Chaldaorum ab Jerusalem, egressus est Jeremiâs, ut iret in terram Benjamin, & divideret ibi possessionem in conspectu civium.*

Item primi Esdræ 11. de redeuntibus sacerdotibus a captivitate, sic dicitur: *Habitaverunt ergo sacerdotes & Levitæ, & juniores & cantores in urbibus suis, unusquisque Israel in civitatibus suis.* Item, certum est Jonathan fuisse sacerdotem, ex 1. Machabæorum, & ducem & principem ad bellandum, ibidem 11. & summum sacerdotem, ibidem 12. qui habuit amplas possessiones: unde in fine decimi capitis dicitur: *Addidit adhuc, scilicet Alexander rex, glorificare Jonathan, & misit ei fibulam auream, sicut est consuetudo dari cognatis regum, & dedit ei Accaron (nomen est civitatis) & omnes fines ejus in possessionem.* Item ibidem 11. Demetrius rex prædicta confirmavit Jonathan, & majora addidit: *Fecit Jonathan rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant, & exaltavit eum in conspectu omnium amicorum ejus, & statuit ei principatum sacerdotum, & quacumque alia habuit prius pretiosa, & secum principem amicorum.* Item ibidem: *Scriptus rex Antiochus, adolescens Jonathan dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor civitates, ut sis de amicis regis, & misit ei vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream, & Simonem fratrem ejus constituit ducem in terminis Tyri usque ad fines Ægypti.* De sacerdotibus omnia ista dicta sunt.

Sed de Juda Machabæo & aliis, principatum & potentiam liber Machabæorum ostendit: & sic sunt quatuordecim auctoritates veteris testamenti: Addatur una de novo testamento, quantum pertinet ad vetus. Actorum 17. Joseph qui cognominabatur Barsabas, Levites, Cyprius genere, vendidit agrum. Hic erat Levita secundum Magistrum historię scholasticę, & Nicolaum de Lyra: habebat tamen agrum quem vendidit. Et sic habeo quindecim auctoritates contra quinque, quæ vincere debent: nam æqualis roboris & fortitudinis sunt, cum sint ex textu Biblię. Sed in sacra scriptura nulla est contrarietas. Quid ergo? videamus verum ipsius intellectum, ne sermo ad corticem literę intellectus sit nobis in ruina. Textus per me adducti ad plurimum faciunt testimonium de facto. Quid ergo? fuit violata lex illa data per Deum? absit. Sed videamus ipsius verum & planum intellectum. Ego dicam valde plane. Dominus dedit XII. tribubus Israel terram promissionis: ista terra erat dividenda inter tribus per partes seu hæreditates separatas, ut verbi gratia, tribus Zabulon habebat Bavariam, tribus Nephthalim Franconiam, tribus Benjamin Austriam, & sic de aliis; ita sunt distincti & limitati fines trium in canone Biblię. Tribus autem Le-

ANNO
CHRISTI
1431.

ANNO
CHRISTI
1411.

Levitica, cum esset sacerdotalis, non habebat A vi, ut ait Magister historiae scholasticae. Et esse separata, sed debebat servire in sanctuario ad utilitatem omnium tribuum. Et ideo non habebat sortem seu hereditatem ad partem, sicut una tribus ex alijs, sed habebat plusquam aliqua tribus: quia cum essent XII. tribus, sibi non pertineret nisi duodecima pars, & habuit decimam omnium, & ultra decimam, primitias, & oblationes, vota, sacrificia, redemptiones, & emendas, domos, suburbia. Ecce quantum opulentiam habebant illi sacerdotes: utique vix credo quod vel saltem in paucis locis sacerdotes nostri habeant majorem opulentiam. Et ita est intellectus illarum auctoritatum, quod non habuit sortem.

Si enim Deus faceret tantam gratiam Germanicae nationi, quod acquirerent terram illam sanctam, & demum deberent sibi dividere per partes & nationes separatas, certum territorium Bavaris, certum Australibus, certum Bohemis, & non darent sacerdotibus sortem vel hereditatem ad partem, sed cum omnibus partibus haberent in unaquaque; habebant enim illi sacerdotes, sicut dictum est, mobilia & immobilia, domos, & praedia, in quibus habebant verum dominium, quia poterant illa vendere, & alienare, quae non potest facere, nisi dominus. Quod autem possent vendere & alienare, patet per illam auctoritatem Jeremias 31. & Actuum 17. Ecclesia hodie in temporalibus bonis non habet aliud nisi oblata a fidelibus, si quis obtulit ecclesiae domum, vel agrum, castrum, aut oppidum. Sic & illi habuissent, si oblata fuissent, quae erat lex Domini, ut supra est allegatum Levit. 27. *Si voverit domum suam*. Sed forte dicit: Sed non habebant civile dominium. Dico, Textus non dicit, Non habebant civile dominium; sed nihil aliud, quam decimas & primitias possidebant. In nullo illorum textuum fit mentio de civili dominio. Praeterea dixi, & verum dixi, quod civile dominium non est applicabile ad bona mobilia & immobilia. Sed dicam, quid est civile dominium, de quo forte loqui nolunt, licet non expresse illud, de quo dicitur, quod Imperator est dominus istius civitatis, vel mundi, de quo per doctores in leg. Bene a Zonone. Codice de quad. praeser. & in cap. Conventio 23. quaest. 1111. Sed non est dominus illius domus, vel illius, quinimo illi privati, vel domini domorum, & praediorum sunt. Sed est quoddam universale dominium, quod magis proprie dicitur potestas de publico, seu iurisdictio, cujus descriptio habetur per glossam in leg. 1. ff. de iurisdictioe. Sed certe tale dominium in populo Israel a principio nullus habebat, nisi solus Deus. Ideo quando voluerunt habere regem, dixit ad Samuelem: *Non te abiecerunt, sed me, ne regnarem super eos*. 1. Reg. 8. Imo & Levit. 25. dicit: *Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, & vos advena & coloni estis*. Hujus autem domini seu iurisdictioe administrationem & exercitium habuerunt Domini sacerdotes: primum Moyses, qui erat sacerdos; unde Psalmista: *Moses & Aaron in sacerdotibus eius*. Et idem dux & rector populi Israel. Deinde tempore Judicum, qui regebant Israel, fuerunt iudices plures de tribu Levi, sicut Heli & Samuel, qui fuit de tribu Le-

Polem.

vi, ut ait Magister historiae scholasticae. Et Augustinus in quaestionibus veteris testamenti, tractando illud, quomodo Helcana pater Samuelis decimas offerebat, cum esset Levita? & ibi ad nostrum propositum dicit, quod quis accipiebant uxores de alijs tribubus: sicut Joada sacerdos duxit filiam regis Joram, & sic habebant possessiones uxorum. Tandem supremum iudicium erat sacerdotum, dicente Domino, Deuteron. xvii. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, lepram & non lepram, causam & causam & iudicium inter portas videris verba variari, surge & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, venesque ad sacerdotes Levitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quaresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicii veritatem, & facies quacumque dixerint tibi qui praesunt loco, quem elegerit Dominus*. Et infra: *Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdoti imperio, qui eo tempore ministraverit Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur ille homo*. Postea vero venerunt reges, infra quorum tempus non legimus quempiam praeter reges habuisse dominium alicujus civitatis, oppidi vel castri. Si nemo habebat, non mirum si sacerdotes non habebant. Est namque mos in aliquibus regionibus, sicut audio esse in Africa, quod solus rex habet dominium civitatum, oppidorum, castrorum & villarum. Sed postea temporibus Machabeorum, nonne Mathathias, Jonathas, Judas Machabeus, & fratres eius sacerdotes simul fuerunt & principes, ut historia Machabeorum liquide attestatur: & sic habuerunt civile dominium.

Jam venio ad auctoritates novi testamenti, & primo loco allegantur quatuor auctoritates ordine successivo, quae, salva bona gratia allegantis, valde parum faciunt. Prima est de vocatione Petri & Andrea; alia de vocatione Matthaei; in quibus magna vocantis virtus, & obedientia vocatorum merito commendatur. Sed cum non habeant noram praeccepti, neque prohibitionis, non potest ex eis argumentari ad licitum vel illicitum; sed ad laudabiliter imitandum, personarum rerum & temporum circumstantiis adhibitis, sicut decet.

Allegatur secundo loco illud Matthaei v. *Si quis te percusserit in unam maxillam, quam nihil ad propositum facit; & illa: Qui tecum vult in iudicio contendere, & tollere tunicam: quem sic ad literam capta, & quod ad solos clericos dictum esset, posset induci contra allegantem: nam constaret quod clerici possent habere bona. Sed sicut omnis doctorum sententia habet, haec praeccepta in preparatione cordis habenda sunt; in exteriori autem operatione id potius agendum est, quod proximi salutem conveniat. Unde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis, & habetur 23. quaestione 1. *Paratus debet esse homo justus & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos bonos fieri querit*. Et infra: *Ista praeccepta magis sunt ad preparationem cordis, quam intus est, quam ad opus quod in aperto sit, ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia; in manifesto autem id fiat quod eis prodesse videtur quibus bene velle debemus. Hinc liquido ostenditur quod ipse Dominus Jesus exemplum singulariter patientis, cum percuteretur in**

ANNO
CHRISTI
1411.
Quaest. 66.
tom. 4.

Deut. 17.

Cap. 1.

ANNO CHRISTI 1437. Jan. 28.

ANNO CHRISTI 1437.

faciam, respondit, Si male locutus sum, &c. A
Nequaquam igitur preceptum suum, si ver-
ba inspiciamus, implevit. Et reliqua per
eum ibi scripta: ubi etiam hoc confirmat ex
Paulo, de quo Actor. 23. quod percussus in
maxillam non probavit aliam, sed dixit, Per-
curiet te Deus, perios dealbare.

March. 8.
March. 19.
Jan. 28.

Tertio allegatur illud quod Christus dixit:
Vulpes foveas habent. Ad hoc & ad id quod
sexto loco allegatur, Si vis perfectus esse: &
id quod Apostoli dixerunt, Ecce nos reliqui-
mus omnia: & quod decimo loco allegatur ex
Luca, Vende omnia quae habes. Respondere
opus non esset, quia omnis homo scit illa non
ad Apostolos tantum dicta, imo ad literam dic-
ta fuerunt non Apostolis, sed scribis & juve-
ni illi. Item non obligamur omnia agere, quae
Christus. Nam licet omnis Christi actio sit no-
stra instructio, non tamen semper ad necessa-
riam imitationem; alias oporteret nos omnes
crucifigi. Et ex se textus ostendit necessitatem
non habere; cum ad consequendam vitam ae-
ternam sufficienter praemisit, Serva mandata;
& subjunxit, Si vis perfectus esse. Nec ta-
men quisquam intelligat, illud necessarium
esse ad perfectionem evangelicam; cum, ut
Apostolus testatur ad Colossenses 3. caritas sit
vinculum perfectionis; sed quod illud est quod-
dam instrumentum accommodum, tamquam
removens illud quod posset esse impeditivum;
essentiale autem perfectionis consistit in hoc
quod dicit, Sequere me, non gressibus cor-
poris, sed affectibus, ut hic dicit sanctus
Thomas 11. 11. questio LXXXV. articulo VI.
& in multis aliis, & communiter omnes do-
ctores.

Ad quartam jam responsum est. Veniamus
ad quintam, & simul cum ista accipio septi-
mam & octavam, quia idem dictum Christi
est, sed a tribus evangelistis recitatum, ut
Augustinus deducit, de consensu evangeliorum.
Et quia haec videntur urgere, insistendum est
circa ipsas, qui de istis solet fieri magnum
festum. Et nunc obsecro omnes memores esse
nostrae praefactionis, ne sermo Dei ad corticem
literae sit nobis in ruinam; & ne efficiamur
Christi falsi testes, sicut illi qui dixerunt Chri-
stum dixisse Matthaei 26. Possum destrueretem-
plum Dei, & post triduum reaedificare illud. Et
utique existens in templo Salomonis, cum
eiecisset omentes & vendentes, & peteretur
ab eo signum, dixit, Joana. 11. Solvite tem-
plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud;
Judaei intellexerunt de templo illo in quo
erat: ipse autem loquebatur de templo corporis
sui, prout Joannes verus ejus testis & in-
terpres attestatur: sed ut simus idonei mini-
stri testamenti, sicut dixit Paulus 2. Corinth.
3. Non litera sed spiritus: quia litera occidit,
spiritus autem vivificat.

Et primo sciendum est, quod per hunc mo-
dum loquendi, nolite vel nolite, non semper
inducitur prohibitio, ut contra faciens peccet,
sed est saepe quaedam exhortatio vel conforta-
tio. Grave nimis esset, si ubicumque in sa-
cra scriptura talis invenitur locutio, prohibi-
tionem induceret super expressa ad sensum
grammaticalem, Luca 5. praecepit ne cui di-
cerent, Marci 5. de libello repudiit. Scriptura
est in evangelio Lucae 14. Cum facis prandium
aut cenam, non vocare amicos tuos, aut fratres,
aut cognatos. Numquid est intelligendum ex
Concil. Gene. 4. Tom. XXIX.

hoc prohibitum invitare amicos? Unde Be-
da, ut Thomas allegavit in glossa: Fratres
igitur & amicos, & divites: alterutrum con-
vivia celebrare, non quasi scelus interdicat,
sed sicut caetera necessitatis humanae com-
mercia ad promerendum vitae caelestis pra-
emia modicum valere. Iterum scriptum est
Matthaei x. Nolite timere eos, qui corpus oc-
cidunt; numquid propterea est abjiciendus om-
nis timor eorum, qui possunt corpus occide-
re? certe non: sed hoc est intelligendum, ne
propter timorem corporis justitiam deseramus.
Item: Nolite solliciti esse quid manducaturi estis,
neque solliciti esse de crastino; numquid est pro-
pterea sic abjicienda omnino sollicitudo victus
& vestitus pro futuro tempore? Certe non.
Unde Augustinus in lib. 11. de sermone Do-
mini: Vehementer cavendum est, ne forte
cum viderimus aliquem servum Dei provi-
dere ne ista necessaria desint vel sibi, vel
his, quorum cura sibi commissa est, judi-
cemus eum contra preceptum Domini face-
re, & de crastino sollicitum esse. Nam ipse
Dominus, cui ministrabant angeli, propter
exemplum, ne quis postea scandalum pa-
teretur, cum aliquem servorum ejus ani-
madvertisset ista necessaria procurare, locu-
los habere dignatus est, quibus portaba-
tur pecunia, unde usibus necessariis quid-
quid opus fuisset praeretur. Hac providen-
tia alii Apostoli, Paulus & Barnabas, pra-
ceperunt collectas fieri in usus sanctorum,
qui erant in Jerusalem. Haec Augustinus.
Hoc de collectis habetur Actor. 11. ad Ro-
manos 15. & ipse Paulus pro futuro suo
itinere talem providentiam habuit, ut ipse o-
stendit 11. ad Corinth. 9. & ad Philipp. 4.
Iterum cum Christus dixit Matthaei x. Nolite
cogitare quomodo aut quid loquamini; numquid
haec prohibitio fuit magis confortatio quaedam,
ne timorem aut sollicitudinem formidolosam
haberent? sic in proposito. Iterum quomodo
Christus dixit Lucae 6. Nolite judicare? num-
quid prohibuit omne iudicium? absit. Iterum
cum Apostolus Jacobus dixit: Nolite jurare;
numquid propter hoc debet omne juramentum
censeri prohibitum? absit. Tandem cum Pau-
lus dixit Timotheo: Noli aquam bibere; pec-
cavit Timotheus postea quando aquam bibit?
In hujusmodi locutionibus, attendenda sunt
plura; persona loquens, cui loquitur, res de
qua, quo dicendi genere, & qua de causa.
Quoniam, ut inquit Hilarius, intelligen-
tia verborum ex dicendi causis est assu-
menda, & mens dicentis magis est atten-
denda quam verba.

Tertio lo-
quens habet
alibi.

Matth. 6.

1. Tim. 5.

Hac una regula praesupposita infallibili, qua
trahitur ex Augustino tertio de doctrina Chri-
stiana, cujus libri principalis intentio est in-
struere nos ad intelligendam sacram scriptu-
ram. Regula est ista, quod quando scriptu-
ra salvari non potest in sensu terminorum
grammaticaliter acceptorum, topica seu figu-
rativa locutio est. Solet enim scriptura tropi-
ce se parabolice loqui, ponens interdum cau-
sam pro effectu, vel effectum pro causa, vel
rem pro vitio vel virtute, quae ut commu-
niter, vel ut plurimum solet consequi ad
eam. Verbi gratia dixit Christus Matthaei 5.
Quicumque dixerit fratri suo, satana, reus erit
gehenna ignis. Certe ibi cordis rancorem ad
apertam contumeliam proficientem intellexit.

Bbbb

alio-

ANNO
CHRISTI
1699ANNO
CHRISTI
1699

alioquin reus fuisset gehennæ ignis Paulus, quando dixit Galatas: *O insensati Galatas. Unde de Augustinus lib. 21. de civitate Dei, juxta in finem: Non dixit fratri suo, satus, qui cum hoc dicit, non ipsi fraternitati, sed peccato ejus insensus est. Iterum aliud exemplum. Christus dixit Matthæi 24. Nolite vocari rabbi. Item dixit ibidem: *Patrem nolite vocare in terra; certe non hæc nomina, nec officia prohibere intellexit; sed ambitionem superioritatis & excellentiæ, quæ talia officia & nomina ut communiter consequi solent. Unde Augustinus super Psalmo 77. Attendite popule meus; coram patribus, &c. dicit: Paulus senior dicit: Non ut confundam vos hac sermo, sed ut filios meos carissimos moneo: cum sciret utique a Domino dictum: Ne vobis dicatis patrem in terra. quod non ideo dictum est, ut vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur, sed ne gratia Dei, qua in vitam æternam regeneramur, ratio vel potestati, vel etiam sanctitati cuiusquam hominis retribueretur. Ecce quomodo Augustinus docet nos intelligere verba Christi in sensu intrinseco, non grammaticali: ut dicamus quod quicumque aliquem vocat patrem, peccet; nec quicumque vult vocari rabbi, quod idem est quod magister: alioquin peccaret magister Petrus Anglicus, qui bene vult vocari magister, & multi alii quotidie peccaremus.**

Nunc autem ostendendum est, quod ipse auctoritates salvari non possunt, primo ex hoc quod evangelistæ sibi invicem contradicere videntur: cum Matthæus & Lucas dicant, *neque virgam*, Marcus autem dicat, *nisi virgam*, & sic duo negare videntur, alter videtur concedere. Unde oportet quod figurative loquantur prout Augustinus dicit in de consensu evangelistarum. Item quod nec Christus nec Apostoli hanc doctrinam servarunt, patet: Nam Christus habebat loculos, in quibus portabantur pecuniæ ad emendum necessarias, Joannis XIII. cap. Super quo Augustinus in homilia LXXII. Habebat ergo Dominus loculos a fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus & aliis indigentibus tribuebat: tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ut intelligeremus, quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ servaretur a sanctis, sed ne Deo pro ista serviat, & propter inopiam timorem justitia deferatur. Hæc Augustinus. Hoc idem patet ex illo evangelii quarto, quando Jesus loquebatur cum Samaritana, quod Apostoli ibant in civitatem cibos emere. Et Marci VI. dixerunt discipuli: *Euntes emamus pro denarius panes, & domus eis.* Nec Christus intrans civitatem, interrogabat, &c. nec intrabat quamcumque domum & ibi manebat, sed recipiebat convivium, & a sanctis mulieribus sibi ministrabatur. Item panem secum detulerunt Petrus & Andreas quando iverunt piscari, Joannis ultimo. Item non legimus quod Apostoli servaverint illam clausulam, ut intrantes civitates peterent, quis in ea dignus esset, & ibi manerent. Sed de Paulo legimus in communi legenda, & in historia scholastica, quod conduxit domum Romæ: & ipse recepit stipendium seu subsidium ab aliis ecclesiis, de quibus vivebat apud Corinthios 2.

Ad Corinth. II. ad Philippenses 4. *Scitis autem vos Philippenses, quando profectus sum a Macedonia nulla mecum ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli; quia Thesaloniam semel & bis in usum mihi misistis.* Circa ista verisimile est, quod pecuniæ mittebantur, & ab eo conservabantur: sed utrumque sit, sive pecunia, sive es, sive panis, sive vestimentum, omnia essent contra prohibitionem, si prohibitio esset; & collecta missa in Jerusalem, de quibus Actuum 11. & ad Romanos xv. contra prohibitionem essent, si prohibitio esset. Et Petrus calceamenta habebat, quomodo angelus dixit ei: *Calcea te caligas tuas; Actuum XII.* cum tamen textus evangelii dicat, *neque calceamenta*, & sic omnes deberemus ire discalceati: tamen neminem video discalceatum, sed omnes calceati ambulamus. Sed & Sixtus & Laurentius, qui thesauros habebant ecclesiis, Nicolaus & Ambrosius, & multi sancti transgressi fuissent, quæ nullatenus sunt dicenda.

Videamus ergo verum intellectum, quoniam ad litteram juxta sensum grammaticalem stare non possunt, nisi dicamus, quod fuit non præceptum, sed documentum utile pro illa missione qua missi fuerunt ad populum Judæorum prædicare penitentiam, & quod appropinquabat regnum Dei. Ita dicit Augustinus in libro contra Adamantium discipulum Manichæi. Hoc non fuit præceptum sed documentum utile pro illo tempore: & hoc est de mente Chrysostomi, prout dicit b. Thomas 2. 2. qu. CLXXXV. distinctione 11. art. 6. in corp. ad secundum articulum. Pro cujus declaratione est sciendum & docendum, quod Apostoli bis fuerunt a Christo missi: primo tantum ad Judæos prædicare quod appropinquabat regnum celorum, & pro hac illam legem acceperunt. Secundo fuerunt missi post resurrectionem a Christo in univertum mundum prædicare evangelium omni creaturæ: & hæc missio fuit libera, nec coarctata terminis terrarum, sicut prima, nec carinomialibus illis limitata, sed in lege perfectæ libertatis; sicut dixit Jacobus capite primo, & hoc satis ostenditur, quia dicit Augustinus secundo libro de doctrina Christiana: Illi credentium, qui fuerunt ex Judæis, servarunt illam communem vitam, quia erant legalibus honoribus assueti: alii autem, qui de gentibus conversi fuerant, talem vivendi modum non servaverunt. Illa ergo prima missio cum suis regulis præterit: nec jam prædicamus, quod appropinquat regnum celorum; sed in secunda missione succedimus ad prædicandum evangelium omni creaturæ.

Vel dicamus ad mentem loquentis magis attendentes, quod magis confortatio quam prohibitio fuit, & demonstratio facultatis & potestatis; ut non timerent sine sacculo & pera ire ad prædicandum, sed omnem anxietatem & solitudinem deponerent: & hic est communis modus loquendi. Si enim aliquis nostrum mitteret servum suum, & sciret quod in via nil sibi deficeret, quia vel alius socius omnia necessaria sacum ferret pro ambobus, vel irent per domos amicorum, ubi ei nil deficeret, diceret illi: Non portate panem neque vinum. Sic ergo volebat eos carere omni solitudine temporalium; & omnem timorem expellere, augereque fiduciam. Et hoc est de mente Chrysostomi, prout cum allegat sanctus Thomas in glos.

Pro, Ad-
mentum.
Chrysost.
in
pre illa verba:
Salutate Pri-
cam, habetur
immediate
post ep. ad
Rom.

ANNO CHRISTI 1631

Augustinus de civitate Dei lib. 19. c. 18.

Deus 19.

Matth. 19. Luc. 18.

Psal. 36.

glossa continua super Matthæi x. ubi inter alia A
 " sic dicit: Ab omni eos solvens sollicitudine
 " ut una sola detineatur cura, quæ est do-
 " strina, a qua etiam eos solvit, dicens: *Ne-*
 " *que solliciti sitis quid loquamini.* Et alia di-
 " cit, quæ hic longum esset recitare; sed pote-
 " rimus in libro videre. Hoc etiam est de con-
 " sensu evangelistarum, de mente Augustini, ubi
 " sic dicit: Unde satis ostenditur, cur eos hoc
 " possidere aut ferre voluerit, non quod neces-
 " saria non sint sustentationi hujus vitæ; sed quia
 " eos sic ratiobatur, ut eis hæc debet demon-
 " straret; & reliqua quæ longum esset hic scri-
 " bere, videre poterimus in libro.

Et tandem ut his finem imponam cum glossa
 ordinaria, radicem omnium malorum avaritiam B
 de eorum pectoribus voluit amputare, ipsam
 intendens per aurum, argentum, &c. quæ
 avaritiæ solent esse materia, sicut & prædixi de
 illis auctoritatibus: *Nolite vocari Rabbi, & no-*
lite patrem vocare. Et in hoc concordant mul-
 torum doctorum sententia, quas ex glossa san-
 cti Thomæ poterimus videre. Sic in illo: *Cum*
electus fuerit rex, non multiplicabit equos, in-
 telligendum est non simpliciter, sed ad pom-
 pam & superfluitatem alias peccasset in hoc
 David, tam commendatus a Domino, qui certe
 multiplicavit equos, & familiam ampliavit.
 Sicut ergo ibi sub illa verba non absoluta il-
 larum rerum prohibitio intelligenda est, sed
 ad pompam & superfluitatem, ut ibi dicit Ly-
 C. sic & hic avaritia prohibetur, quæ utique,
 etsi in omnibus hominibus reprehendenda sit,
 est in sacerdotibus detestanda. Illic sensui con-
 cordat Ambrosius, sicut allegat Thomas super
 illud *Loce: Dominus poff, &c.* qui voluit ad-
 huc derivare tractatum, ut spiritualementem
 tummodo locustis formare videatur affectum,
 qui velut indumentum quoddam videatur cor-
 poris exuisse, non solum potestate rejecta,
 contemptusque divitiis, sed etiam carnis ille-
 cebris abdicatis, & Theophylactus & quidam,
 etiam Apostolos non portare peram aut ha-
 culum, aut duas tunicas, sic intelligunt, ut
 non thesaurizent.

Venio coniequenter ad sextam, & huic con-
 jungo duas, quia similes sunt. Una est Mar-
 ci, alia Lucæ, de illo, *Si vis perfectus esse;*
 ad quod jam dictum est supra, non Apostolus,
 sed illi juvenis fuisse dictum. Et si dicatur,
 quod prælati competit esse perfectus, dixi &
 dico quod illud, *Vende, &c.* non esse essen-
 tiale perfectionis, sed instrumentum sine quo
 bene potest esse perfectio. Patet de Abraham,
 de quo dictum est Genes. xvii. *Ambula cor-*
ram me, & esto perfectus, de Job, Tobia, &
 multis aliis, de quibus infra dicetur. Cum
 autem subjungitur: *Facilius est camelum per*
foramen acus introire, quam divitem intrare in
regnum calorum, hoc generaliter ad omnes per-
 tinet tam clericos quam laicos. Quomodo au-
 tem hoc intelligatur, ipsemet Christus decla-
 ravit Matthæi x. Nam cum dixisset: *Quam dif-*
ficile, qui pecunias habent, in regnum Dei in-
troibunt! & discipuli obstupissent, quasi de-
 clarando rursus ait: *Filioli, quam difficile est*
condiscipulis in pecuniis intrare in regnum Dei!
 Ecce de quo divite loquitur, qui spem suam
 in pecuniis suis ponit.

Unde Augustinus super Psalmo, *Quid glo-*
riaris in malitia? &c. *Ecce homo qui non posuit*
Deum adiutorem suum. Quando Dominus
 Concil. Gen. Tom. XXIX.

noster Jesus Christus abeunti illi a se diviti
 contristatio dixerat: *Vende omnia, &c.* &
 magnam disperationem divitibus prænutia-
 rat, ut diceret facilius posse camelum per
 foramen acus intrare, quam divitem in re-
 gnum calorum; nonne continuo discipuli
 contristati sunt, dicentes apud semetipsos:
 Quisquam poterit salvari? Divites paucos at-
 tendebant, latebat eos tanta pauperum mul-
 tudo: non sibi poterant dicere si difficile
 est imo impossibile, ut intrent divites in
 regnum calorum, sicut impossibile est ut
 intrat camelus per foramen acus; omnes
 pauperes intrant in regnum calorum; di-
 vites soli excluduntur? Quot sunt enim di-
 vites? at vero pauperum innumerabilia mil-
 lia. Non enim tunicas inspecturi sumus in
 regno calorum, sed vestis cuique fulgor
 justitiæ deputabitur. Sunt ergo pauperes
 quales angelis Dei: induti stolis immorta-
 litatis fulgebunt iusti sicut sol in regno Pa-
 tris sui. Quid nobis est de divitibus paucis fo-
 licitos esse atque laborare? Non hoc sense-
 runt Apostoli. Sed cum Dominus hoc di-
 xisset: *Facilius est camelum, &c.* illi apud
 se dicentes, *quisquam poterit salvari?* quid
 attenderunt? non facultates, sed cupidita-
 tes, viderunt enim ipsos etiam pauperes,
 etiam non habentes pecuniam, habere tamen
 avaritiam. Et ut noveritis, non pecuniam
 in divite, sed avaritiam condemnari, ad-
 vertite quod dico respicis illum divitem
 stantem juxta te, & forte in illo est pecu-
 nia, & non est avaritia in te non est pecu-
 nia, sed est avaritia pauper ulcerosus,
 ærumnosus, linctus a canibus, non habens
 opem, non habens escam, non habens for-
 te ipsam vestem, ablatas est ab angelis in
 sinum Abraham: eia tu pauper gaudes mo-
 do. Numquid tibi & ulcera optanda
 sunt? Nonne patrimonium tuum sanitas
 est? Non est in hoc Lazaro meritum pau-
 pertatis, sed pietatis. Nam dives qui subla-
 tus est, non vides quo sublatus sit? Quis
 est sublatus ab angelis? pauper ærumnosus
 & ulcerosus: quo sublatus est? in sinum
 Abraham. Lege scripturas, & invenies divi-
 tem Abraham, & noveris quia divitibus non
 puniuntur. Habebat Abraham multum aurum
 & argenti, pecorum, familiarum, dives erat:
 & in sinum eius pauper Lazarus sublatus
 est, & in sinum divitis pauper recipitur.
 An potius ambo Deo divites, ambo cupi-
 ditate pauperes? Quid ergo culpatur scriptu-
 ra? non dixit, Ecce homo qui fuit divi-
 tes: sed, *Ecce homo qui non posuit Deum*
adiutorem suum, sed speravit in multitudine
divitiarum suarum: non quia habuit divi-
 tias, sed quia in ipsis speravit, & in Deo
 non speravit: ideo damnatur, ideo puni-
 tur, ideo movetur de tabernaculo, tam-
 quam motus ille terrenus, sicut pulvis
 quem proicit ventus a facie terræ, ideo
 extirpatur radix eius de terra viventium.
 Numquid huic similes sunt divites de qui-
 bus Paulus loquitur? *Præcipite divitibus*
hujus sæculi non superbe sapere, nec sperare
in incerto divitiarum, sed in Deo vivo. Et
 infra. Denique illis quid præcepit? *Divites*
sint in operibus bonis, facile tribuant,
communicent: & si facile tribuerint, si com-
municaverint non habenti, intrabunt per fo-
ramen

ANNO CHRISTI 1631

Tom. 6.

ANNO CHRISTI 1693.

ANNO CHRISTI 1693.

P/ma. 143.

Matth. 22.

P/ma. 143.

Greg. hom. 17.

ramen acus? intrabunt place. Nam & pro illis ipse camelus intravit: ipse enim prior intravit, quem sicut camelum nemo facilius passivus oneraret, nisi ipse se in terram deponeret: & ipse hoc dixit, quod hominibus impossibile est, Deo facile est. Et infra: *Os eorum locutum est vanitatem, &c. Neque clamor in plateis eorum.* Denique quid in illis reprehenditur? Non quia ista habuerunt, nam & boni habent ista. Hoc intendite. Sed quid? ne passim divites reprehendatis. Et rursus: Ne de paupertate & egestate presumatis. In quo ergo ista notantur? quia beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Hæc omnia Augustinus. Et ad hoc dictum Chrysostomi super Matth. xix. quod allegat magister Petrus, Chrysostomus sic dicit: Non pecuniis detrahens, sed eis detinentur ab ipse.

Septima fuit conjuncta cum quinta, & utriusque simul responsum, venio ad octavam, cui & duodecimam conjungo, quia ex eadem auctoritas est a duobus evangelistis recitata: quarum solutio satis liquet ex originali Chrysostomi, quem magister Petrus allegat: *Scitis quomodo principes gentium dominantur? non contenti regere subditos suos, violentius eis dominari volunt: inter vos autem, qui estis mei, non erunt hæc.* Ecce quod intendit reprobare tyrannicum dominium, & ostendere quod prælatio ecclesiastica debet esse justa & caritativa ad modum pastoris, cum sollicitudine pro utilitate omnium ministrando eis ad animarum salutem. Et hoc est quod Petrus Apostolus ait, 1. cap. v. quæ auctoritas in loco finali per magistrum Petrum posita est: *Pascite qui in vobis est, gregem Domini, &c. non dominantes in clero, sed forma facti gregis.* Sed advertendum est quod ibi, est una glossa, quæ sic dicit: *Pascite non solum verbo & exemplo, sed corporali subsidio.* Ex quo apparet quod prælati ecclesiæ de bonis temporalibus debent tantum habere, quod sufficiat pro eorum vitæ necessitatibus, & possint etiam subditis & pauperibus in necessitatibus subvenire, quod in suo loco latius Deo propitio declarabitur.

Nona fuit conjuncta cum quinta & septima, & simul utriusque responsum, & hoc quantum ad illud Luc. ix. *Nihil tulit, &c.* Ad id autem quod subjungit ex Lucæ cap. xiv. *Qui non renuntiaverit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus: & si non odit patrem & matrem, &c.* dico quod ista non pertinent ad clericos tantum, sed ad quemlibet Christianum dicta sunt quia accipitur sic Christi discipulatus. Verumtamen ad quoscumque referatur, quomodo hoc intelligendum sit, glossa ibi declarat, dicens quod omnibus mundanis renuntiant, & quia ita eis licite utuntur, quæ possident, ut tamen mente tendant ad æterna. Veritas huius glossæ patet ex consequenti, ubi dicit: *Qui non odit patrem & matrem, &c.* Quæ non possunt intelligi de actuali odio, sed quod illa divino amor non præferat, ut clare deducit Gregorius in homilia super illo evangelio. Hoc etiam patet; nam Lazarus & Maria & Martha non renuntiaverant facultatibus, & tamen erant discipuli Christi. Item Nicodemus princeps Judæorum, & Joseph ab Arimathia dives erat, & discipulus Christi de quo Rabanus super Matth. xxvii. Magnæ dignitatis fuit apud sæculum, sed majoris meriti apud

Deum; quia non erat dives divitiarum amorem sed tantummodo possessione: ideo divites non excluduntur a discipulatu Salvatoris, iste autem dives erat & discipulus, quia nec pecuniarum amator, sed distributor. Hæc Rabanus. Legitur etiam Actor. xxi. quod Paulus hospitatus fuit in domo Philippi evangelistæ, qui habuit quatuor filias, & sic non renuntiaverat omnibus: & tamen erat evangelista, id est, predicator evangelii. Unde Beda sic dicit: omnium fidelium est renuntiare omnibus, quæ possident, hoc est, sic tenere ea quæ mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo: habere rem temporalem in usu, æternam in desiderio: sic terrena gerere, ut tamen tota mente ad cælestia tendant. Ideo venio ad decimam, quæ est; *Nemo potest duobus Dominis servire; Matth. 6.* quæ utrique statui pertinet. *Nemo potest servire Deo & mammona, neque clericus, neque laicus.* Et ego talem ab usum in homine excusare nescirem, quod serviat ipse divitiis, sed utatur debite illis. Et tunc non mammonæ, sed Deo servit ipse, & mammonam sibi subicit, & etiam Deo servit facti. Uti que Deo servit prælati ecclesiæ, qui res ecclesiæ debite administrat & fideliter, quorum est procurator, non dominus: prout etiam magister Petrus allegat Extravagantem de donat. frat. & Augustinum, & habetur xxiii. quest. vii. Quod autem. Si autem privatim quæ nobis sufficiant possidemus, non illa sunt nostra sed pauperum, quorum procuracionem quodam modo gerimus: & hanc etiam magister Petrus allegat, Corinth. xiv.

Reliquæ auctoritates, quæ inducuntur, parum urgere videntur: quapropter illas omnino causa abbreviandi. Si autem alicui vel aliquibus earum velint insistere, designent illas, & ego Deo propitio satisfaciam, & etiam ex infra dicendis satis patebit responso.

Venio igitur ad originalia doctorum, quæ cum sint multa & longa, per singula respondere tempus longissimum occuparet. Sed ego brevius quo potero complectar eadem, ad omnia simul quasdam generales responsiones dando: ad aliquas vero illarum, quæ magis urgere videntur, specialia dabo responsa.

In primis nonnulla ipsorum de religiosis loquuntur, licet magister Petrus extra scriptum extulerit vocem suam, dicens: Non dicant hæc loqui de monachis, quia monachi nondum erant. Ad quod ego habeo dicere, quod dixisse legitur Augustinum xxiii. quest. vii. Quod autem: Uti que adeo calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quæ loquuntur. Nonne ipsemet allegat Dionysium de ecclesiastica hierarchia, capite vi. dicentem, monachos esse de statu eorum, qui perficiuntur? Sed Dionysius fuit discipulus Pauli, & contemporaneus Apostolorum. Unde clare liquet, quod in principio nascentis ecclesiæ fuerunt monachi, comobilitate dico, vivebant in congregatione. Nam prout Cassianus recitat libro ii. & historia ecclesiastica libro ii. ante finem, B. Marcus evangelista apud Alexandriam monachorum vitam instituit. Et in legenda B. Marci legitur, quod fundavit monasterium sanctimonialium seminarum.

Nemo ergo detrahat religionibus, quæ a tempore Apostolorum, & ab ipsa Apostolis & Christi-

Augustinus epist. 10 ad Bonifacium

Luc. 16.

ANNO CHRISTI 1097

ANNO CHRISTI 1097

si discipulis sumptuam originem & initium, & utique plurimum Dei ecclesiam illustrant. Magna pars doctorum ecclesiam fuerunt religiosi. Ecce Augustinus, Hieronymus, & Gregorius de quatuor principalibus doctoribus tres fuerunt religiosi. His addimus Chrysostomum, Magistrum, Gratianum, qui complavit volumina decretorum, Rabanum, Bedam, Hugonem, Richardum de sancto Victore, Anselmum, Nicolaum de Lyra, sanctum Bernardum, Thomam de Aquino, Albertum, Bonaventuram, Petrum de Tarantasia, Scotum, & plures alios, qui ecclesiam Dei suis illustrant scripturis. Utinam omnes tales mutationes cessarent, & omnes unanimiter curarem agere que Christi sunt, tanquam diversa membra unius corporis. Nam, sicut dicit Apostolus, sicut in uno corpore diversa sunt membra, ita in una ecclesia diversi status, omnes ad decorem & utilitatem ecclesie. Et licet in religiosis multa sint hoc tempore, que reformatione indigent, sicut & in ceteris statibus; tamen nihilo minus multum illuminant ecclesiam prædicationibus & doctrinis. Et nemo prudens in caliginoso loco existens, lucernam extinguit non bene sibi lucentem, sed habentem succum seu scoriam, curat aptare, quo melius potest. Nam melius est, quod aliquantulum turbide luceat, quam si penitus esset extincta, & hoc volo incidenter non sine causa dixisse.

Secundo volo notare, quod talia, qualia de prælati ecclesiasticis dicta sunt, ego volo ostendere de privatis & principibus laicis esse scripta. Et primo occurrit, Deut. xviii. Cum electus fuerit rex, non multiplicabit equos. Si sic ad postera capiendum esset, debuisset ire Saul post asinas, sicut quædam fuit assumptus in regem, & David de post fetantes. Deinde illud Ecclesiastici xxxii. Restorem te confiterentur? esto unus quasi ex illis. Et Proverbiorum finali capite: Noli dare vinum regibus. Apud Hermogenem antiquum philosophum legitur: Signum perfectionis est in rege abstinens a pecunia & possessionibus. Et Aristoteles ad Alexandrum: Declina contra natus bestialium voluptatum, & desiderium divitiarum: vere istud est verecundia, istud in presumptionem mergit. Et idem ix. Ethicorum: Verum est de studioso, & amicorum gratia multa agere & pati, esse oportet mori: projicit enim & pecunias & honores, & totaliter circa pugnabilia bona, procurans sibi ipsi bonum virtutis. Et Valerius libro quarto, capite tertio: Magna cura præcipuoque studio referendum est, quantopere libidinis & avaritiam furori similes impetus ab illustrium virorum pectoribus consilio & ratione semoti sunt. Quod ibi multis illustrium virorum exemplis confirmat. Et Tullius primo de officiis: Capessentibus rempublicam nihil minus quam philosophis, haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum. Ecce quid dicit? quod non minus, imo magis quam philosophis adhibendus est contemptus rerum temporalium capessentibus rempublicam. Et Seneca: Nemo alius Deo dignus est, quam qui opes contemnit. Multa dicta philosophorum possent adduci, nisi timerem esse prolixus.

Nemo tamen indignum reputet philosophos

allegari, quoniam imitatione dignus beatus Basilius utile esse valde dicit eorum commemorare sententias: quoniam dum apud eos magna & ardua præcepta legimus, evangelica levius sermone, & facilius perpendimus. Quod per multa exempla declarat; mihi autem unum occurrit nostro conforme proposito. Seneca epistola i. ad Lucilium, ad finem. Satis diu cum Bais Nitavimus, nunquam satis cum vitis, que oro persequere sine modo, sine fine. Nam illis quoque nec finis est, nec modus: projice quicumque cor tuum hians: que si aliter extrahi nonquirent, cor ipsum cum illis evellendum erat. Nonne jam levius audivimus a Christo illud Matth. xviii. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: cum audivimus philosophum in exagitationem vitiorum in tantam profuuisse, ut dixerit cor etiam evellendum?

Jam veniamus ad nostra, que sunt majoris auctoritatis & dignitatis. Et primo occurrit illud Luc. xvi. ubi sic legitur: Ibat autem turba multa cum eo, & conversus dixit ad illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: & qui non habet crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus. Et in eodem capitulo: Omnis ex vobis qui non renuntiaverit omnibus, que possidet, non potest meus esse discipulus. Quod Beda dicit omnibus Christianis esse dictum, dicens: Omnium fidelium est renuntiare omnibus, que possident, ut supra allegatum est. Et iterum Matth. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Hac non ad clericos tantum, sed ad omnes generaliter dicta sunt.

Sed addamus aliqua originalia dicta sanctorum doctorum: & primo volo capere de horto ipsius magistri, ut apud eum & suos minus dubia sint. Augustinus in libro de opere monachorum: Si hujus terrenam reipublicam antiqui principes præclarissimorum literatorum suorum eloquio predicari solent, quod rem communem universi populi sum civitatis privatis suis rebus sic anteponebant, ut quidam eorum Africæ domitri triumphator, quid nubenti filie daret non haberet, nisi ex senatusconsulto de publico dotaretur; quo animo esse debet in rem suam publicam civis civitatis in Jerusalem? Allegat etiam Augustinus in lib. de contemptu mundi. Et notate titulum libri: in ipso libro Augustinus sic dicit: Si mundi gloria vana non esset, si divitiis terrenis vera bona essent, non earum possessoribus imprecaretur Dominus, *Va vobis divitibus*. Et reliqua. Tota illa auctoritas ad hoc facit. Et ad hoc propositum de informandis qui veniunt ad baptismum, facit illa auctoritas Dionysii, quam magister Petrus allegat: Sed non est summa contrariis simul participandum, &c. Et si attendamus interpretationem hujus nominis, Christianus, sicut de nomine, Clericus, arguitur; & abrenuntiationem, que fit ante baptismum diabolo & omnibus pompis ejus; & quid significent unctiones, de quibus in cap. i. de sacra unctione, & cetera, que sunt in baptismo; & vestis candida, que traditur de qua Rabanus: Post baptismum traditur Christi-

Argum. in Sib. ad Nicomacbum, lib. 9. c. 11.

Val. Max. lib. 4. c. 3. Cio. de offi. lib. 1. circa med.

Cap. 15. t. 1.

Cap. 3.

Luc. 1.

ANNO
CHRISTI
1431

Christiano vestis candida, quæ significat in-
nocentiam, & puritatem Christianorum
quam post ablatas veteres maculas, studio
sanctæ conversationis immaculatam conser-
vare debet; de consecratione distinctione
IV. ubi multi textus ad hoc. Si ex hijs om-
nibus volumus argumentari, sicut ex nomine
clerici, & cæremonis ordinum, profecto gran-
dia argumenta distinctionis Christianæ religio-
nis accipiemus.

Cap. 6.

Accedat finaliter quod Augustinus scribit in
libello de consuetu vitiorum: cap. de avariti-
a loquitur de bonis temporalibus, & dicit
sic: « Ista nec apud homines sæculares sine
periculo vel offensa procurantur, quia quan-
to magis quisque habere cœperit, tanto am-
plius habere concupiscit: sique ut modum
in concupiscendo non habeat, dum inu-
meris hujus sæculi curis deservire festinat.

Eccl. 5.

« Ut enim ait scriptura. *Avarus pecunias nun-*
quam implebitur. Quæ nimirum quam est
detestanda, Paulus indicat dicens: *Et avari-*
ritiam, quæ est idolorum servitus. Quamque
sit noxia idem exponit dicens: *Qui volunt*
divites fieri, incidunt in tentationem & la-
queum diaboli, & desideria multa & nociva,
quæ mergunt hominem in interitum & perdi-
tionem. Quam sit detestanda, Sapiens de-
nuntiat, dicens Ecclesiastici x. *Avaro nihil*
est scelestius. Quam sit noxia, Jacobus ap-
ertit, dicens: *Agne nunc divites, plorate ulu-*
lantes in miseris, quæ advenerunt vobis, di-
vitia vestra putrefacta sunt: vestimenta vestra
a tineis comesta sunt, aurum vestrum & ar-
gentum vestrum aruginavit, Et arugo eorum in
testimonium erit vobis, & manducabit carnes
vestras sicut ignis. Sed nec Redemptor nos-
ter præterire voluit cupiditatis malum quam
noxium sit, ait enim. *Difficile qui pecunias*
habent regnum celorum intrabunt. Et rursus:
Facilius est camelum per foramen acus trans-
ire, quam divitem intrare in regnum celorum.
Hæc Augustinus. Et post hæc sequitur: Si
sæcularibus viris est perniciofa cupiditatis
industria; quanto magis illis periculosior
qui habitu & conversatione jam sæculares
esse deserunt, qui totum quod vivunt Do-
mino Deo devoverunt, &c. quæ magister
Petrus allegat, & devoto obligatis loquitur,
ut sequentia demonstrant. Sed & nonne gene-
raliter divitias spinas esse Christus dixit, &
suffocare verbum Dei? Super quo Hieronymus
elegantè adjunxit: « Fallacia divitiarum sus-
focet verbum, blandæ enim sunt divitiæ, a-
liud agentes, aliud pollicentes: lubrica est
eorum possessio, dum huc illucque circum-
ferunt, & instabili gradu vel habentes dese-
runt, vel non habentes reseruiunt. Unde &
Dominus divites asserit difficile intrare in
regnum celorum, suffocantibus divitiis ver-
bum Dei, & vigorem virtutum emollientibus.

Coloss. 3.

Multa alia possem ad hoc propositum dedu-
cere, quæ per sacram scripturam, sanctosque
doctores, scripta & dicta sunt, quæ divitias
detestantur, & exaggerando materiam, duras
videntur proferre sententias. Sed utique in his
omnibus non est intelligendum ipsas censere
abijciendas esse divitias. Item sicut Seneca di-
xit post illud præallegatum: Nemo alijs di-
gnus Deo est, nisi qui contemnit divitias;
subiunxit: Quarum possessionem tibi non in-
terdico; sed efficere volo, ut illas intrepidi-

Hieronymus
in II. cap.
Matth.

de possidens: quod uno consequeris modo,
si illas tamquam exituras semper aspexeris;
si te sine illis beate victiarum speraveris.
Persuadeat tibi hoc idem, qui majori au-
toritate est David propheta: *Divitiis si as-*
spexeris, nolite cor apponere. Non dicit, Abjice
te sed, *Nolite cor apponere.* Unde Hiero-
nymus ad Salvinam: Nec divitiæ obstant o-
pes, si eis bene utatur: nec pauperem ego-
stas commendabiliorem facit, si inter for-
des & inopiam peccata non caveat. Et Gre-
gorius decimo moralium, capitulo vigesimo
octavo: Sunt nonnulli quos census & bo-
na temporalia per tumorem non elevant,
sed per misericordiam opera exaltant: & sunt
nonnulli, qui dum se terrenis opibus abun-
dare conspiciunt, veras Dei divitias non re-
quirunt, atque æternam patriam non amant,
quia hoc sibi sufficere putant, quod rebus
temporalibus fulciuntur. Non est census in
crimine.
Et Augustinus, primo de civitate Dei, ca-
pite decimo: Cum Apostolus dicat: *Qui vo-*
lunt divites fieri, &c. profecto in divitiis
cupiditatem reprehendit, non facultatem,
quam præcepit alibi, dicens: *Præcipe diviti-*
bus hujus mundi non superbe sapere, neque
sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo,
qui nobis omnia præstat ad fruendum abunde.
Bene faciant, divites sint in operibus bonis,
facule tribuant, communent, thesaurizent sibi
fundamentum bonum futurum, ut apprehendant
veram vitam. Et Augustinus idem super psal-
mo, *Quod gloriaris, &c.* Ecce homo, dicit,
prout supra latius allegatum est, quod Apo-
stoli cum audierunt: *Facilius est camelum,*
&c. Et cum ipsi pauperes essent facultatibus,
& in mundo major sit multitudo pauperum
quam divitum, contristati dixerunt: *Quis*
poterit salvari? Quid attendorunt ad lite-
ram? non facultates, sed cupiditates. Vido-
runt etiam ipsos pauperes; & si non haben-
tes pecuniam, habere tamen avaritiam. Et,
ut noveritis non pecuniam in divite, sed
avaritiam condemnari. Et infra: Ut noveritis
quia divitiæ non puniuntur, habebat
Abraham multum auri & argenti, pecorum,
familie, dives erat, & in ejus sinu Laza-
rus pauper sublati est. Et infra: Denique,
quid in illis reprehenditur? Non quia ista
habuerunt; nam & boni ista habeant: sed
quid? hoc intendite, ne passim divites re-
prehendatis. Et rursus, ne de paupertate &
egestate præsumatis. Si enim non est præsu-
mendum de divitiis, quanto magis non est
præsumendum de paupertate, sed de Deo vi-
vo? In quo ergo ista notantur? quia beatum
dixerunt populum, cui hæc sunt. Ideo filii a-
hemi. Hoc ergo in summa reprobatur, ponere
beatitudinem in divitiis: hoc reprobatur, cupi-
do seu avaritia. Nam & sicut sanctus Doctor dicit
in summa contra Gentiles, lib. III. c. cxxxiii.
paupertas de se non est bona, nisi in quan-
tum liberat ab illis, propter quam homo im-
peditur a profectu virtutum.

Aug. in Psal. 51.

Concludo igitur ex allegatis omnibus non
probari, quod ecclesiis non liceat habere bona
temporalia in communi: imo hoc approbavit
praxis Christi & Apostolorum. Et ipse magister
Petrus ad hoc allegat duas auctoritates Augu-
stini: una est de consuetu vitiorum, ubi dicit:
« A sanctis & religiosiis plura habenda sunt,
ut

In excerptis
e libro Senecæ,
p. 11. Romani
edit. 1777.

ANNO
CHRISTI
1432

Psalm. 51.

Tim. 6.

Matth.

Augustinus
in Psal. 51.

ut

ANNO
CHRISTI
1453.ANNO
CHRISTI
1453.

Cap. 21.

ut melius ab ipsis quam a popularibus erodatur. Et ego confentio, sed a pauperibus, non autem a subjectis. **Alia:** Si pauperes comparticipes sumus. Et hoc esse licitum, multis auctoritatibus inferioribus comprobabo. Sed nec etiam obstat ad hoc, quod dixi, quod clerici, imo episcopi possunt habere proprium patrimonium: quia de hoc exstat sententia canonis Apostolorum, **xii. q. 1.** Sicut manifestum est res proprias episcopi, & res Dominicam, ut potestatem habeat de propriis moriens episcopus, si voluerit, & cui voluerit relinquere. Hoc etiam satis indicat doctrina Apostolica. Nam cum tunc possent habere & filios, quos in omni castitate nutrire debebat episcopus, ipsosque jubeat Apostolorum hospitales esse; satis conjecturatur quod in bonis suis episcopus & quilibet clericus remanebat. Et hoc etiam patet ex illo Actuum **xxi.** Et intrantes domum Philippi evangelista, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. **Huic erant quatuor filii virgines.** Et propterea statuit Apostolorum concilium inventarium fieri separatim de bonis ecclesiarum, & de bonis episcoporum, ne confunderentur per mutua commixtionem; sed appareret quid esset proprium episcopi, quid ecclesiarum. Et sic apparet quod ex tempore Apostolorum jam ecclesia habebat bona, & nihilo minus episcopus cum suis bonis remanebat.

1. quod. 13.
Certe, c. 18.
Augustinus in
sermone 1. de
communi vita
clericorum.

Cap. 4.

Psal. 15.

* Superbia
& pompa in
omni loco
Clericis vitanda.

Nec obstant allegata auctoritates Augustini, Hieronymi & aliorum, qui ex interpretatione nominis arguentes hoc videntur innuere. Nam primo de Augustino constat, quod ipse dicit, se primo disposuisse non velle habere clericum, nisi renuntiaret omnibus, & esset sine proprio, sed postea mutasse sententiam; sic dicit: **Certe ego sum, qui statueram nullum ordinare clericum, nisi qui mecum vellet manere.** Et infra: **Ecce in conspectu Dei & vestro tuto consilium: qui voluerint habere proprium, maneat ubi volunt, & ubi possunt, non eis aufero clericatum.** **xii. questione 1.** De Hieronymo etiam: Ipse scribens ad Damasum Papam 1. questione 2. sic ait: **Clericos illos convenit ecclesiarum stipendiis sustentari, quibus parentum, aut propinquorum nulla suffragantur bona.** Ecce ergo quod clerici possunt habere proprium. Et ad hoc concordat cap. sequens, & est Prosperus: **Pastor ecclesiarum his quibus sua sufficiunt, &c.** Nec propter hoc quod clerici proprium habent, minus de sorte Domini sunt nec Dominum in partem seu hereditatem habere desinunt: quia non in illo quod possident beatitudinem suam ponunt, sed in Deo; nec illud pro hereditate habent, sed Deum, & ad ejus obsequium illa bona convertunt; nec propterea, quia habent bona temporalia, non possunt dicere: **Dominus pars hereditatis mea:** quoniam & David, qui illa primo dixit, civitates, castra, & regnum obtinebat.

Multa possem ad horum probationem deducere, sed gratia brevitatis omitto; maxime quoniam & hoc jam consentitur in scheda ultimo data, ubi dicunt quod usus bonorum temporalium est ipsi clero licitus, refecata omni superfluitate & abundantia vitiosa. Et hoc ego dico, quoniam non laudo, sed reprobam superfluitatem vitiosam: & confiteor quod clerici de bonis ecclesiarum non debent thesaurizare ad ditandum pauperes consanguineos, vel affines,

sed recepta sufficientia pro necessariis personam, domus, & familiae, &c. hospitibus cum caritate & decore suscipiendis secundum conditionem & statum personam, residuum debent vel in utilitatem ecclesiarum, vel pauperibus erogare: Et si de bonis ecclesiarum libidine vivant, laute vel crapulose, aut pro pompa superfluitatem vitiosam faciant expensarum, multipliciter delinquant, quia rem illicitam faciunt: quod est commune etiam laicis, sed in clericis gravius. Et qui ad exemplum aliorum dati sunt, male agendo, sicut Gregorius inquit, tot mortibus digni sunt, quot populo vitiorum exempla transmittunt. Item, quia quod pauperum est male in illicitis expendendo, quasi rapinam committant, de quo coram Deo distictam dabunt rationem. Sicque non est illicita possessio, sed abusus; usus vero modestus laudabilis. In quo mensura certa praescribi non potest. Sed consideratis qualitatibus personarum, conditione patriae & gentium, natura administrationis, & aliis hujusmodi generis familiarum, & modus expensarum moderandus est: nam oportet quod secundum naturam praesidentiae vel officii pauciores vel plures ministros habere debeant. Et sic sepe errat intuitum iudicium, reputantium aliquem praesalutem nimiam habere familiarum. Et in veritate loquor, quod mihi hoc contigit, quod cum cuidam bono viro mecum conferenti visum est, quod quidam praesalutus excederet in familia, dixi: **Vultis vos, & ego calculemus, quis esset competens numerus? & fecimus rationem, & reperimus nihil esse superfluum.** Et ipse congratulatus fuit mihi, dicens: **Vere mihi valde placet hoc sic discussisse, quoniam in me ipso scandalizatus eram, & nunc cognosco quod nil superfluum est.** Facile in his erramus, quia aliorum necessitates aut non bene scimus, aut non bene advertimus. Fateor autem quod plurimum cavere debent praesaluti & principes a pomposa & inutilium familiarum sequela. Nam ex hoc eis crescit paupertas, & multae angustiae, multaque oriuntur gravamina subditorum.

Potest etiam esse usus non tantum laudabilis, sed multum meritorius & fructuosus, quoniam clericus videlicet bona ecclesiarum dirigit, & utiliter administrat, & in seipso magna parcitate servata, largas eleemosynas facit, sicut ego scio, & vidi aliquos per Dei gratiam: **Nolo commendare viventes, sed de mortuis infra plurima exempla subjungam.** Ad praedicta bene facit 1. questione 2. cap. Sacerdos; quod magister Petrus allegat, ubi textus: **Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed cum laude pietatis accipit a populo dispensanda.** Et est dictum Prosperi, cui concordat verbum Augustini, **xxiii. questione vii. cap. Quemadmodum, juxta finem: Non dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant.**

Neque haec sollicitudo, quae pro his fideliter administrandis habetur, secularis dicenda est, sed ecclesiastica. Prosper in vita contemplativa: **Possessiones, quas oblatas a populo suscipiunt sacerdotes, jama non sunt res mundi credenda, sed Dei.** Nec est reprobanda, sed laudanda in praesalutis & his, quibus ex natura officii vel administrationis, cui praesident, competet. Nam vita praesalutorum ecclesiarum non est simpliciter contemplativa, sed juxta est activa & contemplativa, exemplo Moyfi.

ANNO CHRISTI 1433

ANNO CHRISTI 1433

Q. 116. 8. ep. 2. 66.

P. 1. 3.

L. 1. 2.

Moyſi. Nunc aſcendebat in montem ad orandum, nunc deſcendebat ad populum gubernandum. Ideo ſacrorum canonum conſult auctoritas, quod is, qui aſſumendus eſt in epiſcopum, debet eſſe in ſpiritualibus & temporalibus providus & circumſpectus. xxxix. diſtincti. in principio, &c. Petrus diaconus. Et hæc ſunt verba beati Gregorii: Talis in regiminis arce debet conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam extrinſeca ſubjectorum utilitate & cautela ſciat eſſe ſolicitus. Et gloſſa ſuper illo verbo: *Pascite qui in vobis eſt gregem Domini*; Non ſolum verbo & exemplo, ſed & temporalium ſubſidio. Et credo illa gloſſa fuit excerpta ex diſtis Gregorii ex Paſtorali c. vii. ubi ſic ait: Nonnulli gregis quidem curam ſuſcipiunt, ſed ſibi ſibi vacare ad ſpiritualia appetunt, ut rebus exterioribus nullatenus occupentur: qui cum curare temporalia funditus negligunt, ſubditorum neceſſitatibus minime occurrunt: quorum nimirum prædicatione plerumque deſpicitur; quia dum delinquentium ſecta corripitur, ſed tamen eis neceſſaria præſentis vite non tribuunt, nequaquam libenter audiuntur. Et hoc late proſequens inducit diſtinctam auctoritatem Petri, & dicit hanc paſſionem non tantum cordis, ſed corporis. Poſtea tamen ſubjungit: Non debet per hanc ſolicitudinem temporalium ſic & totum impendere, ut ſpiritualia derelinquat, dicens: *Sollicitudo ergo quam ſubjectis exterius impenditur, ſub certa neceſſe eſt meſura teneatur, unde per Ezechielem capite XLIX. dicitur: Sacerdotes caput ſuum non radant, neque comam nutriant: ſed tonsentes attondeant capita ſua.* Sacerdotes namque jure vocati ſunt, qui ut ſacrum ducatum præbeant fidelibus, præſunt: capilli vero in capite exteriores ſunt cogitationes in mente, qui dum ſuper cerebrum inſenſibiliter oriuntur, curas præſentis vite designant. Quia igitur cuncti, qui præſunt, halere quidem ſolicitudines exteriores debent, nec tamen eis vehementer incumbere, ſacerdotes recte caput prohibentur radere, & comam nutrire, ut cogitationes carnis de vita ſubditorum nec a ſe penitus amputent, nec rursus ad creſcendum nimis relaxent. Ubi & bene dicitur: *Tonsentes attondeant capita ſua, &c.* ut videlicet curæ temporalis ſolicitudinis, & quantum neceſſe eſt, vigeant, & tamen reſecentur citius, ne immoderatus excreſcant. Dum igitur per adminiſtrationis exteriorum providentiam, corporum vita protegitur, & rursus per moderatam cordis intentionem non impeditur, capilli in capite ſacerdotis & ſervantur ut cutem cooperiant, & reſecantur ne oculos claudant. Hæc Gregorius.

Ex præmiſſis clare liquet prælatos eccleſiaſticos debere eſſe non tantum contemplativos, ſed & activos in ſpiritualibus & temporalibus providos & circumſpectos, & pro ſpiritualium intentionem curam & ſolicitudinem temporalium non abjicere, ſed ad utrumque ſe apte & decenter aptare. Et prælatus ſic vivens non propter hoc dicendus eſt habere contrarias vias, & contrarios affectus, ut proponens in rationibus, quas in fine ſubjungit, videtur inavere: quoniam omnia hæc ordinantur ad unum finem, videlicet ad curam gregis ſibi commiſſi, ut præ-

ter ex præmiſſis ſollicitas Gregorii. Ad eandem ſententiam pertinet diſtinctum Gregorii, vi. Moralium, capite xxv. ubi ſic ait: Neque perfectus prædicator eſt, qui propter contemplationis ſtudium operanda negligit, vel propter operationis inſtantiam contemplanda poſtponit. Et hanc ſententiam ibi laza proſequitur. Et infra: Sæpe qui contemplari Deum quieti poterant, occupationibus preſſi ceciderunt: & ſæpe occupati, dum bene humanis viſibus viverent, gladio ſue quietis extincti ſunt. Hinc namque eſt quod nonnulli inquieti ſpiritus: dum plus exquirunt contemplando, quam cupiunt, uſque ad perverſa dogmata erumpunt, & dum veritatis diſcipuli aſſe humiliter negligunt, magiſtri errorum ſunt.

Nunc etiam audiamus Iſidorum docentem nos non ſcandalizari, ſi aliqui prælati temporalium ſollicitudini totaliter dati ſunt, quoniam hoc a Dei ordinatione procedit ad utilitatem eccleſiæ. Ita Iſidorus inquit, de ſummo bñno, libro 3. capite xxxix. Providentia plerumque divini conſilii ordinantur præpoſiti mundana & exteriora ſectantes, ut temporalibus rebus totaliter ſe impendant, ut ſpirituales quietioram vitam contemplationis exerceant. Quia duræ ſunt quiete vivere volentibus ſarcinæ curarum temporalium, providet ſæpe Deus curis deditos ſecularibus ad ſuſceptionem regiminis; ut dum hi exteriora ſine tædio procurant, ſpirituales viri rebus interioribus ſine impedimento rerum terrenarum deſerviant. Dei ergo ordinem accuſant quo inſtituuntur, qui epiſcopos condemnant, dum minus ſpiritualia, ſed magis terrena ſectantur. Ex divini enim tabernaculi diſpoſitione ob injurias mundi ſerendas & turbines, quosdam inſtituit epiſcopos ſecularibus curis inſiſtentes; ut hi qui interiorius ſuperna deſiderant, nullo terreno obſiſtente negotio liberius in hoc quod amant intendant. Hæc Iſidorus. Multa enim temporum, & audacia & protervitas hominum malignorum hoc exigit, ut prælati non tantum ſine peccato, ſed etiam meritorie hæc temporalium curas exerceant, pro ſide, vel etiam rebus eccleſiæ defendendis, prout infra patebit auctoritatibus & exemplis beati Gregorii, & aliorum; & miraculo oſtenſo in altero Gregorio, de quo infra. Et ſic breviter me expedio de omnibus originalibus diſtis doctorum, ad quem omnia clare patet reſponſum ex prædiſtis, ut unusquiſque per ſe poterit applicare: nam ad ſingula ſigillatim reſpondere, nimis fuiſſet prolixum. Si autem magiſter Petrus petat ad aliquod ſpeciale reſponſum, designabitur illud: de quo, Deo propitio ſufficiens ſubreſponſo dabitur.

Cam autem ſchedula ultimo data dicit: Dominium autem civile ipſi clero Chriſti non congruit, aut convenit, ſed nec licet ipſi in perſona propria civiliter dominari; Si inſeſcit quod clericus in perſona propria non debet iudicium ſanguinis exercere, ſatis: potest tamen habere, & clericus non religioſus, de proprio patrimonio, & in adminiſtratione pro eccleſia civile dominium caſtrorum, villarum, oppidorum, civitatum, in quibus tale iudicium per laicos officiales ſciat exercere, prout dicit Hugo de ſacramentis, 11. parte, & eſt allegatum per magiſtrum Petrum, & recte pro-

Hugo de Sacramentis, 11. parte, & eſt allegatum per magiſtrum Petrum, & recte pro-

ANNO CHRISTI 1493

ANNO CHRISTI 1493

probat contra ipsum. Nam ibi ad litteram sic habetur: „Notandum tamen quod principes terreni in terrenis possessionibus, quas in subiectis, vel sine subiectis possident ecclesiam, aliquando concedunt solum utilitatem, aliquando utilitatem & potestatem: Utilitatem sine potestate concedunt, quando fructum possessionis ad usum ecclesiam transferri decernunt, sed potestatem iustitiam exercendam in ipsa possessione ad eius ditionem transire non permittunt. Aliquando & utilitatem & potestatem simul tribuunt. Ubi tamen advertendum est, quod ecclesia licet fructum terrenam possessionis ad usum recipiat, potestatem tamen exercendam iustitiam per ecclesiasticas personas, aut iudicia secularia exercere non potest; potest tamen ministros habere licitas personas, per quas iura & iudicia ad terrenam potestatem pertinentia, secundum tenorem legum & debitum juris terreni exercent. Ecce quam manifeste ista auctoritas per magistrum Petrum allegata ostendit, ecclesiasticas personas posse habere civile dominium, & dat modum jurisdictionis exercentis. Principes enim catholici & domini temporales pro Dei gloria, & suarum remedio animarum, contulerunt ecclesiis multa pretiosa donaria, castra, villas, oppida, & civitates, transfereudo in ecclesiam interdum solum utilitatem fructuum, interdum potestatem & jurisdictionem, quod est civile dominium. Et in hoc completa fuit propheta eximii propheta David in Psalmo, *Exsurgat Deus*: quem quidem Psalmodum Nicolaus de Lyra literalis expositor, recitato prius sensu Judaeorum volentium illum intelligere de exitu Israel de Aegypto: cum dicit illum nimis involutum, & coaptari plene non posse ex auctoritate Pauli ad Ephes. iv. qui huiusmodi Psalmodi verum: *Ascendens in altum, captivum duxit captivitatem, dona dedit Hominiibus*, applicat ad dona Spiritus sancti missa in corpus ecclesiam; dicit verum Psalmodi sensum esse de ecclesia Christianorum post Christi passionem: & ad hunc sensum exponit totum Psalmodum; & super versu, *Species domus dividere spolia*, ita dicit Lyra: „Quod principes & potentes contri ad fidem dederunt ecclesiam pretiosa donaria, ex quibus ornata est ecclesia: ut patet in pluribus historiis & legendis sanctorum. Et hoc quod dicitur *Species domus dividere spolia*; hoc est quod dicitur: Ad speciem & decorem domus Dei, quam est ecclesia, pertinet dividere spolia, hoc est, dividere ecclesiam, & personis ecclesiasticis dividere predicta donaria. Consequenter ostendit, qualiter talibus temporalibus utendum sit, cum dicitur, *Si dormitis*, &c. Ad caju intelligentiam est sciendum, quod Graece idem est quod fori: columba autem hic accipitur pro ecclesia, quae columba frequenter nominatur in canticis pennae autem sunt virtutes eam ad caelestia elevantes. Dicit igitur: *Si dormitis*, id est, quietatis, inter *medos clericos*, id est, inter status ecclesiam, scilicet militantis & triumphantis; quod fit, quando sic utantur homines bonis presentis vitae, ut non amittant eternam, sed magis acquirant: divitias enim, sicut impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adjuvamenta virtutis. Hac omnia Nicolaus de Lyra.

Concl. Gen. Tom. XXIX

Cum enim civile dominium sit res commerciabilis, ut est communis doctorum sententia in l. Imperium, & l. More majorum, ff. de jur. om. jud. & sepe vendantur castra, villae, oppida & baronia: quid igitur prohibet, quod laicus habens tale civile dominium, titulo donationis, legati, vel hereditatis, vel alio legitimo titulo, in ecclesiam transferre non possit? Dicit magister Petrus, quod tali dominio rerum communis repugnare videtur. Et ad hoc allegat dictum Armachani, & alia: ad quod forte aliud quaesivissem responsum, nisi hoc in promptu occurrisset, tam clarum, celebre & famosum, quod res publica Romanorum a senatu recta magnum habuit civile dominium, & multae habent hodie civitates villae domini: ergo non repugnat communitati habere civile dominium. Sed ex hoc clare liquet quod nec illa ratio valet: Praelatus ecclesiam non potest exercere in propria persona temporalem jurisdictionem, ergo ecclesia non potest illam habere: nam & senatores aut consules Romae non poterant exercere jurisdictionem in provinciis in persona propria, sed dabant praesides provinciarum. Scio quod civitates Barcinonenses habent villas & castra; nec tamen consules civitates possunt ibi jurisdictionem exercere: sed creatur ibi officiales, qui jurisdictionem exercent.

Jam nil restat ex dictis ex adverso, nisi finis schedule ultimo datae, ubi sic habetur: Insuper circa praedictum punctum tenemus, quod in tantum potest iniquitas regnare in clero, quod in defectu spiritualis praepositi liceret brachio seculari auferre bona temporalia a viris ecclesiasticis habitualiter delinquentibus. Quae propositio est multum confuse posita, & absque aliqua declaratione vel probatione: & ideo posset eadem facilitate contemni, quae ponitur: sed nolo eam praeterire, quin circa ipsam, Deo propitio, nuculem veritatem. Sed istud puto facilius & luculentius agere; cum, sicut praemisi in principio, ecclesiam & praelatis, & personis ecclesiasticis licitum esse habere & possidere bona temporalia, mobilia & immobilia, & civilia dominia firmissimis documentis monstrabo. Ideo haec praemittam.

Ad quod probandum quadruplici medio uti intendo, ut sicut in quatuor Evangelistarum testimoniis Evangelica doctrina fundatur, sic in quatuor fundamentis veritas ista firma consistat.

Et primo sic: Illud constat esse licitum, quod nulla est lege prohibitum: ita dicit Augustinus ad Pollentium xxviii. questione i. Jam nunc: sed hoc nulla lege prohibetur; igitur est licitum. Ratio est in forma. Major est nota de se, & est Augustini, ut supra. Minoris probatio non incumbit mihi, sed asserenti contrarium; qui dicit & hoc prohibitum, prohibitionem ostendat. Nam ad ea, quae allegata sunt, sufficienter responsum est.

Secundo sic illud est licitum, imo & debitum, quod divina ordinatione & beneplacito factum est; sed dotatio & glorificatio ecclesiam in potentia & dominio temporali, divina ordinatione & beneplacito, hoc tempore scilicet a Silvestro, & citra facta est, sicut ipse Deus ante promulgaverat per prophetas. Igitur. Major est nota. Ad probandum minorem assero tria testimonia prophetarum. Primum eximii prophetae David in psalmo, *Exsurgat Deus*:

A clero habitualiter delinquente, secundum Huf. Graes., possunt auferri facultaria bona.

Licitum esse ecclesiam & ecclesiasticis personis habere temporalia.

1. Ratio. August. ad Pollent. lib. i. de adult. coact. 116. c. 13. 14.

2. Ratio. 1. Petrus. Sic illud est.

Psalm. 67.

Ibidem.

ANNO
CHRISTI
1440Lyra in cap.
25. Isaia.

Deus: qui psalmus pertinet ad glorificationem ecclesie, post Christi passionem, ut probat Nicolaus de Lyra ex auctoritate Pauli, ut predictum est: qui propheta David hoc prophetauit, ubi dicit: *Species domus dividere species, id est, donaria a principibus & potentibus ecclesie data, inter ecclesias & ecclesiasticas personas distribuere. Inter alias magnas gratias & glorificationes ecclesie hanc temporalium bonorum amplificationem futuram prenuntiavit propheta.*

Secundum testimonium est Isaia lxx. *Consurge, consurge, induere fortitudinem tua Sion, induere vestimentis gloria tua Jerusalem civitas sancta: Nicolaus de Lyra primo ex auctoritate Pauli, qui allegat quod infra sequitur: Quam pulchri pedes annuntiantis & predicantis pacem!* dicit hoc caput loqui de ecclesia post Christi passionem. Et dicit quod in hoc capite removeretur tertium impedimentum liberationis factis per Christum, quantum ad incredulos, quod provenit ex contemptu humilitatis Christi, ostendendo quod humilitas Christi fuit dispositio ad gloriam, secundum quod dicitur ad Philipp. 11. *Humiliavit semetipsum, &c. propter quod exaltavit Deus illum, &c.* non solum post mortem fuit glorificatus, sed etiam ante in operibus miraculosus ad declarationem sue deitatis: propter quod Christus petens, *Glorifica me Pater, Joannis xxi. audivit: Glorificavi, & iterum glorificabo. Glorificavi te miraculis, iterum te glorificabo pro gloria.* Et sic est in corpore Christi mystico, quod est ecclesia; quia post depressiones ejus per Judaeos & tyrannos elevata est in magna gloria, etiam temporaliter, & in ipsis depressionibus specialiter in receptione Spiritus sancti, & miraculis, que fiebant per Apostolos, & alios sanctos. Et sic circa primum propheta alloquitur ecclesiam primitivam: *Consurge, consurge, ad opera virtutum: induere fortitudinem, ad tolerandum constanter persecutiones.* Sed post persecutiones secuta est pax & honor: ideo subditur: *Induere vestimentis gloria tua: & hoc fuit impletum tempore Constantini, qui pacem ecclesie per totum Romanum orbem dedit, & Dni probatio sedeat; & est ex prophetia David in psalmo ciii. Quem psalmum Augustinus exponit de ecclesia. Unde in verbi: Super montes stabunt aquae, dicit: Sic propterea dixit, quia ecclesiam futuram in diluvio persecutionum voluit intelligi. Fuit enim tempus aliquando, quo terram Dei, ecclesiam Dei, cooperuerunt aquae persequendum. Et ita cooperuerunt, ut non apparent nec ipsi montes, qui sunt montes. Et infra: Fugerunt enim aquae ab increpatione Dei, quia cor regum in manu Dei; deservit quo voluit, iussu per eos pacem dari Christianis, emicuit & emittit auctoritas apostolica. Et infra, cum multa dixisset, hoc propositum continuando, que omnia inferre longum esset; tandem super verbo, Cedri Libani, quas plantavit, illic passeres nidificabunt; sic inquit Augustinus: Etiam cedri Libani, nobiles & divites & excelsi huius saeculi, quoniam cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & prebent illas servis Dei, dant agros, dant hortos, edificant ecclesias & monasteria, colligunt passeres nidificantes. Sunt*

ergo

perum Christianorum, & edificationes ecclesiarum. Et infra: *Et edificabunt; Hic describitur prosperitas ecclesie in ecclesiarum edificatione: muros suos, id est, ecclesias. Et hoc patet impletum a tempore Constantini. Et infra: In indignatione mea pervergi se: quia ecclesia primitiva fuit multum afflicta a tyrannis, quod secundum iudicium humanum videbatur procedere in indignatione Dei, licet fuerit ad probationem: scriptura saepe habet talem modum loquendi. Et sequitur: In reconciliatione mea miserus sum tui dans tibi pacem, ampliationem & honorem tempore Constantini. Et ideo subditur: Et aperientur porta tua iugiter, quia ecclesiam prius clausam precepit aperiri, & per imperium suum novas edificari. Et sequitur in textu: Et venient ad te filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum, Dicit Lyra: Hic describitur prosperitas ecclesie, quantum ad consecutionem honoris. Et infra sequitur in textu: *Ponam te in superbia saeculorum, id est in gloriam & honorem; ita quod superbia non sonat hic vitium, sed honoris excessum. Et sequitur in textu: Es iuges lac gentium, & mamilla regum lactaboris, id est, ab eis accipies nutrimentum; sicut videmus impletum in dotatione ecclesie de bonis principum. Et sequitur in textu: Pro te afferam aurum; quia in primitiva ecclesia fuerunt calices & alia utensilia ecclesie de materia parum pretiosa; postea facta sunt de auro, argento, & de lapidibus pretiosis. Et sic habemus tria testimonia prophetarum, quibus apparet sic a Deo fuisse ordinatum, & per prophetas pronuntiatum. Et de ista temporali exaltatione ecclesie facta per Constantinum in persona beati Silvestri, figura precessit in Jonatha summo sacerdote, cui Alexander contulit coronam auream, & potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, 1. Machabeorum xi.**

Ministravit mihi Dominus quartum testimonium ex prophetis, ut quadrato numero velat in evangelica structura huius articuli probatio sedeat; & est ex prophetia David in psalmo ciii. Quem psalmum Augustinus exponit de ecclesia. Unde in verbi: Super montes stabunt aquae, dicit: Sic propterea dixit, quia ecclesiam futuram in diluvio persecutionum voluit intelligi. Fuit enim tempus aliquando, quo terram Dei, ecclesiam Dei, cooperuerunt aquae persequendum. Et ita cooperuerunt, ut non apparent nec ipsi montes, qui sunt montes. Et infra: Fugerunt enim aquae ab increpatione Dei, quia cor regum in manu Dei; deservit quo voluit, iussu per eos pacem dari Christianis, emicuit & emittit auctoritas apostolica. Et infra, cum multa dixisset, hoc propositum continuando, que omnia inferre longum esset; tandem super verbo, Cedri Libani, quas plantavit, illic passeres nidificabunt; sic inquit Augustinus: Etiam cedri Libani, nobiles & divites & excelsi huius saeculi, quoniam cum timore audiunt, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem; attendunt res suas, villas suas, & omnes superfluas copias, quibus videntur excelsi, & prebent illas servis Dei, dant agros, dant hortos, edificant ecclesias & monasteria, colligunt passeres nidificantes. Sunt

ANNO
CHRISTI
1440

172. 40

ANNO CHRISTI 1433. Pape Cyriacus 120 nullus fuit.

ANNO CHRISTI 1433. Pape Cyriacus 120 nullus fuit.

Dei. 7. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

ergo quidem spirituales mercedem in co- A desuper terram minutatim per frusta differ-

Terio illud debet licitum reputari, quod a viris divinarum literarum doctissimis, vita- que & religione sanctissimis pro licito habi- tum & factum est. Sed hoc est hujusmodi; ergo, &c. Hoc argumentum est in hac propria materia viri religiosissimi Prosperi, cujus scri- pta inter canonicas scripturas habentur, prout dicit Gelasius xv. Sancta. Hoc argumentum est xii. questione 7. Expedi facultates eccle- sia possideri. Ubi recitato exemplo Paulini concludit: Quo facto satis ostendit, sine im- pedimento perfectionis posse ecclesiam facultates, que sunt perfectio communes, possideri. Ad probationem etiam assumptam majoris est textus Hieronymi xxxvii. distincti. Qui de mensa; ubi ex facto Sidrach, Misach. & Abdenago, probat non esse licitum facere quod illi fecerunt. Ad idem textus in capite, Lugdunensis, ix. questione 11. Ad probationem minoris, licet possem probare quod ante tempora Sil- vestri jam ecclesia habuerat pradia & posses- siones tempore Urbani I. qui presedit anno Domini cccxiii. item temporibus Pontiani, Anteri, Fabiani, cornelli, Lucii, Stephani, Sixti, Dionysii, Felicii, Marcelli, Eusebii, & Melchiadis Romanorum Pontificum, qui pra- cesserunt Silvestrum, & thesauros, sicut Six- tus, quos Laurentius instante persecutione pau- peribus erogavit, habuerunt, & civile domi- nium; sicut mihi scriptum datum est, quod Philippus dominus Pannoniae dedit Laureacen- si archiepiscopo, qui tunc erat metropolitani- nus, villas & pradia in Austria, que nunc tenet Patavienfis ecclesia. De hoc Philippo scribit Gotfridus in Pantheon:

Suscipit imperium, populo plaudente, Philippus, Iste post Caesar voluit cognoscere Christum.

Qui dedit ecclesie pradia multa suis.

Sed quia de civili dominio majus sit fe- sum, de his qui presederunt ecclesie, habenti- bus magna dominia civilia, est loquendum. Et primo de sede Romana: incipiam a bea- to Silvestro, de cujus sanctitate & doctrina, videlicet Judaeorum satrapis, fidei catholicis exal- D tatio testimonium probet. Sub hoc Nicenum primum sacrum & venerandum concilium fuit, & post dotationem ecclesie: ex quo satis au- thorizatur factum Constantini; quoniam si il- licitum fuisset, reprobaasset hoc tam celebre concilium. Sed & habeo testimonium beati Ambrosii, de obitu Theodosii Imperatoris, di- centis Constantinum magnum meriti apud Deum; quia primus Imperatorum credidit, & post se hereditatem fidei & devotionis principibus de- relinquit. Et Isidorus noster Hispanus idem in suis chronicis attestatur. Et Graeci qui tunc erant catholici, ipsum Constantinum catalogo sanctorum annumerant, & festum de eo cum solemnitate agunt, xxi. Maii.

Postea dicam de sancto Marco, sub quo fuit celebrata sancta synodus Nicena, & clarue- runt ejus tempore & post, sanctus Athanasius, Eusebius, Nicolaus & Hilarius, & Joannes Chryostomus; item sanctus Leo Papa, qui fuit xliiii. post sanctum Petrum; item Felix secundus, qui martyrio coronatus est: item Damasus primus, sub quo synodus Constanti- nopolitana ex. petrus, cui Hieronymus illam scribit epistolam: Quoniam vetus oriens inter se furore collisus, indiscissum Domini tunicam

desuper terram minutatim per frusta differ- pit; Etiam petens ab eo suae fidei confessio- nem approbari; & alias multas epistolas.

Item Cyriacus qui cum undecim millibus virginalibus in Colonia martyrio coronatus est; item sanctus Symmachus Papa, de cujus vita & miraculis Vincentius in historiali libro xxiii. cap. 1. & 11. Item sanctus Joannes Papa, de quo in eodem Vincentio, eodem libro, capi- te trigesimo tertio; item sanctus Agapitus eo- dem libro, capite lxi. Item sanctus Grego- rius unus de quatuor doctoribus ecclesie, cu- jus sanctitas & doctrina nota est; item sanctus Martinus, de quo Vincentius eodem lib. xxiii. cap. lxxxv. item sanctus Stephanus Papa, de quo idem Vincentius eodem libro cap. clxvii. item Honorius Papa mirae pietatis fuit, cujus tunica demoniacus quidam indutus fuit, & liberatus est. Item sanctus Severinus benignus amator cleri & pauperum, & possessiones eccle- siarum ampliavit; item Joannes quartus the- sturis ecclesie distractis multa millia hominum per Istriam & Dalmatiam redemit; item san- ctus Martinus Tuderinus, cujus festum celebra- tur crastino sancti Martini Turonensis. Euge- nius primus, hic omnibus benignus & amabi- lis, maximaeque sanctitatis. Agatho dum quem- dam leprosum oscularetur, mundatus est. Joanes natione Graecus, hic martyrio coronatus est. Paulus mitissimus & misericors, nocte cum paucis familiaribus ibat ad visitandum paupe- res & infirmos, & eis ministrandum; Leo quar- tus multae patientiae; multaque humilitatis, fecit mirabilia in vita sua, cujus festum celebra- tur decimo septimo Kalendas Augusti; Nicolaus post hunc vir fuit sanctissimus, cui post magnum Gregorium vix in sede Romana similis. Omnes praedicti fuerunt in sede Romana post dotationem ecclesie, viri sanctae approbatae sanctitatis. Fuerunt & plures alii viribus & scientia clari, sicut innocentius tertius, qui tam reverenter allegatur in tractatu de Missa & aliis operibus; Petrus de Taranasia, dictus Innocentius quintus, doctor clarissimus; & multi alii, quos nominare longum esset. Vo- lvi solum praedictos exprimere, qui sancti intulatur, aliis multis omisso.

Sed hoc unum nolo omittere, quia ad pro- positum valde facit, quod aarrat Vincentius in historiali, libro vigesimo quinto, cap. xxv. de Gregorio sexto, qui magna studia & labores impendit ad recuperandum temporalia bona ecclesie a tyrannis occupata: & cum nec hortationibus, nec censuris posset efficere, vi- armorum hoc fecit. Unde cardinales cum vi- sum sanguinarium dicentes, cum infirmitate decumbere, de qua decessit, dicebant, eum non debere sepeliri in ecclesia beati Petri cum aliis Pontificibus: quod cum ipse intellexit, vocavit cardinales, & habito cum eis collo- Equo tandem dixit: Quoniam nostrae & vestrae rationes falli possunt, committamus omnia di- vino examini, corpus meum antecessorum meo- rum more compositum ante januas ecclesie si- stite, & firmentur januae seris & repagulis: si Deus voluerit ut ingrediar, applaudatis mira- culo; sin minus; de cadavere meo faciatis si- cut vobis placuerit: sic factum est. Mox enim ut corpus ejus ante portas ecclesie seris ocllu- sis positum est, turbo ingens divinitus emissus repagulorum obacula dirupit, & ipsas valvas vehementi impetu patefactas ad parietem cum

• Error.

magno fragore impulit. Et hac dicta sint de Romanis Pontificibus.

Possent per alias mundi ecclesias Italiae, Galliae, Hispaniae & Angliae, colligere magnum numerum sanctorum episcoporum, qui praeserunt ecclesiis habentibus magnam temporalitatem & civilia dominia; sed nolo pro praesentibus, nisi de his circumvicinis & cognitis, & etiam non de omnibus loqui: incipiam ab ecclesia Moguntina. Ecce sanctus Bonifacius, qui tante fuit auctoritatis, quod tempore suo dicebant Apostolorum tempora rediisse. Hic sua praedicatione multas provincias illustravit. In eadem ecclesia sanctus Lullus confessor; item Rabanus magnus doctor quotidie allegatur, item in eadem Moguntina ecclesia Bardo archiepiscopus. In eadem Uvilligius. In ecclesia Treverensi, quam Helena mater Constantini, qua de Treveris fuit oriunda, pluribus dotavit reliquiis, & bonis temporalibus, adjiciendo primae donationi; fuerunt sonaginta novem archiepiscopi usque ad dominum Ottonem ultimo defunctum: ex quibus vigintiquinque sunt sancti, ut habetur in Calendario archiepiscopi Balduvini, quod in ipsa ecclesia servatur. In ecclesia Coloniaensi beatus Severinus, qui multis clarus & clares miraculis. Item sanctus Remedius; item sanctus Cunibertus; item sanctus Haymo, Agolofius martyr; item Evergillus martyr; item Heribertus. Omnes isti fuerunt sancti archiepiscopi Coloniaenses. In ecclesia Leodensi, qua opulentissima in temporalibus est, sanctus Maternus, sanctus Theodardus, sanctus Servatius, sanctus Lambertus martyr, sanctus Geregisus, episcopi omnes. Item in ecclesia Laureacensi fuit sanctus Maximianus, a sancto Sixto consecratus episcopus circa annum Domini CCCXIII. qui patrimonio dictae ecclesiae contulit, quod nunc Anasum dicitur, cum omnibus vicinis oppidis & iudiciis secularibus, quae manent usque ad praesens in Austria, & obtinet illa Paraviensis ecclesia. Item sanctus Adalbertus ecclesiam Pragensensem magnifice dotatam feliciter rexit pluribus annis. Item sanctus Procopius opulentissimum monasterium in Bohemia habuit, cuius possessiones inquietantes divinam interdum ultionem in se experti sunt; Item sanctus Wolfgangus in Ratisbona; item sanctus Corbinianus Frisingensis episcopus praedia pro eadem ecclesia hodie nota comparavit; Item sanctus Uldaricus Augustensem ecclesiam opulentam praediis & civilibus dominis rexit; item sanctus Conradus Constantiensis episcopus. Item sanctus Virgilius ecclesiam Salzbουργensem dominis dotavit. Fuit quoque sanctus Virgilius episcopus Tridentinae ecclesiae, civili dominio opulentus. Praeterrittendum non est de sancto Stanislao Cracoviensi episcopo, qui passus controversiam super villa ecclesiae, a sepulchro eum, qui ante per triennium mortuus fuerat, resuscitatum ad iudicium duxit in testem. Possent sine falso, si bene quaesivissem, etiam multo plures reperisse sanctos episcopos & abbates, qui praeserunt ecclesiis & monasteriis habentibus temporalia & civilia dominia. Exhorrent utique pie aures audire in dubitationem deduci, an licitum sit quod a tanta sanctorum multitudine per tanta curricula temporum pro licito habitum fuit, practicum & observatum.

Quarto idem sic proba Illud indubie lici-

um est, quod est auctoritate conciliorum Apostolorum & sanctorum generalium conciliorum approbatur; istud est huiusmodi, igitur. Major est manifesta, quoniam omnis fidei nostrae, & christiana disciplina doctrina ab ipse Apostolis & a sacris generalibus conciliis, & eorum auctoritate habetur, quod haec, quae legimus, sunt evangelia Christi vera; quod symbolum fidei factum fuerit ab Apostolis, unde habemus nisi a sacris conciliis & approbatione ecclesiarum? Ipsa enim quantum ad fidem & mores pertinet pro necessitate salutaris errare non possunt. Sicut Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & Gregorius, & omnes doctores continentur & tenent. Imo Augustinus dicit. Evangelio non crederem nisi me auctoritas ecclesiarum moveret. Nunquam enim legitur ab aliquo concilio rite congregato aliquid pertinens ad fidem vel mores ordinandos, erronee determinatum fuisse, propter auctoritatem Spiritus sancti regentis ipsa concilia. Ad probandum minus habeo primo ex canonibus Apostolorum, xii. questione 1. Sint manifesta res propriae episcopi, si tamen habeat propria, & manifestae res Dominicae. Ecce duplex patrimonium in potestate episcopi, proprium & Dominicum; item ea causa & questione. Praecipimus ut in potestate sua res ecclesiarum episcopus habeat. Si enim animas hominum pretiosae illi sunt credite, multo magis oportet eum curam de pecuniis gerere. His addere libet decretum Pii Papae, qui longe ante Silvestrum fuit, anno scilicet Domini CCLIII. ubi sic legitur. Praedia divinis utibus tradita, quidam humanis applicant utibus; & Deo nostro, cui tradita sunt, subtrahunt, ut sibi inserviant. Quapropter ab omnibus illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia utibus secretorum caelestium dicata quibusdam irruentibus vexentur: quod si quis praesumpserit, ut sacrilegus iudicetur. Veniat & auctoritas sancti Urbani, qui etiam longe praecessit Silvestrum: causamque & originem, quare & quando ecclesia praedia & possessiones habere incepit, edisserit, dicens: Videntes autem summi sacerdotes, & alii, atque Levites, & reliqui fideles, plus utilitatis posse conferre, si hereditates & agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus praesidebant episcopi, traderent; eo quod ex sumptibus eorum tam praesentibus quam futuris temporibus, plura & elegantiora possent ministrare fidelibus, commune vitam ducentibus, quam ex pretio ipsorum; comperunt praedia & agros, qui vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere. Ipsa vero res in ditione singularum parochiarum, episcoporum (qui locum tenent Apostolorum) erant & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus; quibus episcopi & fideles dispensatores eorum omnibus communi vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debeat, prout melius poterunt, ut nemo in eis egens inveniat; ipsa enim res fidelium oblationes appellantur, quae Domino a fidelibus offeruntur. Memoratis ergo augmentationibus ac cultibus in tantum, ecclesiam, quibus episcopi praesident, Domino administrante, creverunt, & tantis maxima parte earum abundat rebus, ut nullus in eis communem vitam ducens, sit indigens; sed omnia

ANNO CHRISTI 1423

ANNO CHRISTI 1423

ANNO CHRISTI 1425

necessarius ab episcopo suisque percipiat; ideo si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hac avellere nitatur, jam dicta damnatione feriatur. Hac Urbanus. Finis autem ista refertur ad cap. Attendendum, infra allegatum. Et de illa damnatione hic loquimur decreta undecim conciliorum. Primum, sequendo ordinem, voluminis decretorum in cap. Bene quidem LXXXVI. distinctione: secundum Martini Pape, XII. quest. 1. Manifesta. Tertium Antiochei, ea causa, & questione episcopus. Quartum Eugeni apud Romanam, ea causa, & quest. Nulli episcoporum. Quintum in octava synodo universalis, ea causa, & questione; Apostolicos. Et cap. Non licet. Sextum in concilio Leonis Pape IV. ea causa, & quest. 2. Monemus. Septimum Urbani Pape, ea causa, & quest. de laicis. Octavum Innocentii III. de rebus non alienandis, Cum laicis. Nonum concilii Lateranensis de testa. cap. Cum in officiis. Decimum Gregorii X. in generali concilio Lugdunensi, cap. Hoc consultissimo; eodem titulo lib. VI. Undecimum in concilio generali Vienneensi, Clementina prima, eodem titulo. In omnibus istis generalibus conciliis, pro conferendis, regendis, & in manu tenendis bonis temporalibus decreta sunt facta.

Quid tandem dicam, ut materiam conciliorum generalium finem imponam? Primum illud Nicenum concilium, in quo symbolum fidei conditum fuit, quod in Missa cantatur, post dotationem ecclesie factum est. Et deinde omnia alia concilia, quorum decretis & ordinationibus regitur ecclesia catholica, & quidquid ordinationis, decoris & normae, & finaliter quidquid boni habemus in Christiana religione, totum pullulavit ab eo tempore, quo ecclesia dotata fuit. Nam eo tempore antequam per doctrinam beatissimi Silvestri Constantini ad fidem conversus fuisset, docendarum plebium facultas non erat; sed in varios errores erat scissa Christianitas, & omnia fere confusa & perdita erant, prout Isidorus dicit, ut supra allegatum est, & ex historiographis unicuique legendi palam est. Utique ab initio humani generis haec suggestio est, qui vellet ecclesiam ad illum statum deducere, ut libere posset Christianum populum laniare. Bene facit fabula de tractatu inter lupum & pastorem. Dixit lupus pastori. Quare vis expendere panes tuos ad sustinendam canes, qui nihil laborant, sed tota die dormiunt? Et dixit pastor: Ad defensionem ovium, ne tu eas devores. Respondit lupus: Et ego hoc facio propter canes, qui molestum mihi est quod illi non laborant, & tu eos pascas, ideo cupio mihi de tuis ovibus partem. Sed non des illis al comedendum, & ego non accipiam: laborem: omnes ad querendum victum. Dixit pastor: Placeat mihi. Pastore non dante panem canibus, canes reverti fuerunt. Tunc lupus libere porxit ovem. Ita diabolus vellet hoc fugerere, ut desperata ecclesia non essent nisi clerici pauci, miseri & ignorantes.

Superius etiam allegavi volum addecere decreta aliorum conciliorum: quae etsi generalia non fuerint, tamen ab ecclesia generaliter recipiuntur, & per communi sicuti, quia in corpore iuris sunt clausa. Venire poterunt decreta Agathensis concilii XII. questione 1. Episcopi de rebus: ea causa, & questione 11.

Statuimus, & cap. Si quis de clericis. Et tribus capp. sequentibus; item ex concilio Herdensi, ea causa, & questione: Hac hujus placiti; item ex concilio Toletano quarto, ea causa, & questione; Etsi illi; item ex concilio Aurelianensi ea causa & questione; Si quis de clericis, & cap. sequenti; item ex synodo Ancyrana, ea causa, & quest. Si qua de rebus, item ex concilio Mediomatricis, ea causa, & quest. Precarias; item ex concilio Africano, ea causa, & quest. cap. Non habenti, & cap. Placuit; item ex VIII. concilio Toletano, ea causa & quest. Saepe fit; item ex concilio Toletano XI. ea causa, quest. 3. Quicumque; item ea concilio Hispalensi, ea causa, quest. 5. Fixum; item ex concilio Parisiensi 23. quest. 8. cap. Secundum canonicam auctoritatem; item ex concilio Lugdunensi de rebus ecclesie non alienandis, cap. 1. & 2. item ex conc. apud Silvanestum eo titulo; Nulli liceat alienare rem immobilis ecclesie. Et sic ultra illorum undecim generalium conciliorum per me prius allegatorum; habemus auctoritates quatuordecim conciliorum, quas ego sic perfunctorie querendo collegi: utique multo plures me crederem invenire, si temporis opportunitate accuratius quassivissem. Et sic habeo pro me duos canones Apostolorum, decreta Pii & Urbani, qui praecesserunt Silvestrum, & quatuordecim decreta aliorum conciliorum, quae ab ecclesia generaliter sunt recepta.

In calce hujus positionis recolligere volo brevissime duodecim doctores magnae auctoritatis in lege Dei veracissime se fundantes, qui hanc meam sententiam confirmabunt. Primus sit religiosissimus Prosper: qui, ut supra allegatum est, dicit: Expedi facultates esse possideri, &c. Secundus Gregorius Mzenus magister beati Hieronymi, concilium de persecutoribus suis dicebat. Si hinc vari excludor, adstabo illi altari, de quo David: Introibo ad altare Dei, &c. Et infra. Numquid de caelesti illa Jerusalem nos poterunt fugare? facultatibus defraudabunt? Quibus? meis? facilius alas, quibus minime indutus sum, abscedent. Si autem ecclesie siasticis, hoc utique est pro quo est omnis pugna, pro quo omne certamen. Hac ille. Habent ergo ecclesia facultates.

Nunc veniant quatuor principales doctores ecclesie; primo Ambrosius, qui ecclesie Mediolanensis praesidis opulentis praesuit, & dixit: Aurem habet ecclesia, &c. ut de facultatibus ecclesie in diversos pios usus prudenter & sagaciter administrandis, non estandis, ostendit in libro de officiis; unde suscipit sunt cap. in decretis, octogesima sexta distinctione, Non satis, & 12. questione 2. Aurum ecclesia habet. Et in libello de obitu fratris, ostendit se patrimonium habere indivisum cum fratre suo Sasyro, quod & competens fuisse ostendit, cum ait: Et certe non erat pauper opibus sed pauper spiritu. Bene probant praedicta cap. Convenior, vigesimo tertio, questione octava.

Hic succedat Hieronymus, qui in epistola ad Damasum Papam dicit: Clericos illos convenit stipendiis ecclesie sustentari, quibus propriis vel parentum minime suffragantur. Jam supra allegatum est. Et sic ostendit facultates

ANNO CHRISTI 1425

concilio A
gethens
eodem
cap. 11.
concilio
Tyrasid.
cap. 28.
concilio
cap. 2.
concilio An
cyrano, cap
11.
concilio Me
diomatricis,
cap. 20.
concilio Lu
gdunensi A
fricano, cap
10.
concilio To
letano VI
concilio Lu
gdunensi VIII
concilio Vi
enneensi
cap. 11. qu. 2
cap. 11. qu. 2
concilii Paris
iensis
Ex conc.
Lugdunensi,
supra de re
bus ecclesie
non alienan
dis.
Cap. 1. re
concilio apud
Silvanestum.

11. qu. 2. cap. 11.

ANNO
CHRISTI
1493.

ANNO
CHRISTI
1493.

tates habere, & clericos posse proprium possidere.

De Augustino autem tam a magistro Petro quam a me plura dicta hoc probantia inducta sunt, sed etiam delectat me hoc unum addere ex homilia sexta super Joannem, ubi multa ad hoc pertinentia, sed partem brevem accipio, hæc videlicet verba: Columba ecclesia est, quid clamas? non devoravimus villas, columba illas habet. Quærat quæ sit columba, & ipsa habeat. Nam nos, fratres mei quia villas istas non sunt Augustini: & si vos non nostis, & putatis me gaudere in possessione villarum, Deus novit.

Claudat hunc quaternarium numerum sanctissimus Gregorius Papa, qui ecclesiam Romanam præfuit, civitates & amplissima dominia obediens, cujus amplissimum patrimonium quam solcite prudenterque rexit; in registro ejus inserta epistola manifestant. Nunc Petrum ad regendam Siciliam mittit, nunc scribit ut a colonis census non exigatur antequam potuerint fructus vendere. Nunc de preparandis navibus & frumentis ad Urbem de insula Sicilia transferendis curam gerit, ne in Urbe triticum sit carissimum. Nunc etiam principi militum defendenti patrimonium ecclesie a tyrannia, exhortatorias literas mittit. Et alia plura hujusmodi ex ipso colliguntur registro, quæ differere longum esset. Sed hæc sollicitudines atque curæ eum non impediunt, quo minus prædicationi verbi insaret, prout homilia quæ leguntur ostendunt, & sacrarum scripturarum expositionibus & studiis incumberet, moralium hoc probant volumina, & scripta super Ezechielem: Cum tamen pene, inquit, obsequio Urbis & barbaricus ensis civium tum cervicibus immineret; quod ex ipsius libri serie colligitur evidenter.

Habemus sex. Veniat nunc veneranda memoria noster Hispanus Isidorus, cujus dictum ex tertio libro de summo bono jam superius est insertum, nec illud repeto, nec alium addo brevitas amator.

Octavo loco succedat ille devotissimus crucis Christi contemplator Bonaventura, super quarta sententiarum, distinctione xxiv. questione i. articulo iv. ubi late hanc materiam prosequitur.

Nonus erit doctor sanctus in diversis locis, sed signanter secunda secundæ, questione cxxxv. art. vi. & vii. & in summa contra Gentiles, libro iii. cap. cxxxii.

Decimo venit Nicolaus de Lyra, quem super expositione trium prophetiarum superius jam audistis: quam aperte declarat hanc sublimitationem ecclesie in gloria & potentia temporalis, tamquam ex divina ordinatione procedentem, a prophetis David & Isaia pronuntiatam fuisse.

Undecimum locum teneat venerabilis Gratianus, qui in §. Ecce xxiiii. questione viii. sic inquit: Porro alii sunt, (loquitur de episcopis), qui prædia, villas, castella, & civitates possident, ex quibus Casari debent tributa, nisi imperiali benignitate immunitatem hujusmodi promeruerint.

Claudat numerum duodenarium Hugo memorandus, quem ad hunc locum propterea reservavi, quia magister Petrus illius dictum, non tamen mihi incognitum, contulit, quo

nil apertius dici potest; cum dicat ecclesiam civilia dominia habere posse, jura, redditus, & utilitates; jurisdictiones tamen prælati non in persona propria, sed per saculares ministros faciet exercere. Possem & plures doctores etiam allegare, sed duodenarius numerus mihi placuit sacro Apostolorum collegio consecratus.

Cum igitur ex præmissis sole clarius intescat, clericos qui ad hoc votum se non abstinxerunt, licite propria patrimonialia possidere, & ecclesiam posse habere bona mobilia, & immobilia, privata dominia, & civilia; quomodo per saculare brachium, sive per laicos, a viris ecclesiasticis possunt auferri, etiam si fuerint delinquentes? Talis siquidem assertio præxi & doctrina Christi manifeste contradicit. Numquid tempore Christi, erant pessimi sacerdotes, vitii & sceleribus involuti, habitualiter delinquentes, ut domum Dei facerent speluncam latronum, & ex parte diaboli eos esse, & opera patris eorum facere Christus assereret? Possunt vix esse æquiores sacerdotes, magis scelerati atque sacrilegi his qui in mortem unigeniti Dei Filii conspirarunt: non tamen eis quamdiu eorum duravit sacerdotium, aut emolumenta, aut honorem, aut obedientiam a populo subtrahi Christus consuluit: non utique, imo eis præfari & exhiberi mandavit. Unde cum mundasset leprosum, ait illi: *Vade, ostende te sacerdotibus, & offer manus.* Matthæi viii. Luca v. Et iterum decem leprosis ab eo mundatis dixit: *Ita, ostendite vos sacerdotibus.* Ecce honorem & emolumentum non auferri, sed exhiberi præcepit. Denuo eum, sicut dicit Chryostomus, & recitat Thomas in glossa continua, sacerdotum incorrigibilem conditionem ostendisset in capite præcedenti; de ipsorum tamen obedientia generalem protulit sententiam, dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia quaecumque dixerint vobis, servate, & facite.* Matthæi xxiii. Unde martyr beatissimus Cyprianus sic inquit, dicens: Dominus noster Jesus Christus rex & judex, &

Deus noster, usque ad Passionis diem servavit honorem Pontificibus & sacerdotibus: quamvis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi servassent. Nam cum leprosum mundasset, dixit illi: *Vade, & ostende te sacerdotibus, & offer donum:* humilitate ea, qua nos quoque humiles esse docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum. Item idem Cyprianus, cum de nequitia episcoporum sui temporis questus esset, dicens: Episcopi plurimi, quos & hortamento oportet esse cæteris & exemplo, divina procuracione contempta, procuraciones rerum secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas præ-

vincias oberrantes; negotiationis questuosas nundinas aucupari, esurientibus in ecclesia fratribus non subvenire, habere argentum largiter velle, fundos insidiosos fraudibus rapere, usuris multiplicibus fenus augere. Nihilominus talium contemptorem revocat, hostem altaris, sacrificio Christi rebellem, perfidum, pro religione sacrilegum, filium impium, fratrem inimicum, prout hæc ponit Augustinus in De baptismo contra Donatistas. Cæterum nonne tales Apostolica fert sententia, dicens: *Quis es tu, qui servum judicas alienum?*

ser-

Wagen de
S. Veldwe-
perius ad
veritas ob
1493.

ANNO
CHRISTI
1432

servas domibus suis sunt aut cadit; ad Romanos

14. Clerici servi Domini Dei sunt, & sacra-
larum nil juris aut potestatis in eos habent.

Exstant de hoc tam legum, quam canonum
functiones. In Parisensi concilio: Nullus ju-
dicum clericum, aut etiam juniores ecclesie,
per se distingere aut condemnare presumat.
Et in multis aliis juriibus tam canonicis, quam
civilibus, quæ cum sint notissima, inferere
prætermisso, optimisque rationibus pridem
magister Egidius hoc fundavit. Ergo etiam
facinorosi sunt clerici, a laicis puniri non pos-
sunt. Qui enim in facinorosum animadvertit,
non habens in eum jurisdictionem, gravissime
peccat: unde Augustinus in De civitate Dei,
& habetur xxxiii. questione viii. Quicumque
percutit malos in eo quod mali sunt, &
habet causam interfectionis, minister Dei
est: qui vero sine aliqua publica admini-
stratione maleficum, furem, sacrilegum,
adulterum, & perjurum, vel quemlibet
criminiosum interfecerit, aut trucidaverit,
vel membris debilitaverit, vel homicida
judicabitur, & tanto acrius, quanto non
sibi a Deo concessam potestatem abusive
usurpare non timuit. Nota hæc ultima ver-
ba: Gravem quidem Deo facit offensam,
& regalia & præminentiam damnabiliter
usurpat, qui non habens ad hoc commis-
sum sibi a Deo officium, aliena peccata pu-
nire præsumit.

Hoc ipsum esse contra legem Dei ex scri-
ptura sacra volo alio testimonio confirmare.
Scriptum est Ezech. xxxiiii. ecclesiasticorum
prælatorum officium sub speculatoris nomine,
quia debent populus peccatorum pericula nunti-
are. Et sequitur: *Quod si non nuntiaverit,*
& inde aliquis mortuus fuerit, dicit Dominus,
sanguinem ejus de manu speculatoris requiram.
Et sequitur: *non populus terra, sed ego.* Nota
verba, *non populus, sed ego,* &c. Ideo Gre-
gorius xv. Moralium cap. xxi. Quia rectores
habent judicem suum, magna cautela subdi-
torum est, non temere judicare vitam regentium.
Neque enim frustra per semetipsum Do-
minus æs nummulariorum effudit, & cathedras
vendendum columbas evertit: nimirum
significans, quia per magistros quidem judicat
vitam plebium, sed per semetipsum facta exami-
nat magistrorum.

Nonnullis videtur in isto Joanne Wiclef,
hujus assertionis principe, intueri alterum Si-
monem Benjamitam, qui cum desiderium suum
cupiditatis in Jerusalem non potuisset implere,
per medium Apollonii apud regem agere sta-
tuit, ut templi thesaurum arriperet, prout
scribitur ii. Machabæorum, capite iiii. Sic
iste, quia, ut dicitur, episcopatum Vigornien-
sem non obtinuit, & alia sua voluntatis de-
sideria non valuit adimplere, contra spolia &
thesauros templi, principum & secularium ho-
minum studuit animos incitare. Sed quid He-
liodoro ad hanc exsequendam nequitiam trans-
misso contigerit, ut opinor, omnes nostis: qui-
libet in templo prostratus fuit, graviterque
percutus, ut in sella gestatoria ductus sit ma-
tus, & de omni salute desperatus. Cum hoc
autem Heliodoro divina clementia misericordi-
ter actum est, ut hic corripetur, ne in alio
seculo damnationem haberet. Non sic cum
omnibus agitur, sed interdum Deus permit-
tit suas eis explere malicias, quæ in æterna

Injunctis
bonorum Ec-
clesiarum
pauantur.

A damnatione graviter puniantur. Cum enim res

quæ templo Dei offeruntur, moriantur mun-
do, prout lex Dei habet Levitici ultimo: &
efficiantur sancta sanctorum, ut ibidem: quon-
iam Domini Dei sunt, cujus procuratores ec-
clesiastici sunt, ut supra dictum est: propter
culpam procuratorum res Domini usurpare ratio
nulla consentit, sed cum aliena rei usurpatio
furtum sit, & contra præceptum Dei in deca-
logo dicentis, *Non furtum facies,* res eccle-
sias usurpare sacrilegium est. Augustinus super

Joannis xli. Ecce fur est Judas, & ne con-
temnas, fur sacrilegus, non qualiscumque
fur; loculorum, sed Dominicorum; locu-
lorum, sed sacrorum. Si crimina discer-
nuntur in foro qualiscumque furti & pecu-
latus, peculatus enim dicitur furtum de re
publica, & non sic judicatur furtum rei pri-
vate quomodo publica: quanto vehementius
judicandus est fur sacrilegus, qui ausus
fuerit undecumque tollere, hoc est, de ec-
clesia tollere, quia qui aliquid de ecclesia
suratur Judæ perditio comparatur? Unde
Pius Papa, qui fuit anno Domini CLIII.
sic inquit: Prædia divinis usibus tradita qui-
dam humanis applicant usibus, & Deo no-
stro, cui tradita sunt, subrahunt, & sibi
appropriant. Quapropter ab omnibus illius
usurpationis contumelia depellenda est, ne
prædia usibus celestium secretorum dicata, a
quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis
præsumpserit, ut sacrilegus judicetur. Unde

Urbanus Papa, qui ante Silvestrum fuit, sic
suo decreto loquitur, xvii. questione iv.
Attendendum est nobis omnibus, ne præ-
dia usibus secretorum celestium dicata,
a quibusdam irruentibus vexentur. Quod
si quis fecerit, post debite ultionis acrimo-
niam, quæ erga sacrilegos jure promenda
est, perpetua damnetur infamia.

Et hoc idem patet per multos canones,
ea causa, & questione. Item ex decreto
Symmachi Papæ, xii. questione ii. Indigne
quidem ad altare Dei properare permittit-
tur, qui res ecclesiasticas audeat invadere,
aut injuste possidere, aut injusta & iniqua
detentione in eis perdurare. Et infra: Val-
de enim iniquum est, & ingens sacrile-
gium, ut quicumque vel pro remedio pec-
catorum, vel pro salute animarum, aut
requie suorum unusquisque venerabili eccle-
sias contulerit, aut certe reliquerit, ab his
quibus maxime servare convenit, id est,
Christianis & Deum timentibus homini-
bus, & super omnia a principibus, &
primis regionum, in aliud transferri vel
converti permittatur. Propterea qui hæc
non providerit, & aliter quarum scriptum
est, prædia ecclesie tradita petierit, vel
acceperit, aut possederit, nisi se cito cor-
rexerit, quo iratus Deus animas percu-
tit, anathematis arriatur, &c. Sunt & a-
lia capitula plura, quæ gratia brevitas
omitto.

Sed adversus hoc forsitan diabolica tentatio
suggeret: Hoc verum, cum sacerdotes bene
ipsis rebus ecclesie utebantur; secus, ubi ex
ipsis rebus ecclesiasticis male vivunt. Quod jam
superius aperte confutatum est. Sed adhuc libet
duo dicta beati Augustini adversus hanc tenta-
tionem diabolicam allegare, qui sic in homilia
inquit, xiv. questione v. Forte aliquis hoc se-
cum

ANNO
CHRISTI
1432
Londæ 77.

Aug. tr. 6.
Jo. 10. Jo. 10.

Pius 6. 6.
11. 11. 11.
cap. 11.

Aug. lib. 50
bonitarum
homil. 7.

ANNO
CHRISTI
1433

August de
homo conio.
lib. 4. quæst.
5. cap. 8.

cum cogitat, & dicit: Multi sunt Christiani
divites, avari, cupidi: non habeo pecca-
tum, si suum illis abstulero, & pauperibus
dedero: inde enim illi nihil boni agunt.
Mercedem habere potero, si ego elemo-
synas dedero. Sed hujusmodi cogitatio diabo-
li calliditate suggeritur. Nam etiam si to-
tum tribuat pauperibus, quod abstulerit,
addit potius peccatum, quam menit. Et
idem Augustinus ea causa & questione: Ne-
que enim si agris iniuste ac perperam in-
vasis ita quisque utatur, ut ex eorum fru-
ctibus largas elemosynas faciat, ideo rapi-
nam iustificat: neque si alius ruri paterno
vel iuste quanto avarus incubat, ideo cul-
panda est juris regula, qua possessor legiti-
mus factus est: nec tyrannicæ factionis per-
versitas laudabilis erat, si regia clementia
tyrannos subditos tractet, nec vituperalis
ordo regie potestatis, si rex crudelitate ty-
rannica sapiat. Aliud est namque iniusta
potestate iuste velle uti, aliud est iusta
potestate iniuste velle uti. Propellenda est uti-
que talis assertio, quod propter clericorum
vita licitum laicis sit ad Christi patrimo-
nium manus apponere. Et facile posset
præbere aditum ad simile asserendum de re-
gibus, principibus, & aliis dominis tem-
poralibus. Nec desuere qui hoc simili mo-
do asserere jam præsumperint: quod esse
fomittem scandalorum, & seditionum & sub-
versiois totius humanæ politis cunctis in-
tellectu vigentibus palam est. Obsecro igitur
quemlibet fidelem, dicens verba Ecclesia-
stici vigesimo octavo: *Sepi aures tuas & noli
audire linguam nequam, & ori tuo facito opus
& seras auribus tuis.*

Hoc unum in fine actus huius notandum de-
crevi, quod per omnes ætates mundi semper
in populo Dei, nisi persecutione divinæ leg-
is instante, sacerdotes in magna reverentia
& honore fuerunt, & honorum opulentia.
Tempore siquidem legis naturæ primogeniti-
ti, qui & sacerdotes erant, in honore &
hereditate prærogativam præ ceteris habebant
fratribus. In lege Mosaica decimas, pri-
mitias, oblationes, sacrificia, vota, & redem-
ptiones, & ultra hæc civitates & suburbana,
ut superius dictum est. In primitiva ecclesia
omnia ponebantur ad pedes Apostolorum, &
ipsi distribuabant omnibus. Venit demum
persecutio, & tunc consonum rationi erat,
ut potior pars persecutionis eos contingeret,
qui Christianæ militiæ principes erant. Sed
demum pace data ecclesiæ Christiani prin-
cipes, fidelesque populi Christi, sacerdotibus
honorem & reverentiam & temporalium opu-
lentiam contulerunt. Hæc pro communi utili-
tate a Deo sic ordinata sunt, ut superius est
probatum.

19. quæst. 1.
cap. 1. Leo
episc. 11.

Concludam igitur cum beato Leone, xiv. E
questione prima: Quæ ad perpetuam utili-
tatem generaliter sunt instituta, nulla com-
mutatione variantur: nec ad privatum tra-
hantur commodum, quæ ad bonum sunt
commune præfixa: sed manentibus terminis,
quos constituerunt patres, nemo iniuste a-
lienum usurpet, sed intra fines proprios at-
que legitimos, prout quisque valuerit, in
latitudine se exercent caritatis. Nemo de-
formationem morum & rerum turbamem ad-
scribat temporalibus ecclesiæ bonis.

Nam & ubi magna est paupertas, deformitas
morum, & turbatio non minor est, ut in ali-
quibus partibus Apulie, & in insulis Sardinia
& Corsica, ubi clerus pauperrimus, ignarus &
deformatissimus est. Fuerunt quoque cum mul-
ta opulentia viri sanctissimi, moreisque optimi,
ut patet ex prædictis; sed utique orantium ma-
lorum horum causa potissima est perdita disci-
plina. Patres depulerunt virgas ad corrigendum
filios, obliti consilii Salomonis: magistri non
habent feras, nec abbates in capitulo disci-
plinas: prelati dominique temporales non
corripunt nisi burfas: de morum disciplina
in nullo statu cura habetur, omnia licentia
sunt, verecundia perdita, obedientia vero
abjecta: lascivia, libidines, & voluptates
omnia possident, libereque vagantur, dum
pullulantis vitæ falce correptionis minime re-
secantur. In tanta pessimorum morum collu-
sione, & veteri perdita disciplina, non mi-
rum si ea, quæ ad bonum & malum dese-
cti valent, sicut temporalia bona sunt, retor-
quentur ad malum; cum etiam ea, quæ de sua
natura sunt optima, ipsum dico eucharistiam
dignissimum sacramentum, reprobis cedat in
malum. Instauretur igitur morum disciplina,
mores reformentur: & tunc cognoscemus aper-
te plurimum utile fore populo Christiano, ec-
clesiam Dei bonis temporalibus abundare, quia
eis a bonis non nisi bene & laudabiliter uti
continget. Sunt namque necessitates plures in
populo Christiano, quibus si, ut debitum est,
de bonis ecclesiæ subveniretur, non superflua-
tatem noxiam, sed fructuosam esse bonorum
opulentiam, in ecclesia palam esset. Quot
Christianorum centena inter infideles captivi
tenentur, pro quorum redemptione vasa sacra
conlasse & vendidisse beatus Ambrosius glo-
riatur? ac ut supra memoravi, Joannem Pa-
pam quartum distractis thesauris ecclesiæ mul-
tos per Istriam & Dalmatiam redemisse. De-
sunt ne puella toro matrem, quas parentes pau-
peres maritare non valent? in quibus, sicut
beatum Nicolaum fecisse legimus, essent po-
ma aurea conferenda. Sunt & millia paupe-
rum & infirmorum, sunt & multa pauperum
juvenum habilis ingenia, si haberent unde
possent in literarum studio profectum facere.
Possem & multa alia hujusmodi memorare o-
pera pietatis, quibus est de bonis ecclesiæ suc-
currendum, & ad hoc instituta esse.

Sciamus nos quoque ecclesiastici, juxta verba
beatissimi Augustini, rerum ecclesiasticarum
procuracionem gerere, non Dominium usurpa-
tione damnabili vindicare, de qua redditur
sumus in districto Dei judicio rationem. Pau-
perum procuratores sumus, quos etiam hic sup-
pliciter postulantes, in futuro tamen sæculo
agnoscemus durissimos exactores, si ea, quæ
ipsis conferre teneamur, luxuriose vivendo in
pompis & lasciviis expendamus. Dispensatores
servi sumus, quos constituit Dominus super
familiam suam: si dixerimus in corde nostro:
*Morum feci Dominus, & manducaverimus, &
hiberimus cum ebriosis, id est, laute viven-
do: veniet Dominus die, quæ non speramus,
& hora, quæ ignoramus, & dividet, scilicet ani-
mam a corpore, partemque nostram ponet cum
hypocritis: ibi erit fletus & stridor dentium,*
Matthæi xxiv. *Eripiat nos Deus abinde, &
nos, si eripi volumus, emendemur. Ecce
nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salu-
tis.*

ANNO
CHRISTI
1433.

Prox. 14.

S. Ambros.
lib. 1. c. 11.
cap. 11.

Matth. 24.
Luce. 12.

ANNO
CHRISTI
1482
2. Oct. 6.

ca. Ad hoc factus in sacro concilio congru-
gati, ut pravorum morum deformitatis depo-
sita veritate, induamus novum hominem,
qui secundum Deum creatus est in iustitia &
sanctitate veritatis, ad Ephesios 17.

Hæc sunt, patres reverendissimi, patres præ-
stantissimi, qui circa hunc articulum censul
esse dicenda, que vestro iudicio corrigenda
submitto. Vos vero, inclity Boemæ oratores
egregii, deprecor animo benigno, & cum
bona pace suscipere, quoniam ad hoc sum-
mus, ut mutus collationis agitatione veritas
elucescat, quam nobis omnibus cognoscere &
amplecti concedat ille, qui de se dixit: *Ego
sum vis, veritas, & vita*; ut veritatem am-
plectentes, per ipsum qui via est perveniamus
ad vitam gratis in presenti, & gloriæ in fu-
turo. Amen.

1788. 14.

Hæc pars in
manuscriptis
dicitur, & inde
extraxit.

Hæc in pro-
p. 5. supra
in presentibus
Mar. 14.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis,
Patris, Filii, & Spiritus sancti, Amen. His
que pro divini imploratione auxilii, sacratis-
simæque Domini nostri Jesu Christi matris
Mariæ, & omnium sanctorum intercessionis
suffragio, in prioris actus exordio præmissa
fuerunt, nec non & protestationibus iis ha-
bitis pro expressis, & præfationis nostræ me-
dulla breviter memorata; que videlicet hoc
habet, ut ne sermo Christi per malam intel-
ligentiam fiat nobis in ruinam, ut hæreticis
antiquis & novis, ut etiam magistro Petro
contigisse fateor: non lanitatur propriæ pru-
dentis, sensum nostrum, ut Hieronymus in-
quit, patrum præferendo decretis: sed super
intellectu scripturæ stemus sententiæ sanctæ
matris ecclesiæ; ejus dico, que cognoscibilis
est; que sicut fulgur, ut Christi verbis utar,
exit ab oriente, ut patet usque in occiden-
tem; & sanctorum doctorum ab ea approba-
torum, de quorum sanctitate & doctrina per
universum orbem clarissima fama coruscet; &
ne in mota doctrina decipi nos conungat,
non accipiamus eam nisi de publica officina,
quam videlicet in sancta Dei ecclesia publice
legi, recipique conspiciamus. Oves Christi su-
mus, gregatim pascamur. Saepe quidem a lu-
pis devoratur ovis que a grege se segregans
quærit sibi per devia pastum. Reverendissimi
in Christo patres, & domini, &c. Et rerum
gravitas & temporis exigit brevitatis, ne more
avium garrularum universos ramusculos salien-
do circumvolvitem; sed velut picus avis fortis-
simi rostri, hujus populeæ arboris trunco in-
filiam, & in fortitudine rostri, quam mihi
per suam clementiam Altissimus donare digna-
bitur, qui suo dixit propheta Ezech. 111. *Eccæ
dedi faciem tuam valentiorum faciebis eorum,
& frontem tuam duriorum frontibus eorum*, &c.
perforato trunco medullam excutiam, & sic
arebit populeæ arbor ista, que nunc levium
frundium numerositate virens, fructu ta-
men sterili, umbrositate sua segeti Christi
posset detrimentum afferre. Meministis, patres
& viri optimi, me in priori actu sic proces-
sis, ut primo loco auctoritatibus & rationi-
bus, per magistrum. Petrum adductis præbu-
erim congruum effectusque responsum, paucis
exceptis auctoritatibus, que non aliter præ-
sertim nisi quia judicavi eas ad suam propo-
situm parum sufficiunt, aut nihil; sicut & vos
omnes judicare non dubito: atque si in ve-
stra legatur presentia, dicetis procul dubio
quod vulgariter dicitur. Quid ad rubrum?
Concil. General. Tom. XXIX.

1. Pars
1788. 14.

Cum enim ad ea que fortiora videntur; non
declinaverim responderé, ut quid tempus, de
quo magna fit ratio, inutiliter expendissem,
aliud adhibendo responsum ad illas auctori-
tates? veruntamen eum tempus permiserit, etiam
legam illas. Nunc autem ad ea festino, que
priora videntur.

Secundo loco quatuor irrefragabilibus mediis
demonstravi, clericis non religiosis, vel voto
adstrictis, ecclesiæ quoque, & ecclesiasticis vi-
ris licitum esse habere & possidere bona tempo-
ralia, mobilia, & immobilia, domos, & præ-
dia, villas, castra, & civitates, dotationem-
que ecclesiæ & dilatationem in gloria & po-
tentia temporali a divino beneplacito & ordi-
natione processisse, prophetarum oraculis præ-
nuntiatam esse, prout quatuor textus prophe-
tarum exponunt beatus Augustinus, & Nico-
laus de Lyra, ad literam loquentes de glo-
ria & potentia temporali ecclesiæ hac ætate,
a tempore videlicet Constantini. Confirmavi
præterea positionem meam decretis xi. conciliorum
generalium, xiv. aliorum; que etsi
generalia non fuerint, tamen ab ecclesiâ ge-
neraliter sunt recepta. Attuli testimonium, xii.
doctorum, in lege Dei veraciter se fundan-
tium: commemoravi præterea magnam copiam
virorum approbatæ sanctitatis, & qui fuerunt
in lege Domini evidentissimi: puta Ambro-
sium, Gregorium, & similes, qui hanc dota-
tionem ecclesiæ factæ approbarunt, præside-
ndo ecclesiis in temporalibus opulentis, & illa
temporalia administrando; & potuissent etiam
asserre multo plures.

Item dico de doctoribus & auctoritatibus de-
cretorum, de quibus omnibus qualiter magis-
ter Petrus se expediverit, omnes nostis. Nec
mirum revera, quoniam super omnia fortis
veritas fortis est, & veritas omnia vincit. Sed
dilatas se in verborum foliis, que quam levis
sint ad instar popularum frondium, prout du-
bio ingenia vestra magna non laet, que etiam
aliquantulum declarabuntur. Et cum constri-
ctus a me pridem rationibus esset, concessit
civile dominium in clero non esse prohibitum
materialiter, sed formaliter: quod quam sit
inane, captiosaque verba ad obumbrandum
mentes hominum inutiliter sine fructu, faci-
le est videre; & hoc Deo propitio apertissime
declarabo. Et quamquam sua conclusio per
me in priori actu fuerit penitus improbata,
non insequendo terminos sophisticationis suæ,
sed communem modum loquendi, & usum
consuetum terminorum, quem ut ipsemet di-
cit in secunda charta primæ positionis, de-
clinare præsumptuose absque causa rationa-
li non videtur sobrietatem sapere sed culpa-
biliter protervire: Et utique apud realiter &
non sophisticè disputantes, secundum com-
munem modum loquendi termini accipien-
di sunt, & non decet ambiguas significatio-
nes verbis allegare; sicut inquit Seneca de-
ridendo sophistas, epistola XLIII. ad Luci-
lium; & concordat epistola 46. & 48. & Au-
gustinus in secundo de doctrina Christiana, &
inde credo divina directione, non meis me-
ritis, sed sua gratia fuit, quod dum jam in
loco essem, scriptis & dictatis per me hæc ad-
didisti verba: Solent acuti homines quadam
subtili ambiguitate, & verborum tegmine
obumbrare positiones suas, ut possint eas sub-
tili disputatione, & verborum nodositate
D d d d „ fal-

ANNO
CHRISTI
1482

ANNO
CHRISTI
1691.

salvare, sed dum ab his non sic intelliguntur, errandi occasionem multis præbent. Non curo qualitercumque ipse accipiat terminos; ego loquor plane in eo modo quo solent a cunctis intelligi, & communi modo loquendi. Hoc tunc dixi, quod quam verum fuerit, vos videtis. Evadere visus est per simulam, restringens totam positionem suam ad civile dominium formaliter intellectum: pro quo & ipsemet dicit, & verum dicit in hoc, quod ego non darem duos Halenses, licet pro materiali darem multa centena florenorum, &c. Sed nunc volo insequi terminos suos, & ejus positionem cassam & vacuam demonstrare. Habet sic conclusio sua: Sæcularis possessio, sicut & civile dominium, jure divino & humano, doctorum sanctorum sententia, & ratione efficaci, tempore legis prohibetur clero Christi.

Primo loquitur de sæculari possessione, quam speciem possessionis, ut dixi & dico; in jure non inveniet; sed si sæculare idem est quod temporale, prout exponit glossa super epistola ad Romanos decimo, omnis possessio bonorum hujus vitæ sæcularis est & temporalis. An vero aliqua sit æterna, indicate. Nolo tempus in his inutiliter consumere: sufficit mihi habere possessionem eo modo, quo jura loquuntur; quia per illa habeo commoda possessionis, que a jure data sunt. Ipse habeat suam sæculares possessionem, & sicut inquit poeta: * Si tradit peregrinis imaginibus artem subtilis subtile est ipse solus adoret: imo & satis mihi est habere dominium, quia proprietas trahit ad se possessionem, juribus vulgatis.

Veniamus igitur ad civile dominium, & dein 8. notabili hujus propositionis secundæ, quod dominium capit suum esse, & per consequens speciem & differentiam; vel a subiecto vel a fundamento, vel ab objecto; & sic ex quolibet horum trium capi potest divisio domini in suas species & partes alias subiectivas: unde cum tres sint materies rationalium naturarum, patet quod communiter est dare tres modos domini: ut aliud est naturale, aliud evangelicum, & aliud humanum. Hæc magister Petrus. Videtis Patres, & domini, quod in hanc prima divisione, que sumitur a subiecto, non ponit civile dominium. Procedamus ultra. Sic dicit iterum: secundum fundamentum domini variantur sue species, specialiter in homine: nam sicut aliud est jus naturale, aliud jus evangelicum, & aliud jus humanum; consequenter aliquod est dominium naturale, aliquod evangelicum, ut est dominium caritatis, sive vicarium, quando quis in nomine Christi accipit ab alio ministerium; Et aliquod est dominium contractum, quod variatur secundum varietatem legum, & jurium ipsum fundamentum. Hæc magister Petrus.

Videtis quomodo hic accipit divisionem domini secundum varietatem jurium, a quibus ipsa dominia suscipiunt fundamentum, imo omnes juriste faciunt, quod accipiendo jus civile stricto modo paucissima dominia possent dici civilia. Nam fundamenta dominiorum sunt ut plurimum de jure gentium; & paucissimi modi acquirendi dominium sunt de jure civili, prout hoc apud juristas est vulgatissimum, & patet ex toto titularum discursu de

acquir. rer. dom. Ex instit. de rer. div. Sed accipimus latissime jus civile pro tota latitudine juris humani, & ita videtur accipere magister Petrus in tertio membro sue distinctionis, & istud est dominium per quod dicimus, Hoc meum, hoc tuum, & hoc est institutum occasione peccati originalis: quia si permanisset illa originalis justitia, nemo dixisset, Hoc meum, Hoc tuum. Sed corrupta originali justitia, expediens valde fuit distinguere rerum dominia: quia ut dicit lex communio spiritus excitare discordias. Et de leg. 2. l. Cum pater. §. Dulcissimis, & alia lex: Naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur, eod. Quomodo & quanto quarta pars, in volumine leg. 2. cum aliis legibus concordantibus. Quod si omnia essent communia, quot gulosi essent in mundo, pigri & inertes, & quot dissensiones & jurgia? Et de hoc dominio datur illa descriptio, quod est dominium occasione peccati humanitus institutum, incommunicabile simul ex equo multis dominis, sed abdicabile servata justitia. Ita dixit magister Petrus. Alii dicunt, servata vel non servata caritate: quia a tum hoc dominium infundetur in caritate, etiam amissa caritate non perditur. Vide S. Thomam 2. questione 66. articulo 3. Sed in hac diversitate non insisto, qui credo, quod magister Petrus idem fecit: nisi vellet teneri illum errorem, quem ab aliquibus audio teneri, quod quicumque peccat mortaliter, perdit dominia bonorum suorum: & sic rex regum, princeps principatum, miles castrum, civis dominium, prædia, &c. quod magistrum Petrum sentire non credo. Nunc omnes intelligite, quod omne dominium quod habent homines in bonis fortunæ, de quo in judiciis agunt & contractibus, dominium civile est, hoc modo civile, cum cui libet competat talis assignata descriptio. Nam omne tale fundamentum accipit a jure humano instituto occasione peccati, & est optima consequentia a definitione ad definitum.

Cancelarius Parisiensis in tractatu de ecclesiastica, ultima consideratione ultra medium, describit dominium sic: Dominium est potestas propinqua assumendi res alias velut alias, in sui facultatem vel in usum licitum, secundum jura vel leges rationaliter institutas.

Probare jam volo breviter conclusionem magistri Petri esse falsam; & arguo sic: Civile dominium clero Christi tempore legis gratia est licitum, ergo conclusio falsa. Consequentia nota, quia conclusio sua dicit, quod est prohibitum; antecedens meum dicit, quod est licitum: licitum & prohibitum repugnant: quod est prohibitum, non est licitum: ita ipse concessit a. quinterno secunda positionis, charta v. & est cunctis manifestum. Sed ad probandum antecedens allego Augustinum super Joannem, homilia 6. juxta finem, ubi contra Donatistas loquens, sic ait: Modo desicentes ubique, quid vobis proponunt, non invententes quid dicant? villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt, præferunt testamenta hominum. Ecce Gaius eis dedit vit fundum ecclesie, cui peperat Faustianus: cujus episcopus erat Faustianus? ecclesiam. Quid est, ecclesiam? ecclesiam, dixi, cui peperat Faustianus. Sed non ecclesiam peperat

ANNO
CHRISTI
1691.

a Petri, cum
hoc domi-
nium
tenetur.

ANNO CHRISTI 1463.

ANNO CHRISTI 1463.

erat Fructinus, parti prererat; columba autem ecclesia est, quid clamas? non devoravimus villas, columba illas habet. Quarratur quid sit columba, & ipsa habeat. Nam nobis, fratres mei, quia villas iste non sunt Augustini; & si vos non noscitis, & putatis, me gaudere in possessione villarum, Deus novit, ipse scit quid ego de villis sentiam vel quid ipse scisseram. Novit gemitus meos, si mihi aliquid de columba impertiri dignatus est. Ecce sunt villas. Quo jure defendis villas? divino, an humano? respondeant. Divinum jus in scripturis habemus, humanum jus in legibus regum. Unde quisque possidet quod possidet? non jure humano? nam jure divino Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum: pauperes & divites Deus de uno limo fecit, & pauperes & divites una terra supportat. Jure tamen humano, dicitur, haec illa mer est, haec domus mea, &c. hic servus meus est, &c. jure ergo humano. Hinc Augustinus: Ex quo dicto duo parent: Primo quod ecclesia habet fundos & villas; Secundo quod omne dominium horum bonorum, quae dicuntur bona fortunae, a jure humano est. Unde quisque possidet, quod possidet? nonne jure humano? Habet ergo ecclesia dominium jure humano institutum, &c. ergo civile dominium, a definitione ad definitum.

Veniat alius textus, quem allegat magister Petrus: dicit primo quinterno, charta quinta, quod loquitur de civili dominio; in declaratione enim definitionis civilis domini, super secunda particula ita dicit: Ideo Augustinus distinguendo inter civile dominium, & dominium secundum differentiam commutabilitatis & incommutabilitatis, ex perfectione in esse divino, subdita humano dominio ut civili; quis inquit, avarus. Ipse magister Petrus posuit partem, ego ponam aliam. Nam habetur in decretis 23. quest. 7. ita Augustinus:

Quod autem nobis obijciunt quod res eorum concupiscamus, & auferamus, utinam catholici sint, & non solum qui dicunt sua, sed etiam nostra in pace & caritate nobiscum possideant? Utiq; adeo autem calumniantur cupiditate concantur, ut non attendant quam sint inter se contraria quae loquuntur. Ipsi certe dicunt, & invidiosissime sibi conquiri videntur, quod eos in nostra communi violento legum imperio coarctamus; hoc itaque nullo modo faceremus, si eorum res possidere vellemus. Et sequitur tunc particula, quam magister Petrus allegat: Quis avarus querit compositionem? quis dominandi cupiditate inflatus, vel actu dominationis elatus, desiderat habere consortem? & sequitur: Ipsos certe attendant, quondam suos, jam socios nostros, & fratres nobis dilectione conjunctos, quemadmodum sua teneant, non solum quae habebant, sed etiam nostra, quae non habebant. Hinc Augustinus, si de civili dominio hic textus loquitur, prout & magister Petrus ex sua allegatione; consequentiarum civile dominium non esse prohibendum clero Christi.

Nunc sicut dixit Hieronymus contra Luciferianum disputans, videam si omnes dispositionem rivales possim unico Sole ecclesiam facere. Et allegavit quinquagesimum canonem Chalcedonensis concilii; & ego profero canonem

Apostolorum, 12. quest. 1. Sint manifestae res propriis episcopi, si tamen habeat proprias, & manifestae Dominicae: ut potestatem habeat de propriis rebus moriens episcopus, si voluerit, & quibus voluerit, derelinquere. Ecce duplex patrimonium, unum ecclesiae, aliud proprium. Ergo non solum clerici, sed etiam episcopi possunt habere proprium. Utiq; si prohibitum esset clero Christi, si clerici expropriarii esse a haberent, necessario, non fecissent Apostoli tale decretum; sed B. Hieronymo ad exsicandum omnes dispositionum rivulos satis esse videbatur allegare unum canonem concilii Chalcedonensis; mihi autem cum isto novo homine non sufficiunt canones Apostolorum, Petri & Urbani sanctorum antiquissimorum Pontificum, decreta undecim conciliorum generalium, & quatuordecim aliorum. Dicit forsitan ipse, Quid te occupas recapitulando istas auctoritates? jam dixi tibi in tertio notabili, quod per illam distinctionem de civili dominio materialiter, formaliter intellecto, concordari possunt ista, & quod ego in materia proposita, ubi fit mentio de cleri dominio, prosequor intentum de dominio cleri civili formaliter intellecto. Et iterum charta septima, volens solvere rationes meas de Melchisedec qui fuit rex & sacerdos, & de primogenitis in lege naturae, cum non inveniat quo evadere possit, nisi per simulam illam, dicit: Non videntur contradicere articulo a me proposito charta octava: intelligo de possessione seculari, & dominio civili formaliter intellecto. Et tandem secundo quinterno, charta v. recitat conclusionem meam sub his verbis: Quod ecclesiae prelati & personae ecclesiasticae licitum est habere & possidere bona temporalia, mobilia & immobilia, & civilia dominia, & dicit quod ista conclusio articulo per ipsam posito apud bene intelligentes non obviat. Vide te quomodo non obviat. Articulus ejus dicit quod civile dominium est prohibitum clero; mea autem conclusio dicit quod licitum est quoad civilia dominia: suus articulus dicit prohibitum, mea conclusio dicit licitum, & utraque de civili dominio.

Sed dicit ipse: Propterea dico apud bene intelligentes, quia tunc conclusio loquitur de materialiter intellecto, scilicet quod habet obiectum dominabile, puta domos, praedia, villas, castra, & civitates: ita loquuntur omnes probationes per te inductae, ego autem loquor de civili dominio formaliter intellecto. Et quid intelligat per hoc, quod dicit formaliter intellecto, declarat, dum nititur respondere ad illud argumentum meum; ubi argui ex hoc quod civile dominium est res commerciabilis, & dicit 2. quint. charta 14. In quibus rebus adversarius inquit civile dominium esse in rem commercialem, quod non nego: sed civile dominium formaliter intellectum, de subjecto in subjectum migrare non posse videtur. Et ut suppono, dicens, dominus auditor pro illa habitudine praefecti ad subserviens non daret duos Halenses: ubi pro dominio materialiter intellecto ac palpabili, de quo ipse praecipue videtur loqui, aliquot florenorum centena dare minime denegaret. Et ut puto, si distinctionem civilis domini materialiter intellecti, & etiam formaliter, veraciter concipere-

Petrus, dicitur.

h. ornat: per hunc more Hieronymus.

August. epist. 2. ad Bonifacium.

D

ANNO
CHRISTI
1400ANNO
CHRISTI
1400

aperet, contra articulum per me propositum A
non ita ardentem & laboriosam, quamvis, ut
supponitur, cum detrimento sine anima, la-
boraret. Sed quia puncta tangit subtilia,
et hoc magister Petrus. In quibus verbis
animam meam condemnat, sed quid mirum,
si hoc agit, qui de doctoribus juris canonici
loqui taliter non veretur, 2. quint. charta 17.
» later omnes circitates doctorum juris cano-
» nici, hoc est stultissima? & iterum: Quid-
» quid doctores canonici somnauerint. Si au-
» tem magister Petrus tanti sit, quod ejus in-
» tellectus praeferi debeat doctoribus juris cano-
» nici ad intelligendum canones, & omnes
» sacri sint, & ipse solus videat, vos iudicatis:
» videbitisque etiam per lectionem textus, quan-
» do textus ille, de quo loquitur, non potest
» aliter intelligi, quam omnes doctores cano-
» num intelligant. Et cum dicit me cum de-
» trimento animae laborare. Nam cum ipse pi-
» tatur caliginem offundere ante oculos populo-
» rum, ut Hieronymi verbis utar, ego laboro
» statu divinae veritatis illam expellere. Vidistis
» quanta effudit ad obtenebrandum oculos po-
» pulorum, qui videntur inducere, quod cle-
» ro non licet aliquid habere, sed debent cle-
» rici vivere more Apostolorum in altissima pau-
» pertate: & tamen omnia illa restringit ad ci-
» vile dominium formaliter intellectum, quod
» non est transmigrabile de subiecto in subje-
» ctum: pro quo dicit esse verum in hoc quod
» ego non darem tres Halenses, nec quicumque
» alius daret, quia frustra daret pro illo quod
» ab alio in ipsum transire non potest. Videte
» quid parturivit mons iste, vel verius inflatus
» terrae, sicut ille poeta inquit:

*Jam mons parturit, & erit tandem mus
filius.*

Videte quid ex omnibus istis intendat. Do-
minium civile formaliter intellectum, quod
non valet tres Halenses, hoc dicit esse prohi-
bitum clero Christi. Videretur nobis pulcrum
negotium, quod ego quotidie clamarem con-
tra aliquem iudicem, dicens, Iste iudex non
operatur iusta; & cum concitarem populum
contra eum, & expulsem eum ab officio,
& aliquis me conveniret, dicens, Quomodo
nunc tu dixisti. Iste iudex non operatur ju-
sta? ecce, istam & istam sententiam, quas ip-
se, tulit, iustae sunt, quia secundum iura pro-
mulgata: responderem ego, Verum est quod
iusta operatur materialiter, sed non formaliter.
Et ita ego intelligam, & dixi verum.
Quia sicut dicunt doctores, multi operantur
iusta materialiter, & non formaliter: quia ille
dicitur operari formaliter iusta, qui operatur
ex habitu virtutis iustitiae: modo forte sunt
pauci qui operentur ex habitu formato, uti-
nam ex dispositione operarentur iusta. Quae
autem sit differentia inter dispositionem & ha-
bitum, triplex est; quia habitus est radicata
qualitas de difficili mobilis a subiecto. Unde
ille qui operatur ex habitu, operatur valde fa-
ciliter: Imo, ut dicit philosophus in v. Ethic.
valde difficile est habentem habitum iustitiae
ad iniustitiam habere declinare. Videretur vo-
bis etiam pulcrum, si ego irem ad plateam,
ubi venderetur panis, & dicerem: Videte hos
panes, populus qui est in hac civitate non
comedet eos; & postea in crastinum diceretur

mihī, Panem dixisti mihī, quia panes jam
manducati sunt. Ego responderem, Dixi quia
ego intelligebam formaliter: non sunt forma-
liter manducati, quia forma est manna, quia
non comederunt eos integros & rotundos.
Quae praestigiationes sunt istae? quae fascinatio-
nes? quae cura populi est de vestris forma-
litate, & de vestris habitudinibus? Hoc in-
tem parandum est, ut unusquisque in ea vo-
catione, qua vocatus est, maneat, juxta do-
ctrinam Apostoli Christi; & ut sanctus Leo di-
cit, manentibus terminis, quae confirmaverunt
patres ne quis alienum usurpet, sed infra fi-
nes proprios atque legitimos, pro quibus va-
luerit, in latitudine se exerceat caritatis.

Ostensum est per Dei gratiam de positione
magistri Petri, quam vacua sit & inanis: sed
volo probare, quod omnino est falsū, & nolo
relinquere sibi illud formale, licet non valet
tres Halenses, ut dictum est; & ponamus sic:
Homo laicus habens dominium vel praedium,
aut ut comprehendamus civile dominium, pro-
ut distinguitur contra privatum, accipiendo
distinctionem ex parte objecti dominabile,
& sic communiter accipitur a juristis, prout
est potestas de publico cum potestate juris
diceandi. Ponamus quod sit baro, comes, vel
rex, & rebus suis, praedio, castro, vel
regno, non alienatis, efficiatur episcopus, tunc
arguo sic: Iste est Dominus istius regni, er-
go habet civile dominium formaliter intel-
lectum, accipiendo pro illa habitudine domi-
nantis ad dominabile. Consequenter patet ex
natura terminorum correlativorum. Nam ista
est bona consequentia: Iste est pater istius,
ergo habet illam habitudinem relativam, quae
est patris ad filium. Non dico, Iste habet fi-
lium, quia tunc posset materialiter intelligi,
quia habet unum servum qui est filius alio-
rius; sed dico, Iste est pater illius; ergo in-
ter istum & illum est habitudo relativa,
» quae est patris ad filium. Sic dominus est
» in praedicatione ad aliquid; quia dominium,
» ut magister Petrus intelligit, formaliter est ha-
» bitudo dominantis ad dominabile; ergo haec
» consequentia est bona; Est iste dominus istius
» rei; ergo habet istam habitudinem dominan-
» tis ad illud dominabile. Non dico, istud ha-
» bet iste dominabile, quia bene possunt ha-
» bere aliquod dominabile, ut custos usufructus vel
» conductor, qui non habet proprietatem, licet
» magister Petrus contrarium dicat: quod an
» verum sit, omnes juristae sciunt si conductor
» dicitur proprietarius: sed relinquamus hoc.
» Non dico ergo, Iste habet istam rem; sed
» dico, Iste est dominus istius rei, ergo habet
» illam habitudinem dominantis ad dominabi-
» le. Jam factis declarata est consequentia; sed
» antecedens probatur per canonem Apostolo-
» rum praedictum, ubi textus: » Potestatem
» habent de propriis de rebus mortuis epi-
» scopis, sicut voluerit, & quibus voluerit,
» relinquere. Item in concilio Agathonensi, De
» rebus propriis potest testari episcopus..
» Nunc post tres canones vestros duo leges
» in testimonium, Authentici. Licentiam, cod.
» de episcopis & clericis, Licentiam habent
» episcopus quocumque ante episcopatum pro-
» batus fuerit habitus, & quocumque post
» episcopatum, jure cognitionis usque ad
» quartum gradum ad eum pervenerunt, ad
» quos voluerit ultima voluntate transmitti.

ANNO CHRISTI 1411.

ANNO CHRISTI 1411.

re. Inquam in illa auctoritate statim sequenti: Presbyteros autem & diaconos & subdiaconos, & cantores, leutores, quos omnes clericos appellamus, res quolibet modo ad eorum dominium venientes habere sub potestate ponas precipimus ad similitudinem castrensium peculiorum, & donare secundum leges & testari, licet sub parentum sint potestate. Constat ergo quod episcopi & alii clerici non sunt expropriarii, sed licite habent res proprias, de quibus possunt pro sua voluntate disponere, donare, & in testamentis relinquere, & alios de ipsis dominos facere. Hoc non facit, nisi dominus civilis dominio, sicut ex descriptione civilis domini per ipsum data lucidum est videre; & sic antea probatum, quod ille episcopus vel clericus est Dominus illius rei; ergo habet civile dominium formaliter intellectum. Consequentia superius probata est.

Sed forte diceret ipse nunc, Ego non nego clericis dominium suorum patrimoniorum, quae habent ex successione paterna; Et si rex Anglia efficeretur clericus in sacris, vel episcopus, remaneret rex sicut & nunc est: sed de bonis ecclesiarum loquor, in quibus dico, quod clerici non habent civile dominium formaliter intellectum. O bone Deus, nec dixi ego, nec aliquis doctus in iure canonico, quod episcopi vel alii clerici sint domini rerum ecclesiasticarum. Nonne aperta sunt verba canonum, xii. questione 1. Res ecclesiarum non quasi propriae, sed ut communes & Domino oblatae cum summo timore non in alios quam in praefatos usus sunt fideliter dispensandae? Numquid & ego in primo actu in solutione ad novam auctoritatem novi Testamenti ita dixi? Unique Deo servit prelati, qui res ecclesiarum fideliter administrat, quorum est procurator, non dominus, prout etiam magister Petrus allegat de donat. cap. Fratemitatem. Et Augustinus ad Bonifacium. Si privatim possidemus quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procuracionem quodam modo gerimus, non proprietatem in nobis usurpatione damnabili vindicamus. Non ergo habent prelati dominium rei ecclesiarum, non ipsorum sunt domini proprie loquendo, sed sunt ministratores. Dicuntur tamen propter ipsam administrationem domini & dominari, quia sunt administratores & dispensatores; sicut & de Joseph dicit scriptura, quod erat dominus universae domus Pharaonis, Genesis cap. xlv. & Psalm. civ. *Constituisti eum dominum domus suae, & principem omnis possessionis suae.* Habent ergo clerici in bonis ecclesiarum non dominium, sed administrationem, ut iterum dixi juxta finem primi actus: legatur.

Ex quibus patet quid sentiam de bonis ecclesiarum, & quomodo cupiam ipsa fideliter administrari, ne in districto Dei iudicio repantur culpabiles: Nec est opus per magistrum Petrum adduci doctorum dicta ad hoc, quia & ego multa plura legi documenta sanctorum, qualiter prelati & alii clerici debent bona ecclesiarum dispensare. Sed dum ista sentiat, forte aliud praesens obumbrare, videlicet merita prelatorum ecclesiarum; unde caveat, ne incidat in illam sententiam Ambrosii iii. de officiis: „ Si quis non obediat episcopo, nisi exollere & exaltare desiderat,

quatenus etiam obumbrare merita episcopi simulata affectatione doctrinae, aut humilitatis, aut misericordiae, is a vero divius superbit.

Dixit de novo magister Petrus in secunda die sum replicationis sic: Domini temporales possunt auferre bona temporalia ab ecclesiasticis habitualiter delinquentibus. Suadetur: sic Reges veteris Testamenti auferrebant bona temporalia ad nutum divinum ab ecclesiasticis delinquentibus, igitur & reges novi Testamenti possunt similiter facere ad nutum divinum, habitualiter delinquentibus sacerdotibus novae legis. Animadvertite supposito pulchram conclusionem domini proponentis, &c. & non dicit, Licite vel de jure, sed solum dicit, Possunt: & ego dico quod non solum a delinquentibus, sed etiam a sanctis, videlicet in Totila rege Gothorum, Juliano Apostata, de regibus & dominis temporalibus, qui sunt in illa terra, quae olim fuit Christianorum, nunc est infidelium. Deinde dicit, Suadetur sic: non dicit, Probatur, quia vidit quod non habet probationis efficaciam: sed videamus vim suasionis Reges veteris Testamenti, &c. quomodo bene probat conclusio sua! dicit simpliciter, probatio habet, Ad nutum Dei, & ego dico quod divino nutu non solum reges a clericis possunt bona auferre, sed quilibet homo ab alio homine. Patet, quia non facit furtum qui Deo jubente ministerium praebet. Ita dicit Augustinus in libro questionum Exodus, & habetur xiv. questione v. Dixit Dominus. Et hoc modo populus excusatur a furto, quando Egyptiorum bona asportavit. Estet bona ista consequentia: Populus Israel petit commodari sibi a vicinis vasa aurea, & argentea, & ille secum asportavit: ergo licitum est accommodata secum portare. Licitum fuit Samsoni se ipsum interficere, ergo licitum est seipsum interficere. Videat Augustinum de civitate Dei libro primo, capite xxvii. Norunt omnes qui sacrae scripturae aliqualem habent peritiam, quod ex his quae ad nutum Dei sunt, non daccipitur argumentum. Unde Beda super Actus Apostolorum, & habetur xxvi. quae. 1. Non exemplo Matthiae, vel quod Jonas propheta sorte deprehensus sit, indifferenter foribus est credendum: cum privilegia singulorum, ut Hieronymus ait, communem legem omnino facere non possint.

Sed non praetereundum quod licet Deus multoties puniat peccata non modo per legitimas potestates, sed etiam per alienigenas gentes Dei iussa excitatas, sententia est Ambrosii, & habetur xxiiii. quae. v. Remittuntur. Sicut saepe propter divinae majestatis offensam subactus est populus Iudaeorum, ut ex discursu librorum Iudicum, Regum, Paralipom. & Machabeorum liquidum esse videtur: tamen non semper talia sunt sine peccato ab his, a quibus fiunt: ut patet de Sennacherib & Antiocho, qui propter peccata populi Israelitici ipsum populum captivarunt & afflixerunt, & ipsi a Deo gravissime sunt puniti. Nam de Sennacherib ab Angelo exterminatore occisa sunt centum & octoginta quinque millia de exercitu ejus una nocte, & ipse fugit, & interfectus fuit a filiis suis. Antiochus vero cum Dei nutu multum afflixisset populum Israel propter ipsius populi peccata, tandem dira plaga percussus crudeli morte vitam suam

Ambrosii lib. 2. de Cain & Abel, cap. 4.

4. Reg. 19. & 25. Machab. 9.

ANNO
CHRISTI
1491ANNO
CHRISTI
1491

suam finivit: 1. Machab. ix. cap. legitur. Interdum enim Deus populum suum peccantem per malos homines punit, sicut patet ex historis prædictis. Et ut Augustinus dicit 1. de civit. Dei cap. ix. interdum flagellantur boni cum malis, non quia simul agunt malam vitam, sed quia simul amant temporalem vitam. Et sic solent principes facere, qui de malis hominibus faciunt lictores, ita Deus de malis hominibus, & de diabolis facit ministros justitiae suae. Sed tamen diaboli exsequendo divinam justitiam, non merentur, neque licitor, qui causa cupiditatis implet iudicium justitiae. Unde Augustinus in questionibus Exodi xxxiii. quest. v. Cum minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte facit, homicida est: etsi eum occidit quem scit a iudice debere occidi. Ad hoc ergo quod ex nutu Dei possit accipi argumentum ad id, quod communi lege est illicitum, primo oportet quod, ut verbis Augustini utar, 1. de civitate Dei, cap. xxvii. Deum se id jubere sine ulla ambagibus intumet ne sit forte diabolica suggestio: quia angelus satanae interdum se transfiguratur in angelum lucis. Secundo ut id exequatur solo affectu exsequendi divinam justitiam, absit ab animo, (ut Augustini verbis utar contra Manichæos, & habetur xxxiii. quest. i.) quod culpatur: nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacabilitas, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, quae corrumpunt animum & protrahunt a puritate zeli justitiae ad cupiditatis affectum, vel alterius animi passionis quod quam sit difficile, cuncti pensate. Ideo difficile est etiam iusta bella agere, nam etsi iustitia sit, forsitan non erit in animo, aut deficiet in modo. Ad probandum suum antecedens allegavit quod Salomon dixit 111. Reg. 11. ad Abiathar sacerdotem, qui adhæsit Adoniae fratri Salomonis, ut Adonia esset rex: *Vir mortuus es, sed non interficam te, sed vade in Anathoth, &c.* Item de rege Nabuchodonosor, qui habuit potestatem a Deo ducendi populum Israel cum sacerdotibus & Levitis in captivitatem Babylonicam. Videte quam sit propria hæc allegatio. Deinde ad idem allegat. 1v. Regum cap. duodecim. quod Joas rex Juda devotissimus secundum providentiam Dei tulit omnia consecrata de templo, misitque Hazael regi, ut recederet a Jerusalem. Allegat ulterius 1v. Reg. 18. de Ezechia, qui similiter fecit. Item de David qui comedit panes propositionis. Ad ista omnia alia solutione opus non est, quam illa quam ipsa secum asferunt: ipsemet allegat quod ista nutu Dei facta fuerunt, & ideo ex eis non accipitur argumentum, ut superius dictum est.

Sed præterire non volo intactum, quod aliam potestatem exercebant reges in illo templo, & sacerdotio carnali, & figurativo veteris legis, quam Christianis principibus liceat exercere in templo & sacerdotio novae legis. Quia sacerdotium Christi præcellit sacerdotio Aaronico: in triplici enim excellentia plurimum eminet: primo quia illud ab Aaron, istud incepit a Christo: & sic illud a servo, istud a Filio Dei. Secundo quia illius sacrificia erant pecora, istius ipse Dei Filius est sacrificium, & Deo Patri hostia. Tertio quia illi sacerdotes ligare non poterant vel absolvere; istus datur sunt claves regni caelorum, &

dictum est ab ipsa increata Veritate: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis, & quodcumque solveris, &c.* Quis jam non videt his consideratis, quanta sit differentia inter sacerdotes novae legis, & sacerdotes veteris legis? & quam alta isti illis præminent excellentia dignitatis? Quamquam pauciter omne claudicat argumentum, quod de subiectione illorum trahatur ad istos. Bene per Dei gratiam noscunt catholici principes quod in clericos, nisi quantum ab ecclesia eis conceditur, jurisdictionem non habent, 11. questione 1. Sacerdotibus. Legatur totum ibi de Constantino. Sed ipsi principes Christi sacerdotibus in spiritualibus sunt subiecti. Unde ille Valentinus inclitus Imperator Mediolanensis ecclesiam dixisse legitur. Talem in pontificali sede constituere procurate, a uti & nos, a quibus hoc gubernatur imperium sincere nostra capita submittamus; & ejus monita, cum tamquam homines deliquerimus, suscipiamus necessario velut medicamenta curantis. Et quoniam, licet non fuerim præsens existit mihi relatum, quod p̄idem magister Egidius circa istam materiam multa pulchra disseruit, hæc pro præfenti dixisse sufficiat.

Denuo magister Petrus arguit decreti cap. Si tributum. 11. questione 1. Sunt verba beati Ambrosii: Si tributum petit Imperator, potestatem habet agrorum vindicandorum: tollat eos, si libitum est. Imperatori non dono, sed non nego utique. Si magister Petrus fuisset tam bonus decretista, quod sine præsumptionis nota posset dicere, quod doctores canonice fuerunt cæci, & non intellexerunt canonum textus; si ipse advertisset ad glossam, credo quod abstinuisset ab illo argumento. Nam glossa ita dicit super verbo, Potestatem de facto, non de jure. Nam si auctoritate principis, sive alterius quis detinet res ecclesie, sacrilegus est. Dicit ipse nunc forte in cogitatione sua: Quid ad me de glossa? quia ipse pro nihilo habet omnes glossas & dicta sanctorum: sed non parvipendat, quoniam glossa illa tantum probat quod dicitur per textum in capite, Quisquis, xii. q. 2., & dicitur q. 1. in canonibus: qui textu hoc aperte probat, dicit enim textus in canonibus, &c. Valde iniquum & ingens sacrilegium est, quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute aut requie animarum suarum, unusquisque venerabili ecclesie contulerit, aut certe reliquerit, ab his, a quibus maxime servari convenit, id est, Christianis & Deum timentibus hominibus, & præcipue a principibus & primis regionum, in aliud transferri vel converti. Generaliter vero quicumque res ecclesie confiscare aut impetere vel pervadere periculosa sua infestatione præsumperit, &c. Similiter & qui res ecclesie jussu vel largitione principum, vel quorundam potentum, aut quadam invasione, aut tyrannica potestate retinuerit, & filiis vel hæredibus suis, ut a quibusdam jam factum audivimus, quasi hereditarias reliquerint; nisi cito res Dei, ad moniti a pontifice, agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Potuisset etiam glossa illa allegare plures alias auctoritates, quæ hoc probant. Glossa in dicto capite in canonibus allegat multas concordantias. Præterea scienti intentionem illius capituli, veritas glossæ satis est manifesta.

Contendebat beatus Ambrosius cum ministris Imper-

Theod. 11.
4. cap. 7. d. 4.
a. 1. 1. 1. ut
11. & 12.Amb. contra
Averrotem
lib. 5. cap. 2.
post ep. 12.A. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.D. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1.

ANNO
CHRISTI
1411
ANNO. 14. 1.
CAPITULUM 1.
P. 11.

Imperatoris, qui basilicam tradi hæreticis iussu A
Imperatoris beatam urgebant Ambrosium. Un-
de ipse dicebat; si tributum petiit Impera-
tor, &c. Et etiam posita: Si patrimonium
petat, invadere: si corpus, occurrat. Vul-
tis in vincula rapere? &c. Communis ha-
bet locutio, quando quis cum petitore con-
tendit dicere, Vultis mihi tollere mea? be-
ne potestis. Non quod intelligat licite & de
jure, sed de facto. Et ita glossam illam com-
munis modus loquendi veram esse ostendit.

Arguit de capite, Ex his. xxi. questione
1. que sunt verba Gratiani, & ideo non faciunt
jus; sed nolo declinare ipsum; verum namque
est quod clericus habens feudum a rege in re
feudali subest regi secundum legem feudi. Et
hoc non nego: sed materia est specialis, te-
neat terminos suos; nec extendatur ulterius.

Arguit præterea de capite, Si quest. finali
ubi text. Patet Simoniacos velut primos &
preceptos hæreticos ab omnibus fidelibus esse
deputandos; & si communiti non respiciant,
ab exteris etiam potestatibus opprimendos.
Antequam ad solutionem veniam, notandum
est quod non est verum simpliciter, quod om-
nis Simoniacus sit hæreticus. Sed ut dicunt
doctores communiter, & Archidiaconus reci-
tat in rosario, in capite, Fertur. s. quest. 1.
Simon magus, a quo dicitur Simonia, fuit
hæreticus, & eius discipuli dicti sunt Simo-
niaci, & isti erant veri hæretici. Et propte-
rea dicit textus in capite, Fertur; Simo-
niaci hæresis, que prima contra Dei eccle-
siam diabolica supplantatione subrepsit, &c.

Ita quicumque crederet pertinaciter Spiritus
sancti gratiam posse emi pecunia, hæreticus
esset. Illi vero qui hoc non credentes, sed
cupiditate permoti, student emere & vendere
spiritualia, non sunt hæretici: quia hæresis de
sua ratione formalis habet, habere errorem in
intellectu circa credibilia fidei, & pertinaciam
in voluntate: & ista deficiunt in talibus, quia
non deficiunt errantes circa credibile; sed affe-
ctu depravato cupiditate, student emere vel
vendere spiritualia. Et ideo non sunt hæreti-
ci, sed gravissime peccant, & in grandi peri-
culo anime suæ vivunt; nec fructus beneficio-
rum simoniace adeptorum suos faciunt. sed ad
restitutionem tenentur: nec salvari possunt, si
non renuntiant beneficiis simoniace acquisitis.

Nunc ad solutionem illius argumenti, ex c.
Principes, xxiii. quest. v. dico, prout docto-
res communiter dicunt in caput, Esti clerici,
de iudici in cap. Ut sane de sententia ex-
communicationis distinctione 111. casus sunt
speciales, in quibus laicis potestatibus a iure
conceditur potestas in clericos: & ut brevi-
ter me expediam, secularis potestas in cleri-
cum non degradatum & traditum non habet
potestatem, nisi ab ecclesia in subsidium in-
vocata: & ita loquuntur illa capita; quare de
illis ad alios casus arguendum non est. Sed
argumentum quod accipit ex cap. Principes,
rogo advertatis quam formalem consequentiam
facit; Licet secularibus potestatibus facere coer-
sionem clericorum per aliquam speciem ter-
rentis disciplinæ; ablatio temporalium est spe-
cies terrentis disciplinæ: igitur, &c. Aliquis
homo currit; ergo iste homo currit. Mihi li-
cet aliquid facere in personam propter ipsum;
mutilare, est aliquid facere; igitur, &c.

Post hoc arguit sic: Omne quod debet

efficere potestative finem aliquem per ra-
tionabilem commensurationem mediorum ad
ipsum; potest licite uti potestative subtra-
ctione excessus & additione defectus ipso-
rum mediorum, secundum quod congruit
propter ipsam commensurationem facien-
dam: cum ergo seculares domini debeant
potestative efficere necessariam sustentatio-
nem cleri per rationalem commensuratio-
nem temporalium, que tenentur conferre
clero Christi; sequitur quod possunt licite
uti potestative subtractione & additione ip-
sorum temporalium, secundum quod con-
gruit propter ipsam commensurationem ra-
tionabiliter faciendam. Ita dicit; nec ma-
jorem, nec minorem probat, sed totum sine
fundamento reliquit, & hoc fundamento ca-
det. Dico primo quod argumentum deficit
quoniam bona ecclesiarum non sunt solum
propter sustentationem cleri: sed ipsa facta re-
siduum habet in pios usus converti, ut in pri-
mo actu latissime dixi. Præterea si ly Potestative
determinat actum commensurationis, prout
verisimiliter facit, neganda est minor
quia potestas talis commensurandi, cum ra-
tione superfluatorum, non est apud seculares
potestates, & nescio si ipsi concederent se te-
neri ad conferendum sustentationem clero,
unde populus teneretur, unde ecclesia non
haberetur: sed grave nimis esset eis. Unde be-
ne providit divina providentia, quod dedit
ecclesie unde vivant clerici, & etiam faciant
elemosynas populo, & non habeant gravare
populum.

Deinde arguit sic: Clericis licet subtrahere
sacramenta ecclesie laicis delinquentibus: igitur
laicis licet subtrahere temporalia potestative
a clericis habitualiter delinquentibus. Ista
est una pulchra consequentia, nescio si in Oxonia
vel Cantabrigia sunt tales consequentiam:
bene scio quod non admitterentur. Sic sequeretur
a simili: Regi licet denegare jurisdictionem
suam subdito suo propter delictum, quia,
ut sciunt iuristi, est una species coercionis,
& de levioribus; ergo & subdito licet denegare
obedientiam regi propter delictum. Habet
tamen omnis divini juris regula, quod
superior in inferiorem habet jurisdictionis potestatem,
& non e contra.

Denique arguit sic: Equè potestative potest
stipendians subtrahere suum stipendium ab
indignis operariis, sicut potest dignis ea conferre:
cum ergo temporalia sint stipendia laicorum,
sequitur, &c. Videte quoniam bene
facit argumentum in forma: bene accipit me-
dium, prædicatum in minori, sub subiecto ma-
joris haberet; dicere: Sed laici sunt stipen-
dians clericos: & tunc minor est falsa, quia
non sunt stipendians. Bene posset dicere
quod sunt solventes ea, de quibus stipendia
clericis præstantur: & sic similiter argui posset,
quod licet rusticis subtrahere stipendia, que
præstantur militibus. Deinde arguit, quod re-
ctificatio facillima clericorum esset per subtra-
ctionem temporalium: & medicina debet dari
per quam aptius sanetur infirmus, &c. Ista
argumenta petunt fundamentum. Oporteret primo
probare quod rectificatio clericorum & medicina
exhibita pertineret ad laicos, & tunc
esset bonum querere, quemodo aptius fieri:
alio frustra consulat de mediis, ad quem non
pertinet sanis. Cum ergo probatum non sit,
quod

ANNO
CHRISTI
1411

ANNO
CHRISTI
1443.

quod laicis hoc pertineat, imo per me con-
trarium superius est deductum; & sic deficit
argumentatio sine fundamento constructa.

Uterius arguit ex cap. Quicumque xvii.
questione fin. Ubi Augustinus recitat factum
laudabile Aurelii episcopi, quod cum quidam
non habens filios omnia bona sua, usufructu
retento, donasset ecclesie; postea habuit filios,
Aurelius restituit sibi bona. Quid ad propo-
situm? utique nihil: sed ut magister Petrus,
qui est magnus iurista, doctores omnes cano-
num cœcos reputans, aliquid de iure addi-
scat, debet scire quod cum quis non habens
filios donavit omnia bona sua, filius nascens
postea habet jus ad revocandam donationem
illam per titulum de inoffic. dona. Sed an in
totum, sed solum in legitimam, est questio in-
ter doctores: aliqui tenent quod in totum, ali-
qui quod tantum pro legitima: decebat autem
sanctum episcopum partem benigniorem acci-
pere & quia illa esset in pios usus erogaturus,
voluit pietate paterna consulere filiis ejus,
quem unum fecerat secum vinculum caritatis.

Demum facit quamdam suppositionem, quod
clerus enormiter peccaret, si vellet interficere
reum, armis acceptis militaret, spoliaret gen-
tes, stupraret virgines, tunc non esset reme-
dium, &c. Effet remedium, & remedia, que
scientibus jura, & etiam utentibus ratione,
facile est reperire sed non, usurpare ecclesie
bona quia delictum persone in damnum ec-
clesie redundare non debet. Et cum, ut dictum
est, prelati ecclesie honorum ecclesie sint pro-
curatores, non domini: propter delictum pro-
curatoris invadere bona domini non est justum.

Arguit deinceps sic: Quidquid clerus a bra-
chio seculari debet exigere, quod adjuvet eum
ad tuendum & defendendum bona ecclesie,
& etiam ad subministrandum: non autem de-
bet exigere quod bona ecclesie laici sibi sub-
bripiant, & usurpent. Et auctoritas quam al-
legat Actorum sexto, quod dixerunt Aposto-
li: *Non bonum nos derelinquere verbum Dei;*
& *ministrare mensis*, videte quomodo bene fa-
cit pro ipso, an potius faciat contra. Num-
quid dixerunt Apostoli laicis Subripite ista bo-
na, que ad pedes nostros offeruntur, quia eorum
administratio impedit nos a predicatione ver-
bi Dei? An potius constituerunt diaconos, qui
illud exercere fecerunt? Ita prelati ecclesia-
rum Apostolos imitando, non dicunt laicis:
Subripite ista bona sed constituunt officarios
& ministros, qui illud ministerium impleant.
Et ad idem tendit confirmatio que subsequi-
tur, & etiam argumentum ejus finale: & ea-
dem solutione depelluntur. licet multa ibi
fermocinetur, que deberet primo ipse face-
re, postea docere.

Denuo arguit ex illo, Privilegium meretur
amittere, &c. Et dicit donationem ecclesie esse
privilegium. Ad hoc multa possent dici,
tamen illud sit brocardicum, & multas ha-
beat limitationes: sed hoc sufficit pro præsen-
ti, quod quando privilegium confertur in
non subditum, potest per concedentem non
revocari. Præterea donatio ecclesie non habet
naturam privilegii, sed est ex donationibus
vel ultimis voluntatibus, que in dominio al-
cujus translata sunt: per successores illorum non
revocantur, quantumcumque illi, qui tales
res habent, eis abutantur: quare tale jus vel
actio illis successoribus nullo iure competit.

Arguit demum de correctione evangelica,
que quomodo faciat ad propositum, bene vi-
detis: finis namque illius, secundum evange-
lium, est: *Dic ecclesia: & si ecclesiam non au-
dierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.*

Tandem facit unum argumentum, hoc habens
in effectu, quod sicut licitum sit auferre gla-
dium de manu phrenetici, ne se interficiat,
ita licitum est auferre bona temporalia a cle-
rico, qui abutendo interficit animam suam.
Ista comparatio quam sit efficax omnibus ha-
bentibus oculos est manifestum. Unicuique e-
nim licitum est auferre gladium de manu phre-
netici, ne ipso abutatur: ergo unicuique li-
citurum est auferre bona cujusque eis abuten-
tibus. Si hoc concederetur, quarta occasio
spoliandi alios præberetur, quantaque seditio-
nis & turbationis occasio? Non ita consulit
Augustinus: sed dicit, Forte aliquis cogi-
tat, &c. est in primo actu, & habetur xiv.
questione v. cap. Neque enim si agris.

Post hæc ad rationes meas nititur respon-
dere, & ut quantum illæ responsiones valeant
cunctis sit notum, legam utraq; Totus ef-
fectus solutionum est, quod omnes auctori-
tates per me introductæ loquantur de clericis
non delinquentibus habitualiter. Sed manife-
stum est quod non procedunt, quia auctori-
tates meæ loquantur de nequissimis sacerdoti-
bus, & habitualiter delinquentibus, qui do-
mum Dei fecerunt speluncam latronum, & in
mortem Christi Dei Filii conspirarunt: & de
episcopis, qui cathedra relicta, plebe deser-
ta, aucupabant nundinas negotiationum &
usuris inserviebant, ut ex earum lectione lu-
cidum est videre.

Ultimate sic subjungit: Videtur quod Chri-
stus subtractionem temporalium a sacerdotibus
prophetauit, & pro suo tempore hujusmodi
substractio est implenda. Dicitur Matth. xxiv.
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Id
est, ipsum templum, secundum Lyram, quia
per Romanos fuit destructum, nec reedificabitur
amplius. Hæc Lyræ. Item Matth. xxi. *Au-
feretur a vobis regnum Dei;* super quo Lyræ:
Id est regimen ecclesie, alias regnum: & *da-
bitur genti, facienti fructum ejus*, id est, Apo-
stolis & eorum successoribus. Hæc Lyræ. Vi-
dere manifestam calumniam, scripturas que lo-
quantur aperte de Judæis, dicit esse propheta-
tias de clero, & ad sui confusionem ipsemet
offert expositionem Lyre, licet ex textu evan-
gelii satis sit clarum. Dicit: *Eccce relinquetur
vobis domus vestra deserta*, id est, templum,
quia per Romanos fuit destructum. Quales sunt
istæ probationes, tales sunt omnes alie quas
adducit calumniose, sophisticæ, extorte, &
puræ cavillationes. Repeto igitur admonitio-
nem illam ex verbis Sapientie, Ecclesiastici
xxviii. dicens cuilibet Christiano: *Sapi aures
Et tuas spiritus, & noli audire linguam nequam, &
ori tuo facito opus, & serus auribus tuas, &c.*

Et sic est finis quarti articuli: Deo gratias.

NOTÆ SEVERINI BINII.

a Concilium) Hæc Synodus a Martino V. ejus nomi-
nis pontifice indicta, ope & auxilio Sixtini adhuc re-
gu. ex præcepto Constantiensis concilii congregata fuit
eo fine, ut in ea de moribus sedelium reformatis, curia
Romanorum in melius tractanda ageretur, & Bohemorum
mo-

ANNO
CHRISTI
1443.

Mart. 21.

Aug. de bono
conjugali, c.
14. Inpro. 2.
no. primi a.
200.

notas, verba, conditiones & hanc compositionem. Præ-
 latus concilii Julianum Cantuariensem sanctæ Ro-
 manæ ecclesiæ cardinalem, eundemque apostolicæ legatum.
 Post obitum Martini, Sixtus papa prædecessoris sui in-
 stitutum secutus idem concilium confirmavit, & ut in-
 choletur predicto Juliano serio demandavit. Cumque
 maxime præstantem multitudine ex universo orbe Latinæ
 Basileam in dies singulos confleret, æque XIV. Kales-
 das Augusti, anno 1431. inchoavit pontificatus Eugeni syno-
 dus iohanna effect. multa de reformatione Romanæ eccle-
 siæ in ea tractata cepta sunt. Quæ in re dem illi sub
 specie reformandæ respicitur Christi plerique Romanæ ec-
 clesiæ privilegia, eoque in prima quæ maxime necessaria
 erant omnia tollere & antiquare studebant. Eugeniis pa-
 pa, legatis sedis apostolicæ revocato, concilium, cupis in-
 choatationem eam approbaret, dissolvit & Ferratum trans-
 tulit, ut præcipue de causa, quod Græci de unionem cum
 Romanis interduci solent cum locum delegissent. Quam ob
 causam, quæ circa concilii inchoatam continuationem, Eu-
 geniis papa iudicium & depositionem, acta fuerunt, &
 pluribus actionibus gesta, in hæc summam describitur.

* Non in hoc
 sed in hinc
 dicitur p. 116.
 que. Quæ
 actum in co-
 cilio

In hoc concilio, auctore Gaguino libro 10. edita * est
 programmatica sententia, apud Bourges a Carolo septimo No-
 vio Julii anno 1438. probata, & in scriptis Patricii ter-
 tici idem publicata.

Novissimam illam reformationem ordinis sancti Benedi-
 dicti in eadem hac Basileensi synodo confirmatam esse re-
 fert Paulus Langius in chronico Cisterciæ his verbis:
*Insuper reformato illa novissima ordinis divi patris nostri
 Benedicti, quæ nunc temporis in Saxonia, monasterio in
 ditione est Cisterciensis, primam curiam, & secundam in Bur-
 gundia transpennina ratiocina aliis figuris, propagatissimè
 facta per Germaniam postulat dilatare. & hæc a 1000
 propagata Burgundicis appellata, in eodem concilio (quo
 modum clare in prologo dictionum nostrorum ordina-
 ri consuevit) & confirmata & approbata fuerat, præ-
 sentis ejusdem concilii Janio Juliano sanctæ Romanæ ec-
 clesiæ nunci sanctæ Sabinae diacono cardinali, &c.*

Quid cum Bo-
 hemis actum.

Quid Bohemi per Sigismundum imperatorem, perque
 synodum literas petram Basileensi concilio, ad synodum
 vocati egerint, quosque articulos concilio proposuerint, a
 quibus idem orationibus de super habitis refutari fuerint,
 quosque deinceps ratione cum Sigismundo legum a concilio
 deputatis transgressores sine moribus ac ritibus ecclesiæ
 confirmaverint, certaque compellata (ut vacant) inveni-
 runt, refertur apud Henricum Silvium de hist. Bohem. cap.
 49. & 50. Copiosè vero hæc omnia describuntur in fra-
 gmento quibondam. De vocazione Bohemorum ad concilium
 Basileense, & ibidem hinc inde utilitate. Quæ ab
 eodem Henrico Silvio (ut videtur) scripta, excussa repeti-
 tur post caput 50. Henrici Silvii in hist. Bohemica il-
 lino editione, quæ cum reliquis Bohemiarum rerum scri-
 ptionibus ex bibliotheca Marquardi Frobenii prodit anno
 1603.

Quosque illa orationes, quibus a Joanne de Ragusa,
 Agudio Carerio, Henrico Kalreua, & Joanne Polema-
 ro, ad quosque Bohemorum articulos responsum est,
 quosque Henricus Canonicus in lucem emisit, ex ejus anti-
 quis lectionibus acceptis extremam hujusce tomi duodeci-
 mi partem constituent. Post pacem in conventu apud
 Iglaviam oppidum compositam, vigore factæ promissionis
 Bohemi legationem miserunt ad concilium, quæ, libello sup-
 plicis precibus concilii oblato, (quem in supra allegatis fra-
 gmentis invenies) petivit Bohemorum subditis licentiam dari
 communionem sub utraque specie panis & vini, modo illud per
 legationem sibi concedi postulaverint. Contenta inter leg-
 ationem synodales & Bohemice edita, quæ apud Silvium
 predicto loco recitantur, ita sunt. *Bohemis ac Moravia
 ecclesiasticam unitatem pacemque complectentibus, se-
 que in casibus omnibus, præterquam in usu communionis
 utriusque speciei, universali ecclesiæ sibi riu conformantibus,
 auctoritate domini nostri Jesu Christi, & ecclesiæ
 ipsius sue, sub duplici specie, panis scilicet ac vini, his
 qui communicant divinis eucharistia communicare licet:
 non illi vero ex præcepto Dei fieri debet. generale consu-*

Quæ conven-
 tum cum Bo-
 hemis actum.

Concil. General. Tom. XXIX.

hinc Basileæ congregatum desinit, & quod nihil salu-
 tatis saluti congruere legi in perpetuum valitura consti-
 tuet. Quo facto, si perseveraverint Bohemi in ejusmodi
 communicationis desiderio, idque missa legatione perierint, se-
 cer conveniant Bohemi ac Moravia sacerdotibus commu-
 nicandi sub utraque specie personas sibi subditas & in
 annis discretionis constitutas, & qui id revocant populato-
 riam, libertatem imperantur: ea conditione adhibita, ut
 inter communicandam plebem publice instruant, non sub
 specie panis carnis Christi unam, nec sub specie vini
 solum sanguinem, sed sub qualibet specie totum & integ-
 rum consumi Christum. Hæc Silvius de calicis promissio-
 ne facta, quem per dispersionem re ipsa concessam
 & indulgentem esse ea conditione ut diversum usum vellet
 eritorem improbarent, neque se ab ecclesiæ catholice in
 ceteris ritibus & dogmatibus sejungerent, testatur chron.
 lib. 21. Polyd.

Ubi dicitur,
 quæ conditio-
 ne Bohemis
 concessa.

b Basileense.) Sic dictum a Basileæ, quo in loco hæc
 synodus per undecim annos celebrata fuit, ut prima &
 ultima sedes ejusdem concilii constituitur. Est enim Ba-
 sileæ, auctore Ad. Rom. in suo parvo theatro urbanæ,
 vulgo *Basel*, sita ad fluvium Rhenum & Rhodanum. Nomen
 Basileæ variè variè dicitur. Notus Rhodanus a trajano,
 quem Galli, a lingua Pæ vocant, originem traxisse existi-
 mat, ut sit dicta Basilea, quasi Basileæ: ab aliis Au-
 gusta Romanorum dicitur. In hac divisione insignis est
 veterum manibus æque amantibus, ut præsertim, quibus a
 tergo est vindictarum divi Petri, & Predicatorum cano-
 nicam, amplas areas & hortos amplissimos habentibus, &
 quæ Rhenum aspectum. Templorum sanis magnus est nu-
 merus. Dividitur in duas civitates, una est ex parte Gal-
 liæ, vocaturque Basilea magna, eoque antiqua civitas ep-
 scopalis. Altera Basilea minor ex parte Germaniæ. Con-
 struitur utraque civitas ponte ultra Rhenum constructo.
 Hanc civitatem anno 1480 Pius pontifex octavimus or-
 dinavit, cujus primus rector fuit vicarius ejusdem anni die
 quarto Aprilis, ipse Georgius van Andelew præpositus
 Basileensis. Illustrat eam civitatem hodie typographorum
 foletia.

Inchoatum fuerat concilium Senis, sed iustis de causis
 isthinc per Martinum quintum translatum Basileam usque
 ad annum domini 1442. continuatum est & absolutum.
 Decreto Constantiensis concilii statutum fuerat ut Papa
 celebraretur, quæ de eadem vero illud Martinus quintus
 isthinc Senas, æque iterum Senis Basileam transferre vo-
 luerit, chronicon Germanis his verbis enarrat: *Adven-
 rat jam tempus conveniendi ad concilium Papa celebra-
 ndam, sed cum pessime constitutione instaretur Papiense
 celum, placuit pontifici concilium transferre Senas: cum-
 que illuc ex multis nationibus convenirent, multi quidem
 ex largitionibus promissis contra Martinum molabantur,
 ut de pontificatu deiceretur, quod ubi animadvertit ponti-
 fex, statim concilio conveniendi dissolvit: & ne quis ca-
 lamitatem posset pontificem sibi imere, statim post septem
 annos synodum generalem celebrandam, aique concilio la-
 tæ deponeret Basileam. Paulus Langius in chronico Ci-
 sterciæ Luceanae anno domini 1448. prævia obdione ur-
 bis dissolutum & dissipatum fuisse, æque ex glorioso prin-
 cipio humilem finem consecutum esse, scribit. Idem in-
 ducitur in bulla Nicolai V. quæ ad finem sessionis 45.
 addita reperitur, ibi tamen nihil aliud actum fuisse inve-
 nitur, quam quod intercessionem Frederici imperatoris He-
 licæ V. antipapa creatus ad pacem ecclesiæ conciliandam,
 ad acta Basileensis concilii improbanda, pseudopontifica-
 tum resignaverit, eoque de eadem pacis & unitatis gratia
 approbaverit quæ de beneficiis in concilio Basileensi con-
 stituta fuerant.*

Quæ cum Bo-
 hemis actum.

c Occurrentiam.) Occurrentiam fuisse nemo negaverit,
 quod auctoritate pontificis inditum, sub præsidio Juliani
 cardinalis continuatum est eo usque, donec, illicita po-
 testate usurpare, in pontificem Romanum, omni iudicio
 & subiectioni conditioni coactiva jure divino exemptum.
 iudicium suum ipsi converterent, & pontifex legatum suum
 omnesque alios episcopos arceret. Quando vero post ho-
 rum discessum, synodus sub præsidio cardinalis ejusdem Are-
 lensis continuata, invicemque pontifex prorogata est,
 non tantum œcumenicam, sed etiam legitimum concilium
 esse debuit.

d Ex parte reprobatum. &c.) Hanc synodum odiorum
 legitime reprobatam esse constat ex sessione undeci-
 mi concilii Lateranensis infra sub Leone X. celebrati, ubi
 conciliabulum schismaticum, seditiosum, & nullius præ-
 fatus auctoritatis non immerito appellatur. Nam eo tempo-
 re, quo concilium in pontificem secretariam pronuntiare
 ausum

Quæ de
 causa repro-
 batur.

nam est, non erat in concilio legatus pontificis, omnesque præcipui episcopi discesserunt, & quidem cardinalis Arelatensis munus præsidendi sibi assumpserat: & quis episcopi paucissimi erant introduxerunt in synodum ingentem multitudinem presbyterorum, ita ut contra omnem formam conciliorum, non episcoporum, sed presbyterorum synodus esset. Deinde eodem tempore agebatur Florentiæ concilium alterum, in quo præsidebat summus pontifex, & cum eo sedebant episcopi Latini & Græci sine comparatione plures quam essent Basilienses, & una cum episcopis aderat imperator Græcorum, & legatus imperatoris Latino-rum, ut nullo modo dubitari posset, utrum ex duobus esset verum concilium ecclesie generale.

Tertio Deus quoque sententiam suam dicere volens tam horribili peste Basileam tunc affligebat, ut major pars eorum periret, qui ibi erant, vel extincti vel secedere coacti fuerint. Quæ omnia refert Aneas Silvius in historia concilii Basiliensis, cui ipse interfuit.

Quarto Patres concilii eos qui missi erant ab Eugenio quarto in concilio præsidere juxta morem conciliorum universalium, recipere noluerunt.

Quinto. Quis nulla decreta concilii unanimi consensus conclusa fuerunt: tum quia multi prelati & doctores utriusque juris ejusmodi decretis resistebant: tum etiam quia in fraudem legationum, quos a Castellæ & Angliæ regibus missos in itinere esse, atque synodo jam appropinquare cognoverant, sessione 18. festinabant de hinc illud, cui dictis legatos nolle assentiri sciebant.

Dixi hanc synodum ex parte tantum reprobam esse. Quia cum Felix V. antipapa schismaticus ad unitatem & concordiam ecclesie componendam, hortatus Frederici tertii imperatoris paratoparificum resignasset, atque omnia Basiliensia conciliabuli suo ipsius iudicio quasi improbasset, Nicolaus V. pacis gratia approbavit eas constitutiones quæ de beneficiis ecclesiasticis edictæ ac promulgatæ fuerant: reliqua omnia quæ aliorum conciliorum decreta & constitutiones non sunt definita, iudicio ejusdem Nicolai sententiam prædecessoris sui Eugenii hac in re imitantia, rejecta & improbata fuerunt. Videtur ergo Pactus Langius, quæ ratione erroris maculas hanc synodo insulas adtergere nititur.

(De auctoritate concilii.) vide quæ de hac controversia dixi supra in notis concilii Pisani I. tempore Alexandri V. Quæ ratione autem hæc circa Eugenii depositionem gesta fuerint, summam singulas sessiones compendiose describendo breviter meo more enarrabo.

Quæ est concilii Basiliensis approbatio?

Primo sessio in nota non habetur.

A dem leguli instrumentum actuum præstant, sicuti fuit sessio I.

Anno 1431. XV. Kalendas Martii habita est sessio II. cuius initio declaratum fuit hæc synodum Basilem legitime congregatam fuisse: postea confirmantur decreta concilii Constantiensis de auctoritate concilii œcumenici, etiamque potestates ac jurisdictiones super Romano pontifice, de episcoporum auctoritate non impediendo; quodque sine licentia a quo sine finem concilii discedere debeat, &c.

12. Aprilis anno 1431. sessione tertia judicatum ad Sessio III. extinguendam Hussitarum hæresim, motumque bellicos in Bohemia sedantes, ipsos Eugenii papæ presentiam necessariam esse. Quam rem dem patres concilii molierunt, ex sinistra informatione motum fuit, pontificem dissolutionem concilii accusare. Quod ne fieret per oratores certos a se deputatos rogatus.

Quarta sessione, quæ celebrata fuit anno 1431. XIV. Sessio IV. Kalendas Julii, concessus est salvoconductus omnibus ad concilium vocatis, vel in eodem contrarios de fide articulis proponere volentibus. Vocatis vero ad concilium cardinalibus inhaeretur, ne sede vacante novam electionem alibi quam in sacri concilii loco aggregiantur, papæ auctoritate infirmetur, ne extra locum concilii alios cardinales creare, vel a concilio eodem avocare presumerent.

Sessio V. quæ habita est in vigilia sancti Laurentii, Sessio V. iudices, auditores, procuratores & præcognitores, notarii, alique officarii, constituti sunt cum eo mandato, ne ullus eorum iudicium ultra tres menses protrahat, neve præsentis in concilio ad curiam Romanam, vel alio vocari patenter.

Anno 1431. Sabbato, sexta Septembris, sexta habita Sessio VI. fuit sessio, in qua promotores concilii magister Nicolaus Amici & Hugo Barardi Eugenii quartii contumaciam accusarunt: quod concilii presentiam dissolutionem non revocaret, nec citatus per se vel legatos compareret. Tarentinus & Coloniensis archiepiscopi, episcopus Maglacenensis, & Antonius de sancto Vito, alique pro Romano pontifice intervenientes, iudicium incompetentis exceptionem, iudiciumque illius, quo pontificis causa ageretur, nullatenus allegarunt. Pro cardinalibus vero ad iudicium synodale vocatis allegata est iusta causa absentium. Interposito itaque decreto causæ inquisitio duobus episcopis demandata fuit.

Sessio VII. habita anno 1431. Novembris terminus Sessio VII. intrandi concilii ad eligendum novum pontificem est prorogatus: cardinalibus vero contumaciter emanantibus poena privationis imposta fuit.

Sessio VIII. cum Eugenius IV. decreto sessionis III. Sessio VIII. non obtemperaret, sub observatione divina iusticiæ, & per vicera misericordie Jesu Christi monitus est secundo, ut infra 60. dies presentiam dissolutionem & congregationem congregationis sub nomine concilii generalis publice revocet, concilio adfuit, & reliqua prioris decreti implet. Quod si non faceret, futurum decerneretur ut sine ulteriore citatione contra eum procedatur, omnes ejusdem promotiones & ordinationes ecclesiasticæ a tempore contemptæ partitionis factæ cassentur. Cardinales sub poena anathematis omnium beneficiorum ad concilium citantur, inique ut a curia Romana recedant mandantur. Præter Basileensem nullum aliud concilium haberi permittitur: ceteræ congregationes schismaticæ conventicula vocantur. Bononiam cunctis ecclesiasticis sub nomine generalis concilii excommunicantur, & beneficiis ipso facto privantur. Statuitur ne beneficiis eorum qui concilio interfuerint per pontificem conferri possint. Alienatio, infulatio & impignatio honorum ecclesiasticorum interdicitur.

Anno 1433. 22. Januarii habita est sessio IX. quæ Sessio IX. concilium reaperitur, illique processus, quos de regni ducibus & dominiis adimendis Eugenius papa Sigismundo imperatori, Willelmo Bavariæ duci, aliusque concilio adherentibus intentarat, annullantur & rescinduntur.

Sessio X. quæ habita est anno 1433. 19. Februarii, Sessio X. post extensionem & ampliationem decreti illius sessionis VIII. de beneficiis eorum qui concilio interfuerint non conferendis, Eugenii quartii contumacia est accusata, quod presentiam hujus concilii dissolutionem non revocaret, quodque tempore statuto, neque per se, neque per legatos compareret: sed etiam in contumacia perseveret. Quare petitum est, eundem papam velut contumacem damnari, diemque & locum ad hæc actum exercendum decerni. His auditis, decretum est ut Orientis & Novariensis episcopi per litteras valvis ecclesiæ

Hæc ita peractis monentur patres concilii, ut fidei Christianæ propagandæ, paci procurandæ, moribusque reformandis sedulam operam impendant, de rebus in synodo peragendis domi secum diu multumque cogitent: cogitationeque libere profertant. Deinde constitutum fuit quo modo quoque gestu singuli se habere debeant: quod dignioribus nihil præjudicii generari debeat, si vel loco inconvenienti sederint, vel ordine præpostero sententiam suam dixerint. Ne vero illi, qui ad concilium convocati sunt ulla ratione impedirentur, eodem privilegio donati sunt, quo patres concilii Constantiensis, quos sub poena excommunicationis soli pontifici reservatæ non modo non spoliare, aliisve iniuriis afficere, sed neque per viam arresti alibi detinere aut impedire licebat. Similis poena constituta fuit in eos qui vel verbis vel factis, palam vel occulte, per se vel per alios concilium impedire, turbare aut dissolvere conati fuerint. Insuper decretum est, ut qui totius ecclesiæ causæ concilio interfuerint fructus beneficiorum suorum plene & perfecte percipiant. Ad extremum ordinati fuerunt notarii, inspectores notariorum, concilii promotores, & sedium ordinatores, a quibus

Præter Basileensem nullum aliud concilium haberi permittitur: ceteræ congregationes schismaticæ conventicula vocantur. Bononiam cunctis ecclesiasticis sub nomine generalis concilii excommunicantur, & beneficiis ipso facto privantur. Statuitur ne beneficiis eorum qui concilio interfuerint per pontificem conferri possint. Alienatio, infulatio & impignatio honorum ecclesiasticorum interdicitur.

Anno 1433. 22. Januarii habita est sessio IX. quæ Sessio IX. concilium reaperitur, illique processus, quos de regni ducibus & dominiis adimendis Eugenius papa Sigismundo imperatori, Willelmo Bavariæ duci, aliusque concilio adherentibus intentarat, annullantur & rescinduntur.

Sessio X. quæ habita est anno 1433. 19. Februarii, Sessio X. post extensionem & ampliationem decreti illius sessionis VIII. de beneficiis eorum qui concilio interfuerint non conferendis, Eugenii quartii contumacia est accusata, quod presentiam hujus concilii dissolutionem non revocaret, quodque tempore statuto, neque per se, neque per legatos compareret: sed etiam in contumacia perseveret. Quare petitum est, eundem papam velut contumacem damnari, diemque & locum ad hæc actum exercendum decerni. His auditis, decretum est ut Orientis & Novariensis episcopi per litteras valvis ecclesiæ

officia impulerit ut ne Eugenius quartus, aut alius aliquis A
substituatur, addeat, qui ejus nomine coram synodo com-
parere vellet. Nominis compositione, deputati sunt qui,
actis omnino Eugenianis habito diligenter perlectis, ea de
re in concilio futurum causam referant, ut, deinceps pra-
via deliberatione in causis ejusdem definitivè pronuntiare
possint.

Sessio XI.

Sessio XI. in ecclesia majori Basileensi 17. Aprilis an-
no 1433. celebrata est. In hac statutum est primo, quod
Romanus pontifex per se vel legatos communi cardina-
lium consensu eligendus concilio generalibus cum omnibus
partibus ecclesiasticis, que de jure teneantur sub potestate
pontificis & depositionis interdicere debet. Secundo confi-
tetur est, quod pontifex nemo, ne quidem cardinalis,
accessum ad concilium prohibere possit: quodque ad con-
cilium accedere volentibus libertas impartiri tenetur,
concilium persequi, congregatum dissolvere, aut de lo-
co in locum sine concilio expresso consensu transferre non
possit. Tertio statutum est, ne hoc præsens concilium B
Basileense circa expressum omnium consensum dissolvatur.
De modo celebrandi concilii in Constantiensi synodo
definitio addita fuit, ut electio pape ante concilium
impeditum iuratur, quod si quis contra electus fuerit, hæc
decreta servare velit.

in sessione 11
Constantiensi

Sessio XII.

Sessio XII. habita est 13. Julii anno 1433. In qua
Eugenii quartus contumacia iterum est accusata, quod nec
suo orationum rationibus, nec totius concilii precibus, nec
Sigismundi imperatoris crebris legationibus motus con-
cilio interesse dignaretur. Quia de causa patres concilii in
eum varia convicia sparserunt, utpote qui nihil intende-
ret aliud, quam ut ecclesiam perturbaret, sibi vero suis-
que successoribus jus acquirit non solum ritum sacrorum
conciliorum abrogandi, & ea pro libito dissolvendi ve-
rum etiam decreta promulgata abolendi. Et quamquam
post expectationem sexaginti vereretur, ne frequentior
dilatio pontifici concessa fiduciam bonis adhibere genera-
ret, ideoque iam sententiam definitivam in eum pronun-
ciare parati essent: tamen ad instantiam domini impera-
toris tertiam dilationem concedentibus, ipsam Eugenium
IV. citant, & orant ut dissolutionem revocet, de-
creta facta approbet, legitime inchoatum & continuatum
declaret, æque ita concilio adhaerat, & hæc decreto in-
tra sexaginta dies obtemperet. Quia si non faceret, con-
tinuez & ab omni administratione pontificatus suspende-
retur, omnesque subditi ab ejus obedientia, fidelitate &
juramento abolverentur. De electionibus hac sessione
constitutum est, ut presbiteri canonice eligantur sine ulla,
quæ vocant, reservationibus. Nemo nisi ætate legitime,
moribus gravis, & doctrina præditus, in sacris ordinibus
constitutus, & juxta sanctiones canonicas idoneus episco-
pus eligatur: nullæ intercessionis admittantur: pontifex
pro confirmatione electionis nihil penitus recipiat: nota-
tus detur saltem, non quod prælati aut beneficio,
sed tantum quod æquivalentia sit, & respondeat laboribus
& operis in scripturam impensis.

Sessio XIII.

Sessio XIII. habita est anno 1433. die Veneris 11.
Septembris in ecclesia majori Basileensi. In qua post
accusationem contumaciam Eugenii Pape, quod intra 66.
dies concilio non adhaeruit, & decreto satisfacere ne-
glexerit, promotores concilia urserunt, ut in penam in
decreto contentas pontifex condemnaretur. Imperator per le-
gatum proprium, simulque per Guilielmum ducem Bavarie
synodi procedurem tutam instat pro dilatione 30. die-
rum. Idem fecit magister civium, aliique nonnulli no-
mine concilii & civitatis Basileensis, promittentes nun-
quam deinceps pro dilatione quidquam acturos. His de
rebus legati sedis apostolicæ per famam informati accesserunt
ad synodum, allegantes præfixum terminum sexaginta
dierum necesse elapsedum: ideoque contra pontificem
iubili decernendum esse. Præses generalis concilii legatos
male esse informatos respondit, petique declarari, dum
papa concilio per se vel per legatos suo adherere velit.
Cui interrogationi dum nihil responderetur, prorogata est
dilatio triginta dierum, que in gratiam imperatoris iterum
concessa fuit. Demum vero apostolicæ Regis per decre-
tum synodale, omnia contra patres vel quorumque alios
in concilio præsentis irritantur, nisi in integrum resti-
tuantur, occupantibusque beneficia eorum qui in concilio
intererant communicantur.

Sessio XIV.

Anno 1433. septimo Idus Novembris habita est XIV.
sessio, in qua terminus sexaginta dierum Eugenio jam
præfixus concessus persequitur, cujus facta certa adhe-
sionis a Concilio præscribitur: que compariturus actus sy-
nodalis confirmet, & quicquid ipse contra synodum ejus-
dem Comiti General. Tom. XIII.

que personæ dicit vel conficit casum & irritum pro-
nuntiet. Eoque occasione futurum promittitur, ut omnes
se ad curiam pedem Eugenii submittant, illamque tan-
quam unicum & legitimum Petri vicarium agnoscant &
venerintur.

Sessio XV.

Sessio XV. celebrata est in ecclesia majori Basileensi
anno 1433. sexto Kalendas Decembris. Hac statutum est,
ut postea renovatum, ut in qualibet diocesi ad mini-
mum semel in anno, idque octava resurrectionis domini,
vel alia die, secundum consuetudinem diocesis, per
diocesanos in propria persona (nisi canonicum fuerit im-
pedimentum) vel per vicarium ad hoc idoneum, celebra-
tur aliqua synodus diocesana, que ad minimum biduo
vel triduo duret, nisi episcopus aliter visum fuerit: qua-
que hoc sedulo procuraret, ut plebani ad diligentem an-
imarum curam agendam admonerentur. Statuta provincia-
lia & synodalia legantur, in vitam & mores a diocesa-
no subter inquiratur, simonia, usura, concubinae,
fornicationes, alique excessus corrigantur, alienationes re-
rum ecclesiasticarum cessentur: clericorum abusus tollan-
tur: claustrum monialium stringatur: in ingressu ad re-
ligionem nihil exigatur: contra hæreses, sortilegia, in-
cantationes sedulo & acriter animadvertatur: visitationes
diocesis instituantur, qui per annum diocesim instrum-
ta synodalia ubique observari, non emendata ad proxi-
mam synodum deferri, & delinquentes debite puniri
procurant. Eadem sessione constituitur, ut a sine gene-
ralis concilii infra biennium & deinde ad minus semel
quolibet triennio in loco tuto celebretur concilium pro-
vinciæ, cui archiepiscopus cum suffraganeis ceterisque præ-
latis sub potestate suspensionis interesse teneatur, in quo istius
admonerentur episcopi, ut ordines & beneficia canonicè
conferant, bona ecclesiæ suæ illicita non applicent, nisi
que officio rationem reddant. Metropolitanus vero tam-
quam omnium pater movebitur ut a vicis destitatur, missis
interim illius excessibus ad Romanum pontificem, si qua
in re deliquerit. Exactas provincias litera synodo provin-
ciali scribere contendant, & ad futurum generale concilium
mittendas paratas idoneas cum sufficienti provisione defu-
erit. Ad monasteria quod attinet, mandatum est ut mo-
nachi & religiosi omnes tunc substantialia professionis vota
diligentissime observent.

Sessio XVI.

Sessio XVI. celebrata est ipsa Nonis Februarii anno
1434. In hac Eugenius per iteras postulationes synodi sari-
fecit Concilium Basileense ab ipso legitime continuatum
fuisse & prosecui debere: dissolutionem, ac si nulla ius-
set, irritam pronuntiat, ipsamque concilium eam omni
devotione & favore adjuvandum spernit: literas in palatio
apostolico in præjudicium concilii promulgatas, processus
censuratum, privationum & suspensionum cassas & revo-
cat: literas in integrum restitui mandat.

Per secundam bullam nullum & irritam esse declarat
quod patres concilii, contradicente pontifice, quasi sine
ipso generali concilio potestatem haberent, statueret &
sanctis præsumptis, citationes, processus & sententias
contra papam, jura & libertatem sedis apostolicæ & car-
dinales emiserint, creationes officialium, collationes bene-
ficiorum, nullas esse decreverint, omnibus ne parant sub
gravi pena præcipere.

Sessio XVII.

Tertia bulla decretum sessionis duodecime de adha-
rendo infra 60 dies concilio, & mandato cardinalibus
dato non parendi sub pena privationis, nullum & irri-
tam esse declarat ex defectu potestatis, & exinde quocumque
processus & collationes in vim decreti factas & deinceps
futuras, frivolas esse decrevit, mandatque sub pena ex-
communicationis, ne illum clericum Romanam curiam se-
quentem in sua possessione turbent. Quas literas suo
fuitu confectas esse negat, exstantes se, quod quicquid ha-
bitum concessum est, illud scandali & schismatis evitandi
causa fecerit, quodque ecclesiam turbare noluerit, nec con-
cilium dissolvere: sed ad usum hæreticorum & refor-
mationem abusu inchoatam per Julianum sancti
Angeli diaconum cardinalem Basileæ synodum celebra-
ri iussit: cumque Julianus postea locum minus idoneum
esse percipisset, ipsum concilium non dissolvit: sed
Basileam cum Bononia commutasse optaverit: ideo quod
ubi: post mensibus post terminum præfixum, nec docto-
res illi, paucique prælati, cum tribus tantum episcopis
adfuissent: quodque Austria & Burgundia duces bello in-
ter se contenderent.

Sessio XVIII.

Ad constitutionem Constantiensi concilio de synodo
universali non intertempora, respondit eam nihil de-
creti & synodali decreto non esse
fuisse quod successores pontifices obligare possent: ut
subiectum.

Sessio XIX.

Ecce a

potest

possit qui synodalia decreta exempti illis non aliter obedi-
 dere teneantur, nisi bonum publicæ pacis vel ecclesiæ id
 iure naturæ postulet; maxime quia leges concilii positivæ
 sunt, quibus papa concilio superior obligari non possit.
 His addit, quod illi sine iusto preiudice universalem eccle-
 siam representare nequeverint, adeoque post dissolutionem
 concilii factam circa consensum pontificis illi non tam
 concilium quam conciliabulum celebraverint. Quamobrem
 se nequaquam induci posse, immo vitam se potius amiserunt
 esse declarat, quam ut priores actus approbet, con-
 sentaneumque fore ut concilium deinceps fiat & hæcenus
 fuerit, & ad finem produceretur modo ipsi patris omnia
 attentè contra pontificem & sedem apostolicam revo-
 cent, legumque papæ ipsæ præfides summorum concilii
 iudices agnoscant.

Eadem sessione, die sabbati 24. Aprilis anno 1434.
 contenta hoc impium decretum pronuntiavit, quod
 omnes papæ constitutiones concilii Constantiensis, quæ
 pontifici concilii potestati positivè subjicitur, juramento
 confirmare & approbare teneantur.

6. Sessio XVII. hæc habita est Basileæ in ecclesiâ ma-
 jori sexto Kalendas Maii anno 1434. Sigismundus imperator
 coronatus cum plurimis ducibus centurisque prælaris
 aivitibus in capite præstantibus interfuit. In hac post
 quinque legatos pontificis concilii præfides, adempti illi
 omni jurisdictione coercitiva, admissos, sciam esse de mo-
 do procedendi: nimirum quod feria sexta sit convenien-
 dum, præfidesque absentiam præfides in ordines subsequens
 adimplere debeat.

7. Sessio XVIII. hæc habita sexto Kalendas Julii repetitur
 decretum concilii Constantiensis, quod declaratum est ge-
 nerale concilium potestatem immediatè a Deo habere tale-
 lem, cui papa, etiam in negotiis fidei movere ecclesiæ
 concernentibus, obtemperare teneatur.

8. Sessio XIX. hæc habita anno 1434. vii. Idus Septembris cele-
 brata initio actum est de modis unionis inter Græcos &
 Latinos incandè. Phocit ut si Basileam adduci non posse-
 rit, alius aliquis locus maritimis oris vicinus eligeretur:
 quodque sumptus & impensas Græcis ex oriente advehen-
 di necessarias Latini præparare debeant, sintque parati patres
 hujus concilii post mensam unam ab adventu Græcorum
 Basileam recedere, & ad eum locum accedere, quem pa-
 triarcha & imperator Constantinopolitanus eligendum du-
 xerint.

Præter hæc ordinatum est hac sessione, ut diocessani
 loci, ubi Juris morantur, eruditos constituant viros,
 quorum doctrina infideles possint errores suos agnoscere,
 & auctoritate ad verbi prædicationem audiendam compelli.
 Item renovata sunt omnia illa decreta anteriorum
 conciliorum, quibus Christianis communicationes cum Ju-
 deis in fide, moribus, victu, potu & in commerciis in-
 terdicuntur. Quæ de causis constitutum est, ut habitum &
 locum habitationis separatum habeant Baptizati Judæi
 concessum est, ut ea quæ tenore acquisiverunt retinere pos-
 sint. Pauperibus elemosinis ecclesiæ præfides mandatur,
 simulque conversis omnibus præcipitur, ne ceremonias
 usurpent.

9. Sessio XX. hæc habita anno 1435. xi. Kalendas Februarii pu-
 blicè concubinarii a perceptione fructuum tribus mensibus
 suspenduntur, & si concubinam statuto tempore non di-
 miserint, omnibus beneficiis privantur. Illi vero publici
 concubinarii esse dissimulant, qui vel confessione propria
 vel evidentiæ facti tales sunt, vel qui saltem mulierem
 de incontinentia suspectam moniti non dimittunt. Ne ta-
 les pecuniaria multa puniantur sub anathemate interdic-
 tur. Filiis inde ex concubinarum natæ apud patrem habi-
 tare non permittitur. Laici familiariter ut concubinarum absti-
 neant serio monentur. De vitandis excommunicationibus hæc
 repetitur quod Constantiensis synodus hac de re jam ante
 salubriter constituerat.

10. Sessio XXI. hæc habita anno 1435. die Jovis 9. Junii, non-
 nax pro beneficiorum collatione & electionum confirma-
 tione dati solite vel simoniacæ reprehenduntur. Trien-
 nale beneficium possessorem non esse turbandum decerni-
 tur. Ad horas canonicas tractum & debita gravitate can-
 tandos bene constitutum est, ut clerici tunc tales &
 superpellicis mundis ultra medias tibias longis sine con-
 cubulationibus choro interfuit. In sacrosanctis post Venite,
 in missa post ultimum Kyrie, in reliquis horis post pri-
 mum psalmum, chororum ingressus vel non admittatur,
 vel saltem velut abens habeatur: presentibus ad singulas
 horas distribuatur: additumque ut privatis horas legen-
 tes eandem clare ac distinctè legant, ut vagantes per ec-
 clesiam totius diei presentia coreant: ut symbolum Nicæ-

nam inscribitur: mandatum esse debet se ob-
 stringere: nulli actus capitulum circa necessarium factis
 diebus haberi: servales & chanzales illi loci, qui in
 festo Insuperantur sumptu solent, ab ecclesiâ arceantur.

11. Sessio XXII. hæc habita anno 1435. Idibus Octobris condita. Sessio XXII.
 naxer hinc P. Augustini de Roma, qui dicitur Chri-
 stum quotidie percire: non omnes fideles justificationem esse
 membra Christi: per vinculum caritatis solius nominem
 Christi membra effici. Vnde quæ de ejs scriptis referunt
 Possessionem in apparatu sacro, verbo Augustinus de Roma.

12. Sessio XXIII. hæc habita anno 1436. vii. Idus Aprilis. Sessio XXIII.
 stiones de Romani pontificis electione innovantur: simul-
 rum, ut decimo post obitum die conclave cum Spiritus
 sancti invocatione cardinales impediatur duo demergat
 similes sacrum affluant: campanarum cœtus clerici duo,
 quorum unus sit sacris, accedant. Conventus reliquos
 excludat: omnia victualia præter modicam a cibiculis amove-
 rentur. Clavis singulis diebus perquiratur: nullæ epi-
 stolæ admittantur. Cardinales dignitates se electurum patre
 scrutinium ferant: ante sex completa scrutinia nullus
 sit accessus. Electus in papam tenetur consentire, profes-
 sionem fidei emittere, omnimodam generalium concilio-
 rum observationem polliceri: schismam tollere, libertatem
 ecclesiasticam juvare, curiam suam reformare, ecclesiæ di-
 tiones fideliter gubernare, nulla in re quantum sed carita-
 tem intendere.

Eadem sessione statutum est ne pontifex consanguineum
 vel affinem usque ad tertium gradum decem, marchio-
 nem, fundarium, vel eumphyreum. Urbis vel etiam
 provinciarum præfides constituat, ne constitutum cardi-
 nales approbet, omnique cardinalium consilio gubernet.
 De numero & qualitate cardinalium eligendorum hæc ses-
 sione constitutum est, ut tantum 24. eligantur hujusmo-
 di, qui in scientia & moribus re: utque experientia sint
 excellentes, ætate maturi & graves, licentiam vel docto-
 ratum in jure vel theologia habentes: neve electi sint
 consanguinei pontificis vel aliorum cardinalium, nullaque
 irregularitate præditi.

13. Sessio XXIV. hæc habita anno 1436. viii. Kalendas Maii ce-
 lebrata promissio legatorum qui pro unione cum Græcis
 incedo Constantinopolim missi esset acceptatur, appro-
 batur, ratificatur, tempusque postea complendi ad annum
 prorogatur. Salvo conductus Græcorum imperatori, pa-
 triarchæ, aliisque 700. personis offeritur, licet unio non
 fieret. Cuiusque per sacram bullam imperator Græcorum
 & per plumbam patriarcha Constantinopolitanus se ad
 aliquem locorum accessuros promississent, pro impetrandis
 necessariis hæc in rem impensis promissæ & concessæ
 sunt plenarie indulgentiæ illis qui in hæc finem tantum,
 quantum quisque integra septimana familiariter sustentandæ
 impendit, contribuerant.

14. Sessio XXV. hæc habita anno 1437. Nonis Maii, Sessio XXV.
 de loco futuri concilii statutum est, quo vel
 Basileæ, vel Avinionis, vel in Sabaudia Græci, cum-
 queque sint eminentior, teneantur convenire. Pro sum-
 ptibus alendorum orientalium omnibus ecclesiasticis exem-
 ptis & non exemptis decima impoita fuerunt.

15. Sessio XXVI. hæc habita anno 1437. pridie Kalendas Augusti
 celebrata fuit, quo Eugenium papam infamant, quasi
 nulla exhortatione ad morum emendationem, & abusuum
 correctionem trahi potuerit, electioni honorum pastorum
 assensum non præberit, beneficia simoniacè contulerit,
 concilio Basiliensi non adhererit, bonos expulerit, pro
 gravi pecunia dignitates contulerit, synodalia priorum pon-
 tificum decreta revocavit, a concilio legatos solverit, car-
 dinalium consilia respuerit, dispensatione sibi credita abu-
 tur, patrimonium Petri perdidit & dimiserit, subdi-
 cas in constitutionem Græcorum confederata per multipli-
 cas in consensum indulgentiæ impediverit, juramentum
 præfatum non servavit: quare cum una cum cardinalibus
 iterum citaret.

16. Sessio XXVII. hæc habita anno 1437. vi. Kalendas octo-
 bris abenti a concilio pontifici cardinalium electionem
 interdicitur, eas quæ ante fuerat casus & irritas esse
 pronuntiant, & quidem nominationem eam, quo Eugenius
 cardinalitatis dignitati mancipaverat patriarcham Alexan-
 drum. Bullam ejusdem Eugenii, qua Florentiam vel Uti-
 num pro loco concilii futuri designaverat, nullam esse de-
 cernunt. Cuiusque pro unione Græcorum cum Latinis pro-
 sequendis impensus contulerit, monerentque ne hæc
 de causa pontifex civitatem Avinionem cum comitibus
 Vespasiano & dominiis sibi adjacentibus aut venderet aut
 oppugnaret, alienationem ejus omnino prohibent.

17. Sessio XXVIII. hæc habita est die Martis 1. Octobris anno 1437. Sessio XXVIII.
 20

no 1417. In hac promotores concilii monitionem & cetera...

rum, & omnium beneficiorum dignitateque privatio...

Sessione XXXV. vi. Idus Julii, anno 1419. juxta...

S. S. S. XXXV.

Sessione XXXIII.

Sessione XXXIII. anno 1417. xv. Idus Octobris celebrata...

Sessione XXXVI. anno 1419. xv. Kalendas Octobris celebrata...

S. S. S. XXXVI.

Sessione XXX.

Sessione XXX. habita est x. Kalendas Januarii, anno 1417...

Sessione XXXVII. que anno 1419. ix. Kalendas Novembris...

S. S. S. XXXVII.

Sessione XXXI.

Sessione XXXI. ix. Kalendas Februarii, anno 1418. de causis...

Sessione XXXVIII. anno 1419. iiii. Kalendas Novembris...

S. S. S. XXXVIII.

Sessione XXXII.

Sessione XXXII. habita fuit anno 1418. ix. Kalendas Aprilis...

Sessione XXXIX. habita est anno 1419. xv. Kalendas Decembris...

S. S. S. XXXIX.

Sessione XXXIII.

Sessione XXXIII. celebrata fuit anno 1419. xvii. Kalendas Januarii...

Sessione XL. anno 1440. xv. Kalendas Martii celebrata...

S. S. S. XL.

Sessione XXXIV.

Sessione XXXIV. habita anno 1419. iv. Kalendas Julii...

Sessione XLI. anno 1440. x. Kalendas Augusti...

S. S. S. XLI.

minutionibus puniatur, nulli & irrita esse declaret. Omnibus vero, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis vel conditionis fuerint, eadem synodus precipit sub omnibus censuris, ne hos libellos injuriosos acceptent, predicent, publicent, defendant, sive quovis pacto consentiant aut obediant: aut illorum libellorum promissa illius beneficia occupare vel impetrare, aut quidem in corpus prejudicium facere permittant.

Sessio XLIII. Sessio XLIII. anno 1440. pridie Nonas Augusti de-
cretum decimas omnium ecclesiasticorum proventuum, cuiuscumque nominis fuerint. Felici papa ejusque col-
leclioribus pro nova provisione suspensionis & interdicti perovandas esse, & tamen aliquo pacto ut gravem obliget, moderatiori Felici V. synodus omnia commisit. Statuitur etiam, quod dictæ decimæ semel tantum quolibet anno exigantur, quodque Germaniæ beneficiis, quorum reditus quinque marcas argenti annuatim non excedunt, his non includantur. Collectores mandatur, ut quidem ultra statuta quinque vel decime exigant, vel pro suo labore petant; sed saltem ex camera Felici illis assignando sint exempti, moderatque in exigendo decimis agant, ne exanimata ecclesiam vendant. Item ne perenne solutionem negligant, & quidem communicationem incurrant. Romam vel ad curiam venire teneantur.

Sessio XLIII. Sessio XLIII. anno 1441. Kalendis Julii constituitur ut ad turbas ecclesiarum sedandas, pacemque & unionem fidelium invocatione divæ Virginis impetrandam, debita solemnitate festum visitationis beate Virginis celebraretur vi. Nonas Julii. Qui martirio processionebus, cocionis, missæ, officio, primis aut secundis vespere interfuerint, pro quolibet officiorum centum dierum indulgentiæ donentur.

Sessio XLIV. Anno 1442. v. Idus Augusti habita est sessio XLIV. qua illi qui concilio interfuerant, cujus de causa ad instantiam monachorum apud Episcopos positum sub beneficiis apud grati, in integrum restituerunt, violentique detentores expulsi sunt & dejecti sunt ex conditione, ut nisi ante prefatum terminum possessionem beneficiorum vel ipsi detentores evacuet, vel etiam ipsi collegia evacuari non procurent, graves onerosas incurrant: de perceptis fructibus cum primo iusto possidere utantur & consequi mandatur, concilioque ad eorum, ut contra inobedientes & contumaces brachium auxilium impleretur.

Sessio XLV. Anno 1442. xviii. Kalendas Junii habita est sessio XLV. ultima, qua, ab concilio Constantiensi & Basiliensi comprehensam, pro loco futuri concilii nominatur Lugdunum sub Gallis, ubi gravissimus ab eadem post trimum ab hoc die computandum generale concilium celebraretur. Omnibus cardinalibus, patriarchis, prælatis, aliisque interesset debentibus precipitur, ut festo tempore accedant. Felici V. concessum est, ut statuta terminum abbreviare possit. Circa finem declinatur, quod petrus non intendat Basileense hoc concilium dissolvere: sed potius continuare & absolvere, si modo res publica Basiliensis securitatem huiusmodi concilio conservaverit illam. Quod si vero impedimentum aliquod incidere, pro continuatione huius concilii nominatur civitas Lohana provincie Biontinae, qui est locus ad generale concilium celebrandum optissimus & maxime idoneus. Quid ibidem gestum fuerit, & quando, ex bulla Nicolai quinti, qua hinc sessio in actu subjungitur dixi supra verbo *Basiliense*.

(*Inchoatum anno 1431. etc.*) Contra evidenter ex actis concilii. Sunt qui aliter sentiant, sed fortasse acta synodalis vel non viderunt, vel non accurate inspexerunt.

ANNO CHRISTI 1436. Et Labbei Conc. no. 13.

APPENDIX CONCILII BASILEENSIS.

ANNO CHRISTI 1436.

ACTA CONCILII BASILENSIS, AD PRÆMONSTRATENSEM ORDINEM SPECTANTIA, PROUT ORIGINALIA VOBIS EXHIBITA TESTANTUR, HABENTURQUE IN REGISTRIIS CURIAE PARLAMENTI PARISIENSIS, AC MAGNI REGIS CONCILII.

Confirmantur, approbantur, & renovantur a concilio Basileensi privilegia Præmonstratensis ordinis die III. mensis Decembris anni 1436.

SACROSANCTA generalis synodus Basiliensis, in Spiritu Sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, dilectis ecclesiæ filiis abbati monasterii Præmonstratensis, Laudunensis diocesis, cæterisque coabbatibus, præpositis, prioribus, canonicis, & conventibus universis monasteriorum, & locorum ordinis Præmonstratensis ubilibet consistentibus salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Cum a nobis petatur quod iustum est & honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigat rationis, ut id per ministerium nostrum, quo universali ecclesiæ afficimur, ac debitum perducatur effectum. Sane pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus vobis & ecclesiis ac monasteriis vestris super privilegiis, indulgentiis, exemptionibus, bonis, libertatibus, immunitatibus, & consuetudinibus honestis & præscriptis dudum vobis concessis, ut illibata permaneant, robor nostram confirmationis, approbationis, & renovationis adijcere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur, qui pro tuitione, & defensione ecclesiæ, monasteriorum, bonorum, & consuetudinum laudabilium, ac personarum ecclesiasticarum, signanter religiosarum, ferventer laboramus, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnes libertates, gratias, immunitates, prærogativas, consuetudines laudabiles & præscriptas, indulgentias, exemptiones, bona,

privilegia & indulta a Romanis pontificibus per apostolicas aut quascumque alias literas vobis & ecclesiis ac monasteriis vestris prædictis concessas & concessa: nec non libertates & consuetudines laudabiles, exemptiones, & salvaguardias secularium exactioinum, a quibuscumque divi Imperatoribus, regibus, principibus, vel aliis Christi fidelibus, vobis & eisdem vestris ecclesiis ac monasteriis indultas, datas & concessas, tenores omnium habentes præsentibus pro expressis, sicut ea iuste & pacifice possidetis, vobis & eisdem vestris ecclesiis ac monasteriis auctoritate universalis ecclesiæ confirmamus, illasque & ea renovamus, approbamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, renovationis, & communitationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesiæ se noverit incursum. Datum Basileæ tertio Nonas Decembris anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo quarto.

Littera compulsoria, ab illustrissimo Bellicensi episcopo, a sacrosancta Basileensi synodo deputato emanata: in quibus libellus supplicis ab abbate, canonicis, & conventu monasterii sancti Joannis Ambianensis, ordinis Præmonstratensis, eidem synodo præsentatus; commissio ab eadem synodo eidem illustrissimo episcopo data; atque acceptatio & ordinatio ab eodem illustrissimo episcopo consequenter facta continentur, anno 1435. die 22. Februarii.

GUILLELMUS Dei & apostolicæ sedis gratia episcopus Bellicensis; iudex & commissarius causæ ac partibus infra scriptis a sacrosancta generali synodo Basileensi specialiter deputatus,

ANNO
CHRISTI
1485ANNO
CHRISTI
1485

etatis, universis & lingulis domini abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, scholasticis, archidiaconis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, succentoribus, cellariis, obedienciariis, tam cathedralium, quam collegiarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus seu locatentibus eorumdem, plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis & notariis, vicariis perpetuis, altariis, beneficiis, ceterisque presbyteris, clericis, notariis & tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem & diocesim Ambianenses, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum, ad quem vel ad quos presentes nostras littere pervenerint salutem in domino, & nostris huiusmodi, imo verius dicte synodi, firmiter obedire mandatis. Noveritis quod nuper synodus ipsa quamdam commissionis sive supplicationis scedulam per certum suum curforem nobis presentari fecit, quam cum ea qua decuit reverentia recepimus, huiusmodi sub tenore.

Sacrosanctæ generali synodo Basiliensî humiliter exponitur pro parte devotorum ecclesiarum filiorum Matthei abbatis, canonicorum, & conventus monasterii S. Joannis prope & extra muros Ambianenses ordinis Præmonstratensis, quod licet tam ex privilegiis, concessionibus, & indultis toti ordini Præmonstratensi auctoritate apostolica ab olim concessis, quam usu, observantia, & consuetudine præscriptis, fuerint & sint exempti atque immunes a visitatione reverendi in Christo patris domini episcopi Ambianensis pro tempore existentis, suorumque vicariorum, procuratorum, & officiariorum, ac procuratorum sibi ratione visitationis exinde solvendarum; sed per suam patrem abbatem seu alios religiosos dicti ordinis, quoties tempus visitationis ingruit, visitari consueverint; Nihilominus tamen quidam Firminus de Bermaco, assertus presbyter secularis, ac rector parochialis ecclesie S. Sulpitii Ambianensis, tamquam procurator & procuratorio nomine reverendi patris domini Joannis, moderni episcopi Ambianensis, a finis civitate & diocesi notorie absentis, & in remotis agentis, prætextu cujusdam indulgentie apostolice, a sanctissimo domino nostro Eugenio papa moderno sibi, ut dicitur, concessi, ut ecclesias, monasteria, & alia loca ecclesiastica, earundemque personas civitatis & diocesis antedictarum, in quibus sibi visitationis officium de jure vel consuetudine competit, possit per aliquam personam sive personas idoneas, quam vel quas ad id ducet deputandas, usque ad decennium, quoties tempus visitationis ingrueret, etiam duo vel plura ex ecclesiis, monasteriis, seu locis, eadem die visitare, & procuracionem ratione visitationis sibi debitam in pecunia numerata recipere; assertarumque litterarum apostolicarum atque processuum, a reverendo patre domino Fernando episcopo Lucensi, asserto ipsarum executorum, desuper emanatorum prætextu, mediante auxilio vicariorum & aliorum officiariorum antedicti domini Joannis episcopi conatus fuit eosdem exponentes ac eorum monasterium visitare, & ab eis, quamvis pauperes existant causantibus guerra & calamitatibus regni & partium Francie, plenam procuracionem ab eis exigere: & quia ipsi exponentes eundem Firminum, assertum presbyterum Te-

acularem & procuratorem, ad visitationem admittere differebant, coram venerabili patre domino Firmino abbate monasterii S. Fusciani in nemore, ordinis S. Benedicti, Ambianensis diocesis, tanquam subexecutore huiusmodi prætenorum processuum, in vigore generalis clausule, Ceterum etiam, &c. in eisdem prætenis processibus apposite, conveniri & evocari atque de ipsius mandato sub quibusdam assertis poenis sive censuris moneri & citari, ac alias multipliciter per eundem, ac de ipsius mandato, diversimode vexari & gravari procuravit ac fecit; propter quod pro parte ipsorum exponentium super revocatione huiusmodi prætenis monitionis, & aliorum gravaminum illatorum, & provisione super his, ne contra ipsos exponentes interim currerent aliquæ poenæ, primo fuit supplicatum: & tandem, quia dictus dominus Firminus, assertus abbas & subexecutor, qui causam & negotium huiusmodi ad prædictum dominum Fernandum episcopum Lucensem, & curiam Romanam remittere conabatur quantum in eo existeret, & ab aliis gravaminibus illatis provocatum fuit & appellatum, dignetur igitur hæc sancta synodus tenores & effectus omnium præmissorum & circumstantiarum, etiam si forsan in remissione huiusmodi consensu: vel contradicium fuerit, pro sufficienter expressis hic habendum, causam vel causas huiusmodi appellacionis nullitatisque, iniquitatis & injustitiae huiusmodi prætenis requisitionis, monitionis, & aliorum processuum, ac etiam attentatorum & innovatorum forsan perpetratorum in præjudicium dictorum exponentium, alicui prælato, seu alteri probò viro in dignitate constituto, de quo videbitur expedire, committere audiendum, cognoscendum, decidendum, & sine debito terminandum, cum suis omnibus emergentibus, incidentibus, dependentibus & connexis, cum potestate citandi prædictos dominum Joannem episcopum & Firminum de Bermaco, omnesque alios & singulos sua interesse credentes, tam conjunctim, quam divisim, sibi que & dictis dominis Fernando episcopo & Firmino abbati vicariisque & officariis antedicti domini Joannis episcopi & aliis, quibus expediens fuerit, inhibendi, & etiam ubi, quando, & quoties fuerit opportunum, attentata & innovata, si quæ sint, revocandi, & ad statum pristinum reducendi, & ipsos exponentes a quibuscumque prætenis sententiis ecclesiasticis simpliciter vel ad cautelam absolvendi, & cetera faciendi, quæ ad huiusmodi cause cognitionem pertinere dignoscuntur, non obstantibus huiusmodi prætenis remissione ad curiam Romanam, ad dictum dominum Lucensem episcopum, & aliis desuper emanatis: & etiam non obstante, si forsan causa seu cause huiusmodi ad hanc synodum legitime devolute seu in ea de juris necessitate tractanda seu finienda non existant. In fine vero dictæ commissionis sive supplicationis scedule scripta erant de alterius manus littera, superiori littera ipsius scedule penitus & omnino dissimili ac diversa, hæc verba, videlicet, Audiat dominus episcopus Bellicensis, citet ut petitur, absolvat etiam ad cautelam; si & prout de jure, & justitiam faciat. Cujus quidem commissionis vigore citatione legitima una cum inhibitione extra locum dicte synodi & ad partes

ANNO
CHRISTI
1483

1183

RUGERIVS
P. IV.

ACTA CONCILII BASILEENSIS,

STORMANUS 1184

ANNO
CHRISTI
1483

tes per nos in forma solita & consueta decreta & concessa, subsequenter sunt nobis pro parte reverendi patris & religiosorum virorum Matthaei abbatis, canonicorum, & conventus monasterii S. Joannis prope & extra muros Ambianenses, ordinis Praemonstratensis principalium, in dicta nobis facta & praesentata commissione principaliter nominatorum, expositum cum querela, quod nonnulli domini prelati, iudices, officiales, commissarii, delegati, subdelegati, executores, subexecutores, ordinarii, extraordinarii, collegia, capitula, notarii, & tabelliones publici, alique ecclesiasticae & seculares personae civitatis & diocesis antedictarum penes se habeant & detineant in eorum cistis, scriniis, notis, archetivis, protocollis, sive manualibus eorum receperint, necnon habentes sciant & detineant nonnulla iura, auctoritates, literas, scripturas, privilegia, statuta, registra, ac alia iura & munimenta causam & causas huiusmodi tangentes & tangentes, & pro defensione juris ipsorum dominorum Matthaei abbatis, canonicorum & conventus, monasterii antedicti principalium necessarias & necessarias, ac sine quibus de ipsius causae meritis ad plenum liquere non possit quapropter sumus pro parte eorundem dominorum Matthaei abbatis, canonicorum & conventus principalium debita cum instantia requisiti, quatenus ipsis super hoc de opportuno remedio providere, ac literas compulsorias in talibus fieri consuetas extra locum dictae synodi & ad partes in forma solita & consueta decernere, & concedere dignemur. Nos igitur Guillelmus episcopus iudex & commissarius praefatus, attendentes requisitionem huiusmodi fore iustam & consonam rationi, ac quod iusta petenti non sit denegandus assensus, quodque boni & iusti iudicis sit cuncta rimari, ne ratione occultationis jurium & munimentorum huiusmodi alicuius partium in ipsa commissione nominatarum iustitia valeat deperire: idcirco auctoritate dictae synodi nobis commissa & qua fungimur in hac parte vos omnes & singulos supradictos, & vestrum quemlibet in solidum communiter & divisim tenore praesentium requirimus & monemus primo, secundo, tertio & peremptorie, vobisque nihilominus & vestrum cuiuslibet in virtute sanctae obedientiae & sub infrascriptis sententiarum poenis districte praecipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post publicationem seu notificationem praesentium vobis seu alteri vestrum factam, & postquam pro parte dominorum Matthaei abbatis, canonicorum & conventus principalium praenominatorum fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino ac canonica monitione assignamus: Ita tamen quod in his exequendis unus vestrum alium non expectet, nec alter pro alio se excuset, a praefatos dominos officiales, iudices, collegia, capitula, notarios & tabelliones publicos ac alias personas quascumque ecclesiasticas & seculares, atque loca alia per exhibitorem praesentium vobis nominandos, nominandas, & nominanda personaliter accedatis & quilibet vestrum accedat, eisque & eorum quemlibet re-

Aquiratis & monentis, quos nos etiam tenore praesentium sic requirimus & monemus, eisque & eorum cuiuslibet in virtute sanctae obedientiae & sub similibus poenis infra scriptis districte praecipiendo mandamus, quatenus infra duodecim dierum spatium, post monitionem & requisitionem huiusmodi eis factam immediate sequentium, quorum duodecim dierum quatuor pro primo, quatuor pro secundo, & reliquos quatuor dies ipsis & eorum cuiuslibet pro tertio & peremptorio termino, ex monitione canonica assignatis, quos nos etiam sic assignamus, eisdem omnia & singula auctoritates, instrumenta, literas, scripturas, & munimenta praedicta, & praedicta, causam & causas huiusmodi concernentes & concernentia originaliter, vel eorum vestra transumpta in publicam formam redacta seu sigillis authenticis sigillatim & signata aut sub tabulis modo & forma publicata quod eisdem in loco dictae synodi & alibi in iudicio & extra illud merito valeat & debeat plenaria fides adhiberi, nil addendo vel minuendo quod facti substantiam immutet seu variet, intellectis praefatis dominis Mattheo abbati, canonicis & conventui principalibus vel eorum legitimo procuratori seu syndico praesentiumque exhibitori sine contradictione & difficultate quibuscumque exhibeant, tradant libere, & assignent nobis vel alteri forsan loco nostri in huiusmodi causis interim subrogando iudici & commissario ad dictam synodum deferenda, si vero iura & munimenta huiusmodi per quoscumque detineantur abscondita, vos detentores ipsos ad tradendum & habere scientes ad revelanda eadem iura & munimenta per ecclesiasticam censuram appellatione postposita compellatis satisfacto tamen primitus illi vel illis, cui seu quibus satisfactio fuerit impendenda de eorum salario competenti. Quod si forte praemissa omnia & singula prout ad vos & alios supradictos communiter & divisim pertinent, non adimpleveritis seu non adimpleverint, ac mandatis & monitionibus nostris huiusmodi, imo verius dictae synodi non parueritis seu paruerint, realiter & cum effectu, nos in vos omnes & singulos supra dictos ac vestrum & eorum quemlibet ac contraditores quoslibet in hac parte & rebelles ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc dicta canonica monitione praemissa excommunicationis: In capitula vero & collegia quaecumque in eis forsan delinquentia suspensionis a divinis & in ipsorum delinquentium ecclesiis ac monasteria interdicti sententias ferimus in his scriptis & etiam promulgamus: Diem vero requisitionis & monitionis vestrarum huiusmodi, atque quanta fides dictis iuribus & munimentis fuerit adhibenda, & quidquid in praemissis duxeritis faciendum nobis per vestras patentes literas aut instrumentum publicum, horum seriem seu designationem sufficienter in se continentes sive continens, remissis praesentibus quanto ejus poteritis fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium & singulorum qui praefatas nostras sententias seu earum aliquam incurrerint quomodocumque nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium praemissorum praesentes nostras literas sive praesens publicum instrumentum huiusmodi nostras literas compulsorias in se

b. Ferr. Ant.
ita. H.
c. Ferr. Ita
quod. H.

a. Ferr. Ita
ita. H.

ANNO
CHRISTI
1185

ANNO
CHRISTI
1186

in se continens sive continens exinde fieri & A
per notarium publicam nostrumque & hujus-
modi cause coram nobis scribam infra scriptum
subscribi & publicari mandavimus nostrumque si-
gilli iussimus & fecimus appensione communi-
ti. Datum & actum Basileam in domo habita-
tionis nostre sub anno a nativitate domini
1435. indictione XIII. die vero Luna XXI.
mensis Februarii. pontificatus sanctissimi in
Christo patris & domini nostri domini Eugeni-
divina providentia papa IV. anno IV. præsen-
tibus ibidem honorabilibus viris dominis Joan-
ne de Spina canonico Basileensi & Andrea Re-
mundi capellano nostro. presbyteris Basileen-
sis diocesis. testibus ad præmissa vocatis spe-
cialiter & rogatis. Et ego Hermannus legir de
Spangenberg clericus Moguntinensis diocesis pu-
blicus apostolica & imperiali auctoritate no-
tarius. dictique reverendi patris Guillelmi e-
piscopi. iudicis & commissarii. & huiusmodi
cause coram eo scriba. quia prædictis com-
pulsoribus. petitioni & decreto omnibusque aliis
& singulis præmissis. Nam sic ut præmittitur
fierent & agerentur una cum prænomina-
tis testibus præsens interfui. eaque sic fieri vidi &
audivi. ideo præsens publicum instrumentum.
per alium fideliter scriptum exinde confeci.
subscripsi. & in hanc publicam formam rede-
gi. signoque & nomine meis solitis & con-
suetis una cum præfati domini iudicis sigilli
appensione consignavi in fidem & testimonium
omnium & singulorum præmissorum. rogatus
& requisitus. Sic signatum Hermannus legir
de Spangenberg & sigillatum in cera rubra ex
uno latere & sulva ex altero cum chordulis
cannabibus pendentibus.

Sententia per deputatos illiusdem synodi Basileensis in favore abbat. canonicorum & conventus monasterii S. Joannis Ambianensis. ordinis Præmonstratensis. lata anno 1186. die 20. Martii.

IN nomine domini Amen. Pridem sacrosan-
cta generalis synodus Basileensis quamdam
commissionis seu supplicationis scedulam reve-
rendo in Christo patri domino Guillelmo epi-
scopo Bellicensi. iudici & commissario. tunc
in dicta synodo commoranti. per certum ejus
cursorem præsentari fecit. huiusmodi sub re-
nore.

Sacrosanctæ generali synodo Basileensi hu-
milter exponitur pro parte devotorum eccle-
siæ filiorum Marthæ abbatis. canonicorum &
conventus monasterii S. Joannis prope & ex-
tra muros Ambianenses. ordinis Præmonstra-
tensis. &c. *Ut habeantur in literis compulsoribus
die 21. Februarii anni 1185.* In fine vero dic-
tæ commissionis sive supplicationis scedula
scripta erant de alterius manus litera. supe-
riori literæ ipsius scedula penitus & omnino
dissimili ad diversa. hæc verba. videlicet. Au-
diat dominus episcopus Bellicensis. citet ut
petitur. absolvat etiam ad cautelam. si & prout
de jure. & justitiam faciat. Cuius quidem
commissionis vigore citatione legitima una cum
inhibitione inserta pro parte venerabilium &
religiosorum virorum dominorum abbatis &
conventus monasterii sancti Joannis prope &
extra muros Ambianenses ordinis Præmonstra-
tensis principalium in præfata commissione
principaliter nominatorum extra locum dictæ
Concil. Gen. Tom. XXIX.

synodi. & ad partes. contra & adversus re-
verendum in Christo patrem dominum Joan-
nem tunc Ambianensem. nunc vero Morinen-
sem episcopum ex adverso principalem. in ea-
dem commissione & citatione principaliter no-
minatam. per eundem dominum Guillelmum
episcopum Bellicensem in forma solita & con-
suetâ. decreta & concessa. &c. *Referuntur
omnia momenta & documenta causa. ac tanquam
sic conclusit. Valis per nos. & diligenter in-
spectis monitionibus & singulis actis. scripturis.
processibus. instrumentis. privilegiis. in-
dultis. iuribus. exemptionibus. & munimen-
tis. testiumque dictis. & depositionibus in
huiusmodi causa habitis. factis. exhibitis &
productis. ipsique cum diligentia & matu-
ritate debita recentius. de dominorum con-
judicum nostrorum. quibus de huiusmodi causa
relationem plenariam fideliter fecimus. consi-
lio & assensu. ad nostram in hac causa fe-
rendam. & in scriptis promulgandam defini-
tivam sententiam procedendum duximus &
processimus. eamque per ea. quæ vidimus &
cognovimus. & de præsentibus videmus. & co-
gnoscimus prædictis dominis abbati. canoni-
cis & conventui principalibus. & contra præ-
fatum dominum Joannem tunc Ambianensem.
nunc vero Morinensem episcopum ex adverso
specialem. dicto magistro Joanne Leodegarii.
ex adverso procuratore suo ibidem præsentem.
& audiente in scriptis tulimus. & promul-
gavimus. ac præsentibus ferimus. & promul-
gamus in hunc. qui sequitur modum. Christi
nomine invocato pro tribunali sedentes. &
solum Deum præ oculis habentes. per hanc
nostram definitivam sententiam. quam de do-
minorum conjudicium nostrorum consilio. &
assensu ferimus in his scriptis. pronuntiamus.
decernimus & declaramus venerabiles. & re-
ligiosos dominos abbatem. canonicos. & con-
ventum monasterii S. Joannis. prope & ex-
tra muros Ambianenses ordinis Præmonstra-
tensis. ab omni jurisdictione. potestate & su-
perioritate. & specialiter ab omni visitatione
omnique perturbatione. aut alterius cujuscum-
que oneri solutione quorumcumque archie-
piscoporum. episcoporum. & aliorum ordi-
nariarum. seu illorum officialium. literos &
exemptos. & sedi apostolicæ immediate sub-
jectos fuisse & esse. ea propter præfato do-
mino Joanni episcopo Ambianensis seu ipsius
vicario. seu procuratori præmissa facere mi-
nime licuisse neque licere. oppositionesque.
molestationes. vexationes. recusatationes. & im-
pedimenta prædicta per præfatum dominum
Joannem episcopum seu ejus vicarium. seu
vicarios contra præfatos dominos abbatem.
canonicos & conventum dicti monasterii eo-
rumque privilegia. exemptiones. & liberta-
tes ut præmittitur præfata. fuisse & esse te-
meraria. illicita. iniqua & injusta. ac de fa-
cto præsumpta. dictoque domino Joanni epi-
scopo vel ipsius officiali. seu procuratori super
illis præsentibus visitationibus. & procuratori-
bus prædictis perpetuum silentium imponen-
dum fore & imponimus. præfatumque domi-
num Joannem episcopum. adversarium in ex-
pensis in huiusmodi causa propterea legitime
factis condemnandum fore & condemnamus.
quarum expensarum taxationem nobis in post-
erum reservamus. Acta. lata. & in scriptis
promulgata huiusmodi nostra definitiva senten-
tia*

Acta per nos Matthæum canonicum, iudicem & commissarium præfatum Basileæ, in ambitu monasterii fratrum Minorum pro audientia causarum publica dictæ synodi specialiter deputato, & inibi hora causarum solita ad iura reddenda, & causas audiendas pro tribunali sedentes, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, indictione xv. die vero Mercurii vigesima mensis Martii, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini domini Eugenii divina providentia papæ quarti anno septimo, presentibus ibidem devotis viris magistris Joanne Pollart, & Joanne Vspelli notariis publicis scribitisque nostris, clericis Lemovicensis, & Morinensis dioceseon, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Littera executoriales a concilio Basileensi emanata, quibus & sententia præcedens confirmatur, die 4. Julii 1437.

Acrosancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans venerabilibus Albiganensi, & Atrebatensi episcopis, ac dilecto ecclesie filio abbati monasterii S. Vedasti Atrebatensis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilectorum ecclesie filiorum abbatis, & conventus monasterii S. Joannis, extra muros Ambianenses, Præmonstratensis ordinis, petitio continebat quod licet olim Præmonstratensis Laudunensis diocesis, & quorumcumque aliorum dicti ordinis monasteriorum abbates, conventus, singulique canonici, & persone a visitatione, omnique alia superioritate, potestate, & jurisdictione quorumcumque archiepiscoporum, & episcoporum, & aliorum ordinariorum, ac illorum officialium per speciale sedis apostolicæ privilegium, cui non est in aliquo derogatum, fuissent exempti, ac eidem sedi immediate subiecti, ita quod archiepiscopi, episcopi, & ordinarii, seu officiales ipsi nequeant in eos visitationem, seu aliam superioritatem, potestatem, vel jurisdictionem exercere, nec non præfati abbas, & conventus ipsius monasterii S. Joannis, ac qui sunt & fuerunt pro tempore canonici ejusdem extitissent in possessione pacifica, vel quasi, juris gaudendi, & utendi libertate exemptionis hujusmodi a tempore concessionis privilegii antedicti, tamen nuper venerabilis Joannes pro Morinensi, tunc Ambianensi episcopo se gerens, & præterens sibi in abbatem, conventum, & canonicos monasterii S. Joannis hujusmodi visitationis officium competere, seque in ipsos etiam alios omnimodam superioritatem, potestatem, & jurisdictionem ordinariam habere, ac privilegio hujusmodi contra justitiam se opponens impedivit & impedit, fecit ac facit, quominus abbas, conventus, & canonici monasterii S. Joannis, præfati libertate exemptionis hujusmodi uti, & gaudere pacifice potuerint atque possint: ipsique abbatem, canonicos & conventum monasterii S. Joannis, per suum officialem & procuratorem visitationis ab eis in pecunia numerata exigere nisus fuit, eos desuper, & alias occasiones præmissorum multipliciter vexando, & etiam molestando: ortaque propterea inter abbatem, &

conventum dicti monasterii S. Joannis, ac Joannem episcopum præfatos super præmissis, & eorum occasione materia questionis. Nos causam hujusmodi, non obstantes quod ad nos legitime devoluta, seu coram nobis de juris necessitate tractanda & finienda non esset, venerabili Guillelmo episcopo Bellicensi, pro tunc apud nos Basileæ constituto, ad abbatem, & conventum monasterii S. Joannis prædictorum instantiam primo; & deinde ex certis causis quibusdam aliis causarum audientie nostræ judicibus successive; & postremo dilecto ecclesie filio Matthæo Nitart, canonico Frisingensi, decretorum doctori, uni ex iudicibus causarum ejusdem audientie audiendam commissimus, & sine debito terminandam: ipseque Matthæus canonicus cognitis ipsius causæ meritis, de consilio, & assensu aliorum conjudicum suorum causarum dictæ audientie, quibus super iis relationem fecit fidelem, per suam definitivam sententiam pronuntiavit, decrevit & declaravit, prout hæc omnia in libello pro parte dictorum abbatis, & conventus monasterii S. Joannis in hujusmodi causa oblato petita fuerant, abbatem, canonicos, & conventum monasterii S. Joannis, prædictos ab omni visitatione, superioritate, potestate, & jurisdictione archiepiscoporum, episcoporum & ordinariorum, ac eorum officialium hujusmodi liberos & exemptos, & sedi prædictæ immediate subiectos fuisse & esse; nec non oppositiones, molestationes, vexationes, & impedimenta prædicta fuisse & esse temeraria, illicita, iniqua, injusta, & de facto præsumpta, ac Joanni episcopo, & illius officiali, seu procuratori prædictis illa facere minime licuisse seu licere; ipsique Joanni episcopo ac officiali seu procuratori super visitatione, & procuratorum exactione hujusmodi perpetuum silentium imponendum fore, & imposuit: Nec non eundem episcopum Joannem, in expensis in hujusmodi causa legitime factis condemnandum fore, & condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum reservata: & subsequenter Matthæus canonicus præfatus expensas hujusmodi in quinquaginta florenos Rhemenfes, boni auri & justi ponderis, abbatem, & conventum monasterii S. Joannis, prædictorum super eisdem expensis juramento sequuto, prout in instrumento publico inde confecto, ipsius Matthæi canonici sigillo munito, dicitur plenius contineri; cum autem, sicut eadem petitio subjungebatur, abbas & conventus monasterii S. Joannis prædicti dubitent, quod dictus Joannes episcopus sententiam præfate, & presentium vigore habendis processibus reverenter parere non velit; quodque processus hujusmodi, eidem Joanni episcopo & aliis, quos conderent, tute nequeant publicari; pro parte abbatis, & conventus monasterii S. Joannis prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus providere eis super hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestræ per hæc scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium, seu alios præmissa executioni debitis demandantes, dictaque sententias ubi & quando expedire videritis solemniter publicantes, faciatis abbatem, & con-

ANNO
CHRISTI
1437.

ANNO
CHRISTI
1437.

de conventu monasterii S. Joannis prædicti A
de prædicta florenorum summa pro dictis ex-
pensis, juxta instrumenti prædicti earundem
condemnationis & taxationis tenorem, ple-
nam & debitam satisfactionem impendi; & ni-
hilominus legitimis super iis per vos habendis
servatis processibus, eos quoties expedierit
aggravare curetis, contradictores auctoritate
nostra appellatione postposita, compescendo,
invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxi-
lio brachii secularis. Cæterum si per summa-
riam informationem super iis per vos recte
piendam vobis constiterit, quod Joannis epis-
copi, & aliorum prædictorum præsentia, pro-
monitionibus, & requisitionibus eis, & cita-
tionibus de ipsius præsentium vigore faciendis,
secure & commode haberi nequeat, nos vobis
processus hujusmodi, nec non monitiones
requisitiones, & citationes quaslibet per edi-
ctum publicum, locis assignandum publicis &
vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura
quod ad illorum notitiam pervenire valeat,
faciendi plenam, & liberam concedimus te-
nores præsentium facultatem: volentes quod
monitiones, requisitiones, & citationes, ac si
eis præsentialiter, & personaliter factæ, & in-
sinuata fuissent: Non obstantibus constitutioni-
bus, & ordinationibus apostolicis, cæterisque
contrariis quibuscumque, aut si Joanni
episcopo præfate, vel quibusvis aliis commu-
niter, vel divisim a sede apostolica indultum
existat, quod interdicta, suspendi, vel excom-
municari non possint per literas quascumque
non facientes plenam, & expressam ac de
verbo ad verbum de indulto hujusmodi men-
tionem. Datum Basileæ secundo Nonas Julii,
anno a nativitate domini 1437.

*Literas executoriales, & commissionem a conclio
Basileensi, ad se directam executioni man-
dato illustrissimus Albinganensis episcopus, die
11. mensis Julii, anno 1437.*

Illustrissimo & Christianissimo principi, &
domino Carolo Francorum regi,
vestra regis majestatis in vestri regni felicis D
prosperitatis augmentum, reverendissimisque
ac reverendis in Christo patribus, ac dominis
archiepiscopo Rhemensi, Bellovacensi, Sylva-
nensi, Sueffoniensi, Noviomensi, Laudu-
nensi, Atrebatensi, Cameracensi, Tornacen-
si, & Mortuensi episcopis, eorumque, & cu-
juslibet ipsorum in spiritalibus vicariis, & of-
ficialibus generalibus, ac venerabilibus, & cir-
cumspiciendis viris dominis sacrosanctæ generalis
Basileensis synodi & apostolicarum camerarum
generalibus auditoribus, eorumque vice au-
ditoribus seu loca tenentibus, ac universis,
ac singulis dominis abbatibus, prioribus, præ-
positis, decanis, archidiaconis, scholasticis,
cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, F
suceessoribus, tam cathedralium, quam col-
legiatarum canonicis, monasteriorum, & re-
ligiosorum quorumcumque ministris generali-
bus, provincialibus, vicariis, custodibus, &
gardianis, Sancti Joannis Hierosolymitani &
beate Marie Teutonicorum magistris, prioribus
commendatoribus, præceptoribus, & ipsarum
domorum patribus generalibus, & conven-
tualibus Prædicatorum, Minorum, eremita-
rum, ac quorumcumque aliorum ordinum
Concil. General. Tom. XXIX.

fratribus exemptis, & non exemptis, ac fan-
cte Romane ecclesie capellanis, ac dicte sa-
crofanctæ synodi, & apostolicarum camera-
rum collectoribus, & subcollectoribus, deca-
nis ruralibus, parochialibusque ecclesiarum re-
ctoribus, & eorum loca tenentibus, pleba-
nis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non
curatis, vicariis perpetuis, altaristis, cæteris-
que presbyteris, clericis, notariis, & tabel-
licis publicis quibuscumque, per dictorum
DD. archiepiscopi & episcoporum, provincialium
civitates & dioceses, ac aliis ubilibet consti-
tutus; nec non illustrissimo & illustribus prin-
cipibus dominis Philippo Burgundie, Bra-
bantie, & Limburgi duci, ac Flandrie, Ar-
tensie, Hannonie; Hollandie, Zelandie,
Namurci comiti, & de S. Paulo, de Bo-
lonia, & de Pontivo comitibus, nec non ma-
gnificis, strenuis, & nobilibus dominis An-
tonio de Croy, Joanni de Croy, baronibus,
militibus, cæterisque dominis, ducibus, lan-
graviis, marchionibus, comitibus, baroni-
bus, militibus, nobilibus, militaribus, justi-
cariis, iudicibus, eorumque officialibus, ma-
joribus, prætoribus, advocatis, capitaneis,
magistratibus, ministratoribus, reverendis do-
minis senescalco de Pontivo ac de Ambiano,
de Monstrolie, & de Hirdino, ballivis, cæ-
terisque dominis ballivis, scultetis, magistra-
tuum præconibus, consulibus, scabinis, ci-
vibus, oppidanis incolis, fervientibus, scri-
bis, & præconibus quorumcumque curiarum
& locorum secularium, terrarum, civita-
tum, communitatum, oppidorum, castro-
rum, universitatum, villarum, terrarum, &
locorum, quorumcumque, ac universis, &
singulis Christi fidelibus tam in spiritalibus,
& temporalibus civilem, quam temporalem
jurisdictionem exercentibus, conjunctim vel
divisim, cæterisque Christi fidelibus quibuscum-
que nominibus censeantur, cujuscumque præ-
minentie, excellentie, dignitatis, status, gra-
dus, aut conditionis existant, Mattheus Dei
gratia episcopus Albinganensis, Basileæ com-
morans, executor ad infra scripta una cum in-
fra scriptis, nostris in hac parte collegis,
cum illa clausula, *Quatenus vos, vel duo,
aut unus vestrum, per vos, vel alium seu, o-
llos, a sacrosancta generali synodo Basileen-
si, specialiter deputatus, salutem in domino,
& mandatis nostris hujusmodi, imo verius
dicte sacrosanctæ synodi, firmiter obedire.*
Literas ejusdem synodi, etiam vera bulla
plumbea cum chordis cannabeis bullatas, sa-
nas & integras, non vitiatas, non cancella-
tas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed
omni prorsus vitio & suspitione, ut prima fa-
cie apparebant, carentes, nobis pro parte ve-
nerabilium, & religiosorum virorum domino-
rum abbatis & conventus monasterii S. Joannis
extra muros Ambianenses, ordinis Præmon-
stratensis, in ipsis literis principaliter habito-
rum, coram notario publico, & testibus infra
scriptis presentatas, nos cum ea, qua decuit,
reverentia recepimus, tenorem qui sequitur con-
tinentes. Sacrosancta generalis synodus Basileen-
sis, in Spiritu sancto legitime congregata,
universalem ecclesiam representans, venerabi-
libus Albinganensi, & Atrebatensi episcopis,
ac dilecto ecclesie suo abbati monasterii S. Ve-
dasti Atrebatensi, salutem & omnipotentis Dei
benedictionem, exhibita nobis pro parte dile-
Ffff 2 do

Coram ecclesie filiorum abbatis & conventus monasterii S. Joannis, extra muros Ambianenses, ordinis Præmonstratensis, petitio contingebat. &c. *Ut habentur in literis executoriis concilii Basileensis, die 6. Julii, anno 1437.* Post quarum quidem dictæ sacrosanctæ synodi literarum præsentationem & receptionem, nobis & per nos, ut præmittitur, factas, pro parte dominorum abbatis, canonicorum, & conventus monasterii S. Joannis, extra muros Ambianenses principalium supradictorum, nonnulli testibus fide dignis desuper (eo quod ipsi, aut alicui alteri eorum nominibus, ad reverendum in Christo patrem dominum Joannem, olim Ambianensem, nunc vero Morinensem episcopum ex adverso principalem, in præsertis literis ex adverso principaliter nominatum, in Romana curia ad præsens degentem per præsentis nostras literas, seu processus executoriales ejus propriam personam intimidando, & insinuando tutus non pateret accessus) coram nobis exhibitus & productus; ipsique testibus per nos rite receptis, admittis, in forma juris juratis, & diligenter examinatis, subsequenter fuimus pro parte eorundem dominorum abbatis canonicorum, & conventus principalium debita cum instantia requisitus, quatenus ad præsertarum sacrosanctæ synodi literarum, & in eis contentorum executionem procedere dignaremur, juxta traditam, seu directam ab eadem synodo nobis formam. Nos igitur Matthæus episcopus & executor præfatus, attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & consonam rationi, volentes mandatum dictæ sacrosanctæ synodi nobis in hac parte decretum reverenter exequi, ut tenemur; quia ex dictis, & depositionibus testium prædictorum comperimus, eisdem dominis abbati, canonicis, & conventui monasterii prædicti principalibus, aut alicui alteri eorum nominibus, ad Romanam curiam, quæ in civitate Bononiensi, in præsentiarum residere dignoscitur, in qua prænominate dominus Joannes episcopus, & ex adverso principalis, ut præmittitur, degit & moratur; ad ejusque domicilium sive hospitium per ejusmodi nostras literas, sive processus executoriales in ejus propriam personam intimidando, & publicando propter metum corporis, tutum non patere accessum: idcirco auctoritate dictæ synodi, qua fungimur nobis in hac parte commissa, per hoc præsens publicum edictum in audientia publica literarum contradiclarum ipsius sanctæ synodi legendum, ac in loco ejusdem synodi, videlicet monasterii fratrum Minorum, ubi audientia publica causarum ejusdem synodi tenetur, vel majoris Basileensis, nec non extra locum ejusdem synodi, videlicet Parmensis, Mutinensis, & Forojulienis cathedralium ecclesiarum, aut duarum ex his tanquam propinquorum, & viciniorum locorum, ad id magis convenientium valvis seu portis, aut alibi, ubi tute fieri poterit, affigendum, exequendum, & publicandum, prænominate dominum Joannem episcopum, ex adverso principalem, suosque in episcopatu Ambianensi, pro tempore successores auctoritate, & tenore prædictis requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie, sibi que, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infra scriptis sententiarum penalis distincte præcipiendo mandamus, quate-

nus intra sex dierum spatium post lecturam affixionem, & publicationem præsentium nostrarum literarum in audientia, ac valvis seu portis prædictis, ut præmittitur, factas immediate sequentium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies eis, & eorum cuilibet pro tertio peremptorio termino, & monitione canonica assignamus, a quibuscunque oppositionibus, molestationibus, vexationibus, recusatationibus, & impedimentis per præfatum dominum Joannem episcopum, ex adverso principalem dictis dominis abbati, canonicis, & conventui dicti monasterii S. Joannis principalibus, ipsisque adhaerentibus, contra & adversus privilegia, libertates, & exemptiones, eis auctoritate apostolica concessas, ut in præsertis literis deducitur, factis, & præstitis penitus, & omnino desistant & desistat; ipseque dominus Joannes episcopus, intra triginta dierum spatium post lecturam, affixionem, & publicationem literarum executorialium, sive processuum nostrorum hujusmodi, in audientia ac valvis, seu portis antedictis, ut præmittitur, factas, immediate sequentium, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies sibi pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, præfatis dominis abbati, canonicis & conventui principalibus, seu eorum legitimo procuratori, ad hoc sufficiens ab eis mandatum habenti, de quinquaginta florenis Rhenensibus boni auri, & justis ponderis, ratione expensarum in lite, & causa in præsertis literis designatarum & expressarum, factarum per venerabile, & circumspectum virum dominum Matthæum Nitart, decretorum doctorem, canonicum ecclesie Frisingensis, ejusdem synodi causarum judicem, & commissarium liquide taxatarum, in quibus sententialiter condemnatus existit, prout in quodam publico instrumento inde confecto latius dicitur contineri: ac octo florenis similibus pro expeditione dictarum præfatarum sacrosanctæ synodi, & præsentium nostrarum literarum, sive processuum executorialium expositis, ad quos eas taxavimus, & præsentibus taxamus, solito procuratoris eorundem dominorum abbatis, canonicorum, & conventus principalium desuper subsequente juramento, realiter, & cum effectu satisfaciatur, ac de eis dignam & debitam satisfactionem, & solutionem impendat, aut alias interim super præmissis amicabiliter componat, & concordet cum eisdem. Quod si forte præmissa omnia & singula omnes, & singuli supradicti prout per nos superius mandantur, non adimpleverint, mandatisque & monitionibus nostris hujusmodi, imo verius dictæ synodi, non paruerint realiter & cum effectu, nos in eundem dominum Joannem episcopum ex adverso principalem, nec non in quoscunque contradictores in hac parte & rebelles, ac impedientes eosdem dominos abbatem, canonicos, & conventum principales, aut eorum procuratorem super præmissis in aliquo, ipsique impedientibus dantes auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, quovis ad hoc quæsito ingenio vel colore cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel condi-

ANNO
CHRISTI
1437ANNO
CHRISTI
1437

tionis existant ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, canonica monitione præmissa, singulariter in singulis excommunicationis, in capitula vero, & collegia quicumque in his delinquentia suspensionis a divinis; & in ipsorum inobedientium, ac quorumcumque contradiclorum & rebellium ecclesias, monasteria & capellas interdicti sententias serimus in his scriptis, & etiam promulgamus. Præfatis vero reverendissimo, ac reverendis in Christo patribus ac dominis archiepiscopo & episcopis, quibus ob reverentiam suarum pontificalium dignitatum non immerito deferendum duximus in hac parte, si tamen contra præmissa vel eorum aliquid fecerint per se, vel submissas personas, sex dierum canonica monitione præmissa, ingressum ecclesiarum interdictum in his scriptis: si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies, dictos dies immediate sequentes, sustinuerint, ipsos in his scriptis, simili monitione canonica prævia, suspendimus a divinis. Verum si præfatas interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies, dictos duodecim dies immediate sequentes, animis, quod absit, sustinuerint induratis, ipsos in eisdem scriptis ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, eadem canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam innodamus.

Cæterum cum ad executionem præmissam utilius faciendam nequeamus quoad præsens, aliis arduis in dicta sacrosancta synodo prædicti legitime negotiis, personaliter interesse, universis, & singulis dominis abbatibus, præpositis, prioribus, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, succentoribus tam cathedralium, quam collegiarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, & loca tenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non curatis, vicariis perpetuis, altaris, cæterisque presbyteris, clericis, notariis, & tabellionibus publicis quibuscumque, per dictorum dominorum archiepiscopi; & episcoporum provincialium civitates & dioceses, & alias ubilibet constitutis & eorum cuilibet in solidum super utiliori executione huiusmodi nostri mandati, imo verius dictæ sacrosanctæ synodi, facienda tenere præsentium committimus plenarie vices nostras, donec ad nos eas duxerimus revocandas: quos & eorum quemlibet eisdem auctoritate ac tenore requirimus & monemus primo, secundo, tertio, & preemporie, eis nihilominus, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet, si ea, quæ ipsis in hac parte committimus & mandamus, distulerint, seu contempserint contumaciter adimplere, canonica monitione præmissa, serimus in his scriptis districte præcipiendo mandantes, quatenus intra sex dierum spatium postquam præ parte dictorum dominorum abbatis, & conventus principalium vigore præsentium super hoc fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, immediate sequentium, quem terminum eis, & eorum cuilibet pro omni dilatione terminoque preemporio ac monitione canonica assignamus ita tamen quod in his exequendis alter eorum alterum non expediet, nec al-

ter pro alio se excuset, ad loca supradicta, ubi præfentes nostræ literæ sive processus executionales exequi, & publicari mandantur, accedant seu alter eorum accedat: ipsæque nostras literas seu processus executionales valis, sive portis ecclesiarum prædictarum, prout superius per nos mandatum est, ac alias ubi, quando & quoties expediens fuerit, & super hoc fuerint requisiti, seu fuerit requisitus assignant, publicent & exequantur, ac assigni, exequi & publicari faciant: præfatisque dominis abbati, canonicis & conventui principalibus, seu eorum legitimo procuratori de prædictis quinquaginta, & octo florensis Rhemensibus tam ratione expensarum, quam expeditione dictarum sacrosanctæ synodi & nostrarum literarum, sive processuum executionalium præsentium expensis plenam, & debitam solutionem, & satisfactionem, & fieri impendi faciant & procurent: si vero præfatus dominus Joannes episcopus ex adverso principalis, cæterique contradictores, & rebelles huiusmodi nostris, imo verius dictæ synodi, monitionibus, & mandatis non paruerint realiter, & cum effectu, dictam excommunicationis sententiam propterea, damnablem incurrendo, & quam eos incidisse declaramus ex nunc prout ex tunc, omnes & singulos supradictos nostros subdelegatos sub pœnis, & sententiis infra scriptis requirimus & monemus, eisque & eorum cuilibet districte præcipiendo mandamus, quatenus singulis diebus dominicis, & festivis post lapsum dictorum terminorum immediate sequentibus, in eorum ecclesiis, monasteriis, & capellis, quoties, & quando expediens fuerit, & postquam pro parte dictorum dominorum abbatis, canonicorum, & conventus principalium super hoc fuerint requisiti, seu eorum alter fuerit requisitus, præfatum dominum Joannem episcopum cæterisque contradictores in hac parte, & rebelles, sic, ut præmittitur, excommunicatos publice infra missarum, & aliorum divinarum solemnia, propter multitudinem inibi ad divina audienda seu alias congregatam, denuntient, & aliis denuntiari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant & permittant, donec & quousque absolutionis beneficium a nobis, vel superiori nostro meruerint obtinere, & si forsitan præfatus dominus Joannes episcopus ex adverso principalis, ac contradictores, & rebelles prædicti huiusmodi denuntiationem excommunicationis non curaverint, & nihilominus post decem dies, postquam de præmissis notitiam habuerint, immediate sequentes personaliter inforderint, ex tunc processus nostros huiusmodi contra eosdem continuando, & aggravando attendentes, quod tanto graviora sunt peccata, quanto diutius infelices animas detinent alligatas; quodque crescente malitia & inobedientia, crescit & pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquendo; auctoritate dictæ sacrosanctæ synodi qua fungimur nobis in hac parte commissa omnes, & singulos delegatos, subdelegatos nostros supradictos requirimus & monemus, ac eisdem modo & forma præmissis, & sub dictis pœnis, & sententiis præcipimus & mandamus, quatenus singulis diebus dominicis & festivis, quoties, & quando ex parte dictorum dominorum abbatis, canonicorum, & conventus principalium su-

P. P. A. B. B.
1437.

super hoc fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, intra missarum, & aliorum divinorum solemnium fidei populo ad divina audienda, seu alias congregato, dictam denuntiationem innovantes, ceteroque contradictores, & rebelles sicut præmittitur excommunicatos, & denunciatos nominaim campanis pulsatis, candelis accensis, ac demum extinctis, & in terram projectis, cruce erecta, & religione indicta, aquam benedictam aspergendo ad fugandos demones, qui eos sic detinent ligatos, & suis laqueis catenatos, orando quod dominus noster Jesus Christus ad catholicam fidem, & sanctæ matris gremium ecclesiæ reducere dignetur, ne in talibus duritia, & perveritate dies suos finire permittat, cum decantatione responsori, *Revelabunt tibi iniquitatem Juda,* & psalmi, *Deus laudem meam ne tacueris,* cum antiphona, *Medea vita:* quo facto ad jatuus ecclesiarum una cum clericis, & parochianis eorum accedant, & ad terrorem, ut ipse dominus Joannes episcopus, ex adverso principalis ac contradictores, & rebelles sic ut præmittitur excommunicati, & denunciati eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus eorum habitationes projiciendo in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Dathan & Abiron, quos terra vivos absorbit, etiam post missam, & in vespertis, & aliis quibuscumque horis, sermonibus, & prædicationibus solemniter publicent, ac denuntient, ac ab aliis publicari & denunciari, & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant, & procurent tamdiu ac donec, & quousque aliud a nobis vel superiore nostro receperint in mandatis. Verum si prælati denunciati, & aggravati per alios decem dies, dictos decem dies immediate sequentes, præfatas denuntiationem & aggravationem, ad ipsorum notitiam deductas, animis, quod absit, sustinuerint induratis, ex tunc processus nostros hujusmodi reaggravando modo, & forma præmissis omnes subdelegati nostri requirant, & moneant omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus homines, quos nos etiam tenore præsentium requirimus & monemus ac eis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, quam in eos, & eorum quemlibet contrafacientes serimus in his scriptis, districtius injungendo, prout nos etiam injungimus eisdem, & præcipue familiaribus ac servitoribus præfatorum denuntiatorum & aggravatorum, quatenus intra sex dierum spatium post monitionem, & requisitionem hujusmodi ipsi factas immediate sequentes, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, & peremptorio termino, & monitione canonica assignent, prout nos etiam assignamus eisdem, ipsi Christi fideles ac familiares & servitores, & quilibet ipsorum, a participatione, & communicatione ipsorum denuntiatorum, & aggravatorum penitus, & omnino desistat, ne cum eisdem denunciatis, & aggravatis aut eorum altero serviendo, loquendo, stando, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, cibum, potum, aquam vel ignem ministrando, aut aliquo humanitatis solatio, præterquam in casibus a jure permissis, participare præsumant, seu eorum alter præsumat; &

si contrarium fecerint, nos in eos, & eorum quemlibet cum dictis denunciatis, & aggravatis rebelliter participando, aut contrafaciendo ex nunc prout ex tunc, dicta sex dierum canonica monitione præmissa, excommunicationis sententiam serimus in his scriptis, & etiam promulgamus: & nihilominus omnes, & singulos subdelegatos nostros supradictos, & eorum quemlibet modo, & forma præmissis requirimus & monemus, ac eis sub dictis poenis, sententiis, & censuris præcipimus & mandamus, quatenus singulis diebus dominis & festivis, quoties expediens fuerit, in eorum ecclesiis, monasteriis, & capellis intra missarum, & aliorum divinorum officiorum solemnium, dum ibidem populi multitudo ad divina audienda seu alias convenit, præfatos Christi fideles, familiares & servitores, cum dictis denunciatis, & aggravatis rebelliter participantibus, excommunicatos publice denuntient, & ab aliis denunciari, & ab omnibus Christi fidelibus evitari faciant, donec & quousque absolutionis beneficium meruerint obtinere. Volumus tamen, & auctoritate dictæ synodi omnibus Christi fidelibus præcipimus & mandamus, sub poenis & sententiis infrascriptis, ne aliquis ipsorum prædictis excommunicatis, aggravatis, & reaggravatis, ac participantibus cum iisdem, quamdiu in hujusmodi rebellionem perseverent, & obedire non curaverint, super debitis aut aliis negotiis in foro ecclesiastico, aut seculari respondere præsumant, sed ipsis, ut præmittitur, rebellibus omnis juris ordo, & actus judiciales præcludantur penitus & negentur, nec eorum testimoniis fides adhibeatur; ipsi tamen aliis omnino respondere teneantur: Præterea si prænominati excommunicati, aggravati, & reaggravati per alios decem dies, viginti dictos dies immediate sequentes, postquam dicti excommunicati ut tales denunciati & publicati fuerint, prædictas nostras sententias animis, quod absit, sustinuerint induratis, Pharaonis duritiam imitantes, & ad modum furdarum aspidum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantantium, ex tunc omnes, & singulos subdelegatos nostros supradictos auctoritate, & tenore, ac sub poenis, & sententiis prædictis requirimus & monemus, quatenus statim postquam pro parte dictorum dominorum abbatum, canonicorum, & conventuum principalium super hoc fuerint requisiti, seu alter eorum fuerit requisitus, omnes & singulos dominos rectores civitatum & oppidorum, castrorum, dominiorum, villarum, & aliorum locorum quorumcumque, in & sub quibus dictos excommunicatos, aggravatos, & reaggravatos morari, seu ad quos eos declinare aut devenire contigerit ex parte nostra, imo verius dictæ synodi, moneant & requirant, seu moneant & requirant intra biduum postquam dicti excommunicati, aggravati, & reaggravati ad ipsorum loca pervenerint, seu ibidem fuerint, aut aliquis eorum fuerit, ipsos ejiciant & expellant, aut ad satisfaciendum & parendum in omnibus, & per omnia præsentibus nostris literis & processibus compellant: quod si non fecerint, civitates, oppida, castra, dominia, villas, & quæcumque alia loca prædicta in his scriptis, ex nunc prout ex tunc auctoritate dictæ synodi ecclesiastico supponimus interdicto: mandantes omnibus,

ANNO CHRISTI 1437.

ANNO CHRISTI 1437

bus. & singulis subdelegatis nostris supradictis A modo & forma præmissis ac sub pœnis & sententis prædictis, quatenus ex tunc a divinis officiis celebrandis cessent, & ab aliis cessari faciant, & permittant januis apertis in præsentia populi adstantis ita & taliter, quod huiusmodi tanto interdicto nulla ecclesiastica sacramenta in & sub eisdem locis, sub quibus dicti excommunicati, aggravati, & reagravati fuerint seu aliquis eorum fuerit, penitus ministrentur, nisi pœnitentia, confessio, & baptismus omnibus indifferenter, eucharistia infirmis tantum, & matrimonium sine ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibique, & sub eisdem locis dependentibus ecclesiastica denegetur sepultura. Volumus tamen, & auctoritate dictæ sacrosanctæ synodi decernimus, quod dicti excommunicati, denunciatis, aggravatis, & reagravatis etiam post biduum ejectionis, recedentibus, vel satisfaciendis; mox divina resumi possint & valeant. Demum vero si præfati denunciati, aggravati, reagravati, & interdicti spiritum rebellionis assumentes, processus nostros huiusmodi ut aquam absorbentes, & mala malis accumulantes, per alios decem dies, præfatos triginta dies immediate sequentes, animis (quod abût) induratis sustinuerint, & se ostendant de huiusmodi processibus & sententis nostris non curare, nos eo casu attendentes quod monitione non proficiente ecclesiastica, temporalis gladius non immerito suffragetur, & quod tales non sint a Christi fidelibus aliquantulum tolerandi, nec eis locorum præsides impendere debeant auxilium, consilium vel favorem, sed spiritalis gladius temporalem sibi communicans potestatem ut aggravati, reagravati, & interdicti spiritum assumant consilii sanioris, & ad mandata ecclesiæ revertantur, ne in derogationem censuræ ecclesiasticæ de cetero pullulet tantus error: hinc est quod vos illustrissimum & Christianissimum principem dominum Carolum antedictum, principalem dicti gladii vibratorem, & summam iustitiam zelatorem in domino exhortamur; necnon vos dominos archiepiscopum, episcopos, abbates, & alias personas ecclesiasticas; vosque dominum Philippum ducem & comitem, aliosque duces, comites, barones, nobiles, milites, justitianos, iudices, officarios & alios supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur in provincia, civitatibus, & diocesis prædictis, ac alias ubilibet constitutus per regnum, & dominium prædicta jurisdictionem ordinariam spiritualem, vel temporalem exercentes, & eorum quemlibet, religionis, & fidei Christianæ participes auctoritate, qua supra requirimus & monemus, ac vobis & vestrum cuilibet sub dictis pœnis, & sententis præcipimus, quatenus intra sex dierum spatium post lapsum dictorum terminorum, & postquam huiusmodi nostri processus vobis seu alicui vestrum in vestris jurisdictionibus, & districtionibus fuerint publicati, immediate sequentes, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis, & singulis supradictis pro tertio & peremptorio termino, & monitione canonica assignamus; ita tamen quod in his exequendis unus vestrum alium non expectet, nec unus pro alio se excuset, vos, Christianissime prin-

ceps domine Carole rex, archiepiscopo, episcopi, duces, comites, & alii supradicti, & quilibet vestrum, quorum omnium super hoc auxilium brachii secularis presentibus invocamus quocies, & quando pro parte dictorum dominorum abbatis, canonicorum, & conventus principalium super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, in iuris subsidium contra præfatos denunciatis, aggravatis, reagravatis, & interdictos per vos vel alium, seu alios tanquam viri catholici, vestri in hac parte officii dexteram extendentes, super quibus vobis omnibus, & singulis auctoritate prædicta licentiam plenariam concedimus per præfatos, prædictos excommunicatos, aggravatos, reagravatos, & interdictos, & eorum quemlibet, prout culpabiles fuerint, qui sic ecclesiasticum contemnunt iudicium, & censuram ecclesiasticam vilipendunt, per captionem corporum absque tamen gravi læsione, & distractione, tentione mobilium & immobilium, si mobilia non sufficiant, in vestris jurisdictionibus consistentium, primo, & deinde per ipsarum personarum captionem, incarcerationem, detentionem, & quemcumque alium modum canonicum, qui vobis dominis regi, duci, & aliis supradictis vestris officariis videbitur expedire, auctoritate nostra, imo verius dictæ synodi, viribus compellatis & quilibet vestrum compellat, etiam manu forti dictum dominum Joannem episcopum ex adverso principalem ad satisfaciendum de dictis florenorum summis tam ratione expensarum, quam pro expeditione ipsius sacrosanctæ synodi & presentium nostrarum literarum, sive processuum executorialium expositis supradictis dominis abbatibus, canonicis & conventui principalibus, vel eorum procuratori prædicto, ac ad parendum in omnibus, & per omnia presentibus nostris literis sive processibus, juxta eorum formam & tenorem, ad redeundum ad sanctæ matris ecclesiæ gremium nullo alio expectato mandato, ac alios ipsos inobedientes, & quemlibet eorum viriliter compellatis, & adstringatis vestri potentia brachii secularis, donec ad obedientiam sanctæ matris ecclesiæ venerint, & processibus nostris antedictis paruerint realiter & cum effectu. & a præfatis nostris sententiis beneficium absolutiois meruerint obtinere; in præmissis, si placet, taliter vos habentes, quod nota contumaciæ, seu contemptus vobis nullatenus ascribatur; quin imo possitis erga dictam sacrosanctam synodum de vestra bona, & prompta obedientia, & iustitia merito commendari. Quod si forte vos, Christianissime princeps, domine rex, executor iustitiæ, presentis nostri processus ac mandatorum nostrorum, imo verius dictæ synodi, contradictor, transgressor, vel neglector fueritis (quod tamen de vestra regia maiestate præfulgida, jam dudum per totum orbem divulgata obedientia suspicari non sinit) procul dubio etiam iudicium iusti iudicis offendetis, & præmium alias vobis pro executione huiusmodi iustitiæ a Deo paratum nihilominus amittetis: & licet vos huiusmodi nostris sententiis, prout in his feruntur, ligari notamus, vobis ob reverentiam vestræ maiestatis regie, non immerito deferentes, intuitu tamen iustitiæ ob dictam synodi reverentiam, vestram regiam majesta-

ANNO CHRISTI 1400.

ANNO CHRISTI 1400.

statem ad præfatam executionem iustitiæ, prout ad ipsam pertinet, & spectat, in domino exhortamur. Præfatas quoque dictæ synodi literas, & hunc nostrum processum, ac omnia, & singula huiusmodi negotiorum tangentia, volumus penes dictos dominos abbatem, canonicos & conventum, principales, aut eorum procuratorem remanere, & non per vos aut aliquem vestrum, seu quemvis alium ipsius invitâ quomodolibet detineri. Contrarium vero facientes præfatis nostris sententiis per nos latis, dicta canonica monitione præmissa, volumus ipso facto subjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis competentem habere debentibus, petentium quidem sumptibus & expensis: per processum autem nostrum huiusmodi nolumus nec intendimus nostris in aliquo præjudicare collegis, quominus ipsi vel eorum alter, servato tamen hoc a processu huiusmodi executionis negotio, ulterius procedere valeant prout ipsi, vel eorum alteri visum fuerit expedire, & sibi contingat nos super præmissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus, non intendimus propterea commissionem nostram huiusmodi in aliquo revocari, nisi revocationis ipsius, specialem, & expressam in nostris literis fecerimus mentionem, absolutionem vero omnium & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut eorum aliquam incurrerint, quoquo modo nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus: loca vero audientiæ ac valvarum, seu portarum ecclesiarum prædictarum, earumque publica circumvicina, & idonea ad præfatos nostros processus executoriales sive monitiones, & requisitiones publicandas, ad instar edictorum publicarum, que olim in albo prætoris scribebantur, duximus eligenda, que præfatas nostras literas, sive processus suo quasi sonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, in quibus ipsas nostras literas, sive processus nostros præmissos decrevimus & decernimus legenda, publicanda, & exequenda, ne prædicti sic moniti, & requisiti, vel eorum aliquis, de præmissis seu eorum aliquo ignorantiam, seu excusationem aliquam in futurum prætereundere valeant, seu etiam quomodolibet allegare, cum non sit verisimile apud ipsos sic monitos, & requisitos remanere incognitum, quod tam patenter, & notorie exit omnibus publicatum: volentes nihilominus, & auctoritate dictæ sacrosanctæ synodi decernentes, ut nostræ literæ sive processus executoriales modo præmissos exequuta, & publicata, prænominatos monitos, & requisitos, & eorum quemlibet perinde ardeant & adstringant, ac si omnes, & singuli prædicti in eorum propriis personis apprehensi, moniti & requisiti fuissent, ac si præfatas nostras literas fuissent, & essent eis aut eorum cuilibet personaliter, aut præsentialiter lectæ, publicatæ, & intimatæ. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præfatas nostras literas sive processus executoriales exinde fieri, & per notarium publicum infra scriptum subscribi, & publicari mandavimus, nostrique sigilli iussimus, & fecimus appensione communiri. Datum & actum Basileæ minoris, Constantiensis diocesis, in domibus habitationis reverendissimi in Christo patris domini Francisci archiepi-

scopi Mediolanensis, sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trigesimo septimo, indictione quintadecima, die vero Jovis decima, & octava mensis Julii, pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini domini Eugenii divina providentia pape quarti anno septimo, præsentibus ibidem venerabilibus & honorabilibus viris, magistro Lsidoro de Rongate decretorum doctore, & domino Petro de Aquila, presbytero Aquilensis civitatis, testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Ego Richardus de Windeche clericus Coloniensis, publicus imperiali auctoritate notarius, ac hujus negotii coram præfato reverendo in Christo patre domino Mattheo episcopo, & executore scriba, quia præfata relationi & receptioni, testimonique productioni, monitioni, requisitioni, prædictorum fulminationi, subdelegationi, processibusque desuper per edictum decretis, omnibusque aliis & singulis præmissis, dum sic, ut præmittitur, agerentur, & fierent, una cum prænominatis testibus præfatis sui, eaque omnia, & singula sic fieri vidi, & audivi, ideo præfatas literas sive processus executoriales, seu præfatus publicum instrumentum, per alium, me interim aliunde legitime præpedito, scriptum, exinde in hæc publicam formam redigendum confeci, subscripsi & publicavi, signoque & nomine meis solitis, & consuetis una cum ejusdem domini Matthæi episcopi, & executoris sigilli appensione signavi, rogatus & requisitus in omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum. Signatum Richard de Windeche cum parapho, & sigillarum magno sigillo in cera rubra imaginem beati Michaelis representante cum cordulis cannabis.

Litera executoriales a concilio Basileensi emanata, quibus sententia per deputatos dicti concilii, in favorem monasteriorum sancti Judoci (alias domini Martini) & sancti Andrea in Nemore, ordinis Præmonstratensis, lata confirmatur, die 6. mensis Julii anno 1437.

Sacrosancta generalis synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, venerabilibus Albinganensi, & Atrebatensi episcopis, ac dilecto ecclesie filio abbati monasterii S. Vedasti Atrebatensis, salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilectorum ecclesie filiorum sancti Judoci (alias domini Martini) & sancti Andrea in Nemore, Præmonstratensis ordinis, Ambianensis diocesis, monasteriorum, abbatum, & conventuum petitio continebat, quod licet omnes Præmonstratensis, Laudunensis diocesis, & quorumcumque aliorum dicti ordinis monasteriorum abbates, & conventus, singulique canonici, & persone a visitatione omnique alia superioritate, potestate, & jurisdictione quorumcumque archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum ordinariarum, ipsorumque officialium per speciale sedis apostolicæ privilegium, cui non est in aliquo derogatum fuissent prorsus exempti, & sedi apostolicæ immediate subiecti; ita quod archiepiscopi, episcopi, seu ordinarii ipsi non potuerint, neque possint in eos visitationem, seu

a. P. P. E. G. contineat. H.

ANNO
CHRISTI
1437.ANNO
CHRISTI
1437.

seu aliquam aliam superioritatem, potestatem aut jurisdictionem exercere ipsique sancti Judoci, & sancti Andreae monasteriorum prædictorum abbates & conventus, nec non qui sunt, & fuerunt pro tempore eorundem monasteriorum canonici, existissent in possessione pacifice, vel quasi juris utendi, & gaudendi libertate exemptionis hujusmodi a tempore concessionis privilegii antedicti. tamen nuper venerabilis Joannes pro Mohingensibus tunc Ambianensi episcopo se gerens, ac pretendens sibi in abbates, conventus, & canonicos monasteriorum sancti Judoci, & S. Andreae, hujusmodi visitationis officium competere, sequens in eos omnimodam jurisdictionem, potestatem, & superioritatem habere; ac privilegio hujusmodi contra iustitiam se opponens impedivit & impedit, ac fecit & facit quominus præfati Judoci & S. Andreae, monasteriorum prædictorum abbates, conventus, & canonici libertate exemptionis hujusmodi pacifice gaudere poterint atque possint: ipsique sancti Judoci & S. Andreae monasteriorum abbates, conventus & canonicos, etiam per officiales seu procuratores suos visitare, & procuraciones ratione visitationis hujusmodi, ab eis in pecunia numerata exigere nisus fuit, eos desuper & alias præmissorum occasione multipliciter vexando, & etiam molestando; ortaque propterea inter Joannem episcopum, nec non S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum abbates, & conventus prædictos super præmissis, & eorum occasione materia questionis. Nos causam hujusmodi, non obstante quod ad nos legitime devoluta, seu coram nobis de juris necessitate tractanda & finienda non esset, venerabili Guillelmo episcopo Bellicensi, pro tunc apud nos Basilee constituto ad dictorum S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum abbatum & conventus instantiam primo; & deinde ex certis causis dilecto ecclesie filio Mathæo Nirtart, canonico ecclesie Frizingensis decretorum doctore, uni ex iudicibus causarum audientie nostrae, audiendam commisimus, & sine debito terminandam: qui quidem Mathæus, cognitis ipsius causae meritis, de consilio, & assensu aliorum conjugum suorum causarum ejus audientie, quibus super his relationem fecit fidelem, per suam definitivam sententiam pronuntiavit, decrevit, & declaravit. prout hæc omnia in libello pro parte abbatum, & conventuum S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum prædictorum in hujusmodi causa oblato petita fuerant, eosdem S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum abbates, conventus, & canonicos ab omni jurisdictione, potestate & superioritate archiepiscoporum, episcoporum, & aliorum ordinariorum, ac eorum officialium hujusmodi fuisse, & esse exemptos & liberos, ac sedi prædictae immediate subiectos; nec non oppositiones, molestaciones, vexaciones, & impedimenta prædicta fuisse, & esse temeraria, illicita, iniqua, injusta, & de facto præsumpta; ipsique Joanni episcopo, seu illius procuratoribus præmissa facere minime licuisse seu licere, ac eis super illis de visitatione hujusmodi perpetuum silentium imponendum fore, & imposuit; necnon præfatum dominum Joannem episcopum in expensis in hujusmodi causa legitime factis, condemnandum fore & condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum reservata; & subsequenter

Mathæus præfatus canonicus, expensas hujusmodi in quinquaginta florinos auri Rhemensis boni & justi ponderis prævidua moderatione taxavit, procuratoris S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum abbatum, & conventuum prædictorum super eisdem expensis juramento seposito, ipsius Mathæi canonici sigillo munito dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subungebat, abbates, & conventus S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum hujusmodi, dubitent quod dictus Joannes episcopus sententiae præfate, & presentium vigore habendis processibus reverenter parere non velit; quodque processus hujusmodi eidem Joanni episcopo & aliis, quos concernent, tute nequeant publicari pro parte eorundem S. Judoci, & Sancti Andreae monasteriorum, abbatum, & conventuum nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus providere sibi super hoc de remedio opportuno dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per hæc scripta nostra mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos, vel alium seu alios præmissa executioni debita demandantes, dictamque sententiam ubi, & quando expedire videritis solemniter publicantes, faciatis abbatibus, & conventibus S. Judoci, & S. Andreae monasteriorum hujusmodi, de præfata florenorum summa prædictis expensis juxta instrumenti præfati earundem condemnationis, & taxationis tenorem, plenam, & debitam satisfactionem impendi; & nihilominus, legitimis super his per vos habendis servatis processibus, eos quoties expedierit aggravare curetis, contradicentes auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum si per summariam informationem super his per vos recipiendam vobis constiterit, quod Joannis episcopi & aliorum prædictorum presentia pro monitionibus & requisitionibus eis & citationibus de ipsis presentium vigore faciendis secure & commode haberi nequeat, nos vobis processus hujusmodi, nec non monitiones, requisitiones, & citationes quaslibet per edictum publicum locis assignandum publicis & vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad illorum notitiam pervenire valeat, faciendi plenam & liberam concedimus tenore presentium facultatem: volentes quod monitiones, requisitiones, & citationes hujusmodi perinde ardeant ipsos monitos, requisitos, & citatos, ac si eis presentialiter & personaliter factæ & insinuatæ extitissent, nonobstantibus constitutionibus & ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque, aut si Joanni episcopo præfato, aut quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Basilee secundo Nonas Julii, anno a nativitate domini 1437.

Ex hisdem archivis ord. Præmonstratensis.

Die vigesima sexta Novembris anni 1434.

A concilio Basileensi de verbo ad verbum ex regesto referuntur, innovantur, confirmantur, & approbantur privilegia & exemptiones ab Urbano IV. Clemente VII. & Clemente VIII. ordini Præmonstratensi concessa.

Die vigesima quinta mensis Maii anni 1435.

A concilio Basileensi de verbo ad verbum ex regesti cancellaria refertur atque innovatur Alexandri V. privilegium, quod incipit; Excitat nostræ mentis arcanum specialis affectio. &c. ordini Præmonstratensi concessum.

Die quarta Septembris anni 1436.

A concilio Basileensi ex regesti cancellaria referuntur & innovantur duo privilegia, ab Alexandro IV. ordini Præmonstratensi concessa.

SAcrofancta generalis synodus Basileensis, in Spiritu sancto legitime congregata, universalis ecclesiam representans dilectis ecclesie filius abbati monasterii Præmonstratensis Laudanensis diocesis, ceterisque coabbatibus, præpositis, prioribus, & canonicis monasteriorum & locorum ordinis Præmonstratensis salutem & omnipotentis Dei benedictionem. Sincera devotionis affectus, quem ad universalem ecclesiam in vinea domini etiam nobiscum laborantes geritis, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, in iis præsertim per quæ jura & libertates vestre utilius conserventur, favorabiliter annuamus. Sane pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut duplices literas felicis recordationis Alexandri Papæ IV. vobis concessas, quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus inseri fecimus cum incipiant vetustate consumi, innovare dignaremur: quarum quidem literarum tenores tales sunt. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis abbati Præmonstratensi ejusque coabbatibus Præmonstratensis ordinis, salutem & apostolicam benedictionem. Cum felicis recordationis Innocentius Papa prædecessor noster duxerit statuendum, ut exempti, quantacumque gaudeant libertate nihilo minus tamen ratione delicti, seu contractus, aut rei de qua contra ipsos agitur, rite possint coram locorum ordinariis conveniri, & illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem, prout jus exigit, exercere. Vos dubitantes, ne per constitutionem hujusmodi libertatibus & immunitatibus vobis & ordini vestro per privilegia & indulgentias ab apostolica sede concessis præjudicari valeat, nobis humiliter supplicastis, ut providere super hoc indemnitati vestre paterna sollicitudine curaremus. Quia vero ejusdem ordinis sacra religio sic vos apud nos dignos favore constituit, ut nobis votivum existat vos ab omnibus, per quæ vobis possent provenire dispendia, immunes libenti animo præservare, auctoritate vobis præsentium indulgemus ut occasione constitutionis hujusmodi nullum eisdem libertatibus, & immunitatibus præjudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis

Ausum hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Anagnini sexto Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno secundo. Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis abbati Præmonstratensi ejusque coabbatibus & conventibus universis Præmonstratensis ordinis, salutem & apostolicam benedictionem. Pro divini honore nominis cujus laudibus solita diligentia deservitis, id digne vobis ab apostolica sede conceditur, per quod vestra religio decoris augmentum & status tranquillam materiam consequatur. Cum itaque Præmonstratensis ecclesia, que caput est totius vestri ordinis, postquam ut ipsi assertis extitit instituta, a tribus primis abbatibus & annuis visitatoribus: omnes vero alie ecclesie ipsius ordinis semper a Præmonstratensi & patribus abbatibus ac visitatoribus, & aliis de ordine ipso destinatis, ab eis, & a nullo alio, nisi de mandato sedis apostolicæ, visitate fuerint vel correctæ: ac in privilegio eidem sede concessa habeatur expresse, ut si quid in personis & ecclesiis ipsius fuerit corrigendum, ad audientiam Præmonstratensis capituli referatur: ut ibi prout justitiam & honestati congruerit, emendetur. Nos devotionis vestre præcibus annuentes, ut prædicta Præmonstratensis & alie ecclesie, sicut olim sic & in posterum a prædictis abbatibus, visitatoribus & aliis de ordine sepe dicto duntaxat, & a nullo alio sine mandato sedis prædictæ, plenam faciente de hac indulgentia mentionem, visitari possint aut corrigi, ad instar felicis recordationis Innocentii Papæ prædecessoris nostri vobis auctoritate apostolica indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Viterbii Idibus Februarii, Pontificatus nostri anno quarto. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati præfatas literas auctoritate universalis ecclesie innovamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus; volentes & auctoritate universalis ecclesie decernentes, quod tenori hujusmodi, ubicumque exhibitus fuerit vel ostensus, stetur firmiter & adhibeatur plena fides, ipsæque tenor idem robur eisdemque vim, eundem quoque vigorem per omnia obtineat, quos habereat originales literæ, si forent exhibitæ vel ostensæ: per hoc autem nolumus vobis aliquod jus de novo acquiri, sed antiquum conservari, nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ innovationis communionis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei & universalis ecclesie se noverit incursum. Datum Basileæ secundo Nonas Septembris, anno a nativitate domini 1436.

Adeo verò nota & videns omnibus erat Præmonstratensium canonicorum ab episcopali jurisdictione libertas & exemptio; adeo summis pontificibus, auctoritatibus, ac toti ecclesie perscripta probataque, ut quo tempore Basileense concilium decretis suis iudicasset, quod contraditum vocent, ad-

ANNO
CHRISTI
1498.

adversus Illustrissimum Ambianensem episcopum A. esse) quondam Petro Nardy capellano nostro & causarum palatii apostolici auditori ad instantiam dictorum abbatis & conventus audientiam commisimus & sine debito terminandam: qui cognitis illius, meritis de consilio & assensu coauditorum causarum dicti palatii, quibus super his relationem fecit fidelem, per suam definitivam sententiam pronuntiavit, decrevit, & declaravit, prout hæc omnia in libello pro parte ipsorum abbatis & conventus in dicta causa exhibitio petita fuerant, monasterium, abbatem, canonicos, conversos & donatos huiusmodi a jurisdictione superioritate, correctione, punitione, visitatione & dominio prædictis, præterquam quoad casus præmissos, fuisse & esse exempta, libera & immunia, nec non ipsos abbatem & canonicos, conversos & donatos, alias ad parendum episcopis, eorumque monitionibus & præceptis prædictis, ac eisdem episcopis procuraciones & iura huiusmodi solvere, vel ad synodum ire, aut coram ipsis respondere minime fore obligatos: ac dictis episcopis jurisdictionem, superioritatem sive dominium aliquod in monasterium, abbatem, canonicos, conversos, donatos, membra & ecclesias huiusmodi alias de cætero exercere nullatenus licere. Oppositiones quoque & molestaciones, vexaciones perurbationes & impedimenta prædicta fuisse & esse temeraria, indebita, illicita, iniqua, iniusta, & de facto præsumptiosa. Necnon præfatus episcopo super illis ac dictis superioritate, jurisdictione, correctione, punitione, visitatione, procuracione & dominio, alias quam superius expressum est, perpetuum silentium imponendum fore & imposuit, ac ipsum episcopum in expensis coram eo in eiusmodi causa legitime factis condemnandum fore & condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum servata. A qua quidem sententia fuit pro parte dicti episcopi ad sedem prædictam appellatum: Nosque causam appellationis huiusmodi dilecto filio magistro Petro Martini de Caveis-Rubeis capellano nostro & auditori causarum ejusmodi palatii audiendam commisimus & sine debito terminandam: qui cognitis illius meritis de consilio & assensu coauditorum suorum causarum dicti palatii, quibus super his relationem fecit fidelem, per suam definitivam sententiam pronuntiavit, decrevit & declaravit per præfatum Petrum Nardy auditorem in causa huiusmodi bene fuisse & esse processum, sententiarum & definitum, ejusque sententiam prædictam confirmandam fore & confirmavit: ac ab illa pro parte dicti episcopi male fuisse & esse appellatum, necnon eundem episcopum in expensis, coram eo in huiusmodi causa legitime factis condemnandum fore & condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum reservata. Cumque a sententia Petri Martini auditoris huiusmodi fuisset pro parte dicti episcopi ad sedem appellatum, eandem nos causam ipsius ultimæ appellationis dilectis filiis magistris Laurentio de Aretio primo, & deinde ex certis causis Roberto de Cavalcantibus capellanis & auditoribus causarum ejusdem palatii, audiendam commisimus & sine debito terminandam: ipseque Robertus auditor cognitis illius meritis de consilio & assensu coauditorum suorum causarum dicti palatii, quibus super his, relationem fecit fidelem, per suam definitivam sententiam

ANNO
CHRISTI
1498.

Sententia in favorem monasterii Belli-portus, ordinis præmonstratensis, lata, ab Eugenio IV. confirmatur anno 1498. die xxii. Junii.

Eugenius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis B. Mariæ de Begar Treconensis, & B. Mariæ de Langonio Corisoptensis diocesis monasteriorum abbatibus, ac archidiacono Hannoniæ in ecclesia Leodiensi salutem & apostolicam benedictionem. Exhibita nobis, pro parte dilectorum filiorum abbatis & conventus monasterii B. Mariæ Belli-portus Præmonstratensis ordinis, Briocensis diocesis, petitio continebat, quod licet dictum monasterium cum omnibus & singulis suis membris & ab ipso dependentibus ecclesiis, necnon ejus abbas pro tempore existens, canonici, conversi, & donati ab omni jurisdictione, superioritate, correctione, punitione, visitatione & dominio episcoporum Briocensium pro tempore existentium per speciale sedis apostolicæ privilegium, cui non est in aliquo derogatum, penitus sint exempta, libera, & immunia, necnon eidem sedi immediate subiecta: fuissentque monasterium, abbas, canonici, conversi, & donati cum membris & ecclesiis huiusmodi in pacifica possessione, vel quasi, exemptionis, libertatis & immunitatis prædictarum a tempore concessionis privilegii præfati, & eam ejus contrarii memoria non existit, salvis infra scriptis casibus: videlicet quod ipsi canonici curam animarum in dictis ecclesiis pro tempore exercentes ac illas regentes præfatis episcopis ratione exercitii curæ huiusmodi subesse, visitationes suscipere, procuraciones solitas & episcopalia jura solvere, ac alia ipsarum ecclesiarum onera supportare, nec non in synodis comparere, ac ibidem respondere duntaxat astricti sint: & propterea in aliis ipsi abbas, canonici, conversi, & donati ad parendum episcopis Briocensibus ac eorum monitionibus & præceptis, tamquam ordinariis & superioribus, ac ad solvendum procuraciones, vel alia jura episcopalia, necnon ire ad synodos, ac coram ipsis episcopis ex officio contra eos procedentibus, sive ad instantiam personarum de ipsis conquerentium comparere minime teneantur. Tamen venerabilis frater noster Herueus episcopus Briocensis minus veraciter prætendens monasterium, necnon abbatem, canonicos, conversos, & donatos huiusmodi sibi ac ejus jurisdictioni ordinariæ in omnibus fore subiectos, & super illis abbati & conventui prædictis contra justitiam se opponens, eos desuper multipliciter molestavit, vexavit, & turbavit ac etiam impedivit, ortaque propterea inter episcopum ex una, necnon abbatem & conventum prædictos ex altera partibus super præmissis ac illorum occasione materia questionis. Nos casum huiusmodi (non obstante quod de sui natura ad Romanam curiam legitime devoluta ac apud eam tractanda & finienda non

Cancil. Om. Tom XXIX.

*ANNO CHRIS-
TI 1498.*

*a Petro, ad se-
dem præ-
dictam appella-
tum. H.*

Gggg 2 pro-

ANNO CHRISTI 1424.

ANNO CHRISTI 1424.

pronuntiavit, decrevit & declaravit per p^{re}sentem Petrum Martini auditorem in causa hujusmodi fuisse & esse processum, sententiarum & definitum, ejusque sententiam predictam confirmandam fore & confirmavit, ac ab illa pro parte dicti episcopi male fuisse & esse appellatam: ac eundem episcopum in expensis coram eo in hujusmodi causa legitime factis condemnandum fore & condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum reservata. Et subsequentes Petrus Martini in triginta duobus, ac Robertus auditores prefati etiam in triginta duobus, nec non dilectus filius magister Willelmus Bont capellanus noster & causarum dicti palatii auditor, cui ex certis causis commissimus ut coram eodem Petro Nardy auditore taxaret coram illo in septuaginta florenis auri de camera boni & iusti ponderis factas expensas hujusmodi providis moderatioribus taxarum, procuratoris ipsorum abbatis & conventus super expensis eisdem juramentis sequutis, prout in instrumentis publicis inde confectis ipsorum Petri Nardy, Petri Martini, Roberti & Willelmi auditorum sigillis munitis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat abbas & conventus predicti dubitent quod prefatus episcopus sententias premissas & presentium vigore habendis processibus reverenter parere non velit, quodque alii episcopo prefato propter ejus potentiam & aliis quos concernent tute nequeant publicari, pro parte abbatis & conventus predictorum nobis fuit humiliter supplicatum ut eis super his de opportuno remedio providere dignaremur. Nos itaque hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus vos, vel dno, aut unus vestrum per vos, vel alium seu alios premissa: ubi & quando expedire videritis auctoritate nostra solemniter publicantes, nec non monasterium, abbatem, canonicos conversos & donatos cum membris & ecclesiis hujusmodi a jurisdictione superioritate, correctione, punitione, visitatione & dominio premissis, alias quam in casibus predictis, exempta, libera & immunia fore nuntiantes, non permittatis abbatem, canonicos, conversos, & donatos predictos vel aliquem ex eis etiam quoad monasterium, membra & ecclesias hujusmodi ab episcopis Briocentibus pro tempore existentibus vel ipsorum aliquo contra exemptionem, libertatem & immunitatem predictos ipsarumque sententiarum effectum impedi debite vel quomodolibet molestari: Facientes abbatem & conventui predictis de florenorum summis pro expensis hujusmodi juxta prefatorum instrumentorum earumdem condemnationum & taxationum tenores plenam & debitam satisfactionem impendi, & insuper legitimis super his per vos habendis servatis processibus eos quoties expedierit aggravare curetis, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo invocato ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis. Ceterum si per summariam informationem super his per vos recipiendam vobis consiterit quod ipsius episcopi & aliorum quos hujusmodi processus concernent, presentia pro monitionibus eis, & citationibus de ipsi faciendis commode nequeat haberi nos vobis processus, monitiones & citationes hujusmodi per edicta publica lo-

cois assignanda publicis paribus illis vicinis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad notitiam monitionum & citationum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam concessionem tenore presentium facultatem: & volumus quod hujusmodi processus, monitiones & citationes pariende eisdem monitis & citatis essent ac si eis intimati personaliter legitime extitissent, non obstantibus constitutionibus apostolicis & aliis contrariis quibuscumque, seu si eisdem episcopo vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultam, quod interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Bononie anno incarnationis dominice millesimo quadringentesimo trigesimo sexto decimo Kalendas Julii, pontificatus nostri anno sexto.

Oratio Gregorii Corrarii Veneti Romensi ecclesia protonotarii ad Sigismundum Romanorum imperatorem pro concilio Basiliensi.

ANNO CHRISTI 1422.

Crede equidem, Sigismunde, in tanta tua gloria, & pulcherrimarum rerum, quas gessisti memoriam, benefactorumque conscientia; videri tibi hunc diem celebrem pro ceteris illuxisse; quo glorie tue uberrimas fructus quasi jam matures exerceperis. Quid enim majus in hoc vita caduca ad summam amplitudinem immortalis glorie homini conferri potest, quam gravissimo ecclesie testimonio, uno omnium bonorum assensu, in hoc orbis terre sanctissimo loco, tam preclaro titulo decorari, ut sancta ecclesia te patronum appellet, tibi que plurimum debere fateatur, & pro tuis immensis beneficiis gratias innocentes reddat. Hanc vero excellentissimam laudem non humanis suffragiis, sed ab immortalis Dei tibi collatam, stabilem atque perpetuam existimare debes. Noli hanc gloriam, cum preclarissimis rebus fortiter gestis, noli cum immeritis vicioris, noli denique cum ullis tuis triumphis comparare: Siquidem res magnas bello gerere in eo precipue genere belli, in quo tu jugiter versatus es, cum hostibus scilicet Christiani nominis gloriosum quidem est, propriumque religionis Romani imperii pro religione pugnare; sed ecclesiam protegere, sancte matris auctoritatem defendere, instar quoddam est divine laudis omnium rerum humanarum gloriam excellens. Et enim si pietas erga parentes, erga patriam, veterum literis ac monumentis excelsis, quibusdam laudibus celebratur, sicut est iudicio optimi & sapientissimi cuiusque meritis celebranda; quanam genere laudis officia pietatis erga ecclesiam catholicam extollemus? Aut si majores nostri, liberatores urbium civisque fortissimos bene de republica meritos status publicis decorabant, quo benefactorum memoria ad posterum denique quam diuturna recordatione desuadet, quibus te, Sigismunde, titulis, quibus monumentis, quibus statuis pro tuis immortalibus beneficiis ecclesia decorabit?

Erubescant, crede mihi, omnibus imaginibus solidiora tue glorie monumenta, que dum sedes apostolica, dum Romanam imperium in terris venerabitur, nulla unquam vetustas a memo-

ANNO CHRISTI 1422.

ANNO
CHRISTI
1431

ANNO
CHRISTI
1431

memoria hominum poterit abolere. Extant autem clarissima testimonia sacri Constantiensis concilii, cujus nunquam sine tua maxima laude, nec nostris nec futuris quidem temporibus erit recordatio. An fuit unquam ullum concilium tam celebre, tam solemniter institutum, quo tot praestantissimi viri omnium nationum ex toto orbe convenerint? Fuit unquam tanta rei alicujus expectatio? Fuit unquam tanta spes rerum meliorum? Quando tot populorum vota, tot honorum lacrymae, tot preces? Quando tam clarus rerum turbulenti marginis exitus cum totius orbis inenarrabili gaudio? At quis nesciat factum illud pulcherrimum omni laude dignissimum sine tua ingenti gloria commemorari non posse? Nam quis unquam perfideram illud schisma quadraginta annos clericorum favoribus investitum Constantiam sublatum fuisse narrabit; qui non continuo tua auctoritate, tua vigilantia, tua singulari prudentia sublatum fuisse dicat? Quis nescit patientissimos labores tuos cum Pyrenaeos montes per nives & glacies media hyeme transcenderes, aut difficillimas itiones tuas in Gallias, Angliamque, cum omnes reges & principes ad extinguendum commune incendium quasi stimulus excitares? Cuius ex toto orbe prelatos ecclesiae ad sacrum concilium tuis humeris deportares? Cujus concilii memoriam nulla unquam delebit oblivio, cuius laudes nulla aetas conticescat. Pacem peperit ecclesia, tranquillitatem atque concordiam sacrum illud generale concilium. Stetit ab illo ecclesia in magno honore, in summo otio annis fere quatuordecim; tantum enim fuit pontificatus Martini papae V. meo iudicio sapientissimi atque moderatissimi principis, si ex eo viro, quod minime decebat nimiam dempseris parsimoniam, qui quidem moriens triste nobis sui desiderium reliquit. Etenim qui sub illo res Romanas florentes vidimus, curiam amplissimam, collegium concordissimum, civitates opulentissimas, summa pace perfruentes, omnia paulo post immutata immeritaque desecio quo iudicio Dei (neminem enim accuso) non possumus non dolere. Te quoque, piissime imperator, (neque enim aliter de tua singulari humanitate atque clementi natura existimare debemus) fines Romanos magna puto misericordia praeterisse, cum agros depopulatos cernereres, domos passim aut dirutas, aut incensas, civitates ipsas vacuas civibus, plenas formidine; quas tamen tuus ille sub urbem accessus in tanta miseria recreabat. Quid urbis Romae squalor, quid miserorum civium desperatio, quid nocturna colloquia, quid ante pedes tuos lacrymae non movebant? Quid ipsa templa in toto orbe sacratissima, quorum vastitas, quorum rapinae, quorum incendia in obsessa urbe timebantur? Quid vulnere tuum immutari video, quid lacrymas repente decidere? Age, age, convertam orationem, ne imagine rerum, quas tu ipse vidisti miserabiles, cor tuum piissimum misericordia confodiam, simul & me dum rem Romanam desitutam desecio, eos tangere videar, quod minime impraesentiarum proposui, per quos desecrata res est.

a P. P. M. M.

demate, quod bonum, fructum, felixque sit tibi imperioque Romano. Quanto vero tui desiderio hi sancti patres venerantur, declaravit hodie tua die in adventu tuo sequens omnium ordinum concursus, declaravit communis omnium letitia, quam quisque in vultu atque in fronte gerebat. Nam profecto dum aberas, semper tui memoria in sinu horum patrum habitabat, semper in medio quocumque convenerant, tua imago residebat.

Unusquisque enim a te salutem ecclesiae futuram arbitrabatur, qui ab initio huius sacri concilii legitime congregati primus omnium affuisti, nec solum affuisti, sed etiam tua auctoritate in magnis periculosisque rebus accerrime protexisti. Aderant literae tuae certissima tuae voluntatis testimonia, aderat hic illustrissimus atque gravissimus vir Gulielmus Bavaris dux, cuius gratissima officia nunquam demeritis horum praestantissimorum patrum decident, nunquam sua sapientia, sua humanitatis immemores erunt. Tu & Sigismunde quid aliud Romae agebas, nisi ut sacrosanctam huius synodi, quae catholicae ecclesiae imago est, auctoritatem defenderes, nisi ut admoneres, si parum impendentes calamitates prospicerent, saltem praesentium incommodorum periculis moverentur, diceretque non posse ruinae ecclesiae fulciri, non posse sciam ejus auctoritatem refarciri, dissoluto, quod Deus Cavertat, hoc sacro Basileensi concilio tam solemniter & pro tam necessariis causis restitutum, de cuius legitima institutione satis liquet ex suis scriptis constare arbitror, modo sint qui legere velint. Quamquam ego quod meminim neminem adhuc de ipsius institutione dubitare percepi, ne illorum quidem de numero quisque sint qui contra ejus auctoritatem moliantur. Nam si sacri Constantiensis concilii tenenda sunt decreta, illius dico concilii, per quod teterrimum illud schisma sublatum fuit, restat ut legitima sit huius sanctae synodi institutio. Ex illo enim radices habet; at ego qui illius concilii auctoritatem negarit, nullum haecenus hominem fuisse scio, praeter illas duas immanissimas belluas & feroissimas ecclesiae pestes Joannem & Hieronymum, quos tunc sacrum illud concilium iusta animadversione multavit. Quamquam quid ego illa portenta in humanitate numero?

b P. P. M. M.

Dixi breviter de legitima institutione huius sacri Basileensis concilii, velim tunc, clementissime imperator, ut adhuc facisti, attente me audias, donec de causis institutionis quas paulo ante necessarias dixi, pauca disputavero. Tria sunt omnino propria honestissimae professionis huius sanctae synodi propter quam convenisse profectur.

Primum opus pium, sanctum, religiosum, nempe pro ipsius religionis inviolabili observatione susceptum, proque reductione eorum qui ab institutis ecclesiae & verae religionis aberraverint, quorum duo sunt genera sanctae Romanae ecclesiae praecipue infecta, Graeci scilicet & Bohemi. Malum illud inveteratum, hoc immanius. Graecorum nequitia fortasse pernicacior quam longa aetas difficiliorem reddidit, Bohemorum rabies pestilentior utpote per omnem impietatem atque servitiam debacchata in religionem, in templa, quos non sacerdotum reverentia, non ipsa ars ab illorum atrocita-

ANNO
CHRISTI
1613.

ANNO
CHRISTI
1613.

citare vindicarent. Nec Bohemias finibus con-
tenta, latius quoque eadem rebies in fœditi-
mas provincias pervagata est, capta Germa-
nia oppida, incensa, spoliata, diruta. Quid
quod pessima labes dum negligitur, dum il-
li suis versutis, ut hæreticorum natura pel-
lax est, fallacias intendunt, piget dicere,
paulatim tamquam virus pestifera in plurimos
diffusa est. Quid igitur? Abeamus, sinamus
morbum istum in nostram perniciem cresce-
re, satis sit Germaniæ, si pro sua fide mis-
ericordia dignam patemur, mutemus locum,
Bononiam profisciscamur ut Bohemos quos vix
huc traximus, fama forte concordissimam civi-
tatis captos Bononiam traducamus. Non pla-
cuit. Remanerat enim professionis sum.
Quid igitur actum? Venere oratores Bohe-
mia, audiri patientissime & diu quantum
unicuique libuit. At quid audisse profuit?
Quid profuit? Vis uno verbo absolvam? Tan-
tum profuit, quantum nocuit hæcenus illis
flagitantibus distulisse. An non perspicuum est
ista audientia concisos esse illorum petulantem
nervos, contractam audaciam, contractam lo-
quacitatem? Jam non dicent negari auditum
ad loquendum, vitari suas verissimas ratio-
nes. Abierunt qui boni, edocli, qui perti-
naces, confusi. Missi nostri legati Bohemiam,
reversi Bohemorum iterum, nostri iterum
missi. Injeda inter eos contentio, boni pa-
cem cupiunt, cupiunt parere ecclesiæ; qui
minus boni, pacem quidem appetunt, sed
paciæ conditiones querunt; qui prorsus mali,
potentia turbant. Res inclinata est, populus
spe paciæ erectus est, languescit exercitus,
fluunt arma de manibus, spe magna concilia-
tionis & paciæ. Quod si provenerit, bone
Deus, quantam & quam immortalem gloriam
hæc sancta synodus reportabit? Sin autem per-
tinaces esse maluerint, tunc justo dolore ad-
versus tam sceleratam arrogantiam omnes Chri-
stianitatis principes, tuque imprimis, fortissi-
me imperator, exardescere debent, gentem-
que immanissimam adjuvante totius Germani-
cæ juventutis delectu, favente auctoritate,
faventibus votis ecclesiæ, armis, equis, viri-
bus profligare. In Græciam quoque missi le-
gati, a quibus nihil adhuc certi habemus pro-
pter maximam regionum distantiam. Quod si
Græcorum legati, ut Romam iisse perhiben-
tur, ita Basileam venissent, esset fortasse ho-
die non minor spes Græcorum reductionis,
quam Bohemorum. At certe quod affirmare
possum hujus sanctæ synodi studium non de-
fuisse.

a. P. P. de
S. S. S.

Secundo loco suæ professionis institutum hæc
sancta synodus profitetur a summo ad imum
per auctoritatem omnipotentis Dei, omnes ec-
clesiasticos ordines, magnum quidem opus &
necessarium collapsæ veterum disciplina, quoad
poterit, reparare. Nam profecto, ne nobis
blandiar, omnis fere ecclesiastica disciplina a
clero defluxit, priscaque religio jampridem in
nobis desideratur. Ubi enim antiqua sanctimo-
nia? Ubi sacrarum literarum studia? Quis
mihi nunc Hieronymos, quis Ambrosios, ubi,
ubi terrarum reperiet? Corrupti ordines, cor-
rupti mores, ut est humana natura proclivis
ad malum, nimia episcoporum negligentia ni-
miæque delictorum impunitate peccandi venit
audacia. Quæ profecto poenis & censuris vo-

A his partem coercenda est. Atque hæc omnia
mala in ecclesiam proruperunt postquam de-
stitutum est generalis concilia celebrare; & adhuc
reperitur, heu stertens miserum! qui hujus
sacri concilii dissolutionem querant, cæcus au-
storicatem vix, ut videtis, defendere pos-
sumus. Hæc pluribus defendenda essent, si vobis-
cum patres agerem. Quæ cum in aliis oratio-
nibus meis refero, tum in deputationibus
vobis dicenda. Nunc ad imperatorem lo-
quor.

Tertia pars suscepti muneris tota pietatis
plena est ad bellorum incendia extinguenda
paciæque compositionem conversa, cæcus ut
dulce nomen, ita pax ipsa cum jucunda tam
salutaris. Pax enim civium salus, vitæ liber-
tas, mater quietis, foror concordie, comes
justitiæ, rerum nutritrix: Bellum e contra po-
puli strages, vitæ periculum, stimulus fero-
ris, frater discidiæ, amor rapinæ, comes
violentie. Quod monstrum tetrum, horren-
dum, impium jampridem sanguinem Christia-
norum, heu pias! hausit. Nam quid Italiam
clades numerem, Italiæ inquam reginæ pro-
vinciarum in qua nunquam bellorum fluctus
jam a tot annis penitus, detumere? Quid
Cyprum referam tributariam impiissimi regis
Ægyptiorum post illam miseram captivitatem
nostram sanctæ religioni contumeliosam? Quid
Prutenorum pericula? Quid graves regum Hi-
spaniæ discordiæ? Quid ipsam Germaniam?
Quæ nisi hic sua fortuna celebraretur hoc ge-
nerate concilium, tota jampridem bellorum
incendiis consumeretur.

Heu, heu, non possum sine lacrymis in
memoriam revocare incitum Gallorum re-
gnum, quo stante nunquam jacuit ecclesiæ,
jam longo bello intestinisque discidiis pene
deletum. Heu, heu exhaustæ vires, exhaustæ
potentia, exhaustæ denique omnia præter
odia. O firmissimum ecclesiæ robur! o singu-
lare præsidium! sic urbes tuas quondam for-
tunatissimas, desolatas cernimus? Sic pul-
cherimos agros tuos horrentes sicut? Sic flo-
rentissimam nobilitatem gladio cæsam? Quid
Distrorum manus impurissimas? Quid par-
ricidia? Quid sacrilegia? Quid templorum
profanationes querat? Urbs vero illa toto
orbe pulcherrima, domicilium potentissimi
regni clarissimum, quanto in luctu, quanto
in squalore jaces? Quid universitas illa, il-
la inclita sacrarum studiorum officina, ma-
gistra morum, lux veritatis, expultrix hæ-
resum, norma disciplinæ, non dispersa, non
pene obruta? Bella quidem bonis artibus ini-
mica semper fuere, quas oculum & pax nu-
trire semper conserverunt. O tellus inclyta,
tot Christianissimorum regum alumna, quam-
diu membra tua lacerari divellique lamenta-
beris? Quamdiu ingrati orbis auxilia frustra
implorabis? Quod si fortissimi heroes, illu-
strissimi reges tui reviviscerent, orbemque
ingratitude exostularent: Nos quasdam
ecclesiam toties instauravimus, nos toties no-
stræ religioni rebelles populos profligavimus,
nos mare transivimus, nos vulnera perpe-
si, nos sanguinem nostrum fundimus, ut
religionis nostræ fines protenderemus. Ea
ardet patria nostra, in qua nati sumus,
ardet bellorum incendiis regni nostri claris-
simum domicilium. Ubi beneficiorum memo-
ria? Ubi pietatis officia? Quis ferre possit

justitiam gravemque Christianissimum regem A quo jure judicasset debere ecclesiam sese & que ab ecclesia receperunt. Itaque & lega- tiam onera & longarum viarum discrimina etiam impensis propriis nemo recusavit, pecunias quoque nonnunquam, ut exigebat res, viritum collectas. Cum interim Romae pecuniis provinciarum vectigaliumque Romanae ecclesiae omnes bellorum stipendiis absumantur. Non tamen damno militum * praefidia: scilicet faciunt, si sese armatis muniunt. Scimus Nicolaum Urbem ipsam cujus portas jam tot annis clausas nemo viderat, cum magna non militum, sed latronum manu obsidere, eujus vires in perniciem multarum civitatum ecclesiae, ipsius ecclesiae opibus invalere. At

At video temperandum mihi esse orationi.

Cur, inquit, piget dicere? Dicam tamen: Audivisti, justissime imperator, nodiverunt iterum patres hi quanta cum modestia gloriosissimi regni indignas calamitates deploraverim: nullas tetigit partes, nullas controversias, nulla jura regni, & tamen vereor ne cui gravis nostra videatur oratio. Plus dicam, non ab Anglicis metuo, sed a Gallis, non a laicis, sed ab episcopis, quos quidem decebat ab omni factione remotos pacis auctores esse. Hujusmodi tamen quilibet sunt, videant ne magis suarum cupiditatum vitio quam nostra oratione commoti esse videantur. Nam profecto si moderatissima verba ferre non possunt, nescio tandem a quidquid eorum patientia dignum judicari sine. Etenim de me ipse concesso. Scio civitatem illam gloriosissimam, in qua natus sum, urbemque Genuesium, graves inter se inimicitias habere, partim veterum crecentissimorum bellorum, partim recentis pugnae memoria. Si quis tamen mihi Genueses patientissimos viros magni excellentisque animi dicat esse, non negaverim. Neque enim ulla inimicitia cum virtutibus suscipienda sunt, mortuorum praecipue, qui omni invidia carere debent. Idcirco si antiquas Gallorum laudes commemoravi, quod barbari libenter faciunt, si qui fortasse i-

gre ferant, eos barbaris inhumaniores puto. Sed jam redeo unde abii; ad tria scilicet illa satis ut puto dilucide superius explicata propter quae haec sancta synodus convenisse profiteretur. Quae utinam essent tam facilia factu quam sunt necessaria. Ideo si causas institutionis hujus sanctae synodi necessariae dixi, non minus hoc vere dictum, quam si suarum domorum curam habere velint, necesse esse flammis imminentes repellere. Aut si dicerem gravissimo morbo medicamenta esse necessaria. Recte quippe mortifera bella haereses & sevitias Bohemorum terribilo incendio comparaverim; corruptelas vero morborum gravissimo morbo. His ergo intentis haec sancta synodus cum Bohemis nil quidem omisit, quo minus res illa componeretur: in qua re tanto acrius insistendum putavit, quanta omnium periculosissima videbatur. Tum etiam patres hi honestissimi judicabant, si tua Sigismunde, opera ecclesiae regale patrimonium restitueretur, qui eo carere maluisti, quam aliquid contra ecclesiam auctoritatem patris. Paci quoque plurimum operae datum est, nonnullas etiam saluberrimas leges promulgatae, quibus tamen vehementiori spiritu haec sancta synodus intendisset, ni variis undique importunitisque rationibus, quae quidem notissimas tibi sunt, hactenus resistendum tibi

fulset. Satis enim superque difficile fuit diversis legationibus apud reges & principes auctoritatem ecclesiae potuisse defendere, declarareque, hanc sanctam synodum, non conventum malignantium, sed pietatis esse, non nefandam Babylonem apud quam scelestum aliquod facinus oboriatur, sed ecclesiam catholicam imaginem, in qua speramus salutem ipsius ecclesiae orituram. Quod quidem fieri minime potuisset, ni patres hi jam pridem a-

quo jure judicasset debere ecclesiam sese & que ab ecclesia receperunt. Itaque & legatiam onera & longarum viarum discrimina etiam impensis propriis nemo recusavit, pecunias quoque nonnunquam, ut exigebat res, viritum collectas. Cum interim Romae pecuniis provinciarum vectigaliumque Romanae ecclesiae omnes bellorum stipendiis absumantur. Non tamen damno militum * praefidia: scilicet faciunt, si sese armatis muniunt. Scimus Nicolaum Urbem ipsam cujus portas jam tot annis clausas nemo viderat, cum magna non militum, sed latronum manu obsidere, eujus vires in perniciem multarum civitatum ecclesiae, ipsius ecclesiae opibus invalere. At Bo supreme caeli rector atque hominum, pestem illam avertit a moenibus Urbis, a templis, ab aris, a sanctissima sedis apostolicae domicilio, ab ipso denique populo Romano qui si ullo tempore in Romanam curiam peccavit, hac tamen longa praesentium incommodorum patientia & bene de ecclesia meritis & misericordia dignus videri debet. Vides, jam sapientissime imperator, hanc sanctam synodum non immemorem suae professionis esse, quae tot impiorum maledictis laecessitur, qui tamen nil quidem confingere didicerunt, quod non per se falsum nullo refellente videatur. Veritas quippe non eget patrocinio, ultro se se offert modo sint qui in eam intrari velint. Nam licet illam varis circum errorum nebulae sepiant, tamen ut sunt vanissima, sapientis obtutus ferre non possunt. Audi ergo quam inepte calumniatores hujus sacri concilii contumelias faciunt.

Queruntur omnino, si bene collegi, quinque, quibus quasi jaculis confodere student hanc sanctam synodum.

Dicunt enim primo magnas omnium spes fuisse ab initio hujus synodi, caeterum utilitatem jam duobus annis nihil apparere. Hanc itaque partem primum confutabimus, reliquas deinde suo quoque in loco subjiciemus. An pro nihilo reputabunt tot exacto labores in re Bohemorum? tot studia? tot vigilias? An pro nihilo ducent auctoritatem ecclesiae in tantis oppugnationibus fortiter sustinuisse; factis videri debet hactenus incredibili virtute atque constantia resistisse, totque in unum sanctos ecclesiae patres tot illustrissimorum regum legatos in hoc loco sanctissimo coegisse. Quod quidem egisse, ut est salutare ecclesiae, ita sine horum patrum maximo gravissimoque periculo minime actum. Nam si ut in magnis periculosisque rebus justae plerumque causae adversos rerum exitus consequantur ita in hac nostra imo ecclesiae justissima causa contigisset. Videbant nimirum patres hi quae ipsorum pericula futura essent. Sciunt enim unusquisque quam rem operantur; illis itaque semper meo judicio res Romanae debebant, qui ab initio hujus sanctae synodi periculum ecclesiae subire suis periculis voluere. Vides quam stultum sit id obijcere, quod possit in maximam horum praestantissimorum patrum laudem converti.

Secundo dicunt nimis circa sedem apostolicam intentos esse hos patres, caetera minus curare. Scire velim ab his si quippiam eorum ut digni essent, omnium membrorum vitio laboraret, prius ne in caput an fortasse

in pedes curam consuetudinem putares. Si nemo tam delirus qui non in caput fateatur, cur carpitur hæc sancta synodus, si ut ratio atque ordo poscebat, capitis imprimis curam habendam censet, a quo salutem totius corporis necesse est derivari. Nec tamen reliqua membra neglectui esse concedo, cæterum ad illa præcipue intendi quibus omnia status ecclesie consistere non potest. Nam quis non videat: quamlibet multa egerimus decreta, sanctiones, leges, nequiquam fieri omnia, nisi fides apostolica exequatur. Ideo mea semper fuit opinio summam rerum in Romano pontifice residere, nihilque tam Christianis hominibus expectandum, quam ut tibi sint qui in illa sede collocantur, de qua deici nequeunt. Et certissimi pessimi essent, sine maxima totius ecclesie vexatione.

Tertio loco non usquequaque servari gravitatem, res nimis præcipitari querantur. O amentiam hominum inconsiderate loquentium! Non putet commentas vanitates impurissimo ore proferre? An præcipitatum quioquam duorum annorum patientia? Aut in ullo violata gravitas nisi forte orando, obsecrando, postremo monendo, quod & ipsi fecimus alioque ut facerent cohortati sumus. Deum deinceps hominesque testamur nos hanc ecclesiam causam pro communi utilitate suscepisse, proque auctoritate ipsius ecclesie conservanda. Non hic privatas opes, non honores, non potentiam querimus. De republica agitur, neque ea levis aut ludrica res est. De ipsa quippe religione disceptatur, cujus patrocinium multis hæcenus periculis nobis constat. Sed quid ego hæc tecum, clementissime imperator, qui tot labores pro conservatione hujus sanctæ synodi, a qua pendeat salus ecclesie, primus omnium suscepisti.

Quarto contendunt non licere patres juratos esse, quod in Concilio Constantiensi servatum non fuit. Inspiciamus ergo prius cuiusmodi sit ipsum jusjurandum: deinde liceat necne facile indicabimus. Quatuor omnino articulis continetur. Jurante sine fraude consilium aliquod aut periculum parere possint consuleri. An quisquam hoc inficiari possit recte fieri quod in omni senatu bene institutarum civitatum semper servatum fuit? Quis enim esset consultorum gravitas, quis plebis in patres reverentia, aut quis denique esset consilio locus, ni metu poenæ futilitas excluderetur. Ipsum quippe consilii nomen a silentio dictum videtur. Sæpius namque res magna consilio & taciturnitate quam armis geruntur. Quo in genere laudis Venetorum servatus (ni amor nostræ civitatis me fallit) omnes republicas, quæ ante fuerunt, mihi quidem excellere videtur. Jurant non recedere inconsulto aut renitente concilio, quod quidem ut ita fieret ipsa conditio temporis necessarium fecit. Jurant demum parere decretis quibus absque ullo juramento identidem obligati essent. Nec mirum videri debet si pro eorum conservatione decretorum omnis adhibeatur cura, quorum contemptores in supremam Dei majestatem impie peccant. Nam si jura humana legesque civiles violare scelus est ab ipsis legibus severissime vindicatum, quanto detestabilius ecclesie decretum negligere quæ Spiritu Dei in sacrosanctis

concilio promulgantur? At honestum est patres juratos esse, sed non licet, quia in concilio Constantiensi servatum non fuit. Paganitia hæc sunt, sacri idem honestum quod illicitum esse dicemus. Nullum quippe illicitum honestum esse potest. Jam vero petere ab his libet si concilio Constantiensi collibisset exigere a patribus jusjurandum, nam quid id facere licuisset? Nihil hic horridum est, fatari necessitas subigit, quoniam honestum, licuisse. At si licuit concilio Constantiensi, etiam huic sanctæ synodo nimirum licebit. Etiam generalium conciliorum semper fuit eritque par potestas. Eadem quippe in omnibus conciliis est ecclesie quæ nedom consuetudines, sed ipsæ etiam decretorum sanctiones pro temporum rerumque diversitate immutare potest. Neque enim semper fore aut semper erunt, quæ nunc sunt in generalibus conciliis instituta. Temporibus cadunt tempora, consuetudinibus consuetudines legibus item leges. Sed & in concilio Constantiensi in omnibusque conciliis patres quamvis non jurati quatuor illis articulis nihilominus obligati fuerunt, quorum violatores si non perjuri, sceleratissimi tamen judicandi. Nisi forte dicere velimus non esse in prebendis consiliis a fraudibus dolive, aut in prepalatione consultationum a sociorum periculis abstinendum, nisi ad id nos prius jusjurando obligaverimus, itemque non teneri illis legibus quibus nos non juraverimus obtemperaturos: & hoc puto de latronibus supplicia indigne sumi, qui certe nec leges servare nec a latrocinio abstinere juraverunt. At nemo tam delirus qui hoc dicere velit. Quam multa enim sunt, quæ non jurati observare debemus? Restat ostendere cur patres non jurati non possint sine perjurio recedere inconsulto aut renitente concilio. Quid mirati estis? Quasi contraria dixerim, posse scilicet quempiam in ea te perjurare, in qua nullum præstitit jusjurandum. Non sum ita rerum inficius, ut hoc dicere velim. Sed dico, omnes episcopos ad id jusjurando tenari. Ministri enim, patres, quid in consecrationibus juret episcopus, nempe illud imprimis: Vocatus ad synodum, ibo. An ut cum primum concilii locum attigerit, possit suo arbitrio discedere, & sic sacra concilia loddibit loco habere, quasi laxandi animi gratia ad concilium eundem sit, non quod ulla episcoporum opera aut industria desideretur. Non sic profecto, non sic. Nam si jussi veniant, injussi redire non debent: Eadem quippe vis juramenti quæ ire coegit, cogit quoque non recedere inconsulto aut renitente concilio. Per vulgata est enim juris sententia, Non dicatur venisse qui non stetit. Quamquam ego in hoc concilio nemini adhuc sclo negatum esse reditum, modo aliquam honestatis causâ rationculam allegarit. Non est ergo, ut plerisque videtur, ita imperiosum id jurare quod etiam absque ulla juratione observare quis debeat.

In quinta parte eadem queruntur non haberi honorem nationibus, ut in concilio Constantiensi, nempe pro nationibus deputaciones introduci esse. At ego in hoc sacro concilio ex omnibus indicatis quæ plurima prætant sapienter excogitata, gravissimæque provisæ, hoc potissimum Dei consilio actum fuisse existimo, quo nationum dissensiones tollerentur, liber-

ANNO
 CHRISTI
 1431

ANNO
 CHRISTI
 1431

libertasque ecclesiastici ordinis servaretur. Sci-
 mus enim nonnullas nationes inter se capita-
 libus inimicitis inveteratque odiis dissidere,
 multaque ob id in ipso Constantiensi concilio,
 ut probe meministi sapientissime imperator,
 rixas discordiasque extirpsisse & multa adeo in
 rebus agendis impedimenta, & cum in for-
 mandis decretis nationes non tam opinione
 quam odiis dissentirent. Tum quot concerta-
 tiones, cum alia alii sese proponere stude-
 rent? Hic mixtae omnes nationes communi
 quodam societatis vinculo continentur. Nam
 utriusque nationis propriis oblitus, nil ni-
 si de communi utilitate commodisque repu-
 blicae cogitandum ducit, nulloque regum prin-
 cipumve imperio ut in nationibus subijcitur. B
 Quatuor vero deputationibus omnes commo-
 de distributi. Nec vulgus clericorum admitti-
 tur, ut in nationibus qui ut ipsi per se nil
 graviter consulere possunt, ita aliorum recta
 consilia perturbare, sed graves tantum docti-
 que viri qui recte sapienterque consulere pos-
 sint. Ipsi quoque deputationes tres a patribus
 professionis hujus sanctae synodi appellatae. Pri-
 ma ab ipsa religione fidei vocabulum sumpsit,
 secunda pacis, tertia reformationis, quarta
 communis dicta. Utinam ergo nationum no-
 men a sacrosanctis conciliis diu absit.

Hactenus obrectatoribus respondisse satis
 sit: Nunc te, Sigismunde, per Deum immor-
 talem oro, per pietatem sanctae matris eccle-
 siae, per Romani imperii majestatem, ut vir-
 tutem tuam explices, neu finas sanctam reli-
 gionem nostram ullo impiorum scelere conta-
 minari. Vide quid ecclesiam debeas, & quid
 ecclesia tibi. Utrumque te, ut puto, excita-
 bit. Memento tu eundem esse, qui jam viginti
 fere annis pulcherrimum illum triumphum de
 sacro Constantiensi concilio cum magna gloria
 reportasti. Potes nunc quoque quam maxime
 gloriae tuae fines protendere. Numquam
 ecclesia tuam virtutem magis imploravit. En
 ut miseris & luctuosis rebus quas supra
 commemoravi, unum addam quod te imprimis
 exposcit. Nuper in generali conventu hujus
 sanctae synodi lectae literae, quae dum D
 legerentur patres hi lacrymas non tenuerunt
 quibus nunciatum est. Pilsinae oppidum no-
 hile quidem & opulentum in magno periculo
 esse & jam Procopium furem illum impurissimum
 cum magna latronum manu portas oblidere.
 Quis illius archilatronis scelera comminiscens
 non horrescat? Nam quo se parricidio fax
 illa belli, scelerum omnium caput non contami-
 navit? Et adhuc o terra monstrum illud in-
 expiabile sustine, & tu sol vides? Quae
 crux quod patibulum belluam illam immanis-
 simam, tot facinoribus coopertam; induere
 condigne possit? Non ille aris pepercit, non
 sacerdotibus. Nil pensi habuit puer an senex,
 mater an virgo. Omnia divina humanaque igne
 eade, strupro, ruina turbavit. Nec tam ipse
 saevitia grassatur, quam religionis odio furit.
 Varia praeterea diversi que tormenta in misero-
 rum supplicis experitur, ut jam ab impiissi-
 mo latrone mors nunus sit non poena. Et hic,
 hic loquam parricida in hoc, o patres, tem-
 plo, in medio vestrum fuit legatus regni Bo-
 hemiae, nec puduit coram aris, tot templorum
 everforem loqui. Vidistis diram sacrilegi illu-
 viam palloremque, tum oculos igneos, truce-
 lentos, visu horribiles, quibus unumquemque
 Concil. General. Tom. XXIX.

vestrum ad necem sedens tacitus designabat.
 Eja igitur, Sigismunde, ne cessa cum hoc san-
 cto concilio patrum, in hoc rerum naufragio,
 ut adhuc fecisti, ecclesiae sacrosanctae succurre-
 re. Nunquam post Constantiense concilium
 tam pulcra occasionem nactus propagandae glo-
 riae tuae. Nec te moveant sacrilege quorum-
 dam voces qui gloriam tuam labefactare con-
 tendunt, nec satis considerant quid majestatem
 tuam deceat, dum propriam libidinem ex-
 pleant. Scimus plerosque macinas ad te ex-
 pugnandum moliri, nonnullos insidias succen-
 turiatos esse, quo magis constantis tua opus
 est. Possem hic clarius loqui, sed satis est,
 si hoc unum moneo, ne illis aures patefacias.
 B qui te ab hac sancta synodo alienum facere
 student. Nam quid faceres illi si quis tibi ita
 suaderet. Cave Sigismunde ne promissi memor-
 sis, cave ne inter fas nefasque quicquam pen-
 si habeas, cave ne quid ecclesiae te debere
 existimes. Nimirum majestatis reum quoquo
 dignum supplicio judicares. Haec enim Pro-
 copii consilia, non hominis qui ullo pudore
 tegatur. Atqui eodem spectant eorum consi-
 lia, qui te ab hac sancta synodo alienum fa-
 cere student. Quis tibi tanto magis pertime-
 scenda atque eo perniciosiora quod multis in-
 volucris id ipsum impie moliantur. Hos tu
 abige; repelle, arce, non solum a conspectu
 tuo, sed a limine quoque tamquam pernicio-
 sissimos hostes. Jam in te unum existimare de-
 bes omnium spes esse converfas, omnium te
 oculos intueri. Hanc spem tua nobis pietate
 jampridem praestitisti, cum hanc sanctam syno-
 dum ab initio rebus adhuc exiguis ingenti fa-
 vore prosecutus es. Quid igitur? Dubitabimus
 ut tuae gloriae te praeniteat, utque hanc san-
 ctam synodum auctam jam deseras, atque edi-
 ficium hoc pulcherrimum diruas, cujus tu
 fundamenta jecisti? Minime quidem. Quid e-
 nim aliud hoc esset, quam contra seipsum
 pugnare? Nam profecto dum cogito, quae ab
 initio perpeffa fuerit haec sancta synodus,
 quantis casibus jactata, quantisque undique
 periculis laceffita; quod stet ecclesia; tibi im-
 primis post Deum, atque huic fortissimo vi-
 ro Juliani sanctae Romanae ecclesiae cardina-
 li attribuendum puto. Vide ergo quantum
 ambobus ecclesia debeat. Tu cum primum in-
 stare tempus sacri concilii celebrandi, tam-
 quam ad consuetam jam gloriam primum om-
 nium assuisti, tuaque auctoritate res labantes
 firmasti, neque etiam dum aberas favores tuos
 haec sancta synodus usquam sibi abesse sensit.
 Hic vero dignissimus cardinalis praesenti haud
 defuit operae quominus periculum ecclesiae suo
 periculo subiret, quantoque res difficillima
 videbatur, tanto acrius insistendo putavit.
 Neque fluctuantibus rebus cessit, aut minus
 speravit cura undique premeretur. Memine-
 rat enim sapientissimus vir hanc esse in re-
 bus humanis conditionem, ut ubi boni quid
 ceptum sit operis, id quando praestantius tan-
 to magis mortalium morbo atque adeo caeci-
 tate oppugnari solere. Contra mala plerum-
 que ab ipsismet adjuvari, in quorum calami-
 tatem redundant. Igitur ut prudens nauta
 in difficillima tempestate nunquam clavum
 dimisit, cumque alios semper patientia sup-
 raret, tunc etiam seipsum vincebat, ubi maxi-
 mi cujuspiam laboris aut periculi species ob-
 jectabatur. Hujus itaque viri virtute quem om-
 nis

• Al. Mem.

• in Bohemia.

• Atque is
 ipse pater
 sanctae Basile-
 nensis Syno-
 dialis legatus
 & Florentinae
 synodi pater ma-
 gnae fuit.

H h h h nis

ANNO
CHRISTI
1431

nis etas celebrabilis, nosmet ipsi nobis atque A
ecclesie redditi ac restituti sumus, stabilita
ecclesie auctoritas, sancta hanc sancta synodus,
adeo ut a minimis principibus iam pulcherrima
facta sit. Sed quid ego hunc virum natum
ecclesie, cui semper res Romane debebunt,
pluribus prædico, cum hos præsertim omnes
sue virtutis testes habeat parres, qui utrum
eum magis diligant an adimerentur incertum
est. Hi testes laborum, hi vigiliarum, hi summe
integritatis atque innocentie; hos confortes
habuit gloriosi operis. Denique illud effecit
ut qui hac amplissima dignitate haud quamquam
minor apparuit, posse quoque ad majora
sufficere omnium opinione videatur. Ergo quid
illi pro tantis meritis debeatur, videt ecclesia
& debet fatetur. Sed utcumque res ceciderint
ab immortalis Deo immortalia præmia consequetur.

Age igitur, Sigismunde, perge tu quoque
id perseveranter perficere quod certa & constans
ratione pulcherrime inchoasti. Habes hic, aliorum
pace dixerim. sacri collegii florentiam. Habes
lectissimos episcoporum, habes collectos in omni
genere doctrinæ præstantissimos clericorum
qui tibi erunt socii gloriosi laboris. Hæc vero
existimare debes cum hi te orant, te ab alio
quoque quam ab ecclesia rogari, cuius preces
tantum apud se valere debent quantum in ipse
sæpe professus es, cum pro ecclesia etiam vitam
periculis obiectare te semper paratum dices. Religiosa
sane magnanimi imperatoris sententia & te
quoque genere digna.

At vide quid te orant hi patres quibus certum
est male omnia perpeti quam aliquid contra
ecclesiam auctoritatem pati. Rogant primo ut
cum hac synodo auctoritatem ecclesiam sustineas,
utque ecclesiam sacrosanctam ab impiorum
scelere defendas, qui eo usque temeritatis
processerunt, ut jam audeant (heu sacrilegum
nefas) hanc sanctam synodum, quæ catholice
ecclesie imago est, hæreticam dicere. Quo
maledicto nihil dici potest sceleratius aut
excogitari: legimus aliquando erasse pontifices,
ecclesiam scimus neque unquam errasse, neque
errare potuisse, alioquin religionis nostræ
instituta penitus vacillarent. Liceat ergo
his sanctis patribus quos hic frequenter cernis,
liceat compluribus optimis viris qui in hoc
concilio vita sancti sunt, hæresis nomine carere,
ne tu quoque alique item reges convenisse
cum hæreticis videamini. Rogant deinde ut
quoad potes, cum hac sancta synodo miserima
Christianitatis bella componas, quæ ea demum
ratione facillime compones, si te nullarum
partium feceris.

Te igitur postremo Sigismunde hic ante aras
in hoc loco sanctissimo deprecor, ut in hac
honestissima societate, quam cum hac sancta
synodo jam pridem inisti, constanti studio
perseveres, nihilque in terris Deo excepto sine
quo ecclesia esse non potest venerabilibus
partibus ecclesia sacrosancta.

FINIS.

Basileæ vi. Idus Octobris.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Unde vero, lector candidè, hoc mihi tibi que annus
poderis, dices, amabo, ex adscripto hæc orationis
testimonio viri in literas literatque omnes benevolentissimi
mi mihi que jam pridem amicitissimi.

Ego Nicolaus Catharinus Bituricensis senator & ad-
vocatus regius in profana Bituricensi hæc
orationem ex codice manuscripto Petri Talle-
ru, viri clarissimi presbyteri Bituricensis, in
gratiam Philippi Labbe, viri quoque clarissimi
presbyteri & theologi ex societate Jesu,
& concilio omnium editoris, exscribebam
mense Februario 1667. Avarici Biturigum.

ANNO
CHRISTI
1431

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Scriptæ quoque ad me Divisione V. C. Philiberto de
la Mare acator in supremo Burgundie curia suis quoque
incubationibus nobilissimus, in bibliotheca sua
codicibus manebat conciones, sermones, sive orationes
in Basiliensi concilio a viris doctissimis habita observari:
quarum ipse catalogum misit in hæc verba:

Ex bibliotheca V. C. Philiberti de la
Mare senatoris Dracunculæ.

Sermo in concilio Basiliensi habitus, incipit, *si quis vestrum*.
— incipit, *non arbitror vos*.
— incipit, *mirabitur fortassis*.
— incipit, *& Andream fratrem ejus*.
— in die S. Francisci 1432. habitus in concilio
Basiliensi per M. Matthiam provincialem
Minorum Saxonie.
— incipit, *cum innumeris*.
— incipit, *aggredior nunc*.
— incipit, *assumptus est in calum*.
— incipit, *medium vestrum fletit*.
— incipit, *non sum adeo*.
— incipit, *erunt signa in sole*, a Joanne de
Turrecremata in concilio Basiliensi secunda
dominica adventus.
— incipit, *luceat lux vestra*.
— incipit, *tulerunt mihi pallium*.
— incipit, *instantis sacratissima*.
— incipit, *quicumque hæc regulam*.

Oratio Isidori abbatis sancti Demetrii C. P. ad
Basiliense concilium, incipit, *primum quidem*.

Sermo, incipit, *mos est magna laude*.
Joannis Palmolog. imp. CP. missiva ad concilium
Basile.

Sermo, incipit, *tam celeberrimis casus*.
Oratio funebris in concilio Basiliensi habita
de morte Joannis Portugalie regis.

Sermo, incipit, *dei iam grati*.
— incipit, *quicumque scripta sunt*.
— incipit, *ne solliciti estis*.

Propositio Petri Dignensis episcopi ambaxiatoris
regis Sicilie ad Basiliense concilium:
Sermo de pura conceptione virginis, incipit,
ego mater.

— de nativitate virginis, incipit, *liber generationis*.
— de conceptione virginis, incipit, *ego jam concepta*.

Concio... episcopi Dignensis in concilio
Basiliensi pro rege Ludovico III. Hierusalem & Sicilie rege.

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Didici pariter ex meâ scheda viri in investigandis
didicidique veterum scripturarum monumentis exercitissimi
mi latere in hac Parisiensi civitate nonnulla volumina
cælam duntaxat exorta, in quibus sequentia, quæ ad
concilia Basiliense, Florentinum, Constantinense, aliisque
spætant, continerentur.

**/a

ANNO
CHRISTI
1431

ANNO
CHRISTI
1431

In primo volumine, continentur acta sessionum primarum xxx. synodi Basileensis: sequentis xxxi. initium tantum habet. Omnia etiam reliqua usque ad xlv.

Quae deinceps in eodem sunt volumine primo, epistolarum & alii tractatus, ad eisdem synodi annos pertinent, sub quibus habita sunt sessiones illae xxx. usque ad an. 1437.

Quae vero antecedunt in fronte voluminis, alieno loco posita sunt, cum posteriora sint synodo.

Secundum volumen, continet Diarium, id est succinctam adnotationem eorum quae per singulos dies gesta sunt in concilio, ab eius exordio die Veneris octava Iebruary 1432. usque ad diem Veneris vigesimam quartam Decembris 1434.

Tertium volumen, est continuatio Diarii ab exordio anni mccccxxv. usque ad diem Jovis vi. Decembris 1436.

Quartum volumen, continet varias epistolas & alia vera spectantia ad concilium Basileense ab anno 1432. ad finem anni 1434. ad calcem decretum Eugenii de unione Graecorum 1439.

Quintum, miscellanea continet. Primo quaedam quae ad concilia duo Lugdunensia Innocentii IV. & Gregorii pertinent: Deinde opuscula, quae ad Costantiense, caetera denique ad concilium Basileense, varia ejus acta describit. etiam quae gesta post secessum Eugenii & contra illum

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Adde hic quoque articulos regi Christianissimo a monacho Eugenio papa oblato Avarici Biturigum anno 1438. ut quidem didici ex apographo mss. codicis bibliothecae capituli insignis ecclesiae patriarchalis S. Stephani Bituricensis, quos jam publici juris veluti in antecessum feceram pag. 41. specimenis nostri antiquissimam editionem Latinarum & Graecorum omni noxa bibliothecae mss. librorum edita in 4. anno 1653.

Scriptum Biturigi die 5. Junii concilio Gallieno cum rege Francia incipiente ibidem in vestibulo capella sacri palatii die 4. Junii D. MCCCCXXVIII.

Articuli super petitionibus D. N. papa pro pace & unione ecclesiae.

I.

Quia Graeci Deo favente venerunt & applicuerunt ad civitatem Ferrariae, locumque ipsum acceptarunt, ubi jam fundatum ac stabilitum est oecumenicum concilium celebrandum pro sancto opere unionis, secundum dispositionem Basileensis concilii, prout ex forma decreti super eadem fundatione solemniter editi evidenter apparet, ubi sanctissimus D. N. papa paratus est cum collegio Romanorum dominorum cardinalium, & cum multitudine prelatorum, doctorum, ac magistrorum; velit majestas regia pro favore ejusdem sancti operis mittere solemnem ambaxiatam, pro statu fidei & honore ecclesiae catholicae ad ipsam sacrum oecumenicum concilium celebrandum pariter & honorandum prout Christianissimum principem in tam pio opere facere convenit.

Concil. General. Tom. XXIX.

II.

Item velit sua regia majestas pro honore fidei & favore hujus sancti operis dare liberam licentiam omnibus subditis majestatis suae volentibus & debentibus venire de jure vel approbata consuetudine ad concilia generalia, ut libere ad ipsum oecumenicum concilium accedant & ad hoc etiam sua majestas ipsos inducat mediis & favoribus consuetis, alios favores ac opportuna praesidia velit concedere pro tam sancto opere conficiendo, prout videbitur esse necessarium.

III.

Item ut volentibus & procurantibus scandalum ponere in ecclesia Dei, & perturbare aut impedire hoc sanctum opus unionis resistatur, petit sanctissimus D. N. papa quatenus perversum & scandalosum monitorium, & perversam ac scandalosam suspensionem cum inde secutus, facta per eos qui in Basilea remanserunt adversus sanctitatem suam, nec acceptentur per majestatem suam, nec permittat in regno suo aliquatenus acceptari

IV.

Item ad tollendum monstrum quod stantibus his in nostra ecclesia catholica esse videtur, videlicet quod duo generalia concilia insimul reputantur, petit praefatus D. N. papa quod sua majestas regia revocare debeat ambaxiatores suos de dicto loco Basileae, ac caeteros subditos regni sui, inducendos eisdem, quatenus vel ad dictum oecumenicum concilium accedant, ut tenentur, vel ad propria loca revertantur. Quod si corde indurato non fecerint, poenas adversus eosdem fulminatas faciat majestas sua favorabiliter observari, & exequi cum effectu

OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Auctor vite eminentissimi S. R. E. cardinalis Francisci de Rupe-Fucaldi, extremo capite s. libri primi, cum Roma anno 1609. degeret, illud ecclesiae communitate consalidat offerre, quod pars Basileensis concilii post schisma habita, & in veteribus editionibus vano quodam ostensionum metu haecenus conservata, ut deinceps expungeretur, pontifici & cardinalibus auctor fuerit. Certe in editione G. L. Romanae conciliorum generalium, quae ab ann. 1608. inchoata anno demum 1611. perfecta omnibus suis numeris atque absolutae est, non solum extrema illa pars concilii Basileensis desit, sed & prima desideratur, adeoque & ipse titulus. Disputatum quidem fuisse acerrime & eos qui excusandum cum caeteris credebant Basileense concilium pervicisse dioces ex sequenti ad lectorum admonitione, quae nisi intercessisset cardinalis Rupe-Fucaldus apud pontificem, & purpuratos patres, a curatibus illius editionis fuerit pro more in rebus ultio praesentanda. Nam ut ad me Roma fuit transmissa, tecum lectur. communitatibus.

De concilio Basileensi, cum caeteris conciliis generalibus edendo in lucem, Roma, vel non edendo in utramque partem admonitio ad lectorem, ex schedis V. C. Lucae Hoffmanni Hamburgensis S. Petri, in Vaticano canonici ad nos transmissa.

Basileense concilium non immerito rejiciendum est a numero generalium conciliorum: quamvis enim legitime inchoatum fuerit, ta-

H b h h 2 men

EPISTOLA CONCILII BASILEENSIS,

men progressum & exitum illegitimum sine aucto-
 ritate habuit. Primum, quoniam ab Eugenio IV. summo pontifice decretum est, ut Ferrariam transferretur, quod imperator & patriarcha Græcorum, & ceteri episcopi Græci nolent ad Basileam usque iter suscipere.

Deinde, Quia post discessum legati apostolici mansit concilium acephalum, cum summus pontifex, neque per se, neque per legatos ei præfuerit. Est autem regula ecclesiastica, ut sine summo pontifice generalia concilia celebrari non possint: cuius regule meminit Iulianus primus in epistola ad episcopos orientales apud Socratem lib. 2. c. 13. & Sozomenum lib. 3. c. 9. atque ex ea regula in concilio Calcedonensi act. 1. iubetur Dioscorus non sedere inter episcopos, quod synodum facere ausus sit sine auctoritate apostolice sedis, quod nunquam licuit, neque factum est. Et in concilio Nicæno secundo act. 6. reprobatum concilium quoddam Constantinopolitanum, quod sine consensu Romani pontificis actum fuisset.

Tertio, Quia in concilio basileensi præter morem omnium legitimorum conciliorum ob episcoporum paucitatem admitti sunt ad vocem etiam decem plurimi minores sacerdotes. Id quod ex Aenea Sylvio lib. 1. de concilio Basileensi cognosci potest, ubi scribit archiepiscopo Panormitano reclamante, & contradicente inferiorum multitudinem in concilio illo prævaluisse: de qua re sic loquitur, eodem referente Sylvio, Ludovicus cardinalis Arelatensis, qui in eo concilio contra voluntatem summi pontificis præsidebat. Episcopi, inquit, quos solos Panormitanus habere vult vocem, videtis quam pauci nobiscum sunt, & illi ipsi, qui præsentibus adiunt, haud quam virtute valent perturbare iniquitatem. At ipsi inferiores ipsi sunt, qui iustitiam, qui veritatem, qui denique ipsum Deum præ oculis habuerunt, habendaque his gratia est, quod tales se Dei ecclesie præstiterunt. Et paulo superius: Ubi nunc, inquit, concilium, si soli episcopi, soli que cardinales vocem habuissent? At vetera concilia generalia omnia solos episcopos maiorisque prelatos ad vocem admiserunt: Hinc est illa vox concilii IV. generalis act. 1. Mitte foras superfluos concilium episcoporum est.

Quarto, Quia eodem tempore concilium generale habebatur Ferrariz, ac paulo post Florentiz, ubi summus pontifex præsidebat, adstantique episcopi Græci, & Latini in magno numero, atque una cum ipsis imperator Græcus, & orator imperatoris Latini, & cum eorum tantum generale concilium uno tempore haberi possit, facile est iudicare, utrum e duobus conciliis generale legitimum esset.

Quinto, Quia tam sepe peccatis eo tempore Basilea grassata est Aenea Sylvio teste in secundo libro de concilio Basileensi, & tam multi patres vel extincti sunt, vel inde abiisse coacti, ut Christus ipse de celo pro vicario suo pugnare videretur. Concilium enim illud in id potissimum incumberebat, ut Eugenium pontificem in ordinem redigeret, vel e solo deturbaret.

Sexto, Quia Felix V. antipapa, quem Basileense concilium Eugenio IV. summo ponti-

fic legitime creato posuerat, veritate tandem aliquando agnata pontificatu se abdicavit, atque hoc ipsum concilium, a quo creatus fuerat, primus ipse damnavit, loque Nicolao V. Eugenii successori subiecit.

Septimo, quia concilium ipsum Basileense Lausanam postea translatum deposita contentione cum eodem Nicolao pontifice in gratiam rediit, ut ex epistola Nicolai post finem concilii adjecta, intelligi potest. Qui Nicolaus nulla eius concilii decreta de fide vel moribus confirmavit, sed solum ad lites evitandas, & conservandam pacem indulgit, ut qui beneficia ecclesiastica a Felice antipapa acceperant, ea licite retinere possint, atque alia id genus, quæ ad beneficia, vel censuras ecclesiasticas pertinebant, rata esse voluit.

Postremo quia synodus Lateranensis sub Leone X. sess. 11. Basileense concilium aperte reprobat, dum illud non concilium ecclesie, sed conciliabulum sive conventiculum appellandum censuit.

His igitur de causis concilium Basileense locum inter generalia concilia habere minime debuit. Quia tamen in omnibus editionibus hæcenus impressum fuit, ne quis forte quereretur in hac editione fuisse prætermisum: visum est illi locum, quem sibi quodammodo præscripserat, reservare: quemadmodum in ipsis sacris bibliis, & in sanctorum patrum voluminibus apocrypha nonnulla, quæ ab antiquis temporibus inserta feruntur, notari videmus, non auferri.

EPISTOLA CONCILII BASILEENSIS,
ad Cluniacenses monachos.

Ex Tomo VII. facie: g. Decern: 81.

Sacro sancta generalis Basileensis Synodus, in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, dilectis ecclesie filijs abbati, & toti conventui monasterii Cluniacensis, salutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Accepimus pridie duo volumina beati Augustini, in quorum altero est tractatus contra Donatistas, & contra Manichæos, & contra Faustum, in altero vero de baptismo parvulorum. Commendamus diligentiam & obedientiam vestram: certificantem vos, quia non sunt minus salvi hic, quam in monasterio vestro, & quia expedito isto negotio Bohemorum, proculdubio vobis remitteremus sine aliquo detrimento. Verum indigemus necessario Ambrosio de paradiso animæ, Ambrosio de sacramentis, & Ambrosio super Lucam. Item Anselmo de sacramentis: Item Fulgentio: Item Ambrosio super psalterio. Hortamur vos omnes & singulos, mandantes nihilominus cullibet vestrum in virtute sanctæ obedientiæ, & excommunicationis læte sententiæ, ut prædicta volumina sine mora mittatis ad nos. Expensas autem quas portando & reportando fieri contingeret, paratos solvere nos offerimus. Est enim magna necessitas, ut prædicti libri sint hic: nam infra octo vel decem dies ambasiatores Bohemorum hanc civitatem ingressuri sunt. Datum Basilee die vigesima sexta mensis Decembris MCCCCXXXII.

ALTERA CONCILII BASILEENSIS APPENDIX.

O R A T I O

Philippi Archiepiscopi Turonensis habita in
Concilio Basileensi.

Ex MS. ecclesie Turonensis.

Sequitur propositio facta per Reverendissimum in
Christo patrem Dominum Philippum Archie-
piscopum Turonensem Christianissimi regis fran-
corum Ambaxatorem in Concilio Basileensi.

Reverendissimi Reverendique Patres, ceterique Domini doctores & magistri in Spiritu sancto simul hic synodaliter congregati, prænisi Dominus noster christianissimus Dominus CAROLUS gratia Dei Francie rex ad presentiam vestrarum dominationum reverendissimum patrem Dominum archiepiscopum Lugdunensem: deinde subsequenter venerabilem virum magistrum nostrum magistrum Jordanum Morini in sacra pagina egregium professorem consiliarios sui majestatis illustrissimos. Nunc vero Reverendissimi Domini mei, Domini Bituricensis archiepiscopus, Aurelianensis episcopus electique Sylvanestensis, regis serenitatis consilarii & ego cum ipsis Zacharus, pusillus & modicus capellanus serenitatis ejusdem, post prædictos duos dominos meos ad vestram reverentiam diriguntur per Dei gratiam consolendam & jurandam in vestro, imo verius in Sancti Spiritus opere præincepto. Unde ad explicanda Beatitudini vestre fideliter injuncta nobis per majestatem christianissimam ipsius domini nostri regis, de præcepto, licentia & jussu ipsorum Reverendissimorum Patrum omnium & cum benigna supportatione Reverendissimarum Paternitatum vestrarum presentio vobis omnibus illud sanctissimi regis David ad universitatem civitatis Jabes Galaad 2. Reg. cap. 2. *Benedixi vos a Domino qui fecistis misericordiam hanc.*

Benedixit Christus Pater misericordiarum & minister beneficiorum Dei, per quem nobis omnia dedit Deus, cum quo ab infantia crevit omnis benedictio, & de utero matris sum egressa est cum eo. Hic vobis tribuat benedictiones dulcedinis sue, & misericordia ejus vos omnes impleat & circumdet, qui facitis ei misericordiam hanc, qua ipse per prophetam ait: misericordiam volo & non sacrificium. Meministis, Patres sanctissimi, languorum & miseriarum sancte matris Ecclesie, pro qua non dubitavit Christus se ipsum tradere immolari, ut sponfam sibi exhiberet gloriosam, non habentem maculam neque rugam. Audistis ploratus & ululatus matris vestre ejulantis, heu! & gementis filios per mundum universum lamentabiliter deformatos. Redditis nunc Altissimo vota vestra ad dirigendos affectus nostros in viam pacis, ut de lacu miseriarum & de profundo scelerum omnes liberati in sanctitate & justitia serviamus illi. O fructifera Christi olive! gloria vobis, honor & pax, lætitia & corona exultationis, qui factis Domino misericordiam hanc. Rex David lucerna & lux omnium re-

Agum, cum audisset quod viri Jabes sepelissent Saul, gratias acturus nuntios prænisi, per quos dixit eis: *Benedixi vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Saul & sepelivistis eum; ego reddam vobis gratiam, eo quod fecistis istud.* Quid, Patres sanctissimi, quam dolens vel calor interpretatur ipsum Jabes: quid Galaad, quam testimonii acervus; quid denique Saul quam abutens aut abusus? Igitur quia non nisi ardore miserationis accensi, & zelo paternæ pietatis commoti, gratias Deo reddituri, convenistis in hunc acervum testimonii Christi ad delendas pestilentias errorum, ad sepeliendas spurcitas omnium vitiorum, quibus heu! tantisper os suum dilatavit infernus; hinc Rex noster Christianissimus apprehensor disciplinæ, sapientiæ David, nobilissimum Ecclesie membrum, a Deo, ut inter cunctos sæculi reges Christianissimi nomine meruit iniquari, imitando catholicos mores orthodoxorum & invictissimorum progenitorum sui majestatis illustrissimæ, nos ad hunc sanctum Christi thalamum destinat in presentem in obsequium vestre, imo verius sue synodi sacratissimæ; quo, juvante eo cujus res agitur, omne monstruosum, omne scandalosum, omne deforme & abusivum, quibus pene tota christianitas ad fundamentum existit inantata, & corrosa prope viscera matris nostræ, per hanc vestram misericordiam evellantur, sanentur, tollantur & sepeliantur ab ea. Quapropter in hac spe sacra idem Rex noster Illustrissimus catholice constitutus ex superabundantia cordis sui christianissimi iterum ac iterum vobis ait: *Benedixi vos Domino, qui facitis misericordiam hanc, ego reddam vobis gratias quod fecistis opus istud.* Gratias primo agit Deo per quem regnum & nomen Christianissimi accepit Regis; quia multiplicat in vobis Deus misericordiam suam, congregans vos simul in unum de nationibus universis, & faciens vos quasi cor unum & animam unam ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Gratias item reddit vobis sua majestas Christianissima, quia Deo & hominibus ministratis opus istud: opus, inquam, præter quod nequit plebs Domini sustineri. Ministri enim Dei estis vos in hoc ipsum servientes. Novit vestra Beatus clamorem illum Moisi ad Dominum, cur ait, *Domine, imposuisti pondus universi populi hujus super me, non enim possum solus sustinere hunc populum.* Numeri xi. qui licet centuriones multos haberet & tribunos, in quos partiti ponderis reliquum sibi levius existeret: se tamen solum vir Dei protestatur, & pro solo reputatur a Deo, donec auxilium sibi assistat conventus seniorum, donec dux sacer pastores sæculi sanctum manus officii pastoralis populum in vera fide & sanis moribus retinere importabilem arguit oneris gravitatem. Non enim possum solus sustinere hunc populum. Non est qui tantam possit sarcinam divino absque præsidio sustinere, ruinam prævidet, si non sit qui adjuvet. Lapsus gregis pastor fidelis non expectat, auxilium postulat ante casum, ut nec inutilis ipsi, nec perniciosus populo rector existat, & improperia exprobandum Deo non cadant super eum. Unde qui nunquam famulantibus ei defecit Deus,

2. Reg. 15.

2. Reg. 15.

Num. 11. 11.

Locus institutus.

Deus, sicut Moïsem in ducem populi constitu-
 tuit, ita tutissimum plebis dominicæ præsidium
 ei instruit & præcepit, conventum scilicet se-
 niorum omnium nationum: cui Dominus, *con-
 grega. inquit, mihi viros de senioribus Israel,
 quos tu nosti, quia senes sunt populi & magistri,
 ut sustentent tecum populum. & non tu solus gro-
 veris*, Numer. xi. Quod si vir Dei repletus
 Spiritu-sancto cum centurionibus simul & tribu-
 nis præter suffragium paternæ congregationis
 nationum . unam nationem . inquam . Israel
 sustente non valuit: absit, Reverendissimi Pa-
 tres, ut præsumere de vobis æstimemus tot
 Christicolæ nationes, quas per orbem catho-
 licum universaliter dispersit Deus, posse in uni-
 tate fidei & morum integritate, synodali abque
 præsidio construere, & multo minus, si cor-
 ruerit, sublevare. Hoc etenim & moles tanti
 ponderis & defectus nostri temporis non patitur,
 quo, teste Pelagio, non solum nobis merita,
 sed simul cum meritis corpora dispereunt. Am-
 plius autem post dies tenebrarum, si placet,
 lucis tempora contemplerur, actus eorum imi-
 tantes, quos nobis Christus posuit in exem-
 plum. Legimus autem tertiam synodum quam-
 plurimos Christo & fieri vindicare potuisse, quos
 & Paulus vas magnum electionis, & Andreas
 plenus Spiritu-sancto, & Petrus princeps disci-
 pulorum Christi cum cunctis apostolis ab errore
 legalium solvere nequiverant. Act. ix. Omnia
 quæ sunt, a Deo ordinata sunt. Ordinavit ita-
 que Deus congregationes Patrum & seniorum ad
 sui primam gloriam, in delectationem nominis
 Filii ejus, & ampliationem divini cultus apud
 universas nationes, quas propterea creavit Deus,
 propter quod notanter ait Dominus Moïsi ubi
 supra, *Congrega, inquit, mihi, &c.* Secundo
 ad laudem & commemorationem concilii bea-
 torum, in quod omnis congregatio finaliter or-
 dinatur in ædificationem æterni templi, quæ
 fundata est super Christum petram & solidita-
 tem cunctarum, ait Leo xix. dist. *Ita Dominus.*
 Tertio ad illuminationem & sanctificationem
 animalis turbæ deviantis a fide, ut agnita ve-
 ritatis luce, ab errorum tenebris liberata, re-
 deat ad osium tabernaculi fœderis & ad lumen
 salutis, id est Christum. Christo enim in san-
 ctificatione informis populi a reclus moribus de-
 clinantis, ut exactis vitiorum squaloribus, cor-
 da omnium per caritatem respiciant ad digne
 confitendum nomini sancto Dei, & finaliter
 gloriantum in laude ejus, juxta id populi per
 psalmistam, *Congrega nos de nationibus, ut con-
 fiteamur nomini sancto tuo, & gloriemur in laude
 tua.* Olim nempe passim homines per agros
 dispersi more bestiarum vagabantur, quos cum
 Deus & ratio simul congregari docuerunt, ex
 immanibus mansueti, ex feris mites facti sunt,
 docili fidem colere, disciplinam suscipere, cari-
 tatem continere, & justitiam, quæ pacem gi-
 gnit, invicem exhibere. Cum autem adeo cre-
 vit plebs Domini, ut non solum tota nequeat
 congregari, sed nec sparsim per partes sustineri,
 visum est dignum sapientiæ Dei, paternam sy-
 nodum constitui, quæ vice Dei & omnis eccle-
 siæ sustententiæ plebis infirmæ consuleret, ad
 quam tenentur firmiores, teste Apostolo: *De-
 bebamus autem nos firmiores imbecillitatem infirmo-
 rum sustinere, & non nobis placere.* ad Rom. 13.
 Propter quod neglectis primis conciliis, tam-
 quam fidei & morum præsidis, inania sunt in-
 sequuta in Dei ecclesia tum corporum tum ani-

marum determinata. Et quis ex principio res
 nascentes viderit, optime contemplantur. Inde
 quippe christianitas, teste Isidoro, in diversas
 hæreses scissa est: inde caritas extra mundi ter-
 minos pene exsulavit: inde regnum in regnum
 surrexit, in provinciam provincia, & gens con-
 tra gentem, & quod est omnium deterius, idem
 in se ipsum. Sane si cunctarum regionum cala-
 mitates & maïus persecutorum; omnes in de-
 sertæ concilia inferemus, pro quanto in eis de-
 bite peractis non modo structura fidei, sed om-
 nis vitæ & actionis cujuslibet norma consistit,
 teste beato Gregorio, xv. dist. Sicut. Ordina-
 vit postremo Deus congregationem synodalem
 ad spiritualem læticiam & consolationem eorum-
 dem per incrementum meriti & augmentum
 gratiæ amplioris, unde Dominus ad Moïsem,
*Congrega mihi viros; & subditur, Et descen-
 dem, & dabo eis de spiritu tuo, id est de Spi-
 ritu-sancto quemadmodum & tibi secundum
 Augustinum, vel tuo ministerio de Spiritu-
 sancto.* O beatissima Christi synodus, in quam
 se Deus Pater spondet descensurum! In te Fi-
 lius consistit, in medio verus promissor Christus,
 promittens Patrem daturum tibi quicquid pe-
 tieris in nomine ejus. In te Sanctus præsidet
 Spiritus, insigniens & sublimans obsequentes
 tibi in conjudices, participes & consortes judi-
 cii sui sancti, juxta illud s. Jacobi in Jerosoly-
 mitana synodo præsentis, *Visum est aut, Spi-
 ritus-sancto, & nobis.* O gluberrima congrega-
 tio a cunctis merito catholicis veneranda! Hoc
 tui actoris exigit omnipotentia atque præsen-
 tia, hoc sapientia te confirmantis, hoc beni-
 gnitas tui directoris, hoc iterum exigit digni-
 tas internæ pietatis ecclesiæ sanctæ Dei, quam
 tu verissime representas, hoc postremo exigit
 sublimitas prerogativæ singularis, quæ super
 omnem conventum auctore Sancto Spiritu in-
 signiris. Quas ob res princeps apostolorum Pe-
 trus, quem Christus cunctis catholicis dedit
 in speculum, in Jerosolymitana synodo loquu-
 tus non legitur nisi surgens, ad exemplare
 mysterium reverentis filialis, quam omnis
 catholicus paternis synodis debet exhibere.
 Primus, inquam, loquutus est ex ardore, ac-
 census igne apostolicæ caritatis pro salute gre-
 gis. Surgens vero loquutus est reverenter, ut
 patronus certans pro munitione plebis chris-
 tianæ ab intolerabili jugo legalis servitutis;
*quid, ait, tenuatis Deum imponere jugum super
 cervicem discipulorum, quod neque Patres nos-
 tri portare potuerunt? pabulum vobis, viri
 sanctissimi, pastoralis doctrinæ doctor ecclesiæ
 relinqueas & exemplum, quo in hac sacra
 synodo vos ardenti studio latendere decet, &
 omnes emancipationi membrorum Christi ab
 omni jugo importabili vano & servili, si quo
 noscantur prægravari. Jugum enim Christi
 suave est & onus ejus leve. Jubet Apostolus
 reddere tributa omnibus. Cui tributum tribu-
 tum, cui vestigal vestigal, cui honorem hono-
 rem.* Non ignorat majestas christianissima, ut
 quanto altiori loco Dei gratia sublimavit,
 tanto obligator censeri debeat & promptior
 ad exhibitionem cuncti favoris omni genera-
 li synodo, quæ sicut virtute representationis,
 ita virtutis efficacia noscitur sponsa Christi.
 Dignum insuper censuit Regis celebrando ho-
 norificentiam illius filialiter imitari, in cu-
 jus commemoratione sui progredientes chris-
 tianissimi Romanam Ecclesiam præ cæteris
 san-

Pol. 105. 47.

Wom. 11. 11

AM. 13.

AM. 15.

Rom. 13. 7.

sanxerunt incunctanter honorandam: unde magis CAROLUS Romanorum invictissimus imperator Francorumque rex illustrissimus, a quo regnum, genus etiam & nomen ad nostrum christianissimum CAROLUM derivantur, in memoriam, ait, beati Petri apostoli honorem sanctam Romanam Ecclesiam & sedem apostolicam, ut quae nobis sacerdotalis nunc est dignitas, esse debeat ecclesiastica magistratio rationis. XIX. *In memoriam.*

Quo pacto, Patres Reverendissimi, cum audisset Rex noster Christianissimus princeps profecto doctissimus in scripturis canonicis veteris & novi Testamenti, in catholicis denique gestis apostolicis pariter & exemplis, quod vestra proponeret reverentia in hac preclara civitate synodally convenire; confestim dedit operam sua celsitudo, etiam non interpellata, non requisita, convocandis praelatis ecclesie ejus regni in sua urbe Bituricensi, ubi inter alios Patres & Dominos convenientibus personaliter Dominis meis Reverendissimis Lugdunensi, Bituricensi, & Aurelianensi hic presentibus: presidente vero Domino Lugdunensi, conclusum exitit concorditer uno ore omnem catholicum favorem vobis merito per ecclesiam regni quanto magis debere exhiberi. Cum autem deliberatio & conclusio insinuantur Regis majestati, ipsas benigne acceptans, laudans & confirmans, ex tunc decrevit suos oratores ad vestram synodale obsequium destinare, cunctis indicens praelatis sui regni, ut personaliter non differant ad hanc sacram synodum iter proferre. Placuit demum vestris paternitatibus Reverendis, vestros legatos ad suam dirigere majestatem, videlicet R. P. & dominos dominos episcopum Novariensem & abbatem S. Ambrosii Mediolanensis, ad quorum laudem est vestra satis electio sufficiens, eos tamen in re tanta fides probata amplius recomendat. Potuerunt vestras paternitates recommendatissimas de caritate regia ad vos redere certiores, quibus adeo Sua Majestas illustrissima ad Christi gloriam, cuius rem agitis, ad honorem Ecclesie universarum, vestrique gratiam & favorem, humiliare se esse voluit, ut per suas litteras regias extunc eis liberaliter concessas polliceri vobis dignaretur solenniter eas oratores se ad vestram Reverentiam festinare. Cujus rei profecto, Patres Reverendissimi, quia in nobis omnibus facultas hucusque non patuit exequenda, obstantibus guerrarum regni turbibus, excessuque nivium & subsequendum aquarum, cuius memoria hominum parem in regno non habuit. Regia Majestas vestram Paternam Reverentiam filialiter deprecatur, moram nostri adventus non culpe temeritatis; sed obstaculis potius antedictis adscribendam. Nobis autem id ipsum humiliter supplicamus, ut apud Paternitates eadem filialem, si placet, executionem consequamur. Commendat Regia Celsitudo vestris paternis orationibus libertates & jura ecclesie sui regni, prosperitatemque personae suae atque status, qui cum tota ecclesia regni ejus non cessat continuo pro vobis Dominum exorare, ut vestras Paternitates Reverendissimas misericorditer sanctificet & sanctificatas dirigat & conservet ad operanda ea opera, ad quae vestra descendit Beatitudo in hanc preclaram & pacificissimam civitatem, sicut scriptum est 1. Reg. 13. *descendit*

in vobis tanquam in vero sarculo Sancti Spiritus eradicentur vepres, eruantur spinæ cunctorum vitiorum, suppleantur valles defectuum, & colles excessuum omnium sarriantur, & impleatur in vobis illud Isaiam VII. Vepres & spinæ in universa terra & omnes montes in sarculo sarriantur. Hæc sunt duo ad quæ pro parte Majestatis Christianissimæ ad vestram mittimur presentiam. Hæc est illa synodalis misericordiae, quam si Domino Christo feceritis predicto, profecto eritis a Deo Patre ejus benedicti, benedicti, inquam, in presenti per gratiam & in eternam per gloriam, quam nobis benedictus per essentiam Christus, ad cuius gloriam facitis opus illud, concedat in sæcula sæculorum, amen.

I I.

Ex eodem p. pag.

LITTERE SYNODI BASILEENSIS
ad Joannem abbatem Bonnavallis apud
Ruthenos.

Jubet ut in partibus Gallie & Hispania archiepiscopos, episcopos, abbates, aliosque prelatos invitet ad concilium Basileense

Sacro sancta generalis synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesie representans dilecto filio Joanni abbati ecclesie Bonnavallis salutem, & omnipotentis Dei benedictionem, & mandatis nostris firmiter obedire.

Cum in hac civitate Basileensi sacrum generale concilium in Spiritu sancto legitime congregatum sit, in quo precipue ad extirpandum hæreses, componendam pacem in populo christiano, & reformandos mores utriusque status; tam ecclesiastici quam secularis, summa cum diligentia providendum erit: necesse est, ut multitudo copiosa tam prælatorum quam aliarum notabilium personarum, huc confluat, ut earum consiliis & auxiliis hujusmodi sancta opera debite possint executioni mandari; & cum ea quæ in ipso sacro concilio tractanda sunt, exactam diligentiam ac celeritatem exigunt, omnique mora sit supra modum præjudicialis, ideo multiplicatis literis & mandatis quoscumque prælatos & alias notabiles personas hæc sancta synodus nititur ad hoc sacrum concilium advocare. Idcirco tibi in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandat, quatenus omnes archiepiscopos, episcopos, abbates, & prælatos, nec non cathedralium ecclesiarum capitula, qui & quæ ad generalia concilia de jure vel consuetudine venire teneantur, nec non alias quascumque personas ecclesiasticas, quas huic sacro concilio utiles & idoneas judicaveris, per nationes Gallicanam & Hispanicam, sub quibuscumque penis & censuris ecclesiasticis convocet, requiras, & moneas, ut ad ipsum sacrum concilium infra terminum, qui tibi debitis circumstantiis consideratis competens esse videbitur, prælati & singulares personae propriis in personis accedere non postponant. Quod si corporali infirmitate, aut alias canonico impedimento fuerint præpediti, ac etiam predicta capitula aliquem vel aliquos notabiles viros

ANNO
CHRISTI
1519
Et archiepiscopi
monasterii de
novallis

ANNO
CHRISTI
1431

vires, moribus & literarum ornatos, de omni statu ecclesiarum suarum instructos, pleno destinant cum mandato; pro predictorum facilliori executione, tibi convocandi per predictas partes, clericos, principes, populos, & universitates, & quascumque personas, eos easque alloquendi, exhortandi & monendi, auctoritate hujus sancte Synodi, ut tibi circa predicta & in omnibus concernentibus favorem & successum hujus sancti concilii, assistant consiliis & auxiliis opportunis. terminosque datos, nec non excommunicatos, suspensos vel interdictos, tam per te quam per quascumque alias nostras literas seu commissarios prorogandi, absolvendi, & super irregularitate quam sic excommunicati, suspensi & vel interdicti celebrando vel divinis officiis se immiscendo incurrisent, dispensandi, aliasque personas ad predicta omnia exequendum vice tua substituendum, & deputandum. & generaliter ipsa sancta synodus omnia & singula tam per te quam per substituendos a te faciendum, & exercendum, que quomodo ad profectum hujus sacri concilii noveris expedire, plenam tenore presentium facultatem impertitur. Tu autem tam diligenter hoc sanctum onus tibi injunctum exequi studeas. quod apud omnipotentem Deum, cujus res agitur, in caelis meritum, & apud hanc sanctam synodum dignas laudes consequi valeas. Datum Basileae secundo idus Augustini anno Domini MCCCXXXIII.

III.

BULLA EUGENII IV.

lata in Congregatione generali XVII.
Septembris MCCCXXXIV.

Ex eodem
p. 171.Ex M.F.S.M.
chastris in pe
trate maris

Eugenius episcopus servus servorum Dei universis fratribus & dilectis ecclesie filiis in sacro Basileensi concilio congregatis salutem & apostolicam benedictionem.

Adventibus ad nos venerabili fratre nostro Francisco Brixienti episcopo, & dilecto filio magistro Petro de Monte oratoribus vestris, intelleximus quanto more ex his que ad versus nos concitata dicebantur affectu fueritis, quanta postmodum letitia exultaveritis cum nos sanos & incolumes in vere in civitatem Pisanam venisse audistis, postremo quid favoris & operis in deliberationem dilecti fratris nostri Francisci tituli S. Clementis S. R. E. presbyteri cardinalis & camerarii nostri, ac venerabilis fratris Marci archiepiscopi Tarentasiensis per ipsos oratores impendi statueritis plane cognovimus, pro qua re devotiones vestras in Domino commendamus, vobisque pro devotione & caritate hujusmodi multas gratias agimus, sperantes ut si pro liberatione cardinalis prefati majorem opem dare oporteat, id libenti animo facietis, nec ullo pacto tantum sacrilegium extendi patiemini. De Tarentasiensi enim archiepiscopo, quia liber est, praeter gratias, quas pro eo vobis agimus, amplius non dicimus. Hoc autem oratores tum nostra contemplatione, tum pro re ipsa ad quam destinati sunt, quia pia est, libenter in divinis, ac grato animo ac condigno honore suscepimus. Deinde cum a nobis discoderent pro eorum tutela usque ad urbem plene provide-

ari mandavimus. Ceterum cura studium oratores carissimi in Christo filii Joannis Palaeologi Romanorum imperatoris apud vos esse, ac pro occidentalis & orientalis ecclesie unionem nonnulla tractare: nos qui superiori tempore in negotio hujusmodi plurimum laboravimus, quid in ea re tandem egerimus praesentibus nostris satis plane explicamus. Vos autem ex his quas ad eos scribimus pro sapientia vestra arbitrari poteritis, quid cum praefatis oratoribus apud vos agentibus tractare & predicare debeatis. Datum Florentiae ann. Incarnationis Domini. MCCCXXXIV. III. Kalendas Septembris, pontificatus nostri anno IV.

ANNO
CHRISTI
1431a Petro . in
gastro . II.

IV.

LITTERA REGIS ARRAGONUM
missa in concilio, lectaque in congregatione generali die veneris.

Ex eodem
loco cit.

Sacro-sanctae generali synodo Basileensi in Spiritu-sancto legitime congregatae, universalem ecclesiam representanti Alphonsus Dei gratia rex Arragonum, Siciliae, &c.

Ex M.F.S.M.
chastris in pe
trate maris

Regalis est officii omnipotenti Deo & sanctae matri ecclesiae quaedam more debita exhibere obsequia, reverendissimi ac venerabiles in Christo patres inclyti, spectabiles, magnifici, religiosi & devoti viri. Ex pridem nostrae eleganti quodam nec minus affectionali eloquio explicitis majestati per reverendissimum ipsius sacro-sanctae synodi ambasciatorem opportunis, cum credentialibus literis apud nostram celsitudinem destinatum, videlicet abbatem Sancti Ambrosii Mediolanensem eximium utriusque juris doctorem, apostolicum referendarium ac literarium E. D. synodi correctorem generalem, claro lumine hilarique exultatione inter quosdam illustrium sapientiarum vestrarum commendabiles intentus, gloriosum illud vestrum propositum de reformanda scilicet matre nostra ecclesia, & aliis quippe non minus necessariis religioni & exaltationi fidei christianae perceptimus, pro quibus summo Regi regum, cujus res agitur, & proinde ipsi sacro-sanctae synodo dum tam virtuosi operis & officii nos advocare participes dignata est, referre assurgimus gratiarum omnimodas actiones, pro agendorum inde opera & executione cum expedierit, personam & regna nostra exhibitione promissima offerentes, Et quamquam super expositis, ut praefertur, per ambasciatorem praesentum latius respondere deliberavimus per oratores nostros ad sacerrimum coetum vestrum citotius destinandos; nonnulla tamen ex impresentiarum infidentibus menti nunc eidem communicavimus ambasciatori praesentem aliam synodi viva vocis oraculo referenda: quam assidue dirigere dignetur ille Spiritus Paracliticus, in cujus nomine congregatur ad honorem & servitium ecclesiae suae sacro-sanctae. Datum Agrigenti 23. aprilis anno a natiuitate Domini MCCCXXXIV.

Subscripta nomine proprii regis. Rex Alphonsus. Sacro-sanctae matri ecclesiae humilis filius & devotus Alphonsus rex Arragonum, Siciliae, &c.

V.

ANNO
CHRISTI
1434
Die octavo
mensis
MAY.

**RESPONSIONES FACTE PER Serenissimum
Dominum regem Arragonum capitulis ob-
latis per reverendissimum oratorem sacro-
sanctae generalis synodi Basileensis.**

De his & aliis
articulis in
quibus
tractatur.

Ad primam, serenissimus dominus rex praemissa gratiarum actione, reverendissimis patribus & spectabilibus viris in sacrosancta Basileensi synodo congregatis, quae circa tantum tamque commendabile & gloriosum propositum intendentes religioni fidei christianae & reformationi sanctae matris ecclesiae, quippe non parum necessarium, ejusmodi virtuosum operis & officii ipsum advocare participem dignati sint, contentatur, imo ultro se offert ea solita qua consuevit in ipsam sanctam universalem ecclesiam matrem orthodoxa devotione pariter & affectu suos solemnes ambasciatores apud sacrum Basileense concilium, opportuna equidem potestate suffultos, quantociens sibi fieri poterit, concordis & firmo exactis his temporibus semper habuit, licet commode aliis implicitus actis non valuerit destinare, pro Dei & unitatis ecclesiae ac sanctae fidei catholicae reverentia, servitio & honore.

Ad secundam, placet domino regi per suas literas exhortari & requirere reverendos ac venerabiles dominos archiepiscopos, episcopos, abbates ac ecclesiarum prelatos ac catholicarum ecclesiarum capitula dominationis suae, qui & quae ad hujusmodi concilii generalia pariter & consuetudinarie accedere vel mittere teneantur, quatenus personales, aut per notabiles procuratores suos plena potestate suffultos apud sacrum Basileense concilium, se brevius quo poterint conferant.

Ad tertium, dominus rex intendit utraque ambasatas, tam videlicet praetextu domini hujus regni Siciliae, quam Arragoniae, & aliorum regnorum & terrarum suarum, ut perhibitum est, inpraesentiarum mittere, ipsosque reverendos dominos cardinales Herdensensem, & S. Sixti ad dictum sacrum Basileense concilium adeandum per suas literas exhortari.

Ad quartum, Quia dominus nihil occasionis guerra & inimicitiae inter eum & perferendam regis Castellae esse intendit, tum prospectu signanter & vicissitudine grandi sanguinis eos, tum quia actu nonnullorum potius quam propria voluntate sic actum est, ut expers fere debiti cognationis & patruelis Rex ille teneretur affectus. Et quia turbationis & discordiae in Hispania, quae nomine seu velamine, pro dolor, id emuli quidem procurarunt honoris & gloriae cupidi, illorum scilicet quibus divino jure pariter & humano datum est post regem ipsum curam gerere conservationis regni illius, non videtur regis majestati agendum fore de pace inter, quos guerra non sunt, nec praemissorum tam succinctum eloquium, tantique negotii brevis praeparatio, attentae praesertim induciarum utrimque pacatione, ceterisque compluribus hostilibus forsitan guerrae fornicis demonstrationibus, aliter quam profertur apud sacrosanctam synodum reverendissimis patribus & viris circumspectis in Spiritu-santo concilii. Gener. Tom. XXXIX.

Agregatis seu admirationis cupiditatem afferant habitationem, cum quamdiu per intercepta temporum curricula gesta secus verum integerrimumque rerum successum non loco commode nequeant examinari sermone ut ipsum actum sacrum Basileense concilium certius valeat informari dictus Dominus rex de scuto, ut praemittitur, suos praefectos ambasciatores de praemissorum elucidanda veritate instanter mittere accelerabit, qui intentionem suam & gesta circa ea omnia praefato sacro concilio referabunt. Sic signatum Joannes de vicecancellario secretarius.

Ad quintum, quia camera apostolica juraque ejusdem in traditionem regiam obnoxia sunt, serenissimo domino regi utque ad summam florentorum centum quinquaginta militum de camera, ut per nonnullas literas apostolicas clarius patet cuilibet illas intueri volenti, petitaque jurium exactio seu collecta satisfactionem illorum valeat aliquantulum impedire, dominus rex praedictus de sua mentis deliberando proposito, super his & aliis omnibus supradictis per suos ipsos oratores plenius ut praemittitur, respondere intendit. Rex Alphonius.

Sacro-sancto Basileensi synodo in Spiritu-santo congregatae ecclesiam universalem representantem.

Acta in congregatione generali die martis xvii. Augusti MCCCCXXXIV.

VI.

**EPISTOLA HENRICI ANGLORUM Regis
ad concilium Basileense.**

De his & aliis
articulis in
quibus
tractatur.

Sacro-sanctae Basileensi synodo in Spiritu-santo congregatae universalem Ecclesiam representantem HENRICUS Dei gratia Rex Angliae & Franciae & Dominus hiberniae sui ipsius recommendationem devotissimam & ad honorem Dei opus ab eadem inchoatum feliciter consummare.

Per alias literas, quas primum per venerabilem in Christo patrem GUILLERMUM Londonensem episcopum notabiles & egregios viros Dominum RACELLUM de Bononia militem, praetorem S. Joannis Hierosolymitani Januensem, & fratrem GUIDONEM conventus Camberiacensis in Sabaudia ordinis Praedicatorum sacrae paginae professorem sacratissimi coetus vestri oratores egregios destinavimus; eidem inter caetera scripsisse meminimus, missuros nos ad sacrum concilium, ut petebatis, nostros ambasciatores accommodata celeritate qua possemus, quorum aliquos etiam nos omnes quos disposuimus, sic transmiserimus, qui usque modo stant & fuerunt in loco dicti concilii parati semper intendere his quae potissimum cedere possint ad gloriam & laudem divini nominis & catholicae fidei munimen & exaltationem. Depuravimus subsequenter & alios longe plures prioribus, quos etiam mari transito in itinere constitutos non eorum culpa aut affectato reditu, sed urgentissimis negotiis nos & regna nostra concernentibus duximus revocandos, proposito tamen, quod conceperimus, mittendi videlicet ad concilium eisdem vel alios non mutato, & ut eidem nostrum

ANNO
CHRISTI
1534

mentis intentio ac requestis & rogatibus familiaritatum vestrarum per dictum venerabilem patrem Londonensem episcopum rursum ad nos transmissum nobis repetitis satisfacere curaremus, mittimus de presenti prædilectos & fideles ambaxiatores nostros, videlicet ROBERTUM Londonensem, JOANNEM Rosenam, BERNARDUM Aquensem episcopos, ac consanguineum nostrum EDMUNDUM comitem Mauritaniam, MICHAELM abbatem Glaiçonensem, WILLIAMUM priorem Nomoci, HENRICUM P. Bonabeti, THOMAM Lancheleure, CAROPOLUM Rodi Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, JOANNEM Colleville milites, & magistrum THOMAM Bromis utriusque juris doctorem & decanum ecclesie cathedralis Sariaberiensis præsentium portitores, Vestras Paternitates Reverendissimas ab intimis exorantes, quatenus nos in ipsis, & ipsos in nobis recommissis habentes, eosdem tam in negotiis & factis ecclesie, quam vestris favoribus prosequi velitis opportunius, & affectu benevolo pertractare fidem accommodare in his que nostro nomine curabunt explicare Cœtum vestrum sacratissimum ad sancte marie ecclesie gloriam & honorem corroborare dignetur ejus sponfus Dominus noster Jesus-Christus. Scriptum sub privato sigillo nostro apud palatium nostrum Westmonasterii xx. die mensis Maji. Sequitur sessio 20. in msf.

VII.

Propositio Domini Legati in adventu Græcorum facta Basileæ in Congregatione Generali. Anno Domini 1434.

Novissime eruta ex codice MS. Bibliotheca S. Marcelli Roma, & collata cum Cod. Vatic. 4199. fol. 81. & cum Cod. Vatic. Palat. 541. in quorum primo titulus est hujusmodi.

Oratio facta ad Græcos per Reverendissimum in Christo Patrem F. Julianum Legatum in sacra Basileensi Synodo.

MOS est magna laude dignus apud nostros Ecclesiasticos diutissime observatus, cum de rebus arduis dicturi sunt, ab aliquo scripturæ sacre verbo initium dicendi facere. Et recte quidem; nam quanto ex fortiori materia fundamentum instructum fuerit, tanto quod super imponitur ædificium firmius & durabilius erit. Me autem qui ad hanc rem utinam digne electus essem, cum justu Ecclesie locuturus sim, hujusmodi laudabilem Ecclesie consuetudinem præ cæteris imitari oportet. Sed unde melius exordiri poterō, quam ab iis verbis, quæ Redemptor noster suo sanctissimo ore, suisque benedictis labiis circa tempus præsertim Redemptionis nostre protulit? quæ quia de dilectione Dei & observatione mandatorum, de pace, & Unitate Ecclesiastica dicta sunt, nusquam dignius, nusquam convenientius quam modo, & hoc in loco recitari possunt: Hæc sunt illa sacratissima verba, salutifera verba nostris insculpenda cordibus paulo ante in officio Missæ lecta, quæ Catholica Ecclesia in omni Spiritus sancti solemnitate decantare solet sumpta ex Evangelio Joannis XIV. Capit. Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & pater meus

A diligit eum, & ad eum veniemus, & mansorem apud eum faciemus. Licet omnipotens Deus neminem mortalium secundum Legem de gratia sua certum esse velit, juxta illud Ecclesiasticus; nemo scit an alio vel amore dignus sit, reliquit tamen nobis argumenta quædam, per quæ gratia sua non mediocrem conjecturam habere possimus. Et sicut cætera omnia ita utrumque horum summa cum ratione disposuit, ne si forsitan divine gratiæ certum aut desiderium nimiam; e contra si nullam penitus haberemus conjecturam, in desperationem, aut pusillanimitatem incidere-mus. Inter cætera autem divina gratiæ indicia potissimum illud esse videtur, quod Salvator noster his verbis nobis insinuat, dicens: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, & mansorem apud eum faciemus. Si quis ergo de gratia & dilectione Dei sperare velit, necesse habet ut sermonem Dei fideliter custodiat, & mandata ejus fideliter observet, alioquin, ut inquit Joannes, qui dicit se nosse Deum, quod per dilectionem fit, & mandata ejus non servat, hic mendax est, & veritas non est in eo. Quapropter cum felicitatem & beatitudinem omnes homines super omnia naturaliter appetant, & hæc ipsa felicitas & beatitudo sine gratia & dilectione Dei haberi nequaquam possint, neque

quoque ipsa gratia & dilectio sine observatione mandatorum, quid aliud restat, nisi quod omnem vim robur atque industriam ad observantiam mandatorum apponere debeamus? Quæ quidem mandata, ut inquit Psalmista, mandavit Dominus custodi mihi, & ita nimis ut in veteri Testamento manu alligari, in limine & postibus domus describi iusserit: quod jugem, continuamque illorum commemorationem significat. Sed ne forsitan humana fragilitas, quæ vitio nature corruptæ ad malum prona est, mandata Dei refugeret, timens illorum pondus ac gravitatem, duo mox subjunxit clementissimus Deus, quorum alterum efficit, ut etiamsi mandata durissima essent, Deo magnitudinem propositi præmiis levissimis judicentur; inquit enim, Pater meus diligit eum &c. & mansorem &c.: alterum vero manifeste demonstrat jugem fore Domini levissimum, & onus ejus suavissimum, dicens, Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Consideremus primo si placet præmiis magnitudinem propositi; deinde præcepti felicitatem; & quoniam, ut inquit Apostolus invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, altissimarum rerum probationes ex humanis assumamus exemplis. Quid autem sit diligi a Deo tunc lætus intelligimus, si prius quid sit ab homine diligi inquiramus. Si autem vere diligimus aliquem, & veram amicitiam ei conjuncti sumus, res omnes nostras, fortunas nostras, consilia & auxilia illi tamquam nobismetipsis communicamus. Quis enim medicus infirmi amicus est, qui mox quantum per se poterit; non curet eum sanare? Si civis oppressi, vel pauperis, aut necessitatem patientis, quis potens ac sapiens amicus sit, amico suo succurrere, consulere, opem ferre & opportuna providere differet. Verus enim amicus non potest nec se, nec sua ullo pacto amico indigenti subtrahere aut denegare. Quod si amicus ho-

ANNO
CHRISTI
1534

* Al. per eum.

ANNO
CHRISTI
1434ANNO
CHRISTI
1434

no comparatione Dei impotentissimus & im-
perfectissimus talem amici sui curam habeat,
quid de omnipotenti Deo aliquem diligenter
existimare debemus? Hinc ipse salvator in-
quit: *si ergo vos cum suis mali, nostris bona
data datis filiis vestris, quanto magis Pater ve-
ster, qui in Caelis est, dabit bona petentibus se?*
Qui igitur ista consideranti grave videri pote-
rit mandata Domini servare, cum hinc ejus
amicitiam promeretur, ut ipse inquit: *Vos
amici mei eritis, si feceritis quae praecepto vobis.*
Quod si vera amicitiae lex est, ut amicorum
omnia communia sint, longaque liberalior est
ac perfectior amicus Deus quam homo, con-
sequens est, ut omnia sua quae innumerabilia
sunt, quin imo & seipsum largiatur dilectis
suis, quibus etiam pacto infallibili pollicetur,
dicens: *si manseritis in me, & verba mea in
vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis
& fiet vobis.* Quis hoc audiens non expergi-
scatur? Sed quis non ardeat totus haec, quae
sequuntur, diligenter attendens? Inter amicitiae
humanae voluptates illa praecipue videtur
frui amici praesentia sed hoc inter homines
pro minima temporis parte fieri potest; At si
cui est amicus Deus continua eum sua praesentia
fovet, reficit, consolatur (inquit enim:
*Et ad eum venimus & mansionem apud eum
faciemus*), nec sicut homines per sepe solent,
Dominus apud dilectos suos mansionem otio-
sam somnolentam aut inutilem facit (loquitur
enim continuo ad cor hominis, & animae di-
lectae sanctas cogitationes inspirat, unde
propheta Regius dicebat: *Adhuc quid lo-
quatur Deus in me, quoniam loquitur pacem in
plebem suam*); Vocatus autem non obmutescit,
nec opem differt, sed repente *Ecce ad-
sum* respondet; Ejus vero oculi super dilectos
suos semper vigilant, & aures ejus sunt sem-
per intentae si quid dilectus petat, unde scri-
ptum est: *Oculi Domini super justos & aures e-
jus ad preces eorum*, sic autem sedulam, &
continuum dilectorum suorum curam habet,
ut eos sub umbra alarum suarum protegat,
scapulisque obumbret, & scuto potentiae suae
circumdet eos; qui si forsitan cadere viderit
dilectum suum, statim ne se offendat omni-
potentem supponit manum: Quante igitur dig-
nitate, excellentiae, & utilitatis sit hominem
visitari a Deo, & Deum apud hominem man-
sionem facere, Quis digne queat exprimere?
quis istius discussione non in stuporem potius
mentis quam in vocem laudationis posset er-
rumpere? Quis ille Chrysostomus aut Demo-
sthenes, quis Augustinus, aut Tullius mini-
mam etiam illius suavitate particulam posset
explicare, non solum quam gustando, sed
quae talia cogitando sentitur? O felicem ho-
minem si tuam conditionem nosset! Ecce in
servando mandata trahis Deum factorem, &
moderatores universi ad visitandum te, &
non modo ad visitandum, sed ad manendum,
& cohabitandum tecum. O beatum domici-
lium talem habens visitatorem, talem mansio-
narium, talem hospitem, quem si velis, po-
tes semper apud te habere, modo ejus pre-
cepta non negligas. Nec hoc Deo optimo sa-
tis est cohabitare cum amico suo, nisi & ip-
sum unum Spiritum efficiat, scriptum est eni-
m: *qui adheret Deo, unus spiritus est cum
Deo.* Sed ne ullus relinquitur querelae locus,
quia mandata sua aspera sunt, ea quae superius
Concil. Gen. Tom. XXIX.

in genere expresserat de mandatis & prae-
ceptis servandis, nunc nominatim specificat;
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis,
& hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem.
Supervacuum puto ratione vel auctoritate vel
exemplis probatum ire, quam utilis & neces-
saria sit hominibus pax, quamque ejus no-
men dulce, suave, & jucundum Natura, ip-
sa omnia viventia ad pacem quietemque in-
clinat: nemo est qui animo suo pacem ut si-
nem quemdam non constituat: speciale quod-
dam privilegium pax ipsa habet, ut secun-
dum Augustinum a suo & jam contrario quaeratur,
quod caeteris non congruit virtutibus.
Ipsi enim, qui bella gerunt ad hoc certant,
& defudant, ut pace tandem potiantur. Ita
pax amica Deo grata est, ut qui eam quaerunt,
in filios suos adoptare dignetur, *Beati-
ti*, inquit, *pacisci, quoniam filii Dei vocabun-
tur*, & cum Dominus octo Beatitudines nomi-
naret, cuilibet praemia sua constituens, so-
lis pacificis nomen filiorum Dei, quod maxi-
mum est, conscripsit; honorabilius autem ac
multo dignius est fieri filium Dei, quam quaeris
alia creata possidere. Quantum inter Chris-
tianos pax, unitas, & Communitas cum Christo
nostro fuerit cordi, documentum illud insi-
nuat datum discipulis ad praedicandum missis,
ut in quaecumque domum intrarent, primum
dicerent, *Pax huic domui.* Sed & sermo ille
proximus, quem post ultimam Cenam edidit
ex hoc mundo transurus ad Patrem, evi-
denter ostendit; cujus omnia fere verba nihil
aliud quam pacem, unitatem, & Caritatem
redolent. Multis enim modis id ipsum repe-
tens salvator noster, non posse quasi satiari
videbatur, modo, inquit: *mandatum novum do
vobis, ut diligatis invicem, & in hoc cognoscetis
omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem
habueritis ad invicem; Modo: pacem relinquo
vobis, pacem meam do vobis, modo; hoc est
praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut di-
lexi vos: iterum atque iterum hoc mando vobis
ut diligatis invicem.* Et tandem multa quae di-
xerat uno verbo concludens dicit; *Hac locu-
tus sum vobis, ut in me solum pacem habeatis.*
Convertens quidem sermonem ad patrem o-
rabat instanter, ut Discipuli sui unum ei-
sent, sicut ipse suus Pater & Filius; & licet
tunc acerbissima Passiois instaret hora, cer-
neretque, quid Judas, & Judaei impii adver-
sus eum machinabantur, & quanta sibi para-
bantur supplicia, flagella & tormenta prospiceret,
nihilominus quasi sui oblitus, solum
ad exhortandum Pacem, Unitatem, & Caritatem
inter discipulos intentus erat. Multa
halbutiendo dixi de pace & unitate, sed pau-
ca pro effectu hujus sacri Concilii quin imo,
& paucissima pro effectu, quem mirum in mo-
dum desideramus omnes, ut vos & nos u-
num simus unitate spiritus in vinculo pacis.
Ex his sacris Evangelii verbis, Reverendi O-
ratores, edocti sumus quid facere nos oporteat.
Videndum restat an sic faciamus, & si
quid impedimenti est ut illud de medio tol-
latur. Et primo ad hac sancta Synodo in-
choandum fecit, qui prius pacis signa ostendit.
Deinde veniamus ad vos, qui ipsam Synodum
aquis passibus sequi conamini. Hac igitur
sancta Synodus cupiens super omnia diligere
Deum, & diligere ab eo summopere, curat
praecepta ejus servare praesertim ea, quae

ANNO
CHRISTI
1431ANNO
CHRISTI
1431

passis sunt; non prout amera sancti ecclesie opera, ob que congregata est, pacem in populo Christiano pro omnibus inquit, & prosequitur; & quoniam super omnem pacem pax & unitas Ecclesie Occidentalis, & Orientalis magis necessarij videbatur, omnem adhibuit diligentiam, ut illa diebus nostris fieret. Quam ob rem duos Oratores Reverendiss. Patrem Episcopum Suedensem, & venerabilem Magnum Albertum de Crispis hic presentes pro hoc sancto opere usque Constantinopolim destinavit. Et quamquam pro longitudine viae, ac rei gravitate per magnum temporis spatium eos exportandos esse cogitavimus, de crevimus tamen omnia potius ferre incommoda, quam tam salutem & necessariam pacem negligere. Fecimus igitur quantum in nobis fuit exhortando, rogando, vocando, & interpellando vos, ut ad hunc locum pacis pro ipsa pace proficisceremini, prout latius ipsos Oratores nostros in Regia Constantiniana urbe nostro nomine referentes audivistis; sed nec hoc solum egisse contenti sumus, quin imo propter preceptum Domini, & caritatem nimiam, quam ad vos habemus facere prompto animo nos paratos offerimus quicquid ad hanc pacem & unitatem feliciter consummandam necessarium, seu accommodum visum fuerit. Nunc de desiderio, & voluntate vestra ad pacem dicam aliquid, & utinam tam digne sicut merita vestra exposcunt! Dedistis & vos non parva indicia per que divinis vos obtemperare mandata, pacemque & unitatem Ecclesiasticam velle vobiscum renovare, satis conspici potest. Ut primum enim Oratores nostri Constantinopolim ingressi sunt, tam serenissimus Dominus Imperator, quam & Patriarcha, magna cum honorificentia eos susceperunt. Lætitia, quam patria vestra in ipso forum demonstravit adventu, honorque eis exhibitus munificentia, hospitalitas, & cætera humanitatis officia magnum perhibent animi vestri ad pacem argumentum. Rogati post hæc ipse Imperator & Patriarcha & Oratores ad hoc sacrum destinarent Concilium, libenter assentientes, vos viros insignes ad hoc sanctum opus consociendum designarunt, designatque continuo navim ascendere jusserunt. Jamque huc diu applicuissetis, nisi procella maris & adversum nimium tempus impedimento fuissent. Ne autem longior mora ullam nobis posset suspicionem ingerere, consulte deliberastis Dominum Episcopum præmittere, qui vestrae bonæ voluntatis vestrique paulo post futuri accessus nos certiores redderet; sed postquam temporis opportunitas data est ad hoc sanctum opus illico vos accingentes, non longitudinem itineris, non maris discrimina, non terras ignotas, non denique plura, que tam longe itinerantibus occurrunt incommoda formidastis, & quamquam in via prædonum injurias, rerumque amissionem plurimamque adversa passi sitis, constantia tamen animi semper retenta, huc, quam celerius fieri potuit, Deo duce applicuistis. Hæc omnia, quam rectum pronumque ad unitatem animum habeatis, manifeste significant. Sed ex his omnibus impedimentis, difficilibusque principis spem bonam felicissimi exitus utrinque concipiamus. Solet antiquus hostis cum videt aliquid magni in Ecclesia Dei inchoari, mille ad impediendum parare insidias, nobis autem

plurimos dedit, & adhuc quotidie non cessat dare; sed quo plures infelix nobis liquos tendit, plures certe triumphos admittit, & quo magis mergere nos fatigat, eo gloriores exurgere nos facit Christus Dominus noster. Prævidebat adventibus vobis posse fieri pacem in Ecclesia Dei, cujus tantam intelligebat futuram utilitatem, ut ex nulla unquam parte tanta proveniret, proinde terra marique vos a sancto proposito deturbare conabatur; nunc potestatis aereis mare commovens, nunc raptorum fœvitiam instigans ut nullatenus ad locum pacis nobiscum de pace conveniretis. Sed Christus salvator noster sponsam suam Ecclesiam solari volens, & venis & Latronibus fortiores vobis animum tribuens per varios casus & discrimina tandem incolumes ad hanc sanctam synodum perduxit; pro quo sue majestati ex toto corde infinitas agimus gratias, suam humiliter, clementiam exorantes, ut hæc magna principia felici atque optato fine concludere dignetur. Vestro autem mirum in modum gaudemus, adventu omnes; vestra etiam præsentia ita letamur & exultamus; ut nemo pro quo tantum gaudii capissemus huc accedere potuisset cum iste vester adventus auream quasi futuræ pacis unionem auspiciare videatur. Revertamur jam unde paululum digressi sumus. Nos igitur ac vos cum plurima pacis indicia magnamque unitatis desiderium habuisse habereque ostendamus omni conatu incumbere debemus ut bonam hanc voluntatem per operis evidentiam ad consummationem usque perducamus. Majus quod in hac re, sit est bona voluntas. Hanc utraque pars optimam se habere asserit, & signis evidentibus comprobavit. Apponamus jam manus ad reliqua, & quod restat sine intermissione, & omni cum diligentia prosequamur. Venimus jam prope Ostium, & illud manu tannentes pene aperuimus. Quid superest fratres dilectissimi, nisi ut alter alterum in unitate Spiritus amplectens introeamus cantantes, *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum*, sed video in ipso ostii limine offendiculum quoddam, sed forte parvum. Nescio quis verbalis forsitan differentie obex se interponit, & nos parumper ab ingressu retardat. Eja fratres in nomine Jesu Christi & Spiritus ejus, qui spiritus est Caritatis & pacis, obstacula hæc quascunque illa sint, procul amoveamus, ut plana & expedita via ingrediamur in dilecta Tabernacula Domini virtutum. Quoniam illa differentie esse possunt, que sanctam unitatem nostram dirimere valeant? Quid lapis offensionis nos ejusdem Patris filios ab hereditate in testamento Dominico nobis relicta & tanto tempore commendata privare poterit? Absit fratres; absit, & ut Christi orationem pro nostra postrectam unitate ad patrem nostra culpa quantum ad nos irritam faciamus. Et quomodo diligere Deum & diligere a Deo poterimus? Quomodo ille Deus pacis veniet ad nos, & apud nos mansionem faciet, si sanctum pacis & unitatis preceptum non observemus? Christus, ut inquit Apostolus, est pax nostra, ipse fecit utraque unum & medium parietem maceris solvens, duos condidit in semetipso in unum hominem novum faciens pacem, ut reconciliat ambos in uno corpore Deo per crucem interficiens inimici-

Non sunt hæc
in Cod. Vat.
4190.al. ad verum
pax non
est.* Al. quantum
quo.

ANNO
CHRISTI
1542ANNO
CHRISTI
1542

*incipit in semetipso Ipse unicus evangelica-
us hinc pacem hinc, qui longe, & hic, qui
proprie Ipse oriens annunciat nobis per An-
gelos pacem; ipse predicans docuit nos pa-
cem; ipse moriens reliquit nobis pacem. Et
nos qui dici volumus discipuli sui, & Chri-
stiano nomine gaudemus, poterimus quanta-
cumque occasione pacem non colere, & uni-
tatem Ecclesiasticam negligere? Si considere-
mus in quam parva re differimus, & in quot
& quibus convenimus, erubescendum erit,
quod inter nos dissidium durare amplius hoc
patiamur. Utrique fatemur unum Deum Pa-
trem, Filium, & Spiritum Sanctum, tres per-
sonas in Trinitate substantias, utrique, tene-
mus vetus Testamentum, utrique novum, B
plurimos sanctos Doctores iam Græcos, quam
Latinos utrique tenemus & approbamus. Im-
possibile est quin ex his plurimis, in quibus
unanimitate consentimus, elici non possit ve-
ritas. Impossibile certe arbitror per tot libro-
rum volumina, quæ vel a Deo vel Spiritu
sancto Dei per sanctos Patres sunt condita,
in quibus quicumque ad salutem necessaria
sunt, descripta sunt, omnem si qua inter nos
est, differentiam evacuari non posse. Hæc ve-
ritas licet sæpenumero declarata sit, & postre-
mo in sacro Lugdunensi Concilio omnis sub-
stantia discorsia; nihilominus si quis adhuc
scrupulus restat, si quis amplius declarata
sententia effragat, ecce nostra sancta Mater
Ecclesia hic in Spiritu sancto legitime con-
gregata paratam se offert juxta doctrinam Be-
ati Petri omni poscenti de ea qua in se est fide,
reddere rationem cum omni caritate & man-
suetudine. Et quoniam nihil tam vobis est
cura, nihilque magis cordi nostro insitum he-
ret, quam ut omnes qui Christiani censentur
solliciti simus servare unitatem Spiritus in vin-
culo pacis, & sicut unus est Christus, & u-
na Christi fides, ita simus in una fide idem
Christi corpus, ideo per Charitatem Christi,
qui animam suam pro nobis posuit, ac suum
preciosum sanguinem quo nos redemit, ex
toto corde nostro, & tota anima nostra vos
hortamur, rogamus, & obsecramus, ut amo-
do id ipsum secundum Apostolum dicamus
omnes, & non sint in nobis schismata, sed
sicut sumus Christiani, ita simus uniti & pa-
cifici ad invicem Christiani. Nos pacem & u-
nitatem in Christo vobiscum & omnibus homi-
nibus habere desideramus, & querimus; pro
hac pace & unitate nullum laborem nullum
onus respicimus. Pro illa si opus sit exemplo
Salvatoris nostri nos ipsos & animas nostras
impendere, & super impendere parati sum-
us, similique modo & vos omnes facere o-
peramus. Alioquin qui secus fecerit frustra
Deum colit, frustra Christianus est, nihil sibi
Orationes, nihil jejunia nihil Eleemosynas,
nihil denique ipsa martyria sine Caritate &
unitate Ecclesiastica secundum Apostolum pro-
desse poterunt. Id ipsum vos esse facturos,
quod nos facimus, ex multis, quas super me-
moravimus conjecturis sperandum est. Quod
ut faciatis, præceptum Domini de pace & u-
nitatem vobis necessitatem imponit: Salus ani-
marum, que extra Ecclesiam unitatem esse non
possit, vos hortatur, sanguis Christi pro Ec-
clesia effusus ita vos agere reddet obnoxios:
promissiones Domini, & præmia vite eternæ
ad hoc sanctum opus vos merito debent alli-*

*gere. Sed & quis erit ille tam impius Chri-
stianus, cuius, ad compatiendum & succur-
rendum viscera moveri non debeant, videns
tantum sanctæ matris Ecclesiæ dedecus, &
confusionem quam ex hoc dissidio apud In-
raicos patitur nominis Christiani? Derident e-
nim Christianam Religionem Judæi, Turcæ,
Sarraceni & alii Infideles, quam si in fide di-
visam conspiciunt: & cum in alto ei detra-
here nequeant, pro hac tanta scissura blasphemis
lacerant, & maledictis discerpunt: &
quam unitam vehementer formidarent sic
scissam contemnunt, ac nihili faciunt. Uti
procul dubio ad Orthodoxam converterentur
fidem, sed videntes nos invicem variis decer-
tionibus, adversisque disceptare opi-
nionibus, in suo errore perseverant, nescien-
tes quos eligant, quibusve magis adhereant.
Heu quam ingemiscendum pariter, & erube-
scendum, quod cum nulla infidelium secta ita
pacem & unitatem sicut sancta ex nostra præ-
cipiat, apud nullos tamen minus quam apud
Christianos pax & unitas in credendo serve-
tur. Quot namque hoc opprobrium est, quod
ipsi infideles in erroribus & superstitionibus
suis pene conveniant omnes, qui eandem
sectam tenent; & nos veram fidem colentes,
eademque principia recognoscences sic inter
nos varie dissentimus? Animarum præterea
perditio, quas multis modis Infideles perver-
tunt, nonne unionem mutuam nobis persua-
dere deberet? Numquid non in extrema die
iudicii sanguis eorum, qui nostra culpa &
decidia pereunt, de manibus nostris exigetur,
cum tot malis possimus, & negligamus, oc-
currere? Heu quot singulis annis filios Eccle-
siae perdit, qui in manus deducti Infidelium
fidem Catholicam abnegare coguntur! In ul-
timo rerum temporalium detrimenta corpo-
rumque pericula dicenda retentari; hæc enim
qua oculis conspiciuntur, magis cogitare,
magisque horrere homines solent. Post hoc
execrandum dissidium in Ecclesia ortum, quot
quantaque damna, injurias, persecutiones &
contumelias a Turcis Tartaris & Sarracenis
nobilissima Græcorum patria CCC. ferme annos
passa est, & quotidie pro dolor! amplius at-
que amplius patitur? Ad quantum exterminium
Ecclesiæ Orientales Barbaricus Infidelium
furor deduxit. Quis referens a lacrymis
se temperet! quot oppida præclarissima, quot
urbes insignes diruta sunt, & solo æquata?
Quot numerosæ gentes, quot populosa Pro-
vincia a vestigiis deleta? Quantaque depopu-
latio ac ruina in Orientali plaga hinc se-
cuta sint, quam horribili servituti & jugo tri-
butionis Christiani Orientales subiciantur &
quam proximo periculo extremæ perditionis
ceteri qui restant, & quicumque quid supe-
rest vestrorum populorum subiaceant, quis ne-
sciat, & quis sciens non fleat, & quis sens
jam non provideat? Præter hæc liberalium ar-
tium aliarumque scientiarum studia, que in
patria illa quondam copiosissime florebant,
nunc penitus defecisse videntur, & ubi semi-
narium olim literarum erat, & omnis elo-
quentiæ fons, quid modo superstit, vos me-
lius nostis. Horum omnium dissidium istud
fuisse causam, communis est omnium senten-
tia, si horum omnium reparatio ipsa vestra
nobiscum unitas indicio omnium futura esti-
matur. Nullum his calamitatibus facilius est
rem-
e*

ANNO
CHRISTI
MDC

remedium, quam ut omnes, qui Christum colunt, in eadem fidei neantur unitate, & alter alteri, sicut fratres decet, invicem opem ferant, & mutuo subsidia ministrent. Audita profecto hac unitate undique populus Christianus ad adiuvandum vos, pellendosque de Græcia Turcas, certatim concurrat, quin imo sola reconciliationis fama ita illos terros reddet, ut desperare cogantur in terra vestra posse amplius immorari. Convocavimus Reges Duces & Principes & omnem populum christianum. Sed & si non vocati ultro ad vestra præsidia confluent, nemo non erit, qui quidquid roboris ac virium poterit, vestræ genti non conferat. Videor post hanc unitatem videre non longum adfuturum tempus quo pristinae gloriæ ac libertati tota restituetur inclita Græcia, decus, dignitates, & ornamenta maiora recuperabit, & fiet, Deo disponente, Græcia illa, quæ felici tempore esse olim solebat; tanta denique Latini & Græci caritate copulabuntur, ut inter ipsos ac germanos fratres nihil pene interit, ita ut nullum quodammodo inter eos fuisse quondam dissidium videatur. Quis tunc tam disertus ullo unquam genere dicendi explicare illarum poterit lætitiarum & jubilationem, quam sancta mater Ecclesia pro tam exoptata filiorum unione suscipiet? Vix corda horum tam grande atque insolitum gaudium inter se capere poterunt, omnes ad cælum hilares levabunt manus laudantes, benedicentes, & magnificantes Dominum, qui his novissimis diebus populum suum consolati dignatus est, nemo præ gaudio a lacrymis continere se poterit talem intuens successum, quo nullus a principio nascentis Ecclesiæ utilior atque optabilior visus fuit; & quanto diutius & perniciosius hoc constat fuisse divortium, tanto reconciliatio gratior jucundiorque æstimabitur: Et quemadmodum vere novo humo revirescente, omnia quasi ridere videntur, sic inter nos pace composita tota Christianitas reflorescet & miro quodam applausu jubilabit. Ipsa quoque sancta mater Ecclesia, quam pro tam diuturno filiorum dissidio nimis mæror in decrepitam senectutem adduxerat, pro tanta felicitate in secundam adolescentiam revertetur. O quam gloriosum tunc erit esse Christianum, cum longe lateque rudes orthodoxa palmites suos diffundet? Quantus hinc Christianæ Religionis redundabit honor, decus, & gloria? Quantusque timor & pavor adversarius suis? O si diebus nostris hoc facere dignaretur Deus? O si hunc optatissimum diem oculis suis quisque intueri possemus? Multos fore non ambigo tam ex hoc ætu quam reliquo Ecclesiæ corpore, sic huius unionis desiderio accensos, ut post illam vix momento supervivere optarent, dicentes cum sancto senè Simeone. *Nunc dimittis ferrum tuum Domine secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutarem tuum, unionem sanctæ matris Ecclesiæ. Accelerandum igitur, accelerandum fratres, & sicut faber calidum ferrum malleo super incude percussit, ita nos ardentissimum, & ferventissimum desiderium nostrum ad consummationem optati operis sine mora convertamus. Ut ista igitur cogitatis, & cogitantes opportune provideatis, & si omnia quæ prædicimus, & quam plura alia, quæ pro vestra sapientia meditari potestis*

ANNO
CHRISTI
MDC

vos excitent & admovent, nihilominus pro Christiana caritate idipsum iterum atque iterum sollicitamus, rogamus, & obsecramus. Quod si feceritis prout speramus, veri eritis cælestium præceptorum observatores, & Deum re ipsa diligere & ab eo diligi comprobabitis, qui veniet ad nos, & mansionem apud nos faciet hic per gratiam, & in patria cælesti per gloriam quam Jesus Christus nobis & vobis omnibus Christianis largiri dignetur, qui vivit cum Patre & Spiritu sancto Benedictus in sæcula. Amen.

VIII.

Propositio Ambasciatorum de Græcia ad Sacrosanctum Basileense Concilium in Congregatione eadem.

Novissime eruta ex Cod. ms. supra dicto & collata cum supra dictis Vaticanis codicibus in quorum primo titulus est huiusmodi.

Oratio facta ad Græcos per Reverendissimum in Christo Patrem D. Julianum Legatum in sacra Basileensi Synodo.

Primum quidem o Sacrosancta Synodus de gloria & laude vestra dicturus a Deo immortalis auxilium invoco & favorem precipue cum ea laus ejus generis sit, ut quicumque de ea dicat multum ad dignitatem vestrorum operum deficere necesse sit. Imo si antiqui clarissimi Oratores, & qui hac nostra ætate vivunt, adessent, dignam vestris gestis orationem nequaquam haberent, & multa fortassis exornate dicerent, res vero a vobis bene gestas neque illi omnes quantum oporteret, meo arbitratu dicere possent tanto vestris operibus atque gestis omnium oratio sit inferior. Cum igitur hoc multis accideret quid mihi eveniet parvam in dicendo vim habenti? præterea & nondum corpore bene valeo, & vix jam a longo & diuturno morbo liberatus sum; quin etiam adhuc reliquias mala valetudinis aliquas sero? Sententia enim Philosophorum est & vera, animos hominum, si corpora patientur, una quodammodo cum illis pati. Postea vos omnes oro ut patienter & equitate animorum hanc nostram orationem audiat, nihil similem rebus a vobis gestis, nam parum in exercitatione dicendi peritus sum. Et ea est magnitudo dignitatis vestræ, ut non modo dicere, sed vix eam inspicere etiam possim; quam enim ex rebus, quas a primis sæculis admirari solemus, in vobis aliquis inspicere non inveniet, virtutem, quæ Dei est & insignorum virorum, eorum, inquam, virorum, qui ad Deum cupiditatem intendunt, qua Deo similes efficiuntur, & sine qua nihil viro dignum effici potest, qui ratione, & secundum ejus naturam vivere vult, quam etiam solum ex rebus omnibus si acceperint homines similes Deo quodammodo sunt, quæ præterea eos qui eam possident cælorum cives esse demonstrat. Ubinam quispiam viros virtute prædictos plures videat? quos si singillatim consideres ubi elegantiores? si simul omnes, ubi magis pullulantes, & virtute florentes, ut de Phenice Poeta dicit, quam hic apud vos? qui omnem orbem

ANNO
CHRISTI
1530ANNO
CHRISTI
1530

dem, tanquam alia Apostolorum societas, hic congregati, & certamen maximum aggressi alios quamvis devios, & aberrantes dirigere studeatis, & ad primam fidem reducere, & pietatem: in aliis vero qui quamvis recte, & divinis antiquorum Patrum legibus & Apostolorum vivant, tamen nescio quo pacto ab uno, & ecclesia sancto corpore longitudo temporis divisit, & non parum ab invicem alienavit, imo in tantum malitiae Principes alteros contra alteros instigavit, ut verbis invicem quandoque scriptisque pugnarent, omni animo intenditis hunc ipsum ab alienationis morbum sanare, & corrigere. Quia & Legatos ad illos misistis cum pacto & bonam honestamque pacem & concordiam cupientes, qua unum Ecclesia Dei esse corpus, per multorum annorum spatium, olim gavisa est, quamque Diabolus scidit & divisit. Et quamquam ab Ecclesia Orientali saepe pro ea re legati missi fuerint nullum tamen hactenus tempus tam magnum, & tam egregium opus videre potuit. Sed vobis ut videtur summa virtute & sapientia praeditis res ipsa servabatur, qui omni ratione unitatem vultis, & volentes, ut id fieret studuistis, suadentes ut ad eundem veniremus locum, ad quem quia venimus optimo & sperato fine, auctore Deo res concludetur. Quod si illud ad laudabilem finem vestra prudentia venerit, quis digne laudabit promptitudinem vestram, quis studium, quis in eundem locum vestrum omnium Conventum, quis ex gratia spiritus sancti & unitatem & amorem mutuum? Quantum etiam laudis habet quod a singulis patria relicta, in aliena civitate quae in propria Domum longam & diuturnam ducitis moram? Ad hoc maximum & clarissimum opus, cum istum vestrum conventum tanta animorum aequitate unitum ut acceleratis, & nullam intervenire moram patiamini hortaturus, rogaturus, & obsecraturus sim, id quidem paulo post & suo tempore faciam. Nunc hoc super adjungam: Nam vestra per omnem orbem Divina virtus peragravit, nihil quod ad utilitatem Christiani nominis conduceret omisit: non jura, non aequitatem, non ritus, non consuetudines, non leges; omnia enim quae Christi Ecclesiae conferunt, quae Civitatibus, quae populis, quae generi hominum, divina quadam providentia, divina industria tractatus, nam divinum id vere est opus; aliqua horum quidem optime composuistis, alia ut componatis in manu sunt, reliqua corrigere estis futuri. Quisnam igitur maximam & divinam vestra opera digne laudabit? quippe si quis tam rotundam tam splendidam tam ardentem vocem haberet, ut clamans ubique a sinibus terrarum audiretur, nunquam quantum oporteret famam laudis & gloriae vestrae extendere posset. Quae cum tam ampla tam laude digna, tam Deo grata gesta vestra sint, certe nullum tempus ut reliqua humana solet, abolebit. Ac primum quidem quantum paci hominum studetis, dicam, ad quam mira industria, magno certamine, ac diligentissima cura nitimini, cui omnem mentem, omne studium intendentes, maximum hoc, & sacrum pacis opus per omnem orbem firmare & stabilire vehementer quadam ac inaudita animi cupiditate desideratis. Postea & alia subjungam

Non quantum sapientiae vobis inest aut ingenii, non quanta elegantia sacrae Theologiae manus obeatis; non qua perspicacia, & acuitate jus vel civile intelligatis, vel exercetis Pontificium, non quantum in cunctis Dei muneribus, & clari sitis, & eruditi, sed quantum praesens videtur posse concedere tempus, & quantum mea in dicendo vis valeat. Pax magna quaedam res, magnum quoddam nomen Angelicas caelestisque virtutes continet, una & prima, & magna Deitatis luce circumvolutas, quae divino illo & miro nutriuntur cibo splendore, scilicet a beatissima Trinitate hac pace colligantur & uniantur caritatis nodo. Pax enim mundum illum rebrum intelligibilium continet, qui magis propinquus viciniorque est luci Divinae, quae nec dici potest, nec audiri. Pax cujusque magni boni operis & effectrix & conservatrix est. Discordia e contra, quae divisionem scissuram, & litem assidue machinatur, non illum quidem invisibilium rerum mundum ita ut creatus erat splendorem reliquit, imo quaedam, quae primo luce magna fulgebant obscura fecit, & illinc multas virtutes extraxit, quae postea malorum operum auctrices factae sunt; extractus est qui eo tempore malitiae Dux fuit, & postea perpetuo. Sed adverte: hunc ipsum mundum videmus quem quia divinis compositus est elementis, si nulla qualitate superabundat: Pax & ordo in luce & quiete continet totum aequitate quadam omnes coadjuvante. Cum autem discordia confusio aut contentio in illud venit, tunc superat turbo & totius quasi dissolutio fit & perditio; ac pulcherrimum, spectatissimum hunc mundum deformitas quaedam possidet & obscuritas, nec inspicere quidem omnino potest. Sed descendamus ad parvam mundi partem, hominem scilicet, maximam vero & Regnam, & Principem verum omnium mundanarum, ut Deus iussit: hic enim cum illud quod iuste est, servat, & aequitatem animi, & statum non amittit, pacem vero stabilem firmamque tenet, tunc maxime societati Angelorum fit similis numero atque ordine ambulanti. Cum vero a se ipso decidit pugna, ac lite, vexatur quae si parum crescat, rationem omnem ab illo defugat, nigrumque animum & turbulentum facit, quod fortassis phantasia quibusdam obscuris similis, vacuum se in omnibus & sine firmitate demonstrat. Verum inspiciamus, quae res qualisque pax sit. Pax certe sua quadam pulchritudine formae regna servat; pax res publicas, quae populis gubernantur servat, pax civitates, quae nobilibus optimisque viris reguntur, servat, & omnem alium justum principatum. Pace urbes & crescunt & ornantur, qua magnum incrementum affertur & subditis & principibus. Haec villas & domos construit, haec desolatam dirutamque terras habitat, haec incultas relictasque colit, & omnino cuncta inspicit augmentat, & ad magnam felicitatem venire facit: Et ut multa paucis dicam, quidquid pulcherrimum & sublime est, hac factum constructumque fuit, sine qua nihil in hac vita rectum duratumque est. Inimicitia & discordia e contra bella suscitant & consociant, ex bellis oriuntur caedes, ex caedibus destructio & perditio fit hominum, villarum, civitatum & rerum omnium publicarum & venit etiam ad

ad. 12. 1530
1530
1530

ad bruta animalia, namque una cum hostibus patientur & illa? Quid magnam laetitiaque habentem vicis urbem Trojanam destruxit? nonne pugna & discordia? Babiloniae vero illum circumeuntem clarissimum & fortissimum murum nonne haec diruit? Sacram quoque Hierosolymae civitatem nonne haec demolita est? Nonne haec etiam omne ferme Iudaeorum genus captivum ad Assyrios duxit? Nonne haec Assyriorum magnum Imperium evertit? Nonne Persarum, nonne Graecorum, Romanorum? Quot etiam in Italia Civitates olim clarae ab hac diruta, adhuc incultae desertaeque manent? Vidimus non multum antehac Galliam florentem, nunc vero assiduis Britannicis bellis ac discordia deflorescere quasi videmus, & duos illos maximos Christianorum principatus frequenti bello atque inimicitia indeterius ire. Ubi haec dominatur nonne ad interitum quasi res omnes vertit? Haec omnia quae dixi, & antiqui libri, & qui moderni appellantur, Tragediae atque historiae vera esse probant. Quibus causis o Sacer Sandeque laetis animis vestris Spiritus S. gratia firmatum est, ut omni orbi pacem ponatis; imo magnopere certatis: hoc tam magnum bonum omni hominum generi distribuere, memores, quod Christus nullo alio se nomine appellavit non omnipotentem, non factorem, non rerum futurarum cognitorem, horum quidem nominum nullum dixit, sed pacis & amoris. Ego, inquit, sum pax, ego sum caritas. Hanc sacram & sanctam divinae vocis sententiam imitati, omni cura ipsi paci studetis, tamquam ipsius pacis Creatoris, discipuli, & magistri pacis; quam quidem, ut dixi, omni hominum generi & cupitis, & nitimini firmare. Doctrinam vero quae ex Deo dicitur esse, & est, & quam homines per gratiam adipiscuntur, quamvis ingenium multum conferat non superflua & summis, ut ajunt, dignis, acceptis, sed profunde ac penitus scientiam adepti sacra ipsius arcana scrutantes, tantum in ea re excellitis, quantum humano ingenio dari concedique potest: cujus summitatem seu sapientiam, seu sapientiae amorem illam appellatis: ibi tantum invenies quantum in Theologia (in qua qui eruditi sunt, & secreta noscunt) & quantum in legibus ac sanctis & divinis Canonibus sit de quibus inter vos saepe disputatio accidit, quam excellentiam, quam vim habeant. Noscitis etiam & perfectas spiritus gratias, & secretorum completam virtutem, horumque omnium vos & inspectores & magistri estis: ex quibus colligitur quantum vobis in his rebus aut studium aut exercitium aut diligentia aut Doctrinae perfectio fuit, qui semper utilitati Christianorum studetis. Quis igitur digne in his quae dicta sunt magnitudinem vestram laudabit? Certe omnis quicumque eam rem aggredietur deficiet. Sed quoniam res geritis & miras & optimas, quibus laudes minores sunt, necesse est Oratoribus illas aliquo modo praedicare quantum eis id facere possibile est, sed auxilietur & conducat dignus ille David ad hanc nostram laudem. Audite haec omnes gentes, auribus percipite omnes habitantes terram, ut habeatis laetitiam, & gaudeat exultationis, in qua haec sacrosancta Congregatio & tacit & vult pacem & concor-

diam quae est virtutum summa. Acceleratis enim, & magna cura studetis, ut Graeci Romanis uniantur, unumque corpus & membrum faciant Ecclesiam Christi quam suo medicavit sanguine, multique miraculis & siquis Deus illam firmavit & stabilivit ac pacem & caritatem dignis Discipulis suis Apostolis mandans, & figens illam sub Divi Petri Confessione ipsi, & cum ipso aliis Apostolis Spiritum Sanctum immissit; cum quo circumeuntes omnem orbem venati sunt pacem, singulis eos accipientibus porrigentes. Haec Ecclesiam Christi annos ut puto tenuit mille ac plures; postea nescio quo pacto (insignavit enim immundus ille & malorum omnium Princeps demon) discordia quaedam in Ecclesia Dei nata est causis neque probatis, neque magnis, neque alterutri partium multum nocentibus. Subrepens igitur schisma, & temporis opportunitatem sibi sociam inveniens illa enim tempestate Graeci discordia civili laborabant, animos utrumque sauciavit, postea cadentibus annis nullas huius sancti & excellentissimi operis, pacis scilicet, memor fuit, & si meminere non generose quidem. Itaque utque ad hanc nostram aetatem & majus & clarius schisma duratum est, ac per parvum nonnumquam interea tempus haec utraque partes conjunctae fuerunt, postea iterum peiora prioribus illa via sunt, ac omnem orbem temporis prorogatio ignorantia, & obscura quadam nube complevit, tantamque ad invicem litem & controversiam paravit, ut altera alteram partem aliud a recto sentire putet, & nullam rectam firmamque credere earum opinionum, in quibus altera firmaretur, sed utramque solum ad sententias suas inspicere, nihilque omnino animadvertere ad magnum unius ecclesiae Dei corpus. Nunc vero sacro & sancto spiritu animis vestris inspirante huc ad hunc locum sacrum convenit quidquid optimum atque excellens in ecclesia Christi est, quidquid in virtute, quidquid in sapientia, ac intellectu, quidquid in arte sacrae Theologiae, quidquid in omni alta doctrina & ut sic dicam, omne in rebus optimis praestans ac menti fixum habetis partes jam pridem divisas conjungere & ad pacem & unanimitatem Ecclesiam Christi reducere, atque in unam, ut olim fuerat, restituere. Quam ob rem ad Serenissimum Graecorum Imperatorem, & ad sacram eorum Ecclesiam legatos misistis, non parvum itineris laborem passos longi quidem & difficilis; sed saepe Graeci antehac pro pace quoque & unitate legatos miserunt. Verum nescio quo pacto nihil apud illos, ad quos missi fuerant conferre poterunt. Et non parva Christianorum multitudo est, quae Graecorum Ecclesiam subjacet; nec tenue Graecorum genus putetis. Ipsum tamen multos jam annos quasi obsesum a magno illo Principatu, & hominum multitudine, diminutum quidem est, & in fortuna multa passum, sed non omnino dirutum aut contritum. Servat enim illud adhuc partem domini. Peloponnesus omnis Graecorum Imperio subiecta est, & Lemnos, & Melos, & juxta Constantinopolim major Thraciae pars, ac etiam, exceptis dominis & quibusdam Principibus, Concyra omnis, quam Corfu appellant, Cefalonia, Zacynthus, Ithaca, Leucas, Euboea, Cyclades Insulae, Creta, Rho-

ANNO
CHRISTI
1439
d. Tunc.

Rhodus, Cyprus, Chios, Lesbos & si qua
est alia in mari Egeo insula: & in Europa
Epirus, Illyria, Achaia Phocis, Boeotia,
Attica, Macedonia, reliqua Thracis; hæc
omnia Græcis habitantur; pauci tamen in
quibusdam locis Græci sunt commixti. Sunt
etiam superior & inferior Myria magna ho-
minum multitudo habitans, qui omnes no-
stra Ecclesia obtemperant. Ac in Asia Prin-
cipatus omnis Barbarorum est; In multis ta-
men locis Græci habitant, & est Syrorum
non parvus numerus. Sunt præterea Reges
non pauci idiomate diversi qui Græcorum
Ecclesia obediunt, magnum scilicet Iberium
Regnum, & Casanum, & præter hæc Ce-
thoniæ & Albanorum cercassiorum etiam, & B
Gothorum nec non Moldoblachia, & ea quæ
magna Ulachia appellatur ac Tribaltium, &
juxta hyperboreos montes Russorum maxima
respublica, & magna Russia qui magnus ap-
pellatur Dux, multique in ea alii Reges & in-
ferior omnis Russia, Regibus exceptis & qui-
busdam aliis parent Constantinopoli. Tot sunt,
& plura nostris obtemperantia. Sed vos ego,
cum vestra virtus non aliter ac solis radiis
resplendeat, rogo atque obsecro, ut hoc ipsam
vestrum studium & cupiditatem, quam Spi-
ritus sanctus vobis largitur unionis fini trade-
re acceleretis, nulli rei parcentes quæ dicta
Ecclesiarum unioni conducatur, ut una exi-
stens, ut olim Ecclesia Græcorum Latinorum
Ecclesia sit, & Græci e contra ad Latino-
rum Ecclesiam veniant cum omni caritate &
amore, ac alii cum aliis in maxima lætitia
& fructu bonorum sint, ut tempore antiquo
feri solebat. Erunt munera mercedes ac me-
rita omnibus huic sancto & maximo dictæ
unionis operi studentibus, a Deo quidem
honores, & coronæ similes illis, quæ olim
dantur sanctis Patribus antiquis, qui ma-
gnam curam magnamque diligentiam habue-
runt pro Ecclesie unioni ac statu, pro qua
mille labores & certamina sustinuerunt, nequa-
quam sibi ipsis parcentes, imo omnem mo-
lestiam, omnemque laborem pro ea re læti-
tiam putabant & gaudium. Ab hominibus
vero qui nunc sunt, & qui futuri venient,
gloriam immortalem adepti eritis: semper
enim habebunt uniuscujusque statum ante o-
culos multo majorem ea, quæ apud Rhodios
erat quam illi Phæbo statuerant, cui similem
a principio sæculorum ad hanc usque ætatem
nullæ hominæ manus facere potuerunt. Sed
quid ego statum manufactam dico? statum,
inquam, habebitis, quæ Cælos tanget, quæ
ab Oriente videbitur usque ad Occidentem.
Quas ob res Reverendissimi Patres divinam ac
sanctam celsitudinem vestram oro, ut hoc
certamen quod vobis pro pace & unioni tan-
to ardore, tanta animorum cupiditate propo-
suis, laudato fini omni curam quam primum
feri poterit, dare studeatis, ut statim merce-
dem ac merita quæ modo dixi, & a Deo
accipiatis, & ab hominibus, & vero gaudio,
& quod sacros viros deceat, gaudeatis. Ac
nunc quidem Reverendissimi Domini Patres vo-
bis dicta sunt. Ad ea vero quæ dicta fuerunt
nudus quintus a Reverendissimo in Christo
Patre, & Domino meo legato viro quidem
eruditissimo, & miri hac vestra ætate exem-
pli, multis longisque utar laudibus necesse est
præ ejus singulari eloquentia, & doctrina,
quod sine temporis spatio fieri recte non pos-
sit. Res enim magnæ magnis ornari laudi-
Concil. General. Tom. XXIX.

bus debent, quæ longo egent tempore ac
otio. & vi in dicendo non parva: sed si
Deus dederit orationem pro illo faciam
opportunam.

I X.

Oratio reverendi in Christo patris D. Ambro-
si Generalis Ordinis Camaldulensis in Con-
cilio Basileensi habita VII. Kal. Septem-
bris, cum ab Eugenio IV. Rom. Pontif.
ad Concilium missus esset orator anno Do-
mini 1435.

Nunc primum eruta e Codice MS. num. 15.
Bibliotheca præstantissimi viri Jo. Baptista
Recanati Veneti Parisii.

NON vereor, Patres reverendissimi & re-
ligiosissimi ac doctissimi viri, qui hoc
sacrum generale Concilium vestra illustratis
præsentia ne qui nunc primum in celeberrimo
conventu dicturus adveni, minus felici au-
spicio aggrediar, quæ institui, ipsa vel no-
vitate rei vel loci dignitate deterritus. Licet
enim infirmitatis meæ atque imperitiæ ad-
modum conscius iusta metus ratione non ca-
ream, relevat tamen intentionem, trepida-
tionemque corroborat divina in primis inse-
ratio, quæ piis votis deesse nunquam consu-
vit; tum mittentis Romani Pontificis aucto-
ritas summa, cui ab hac sacra synodo multum
deserri, ut decet, non ambigo: deinde ve-
stra benignitas, quam præcipuam ac ferme
singularem in nos experti sumus: postremo
causæ ipsius, quam agenda suscepimus, boni-
tatis. De caritate enim, ac pace, atque u-
nitate servanda in mystico ac sacratissimo
corpore loqui institui; ut sermo vel infan-
ti ac muto deesse non possit, difficilisque sit
hujusce disputationis campum ingresso ora-
tionis exitum, quia verborum copia reperire,
quæ ultro se ingerit, ut longius que-
renda non sit. Proinde neque dignationi ve-
stræ nisi summe gratum fore arbitror nostrum
hunc de caritate sermonem, quando in Dei
nomine, & ad ea, quæ divina sunt tradan-
da convenistis. Est quippe, juxta Joannis tes-
timonium, caritas Deus. Excellentissima pla-
ne definitio, & quæ majus nihil aut dignos
excogitari possit. Quis autem zelo Dei suc-
centius, deumque sitiens, & quæ Dei sunt
quærens de caritate vel loquendi, vel audien-
di fatietatem, unquam ullam, fastidiumve per-
cipiat? Porro de pace quid loquar? Est enim
pax, iusta sapientissimi & doctissimi cujusdam
viri sententiam, dulce nomen, & res ipsa sa-
lutaris: ex Apostolo teste, ipse & pax nostra
qui fecit utraque unum. Pacem quippe nato
Domino terris reddidit primum Angeli nunc-
ciaverunt: eamque Salvator ipse discipulis vi-
vens, moriens, resurgens jure hæreditario
tradidit: pacem, inquiens, relinquo vobis, pa-
cem meam do vobis; & post resurrectionem di-
scipulos hac blanda & leni admonitione com-
pellat, dicens: pax vobis; ne scilicet se alium
putarent, quam qui vivens eis reliquerat pa-
cem; sed ex suavi pacis nomine præceptoris
ac Domini sui vocem agnoscerent. Mira pla-
ne divinæ pietatis dispensatio! Ascensurus in
cælum, & corporalis præsentis suæ modum
facturus, ea in primis commendare & incul-
care discipulis studuit, per quæ in corpore
suo, sancta videlicet ecclesia, quam toto ter-
rarum orbe diffundendam præviderat, itque
K k k k præ-

ANNO
CHRISTI
1527ANNO
CHRISTI
1527

prodiderat, perpetua caritas & pax inviolata A
duraret. Nam de caritate commendanda quan-
ta illi cura fuerit, aperte factis offendit, cum
eam proprium ac peculiare praeceptum ante
crucem insinuat, dicens. *Hoc est praeceptum
meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.
Majorem hac dilectionem nemo habet, ut ani-
mam suam ponat quis pro amicis suis.* Et post
resurrectionem Petro singulariter: *Petre amas
me? pascere oves meas;* idque tertio; cum ad
imitationem sui passurum, pro ovibus, quas
pascendas acceperat protinus subdidit: *cum
esses, inquit, junior, cingebam te, & ibas ubi
volebas; cum autem senueris, alius te cinget,
& ducet, quo tu non vis.* Ostendit profecto
jam tunc rex noster Christus dominus, eccle- B
siam caput, & sponsum, Petrum sibi in ecclesiam
gubernatione succedere; licet enim Apostolis
quoque ceteris ligandi atque solvendi a Do-
mino sit indulta potestas, Petro tamen quo-
dam speciali privilegio dicitur: *Tu es Petrus,
& super hanc petram aedificabo ecclesiam meam,
& porta inferi non prevalebunt adversus eam;
& tibi dabo claves regni caelorum & quodcum-
que ligaveris super terram, erit ligatum & in
caelis; & quodcumque solveris super terram, erit
solutum & in caelis.* Voluit nempe divina dis-
positio, ne scandalum ullum, aut scissura fie-
ret in corpore, unum esse ecclesiae principem,
ad quem oporteret cuncta referri, & sub quo,
ac si sub capite membra, fideles omnes ef- C
ficerent: veluti exemplari de caelestibus ducto,
ut sicut juxta etiam Philosophorum senten-
tiam: *Deus unus est, qui caelestia simul &
terrena moderatur;* ita etiam in ecclesia, cui
Christus est caput, unus esset gubernator, &
rector, qui ipsius vice fungeretur in terris,
& ad quem, ut dictum est, cuncta referrentur.
*Vide, inquit Dominus ad Moysen, ut
omnia facias juxta exemplare tibi in monte
stratum.* Sed non ero prolixior, neque nitari
ostendere impraesentiarum, ut ecclesiastica mi-
nisteria, distinctiones, ordines, functiones, of-
ficia caelestibus per omnia ferme consentiant;
utque qui Romano Pontifici propinquius in-
haerent, summis illis aëstibusque spiritibus D
Deo sine interpositione ulla adherentibus con-
gruant & deinceps suis locis, & ordinibus cæ-
teri. Non sunt ista dicenda ex tempore, sed
in otio discenda, & crebra ruminacione vol-
venda. Legant, qui volunt, Dionysium Areo-
pagitam scriptorem nobilissimum, & plenissi-
me admonentur. Licet enim arbitrentur
quidam Apostolum Paulum eisdemmet Epi-
scopos & presbyteros dicere, idque ex di-
ctis illius probare nitantur, Dionysius tamen
Apostoli discipulus, in quem veluti in vas
mundum & capacissimum transfudit arcana illa
caelestia, quae raptus ad tertium caelum audi-
vit, merito creditur necessariam distinctionem
docet. Unus itaque servandae pacis, ut dictum
est, atque, concordiae gratia in Ecclesia prin-
ceps a Domino institutus est necessario, sicut
in exercitu Imperator unus sit, necesse est
pro servanda disciplina militari. Alioquin con-
fusionem plena essent omnia: & in multis quo-
que servare hunc ordinem cernimus. Sed e-
nim non est in rebus manifestis immorandum.
Is vero princeps unicus ut Romanus esset pon-
tifex effecit sedes illa, cui Apostolus praesuit
Petrus, & in qua martyrium fecit: Ut quia
Romae praedicans Christum, & ecclesiam re-
gens gloriosissime occubuit, Romanus dein-
ceps Episcopus ecclesiarum omnium princeps

est. Quamquam & civitas imperio inclis sam
quoque opinione multorum non immerito sibi
vindicaret dignitatem, ut quae orbis caput di-
cicaretur, primatem etiam Episcoporum omnium
in se haberet. Quod postea de Constantino-
politana ecclesia statutum in Concilio legitur,
ut imperii causa, quod illuc migraverat, se-
cunda ab Ecclesia Romana haberetur. Ad Ro-
manum vero Pontificem cuncta referri solere
ita manifestum est, ut probatione non agat.
Nam si quid nunquam illo tempore pietari
Christianis religionem adversum ortum erat,
consulebatur in primis Apostolica sedes, in-
deque remedium exspectabatur; si confutanda
haereseos, aut propulsandi schismatis gratia
Concilia sanctorum Patrum confari oporteret, B
Romani antistitis id efficiebat auctoritas. De-
nique invenias in synodis omnibus a Roma-
no Pontifice missos, quos locumtenentes Grae-
cis vocare mos est, ut conciliis non modo
intereffent, verum etiam praesent; sedisque
apostolicae & exspectata semper, & suscepta
sententia est. Si qui sanctorum patrum sede
sua vel regum, vel principum, vel episcopo-
rum factionibus pulsus extorris agebatur ad
Romanam Ecclesiam, velut ad matrem re-
currerebat, inde sibi solatium, atque auxilium
poscens. Nempe enim & sanctus Athanasius
Alexandrinus Ecclesiam praesul catholici dogma-
tis adversus Arianam perditionem propugnator
inventus, cum toto orbe profugus ad suppli-
cium Ariani Imperatoris iussione quaereretur,
Romam secundo contendit, potaque catholicae
Ecclesiae praesidia occupavit. Joannes item
Chrysostomus nobilissimus memoriae Constanti-
nopolitanus Episcopus & doctor eximius cum
Episcoporum Aegyptiorum sententia secundo
iniquissime damnatus in exilium concessisset,
Romani pontificis Innocentii per literas auxi-
lium flagitavit, non tam sibi, quam discipli-
nae ecclesiasticae periclitanti, jamjamque laben-
ti, opem ferri postulans. Et ut alios omit-
tam, Thomas beatissimus Cantuariensis Episco-
pus, cum in exilium ob tuenda Ecclesiastica
libertatis jura ab Anglorum rege Henrico cru-
delissime actus fuisset, apud Romanam ponti-
ficem solatium reperit, ipsiusque tandem au-
thoritate ad Ecclesiam rediens martyrii trium-
phum retulit. Adeo Romana Ecclesia & A-
postolica sedes omnibus, quos injusta unquam
vexaret calumnia, seu potentiarum injuria pre-
meret, veluti asyllum inviolabile patuit. Hae
jura & leges regibus, principibus, gentibus
semper dedit: ab hac semper edicta gravia &
pietatis ac religionis plena toto orbe mana-
runt; quippe quam nulla unquam fuscavit
erroris macula, sed intemerata semper persis-
tit, atque omni haereseos labe pura. Sed cum
tantus honor illi sedi & a sacris synodis, &
a sanctis patribus, & ab orbe universo sem-
per habitus sit, si quid tamen ullo tempore
minus duorum minusque honestum ab Epi-
scopo Romano gestum esset, non expectata
generalis, concilii auctoritate, fervore cari-
tatis ab inferioribus quoque corripi solere
manifestum est. Egredere enim patiebantur mem-
bra vicissim pro capitis honore sollicita quis-
quam ab illo indecens fieri, per quod matri
catholicae macula ulla possit insuri. Urebat
quippe illorum praecordia zelus domus Dei,
neque eos sinebat conquiescere, donec deco-
rem integrum matri restitutum cernerent. Sic
denique Cyprianus & martyr gloriosissimus, &
doctor suavissimus Carthagenensis Episcopus
Cor-

ANNO
CHRISTI
1495.ANNO
CHRISTI
1495.

Cornelium Romanæ sedis antistitem, qui non ad dignam tantæ auctoritatis fiducia usus videretur, severius corripit, quem tamen jam martyrio coronatum ad Stephanum successorem ejus scribens miris laudibus prædicat. Sic ut plurimos præteream, beatus Bernardus Eugenium suum carpit, qui ab se statuta laudabiliter plurima non curaret observanda. Sic hodie & nostro Eugenio non desunt, qui caritatis fiducia suggerant, si quid ad se increpatione dignum de illo fortasse pervenit. Semper autem accepta cum gratia, ut decuit, fuit inferiorum reprehensio; sancti neque Petrum a Paulo reprehensum neque aut molestè tulisse legimus. Ita semper servata in corpore unitas est, nullumque scissura invenit locum, dum & ille pastor summus digna loco auctoritate servata, nihil indecens gerit, & se quid egerit a subditis caritatis zelo correptus & benigne suscipit, & gratias agit. At vero SS. Conciliorum instituta nemini majori in veneratione, quam pontificibus summis semper fuisse quis nesciat? Nam cum vel de ratione veræ fidei tenenda, vel de servando ecclesiasticæ disciplinæ rigore, vel de cæteris ad integritatem religionis pertinentibus concilia sacra egisse semper manifestum est, cui magis incumbere debuit illorum statuta & servare exactissime, & a cæteris servanda curare, quam ei, qui clavum universali ecclesiæ regeret? Quippe & beatus Gregorius in epistola synodica primas illas quatuor synodos, Nicenam scilicet primam trecentorum decem & octo patrum, in qua Arius, Constantinopolitanam primam CL. in qua Macedonius, Ephesinam ducentorum, in qua Nestorius, Chalcedonensem DCXXX. Episcoporum, in qua Eutyches & Nestorius damnati sunt, ita ut quatuor Evangelia se suscipere cum omni veneratione testatur. Sed & anteriores, & deinceps omnes Romani Pontifices eadem ingressi sunt via. Quorum vero ista, patres reverendissimi, & Christianæ fidei ac pietatis alumni? ut scilicet caritatis jura in corpore Christi, quod est ecclesia, præcipuo patrum præcedentium studio servata, a nobis itidem servanda doceremur, Convenitis patres præstantissimi pro disciplina maxime ecclesiasticæ decore, qui multum dilapsus erat, restituendo. Omitto etiam interim extirpationem hæresis perniciosissimæ, cui maxima cum Dei laude & sanctæ matris ecclesiæ utilitate instituta; pacationem principum Christianorum, cui ardentè incumbitis; Græcorum reductionem, quam constantè appetitis, utinam felici fine claudendam; laudabile omnino studium, dignisque præconii extollendum. Verum, patres fidelissimi Christianæ religionis æmuli, ordinate oportet fiant omnia. Debent, qui recalcandis cæterorum vitis instant, ipsi esse mundissimi, & digni, per quos Deus dignetur operari. Sicuti & in antiquis illis & venerabilibus synodis contrigisse meminimus, in quibus electi solam anxiosos, & vitæ ac morum sanctitatis insignes sententiam dicturi conveniebant. *Mundissimi, qui fertis vasa Domini*, ait propheta. Vere enim Domini vasa vos fertis, qui fidelium infirmas animas & ingredi per se non valentes doctrina corroboratis, & sacris institutionibus ad æterna dirigitis. Divina sunt negotia, que tractatis. Non sunt animi in humum deprimentis, ut secundum Apostolum nihil per contentionem aut inanem gloriam faciat; perturbationes omnes procul pellen-

Concil. Gen. Tom. XXIX.

mentibus liberis ac passione vacuis scilicet & rectius de cæteris judicare possitis, & ea que ad laudem divini nominis & ecclesiæ universalis ornatum pertinent, digne disponere. Patientiam, patres religiosissimi, dignationem vestram admoneri, & libenter tolerabitis ea, que ad ordinem & ad disciplinam pertinere videntur, caritatis fiducia suggerentem. Servandus est Apostolicæ sedis honor debitus neque committendum, ut auctoritas Romani Pontificis per vos depressa videatur. Quis enim sedis illius honorem tuebitur, si concilia illum generalia deprimant, que hunc imprimis contra oppressores omnes servare debuerant? Quando unquam auditum est, patres præstantissimi, sacras & venerabiles synodos quidquam adversus sedem illam inclementer statuisse? Quando Oriens totus, Ægyptus, & Africa Christianæ fidei titulo & gloria erant illustres; quando Orbis totus Christum loquebatur; cum sanctissimis viris omnes ferme ecclesiæ præsulibus gloriarentur; cum deserta ipsa & montes sancti sorerent servos Dei; cum Concilia singulis annis per omnes provincias ex instituto ecclesiastico fierent, nihil unquam ullis in locis contra sedis illius auctoritatem ac dignitatem vel leviter fuit attentatum. Modo quando, me miseram! sola ferme in Occidentali regione Christi religio sincera & immaculata utcumque servatur, sacra illius sedis minuetur, aut per vos patres supprimitur auctoritas? Nolite, queso, id pati, patres dignissimi, ut qui ad honorem Dei, & Christianæ religionis augmentum congregati estis, oblatrantium & blasphemantium ora in vos laxasse videamini. Ridebunt nos credite, gentiles, ridebunt hæretici, atque schismatici, si a capite membra dissidere videbunt. Restituendam ecclesiasticam disciplinam queso ita curate, ut omnia cum decore, pace ac tranquillitate fiant, & scissura omnis; imo scissuræ vel obscuræ suspicio omnino fiat. Nego equidem, quod cæterorum peccatum sit, quamquam ex omnibus magis decipere ecclesiasticæ dignitatis ornatum, & antiquam sanctitatem, quam ecclesiæ sponsum Romanum Pontificem Eugenium beatissimum. Non degenerat pastor ipse summus a vestigiis patrum, ut crimen ullum ipsi merito possit impingi. Sacro huic generali concilio tantum ille detulit, quantum nemo ex præcedentibus ulli, dum illud approbavit, atque ita approbavit, ut nihil in se ultra potuerit desiderari. Ista quia sunt nota, prætereo. Meretur hæc illius benigna libertas dignis favoribus extolli, patres laudatissimi. Non modo autem summus ipse pontifex, verum etiam sacrum omne collegium reverendissimæ sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium ad ea, que pacis sunt, & que ad utilitatem communem, & necessariam reformationem pertinent, pronis animis concurrere ita parati sunt, ut se nemo plane in ea re exoptenda præcedat; multumque gratulantur sacrum istud generale Concilium huic uni rei acrem dare operam; & ita ut mala omnis consuetudo tollatur, & zelo domus Dei noxia vellantur germina, interanturque virtutes juxta illud prophete Jeremie: *Ecce confirmo te super gentes & super regna, ut evellas & destruas, & disperdas & dissipes, & adipes & plantes*. Sed caritatis jura inconcussa tenenda maxime suadent; & cum modo facienda omnia; & ne quid nimis; ne dum rubigo im-

kkkk 2

mo-

ANNO
CHRIST.
1561.ANNO
CHRIST.
1561.

modies erudit, frangatur vas, & dum zizanias incaute colligitur, vellatur & triticum. Effet enim profecto incongruum neque inconfultum de extremo ad extremam alio die medio transire velle, veluti si de infimo quis ad supremum gradum transire velit subito, & omnes prætervchi in medio positos. Itaque pravitas & doctæ sanctæ raritate a vobis geri omnia omnes in commune cupiunt; & hortantur, atque orant, ut firma sint ac stabilia, quæ constituta fuerint. Nam si quid præter caritatis legem statuatur, fundamentum carebit & corruet, scandalique potius & scissiois, quam pacis & unitatis erit occasio: & unde Dei honor inquiritur, inde nomen sanctum blasphemabitur, pessimo exemplo secularium; nostras enim illi contentiones inspicientes, qui edificari ex mutua pace & caritate nostra debuerant, occasiois potius & scandali materiam sument. Quando itaque arduum quid in sacra synodo sit decernendum, multo id melius, & multo felicius longeque honorificentius fiet, firmiusque ac stabilis erit Pontificis assensus requisito; quam si inconfulto illo fiat, & ut consentiat, post factum requiratur. Consuletis per id non modo sedis Apostolicæ honori, verum & honestati vestrae multo magis dum officium servabitis, & caritatis legem pro viribus inviolatam tenere curabitis. Enimvero, religiosissimi Patres sacrae & apostolicæ sedis solemnes uberesque proventus inesse oportere quis abnuat? Emergunt in dies peccatis nostris agentibus plurima, per quæ pecunie necessario sint impendenda, quæ nisi ad manus erunt, peribunt omnia. Et ut ista veluti molestum præteream scopulum, quam indecorum erit, quam inhonestum, si pauperibus opem poscentibus subvenire non possit Romana sedis antistes omnium pater, & a quo sibi omnes solatia jure suo & querere & expectare posse ac debere videntur, Quando vero lectum est Pontificem summum non abundasse, & ita, ut inopam miseris posset occurrere? Nunquam ecclesiæ Romana in tanta severitate fuit, ut pauperes non semper soperit, levaverit, juverit. Denique de beato Gregorio legimus, quod omnium regionum pauperes descriptos sibi ac notatos habuerit, eisque alimenta præbere solitus sit. Neque id solum, verum & auri plures libras annis singulis ad quædam remotiora monasteria pro sustentatione servorum Dei consueverit mittere. Habebat & in Sicilia, & locis aliis, qui patrimonii ecclesiæ Romanæ & curatores & exactores diligentes essent, & sum administrationis rationem fidelissime redderent. Voluit nempe jam tum divina miseratione, ecclesiæ illam, quæ esset ecclesiarum omnium princeps, abundare terrenis quoque proventibus. Ut enim Constantini donationem illam vulgatissimam omittam, hunc ipsum principem in gravi historia legimus, & alios subinde reges præter auri & argenti ingentem in vasis sacris summam, sanctosque egregios & innumeros Romanæ ecclesiæ dono dedisse. Carolum vero postea Magnum, Pipinum, & alios reges, provincias & regiones, urbes & castella in Italia translato ad Gallos imperio Romanæ ecclesiæ addidisse certum est. Non modo vero ecclesiæ Romana ample dotata est, sed crescente fidei zelo, & religionis devotione in omnibus fere provinciis ecclesiæ omnes magnificentissime a regibus ac principibus, & fidelibus reliquis extractis ac do-

notis fuerunt. Testes hujus rei sunt, ut notiora & propinquiora memoremus, Gallia, Germania, Hispania, Italia, Anglia, in quibus fidelium regum ac principum, nobilitumque largitione, ecclesiæ ferme omnes ac monasteria nimiam etiam interdum abundant. An vero, quod inferioribus inest, patri se principi ecclesiarum omnium inesse debere negabimus? Quis autem, Christiani patres, ignorat, quantas Romanæ ecclesiæ jacturas proximè sustinuit, quam multas, quam varias clades accepit nec quibusdam statui ecclesiastico insultantibus, petulantissime, ipsamque funditus pessumdare studentibus? Nota sunt ista, & gemita potius, lacrymisque prosequenda, quam verbis. Superioribus quoque temporibus conquisisse plurima ejusmodi scimus, Romanosque pontifices, & atiarum quoque urbium Sacerdotes per quorumdam iareperantiam pullos sedibus suis, sicuti Innocentio III. contigit legimus, qui Petri locis insidias fugiens vagus diu jactatus est: Alexandro item III, qui Romam egre attingit, & nostri temporis Joanni XXIII. qui urbe profugit, ut Ladislaus regis manus effugeret. Erarii vero sacri inopiam horum causam hæc minimam fuisse manifestum est. Jam vero Pontificis Eggeci casus varios, atque pericula, quibus ferme irritus est quis fidelium pietate ulla præditus referre sine lacrymis possit? Ea quoniam & ingrata sunt, & nota, prætereo. Ex quibus tamen omnibus eum omnipotens Deus clementer eripuit, miraculo ferme singulari. Verum enim ut unde cæperat, oratio mea recurrat, oramus, atque obsecramus, patres reverendissimi ac religiosissimi mei, qui ad opus Dei convenistis, quosque ex remotioribus locis domus Dei velus attraxit, ut servandæ in Christi corpore caritatis & pacis curam summam diligentiamque habeatis. Ne quæsumus petiamini tunicam Christi inconsultis, cui etiam gentilis miles pepercerat, scindi Abusiones in ecclesiâ, si quæ sint, ita resecatæ, ut tam in usus necessarii non tollantur. Romani Pontificis & sanctæ apostolicæ sedis honorem servate; ejusque jura, si ab extraneis usurpentur, vestra, ut decet, auctoritate tuerimini. Caritatis dulcedinem in corde fovete, operibusque manifestis ostendite. Laudabilem ordinem & necessarium a patribus sanctis institutum cum disciplina custodite. Auctoritatem Apostolicæ sedis sicuti a majoribus nostris patribusque sanctissimis accepistis, integram illibatamque servate. Nemo, dilectissimi Patres, quæ sua sunt, querat, sed quæ Jesu Christi, omnes. Pellatur a peccatoribus vestris omnis perturbatio, passionesque arceantur omnes, ut in laude Dei convenire aptius, & sponsæ Christi ornatum convenientius & conspicari, & intelligere, ac providere possitis. Et quoniam in tanto conventu cuncta prosequi a summo Pontifice, & a sacro collegio nobis injuncta minus congrue possumus; majore etiam illa quiete & otio indigent, aliquos ex hoc sacro concilio deputari postulamus de omni ratione vel regno viros timoratos & graves & pacis fraternalis avidos atque studiosos, cum quibus latius possumus cuncta confutere. Confidimus autem in Domino ea nos allesturos, quæ bonis desideris vestris diligentius inspecta, & altius considerata plene satisficiant, & in corpore mystico caritatem servent, pacemque necessarias & concordiam nutriant. Et ne in eo quidem, quod superrime ab hoc sacro Concilio

ANNO CHRISTI 1485

clio decretum est. Pontifice summi devotio A clavigeris, collectorumque depositariis, secun-
 dudum tenorem litterarum earundem deputan-
 dis, & aliis in hac re obsequentibus, exigen-
 di ac recipiendi de fideliter operando jura-
 mentum, ipsisque & quolibet alienos con-
 tradictores forsitan reniteates & obsequentes,
 cujuscumque status, gradus, ordinis vel con-
 ditionis existant etiam pontificali praevalent
 dignitate, exemptione quacumque sub quavis
 verborum forma quomodolibet concessa non
 obstante, per censuram ecclesiasticam, fructum-
 que & emolumentorum quorumcumque suo-
 rum sequestrationem, aut subtractionem, &
 alia remedia, de quibus tibi videbitur. Invo-
 cato etiam si opus fuerit ab hoc auxilio bra-
 chii secularis, appellatione postposita, com-
 pellendi & constringendi, aut coram vobis
 evocandi ad suscipiendum alias condignas, vel
 de quibus nobis visum fuerit, in terminis
 competentibus, poenas, recognitiones quoque
 tradendi offerentibus, & facultatem explici-
 tam libere juxta dictum tenorem conficiendi,
 absolvendi & dispensandi opportunas, aliaque
 faciendi quaecumque quae ad praefatorum exe-
 cutionem debitam accommodata tibi videbun-
 tur omnimodam, tenore praesentium elargimur.
 Volentes ut circa praemissa omnia & singu-
 la conjunctim & divisim, te sine discretione
 perfecta exhibeas, ut Christi fidelium anima-
 bus salus, ac laus, & gloria Altissimi, de
 villicatione tua hujusmodi uberius procuren-
 tur. Datum Basileae undecimo Kalendas Januarii
 anno a nativitate Domini MCCCXXXVI.

ANNO CHRISTI 1485

ANNO CHRISTI 1485

LITERA SYNODI BASILEENSIS ad Joannem abbatem Bonnavallis.

Jubet ut publice indulgentias in ipsa synodo concessas pro remissione peccatorum & reductione ecclesiae Graecae.

Et archidiacono abbatis Bonnavallis in diocesi Ruthen.

Sacrofancta generalis synodus Basileensis in Spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans dilecto filio JOANNI abbati monasterii Bonnavallis Ruthenensis diocesis, sacrae Theologiae professori, salutem, & omnipotentis Dei benedictionem.

Nostra provisionis debet provenire subsidio, ut ea quae pro animarum salute concessa sunt, debite executionis fortiantur effectum. Dum si quidem universalis ecclesia Christi sponsa, quam in Spiritu sancto legitime congregati representamus, caelestes thesauros quos illi idem ipse Christus salvator noster ascendens in caelum reliquit, affluenter aperiens, pro Graecorum & totius orientalis ecclesiae reductione peccatorum remissionem plenariam semel in vita, & semel in mortis articulo, cum absolvendi & dispensandi facultatibus sub modis & forma specificis concessit, quemadmodum in literis desuper concessis plenius continetur. Ut autem salubriter concessa hujusmodi cunctarum notione deducta saluti proficiat; nos de circumspectione tua in Domino pleniarum confidentes, te per civitatem & diocesem Ruthensem citra revocationem aliorum nostrorum executorum indulgentiarum, & facultatum earundem principalem executionem nostramque commissarium constituimus per hac nostra scripta, mandando quatenus auctoritate nostra per te vel per alium seu alios vite approbata viros in eisdem civitate & diocesi verbo Dei proposito indulgentias & facultates praedictas, ubi & quotiens expedierit, juxta earum & praesentium formam, publicas & exequaris, ac publicari & exequi, offertoria quoque exinde, auctore Domino, provenientia, juxta traditam tibi in dictis indulgentiarum literis & alias instructionum, colligi, ac detractis inde pro tuis expensis admodum parvis portuanculis, residuum conservari facias diligenter: & nihilominus ut a publicatoribus hujusmodi per te tot quot tibi videbitur, ac etiam a truncorum & caplarum

XI.

Exortatio (1) Cardinalis Sabinaensis Legati eruditae ex MS. Biblioth. Augustinianorum Patavii per Fratrem Sylvestrum Meranum ejusdem ord. non ita pridem in praefato canobio S. Theologiae Professore, nunc primum Typis vulgatur, munere Jo. Baptista Recanati Veneti Parrivii.

Du, ac saepe reverendissimi Patres, & scriptis, & verbis reverendissimus Dominus (2) Cardinalis sancti Petri, & ego magna cum humilitate, ego & ipso absente nonnumquam vestras Paternitates suppliciter deprecatus sum, ut ad ea quae pacis, & concordiae vos desolantes, cogitaretis in pace, & unitate ea sancta opera consummare, ob quae hoc in loco convenisse toti Mundo professi estis. Multa quidem honesta, & rationalia concordiae nos obtulimus, quae si acceptata extitissent cum magna gloria, & honore vestro, cum summa denique totius Christiani populi laetitia essent consummationi ipsorum sanctorum operum viciniore. Sed usque modo permisit Dominus majores in dies oriri agitationes; ut forsitan intuentes imminens, ac praesens ruina nostra periculum ad ipsam pacem necessitate nos infloente, tandem libentius sceleremus. Decevi ego nonnumquam cum totiens apud vos incassum de concordiam verbum fecerim, mihi ipsi silentium indicere, ne forte vel imprudentia, vel peccatis meis obstantibus dum persuadere ac proficere loquendo enitor. dissuaderem, atque obicerem magis, sed profecto

(1) Is fuit Joannes Ursinus Romanus, qui sac. Purpure insignitus ab Innoc. VII. mox cum Abbatibus praesentis ecclesiae ad Sabinaensem transiit ab Eug. IV. & Basileam ad synodum Legatus a. 1455. Vir animae, ut sibi gerendis magnas, ac eximias honorum cultus obit a. 1459.
 (2) Joannes Carvajalis Hispalensis cardinalis dignitate, ac tit. S. Petri ad vincula donatus a Martino V. inter Boss. conc. legatus adhibitus fuit ab Eugenio factis haec melle post Urgeum.

ANNO
CHRISTI
1511.ANNO
CHRISTI
1511.

sto ardens ad fidem Christi, & ecclesiam pa-
cem charitas non patitur in re diuturnum
fore silentium: Visa mihi quaedam infert, ut
importunus sum, & iterum atque iterum pre-
ces, ac monimenta repetam, nihilque in tan-
to discrimine relinquam instantiam, hoc
praesertim tempore cum litis se occasio pre-
beat, quam si bene consideremus, charitatis
Christi memores facile ad pacem ipsam incli-
nabimur. Ecce proxime ex Constantinopoli (1)
nunciatum est Dominum Imperatorem Graeco-
rum, ac Pasquarum Constantinopolitanam ad
Navigium se accingere, & infra paucos dies
se descendere in Venetorum portum. Veniunt,
ut fide digni referunt, optimum ad unionem
habentes animum, & ita dispositis, ut admo-
dum verisimile sit, sine unione cum ecclesia
nostra in pristinum non reversuros. Opus istud,
quam sanctum sit, ac Deo gratum, & eccle-
siae utile vos ipsos interrogo, qui vestris in-
dulgentiis literis totum orbem circulan-
tes (2) his verbis utimini. Nos animadver-
rentes, quantus Dei honor, & profectus eccle-
siae, quanta exaltatio fidei orthodoxae, quan-
tum incrementum nominis Christiani, quot
millium animarum salus, quantaque utilitas,
& innumerabilia bona populo Christiano hinc
forent perventura, non solum impensas, sed
& personas proprias fore exponendas; dignum
judicavimus: Quid iterum ip (3) decreto pri-
mo cum Graecis convento ex visceribus pie-
tatis locuti sitis audire non pigeat, non enim
aliena, sed vestra duntaxat verba, in quibus
tunc omnes gloriabamur repeto: haec illa sunt.
Quid enim ecclesiae catholicae felicitus, glorio-
saeque contingere unquam potest, quam quod
tot Orientales populi, qui numero hominum
ab his, qui nostrae fidei sunt, non multum
distare videntur, in eadem nobiscum fidei
unitate conjungantur? Quid utilius, ac fru-
tuosius nascentis ecclesiae populus Christianus
vidit, vel audivit, quam quod diuturnum
perniciosumque schisma penitus extirpatum?
Unde & aliam reipublicam Christianam Deo pro-
pitio utilitatem accrescere confidimus: ex hac
enim unione, cum facta fuerit, plurimos ex
nequanda Macometi secta ad fidem Catholicam
converti sperandum est. Quid igitur pro tam
piis, ac salutaribus rebus per Christi fideles
temptandum, faciendumque non esset? Quis
catholicus pro tanto nominis Christiani, &
orthodoxae fidei incremento, non modo ca-
ducam hujus Mundi substantiam, sed & cor-
pus, & animam exponere non deberet. Haec
verba vestra sunt cum tanto charitatis igne
eo tempore promulgata; his ergo verbis ves-
tris vos ipsos re convenio Patres, ac fratres, si
ex corde illa dicebatis, si cum veritate, &
propter Christum, non autem ad humanam
gloriam talia loquebamini: ecce nunc cum eo-
dem fervore illa ipsa magnifica, & gloriosa
verba exequamini, & per rei evidentiam o-
stendite illa ex animo processisse. Rem ip-
sam, quam sermonibus commendastis, imple-
te jam, imo, quam miro favore piissimus
Deus usque ferre ad ostium executionis con-
ducat, non reiciatis. Illum ardorem, ac ve-
hementiam spiritus, quibus haec incepistis,
nunc in executione deponite, illam exaltatio-
nem, illas gratiarum actiones, & laetitiam can-

ticam, quod cecinistis: Te Deum laudamus;
illum Campanarum amicum sonitum, cum
Dominus Henricus Menger orator vester de
Constantinopoli reverteretur; illam denique
mensuram processionem pro felici hujus rei
exitu indictam, haec omnia nunc in ipso exe-
cutionis tempore vobis Patres commemoro,
& auribus vestris inculco. En audivit Domi-
nus preces vestras, jam Graeci in portu sunt,
vel appropinquant, jam jam in manibus ves-
tris est orientalis ecclesiae tandem desiderata
unio, quid differitis, quid occasionem, nescio
quam, aliqui quaerunt? Cur quosdam ex vo-
bis jam video tristes? Memineritis quos su-
vium verborum illorum quae in proemio de-
creti indulgentiarum cum tanta pronuntiatas
charitate; Vox illa jucunditatis, & laetitiae
olim de Caelo lapsa, nunc per hos hujus san-
ctae synodi, auribus populi Christiani instruat
dicens: Consolamini, consolamini popule meus.
Ecce popule Dei adest tibi annus Jubilaeus,
annus generalis unionis ecclesiae. Consolatio-
nem, & Jubileum quae aliis praesentabatur,
nunc in vobis ipsis suscipite, & ita, ut con-
summationi, quae nunc est in foribus, non
impedimento, sed adjumento sitis; Agricola
etiam per integrum annum in recolendo praedio
pervigil sit, in messe tamen, vigilantius, &
laboriosius desudat, ut segetem metat messam-
que in horreo recoadat. Quid multis opus est
(se defatigem vos frustra) verba illa vestra
tanto flagrant ardore charitatis, tantamque de-
siderii flammam praeserunt, & usque adeo
ignita sunt ut nisi corda nobis in lapides mu-
tata sint, ad ipsam executionem sine mora ac-
cingamur necesse est. Scriptum est reverendis-
simi Patres: Qui sciens voluntatem Domini
sui, & non faciens illam, vapulabit multis
plagis. Voluntas Domini haec est, ut bonus
pastor animam suam ponat pro ovibus suis.
Sicut ipse pro nobis animam suam posuit, ita
& nos pro fratribus nostris ponere debeamus,
imo & voluntatem Domini hanc esse, ipse
dominus intus, ubi nonaginta novem oves
propter unam solam bonam relinquit pastor,
& illam solam perquirat usquequo repertam
ad ovile super humeros reducat. Quod si pro
unius ovis salute tanta bono pastori cura est,
quod si ex centum ovibus, quadraginta aut
quinquaginta quaerenda essent, quanto tunc
diligentius, & relictis centum illis investiga-
ret? Quanta vero Regiones, & Provinciae,
non dicam Urbes, aut oppida orientalium partium
diu ab ecclesia nostra divisa manserunt!
Vos ipsis testimonium supra perhibuistis, dum
inter nos, & eos, paucam numeri asseritis dif-
ferentiam. Ecce clementissimus Deus, quod
votis, & orationibus postulavimus, jam
ad nostram conducit Domum, nam quod ma-
jores nostri & nos tandem expectavimus, ma-
re nostrum navigantes nobis appropinquant;
procedamus igitur alacriter ipsis obviam: Sci-
tis quod Pater ille, dum filium suum junio-
rem redeuntem de longe aspexisset non espe-
ctavit ut usque ad se pergeret, sed occurrit
cadens super collum ejus, osculatus est eum:
& nos pro tanta fratrum nostrorum multitu-
dine ad nos venientium, etiam aliter fieri non
potest, etiam hinc surgamus, & occurramus
illis, eos jucundis oculis & amplexibus susci-

(1) Contigit Graecorum appulsum ad Venetorum urbem an. 1510. die 8. Februarii. Ex Spond.

(2) Sess. 24. in Bulla Indulgentiarum pro substitutione conferentibus ad Graecorum reductionem procurandam datam.
1516. oct. cal. Maii.

(3) Incipit decretum facti pia mater, & habetur sess. 27. capite. an. 1514. Quarto idus Septembris.

ANNO
CHRISTO
1439ANNO
CHRISTO
1439

Aspicimus, & sicut Pater hic, quæsi memo-
rari Christi nostri personam gerens propter
rancorem majoris fratris susceptionem illi non
dimisit, ita & nos forte si cum aliqua perso-
na quacunque, ex causa discordiam habeamus,
hoc ad susceptionem fratrum nostrorum nullum
nobis afferat impedimentum, & quemadmo-
dum ille minorem filium suscepit, majorum-
que placavit, ita & nos uno, eodemque tem-
pore propter Christum, & Ecclesiam gratæ oc-
cupamus. Græcis tam procal venientibus, &
aliis nostros pacificemus, concordemus, con-
solemur, ut simpli omnes in eadem Ecclesiam
domo rituum figurarum epulemur cum sym-
phonia, & lætitia: Quod si propter domesti-
cas discordias, reverendissimi Patres, tantum
bonum, quo ferme majus cogitari non potest
dispari, quod Deus avertat, contigerit, qua-
lis quæso erit totius Ecclesiam luctus? Quanta
desolatio Christianitatis, quanta exultatio Tur-
carum, & Infidelium, qualis infamia apud
hominem, & quæ apud Deum nobis manebit
condemnatio? Si scandalizanti unum de pupil-
lis Ecclesiam comminatur Dominus, expedire
ut mole asinaria suspendatur ad collum suum
& demergatur in profundum, quid putandum
est fiet nobis, si tot millia scandalizemus fra-
trum, nobiscum untri querentium, quid item
si scandalizemus universum populum Christia-
num, quem paulo ante predicationibus, ser-
monibus, indulgentiis ad cooperandum huic
sanctæ unioni invitabamus, & ad lætitiâ pro-
vocabamus dicentes: Consolamini, consolami-
ni popule meus? Si dicit aliquis, veniant Ba-
sileam, Avenionem, vel Sabaudiam, alioquin
impediamus potius, quod alibi fiat eorum re-
ductio. O perditum, & desperatum hominem
qui talia non modo dixerit, sed vel leviter
cogitaverit! potest ne in mentem cujuspiam Chri-
stiani cadere execrabile verbum hoc? an ne
bonum, se arbitrabitur Christianum, qui tot
Gentium, & populorum unionem fieri nolit,
nisi in certo fiat loco? numquid pastor ille
Evangelicus, qui nonaginta novem reliquit o-
ves, dixit, nolo illam ovem centesimam nisi
in hoc, vel in illo loco perquirere, & nisi
eam ibi reperiero, alibi non queram? num
mulier illa, quæ dragmam perdidit, querere
ipsam contenta fuit tantum in uno domi an-
gulo, nonne accendit lucernam, & totam e-
vertit domum? Sed quid tu quicumque es di-
ces ad verba illa memorati decreti primo con-
venti cum Græcis? Verum deputati sacri Con-
cillii cognoscetes sanctam, & perfectam ipsius
Concillii intentionem, quæ est ut pro honore
Dei, & pro fructu fidei catholice nullis par-
catur laboribus, & expensis, judicarent non
expedire, ut propter locum dumtaxat tan-
tum bonum negligenter, fiat concedo om-
nis diligentia, & veniant quæcumque op-
tatis, sed si obtineri nequeat, queramus
eos in fines mundi, si necesse est. In quo e-
nim loco, & in qua re sanctius, atque utili-
us laborare, & peregrinari possumus? Neque
Apostoli Ethiopiam, Indias, aut extrema ex-
paverunt penetrare occidentis, & orientis, ut
animas Christo lucrifacerent, quia Christus de
Cælo descendit, peregrinatus in terris, & for-
mas servi accipiens usque ad mortem crucis
progressus est, ut nos salvos faceret. Et quam-
quam ad hoc, quod de loco dicitur, multa

Atque par Græcos, quam alios dici possent,
quæ sæpe numero hic audita sunt, in quibus
inardum publica disputatio oblata est, & nunc
si expedierit, offerretur, nihilominus, quia
verborum contentiones animos plerumque ir-
ritant, id consultius prætereunt, solum de
pace, & concordia fraternâ colloquamur.
Objiciet forte alter, cur versus eos procedamus
cum in nostras non ascenderint galeas? Quid
quæso vocabala ista? nostrum & vestrum, in
medium afferantur; (1) nonne galeas summi
Pontificis galeas Ecclesiam sunt? si Ecclesiam
cur non nostram? præterea, quis hominum,
filium habens apud hostes captivum, si ad
eum redimendum, ac reducendum, pecunias
& equum mittat, & ille alienis pecuniis re-
diematur, alienaque equo revchatur ad Patrem,
num desideratum, ac diu quæsitum filium bo-
nus repudiabit Pater, quam alienis pecuniis,
alienoque equo post captivitatem reductum vi-
det? Intellexistis, Patres, quot bona, & pro-
movere, & impedire facile potestis. Caveamus
ne supra memoratæ sententiæ divini rei fi-
mus, dicentes: Servus sciens voluntatem Do-
mini sui, & non faciens illam, vapulabit mul-
tis plagis. Sed quantum datur intelligi, hæc
Græcorum unio ex dissidio inter summum
Pontificem, & vos suscitato impediri potest.
Cogitemus etiam quomodo & hæc sedare va-
leamus, ut simul conservemus unitatem Eccle-
siam nostram, & unionem perficiamus Ecclesiam
Orientalis. Est, ut scitis, Dei voluntas ma-
xima, & præcipua, ut super omnia charita-
tem pacemque, & unitatem homines inter se
custodiant, ita quidem, ut nec orationes, nec
elemosinæ Deo gratæ sint illorum, qui ad-
versus fratres aliquid rancoris habent, & eis
non reconciliantur: Possum si volo gesta, ac
dicta, ac literas vestras ubique diffusas ad hu-
jus pacis persuasionem adducere. Vos professi
estis, pro pace populi Christiani huc conve-
nisse, & cum aliquos principes inter se au-
distis dissidentes, aut epistolis, aut nunciis
monuistis ad pacem, utentes verbis Domini,
quæcumque dixit de pace, & unitate, sua-
dentes rationibus, exemplis, quot bona ex
pace, quot vero ex discordia proveniunt ma-
la. Hoc ipsum ergo sentite in vobis, quod in
aliis, ne vobis dicatur: Medice cura te ip-
sum, & illud: Qui vides in fratris oculo fe-
stucam, in tuo cur non vides trabem? Ne-
que enim gentes æstimabunt vos recto animo
sed magis ad inanem gloriam, captandisque
hominum favores jussisse inter extraneos pa-
cem. Quandoquidem quæ est inter nos, atque
inter caput, & membra, discordiam non ex-
tinguimus, nec extinguere laboramus, aut co-
gitamus. Seminavit antiquus ille dolosus Sa-
than inter summum Pontificem, & vos qua-
dam incentiva dissidii, quæ usque adeo pro-
cesserunt, ut vos quidem contra ipsum, &
ipse nonnulla contra vos fecistis, ac fecerit.
Hæc, & si gravia sunt, quia tamen recentia,
facile cum honore vestro adhuc occurrere po-
test. Quod si amplius differatur, frustra pro-
videbitur, sed in perniciem totius Ecclesiam,
& ruinam Cleri, cum perpetuo omnium, qui
hic fuerunt dedecore convertetur. Illa proin-
de, ob quæ concilium convocatum est, tria
opera infecta dimittentur. Sed o utinam in
hoc insisteret infelicitatis nostræ finis, ut illa
tan-

(1) Oratio sancti Augustini iussu quatuor Triformis, quibus Antonius Condulmeris prefectus est, Græcis in Italianum
revertens. Royal. ad a. 1437. n. 19.

ANNO
CHRISTI
1600.ANNO
CHRISTI
1600.

tantum infecta remanent, & aliis multo deteriora non succederent, nam multo optabilis foret non inchoasse concilium pro extirpandis erroribus, discordiis, ac deformitatibus, si hæc eadem longe majora, ac periculosa in dies ex dissidio nostro evenire, non tam verisimile, quam veraciter ante oculos videamus. Quot gentes spe sua defraudabuntur, si quod ad salutem Ecclesie inceptum est, in perniciem videant consummari, & unde iucunditates expectabant, suscipiant tristitiam, & luctus, si dissidium hoc inter vos, & Papam diutius perieverit, & hinc inde bellum sicut initia demonstrant, indici oporteat: putabitis Græcorum errores aboleri posse, quos inter nos Catholicos schismata, & errores pullulabunt, satis verendum est, ne tamen postea crescat dissensio, ut alter alterum vicissim appellet hæreticum. Quam durum, & lacrimabile est ista cogitare, si ad illud calamitosum perveniamus tempus, in quo unus dicit hæc esse Ecclesiam, alius illic, non meretur hoc a nobis Ecclesia, quæ nos educavit, & magnificavit, ut eam, quam infideles ad angulum redegerunt terræ, nos fideles congrelemus ad punctum, & quam in pace, & unitate reperimus, divisamque, discordemque relinquamus. Per hoc quoque ecclesiasticum dissidium pacem si qua mundo est in populo Christiano violari necesse erit: bella enim inter multos Principes non solum dimittimus inextincta, sed eos qui in pace jam sunt ad dissidia commovebimus. Inito enim in Ecclesia infelicis schismate, continuo inter Laicos orietur discordia civilis domestica, & intestina, & si soli Ecclesiastici inter se bellum gererent, reliquis fidelibus in pace quietis, tolerabilibus quidem videri posset, sed prohi dolor nulla est provincia, aut civitas, in qua & ipsi sæculares diversimode propter nostras dissensiones dissidentes multis blasphemis ac maledictis se invicem non dilaniant, & cum nos hinc inde tueri quidem partem suam voluerimus, alter in alterum sæculare invocabit brachium, præsidiumque unde metuendum est ne clerici a clericis vicissim in direptionem tradantur, & prædam, ipsique belli auctores primi bellorum primitias ferant, & qui aliquando per Concilium cogitavimus de recuperanda Ecclesiastica libertate, in Pharaonicam a nobis ipsis forte dabimur servitutem, hoc quod Deus avertat, si experiemur, qui jam in Concilio gloriamur, a nomine postea horrebimus Concilii cum dolore, & mœnore. Quid tandem de tertio professionis nostræ articulo, de formatione loquor, ac bonis moribus reintegrandis sperandum est? Quomodo enim in bello corrupti mores emendari valent, qui in pace corriguntur vix, ac difficulter, imo virtutes omnes, quas generat pax, discordia ipsa corrumpit: Divisa enim Republica penitus, ac collapsa inspicimus omnes legum reverentias, morumque disciplinam. Gernere est modo omnia scelerata, deformia, obicæna, ac vitiorum monstra, quæ usque nunc latuerunt, prorumpere audacius in publicum audebunt, sine verecundia ulla facinora patrare omnia. Quis audebit flagitiosum aliquem corrigere, quem metuat ad partem aliam fieri transfugam, ambitiosi, & sedulosi tunc omnia pollident, nam si qui paucis tantum reperuntur boni a tot malis abhorrentes fugient, & delitescant, & solis improbis aula patebit. Quid ex his omnibus dicet Mundus, hocne est illud: Consolamini, con-

A solamini popule meus, quod annunciabas nobis o Basilea Concilium, ista est nunc illa duplex lætitia, & ille annus Jubilæus, & annus generalis unionis Ecclesie; omnia hæc in contrarium vertet, & dicet, imo contristari, & iterum contristari oportet, nam duplicem habemus mœnore pro unione Græcorum perdita, & unitate disrupta. Iste non Jubilæus, sed luctuosus est annus, non generalis unionis, sed divisionis, & invitabas me, dicit Ecclesia ut depositis lugubribus sumerem indumenta lætiora imo pro iis innumeris, quæ video, malis, multoque pejor lugubriora accipere oportebat. Ecce quales ex hoc dissidio carpemus fructus. Pauca dixi, & quia de incerto, & de futuro levia videntur, & multa forte non credibilia, non aliter dicemus, si quod Deus avertat, experiri contingat. Utinam sim falsus vates, audio sapientes id ipsum dicere quod si schisma fiat, quod Deus pro sua pietate avertat, reliquis schismatibus quæ ulque modo passa est Ecclesia hoc longe futurum videtur perniciosius: nemo dicat, nunquam talia permittet Deus; & Deus inquit cogito cogitationes pacis, & non afflictionis, sed si volumus eadem, quæ Deus, eadem, & nos cogitemus, nam qui nolunt benedictionem, prolongabitur ab eis. Sed dicunt faciamus debitum nostrum. Deus non derelinquet nos, sed debitum est reconciliari prius fratri suo, alioquin non est acceptum Deo, quod putas bonum facere nisi quando consulte, & mature prævisis fuerint omnia quæ accidere possunt, & solent, tentare est Deum, & magisque confidere sed dicet, si fiat schisma, & alius Pontifex, convocabitur aliud Concilium, & ibi remedium dabitur juxta frequens decretum. Bona circumspexio: percutiamur, & vulneremur invicem, & postea ibimus ad Medicum. Quid si pereat vulneratus antequam veniat Medicus? Quid si postquam venerit, plaga facta fuerit incurabilis? quomodo consulte ex ea re speratur remedium, ex quo facta est lætio? Cur non nunc ipsam dicimus, ac facimus, quod in illud differimus tempus?

D Dicunt quidam per nos non remanet pax. Si sic, agamus ergo, ut inquit Apostolus, pacem cum omnibus quantum in nobis est habentes: nisi vero omnia pacis media per nos, aut alios oblata, quæ speciem habeant honestatis experiamur, videri non possumus, quantum in nobis est facere, sed si alius objicit: patiemur ne violare decreta nostra, contemni authoritatem Concilii, continuari abusus, infringi sententias hic latis vexari patres concilii, non servari pollicitationes in adhesionem summi Pontificis factas, & multa hujusmodi? Si Reverendissimi Patres per hos qui incepti sunt processus his omnibus provideretur, esset forsitan tolerandum, sed quemadmodum supradictum est, si hæc omnia per dissidium Ecclesie non emendentur, sed deteriora fiant, exigit prudentia, ut aliud adhibeamus remedium, per quod si hæc quæ cupimus, assequi in pace valeamus, quid nos pugnare, & aliis dare pugne causam? quid nos & totam Ecclesiam tantis subijcere periculis opus est? Sed dicit alter: ergo nunquam fiet reformatio, nunquam fiet justitia, semper enim similis obijcietur schismatis metus. Sed dico distinguenda esse tempora, & omnia cum prudentia, & moderamine facienda, ne quod sit ad tollendum malum aliud inducat majus: Canonum enim, ac doctorum una est sententia,

ANNO
CHRISTI
1536ANNO
CHRISTI
1536

tia, & ratio naturalis id suadet. Ubi timor est schismatis, ubi majora timentur scandala, correctione, & executione iustam abstinentiam.

Quid autem ad hæc dicat summus Pontifex sepe audistis qualiter pro pace, & charitate vobiscum habenda, (1) destinabit huc duos Reverendissimos Dominos Cardinales Legatos Sancti Crucis, & Sancti Petri. Quanta integritas, & sanctimonie hinc sunt, orbis nescit totus: per hos ait obtulisse observantiam, decretorumque electionibus, & aliis, de quibus hic agebatur potissime, petebat, ut qui pro necessaria sedis Apostolicæ, aliarumque sedium sustentatione, synodus pollicita fuerat, & iustitiam consentanea erant, per nos implerentur. Alia etiam omnia per eosdem obtulisse dicit, quæ honori, utilitque huius concilii, ac suppositorum eius conducere, & præsertim omnem substantiam, ac facultatem Ecclesiæ Romanæ exponere; ut negotium Græcorum juxta promissionem nostram feliciter consumari posset, his adjicit quæ ad reformationem per suas literas nos aliquando hortatus fuerit primumque se esse, qui in quibus necessarium est, reformari cupiat, omnesque auferri abusus, falsis rebus, & licet regulis a sanctis Patribus traditis, & observatis, salva & sedis Apostolicæ autoritate, quam dolet nimium hic contemni. Conqueritur etiam quod ea, quæ summi Pontifices soli exercere solebant, imo quæ defunctis Pontificibus Concilia non tangebant, sed reservabant successoribus, hic passim, & libere tamquam auctoritas papalis in Ecclesiâ non esset, expediuntur, & quantum ad observantiam decretorum nostrorum attinet, assensum nusquam minus quam hic, ubi facta sunt, ipsa decreta servari, neque in aliquo loco ita sepe violari, sicut in prima officina. Quod autem nos dicimus de sententiis nostris ibidem, dicit ipse & amplius de sententiis in curia legitime latis, quæ hic passim in dubium referre conantur, sed ipsum, quod de violatione promissionis in adhesionem factæ conquerimur, conqueritur & ipse de non servatis promissionibus quibusdam synodalibus sibi factis: Quid multa? & nos de ipso, & ipse de nobis vicissim graves agimus querelas, & quidquid nos in eo culpamus, ac redarguimus, idem in nos ipse retorquet, & si hæc per epistolas tractatus, orationes, allegationes disceptanda sunt, & nobis, & ipsi non desistit advocatorum, oratorum, declamatorum copia qui pro facilitate ingenii possint se invicem confutare, & audientes multa suadere. Quid aliud ergo agimus? Nam dum quilibet partem suam tuari conatur, aliam turpiter denigrat, dehonestat, decolorat, & sic hinc inde crimina, falsane, ac vera, Deus scit, in derisum, & substantiationem nostram detegimus, & nos toti mundo facimus contemptibiles, etiam istis concertationibus ad hoc ventum est, quod gladium e vagina utraque pari eduxit, non superest nisi ut vibretur, & insigatur vulnus, quod, ut videre est non manus, non pedes, sed primo ictu ipsum transigat cor. Vix nobis, vix sibi, si ad tantam prolubamur dementiam, vix clero, vix ecclesiis, si gladium nostrum in vaginam juxta sententiam Salvatoris non reponimus. Cur ergo ante illata vulnera, o magistri, & præceptores ecclesiæ, o persuasores pacis in populo Christiano de pace non cogitamus, quandoquidem his

penalibus, & diffamationis processibus non ad incrementum reformationis, non ad conservationem auctoritatis, seu decretorum, sed palam ad excidium devenitur ecclesiæ?

Uque nunc zelo caritatis accensis Vestras Reverendissimas Paternitates ad pacem cum summo Pontifice exhortatus sum, ex qua talis pendet ecclesiæ, hæc eadem erga ipsum summum Pontificem dicta intelligo, utriusque enim incumbit pacem cogitare ac querere, & tam ipse quam vos apud Deum, & homines, cum rebus utriusque dixerim, rei eritis, si pacem recusaveritis. Valeo autem, viam facillimam, tam forte apertam, qua invicem pacem habere, Græcos unire, & reliqua perficere sancta opera, & totam demum Christianitatem consolari poteritis. Serenissimus dominus Imperator Romanorum suis nunciavit Oratoribus summum Pontificem omnium controversiarum, quas cum vestris Paternitatibus habet velle suam Imperialem majestatem Judicem, & arbitrum facere. Si paternitates vestre id ipsum agere decreverint, sicut certe tenentur, paci dici potest jam facta quod si Summus Pontifex id egit, nos multo magis id facere debere existimat unquamque. Si probatio amoris exhibitio est operis, proculdubio plurima dedit ipse Dominus Imperator suæ affectionis in vos jamdudum testimonia. Scimus omnes quanta fecerit, quotque se submiserit laboribus ac periculis, ut nos protegeret, concilium fundaret, stabiliret, & augetet, nemo mortalium est, cui æque ut sibi honor ac decus nostrum sit cordi. Et cum hæc omnia propter reformationem facere dicatur, nullus fuit tam præcens, quam abiens qui licet ac nunciis nos magis, quam ipse iustitiam ad pacem. Quid autem non quasi homo, sed velut Angelus dominus egerit pro extinguendo illo inveterato schismate, quod tandem opera potissime sua constantia deletum est, plerique nostrum eo tempore viderunt, & totus mundus cum summa lætitia, & ejus laude admirans commemorat. Cum ergo tam nobis affectum, propitiumque ac favorabilem dederit Deus Principem, sine longiori deliberatione, uno ore, unoque animo ipsum cum, hæc exhortatio Card. Sabini, pronuntiata sit in Conc. die 30. Decemb. an. 1537. ut habetur infra ex nota ad Icem adjecta in Cod. & aliunde Sigismundus Rom. Imp. extremum diem clausit Gnoymæ, quæ est Moraviae urbs eodem anno die 9. ejusdem mensis, conjectura est aut illius obitus nuncium non fuisse delatum Basileam nisi post diem 30. aut certe adhuc publicatam fuisse exhortationem; quo omnibus constaret, quantopere Eugenius Papa inclinaret ad pacem ineundam cum seditionis. Porro si verum esset, quod ex Enea Sylvio in Hist. Bohem. c. 13. affirmat P. Pagi E in Brev. T. 4. in pag. 4. n. 114. scil. obusse Sigis mundum circa finem Decemb. omnis tolleretur difficultas, verum cursum hic nota, ab Enea qui eo tempore vixit nullatenus memorari diem, quo Cæsar ille deceffit, in arbitrum, & decorem harum pestiferarum lituum acclamamus, quod nisi fecerimus per nos neglecta esse ecclesiæ pax judicabitur, & nobis tanta adscribetur culpa. Agite igitur o Patres, ne cunctemini amplecti cum gratiarum actione manus hoc, quod divina miseratio in hac rerum turbulenta lar-

(1) intelligo verum, & amplius Eugenii Pape mentionem ab eisdem synodi actibus datum Nicolo Altoppii Breviarium Tit. & Crucis, & Jo. Corvones Tit. & Petri ad Vinc. Cardin. ann. 1535, et consilio ex Responsione synodi latis distillatis Ecclesiæ sibi Tit. & Crucis in Hist., & Jo. Tit. S. Petri Presbyteri Cordis Apostolice sedis Legatus Rem Responsionem habet sup. innot. Ep. & Resp. synod.

ANNO
CHRISTI
1437ANNO
CHRISTI
1437

gari dignata est; & quamquam expeditior via ista sit, nihilominus more periti Medici, qui uni morbo plures providas medicinas, aperiantur & alia; multi enim fortasse autem prius cupient pacis conditiones: monitorium vestrum gravat Papam, Papæ translatio turbat vos; translationem dicit ipse fecisse propter monitorium, vos autem monitorium propter non observantiam decretorum, tollantur pariter monitorium, ac translatio, & summus Pontifex certificet nos modis convenientibus de observandis decretis, quæ talia tanta ut simul reformationi, & honori sedis Apostolicæ provideant. Ecce cum pace & honore vestro habebitis, quod optatis, quod quidem per contentiones posset consequi numquam. Et cum per hunc modum nostro desiderio satisfieri videamur cur nos, & ecclesiæ tanto subijctis discrimini? & quum Græci jam sint in foribus, ne tam divinum periclitetur opus mox pergant ad portum. Aliqui præstantiores ex vobis, qui ipsi Græcis omni conatu suadent ut hoc, vel Avinionem, aut Sabaudiam profisciscantur, fiatque in hoc exacta, & extrema diligentia, si obtineri potest, in nomine domini contentemur omnes, & illuc accedamus; Si vero obdhibita omni cura, fieri nequeat, cum eis de aliquo loco disponatur, nobis tamen tuto, & accommodo Græcis, ac summo Pontifici, cum Græcis enim sine ipso unio, fieri non potest, ipsi autem præsentiam Papæ in Concilio illo omnino exposcant, quæ quidem multis ex causis opportuna valde est & quodammodo necessaria & ex nunc & præteritum in ipso Concilio Œcumenico omnium præteritarum dissensionum oblit cum caritate, & unanimitate pro unione Orientalis ecclesiæ, & morum reformatione totis intendamus viribus. Interim vero dum ista peragentur quiescant hinc inde processus, & agitationes, expensæ autem hæcenus factæ pro negotiis Græcorum, in omnem eventum his, qui eas fecerunt, restituantur omnes.

Ecce Reverendissimi Patres cum summa gloria vestra unitatem Ecclesiæ nostræ conservare & unionem Orientalium populorum, opusque sanctæ reformationis, quoadusque adeo desiderare dicimus, perferre in manu vestra est; pro Deo ergo cum intento nostro plene, ac quiete assequi possumus, ecclesiæ simul ac nobis pacem demus ipsamque, & pariter nos consolemur, sicut possit sumus, ubique predicantes: consolamini consolamini popule meus; totus vero populus Christianus, qui ex ista sola dissidii suspicione contristatur, & meret, ex hac nostra concordia consolabitur, & exultabit, & nos tamquam Patres, & Angelos Dei venerabitur, & dignis laudum extollet præconiis. Obsecro igitur omni quanta possum humilitate, obtestorque vestrum quælibet per illud terribile tribunal Christi & illum terribilem iudicium diem quo velimus, nolimus omnium cogitationum, & actionum nostrarum rationem reddemus, perque ipsum redemptorem nostrum dominum nostrum Jesum Christum supplex exoro, qui veniens in Mundum pacem annuntiavit, conversans in Mundo pacem predicavit, transiens ex mundo pacem reliquit, resurgens a mundo Pax vobis dicebat discipulis, cuiusque omnis actio, & doctrina pacem, & charitatem redolet, per ipsum inquam mediatorem Dei, & hominum Christum, qui sanguine suo pretioso mandam divini iustitiam reconcilians pacem fecit inter Deum, & hominem: cum interitis lacrymis supplico, ut media hac pacis honesta quidem, & rationalia, & vestris satisfactantia desiderii, amplecti dignemini; Quod si

Aegeritis maximum in Cælo, & in terra facietis gaudium, Deum in omnibus vobis propitium reddetis, hominum corda ad vestram trabebis obedientiam, & devotionem, memoriaque nominis vestri in perpetua benedictione erit; Soccus vero si feceritis, quod Deus avertat, innumerabilem scandalorum, quæ ex hoc sequeretur dissidio, tota vobis imputabitur culpa, & dicet mundus: Vos sponte, & data opera posuistis ecclesiæ pacifica bellum, sub obtentu reformationis potius voluistis ambitiones, & passiones explere. Demum pro hujus executione concordie, & ad satisfaciendum muneri meo, versus ipsos Græcos in nomine domini proficisci intendens Reverendissimis Paternitatibus vestris hæc meam exiguum personam & quidquid in me est virum ad laborandum, & operandum, & cuncta agendum, quæ pro pace Ecclesiæ nostræ, & unione Græcorum, atque honore vestro mihi jubere dignati fuerint, &c. Laus Deo, &c.

Die Veneris xx. Decembris 1437. in Generali congregatione Concilii Basileensis instanti Reverendissimo P. D. Cardinali Sabiniensi Legato lecta fuit præfens exhortatio, &c.

XII.

*Epistola Concilii ad Joannem episcopum
Salzburgensem.*

Sacro-sancta &c. Venerabili Joanni Archiepiscopo Salzburgensi salutem &c. Satis intellexisse credimus devotionem tuam, quanta necessitate impulsus fuerit hæc sancta synodus pro conservatione auctoritatis Conciliorum generalium, & orthodoxæ fidei, atque salute publicæ & totius populi Christiani procedere ad depositionem iustissimam Gabrielis, olim dicti Eugenii Papæ IV. qui ipse auctoritatis ecclesiæ & Conciliorum acerrimus impugnator erat, declarationes decreta in fide moribus per eandem ecclesiam facta contemnens, & parvipendens, atque etiam hanc sanctam synodum omnino prosternere volens, & variis persecutionibus longo tempore impetens. Nam & facile omnes conspiciere poterant, quanta detrimenta, quantaque inconvenientia imminabant universo orbi, si in hoc certamine victa fuisset præfata auctoritas Conciliorum: & denique potuisset unus homo pro libito voluntatis agere de tota ecclesiæ, & Christianitate absque hoc, quod per ipsa Concilia corrigi potuisset. Quid inde pati potuissent & Prælati & Principes, & particulares ecclesiæ orbis, nemo sapiens ignorat. Audivit etiam devotio tua, quomodo electus est auctoritate hujus sacri Concilii representantis universalem Ecclesiam. D. Felix Papa V. qui prius Dux Sabaudie, & Decanus Milium in solitudine Ropallie Gebennensis diocesis existens in habitu simplici, & humili observatione continentis, ac honesta conversationis Domino famulabatur prudentia, benignitate, iusticia, clemencia, & aliis clarissimis virtutibus præditus, pacis cultor, consolator pauperum, bonorum & studiosorum virorum amator, literatus, & in rebus ecclesiasticis exercitatus; quo pensatis rerum, & personarum circumstantiis nemo magis idoneus pro defendenda auctoritate conciliorum, & fide catholica, prosequendaque salute publicæ omnium Christianorum eligi posse visus est, ad quem legatos, & oratores nostros dilectissimum ecclesiæ filium Ludovicum titulo S. Concilii sacro-sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem, Arela-

Wenzel
editio ex M.S.
Cof. in tom.
I. Germ. lxxv.
p. 97.

ANNO
CHRISTI
1536ANNO
CHRISTI
1536

tentem vulgariter nuncupatum, alioque conspici-
 res venerabiles episcopos, & dilectos ecclesiam
 filios Abbates, Magistros, & Doctores, inter
 quos etiam fuit Jacobus Frieshamer Procurator
 devotionis tue, qui electioni ejusdem summi
 Pontificis interfuerat, pariterque cum ipso Joan-
 nem Comitem de Tyerslein locum tenentem Pro-
 rectoris Imperialis, Ludovicum de Lanfer Pro-
 vincialem per Alsatiam ordinis B. Mariæ Theu-
 tonicorum, & Guillelmum de Grunenbergh mil-
 lites transmisimus, ut consensum ipsius electio-
 nis factæ præstandum requirerent. Suscepit au-
 tem eos benigne ac honorifice, exhortationes-
 que & requiritiones eorum audivit; & quam-
 quam sibi non parum grave esset (dum pote-
 rat vitam quietam & tranquillam agere), sup-
 petente sibi bonorum multorum abundantia) nunc
 tantis curis & sollicitudinibus se exponere: tamen
 auditis præfatis Legatis, & Oratoribus nostris,
 atque rationibus ipsorum, timuit offendere di-
 vinitatem Majestatem, si vocationem ecclesie ejus
 obsequia in hac necessitate requirentis rejiceret;
 volensque potius servire Domino Deo suo in
 defensione fidei, & auctoritatis Conciliorum, ac
 profecutione publicæ salutis, quam propriæ qui-
 etis consulere, suum consensum electioni factæ
 præstitit, professionem fecit cum omni devotio-
 ne & genuflexione, juxta formam decretorum
 hujus sanctæ synodi; & officium summi Apo-
 stolatus in se suscipit desiderans, prout infor-
 mati sumus, toto ex corde, & omni potestate
 sibi a Domino tradita illa agere, que sunt ad
 honorem ipsius Altissimi, Ecclesiam salutem ac pa-
 cem, & commune bonum omnium Christiano-
 rum. Hesternam autem die reversus est ad nos
 præfatus Cardinalis Arelatensis cum Collegis
 suis, quos pariter ad ipsum D. Felicem Papam
 miseramus: quibus adventibus desiderium nobis
 erat solemnem legationem mittere ad devotio-
 nem tuam, & congregationem tuam provincie,
 quam die Conversionis sancti Pauli celebran-
 dam esse intelleximus; nec dubitamus etiam
 eundem D. Felicem Papam illuc suos missurum
 fuisse Oratores, si Congregationis illius noti-
 tiam habuisset. Verum cum dies præfixa a
 deo proxima sit, ut ullatenus neque per ipsum
 neque per nos possit in tempore parari legatio;
 has literas festinanter tuæ devotioni transmitti-
 re ducimus, & ipsam in Domino exhortari,
 ut velut foras athleta veritatis, defensor au-
 thoritatis Conciliorum generalium, ac zelator
 hujus sanctæ synodi, & publicæ salutis ac justi-
 tiæ, omnes suffraganeos, & alios ibidem con-
 gregandos efficaciter inducat, ut debitam obe-
 dientiam eidem S. Synodo, & præfato D. Felici
 Pape V. semper exhibeant, nec illam viam
 periculosissimam ingredi velint, ut per modum
 cujusdam neutralitatis obedientiam suam ab om-
 nibus subtrahant, quæ plurimum eederet in præ-
 judicium ecclesie, & auctoritatis ejus, ac etiam
 periculum animarum. Oportet enim Christianos
 semper esse obediētes Deo, & ecclesie ejus;
 & ipse Deus, & salvator noster Christus ad ec-
 clesiam suam dixit: *Qui vos audit, me audit,
 & qui vos spernit, me spernit*: nec ullatenus per-
 mittendum est, fidem Orthodoxam & factam ec-
 clesiam in hanc fluctuationem adduci, ut post judi-
 cium generalis Concilii universalem ecclesiam
 representantis, aliud queratur Concilium, quod
 de judicio Concilii præcedentis habeat judicare:
 quia sic nulla esset firmitas in iudiciis ecclesie,
 semperque omnia fluctarent in incerto posset-
 que homo quispian perverſe agere volens sem-
 per iudicium Concilii generalis effugere sub præ-
 Concil. General. Tom. XXIX.

solatione alterius Concilii: ex qua re inferre-
 tur plaga gravissima ecclesie Dei; enervaretur
 Conciliorum auctoritas; periret obedientia, quæ
 illis debetur ab universis Christi fidelibus, & fidei
 catholice irreparabile afferretur detrimentum. In
 his autem plurimum de probitate tua confidimus,
 quæ suo exemplo, suæque doctrina, &
 exhortatione plurimum hoc tempore proficiet
 ecclesie Dei; nec minorem de ea probitate confi-
 dentiam gerit præfatus D. Felix Papa, qui pro-
 pter merita devotionis tuæ, de quibus informa-
 tus est, plurimum tibi afficitur, magnamque
 meritum serviendi eidem ecclesie, in conserva-
 tionem auctoritatis, & firmitatis ejus, ad salu-
 tem præsentem & futuram Christianorum sibi ac-
 quirere eadem devotio tua: quam in cunctis felici-
 ter dirigere, & conservare dignetur Altissimus.

XIII.

Oratio præambula responſionibus Deputatum S.
 hujus concilii ad articulos Bohemorum per
 Dominum Abbatem Cisterciensem

EDITORIS PRÆFATIO

Hujus orationis Auctor declamatorque fuit Joan-
 nes 38. Cisterciensis Abbas. Huc cognomento de
 Alneto, ex Abbate Uſicampi 1228. Synodo Boh-
 leenſi 1237. tam pro suo ordine, quam nomi-
 ne Parisienſis Academia offuit, & inter Patres
 maximam laudem promeruit: quippe qui Orator so-
 lus ad Bohemos, & Carlerio, Joan. de Ragusa,
 de Polemas, Enea Sylvio multum efferatur. In
 causa fidei cum 2. Episcopis iudex deligitur; ann.
 1240. occubuit. Porro huic orationi maximam lu-
 cem afferent, quæ habentur tomo duodecimo Com-
 horum pag. 422. & seq. (supra in hoc tomo col
 197.) in compendiosa narratione hujus Synodi actus
 præfixa, quæ ex Enea Sylvio & M. Ortuvino Gra-
 tio describitur, quomodo Bohemi vocati producti-
 que sunt ad Basileensem Synodum Occumeni-
 cam, & quid illic egerint. Inter alia multa pau-
 ca hæc excerptisse sufficiat, quæ hujus decem in-
 strumtum scopumque aperiant; additis præsertim
 Gregii ex nostri MS. margine notis, usque histori-
 cis, quarum certus auctor me lalet; tametsi cum
 hujus conventus fuisse oratorem, alias dicendi suf-
 fuer conjecturis. Ambassadors, inquit, Oratores
 &c. Bohemorum quarta die Januarii Basileam
 venerunt. Porro nono die ejusdem mensis cum
 Synodum accessissent, habuit orationem Julianus
 Cardinalis, de eo quod quidquid usquam du-
 biorum est, id auctoritate Concilii definiri de-
 beat &c. quæ quidem oratio non omnibus proba-
 batur. Habuit & Roccizanus orationem nomi-
 ne Bohemorum, diem postulans, quo audiren-
 tur. Is fuit destinatus decimo sexto hujus men-
 sis. Quo die Joannes Roccizanus pauca præfa-
 tus, primum articulum de communione sub utra-
 que specie proponere coepit usque in tertium
 diem, semper ante meridiem. Deinde Wences-
 laus Taborita secundum articulum de corrigendis,
 & eliminandis peccatis publicis in medium
 protulit per bidui spatium. Post quem Uldaricus
 presbyter orphanorum tertium articulum de li-
 bera prædicatione Verbi Dei, duobus item die-
 bus proposuit. Postremo Petrus Payne Anglus
 de quarto articulo, qui erat de civili dominio
 Clericorum per tres dies differuit. Fecerunt au-
 tem copiam suarum disputationum sacre Con-
 cilii in scriptis, & gratias egerunt, quod audiri
 fuissent. Posterioreque tres facti inciviliter in no-
 stros invexerunt, Joannem Wicleſum, & Joan-
 nem

nem Hussum a doctrina laudantes, nihil veritatis Atum, peneque, huius derelictas fapde conversa-
 Doctores Evangelicos vocare, quos pridem Ec-
 clesia damnarat. Exigebat res, ut Bohemis ali-
 quid responderetur. Itaque surgens Joannes de
 Ragusio, Theologiae Professor Ordinis Prædica-
 torum Procurator generalis, petiit clara voce in
 medio congregationis potestatem sibi dari, ut
 responderet privato nomine ad primum Bohe-
 morum articulum. Assensit Synodus, octoque
 diebus respondit horis antemeridianis. Antequam
 autem inciperet respondere, Joannes Abbas Ci-
 sterciensis orationem ad Bohemos habuit, ut se
 submitterent determinationi sanctæ matris Eccle-
 siæ, quam id sacrum Concilium repræsenteret &c.

*Tam ad notas ex codice venimus, quarum sta-
 tum præfatus mentionem: sic autem habet ad
 primi solii marginem inferiorem.* Est sciendum,
 quod in prima die audientie Bohemorum ma-
 gister Joannes Rochusana habuit propositionem
 primam in præsentia sacri Concilii: thema il-
 lius fuit *Ubi est qui natus est Rex Judæorum.*
 Nun & hic actus infra octavam Epiphaniæ
 (*universis Januarii vid. supra*) aut circa, age-
 bat an. Dom. 1433. Post ipsam magister Pe-
 trus Angelicus Ambassador Bohemorum habuit
 secundam propositionem, cuius thema fuit: *Or-
 tus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis
 collocabuntur.* Intellexerunt per solem prædica-
 torem Joannem Wiclefsum, aut Joannem Hus
 hæreticos in Concilio Constantiensi damnatos,
 qui miserunt quatuor radios, quatuor, ut di-
 cunt, veritates, scilicet quatuor suos articu-
 los, ad quorum notitiam gens Bohemorum con-
 gregata est, & in regione sua, sive cubili col-
 locabuntur. Quod igitur hic dicitur, per solem
 intelligi ab eis Concilium generale, dicitur ex
 quadam benignitate. Et revera in ista oratione,
 (*versiculum sacra scriptura nomine orationis, quan-
 tum assequor, hic indiguit.*) Per solem recte ip-
 sum sacrum Concilium intelligitur. *Oratione im-
 pugnè descripta ad eius finem hac adhuc appenditur
 observatio.* Sciendum, quod sacrum Basileense
 Concilium deputavit quatuor Doctores, videli-
 cet magistros Joannem de Ragusio, Egidium
 Carlerii, Henricum Hallssem, & Joannem de
 Polemæ. primum & tertium Religiosos de Or-
 dine Prædicatorum, secundum & quartum sæcu-
 lares ad respondendum quatuor articulis Bohe-
 morum propositis per quatuor viros Ambassiato-
 res, scilicet per Magistrum Joannem de Rochi-
 zana, Dominum Nicolaum de secta Taboritarum,
 & magistrum Petrum Anglicum, ut primus a
 Concilio Deputatus primo Bohemorum Amba-
 satori de primo articulo sic responsurus. Secun-
 dus secundo, tertius tertio, & quartus quarto.
 Veruntamen Concilium retinuit sibi potestatem
 addendi diminuendi, interpretandi, corrigendi,
 ac definiendi in præmissis, & aliis materiis. *Ha-
 rens nota. Tam ad orationem venimus.*

tionis operationes: verba mea, quæso, tuis ad-
 ribus benignissimis clementer percipe, & patienter
 intende voci orationis meæ: neque enim a te
 rem exoptulo tibi difficilem, quam vel conve-
 niat tum gravitati denegare: pro fide namque
 catholica, pro lege Dei nostri, pro justitia,
 pro omni populorum utilitate loqui mihi ani-
 mus est. Talibus namque hostiis juxta modum
 loquendi Apostoli; promeretur Deus: iis oble-
 scimentis, ni fallor, ne dum hominum, sed
 etiam Angelorum multentur aures; hoc adipe
 vivit, singulariterque saginatur anima fidelis,
 dicente Salvatore: *Non in solo pane vivit homo, sed
 in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Ple-
 nus sum quidem sermonibus, & sicut beatus Job
 loquitur: *quasi mustum, quod absque stragulis no-
 vas lagunculæ dirumpit, sic coarctat me spiritus
 uteri mei: nec dimittere te potero, nisi benedi-
 xeris mihi: Conceptum enim sermonem, ait ipse
 Job, quis poterit continere?* Insuper enim ex ore
 hic astantium Ambassadorum inclyti regni Bohe-
 miæ suscepimus Christum, quod jam vulgatum
 per orbem: *Ortus est Sol, congregati sunt, & in
 cubilibus suis collocabuntur.* Sed quænam prove-
 nire poterit mundo ex hac consolatione lætitia,
 si quominus festinanter efficaciterque impleatur
 quod sequitur: *Exiit homo ad opus suum, &
 ad operationem suam usque ad vesperam: Thesau-
 rus enim invisus, ait Sapiens, & scientia abscon-
 dita, qua utilis in utroque?* Per solem autem,
 ni me fallat memoria, Ambassatores ipsi sacrum
 generale Concilium accipiunt, quæ si quidem ac-
 ceptio tanto commendabilior redditur, quanto
 inter solis sacrique Concilii proprietates conve-
 nientia invenitur major. Sol quippe, sicut Scri-
 ptura testatur, omnia illuminat, *Gyrat ad meri-
 diem, & reflectitur ad aquilonem, lustrat univer-
 sa, & semper in circulos suos revertitur.* Sacrum
 autem Concilium quid aliud facit, quam suis
 exhortationibus piissimis orbem universum illu-
 minare, purgare & perficere, gyrat ad meri-
 diem, reflectitur ad aquilonem, & lustrat uni-
 versa, continue videlicet ad omnes Christiani-
 tatis regiones, ut omnes lucrifaciat, solemnem
 nuncios destinando; illos revocando ab errori-
 bus, istos ad pacem & concordiam reducendo,
 cunctos, prout prævalet, attrahendo ad salu-
 tem, semper tamen in suos circulos revertitur.
 quia propter agenda extrinseca nunquam omit-
 tit exire ad opus suum, sanctam videlicet eccle-
 siæ reformationem, ipsum opus, Domino lar-
 gente, continuaturum usque ad vesperam, id
 est, usque ad Deo acceptam ejusdem reforma-
 tionis consummationem. Cum enim, teste Scri-
 ptura, *homo nascatur ad laborem:* ita ut primus
 homo, qui justitia originali præditus erat, &
 secundum multos doctores, in gratia fuerat crea-
 tus, in paradysum voluptatis fuerit positus, ut
 operaretur. Quisnam putabit ob aliud hunc so-
 lem exortum esse, nisi quatenus homines sub
 ipso congregati, ad opus, propter quod vocati
 sunt, exeant, per hocque totus mundus acci-
 piat benedictionem a Domino & misericordiam
 a Deo salutari suo? Sane cum omnium opifex
 Deus sua ineffabili providentia res creatas non
 solum propter esse, sed magis propter operari
 produxerit, dicente Salvatore: *ignem veni mit-
 tere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ne-
 cesse est, ut homines, quos Deus inspirat, &
 adjuvat, quamdiu lux orta est eis, ad opus
 exire non morentur, sicut scriptum est: *quod-
 cumque possit manus tua facere, instanter operare:*
 quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud

O R A T I O.

*Thema 20
1100. Rocho
100.*
 SACROSANCTA Basileensis Synodus in Spiritu San-
 cto legitime congregata, quæ in medio tui
 habes illum natum Regem Judæorum, quem du-
 dum magi ab Oriente venientes adoraverunt ve-
 deliter, omnem infallibiliter potes docere veri-
 tatem, quæ specialiter a Domino constituta &
 electa esse crederis, ut per sanam doctrinam,
 & judicium rectum evellas & destruas errores,
 & hæreses, per sanctam denique desideratam ac
 toti mundo summe necessariam omni statal re-
 formationem ædifices & plantas seminaris virtu-

100.
 Elem exortum esse, nisi quatenus homines sub
 ipso congregati, ad opus, propter quod vocati
 sunt, exeant, per hocque totus mundus acci-
 piat benedictionem a Domino & misericordiam
 a Deo salutari suo? Sane cum omnium opifex
 Deus sua ineffabili providentia res creatas non
 solum propter esse, sed magis propter operari
 produxerit, dicente Salvatore: *ignem veni mit-
 tere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ne-
 cesse est, ut homines, quos Deus inspirat, &
 adjuvat, quamdiu lux orta est eis, ad opus
 exire non morentur, sicut scriptum est: *quod-
 cumque possit manus tua facere, instanter operare:*
 quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud

ANNO
CHRISTI
1530
1. Tim. 2. 15.

inferos, quo tu properas. Nam & beatus Aposto-
lus suam instruens Timotheum, maxime ipsum
ad operandum sollicitabas, dicens: *Sollicitus cura
de ipsum salutare Christo Deo operarius inconfu-
sibilem veritatem verbum veritatis. Parum
quippe est, inquit, gregis mala fugere, iniqui-
tamenta huius mundi devitare, nisi etiam quis-
quis studeat bonis operibus abundare. Hinc Sal-
vator noster quorundam arguens pigritiam qui
volunt, & non volunt, post ipsos clamabat:
*Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebra vos
comprehendant. quia qui ambulat in tenebris, ne-
scit quo vadit.* Hæc igitur magnus ille regitque
propheta David, qui se super senes intelligere
gloriabatur, solerti mente considerans, pleneque
spiritu Sancto ipsum docente concipiens ortum
solis parum prodesse, nisi eius lumine irradiati
exirent in opus, cum præmisisset: *Ortus est Sol:
congregati sunt, sed in cubilibus suis collocabun-
tur; convenienter subjunxit; exiit homo ad opus
suum, & ad operationem suam usque ad vespe-
ram.* Sed jam pulsat animum questio, quodnam
sit illud opus, ad quod Propheta hominem solli-
citat dicens: *Exiit homo ad opus suum.* Ita-
que licet plurimæ secundum utrumque hominem
convenienter hominibus operationes, ex ipsis ta-
men omnibus duas duntaxat mente considero,
de quarum qualibet pro præsentis operis com-
plemento, prout ab alto mihi concipitur, fatis-
gam breviter aliquid aperire. Duplex igitur o-
pus meæ occurrit considerationi, ad quod per
præmissa propheta verba homo dici potest rati-
onabiliter excitari. Primum est unitatis & con-
cordiæ vinculo corda fidelium dissociata conjun-
gere. Secundum est salutaris sapientiæ poculo
subunda fidelium corda reficere. Primum opus
per Apostolum omnibus hominibus generaliter
injungitur, cum dicitur: *Solliciti servare unita-
tem spiritus in vinculo pacis.* Secundum opus
catholicæ veritatis doctoribus per eundem Apo-
stolum in persona Christi fuisse videtur specialiter
impositum, quando eidem Tito dictum est:
*In omnibus te præbe exemplum bonorum operum,
in doctrina, in integritate, in gravitate. Verbum
sanum & irreprehensibile, ut is, qui ex adverso
est veroratur, nihil habens malum dicere de nobis.*
Ad primum igitur opus exercendum, quod est
per unitatis & concordie vinculum dissociata fi-
delium corda conjungere: tria, ni fallor, vide-
licet, natura, caritas, & humana necessitas.
Natura quidem ad procurandam unitatem &
concordiam hominem inclinatur & impellit; quo-
niam secundum imaginationem Boethii in libro
de Unitate & Uno: Tam essenziale & proprium
est creature appetere esse unum, sicut esse: &
ita sicut creature naturaliter diligunt sui esse
conferationem, ita naturaliter fugiunt divisi-
onem, per quam desinunt esse unum, & quo-
dammodo in plura dividi incipiunt. Quoniam
omnium, inquit ipse Boethius, substantiarum
motus est ad unum: nihil eorum que sunt, ap-
petunt esse multa; sed omnia sicut appetunt ef-
se: ita & unum esse; & hoc provenit, quia o-
mnia egrediuntur & producantur a Deo, qui
est summe unus, ipso dicente: *Audi Israel, Do-
minus Deus tuus Deus unus est.* Et hac ratione
forsan moti fuerunt quondam beatus Augustinus,
ceterique tam Theologi, quam philosophi tra-
ctatores unanimiter ponentes, quod omnia na-
turaliter pacem appetunt, in hocque suam for-
tasse fundant imaginationem, Plinius, ceterique
antiqui Philosophi de proprietatibus rerum dif-
ferentes, qui in suis scriptis reliquerant multas*

Isaia. 109.
11.
Ibid. 23.

Expt. 4. 2.

Tu. 1. 2.

Dom. 4. 2.

aves multaque animalia bruta ad unitatem &
concordiam sic affici ut si casu ab invicem fue-
rint divisi, quietem nunquam recipiant; donec
prout pax & concordia ipsi competere possunt,
unitatis & concordie vinculo reunita extiterint.
& hoc est, quod dicit Sapiens: *Omne animal
sibi simile diligit.* Et ex hoc patet, quod homi-
nes ab aliis se dividentes seu divisi, ad ipso-
rum reconciliationem cum his a quibus divisi
sunt non laborantes inclinationem non sequun-
tur naturalem, sed eidem repugnant, se per hoc
inferiores brutis animalibus constituentes. Cari-
tas insuper hominem ad laborandum pro unitate
& concordia inclinatur, & inducit, dicente
beato Gregorio: Caritatis proprium est nutrire
concordiam, servare composita, conjungere dis-
sociata, & virtutes ceteris perfectionibus mun-
imine solidare. Hinc clementissimus Deus in Ca-
ritatem & Deum pacis nominat quia essentia
ipsum est dispersos congregare, divisos unire, &
homines adinvicem, & cum se ipsis, secumque
reconciliare: propter quod bene determinat Apo-
stolus Corinthus scribens, quod homo si linguis
loquitur Angelorum, fidem habeat omnia bona
opera exequatur, caritatem autem non ha-
beat, nihil est. Et ex his patet, quod homines
ab aliis se dividentes, seu divisi ad ipsorum re-
conciliationem non laborantes, caritatem non ha-
bent, neque actus ipsorum ex caritate procedunt,
licet interdum habere videantur speciem
Cprietatis. Et inde est quod multi tractatus in-
cepti pro pace his diebus mali votivum non
fortiantur effectum, quia homines caritatem non
habent, sine qua pax non habetur. Joseph e-
nim, sicut in libro Geneseos legitur, omnia bene
dirigebat, & erat vir in cunctis prospere
agens. Cur hoc certe: quia Deus erat in eo;
nempe cum Deus sit autor pacis, qui sine Deo
pacem facere vel habere credit, plane desipit.
Nemum ad laborandum pro unitate & concor-
dia fidelium hominem inclinatur, & induit huma-
na necessitas: cuiuslibet enim homini quamdiu pe-
regriatur a Domino, duplex unitas necessaria
est. Una videlicet civilis & politica, qua reguntur
& conservantur corpus & bona mundana.
Dine quibus spiritualia diu continuari non pos-
sunt: qua unitate necesse est illos esse unitos,
qui eodem regimine politico participant, &
sub ipso esse volunt, sicut in *Esdra* scribitur:
*Omnis populus congregatus in Jerusalem, erat
quasi vir unus.* In hac unitate populi stabilimen-
tum consistit, republica cujuslibet politie con-
tinuatur, & per ipsam, sicut dicit Salustius,
parve res crescunt, quemadmodum discordia
magnæ dilabuntur. Quante autem sit necessita-
tis, ut homines ad hanc unitatem conservandam
laborent, ex desolationibus lamentabilibus, ad
quas miserabiliter reducuntur regna, provincie,
communitates & populi, sic quibus talis unitas
non viget, longe certius, quam rationibus spe-
culativis potest demonstrari. Quis enim ipso
gemitu per singulas noctes stratum suum lacry-
mis lavare sufficeret in amaritudine anime sur-
recogitans clarissima regna & domitia Christia-
norum ob defectum prædictæ unitatis illi sub-
jacere maledictioni, quam dudum Salvator præ-
dicat: *Omne regnum in seipsum divisum desolabitur
& domus supra domum cadet.* Proinde satis
explicare mortalis lingua non sufficit, quanta
sit, & erit perpetuis temporibus dignam com-
mendatione hoc sacrum generale concillium, quod
niam devictum caritate inter alias causas spe-
cialiter congregari continuarique voluit pro
eorundem regnorum & dominorum ac totius
Chri-

ANNO
CHRISTI
1530

1. Tim. 2. 15.

Cor. 11.

Genes. 30.

Esdra. 1. 2.

Luc. 11. 17.

ANNO
CHRISTI
1494
EPI. 4. 5.

Christianitatis pacificatione. Alia vero unitas ho-
mini necessaria est, unitas spiritualis & ecclesia-
stica, quam describens Apostolus dicebat: *Unus
Dominus, una fides, unus spiritus, unum bap-
tisma*. Hæc quidem unitas, quousque homini
necessaria est, ut extra ipsam nemini sit salus.
Ab hac unitate nemo volens in ipsam ingredi
fecernitur. Per hanc unitatem homo efficitur
membrum Christi, suoque corpori mystico in-
corporatur, & tam triumphantis, quam mili-
tantis ecclesie, si obicem non ponat, suffragio-
rum recipit participationem. Ad hanc unitatem
obtinendam, conservandam, & retinendam tan-
to ferventius quilibet homo laborare tenetur,
quanto minus sine ipsa quisquam, sive speciali-
ter, sive temporaliter diu potest subsistere. Sa-
ne cum unitas ecclesiastica, secundum traditio-
nem Apostoli, sumenda sit & mensuranda per
comparationem ad corpus humanum, necesse
est, ut sicut membrum a corpore præcisum con-
tinuo arefcit & in pulverem revertitur; ita
homo, gens, provincia, & communitates, &
populi, qui, vel quæ ab unitate se dividunt
ecclesiasticam, nedum spiritualiter, sed etiam ci-
vilitate quædam redigantur ad nihilum, etiam si
perceptorum divisionem ad tempus floreat, &
extingatur sicut cedrus Libani. Quemadmodum
filius Benjamin postquam se divisissent a reliquo
populo Israel, ad tempus floruerunt, plurima-
que obtinuerunt prælia: sed tandem, sicut ju-
dicium tradit historia, cum rogati ad unitatem
fratrum suorum redire non vellent: *Sic a viris
usque ad jumenta gladio delecti fuerunt, & con-
sumpti; sicque eorum urbes & viculos vorax flam-
ma consumpsit*, ut postmodum filii Israel pani-
tentiæ ducti dicebant: *Ablata est una tribus de
Israel*. Unde si ab initio sæculi scriptas revolva-
mus historias, neque unicum reperimus, ante
vel post adventum Christi, qui se pertinaciter ab
ecclesia dividerit, in suaque pertinacia permanse-
rit, cui dicenti: *pax & securitas, repentinus non
supervenit interitus*, quemadmodum de Dathan,
& Abiron, Arrio, Manicheo, Sabellio, ac aliis
supra numerum olim multiplicati hæreticis exem-
plificari persuaadet. Postquam igitur, reveren-
dissimi Patres, misericors & miserator Dominus, D
qui motum non vult peccatoris, in languores
vatos, quibus ob defectum prædictæ duplicis
unitatis populus Christianus pene ad mortem op-
primitur, suæ pietatis oculos sic dignatus est di-
rigere, ut quasi sæcula aurea Saturniaque regna
redierint ad dirigendos pedes nostros in viam u-
niversalis unitatis & pacis, hunc solem diebus
vestris fecerit oriri, ut jam verbis Apostoli utar,
hortamur vos, ne gratiam hanc permaximam,
dum vobis, sed etiam toti mundo, si boni æ-
mulatores fueritis, sanctam in vacuum recipiatis,
Rom. 13. 11. *hora est, ni fallor, jam nos de somno surgere*.
Jam non est opus ut dormitet vel dormiat, qui
Ibid. 12. *cullo in Israel: Nox præcessit, dies appropinqua-
vit* populus est sol; vox turturis, id est, vox ec-
clesiæ audita est non solum in terra nostra, sed
etiam usque ad aures pervenit Bohemorum, qui
ad gratissimam ipsius vocis melodiam salubriter
excitati & surgentes venerunt ad vos querentes,
Math. 2. 2. & dicentes: *Ubi est, qui natus est Rex Judæo-
rum?* Parati vestris orationibus, vestris informa-
tionibus Catholicis, vestrisque laboribus & stu-
diis, cum inter vos ipse rex fuerit, inventus,
ipsum vobiscum suppliciter adorare. O mira Dei
clementia! O ineffabilis erga nos divini bonita-
tis misericordia! O inestimabilis dilectio caritatis,
quæ mortalibus hominibus simul in unum con-
gregatis vocem tantæ virtutis conferre dignatur,

ut ab extremis finibus mundi homines valeat
attrahere, attractos sic humiliare sufficiat, ut ul-
tro pacem offerant, quam mundus non potest
dare. Quod enim apertius, quodve majus habe-
re, vel querere potestis experimentum ejus, qui
loquitur in vobis Christus, qui in medio ves-
trum residet, sicut ipse dudum promisit: *Ubi
duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, in
medio eorum sum*. Quid ergo dicemus, viri Pa-
tres, & Fratres? An non vobis ultra dormien-
dum, vel vacandum otio, aut retro respicien-
dum? An non manus in sinum sunt trahendæ,
ubi tam aperte regiones albescunt ad messem,
imo prorsus necesse est, sicut consulit Apostolus,
quod dum tempus habemus operemur bonum ad
Rom. 13. 11. *Homnes, maxime autem ad hos domesticos fides*. Ipsi
enim capso nostra, ipsi fratres nostri sunt. Qua
fronte ergo ipsos suo fraudatos desiderio permit-
teremus, ut per aliam viam reverterentur in re-
gionem suam? Procidamus igitur ante Deum,
ploremus coram Domino Deo nostro. Ploremus &
ipsi nobiscum in cinere, & in cilicio prostrati
ante altare incessanter clamemus in cælum, do-
nec ipsis & nobis misereatur Dominus Deus nos-
ter. Vos autem convenio, o Bohemi, & nunc
ad vos sermo meus specialiter dirigitur, utinam
ad me vacuus non reddatur, sed ea qua pro-
fertur caritate recepturus a vobis. Jam audistis,
quod certus sim ante vos non latuisse, quam pro-
vestra cunctorumque fidelium concordia obliga-
mini diligenter laborare. An nescitis, quid de
vobis homines sentiunt & loquuntur? Siquidem
sere apud omnes vulgatur proverbium, quod sa-
lus Christianitatis dependet a vobis, & in ma-
nibus vestris est. Cur hoc? Quia si cum sacro
concilio perfectam feceritis unionem, de pace &
concordia Regum & principum, cunctorumque
dominorum & populorum Christianitatis recon-
ciliatione nullus ambigit: exemplar enim ipsi
eritis qualiter se suasque controversias & dubia
totaliter debent sacro submittere concilio, quod
tam efficaciter direxerit pedes vestros in viam
pacis. Cum igitur, o viri, caractere christiano
insigniti evidenter de præmissis possitis habere cer-
titudinem, cum vobis constet per Apostolum,
quod *accedentem ad Deum primum oportet crede-
re*; cum quoque sciat sinceram vos non posse
fidei capere veritatem, nisi Spiritus sanctus huic
Concilio sacro præsidens, ipsumque dirigens vos
specialiter edoceat & adjuvet. Cur eidem con-
cilio universalem representanti ecclesiam tamdiu
tardatis vos submittere? Cur non attenditis ad
petram, unde excisi estis, & ad Saram, que ge-
nuit vos? Si filii estis ecclesie, cur matrem ve-
stram non honoratis, cur lactari uberum conso-
lationi ejus non contentamini? Cur non captivi-
tatis intellectum vestrum in obsequium fidei com-
munis, articulos vestros, cæteraque omnia, qua
putatis obesse fidei iudicio & determinationi ec-
clesiæ non submittitis? Si aliquas scripturas sacræ
sanctorumque Doctorum habeatis auctoritates,
ipsaque sic debere intelligi dixeritis, ergo au-
tem & alii multi dixerimus sic: dicemus oppo-
situm: quis inter nos & vos æquior iudex, quam
Spiritus sanctus huic præsidens consilio poterit
constitui? Cui securius cujuscumque causæ deci-
sio quam sacro potest submitti consilio, quod
errare non potest, neque quemquam vult aut
potest decipere? An non vultis, quod ex toto
vobis credatur? An non putatis nos legisse Vir-
gilio-centonas, & Homero-centonas, & fuisse me-
ditatos in lege Domini? Nec tamen, quod ex to-
to nobis credatur, sed satis erit nobis, si videat
Dominus, & judicet quoniam profecto quod ho-
mini

ANNO
CHRISTI
1494

Math. 18. 20.

Rom. 13. 11.

Math. 11. 6.

ANNO
CHRISTI
1534.

mini in sua causa socialiter credatur, honestas & reconciliatio vestra nobiscum illa clarissima non suadet, iustitia non patitur, nec id fieri sapiens requiret. Quid ergo opus est vobis aut nobis disceptationibus aut pugnis uti verborum, cum non venerimus ad concilium generale magis ad expugnandum bestias Ephem, quam ut induamur virtute ex alto. Itaque cuius per centos annos disputaverimus finaliter, necesse erit ut vos & nos reverenter & humiliter sacro submittamus colla concilio; nec unquam, ni fallor, quam per sacrum generale concilium dubia per vos proposita felicem sufficienterque declarationem accipient. Quid ergo necesse est vobis aut nobis quasi ambulando in circuitu auctoritate adducere, multiplicare rationes, ubi sit paratum habemus Spiritum sanctum ad repente dandum vobis sensum, ut intelligamus scripturas? Ubi enim legitur, quod Spiritus sanctus, qui est spiritus disciplinae & pacis, super discipulos disputantes aut contendentes descendit. Spiritus sanctus in die Pentecostes invenitur visibiliter descendisse super Apostolos utique non contendentes vel disputantes, sed perseverantes in oratione, tuncque docuit eos omnem veritatem. Sane mysteriorum fidei cognitio non disputatione, sed humilitate acquiritur, sicut scriptum est: *Confiteor tibi, Domine, pater tibi & terra: quoniam abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis.* Unde raro legitur, quod in conciliis generalibus, vel alibi, aliqua materia fidem concernentes aliter quam per homines, qui plus in Spiritu sancto, quam in disputationibus confidebant, terminatae extiterint. Hinc beati Apostoli de cessatione legalium, aliisque materiis fidelium regimen concernentibus diversa sentientes, cuiquam auctoritati seu propriis inniti rationibus nullatenus praesumpserunt: sed quamquam Spiritu sancto essent repleti, suum captivarunt intellectum in obsequium fidei, ac iudicio & determinationi ecclesiae omnes suas opiniones humiliter submiserunt: profecto sentientes, quod quaestiones de fide exortas aliter quam per ecclesiam sufficienter declarari vel determinari impossibile est. Itaque nihil arguet auctoritatis quaecumque scriptura seu doctrina, vel determinatio, nisi illam solam, quam sibi confert ecclesia, dicente beato Augustino: *Evangelio non crederem, nisi me commoveret ecclesia auctoritas.* Si ergo, B. Apostoli se maluerunt sacro submittere generali concilio, quam quibuscumque rationibus vel auctoritatibus inhærere, cur Apostolos, quos tam constanter asseritis in suis operibus esse imitandos, non imitami, & vestros articulos vestraque dubia examinationi & determinationi sacri concilii totaliter submittendos vos nobiscum per unitatis & concordiae vinculum non unitis & coniungitis? O sentiretis quantum gaudium esset angelis Dei, si pariter essemus uniti in vinculo pacis! quanta tristitia demonibus, qui occasione divisionis vestrae a nobis, heu, tot animas devorarent pretioso Christi sanguine redemptas! quantus denique pavor Turcis, Sarcenibus, & aliis inimicis crucis Christi, qui, pro ut nobis, occasione divisionis vestrae a nobis longè plus solito cornu levaverunt, infestantur Christianos, parati forsitan & dispositi vos & nos de super terram erumpere, si diutius in ea, quam prohi dolor! nimis continuavimus, adhuc permanentissimam divisione. Si, inquam, haec sentiretis, quis crederet vos vel ad momentum dare velle roquelem animabus vestris, donec ex vobis & nobis esset factum unum ovile, essetque omnes cor unum & anima una? O, si vestris laboribus plurimis, per mediumque unionis

& reconciliatio vestra nobiscum illa clarissima Franciae & Bohemiae regna antiquo fœdere specialiter conjuncta, & ad recuperandam Terram promissionis si pacata unitaque forent; haud dubium sufficienter ad plenam reduci possent concordiam. Quid Octavianus Julius Caesar? Quid Carolus Magnus? Quid Augustus? Quid Hieronymus, Ambrosius, ceterive quicumque status, vel probitatus noti homines fecisse leguntur, quod ad indelebilem pro vobis, & posteris vestris gloriam huius operis tam gloriosi & necessarii consummatio vos fecisse non probaret? Eja igitur viri charactere Christiano insigniti: *Hodie si audieritis vocem Domini, nolite obdurare corda vestra;* sed postquam Deus, sol, & astra vobis favent, levate capita vestra, quoniam proculdubio, nisi per vos steterit, ecce appropinquat non solum vestra, sed etiam redemptio nostra. *Ortus est sol, congregati sunt in cubilibus istis sunt collocati omnes isti reverendissimi Patres doctissimi viri.* Ad quid? Certe ad dandum vobiscum scientiam salutis in remissionem peccatorum vestrorum, ad impendendum scriptis pro animabus vestris. Postremo, ad dandum vobiscum pacem, & reconciliatorem cum Deo, & angelis, ac omnibus hominibus. Quid amplius desiderare, quidve ultra petere praestit, vel accipere? Quid aliud facere vel praestare potest natus & inventus Rex Judaeorum? Jam ergo totum pondus belli vestris humeris imponitur super vos, cum amodo veniet accusatio, nec de cetero vobis ullius excusationis locus poterit: quoniam profecto posse pacificandi vos & totum mundum vobis suppetit, si velle adiaceat. Concedere vobis dignatur Altissimus, sic in hac materia exire ad opus vestrum, vestraque operationem taliter ad vesperam, idest, ad finem debitum perducere, quod vos nobiscum, & nos vobiscum in perfecta caritate uniti & radicae sinceram fidei veritatem declarare, ut Deo gratam in capite & in membris facere valeamus universalem ecclesiae reformationem, omnibusque poscentibus sibi rationem reddi de his, quae docuerimus & fecerimus, pro omni argumento, auctoritate, & ratione secure possumus respondere? *Ita visum est Spiritui sancto & nobis.* Fides enim non habet meritum, cui humana ratio praebet experimentum. Et haec dicta de primo opere sufficiunt.

Nunc superest, reverendissimi Patres ac Deo amabiles viri, verbum facere brevissimum de secundo opere, ad quod Propheta hominem sollicitat dicens: *Exibat homo ad opus suum.* Ad opus, esse praedixi salutis sapientiae poculo sitibunda fidelium corda rescire: Quia scripturae sacrae laudis descripturus non adveni, cum de ipsa scriptura sit: *Alta profunditas, & quis inveniat eam?* ipsam proinde supponens esse legem illam, de qua dicit Propheta: *Lex Domini immaculata convertens animas testimonium Domini fidei sapientiam praestans parvulis.* Paululum, ut arbitror, tetigisse satis erit, quod ipsam fidelibus ministrat opus est doctorum catholicæ veritatis. Licet igitur Scriptura sacra in cortice, seu superficie plana sit, seque tangi permittat ab omnibus, dicente Hieronymo: sola Scripturarum arx est, quam sibi passim omnes vendicant: in sensibus tamen eoque altissimis repleta est mysteriis, ut homines absque speciali dono Dei ipsam tractando vel exponendo tangentes, se vulneratos potius, quam sanatos inveniant: & dum continuasse crediderint, tunc necesse sit ipsos incipere. Hinc beatus Hieronymus illos redarguens, qui in Scripturae sacrae litera, quae, dicente Apostolo, occidit,

ANNO
CHRISTI
1534.

Pal. 24. 8.

Pal. 10. 11.

Act. 13. 22.

Pal. 103. 21.

Ecl. 7. 25.

Pal. 18. 2.

ANNO
CHRISTI
1536ANNO
CHRISTI
1536

cidit, nimis se fundant & arestant, dicere sole-
batur; Non putamus in verbis scripturarum esse
Evangelium, sed in sensu; non in superficie,
sed in medulla; non in sermone, sed in radi-
ce. Propter quod etiam venerabilis Hugo de S.
Victore, modum tradens perveniendi ad salubrem
ipsius Scripturæ sacræ intelligentiam & exposi-
tionem dicebat: Ad scripturæ sacræ cognitionem o-
pus est intima compunctione potius, quam pro-
funda investigatione, suspiriis magis quam argu-
mentis, crebris gemitibus quam copiosis argu-
mentationibus, lacrymis quam sententiis, oratio-
ne quam lectione, gratia lacrymarum quam scien-
tia litterarum. Ipsi etenim scripturæ sacræ sensus
spirituales & mystici quibusdam corporalibus te-
guntur velaminibus, absque quibus, secundum
beatum Dionysium, divinum lumen nobis luce-
re non potest, & ita cum huiusmodi sensus na-
ture facultatem excedant, necesse est ut qui eos
attingere voluerint, supra naturam eleventur, o-
mnemque interim humanam rationem & scien-
tias naturales captivent in obsequium fidei, nec se
quicquam prorsus scire arbitrentur, nisi Dominum
nostrum Jesum Christum, & hunc crucifixum.
Cum enim in Scripturarum sanctarum expositione
homonensius proprio innitens ascendit ad cor al-
tum, tua exaltatur Deus; sicque frequenter ve-
rificatur quod scriptum est: *Scrutator maiestatis
opprimatur a gloria.* Hujus autem scripturæ sa-
cræ proprietates allegans beatus Augustinus, ip-
sam vocat scientiam, qua fides saluberrima gi-
gnitur, nutritur defenditur, & roboratur, cu-
jusque auctoritas vi ingenii humani & perspicu-
acitate major est. Hac scientia tamquam spiritua-
li cibo mentes reficiuntur fidelium, dicente Gre-
gorio. Scriptura sacra aliquando nobis cibus est,
aliquando potus: cibus est in locis obscurioribus,
& quasi exponendo frangitur, & manducando
gloritur; potus vero est in locis apertioribus,
quia ita absorberetur, sicut invenitur. Hujus autem
cibi potusque spiritualis ministratio propterea non
omnibus, sed solis hominibus in catholicis veri-
tatis eruditus & exercitatus, suumque intel-
lectum in obsequium fidei captivantibus rationa-
biliter committitur: quia cum, teste beato Hie-
ronymo, ex verbis inordinate prolatis fiat hære-
sis, periculosum nimis foret Scripturam sacram
ab aliis præterquam ab ejusmodi eruditus expo-
ni, *applies* seu ministrari. Nempe sicut cor-
poralis ex te bonus frequenter nocet, si ei cui
non est conveniens, vel aliter quam fieri debet
ministratur: ita *Scriptura sacra*, licet secundum
Apostolum sit utilis ad docendum, ad arguendum,
ad corripiendum, ad erudiendum, si tamen mo-
dis indabitis exponatur, aut ministratur, non-
nunquam nocet, scandalizat, illosque perimit,
quos sanare debuerat. Unde si liber beati Au-
gustini de hæresibus, cæteraque volumina docto-
rum, in quibus ab initio ecclesie hæreses exor-
tas conscribuntur, solerti revolvuntur indagine,
vix una reperitur, quæ in Scriptura sacra uni-
stre intellecta, exposita, vel applicata, funda-
mentum non acceperit. Magna proinde omnibus
Catholicæ veritatis doctoribus incumbit neces-
sitas, ut cum ad opus suum, scripturæ videlicet
sacræ expositionem, exeunt, ipsam sic interpretentur
& elucident, auctoritatesque ipsius sic interpre-
tentur, exponant, & applicent, personarum qui-
bus loquuntur qualitate diligenter pensata, quod
mentes fidelium suis reficiantur doctrinis & ex-
positionibus, & ad suceptionem incrementi vir-
tutum reddantur validiores. Quem etiam modum
beatus Apostolus erga illos observasse videtur,
quibus dicebat: *Ego, fratres, non potui vobis lo-
qui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tan-
quam parvulis in Christo. Vobis lac potum dedi,
non escam.* Quia ergo vos venerabiles & egregii
nostri Magistri, qui accincti & parati estis ad
respondendum articulis per hos Ambasiatores
Bohemorum propositis, ipsosque ambasiatores in-
formandos de irrefragabili & catholica veritate
super eisdem articulis a quolibet fidei tenenda,
multas habebitis Scripturæ sacræ auctoritates de-
clarare & exponere, magno, ut arbitror, debetis
diligentiæ studio providere, ut taliter intranslan-
do, exponendo, & applicando huiusmodi aucto-
ritates, modestiam, ac circumspectionem teneatis,
quod vestris mediantibus clavis informatio-
nis & instructionibus catholicis, iidem Ambasiatores
illuminati & excitati toto corde se con-
vertant ad nobiscum adorandum natum Regem
Judæorum, quem utique si diligenter prospexerint,
invenierunt in loco isto, seque, & omnes,
pro quibus huc advenerunt sacro Concilio per
unitatis & concordie vinculum conjungendo, &
uniendo, deinceps operationem suam, idest, per
sedam unionem, & in caritate non solum firma-
tam concordiam cum Ecclesia continuari usque
ad vesperam, idest, usque ad presentis vite ter-
minum & transitum ad gloriam sempiternam,
quam ipse & nobis ipse inventus, laus Deo,
Rex Judæorum concedere dignetur, qui vivit
& regnat & imperat in secula seculorum.
Amen.

